CONSILIORVM SIVE MAVIS RESPONSORVM

D. BENEDICTI CAPRAE PERVSINI, AC LVDOVICI BOLOGNINI BONONIENSIS, Iureconsultorum Clarissimorum

Volumen.

IN QVO AFFATIM DE TESTAMENTIS, SVBSTITVTIONIBVS, AC FEVDIS PERTRACTATVR.

Res omnibus tum Pontificij, tum Cæsarei Iuris professoribus, præsertim in utroque foro versantibus, maximè necessaria.

HAC POSTREMA EDITIONE ACCVRATE RECOGNITA, & à plurimis, quibus scatebant, mendis vindicata.

CVM SVMMARIIS, AC INDICE LOCVPLETISSIMO.

VENETIIS,

AD SIGNVM IVRISCONSVLTI.

M D LXXVI.

INDEX PLENISSIMVS

RERVM, VOCVM ET SENTENTIARVM INSIGNIVM IN CONSILIA BENEDICTI CAPRAE ET LVDOVICI BOLOGNINI, Iureconsultorum clarissimorum,

SVMMA FIDE CONCINNATVS, ET IN VNVM CORPVS REDACTVS.

De litera A

De litera B

De litera C

Clausula

condictio

Confir-

Dictio,

De litera E

De litera F

extraneo

INDEX

De litera G

De litera H

De litera I

uidat

Intellectus

De litera L

De litera M

De litera N.

De litera O

De litera P

Procurator

habita

f

S

Statuto

subst-

Tantum

T

non

Teſtamen-

Tutor

De litera V

 tantum

FINIS.

CONSILIA SIVE RESPONSA D. BENEDICTI CAPRAE, ALIAS DE BENEDICTIS PERVSINI

Iureconsulti Clarissimi ac Celeberrimi

IN MATERIA VLTIMARVM VOLVNTATVM, QVOTIDIANA, ET SINGVLARISSIMA FOELICITER INCIPIVNT.

THEMA PRIMI CONSILII.

PVNCTVS. Cum, vt præsupponitur, decesserit quidam Venantius de Firmo spurius natus ex quodam Vannæ. S. Guidutij vxorato: & ex quadam Vannarella moniali, legitimatus per Papã forma communi: ita, vt in bonis parentum, agnatorum, & cognatorum, tam ex testamẽto, quam ab intestato succedat, absq; tamen ꝑiudicio: ratio, ac libere succedere valeat, ac si de legitimo matrimonio natus existeret. Et ad præsens, dicta Vannarella dicta bona petat contra Cassandrã posseditricẽ dictorũ bonorũ, asserens dicta Vannarella, & eius monasterium, bona pertinuisse ad dictã dominam Vãnarellam eius matrem, & eius monasterium, cum asserant dictam Vannarellam fuisse matrem, & consanguineã proximiorem, & ipsi Venantio successisse: maxime attenta dicta legitimatione seu dispensatione, cum (prout ipsi asserunt) sicut fuit dispensatum cum ipso Venãtio, vt succederet parentibus, ita videtur dispẽsatum cum ea, vt succedat eidem: Et etiam vigore cuiusdã statuti Ciuitatis similiter dispensantis, ꝙ mater & amita æqualiter succedant. Propter quid dicitur in omnibus bonis, attẽta dicta dispensatione, vel saltem in medietate bonorum attenta dispositione dicti statuti: & in dubium reuocetur. An dicta monialis, seu monasterium in totum, vel in partem in bonis dicti Venantij succedant.

SVMMARIVM.

1. *Mater vt proximior succedit filio decedenti ab intestato sine prole.*
2. *Dispensatio dici potest beneficium, unde largissime est interpretanda, & trahitur in consequentiam.*
3. *Mater, & filius sunt correlatiua, & statutum in uno habet locum in alio.*
4. *Filius natus ex damnato coitu, non potest dici filius etiã naturalis, nec matri succedit, nec econuerso.*
5. *Spurij eo modo succedũt parẽtibus, quo parentes spurijs.*
6. *Statutum mentionem faciens de matre, intelligitur de matre habili, & successibili.*
7. *Dispensatio solum trahitur ad illa prohibita, in quibus est dispensatum.*
8. *Legitimatio est impropria, quæ non est reintegratiua, & non disponit in radicem matrimonij, sed nouiter confert legitimitatem, & est noui iuris collectiua, & potius dicitur dispensatio.*
9. *Dispensare non potens in matrimonio, non potest, & in filio ex eo suscepto.*
10. *Papa non potest dispensare cum filio nato ex matrimonio contra legem diuinam contracto, legitimando ad hæreditatem, sed tantum, quo ad spiritualia, & alia.*
11. *Dispensatio contra ius stricte est intelligenda, nec est extendenda.*
12. *Dispensatio trahitur ad consequentiam, et ad accessoriũ.*
13. *Spurijs succedunt coniuncti per matrem, quia inter eos est proximitas & cognitio.*
14. *Spurius quis dicatur.*
15. *Cognatio denotat sanguinem, & naturalitatem.*
16. *Cognationis ius est nomen naturale, unde non uidetur posse tolli per ius ciuile.*
17. *Si mater non succedit filio, multo minus fratres matris succedunt.*
18. *Coniunctorum appellatione non cõprehenduntur spurij.*
19. *Spurius non dicitur filius, nec coniunctus, nec a iure cognitus, nec succedit parentibus, agnatis, uel cognatis parentum nec econtra.*
20. *Bastardi non includuntur in dispositione legali tacita, uel expressa.*
21. *Spurijs nõ succedunt nisi mater, frater, & auia materna.*
22. *Succedentes ab intestato dicuntur succedere beneficio legis ex præsumpta mente, & uoluntate defuncti.*
23. *Successio non datur, non data agnatione, vel cognatione, seu proximitate, usque ad septimum, uel hodie ad decimum gradum.*
24. *Principium, & origo successionis ubi masculum habet,*

& uitio aliquo insuccessibilitatis affecta est, tota successio inde sequens eodem modo afficitur.

25 *Quicquid est causa causæ, est causa causati, & deficiente causa deficit effectus.*

26 *Ista lie.tus i.hac parte. & l.si spurius.ff.unde cognati, in quibus procedit.*

27 *Vulgo concepti retinent iura cognationis in matribus, & in coniunctis per lineam maternam.*

28 *Filiorum sunt plures species.*

29 *Spuriorum species plures.*

30 *Nati ex fantol sis in domo retentis an dicantur spurij.*

31 *Vulgo conceptus quis proprie dicatur.*

32 *Leges disponentes quod spurius succedere possit, intelligun tur de vulgo concepto, & non de nato ex dānato coitu.*

33 *Spurius natus ex damnato coitu, non dicitur proximus nec cognatus quo ad succedendum.*

34 *Naturale ius non cadit in natis ex accusabili coitu quantum ad succedendum, cum non censeantur filij.*

35 *Naturale ius tolli potest in consequentiam, & quo ad ius succedendi, vt patet in deportatis, & seruo.*

CONSILIVM PRIMVM.

In nomine domini, Amen.

Circa quod etsi videatur prima facie dicendum. 1 quod † mater, vt proximior succedat filio decedenti ab intestato & sine prole. C. ad Tertull. l.1. & per totum. & Instit. eo. tit. per totū. quod videtur procedere, etiam si filius natus sit ex damnato coitu, prout & natus fuit dictus Venātius, qui natus fuit ex dicto Vannæ vxorato, & ex dicta domina Vannarella moniali, & sic ex damnato coitu. C. de incestis nupt. l. qui contra legem. & in c. cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium quam pol. per adul. & ff. de his quibus vt indig. l. fi. attenta prædi- 2 cta dispensatione, quæ † cum dici possit beneficiū, largissime interpretandum est. ff. de consti. principum l. beneficium, vt notatur in c. cum dilecti. de dona. Quod ex alio videtur deduci, Nam ex quo ipse Papa dispensauit cum d. Venantio, vt ipse succedat & succedere possit parentibus, agnatis, & cognatis, ac si de legitimo matrimonio procreatus fuisset, videtur in consequentiam dispensasse, vt parentes, & sic ipsa mater succedat ipsi filio, cum dispensatio trahatur in consequentiam, prout voluit glo. in c. quia tantum. de præben. Pro quo etiam facit, quia sicut filius succedit parenti, sic & econuerso. l. nam parentibus. ff. de inoffi. test. & hoc voluit Bar. in d. l. ff. de his quibus vt indig. Ad idem etiam 3 facit † quia mater & filius sunt correlatiua vnde statutum in vno habet locum in aliud. C. de indicta viduitate. l. fi. & ff. de accepti. l. fi. & C. de cipressis ex luco Damnensi. l. fi. lib. 11. per quas videt, quod dicta mater succedat in totum in bonis ipsius Venātij: etsi non succedit in totum, saltem succedit in medietate, attenta dispositione dicti statuti disponentis: quod mater & amita æqualiter succedant: cum ipse Venantius legitimatus fuerit, non solum quo ad successionem parentum, sed etiā agnatorū & cognatorum: propter quod videtur, quod sicut ipse successisset parenti & agnatis, ita & conuerso succedant mater & amita. Cōtrarium tamen de iure dicendū est: vt & si appareret de d. domina Vannarella moniali quod fuisset & esset mater dicti Venantij, nihilominus ipsa non successit, nec succedit dicto Venantio in totum, nec in parte, cum natus 4 fuerit ex damnato coitu, propter † quod non potuit, nec potest dici filius, in auth. quibus mo. nat. effi. sui. §. fin. vnde cum non possit dici, nec nominari filius etiam naturalis, vt ibi, non succedit de iure mater, sicut nec ipse succederet matri prout patet in d. §. fi. & C. de na. lib. auth. licet. in fi. pro quo facit quod not. per glo. insti. ad Tertul. §. fin. vbi gl. sentit hoc, quod etiam voluit Azo in summa de le- 5 gitimis hæredi. circa fi. vbi dicit, quod † parentes eo modo succedunt ipsis spurijs, sicut & ipsi spurij parentibus, prout refert Bar. in d. l. fi. vbi hoc idem videtur tenere ad hoc quod habetur in d. l. nam & parentibus. per quam l. ipse Azo hoc voluit. vnde sicut ipsi filij non succedunt ipsis parentibus. vt d. §. fin. & d. authent. licet in fin. & vt not. per glo. C. ad Orfic. l. si qua illustris. & ibi per gloss. Bartol. & Bald. idem tenentes: & per glo. instit. ad Orficianum. §. fin. ita & econuerso, non succedunt parentes ipsis filijs, prout voluit glo. in d. §. fin. instit. ad Tertul. & Azo. in d. summa: & Bal. in d. l. 1. ad hoc d. l. nam & si parentibus. Pro quo etiam facit, quia magis peccāt ipsi parentes, quam filij, imo ipsi filij propter delictum parentum, ita puniuntur: vnde fortius ipsi parentes puniendi sunt, cum pœna auctores tenere debeat: vt in cap. quæsiuit. de his quæ fi. a ma. par. ca. Vnde attentis prædictis ipsa mater non successit de iure dicto Venātio: nec ex forma statuti: cum tale statutum loquatur de matre, qualis non potest dici ista. vt patet in d. §. fin. 6 Et etiā, quia † statutū intelligitur de matre: habili & successibili qualis non est ista: vt supradictū est. vt in l. 1. C. de sacr. sanc. eccl. & etiā quia statutū tale ita intelligitur, vt patet ex verbis dictæ legitimationis & dispensationis, dum dicit: Tenore præ- 7 sentiū dispensamus speciali gratia &c. Vnde † ipsa dispensatio solum trahitur ad illa prohibita, in quibus est dispensatum vt d. cap. 1. de filiis præsbyterorum: prout voluit D. An. in c. per venerabilem. in nona coll. qui filij sint legi. imo & si fuisset vsus verbo legitimationis, ita quod disposuisset, vt succedat, ac si de legitimo matrimonio fuisset natus, 8 nihilominus † talis legitimatio impropria est. quia non est reintegratiua, sed noui iuris collectiua, cū non disponat in radicem matrimonij; sed nouiter conferat legitimitatem, propter quod vocatur dispensatio & non legitimatio: esto quod aliud sit legitimatio quæ est restitutiua, vt est illa quæ disponat in radicem, a qua surgit vitium, vt est, si dispenset super matrimonio contracto inter illos, qui nō potuerunt matrimonium contrahere, impediente iure cano. tantum, prout voluit Ioan. And. in d. ca. per venerabilem. & clarius ipse Do. An. Imo plus 9 † voluit ipse Ioan. And. ibi in 2. colum. quod ille qui non potest dispensare in matrimonio, non potest & in filio ex eo suscepto. nam qui non potest 10 in principali, nec in accessorio. vnde † non poterit Papa dispensare cū filio suscepto ex matrimonio contra legem diuinam contracto, ad hereditatem legitimādo: sed bene poterit cum tali filio quo ad spiritualia, & alia legitimare, vt ibi plenius per eū. Vnde in casu prædicto cum non fuerit matrimonium

nium contractum inter d. Vannum vxoratum, & dictam Vannarellam monialem: nec etiam cotrahi poterit, attenta dispositione iuris ciuilis & cano. prout patet. ex his quæ habentur. in d.c. per venerabilem. vbi Ioan. And. hoc voluit: & ex his quæ habentur in d.c. cum ad monasterium. de sta. mo. Papa ita disponendo, etiam si legitimasset, nõ esset vera legitimatio, sed potius quædam dispensatio prout patet ex notatis in d. cap. per venerabilem: & ibi per Ioan. And. & Do. Ant. & cum sit† dispensatio contra ius stricte sit intelligenda, nec extendenda prout patet ex not. in c. quo dilecti. de consang. & affinit. & in ca. 2. de filiis præsbyterorum in 6. Et cum sit stricte intelligenda, non trahitur ad ipsos parentes, vt & ipsi parentes succedant & succedere possint ipsi filio, & similiter alij agnati, seu cognati, ex quo Papa eis non indulget, vt ei succedere possint. vnde nõ succednnt. Nec obstat si dicatur quod† ipsa dispensatio, & si sit odiosa, nihilominus trahitur ad consequentiam, & ad accessorium prout voluit glo. in d.c. quia in tantum: quia ad hoc responderi potest, quod istud non est consequens: nec accessoriũ, quod parentes succedant ipsi spurio, sicut & ipse succedit eis ex dispensatione, imo æque principale vt in d.l. nam & si parentibus, præterea & si esset accessorium seu consequens est tale quod potest succedere absque dicto principali, imo & cum eo concurrere potest. vnde ad illud non extenditur prout vult gloss. in c. non potest. §. illud de præben. in 6. nam prout dicit glos. ibi. Quantumcunquæ cum aliquo dispensatur quod possit tenere duo beneficia, nihilominus tenetur in altero residere, cum possit hoc facere stãte dicta dispensatione, vt ibi plenius notatur. Vnde in casu nostro, quantumcunquæ dispensetur cũ ipso filio. vt succedere possit, nihilominus poterit habere locum hæc dispensatio, esto quod parens ei dem sic succedere non possit, cum possint hæc duo concurrere, vt supradictum est. vnde non obstat. Nec obstat si dicatur, quod & in correlatiuis dispositum in vno videtur, & dispositum in alio. vt not. in d.l. fin. de acceptis. & in d.l. fi. de indicta viduitate & in l. 1. C. de cupres. ex luco Dan. li. xi. quia illud est verum, quando esset eadem ratio, alias secus est. l. curatorem. cum ibi notatis. C. de interdi. matrimonio. per quam l. Imol. in l. si vero. §. de viro. soluto matrimonio, in eius repet. hoc tenuit. Vnde in casu prædicto non est eadem ratio dispensandi cum ipsis parentibus, sicut cum ipso filio: cum ipsi parentes deliquerint committendo adulterium. & non ipsi filij: propter quod non ita de facili ipse Papa dispensasset. Vnde cum non sit eadem ratio, non erit eadem iuris dispositio. vt d. l. curatorem. ita quod dici & cõcludi poterit, quod dicta Vannarella monialis non succedit nec succedere potuit dicto Venantio de iure communi, nec vigore dictæ dispensationis. Sed licet dicta mater, & ex eius persona dictum monasterium non succedat, tamen videntur succedere fratres dictæ Vannarellæ, cum† & ipsi censeantur cognati, propter quod videtur quod succedant, & succedere possint. vt lege si spurius. ff. vnde cognat. per quæ iura Dy. hoc voluit, dicens coniunctos per lineam maternam admitti, secundum quod refert Cyn. in d.l. si qua illustris, vbi videtur hoc tenere: quod & clarius tenuit ipse Ci. in auct. itaque. C. comunia de successio. dicens quod coniuncti per matrem indistincte succedunt ipsis spuriis: etiam si sint nati ex damnato coitu per dicta iura. Esto quod mater ipsa non succedat vt plenius ibi per eum: pro quo facit d.l. hac parte. & d.l. si spurius. ff. vnde cogna. quæ loquitur de ipsis spuriis generaliter, & pcipue d.l. si spurius, tñ vř comprænhendere etiam natos ex damnato coitu, cnm† & spurij censeãtur non solum vulgo concepti. sed etiã qui patrem habent quem habere non licet. ad hoc tex. ff. de statu. ho. in l. vulgo. & insti. de nup. in §. si aduersus. quod & voluit etiam gl. in c. consuluit. de fer. non ordi. quod & voluit Bart. in l. fin. circa princ. ff. de his quibus vt indig. Dici enim potest spurius omnis ille qui natus est extra vinculum matrimonij: vt patet ex not. in dictis iuribus. & in c. nisi cũ pridem. §. personæ vero. de renuncia. vnde cum d.l. si spurius. ita generaliter & distincte loquat de ipso spurio, ita generaliter est intelligenda vt comprænhendat spurium natum etiam ex damnato coitu. nr. l. de pretio. ff. de public. & ff. de legat. præstan. lege 1. §. generaliter. & xix. distin. &. si Romanorum. Imo videtur dici posse, quod loquatur proprie spuriis natis ex damnato coitu, cum de vulgo conceptis tractauerunt in d.l. hac parte. Vnde ne resultet superfluitas videtur loqui de spuriis natis ex damnato coitu. Ad idem & secundo facit, quia inter ipsum spuriũ, & fratres ipsius ex eadem matre natos, & si non detur agnatio datur proximitas, & cognatio: propter quam proximitatem & cognationem vocantur ad successionem, non solum mater, sed etiã alij filij matris: vt patet i d.l. si spurius. ipsa enim† cognatio denotat sanguinem, idest, naturalitatem. insti. de succes. agnato. in princ. vnde & in spuriis datur ipsa cognatio naturalis cum descendat per fœminas. ff. de gradibus l. non facile. §. cognationis. versi. & quidem naturalis: ad hoc etiam l. iuris con. §. inter agnatos eo. tit. & cũ ipsa cognatio duret inter ipsum filium spurium, & fratres ex ipsa matre natos, & similiter inter fratres ipsius matris vnde videntur admittendi ad successionem p d.l. si spurius. Quod & tertio videntur administrari alia ratione: quia & si in matre reperiatur hoc correctum vt non succedat ipsi spurio sicut, & econuerso spurius nõ succedit eidem vt in aut. quibus mo. natu. effi. sui. §. fina. tamen in ipsius fratribus & coniunctis per ipsam matrem nõ reperitur hoc correctum, vnde stare debet. C. de test. l. sancimus. & de app. l. præcipimus. iurium enim correctio vitãda est. vt in ca. cũ expediat. de elec. in 6. Ad idem & quarto facit. quia† cũ ius cognationis naturale nomen sit, cum ratione sanguinis sit impositum, non videtur posse tolli per ius ciuile instit. de iur. nat. gen. & ciuil. §. sed & naturralia: ad hoc glo. instit. de succes. agna. §. fin. Pro quo etiam & quinto facit. quia si per ius ciuile tollatur, & tolli possit ipsa cognatio naturalis quo ad ipsam matrem, tamen non videtur tolli quo ad ipsos coniunctos per matrem, cum non sit eadem ratio, cum in ipsa matre reperiatur delictum, quod nõ cadit in ipsis cõiunctis

iunctis per matrem: vnde ad ipsos non videtur extendi tale dispositum correctiue & odiose: prout not. in d. §. de iure. & in regula, odia, in 6. per quæ videtur dici & concludi posse, quod dicti coniuncti per dictam matrem non excludantur a dicta successione spurij, imo & potius admittantur ad dictam successionem: & ita, vt audio, consuluerunt nonnulli doctores inter quos fuit Philippus de Cursinis & Thorel. de Prato. Sed his non obstant. contrarium de iure verius est, vt a dicta successione excludantur de iure, non solum dicta mater, prout & tenuit Ci. in dicta aut. itaque, sed etiã coniuncti per ipsam matrem, & sic fratres ipsius matris, vt ex pluribus deducitur. Et primo quia cum dictus Venantius fuerit natus ex damnato coitu duplici etiam respectu. quia ex adulterio, & ex moniali: sine dubio ipse non successisset, si viueret, matri non data dispensatione. vt patet in auth. quibus mo. na. effic. sui. §. fin. vnde & econuerso ipsa mater non succedit eidem prout & tenuit Azot in dict. summa. & Ci. in d. auth. itaque. & Barto. in d. l. fin. de his quibus vt indign. & communiter tenetur vt supra dictum fuit. Vnde si ipsa mater non succedit multominus succedunt fratres ipsius matris cum successio deferatur ordine successiuo. ff. de successo. edicto. l. 1. §. qui semel. & l. 1. & 2. C.

17 eod. ti. vnde † si ipsa mater non succedit, multominus succedunt fratres ipsius, cum ipsis deferatur successio post matrem, & per matrem coniungantur, si qua cognatio cadat: ad hoc auth. multo magis. C. de sacrosanct. Eccl. & ca. cum in cunctis de elect. Ad idem & secundo facit: quia dictus Venantius non potuit nec potest dici filius etiam naturalis, nec aliquod participium habet legis, cum fuerit & sit natus ex damnato coitu. vt d. §. fin. & C. de incest. nupt. auth. ex complexu. Vnde cum non habeat legis participium, nec possit dici filius, ipse sine dubio non succedit, non solum parẽtibus, sed etiam alijs agnatis & cognatis parentum, & similiter ipsi parentes & eorum agnati & cognati non succedunt d. Venantio ex quo non habet legis participium, nec vocatur filius. Si enim non vocatur filius ex iuris dispositione, ergo in cõsequentiam non vocantur parentes illi ex quibus natus est: ad hoc quod habetur in l. fi. ff. de accept. & in l. fin. C. de indicta viduitate: & si non sunt parentes, eorum coniuncti non possunt dici agnati

18 & cognati dicti spurij. & † hinc est quod appellatione coniunctorum non comprehenduntur spurij vt consuluit Di. secundum quod refert Bal. in l. id quod pauperibus. C. de episco. & cle. ipse enim spurius ex damnato coitu natus a iure incognitus est prout voluit Bald. in l. etiam. C. ad l. Falc. vnde

19 † cum spurius non dicatur filius nec coniunctus, nec a iure cognitus, non potest dici, quod ipse succedat parentibus, nec agnatis vel cognatis parentum, & similiter non succedant eidem ipsi parentes, agnati & cognati ipsorum parentum, pro quo etiam facit quod dixit Bal. in l. generaliter. §. cum

20 autem. C. de institut. & substitut. dicens † quod bastardi non includuntur in dispositione legali tacita, vel expressa, ad hoc quod nota. per glo. in clem. vnica. de baptis. vnde cum non includantur spurij, multominus includuntur nati ex damnato coitu, cũ omni prorsus beneficio excludantur. vt d. auth. licet. C. de natu. li. vnde cum non includantur ipsi ex damnato coitu in ipsa dispositione legis, & sint prorsus omni beneficio iuris exclusi, ipsi non succedũt parentib. nec parentes eis, & similiter agnati & cognati ipsorũ parentũ, & sic dicti fratres dictæ Vannarellæ matris ipsius spurij non succedunt.

21 Quod & tertio demonstratur ex alio, quia † non reperitur permissa successio in spurijs, & ipsis spuriis, nisi in matre & fratre vt d. l. hac parte. & d. l. si spurius. & in auia materna vt in l. Modestinus. ff. vnde cognati, vnde cum non reperiatur permissa successio in aliis, non succedunt, ex quo non reperitur in iure cautum. l. illam. C. de colla. & ff. de acquir. hæred. l. si seruus. §. non dixit. vnde cum non reperiatur iure cautum ipsis fratribus ipsius Vannarellæ vt succedant, non succedũt, & maxime quia dictus Venantius non solum fuit spurius, sed etiã natus ex damnato coitu, in quo non reperitur iure cautũ vt ipse succedat parentibus & coniũctis, &c. econtra: imo potius reperitur contrariũ iure cautum, cum non nominetur filius nec habeat aliquod principium iuris, nec gaudeat aliquo beneficio iuris. vt supra plenius dictum fuit. Ad idem & quarto facit vt & dicti fratres non succedant, nec succedere possint ab intestato dicto Venantio

22 spurio, nã succedentes † ab intestato dicuntur succedere beneficio legis ex præsumpta, & tacita mẽte & voluntate defuncti. ff. de iure codicil. l. si quis cum nullam & l. conficiuntur. vnde cum ipse spurius careat iudicio legis, & in dispositione legis etiam tacita non includatur; vt supra dictum est, cum non includantur, odiosi & indigni, ad hoc l. Lucius. §. Lucius Titius damna. ff. de leg. 2. Vnde cum cesset istud beneficiũ iuris in casu prædicto, non põt dici, quod dicti fratres ab intestato eidem

23 succedant. Ad idem & quinto facit, quia † non datur agnatione nec cognatione seu proximitate vsque ad 7. vel hodie ad 10. gradum prout habetur insti. de successi. agna. §. fi. non datur successio, prout habetur in d. §. fi. & per totum. & de successi. cogna. per totũ. & hoc casu non datur aliqua agnatio nec cognatio iuris dispositione, ex quo ipsi spurij a iure sunt incogniti, & non habent participium legis, nec gaudent beneficio iuris, imo & pro non filiis habentur. vt supra plenius dictum fuit. Præterea, & si detur cognatio seu consanguinitas aliqua inter dictum spurium & fratres dictæ Vannarellæ ex qua detur aliqua successio, datur ei ex psona matris & mediante ipsa matre vt patet institut. de successi. ab intesta. §. 1. & per totum. & institut. de successi. agna. ꝑ totũ. Sed ipsa cognatio, seu successio materna est affecta macula, & vitio insuccessibilitatis, cum dictus Venantius non successerit, nec succedat ipsi matri, nec econuerso. vt supra

24 plenius dictum fuit. Vnde † cum ipsa cognatio & proximitas tanquam radix & propago sit affecta dicto vitio; dicendum erit ꝙ eodem modo erunt affecti ramusculi, prout patet in originali peccato primi parentis. prout & voluit Bald. in l. fin. in fin. C. de verb. significat. dicens quod si primus, id est, primus amor est contra bonos mores: secundus

dus filius, id eſt, amor deriuatus ad nepotem ſine peccato originali eſſe non poteſt. Vbi enim principium & origo maculam habet, & vitio aliquo inſucceſsibilitatis affecta eſt, tota ſucceſsio inde ſequens eodem modo afficitur, & maculatur. vt eſt tex. notab. in l. fi. C. de natur. li. p quem tex. Bal. in d. l. fi. C. de verb. ſignifi. notabiliter dixit, quod nulla poteſt eſſe conſequentia legitima ex illegitimo naſcendi principio, & radice corrupta.
25 Quicquid † enim eſt cauſa cauſæ eſt cauſa ipſius cauſati. ff. de procurato. l. licet. §. ea obligatio. & ff. de verb. ſign. l. liberorum. Vnde ſi dicta Vannarella mater eſt cauſa, propter quam dicti eiua fratres coniunguntur dicto Venantio: & ipſa cauſa productiua eſt inſucceſsibilis, eodem modo erũt inſucceſsibilea dicti fratres cauſati a dicta matre, & ex cognatione ſeu proximitate ipſiua matris cum Venantio: vt probatur ex dicta ratione, quã Bal. elicit in d. l. fin. de verborum ſignificatio. vt generalem. & ex tex. dictæ leg. fin. C. de natu. li. Deficit ergo medium cum ſit inhabile, propter quod deficiunt ea quæ poſt ipſum, & ex ipſo ſequuntur. vt d. l. fin. deficiente enim cauſa deficit effectus de appel. cum ceſſante. Per quæ videtur dici & concludi poſſe, quod dicti fratrea dictæ Vannarellæ non ſucceſſerint, nec ſuccedant dicto Venãtio. Pro quo etiam facit, quod tenuit Odo. in d. l. de natur. li. dicens quod nepos ex filio ſpurio non poteſt ſuccedere ab inteſtato, nec ex teſtamento aui, cum lege non caueatur, & etiam quia non poteſt eſſe nepos ſine ſtipite, & ipſe ſtipitem non habet, ex quo pater eius natua eſt ex damnato coitu, prout refert Cyn. in d. l. ſi qua illuſtris. vbi videtur idem tenere, & in dicto auth. itaque per dictam l. hac parte. & d. l. ſi ſpurius.
26 cum hæc iura † videlicet d. l. hac parte. & d. l. ſi ſpurius, hoc non probent. loquitur enim & d. l. hac parte in vulgo conceptis, non in natis ex dãnato coitu, vt patet ex d. l. hac parte. ſimiliter & d. l. ſi ſpurius & ſi loquat̃ de ſpurio generaliter, tamen non loquitur ſpecifice in nato ex damnato coitu, ergo mater non ſuccederet prout ſupra plenius dictum eſt, prout ſuccedit ipſi ſpurio, & quod non loquatur de ſpurio nato ex damnato coitu ſentit glo. ibi allegando dictam l. ſi qua illuſtris, quæ non loquitur de ſpurio nato ex dãnato coitu, prout vult glo. ibi, ſed de alio ſpurio, cũ talis ſuccedat matri, niſi ſit illuſtris, quod non eſt in ſpurio nato in damnato coitu, cum mater eidem non ſuccedat, prout vult glo. in d. l. ſi qua illuſtris. & ff. de inoffic. teſtam. l. ſuſpecta. §. t. ita quod d. l. ſi ſpurius, non loquitur de ſpurio nato ex dãnato coitu, ſed de aliis ſpurijs, quod & vult ſimpliciter glo. ibi allegando dictam l. hac parte. & inſtitut. de ſucceſsi. cognat. §. vulgo. qui loquit̃ de vulgo conceptis, & non de natis ex damnato coitu, quod & vult etiam glo. in d. §. vulgo. qui loquitur de vulgo concepto, dum allegat dictam l. ſi ſpurius. quod & voluit Spe. in titu. de ſucceſſ. edict. ab inteſt. in ver. ſed nunquid ſpurij ſuccedant matri. vbi vult quod d. l. ſi ſpurius, habeat locum, quando mater non poſſet accuſari de inceſtu vel de adulterio, & ſic in ſpuriis natia non ex damnato coitu, cum tunc eius mater non ſuccedat, prout vult Spec. ibi, & hoc modo intellexit Hoſt. in ſum. in titu. qui fil. ſint legi. poſt princ. in §. ſpurij aũt: ibi enim referendo opinionem aliquorum, finaliter reſidet cum opinione domini
27 ſui concludentis, quod ſpurij † vulgo concepti retinent iura cognationis in matribus, & in coniunctis per lineam maternam, & ita intelliguntur d. l. ſi ſpurius & d. l. hac parte. dicendo, ſecus eſſe in natia ex damnato coitu, cum tales nulli ſuccedant. imo & plus dicit Hoſtien. ibi. in fin. illius §. quod dominus ſuus vbicunque in iure inueniebat, quod ſpurius ſuccedere poſsit exponebat. i.
28 vulgo conceptus ſeu quæſitus. Sunt † enim filiorum plures ſpecies cũ ſint filij legit. & naturales: Naturalea tñ, & ſpurij prout patet ex not. per gl.
29 in ca. tanta. qui filij ſint legi. & ipſorum † ſpuriorum, cum ſint illi, qui extra vinculum matrimonij nati ſunt, vt ſupra plenius dictũ fuit, plures ſunt ſpecies. Quidam enim ſunt ſpurij qui ſunt ex dãnato coitu nati, prout voluit glo. in d. ca. tanta. & in d. ca. conſuluit. & de his nõ loquitur d. l. ſi ſpurius. Sunt & quidam alij qui non ſunt nati ex dãnato coitu vt ſunt vulgo quæſiti, prout voluit dictæ glo. & de iſtis loquitur d. l. ſi ſpurius. & d. l. hac parte. Sunt & quidam alij qui nati ſunt ex cõcubina in domo retenta nec vulgo ſe proſtituentẽ, ſed qui naſcũtur ex iſtis fantolaſtris, quæ licet non ſupponant ſe cuilibet indifferenter, & ſic nõ ſtent in lupanariis, tamen aliquando vni, & aliqñ
30 alteri ſe ſupponunt, & filij † nati ex iſtis, licet nõ ſint vulgo cõcepti, tamen ſpurij cenſentur, prout & voluit d. Ang. in d. l. Si qua illuſtris, & de iſtis poterit loqui d. l. ſi ſpuriua ex quo infertur quod dicta lex ſi ſpurius non eſt ſuperflua habito reſpectu ad dictam legem hac parte cum dicta lex ſolum loquatur de vulgo conceptis. & hoc vult Bar. in d. l. fi. de his quibus vt indign. cum prout ipſe voluit ibi, multa poſſunt eſſe genera ſpuriorum: & iſtud idem voluit Bald. in d. l. ſi qua illu-
31 ſtris. circa fi. dicens † quod ille eſt proprie vulgo cuius mater ſe ſupponit omnibua indifferenter, ſed ſi ſtat ſex menſibua cum vno, & ſex menſibua cum alio, iſte ſpurius eſt, ſed non vulgo conceptus, & de iſto loquitur d. l. ſi ſpuriua. Vnde non obſtat dictum argu. de ſuperfluitate de quo multum non eſt curandum, cum reperiantur plures leges, quæ in eodem caſu loquuntur, ita quod & dici & concludi poteſt quod dicta lex ſi ſpurius, & ſi loquatur de ſpurio, tamen non loquitur de ſpurio nato ex damnato coitu, cum mater eidem non ſuccedat, ſed prout ibi ſuccedit, ſed de aliis ſpuriis, de quibus ſupra dictum eſt. Quod oſtenditur alia ratione, quia ibi dicit quod proximitatis nomine mater ibi ſuccedit. Nam ſi ſpurius natua eſſet ex damnato coitu ipſa mater non ſuccederet proximitatis nomine, cũ damnatua ſit coitus in matre ſicut & in patre: imo & ipſe filiua ita natus non dicitur nec cenſetur filius. vt d. §. fi. & in auth. quibus mo. na. §. fin. & d. auth. ex complexu. & vt ſupra plenius dictum fuit, & hoc fuit de mente Imo. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ver. fi. ff. ad Trebel. Ita quod ex prædictis patet quod

d.l.hac parte. & d.l.si spurius loquuntur de aliis spurijs, & non de natis ex damnato coitu prout & supra dictum fuit. Vnde si Di.& Ci.ita intellexerunt illam legem si spurius vt loquatur de natis ex dãnato coitu, vt coniuncti per matrem succedant ipsi spurij, non bene intellexerunt, imo & si eorum dicta bene ponderentur, hoc non voluerunt, cum ipse Cyn, teneat expresse quod ipsa mater nõ succedat ipsis spurijs, quibus succederet, nec ipsi spurij eidem per id quod habetur in d.§. fi. sed bene dicit quod coniuncti per matrem succedunt spurijs, quod intelligi debet de spurijs natis non ex damnato coitu cum alleget dictam l.si spurius, quæ si intelligeretur de spuriis natis ex damnato coitu, probaret quod non solũ fratres, sed etiam ipsa mater succederet dictis spurijs, quod verum non est, nec Cy. hoc tenet. Vnde intelligatur d.l. de spurijs natis non ex damnato coitu, prout communiter intelligitur, vt suprà patet. Nec obstat si dicatur quod d.l.si spurius loquitur generaliter & indistincte, quia licet loquatur generaliter & indistincte, tñ debet distingui & limitari ꝑ alia iura. ff. de legi. l. sed & posteriores. & vt no. ff. qui satisd. cog. l. sciendum. ad hoc, etiam quod not. per Host. in d. sum. in §. spurij,

32 vbi voluit† quod leges quæ disponunt, quod spurius succedere possit intelligantur de vulgo conceptis & non de natis ex damnato coitu, quod & etiam voluit Odo. in d.l.si qua illustris: vnde non obst. quod primo in cõtrariũ allegatur. Nec ob. quod & secundo in cõtrãrium allegatur dicendo quod inter ipsum spurium & fratres ipsius ex eadem matre natos, vel fratres ipsius matris datur proximitas & cognatio per dictam legem si spurius: quia in hoc dici potest contrariũ. Nam & si detur inter spurium non ex damnato coitu, sed vulgo cõceptum, vel alium spuriũ vt supra, tamen

33 † inter spurium natũ ex damnato coitu, & eius matrem vel fratres ipsius vel matris, non dat ipsa cognatio & proximitas, cum non nominetur nec nominari possit filius, nec habeat aliquod participium legis prout supra plenius dictum fuit. vnde hoc non obst. Nec obstat quod & tertio in cõtrarium allegatur dicendo, quod & si in matre reperiatur hoc correctum vt non succedat ipsi filio spurio: sicut & econuerso spurius non succedere debet matri, tamen in ipsis fratribus & cõiunctis non reperitur hoc correctum, quia ad hoc respõdetur, quod imo & in matre & in aliis coniunctis non reperitur hoc iure cautũ, vt mater & alij coniuncti per ipsam matrem succedãt ipsi spurio nato ex damnato coitu cum d.l.hac parte & dicta l. si spurius & d.l. Modestinus, de tali spurio nato ex damnato coitu non loquantur. vnde non cadit correctio, imo iure cautũ est quod tales spurij nõ nominentur filij, & careant omni beneficio iuris. vt in d.§.fi.& in d.aut. ex cõplexu. Nec etiã obst. quod quarto in cõtrarium adducitur dicendo, quod cũ ius cognationis sit nomen naturale, cum ratione sanguinis sit impositum, nõ videtur posse tolli ꝑ ius ciuile, quia licet ius cognationis

34 naturale sit, tamen tale† ius naturale non cadit in natis ex accusabili coitu, quãtum ad succedendũ, cũ non censeãtur filij ex dispositione iuris prout supra plenius dictum fuit. propter quod non dicitur habere aliquam cognationem vel proximitatem prout & voluit Imol. in d. §. si quis rogatus. in 16. col. imo plus voluit in 10.& 15. colum. quod ius naturale nõ cadat in natis ex coitu damnabili quo ad succedendum ex quo nõ censentur

35 filij: imo† & plus dici põt, quod & ius naturale tolli possit a iure ciuili in cõsequentiam quo ad ius succedendi, vt patet in deportatis, qui priuantur omni iure successionis. prout no. C. de hære. institu. in l. 1. & in d. §. si quis rogatus. & prout patet in seruo, cum & seruus nõ succedat cognato suo, licet sit eiusdem sanguinis. vt l. seruus. C. communia de success. & l. 1. ff. vnde cognati. vnde hoc non obstat. Nec obst. quod & quinto loco in cõtrarium adducitur dicendo, quod & si per ius ciuile tollatur, & tolli possit ipsa cognatio naturalis quo ad ipsam matrem, tamen non videtur tolli quo ad ipsos coniunctos per matrem, cũ nõ sit eadem ratio, cum in matre reperiatur delictũ, quod non cadit in ipsis cõiunctis, quia ad hoc respondetur, quæ imo per ius ciuile tollitur & põt tolli quod cognatio naturalis, quo ad ipsam matrem & eius coniunctos, cum tollatur ipsa cognatio & cõsanguinitas per ipsum ius ciuile quo ad effectum succedendi prout patet in d.§.si.& in d.auth. ex complexu. & in d.auth. licet. & cum tollatur quo ad matrem, tollitur in consequentiam quo ad omnes, qui per matrem veniũt. & mediante ipsa matre prout & supra dictum est. Ita quod ex prædictis concluditur, & cõcludi potest quod nõ solũ ipsa mater est exclusa ab ipsa successione ipsius Venantij, sed etiam fratres ipsius matris.

THEMA SECVNDI CONSILII.

FVit quidam Ciuis Senen. vocatus Ioan. Mini de Trierchiis, q tẽpore vitæ suæ que mortis habebat, & possidebat quandam domum, siue casamentum situm in ciuitate Senarum, in qua familiariter habitabat, ac etiam quandam possessionem vocatam Altensium, & similiter Loreti, sitam in comitatu Senarum. habebat etiã duos filios natos ex legitimo matrimonio: videlicet Petrum & Alexandrum: & dicto tempore vitæ dicti Ioan. dictus Pe. habebat vxorem nomine dominam Marga. & existẽte dicto Pe. vxorato ex quadam Paula coniugata tunc filia Taliam de castro plani castagnarij comitatus Senarum natus fuit quidam filius, qui vocatus fuit & vocatur Alexan. dictus Pet. asserebat esse filium suum ex se conceptum & dicta Paula asserebat conceptum ex dicto Pe. & per aliquot menses tempore quo conceptum esse asseritur, dicta Paula habitauit in quadam domo dicti Ioan. sita in quodam oppido vocato monte

te Alcino distanti a plano castagnarij prædicto per 20. miliaria vel circa. in quo plano castagnario habitabat tunc coniunx & sic maritus dictæ Paulæ. & immediate post ortum dicti Alex. dictus Pe. ipsum eius filiū fecit educari & nutriri. & post quam dictus Alex. desinit lactare, stetit & habitauit in dicta domo dicti Io. cum dictis Ioanne & Petro. & cum alijs de familia dicti Ioan. & vt filius dicti Petri. & ipsum dictus Ioann. vt eius nepotem, & vt filium dicti Petri tractauit, & reputauit & nominauit vsque ad tempus mortis ipsius Ioann. qui vixit per duos annos, postquam dictus Alexand. desinit lactare, & vnquam maritus dictæ Paulæ contradixit, nec nunquam dixit quod dictus Alexend. esset filius suus, id est, maritus dictæ Paulæ. Dictus autem Ioan. in anno Domini 1438. & mense Septembris suum condidit testamentum, quo tempore habebat dictus Pet. tres filios natos ex se & domina Margareta eius vxore, videlicet Eufrasiam, Angelum, & Franciscum, & in testamento prædicto ita disposuit, videlicet post quædam legata facta per eum videlicet. In omnibus autem alijs & singulis bonis suis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, vbicūque sunt vel fuerint aut inueniri possint, seu poterint, quomodolibet in futurum, per quæcunque loca, vocabula, & confines, Petrum & Andræam eius filios legitimos & naturales sibi hæredes vniuersales instituit atque fecit: & si dicti eius filij, & vterque ipsorum sine filijs, & descendentibus masculis & ex linea masculina, aut sine testamento decederent, & ipse aut ipsorum filij ex descendentes masculi tantum non alienauissent, domum, vel casamentum suæ habitationis, & Fortilesia Altensium, & Loreti cum possessionibus & pertinentijs suis: tunc & eo casu & non aliter vel alio modo, substituit in dictis casamentis & fortilesijs cum suis possessionibus & pertinentijs, filios & descendentes masculos, & ex masculis tantum, Francisci Mini de Trierchijs, olim fratris carnalis dicti testatoris defuncti, ita quod in effectu res & bona prædicta transeant & perueniant ad masculos tātum, & de eius cippo. Et si dicti eius nepotes ex fratre decedant sine filijs & descendentibus masculis, & ex linea masculina, tunc & eo casu per solennem substitutionem voluit dicta bona & res redire & transire proximioribus consanguineis ipsius testatoris, prout per iura & leges dispositum & ordinatum est. Qui Ioan. in eodem anno & paulo post dictum conditum testamentum decessit, superstitibus sibi prædictis Pet. & An. eius filijs qui hæreditati dicti Ioan. se immiscuerunt, & possederunt bona quæ in hæreditate dicti Ioan. remanserunt, & inter cætera bona quæ remanserunt in hæreditate dicti Ioan. remanserunt dicta domus Fortilesium & possessiones, quæ vna cum bonis alijs hæreditarijs dicti Ioan. fuerunt per dictos Pe. & An. tenta & possessa: superuixerunt etiam dicto Ioan. dicti filius & filia dicti Pe. & dictus Alexan. & post dicti Ioan. mortem eodem modo dicti Pe. & An. diuisionem fecerunt de eorum bonis communibus, & de his quæ remanserunt in hæreditate dicti Ioan. & dicto Pet. tetigit in partem dicta domus ac etiam pars Fortilesij & possessionum Loreti, & quædam alia bona quæ fuerunt dicti Ioan. & dicto An. tetigerunt in partem Fortilesium Altensium cum possessionibus suis, quædam alia bona quæ fuerunt dicti Ioan. & quia pars dicti Pet. fuit pluris valoris quam pars dicti And. dictus Pet. dedit d. And. de sua propria pecunia Florenos centū. Et post prædicta dictus An. cœpit vxorem nomine dominam Iacobam ciuem Senen. ex qua plures habuit filios masculos & fœminas, inter quos habuit vnum filium nomine Ginum. & decessit dictus An. iam sunt anni viginti vel circa superstitibus & superuiuentibus sibi dictis suis filijs & filiabus, post cuius An. mortem decesserunt duo ex filijs suis, videlicet vnus masculus, & vna fœmina & supersunt dictus Ginus, & vna fœmina dicta Eufrasia nupsit cuidam Salimbeni ciui Senen. & postquam nupsit, decessit: decesserunt etiam supradicti Eufrasia Franciscus & Angelus filij dicti Pe. dictus autem Alex. post mortem dicti Io. remansit in domo Io. prædicti, & cū d. Pet. eius patre a tempore mortis dicti Io. citra, vsque ad tempus mortis di. Pe. continuo habitauit vt eius filius, & ipsum vt eius filium tenuit & tractauit & nominauit. Et ipse Alexan. cœpit vxorem & eam duxit in domo Pe. prædicti, & in ea stetit & habitauit & dotes dictus Pe. vna cum d. Alex. recepit & se ad restitutionem dictarum dotium eidem obligauit, & filios in ea procreauerunt dictus Alex. & vxor, & eos dictus Pe. vt nepotes ipsius nutriuit & aluit. & quod dictus Alexan. fuerit filius dicti Pet. fuit, & est publica fama in ciuitate Senarum. & erat similis dicto Pe. in facie & loquela & gestis, quem Alexan. dictus Petrus legitimari fecit per quēdam Comitem Palatinum cuius Comitis, Potestatis, & legitimationis dicti Alex.

tenor in prima parte. Dictus autem Pe. iam est tempus plurium annorum dictam domũ vendidit pro certo pretio Salimbeni prædicto, & partem pretij soluit dicto Pet. & residuum dicti pretij fuit confessus dictus Pe. habuisse & recepisse a dicto Salimbene. Fuit etiam secundo loco legitimatus dictus Alex. per Serenissimum Principem Federicum Imperatorem cuius legitimationis tenor est infrascriptus. In anno autem præsenti 1418. die prima Februarij dictus Pe. suum condidit testamentum in quo post quædam legata per eum facta ita dispofuit atque fecit videlicet. In omnibus autem bonis suis mobilibus & immobilibus, & se mouentibus iuribus, & actionibus, & nominibus debitorum præsentibus, & futuris vbicunque fuerint, & sint, & inueniri poterint, & infra quæcunque loca vocabula vel confines Alexan. ipsius testatoris filium legitimum sibi hæredem vniuersalem instituit: fecit, & esse voluit, si dictus Alexan. hæres non esset, vt dictam hæreditatem capere non posset in totum, vel in partem in omni & toto eo quod dictus Alexand. capere non posset, & incapax esset ex aliquo iure vel causa, Ioannem Franciscum, Andræam, & Albertum filios legitimos & naturales dicti Alexan. & alios nascituros ex ipso Alexand. ex legitimo matrimonio heredes sibi vniuersales instituit. volens & mandans quod dicto casu eueniente, quod præfati Ioan. Fran. Andr. & Alber. & alij nasciturì ex dicto Alexand. ex legitimo matrimonio essent hæredes dicti Pet. vsusfructus bonorum d. Pet. proueniat ad ipsos Ioan. Franc. Andr. & Alber. & alios nasciturós filios ex ipso Alexan. vt supra sit ipsorum Ioan. Franc. & Anto. Alber. & aliorum filiorum nasciturorum dicti Alexan. & ad ipsum Alexan. nihil vsusfructus proueniat ex bonis prædictis. Et si præfati Ioan. Franc. And. & Alber. & alij filij ex dicto Ioan. nasciturí, vt supra hæredes non essent, vel dictam hæreditatem capere non possent, in totum, vel in partem, in omni & toto eo quod ipsi Ioan. Fran. Andr. & Alber. & alij filii nasciturí ex dicto Alexan. vt supra capere non possent, & incapaces essent, ex aliquo iure vel causa Salimbenem Francisci de Petronibus de Senis præscriptum sibi hæredem vniuersalem instituit fecit, & esse voluit. & paulopost prædictum conditum testamentum decessit dictus Petrus superstitibus sibi prædictis Alexan. & eius filijs, & dicto Salimbe. & Gino, & filijs dicti Fran. qui Alexan. se hæreditati dicti Pet. immiscuit.

Et circa prædicta contingit dubitari de infrascriptis videlicet: Et primo nunquid dictæ legitimationes factæ de dicto Alexand. tam per dictum Comitem palatinum, quàm per dictum Serenissimum Principem Federicum, fuerint legitime factæ & de iure subsistant, licet cum factæ fuerint nulla fuerit facta citatio venientibus ab intestato, nec substitutis a dicto Ioan. in testamento tacite vel expresse, attento quòd legitimatio facta de dicto Alexan. per dictum Comitem admittit eum ad successionem bonorum paternorum, & maternorum, & de alijs non facit mentionem, & legitimatio facta per Principem fuit facta in terris Ecclesiæ. Secundo nunquid d. Ginus virtute verborum substitutionis factæ per dictum Ioan. in testamento suo prædicto ex tacito fideicommisso sit vocatus ad aliquam partem bonorum d. Io. Tertiò dato sine præiudicio veritatis, quod esset vocatus dictus Ginus stante dicta legitimatione dicti Alexan. & testamento dicti Petr. & alienatione dictæ domus, quia non videtur purificata conditio apposita substitutis expresse dictis Pe. & Andr. sit exclusus a successione dicti Ioann. qui eadem conditio intelligitur in substitutione tacita, quæ est in institutione expressa. Quartò dato, quod dictus Ginus sit exclusus a successione dicti Ioan. nunquid filij dicti Franc. succedant vigore substitutionis prædictę in bonis dicti Ioan. quæ per dictum Pet. possidebantur, præsupposita validitate dictarum legitimationum & testamento d. Pe. & alienatione dictæ domus & superexistentia dicti Gini filij d. An. Quintò, nunquid d. Alexan. præsupposita validitate dictarum legitimationum, vel alterius earum, & probata filiatione dicti Alexan. succedat in omnibus bonis, quæ fuerunt dicti Pe. & in bonis quæ fuerunt dicti Ioan. quæ contigerunt in parte dicto Pe. & per ipsum Pe. tenebantur tempore mortis dicti Pe. Sextò, si dictus Alexan. excluderetur a successione dicti Pe. an admittantur eius filij, vel non admittantur quasi videantur instituti contemplatione patris, & an pater possit instituere filios filij spurij, cum hoc quod vsusfructus nõ perueniat ad patrem spurium vt est in ista institutione facta de dictis filijs ipsius Alexan. Septimò, si excluderetur dictus Alex. & eius filij a successione dicti Pet. an saltim admittatur dictus Salimbe. vel non admittatur, & an videatur institutus contemplatione dictorum Alexan. & eius filiorum. Octauò, vtrum ad probandum filiationem Alexan. dicta suffi-

ciant,

ciant, supra narrata in puncto, adeo quod onus probandi, quod non sit, nec fuerit filius dicti Pe. transferatur in aduersarium, & si causa dictæ hæreditatis in iudicium deduceretur, possit se iudex informare de filiatione ipsius vti medius & priuatus vigore statuti infrascripti. Nonò, an posito ꝙ non probaretur quod dictus Alex. sit filius dicti Pe. an talis institutio vitiaret cōsiderato quod per trigintaquinq; annos dictus Pe. ipsum Alex. vt filium tenuit tractauit & reputauit, & ita cōmuniter tenebatur & reputabatur, & ita dicam Paula mater dicti Alex. dixit & asseruit, & affirmauit dictum Alexan. fuisse & esse filium dicti Pet. Decimò, præsupposito, quod dictus Alex. sit hæres dicti Pe. cum ad eum spectent bona dicti Ioan. & bona quæ dicto Pe. in partē tetigerunt. Quæritur quo iure, & qua actione dictus Alexand. vtilius agat contra dictum Ginum ad vendicādum, & acquirendum bona prædicta. Statutum communitatis Senarum. De pœna negantis aliquid de infrascriptis. Quicunque negauerit in aliqua quæstione vel causa aliquem esse vel fuisse filium, vel fratrem, vel patrem, vel vxorem, vel maritum illius cuius altera pars diceret, si vulgari opinione ille habitus fuit pro filio, vel fratre, vel patre, vel vxore, vel marito, puniatur in libr. 25. denariorum pro qualibet vice. & quicunque opposuerit, vel allegauerit patrem, vel fratrē, vel auum suum, vel clientuli aduersarium viuere qui vulgari opinione pro mortuo habebatur cōdemnetur in libris centum denariorum in totidem qui negauerit aliquem fuisse potestatem vel rectorum communitatis Senarū qui communi opinione pro potestate vel officiali vel rectori fuerit reputatus, nec ipsa negatio admittatur in prædictis: sufficiat etiam prædicta scire iudici medio vel priuato. De pœna facientis se consanguineum minorum, & eidem consentientis. Siquis non fuerit consanguineus minoris, & præstiterit consensum suum in aliquo contractu, quem faceret minor cum aliqua persona, dicens, asserens, seu faciens se consanguineum minoris, condemnetur communi Senarum in lib. centum den. & exbanniatur de communi Senarum, de quo banno in perpetuū exire non possit nisi primo soluerit dictam pœnā, & possit impune a quolibet offendi, ac si esset pro maleficio exbannitus. In probatione autē consanguinitatis, sufficiat probatio de publica fama. Hucusque est punctus deinde sequuntur priuilegia ipsi Alex. concessa per Imperatorem quæ sunt in publica forma.

SVMMARIVM.

1 *Filius natus ex muliere coniugata censetur filius viri, non autem alterius, etiam si appareret, quod commisceret se, cum alio, & mulier diceret illum esse alterius filium.*

2 *Filius natus in domo uiri, eius filius præsumitur: ita & filius natus ex concubina in domo concubinarij, eius filius præsumitur.*

3 *Filius quis præsumitur ex eo quod habitus, & retentus fuit pro filio ab aliquo per longum tempus.*

4 *Filius si quis appelletur, & vocetur, talis nominatio iuncta cum habitu, & tractatu pro filio, inducit præsumptionem quod sit filius, cui standum est, donec probetur contrarium.*

5 *Fama, & vox publica non inducit plenam probationem in filiatione, sed præsumptionem, seu semiplenam probationem.*

6 *Statutum, vt ius, seruari debet, nec ab eius uerbis est recedendum.*

7 *Filius natus ex coitu damnato, & adulterino, patri non succedit ab intestato nec ex testamento, nisi fuerit legitimatus.*

8 *Legitimatio est de reseruatis principi.*

9 *Legitimandi potestatem a Principe habens, non potest legitimare ad præiudicium alterius, etiam respectu spei.*

10 *Legitimatio facta absentibus consanguineis legitimati, & absque eorum consensu, & eis non citatis, non ualet.*

11 *Legitimare in terris Ecclesiæ Imperator non potest.*

12 *Legitimandi potestatem habens ab Imperatore, potest subditos Imperatoris etiam in terris Ecclesiæ legitimare, & ibi tabelliones creare, & alia exercere, quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis.*

13 *Faciens per alium, per se ipsum facere videtur.*

14 *Legitimatio facta ad postulationem patris, neminem lædit, & ideo aliquis etiam succedens ab intestato, tunc non est citandus.*

15 *Imperator in terris Ecclesiæ legitimare potest suos subditos, & etiam non suos subditos, de consensu succedentium ab intestato, & illius de cuius hæreditate agitur, tenendo, quod ista voluntaria iurisdictio sit prorogabilis.*

16 *Legitimatus succedit ut filius legitimus & naturalis, & beneficio sui tatis hæreditatem non agnitam ad eius hæredem transmittit.*

17 *Filij infantes, minores, uel nasciturі per aliquem hæredes instituti, uidentur instituti contemplatione patris.*

18 *Filij nati ex filio spurio, & ex damnato coitu procreato, & sic incapaci, possunt institui hæredes. Et ualet institutio, nisi contemplatione patris incapacis instituantur.*

19 *Hæres institui quis sui potius contemplatione, quam alterius, etiam patris, in dubio præsumitur.*

20 *Institutio facta de aliquo tanquam filio, non ualet, nisi probetur quod sit filius, quia erratum est in causa finali: Et substituti, uel succedentes ab intestato admittuntur.*

21 *Filij in conditione positi censentur uocati ex testamento secundum aliquos.*

22 *Verba testamenti sunt consideranda.*

23 *Filij in conditione positi, ex ipsa substitutione, & ex testamento*

stamento non videntur vocati ad bona in substitutione contenta secundum communem opinionem doctorum.

24 *Intellectus l. lucius s. ff. de hered. instit.*
25 *In dubio non est recedendum ab opinione glo. & commun.*
26 *Hæres contra factum suum, vel sui prædecessoris venire non potest.*
27 *Verba præcedentia testamenti, dant intellectum uerbis sequentibus.*
28 *Dictio, aut, copulatiue ponitur.*
29 *Conditiones adiectæ substitutioni filiorum, censentur repetitæ in substitutione facta de proximioribus consanguineis, quod procedit in legatis, secus in hereditate.*
30 *Conditiones potestatiuæ, mixtæ, & casuales censentur repetitæ in substitutionibus factis in legatis.*
31 *Conditio eadem intelligitur repetita in substitutione tacita, quæ in substitutione expressa.*
32 *Dictio, aut, quoties inter conditiones apponitur, semper alternatiuæ resoluitur in coniunctam.*
33 *Actiones, & remedia quæ possunt intentari contra occupantem bona hæreditatis ad alium spectantis.*
34 *Remedium l. edicto. C. de edict. diui Adri. toll. est vtilius hæredi intentare, ad hoc vt in possessionem bonorum mittatur.*

CONSILIVM SECVNDVM.

In nomine domini, Amen.

Cum viso & considerato præfato puncto, & contentis in eo, & ipsis copiis testamentorum, legitimationum, & statutorum, de pluribus, imo de decem quæratur, ad quodlibet respondendũ est, quorum tamen ordinem omnino non seruabo, cum si bene cõsiderentur ipsa quæsita respiciunt pro parte ad hæreditatem dicti Pe. ad quos pertineat. Et pro parte dicti Io. & substitutionem in eius testamento factam. Et inchoando a quæsitis, quæ respiciunt ipsam hæreditatem dicti Pe. Videndum est primo de octauo quæsito, cum in dubium reuocetur de ipso Alex. an fuerit, & sit filius dicti Pe. licet spurius: vnde de ipso quæsito, quæ duo continet, videndum est. Et primo, vtrum ad probandum filiationem dicti Alex. videlicet quod fuerit filius dicti Pe. sufficiant narrata in dicto puncto, videlicet qđ natus fuerit in dicta domo dicti Io. p̃ris dicti Pet. sita in terra montis Alcini, & qđ post eius natiuitatem d. Pe. asseruit ipsum esse filiũ suum & similiter dicta Paula ex qua natus est asserunt ipsum esse cõceptum ex se & d. Pe. quantumcunque dicta ipsa Paula habuerit alium in virum, & alia in pũcto narrata. Circa quod, & si videatur prima facie ꝙ hæc non videatur sufficere ad probandum quod dictus Alex. fuerit filius d. Pet. in dubio, cum constito de matrimonio, & quod d. Paula habuerit, & haberet, 1 virum, natus† ex ea censeatur natus ex legitimo matrimonio, & sic, quod sit & fuerit filius dicti viri dictæ dominæ Paulæ & nõ dicti Pe. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filiũ. & C. de nup. l. si vicinis. quod & videtur procedere, etiam si appareret quod ipsa commisceret se cum alio, & sic cum dicto Pet. cum hoc non obstante præsupponatur quod fuerit & sit filius legitimus, & sit dicti viri. vt est tex. not. in l. miles. §. quapropter. ff. de adul. secundum Bal. in d. l. si vicinis. quod & fortius procederet, si non appareret quod dicta Paula non commisceret se cum dicto Pet. cum in dubio non præsumatur quis delinquere. ff. ꝓ so. l. merito. & C. ad l. cor. de sicca. l. 1. & in c. 1. de ꝓsump. quod & ex alio deducit, quia ex quo apparet d. Paulã habere virũ, in tñ præsumitur quod dictus filius natus ex ea fuerit filius dicti sui viri, quod etiam si ipsa Paula mater asserat ipsum non fuisse filium dicti sui viri, sed potius alterius, Nihilominus filius ipsius viri præsumitur, cum eidẽ matri non sit credendum. ff. de proba. l. fi. Quod & voluit etiam gl. in c. officij. de pen. & remiss. per quæ videtur, quod dictus Alex. non censeatur seu præsumatur filius dicti Pe. sed potius dicti viri dictæ Paulæ attentis prædictis circunstantiis & coniecturis. Sed his non obstantibus contrarium de iure dicendum est, cum vt patet ex apparentibus narratis in dicto puncto, dictus Alex. censeatur filius dicti Pe. seu præsumatur, adeo ꝙ dicenti contrariũ incumbet onus probandi. Ex narratis enim in dicto puncto apparet qualiter dictus Alex. conceptus & natus fuit in dicta domo dicti Io. patris dicti Pet. dictam Pau. in concubinam retinentis. vn 2 de præsumitur ex eo natus, nam sicut† natus in domo viri præsumitur filius ipsius viri. vt l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & l. si vicinis. C. de nup. Ita & natus ex concubina in domo ipsius concubinarij præsumitur filius ipsius cõcubinarij, prout colligitur ex tex. c. per tuas. de proba. ad hoc ꝙ no. per gl. in c. Michael. de fil. præs. ꝙ & secundo deducitur ex alio, quia non solum, prout colligitur ex ipsis narratis in puncto dictus Alex. fuit natus in 3 dicta domo, sed† quod etiam fuit natus habitus & retentus a dicto Pe. & a dicta Paula tanquam eorũ filius, non solum per decem annos. sed etiam per viginti & triginta annos & vltra, præsumitur enim tunc eorum filius, quantumcunque non sit natus ex legitimo matrimonio, prout colligitur ex tex. d. c. per tuas. ad hoc ꝙ no. in d. c. Michael. & in c. illud de præsump. & in c. transiuisse. qui fi. sint legit. & in d. l. filium. & in d. l. si vicinis. & C. de proba. in l. non nudis. & ibi per Bar. & Bal. in l. neque natales. C. eo. ti. Ad idem & tertio facit, quia non solum dictus Alex. natus fuit in dicta domo, & tentus & reputatus pro filio, dicti Petri, sed etiam nominatus ab ipso Petro ꝓ eius filio, & similiter a dicta Paula pro filio suo & dicti Pe. prout colligitur ex nar-4 ratis in dicto puncto. Talis† enim nominatio & si sola non inducat probationem ipsius filiationis. C. de proba. in l. non nudis. & C. de testa. l. neque per quæ iura gl. in d. c. per tuas hoc voluit tamen ipsa nominatio iuncta cum habitu & tractu pro filio facit eum filium, prout vult glo. in d. capit. per tuas, hoc est, inducit præsumptionem quod sit filius. ff. de probat. l. etiam. & d. cap. per tuas & d. cap. transiuisse. cui standum est, donec probetur contrariũ, cum veritati non præiudicet. ff. de proba. l. fin. & vt voluit Ioan. And. post Host. in d. capit. per tuas. & procedit quando ipse filius non fuisset natus ex vxore, vel concubina in domo retenta, cum tamen requiratur, vt concurrant ista duo videlicet, nominatio & tractatus, alias sufficeret, quod fuisset natus

tus ex ea in domo absq; alia nominatione & tractatu, vt voluit notabiliter glo. in d. cap. Michael. per dicta lege filium & per dicta lege ii vicinis se eundum do. Nicola. Sicu. qui hæc voluit in dict. capitulo per tuas. Vnde cum in casu prædicto cõcurrant, non solum nominatio & tractatua, sed etiã natiuitas in domo, ex istis præsumitur quod dictus Alexan. fuerit & sit filius dicti Pe. in tantum, quod asserenti contrarium incumbit onus probandi, vt patet, in iuribus prædictis. Quod & quarto demonstratur ex alio, quia prout in puncto deducitur, vltra prædicta concurrit publica vox & fama, videlicet quod, dictus Alex. fuerit filius dicti Pe. & communi opinione pro eius filio 5 est habitus & reputatus, quæ,† & si de iure nõ inducat plenã probationem, sed præsumptionem, seu semiplenam probationem prout not. ff. de iureiuran. in lege admonendi. & in capitulo veniens. il primo de testib. Tamen attenta dispositione statuti hæc videtur sufficere si iudici videatur, cum, prout disponitur in ipso statuto, sufficiat hoc scire iudici medio vel priuato, imo, & prout disponitur in statuto de pœna facientis se consanguineum in fin. ad probationem de consanguinitate sufficiat publica fama. Vnde sufficiat ipsa publica fama ad probandum, quod dictus Alexan. fuerit & sit filius dicti Pet. cum inter eos censeatur consanguinitas contracta, cum ex eius sanguine procreatus fuit dictus Alex. quantumcunque natus fuerit ex damnato coitu, ad hoc quod no. in capitulo descriptione. de eo qui cog. consang. vxo. & ff. de capitulo diminu. lege tutelas. & ibi per Bartol. & in lege pronunciatio. §. familia. ff. de verb. sign. & C. eo. tit. lege fin. & ibi per Bal. ita quòd per hæc dici & concludi potest, quod ex narratis in ipso puncto si de eis legitime appareat satis probetur de ipso Alex. quod ipse fuerit & sit filius dicti Petr. & pro eius filio præsumatur, in tantum quod asserenti contrarium, incumbit onus probandi: non obstat in contrarium supra adductis cum non obstent prout patet ex prædictis, & hæc circa primum quæsitum dicti octaui quæsiti. Circa secundum quæsitum dicti octaui quæsiti, quod est, si dicta causa hæreditatis in iudiciũ deducatur, vtrũ possit iudex de filiatione vt priuatus medius se informare. Dicendũ est, quod si in dicta causa negatur dictus Alex. filius, & ipse communi opinione habitus sit pro filio, talis negatio nõ erit admittenda, imo & ipse negans incurrit pœnam 25. librarum, prout in ipso statuto disponitur: Et de pdictis poterit ipse iudex se informare mediantibus, probationibus, vel vt priuatus, prout in ipso statuto disponitur, 6 a† cuius verbis nõ est recedendum. ff. de leg. 3. l. il le aut ille. §. cum in verbis. Tale enim statutũ seruãdum est, vt ius. ff. de iusti. & iu. l. omnes populi. super quo tamen puto necessario nõ fore insistendum attentis prædictis probationibus, & hæc circa octauũ. Ex quo octauo apparet an dictus Alec. fuerit & sit filius dicti Pe. Circa quod aduertendũ est: quia licet appareat quod aduertendũ est: q a licet appareat quod fuerit & sit filius dicti Pe. nihilominus ex quo fuit & est natus ex coitu dãnato, & adulterino, ex quo dicta Paula habebat vi-7 rum, ipse Alec. non potuit† nec potest succedere dict. Pe. ab intestato, nec ex testamento, vt in aut. quibus mo. natu. effi. sui. §. fi. C. de natu. lib. aut. li cet. & hæc nisi appareat, qđ fuerit & sit legitimatus, cum tũc succedere possit prout in dictis iuribus not. & ff. de vulg. & pup. in l. ex facto. & in l. Lucius. & in c. Raynutius. de test. & ff. de natalib. resti. l. 2. vnde videndum est de primo quæsito in ordine, quod est vtrũ legitimationes factæ de dicto Alex. tam per Comitem Palatinum, quam per dictum Serenissimum Principem Federicum cũ fuerint legitime factæ & de iure subsistãt, licet cũ fuerint factæ, nõ fuerit facta citatio venientibus ab intestato, nec substitutis a dicto Io. in testamẽto suo tacite vel expresse, & attẽto quod legitimatio facta p dictũ comitem admittit dictum Alec. ad successionem bonorũ paternorum & maternorum, & de alia non facit mentionem. Et legitimatio facta per Principem fuit facta in terris Ecclesiæ. De qualibet ex ipsis legitimationib. videndũ. Et primo de facta per Comitem circa quod, & si videat qđ ipsa legitimatio nõ fuerit legitime 8 facta, nec valuerit, nec valeat cum† legitimare spectet ad Principem, & sit de reseruatis Principi & ad ipsum Principem spectet restituere spuriũ natalib. ff. de nata. resti. l. 1. & put no. C. de iure annu. aure. l. 1. & ibi p Bal. & in aut. qui. mo. natu. effi. sui. §. fi. vnde nõ potuit, nec põt ipse comes ex habens ptãtem a Principe ipsos spurios legitima-9 re & natalib. restituere. Qđ† ex alio deducit, quia habens potestatem a Principe, non põt legitimare ad præiudicium alterius etiam respectu spei, quia tales cõcessiones intelliguntur sine præiudicio aliorum. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. si quis a Principe. & §. merito. & de offi. dele. sup eo & de priui. c. pastoralis. per quæ iura do. Ant. de But. hoc voluit in c. per venerabilem. qui filii sint leg. 10 Ad idem etiam facit quia† cum dicta legitimatio fuerit facta absentibus cõsanguineis dicti Pe. & ei attinentibus, & absque eorum consensu & eis non citatis nec requisitis, nõ videtur valere. ff. de adop. l. nam ita diuus & ff. de re iud. l. de vnoquoque. & de maio. & obe. inter quatuor cũ si. Quod similiter vr habere locum in legitimatione facta per ipsum Imperatorem sine consensu attinentium ipsi Pe. & eis non citatis, nec requisitis, vt nõ valeat eadem ratione: imo & etiam ex alia, quia legitimatio fuit facta per ipsum Imperatorem in vrbe Romana, & sic in terris, quæ sunt de temporali iurisdictione Ecclesiæ nõ Imperatoris, in qui-11 bus † legitimare non potest ipse Imperator, cum in illis omnis potestas sit fundata in Papa vt voluit Iac. But. in l. 4. ff. de off. præsi. & in l. 1. C. de iure annu. aure. secundum quod refert Bal. ibi idem tenens, dicens se ita consuluisse, vt ipse Imperator legitimare non possit nisi consentiant illi quibus præiudicatur, scilicet successores ab intestato, quod videtur sentire Io. An. in c. per venerabilem. & ver. insuper. & ver. potuit. & in §. illud in verbo libere. secundum quod refert do. An. in d. c. per venerabilem vbi plenius de isto articulo tractat: & finaliter videtur declinare in hanc opinionem

nem vt non possit legitimare Imperator ipse in terris Ecclesiæ. Quam opi. similiter videtur tenere ibi do. Nico. Sicul. maxime, quia talis iurisdictio non sit prorogabilis prout dicit probari per tex. d. c. per venerabilem. in ver. insuper, quare videtur quod legitimatio facta de dicto Alex. non valuerit nec valeat, non solũ si sit facta per dictũ Comitem Palatinum, sed etiam si sit facta per ipsum Imperatorem. Sed his non obstan. contrariũ de iure dicendum est. Inchoando primo a legitimatione facta per ipsum Comitem prout a prius fuit facta legitimatio. Legitimauit enim dictus Aloysus filius Domini Laurentij Comitis Palatini habẽs authoritatem, & potestatem ab Imperatore legitimandi spurios & adulterinos, & quosque ex damnato coitu natos, prout patet in copia priuilegii transmissi i ipsum Alex. filium naturalem & spuriũ dicti Pe. præsentem. & petentem ad instantiam & petitionem dicti Pe. non in terris Ecclesiæ sed in ciuitate Florentiæ prout le-12 gitimare potuit, cum † Comes Palatinus habens authoritatem & potestatem legitimandi ab Imperatore, legitimare possit spurios & ex damnato coitu natos: non solum in terris Imperij sed etiã in terris Ecclesiæ: cum ibi etiã creare possit tabelliones & exercere alia quæ sunt voluntarie iurisdictionis prout est ipsa legitimatio. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. l. fi. Vnde potest ipsa volũtaria iurisdictio cum non cohereat territorio, ibi exerceri. ff. de offi. procõ. l. 2. & hoc tenuit disputando Ia. de Bel. in aut. qui. mo. na. effi. sui. secundum ꝙ refert Io. An. in d. c. per venerabilem. vbi hanc opinionem ipsius Ia. videtur sequi. prout refert Bart. in cõsilio suo ꝙ incipit: viso instrumento numero. xcvj. vbi hanc opi. videtur sequi, quam & sequitur etiam Io. Cal. & post eũ Gaspar de calde. prout patet in quodam suo consilio quod incipit: Habens potestatem ab Imperatore. & eandem opinio. sequi videtur similiter Bal. referendo ipsum Ia. in proemio C. & similiter in l. 1. C. de iure annu. aur. dicens eam procedere in subditis ipsius Imperatoris cũ extra suum territorium exercere possit iurisdictionem voluntariam inter suos subditos adducens ad hoc ꝙ habetur in c. nouit. de offi. leg. Vnde cũ in casu ꝑdicto dictus comes legitimauerit dictũ Alex. subditum Imperatoris, cũ legitimare potuit, & legitimare potuisset etiã in terris Ecclesiæ, ex quo erat subditus ipsius Imperatoris, & bona erãt ĩ territorio Imperij, vt præsupponit, & hoc etiam similiter voluit do. Pet. de Perusio in d. c. per venerabilem, dicens, ꝙ si ꝑsona & bona sunt de iurisdictione Imperatoris tũc legitimatio est valida respectu personæ & bonorum. vt in authen. quib. mo. nat. effi. sui. §. filium. Siue fiat per ipsum Imperatorem, siue per habentem potestatem ab eo, vt ibi plenius per eum: ꝓ quo facit ꝙ not. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. per Bar. in quarta charta. & per Bald. in d. l. cunctos populos. in quinta charta. in q. de statuto spurij: per quæ videtur concludi & dici posse ꝙ talis legitimatio ita facta per ipsum Comitem Palatinum de ipso Alex. valuerit & valeat. Quod & similiter videtur dicendum de legitimatione facta per ipsum Imperatorem in vrbe Romana, prout tenuit ipse Iac. de Bel. & tenent prædicti ipsum sequentes. & præcipue in casu prædicto ex quo legitimauit ipsum Alex. subditum ipsius vt ipse succedat & succedere possit in bonis paternis & maternis: quæ erant in terris ipsius Imperij per iura & rationes prædictas, & fortius cũ maior sit ipso Comite non obstantibus in contrarium adductis cum non obstent. Nõ enim obstat. Et primo quod in contrarium adducitur de ipsa legitimatione, vt spectet ad Principem, & non ad inferiorem, cum sit de reseruatis Principi: prout no. ff. de nata. resti. l. 1. & C. de iure annu. aure. l. 1. & ibi per Bal. & in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. fin. Quia, licet hoc verum sit, vt spectet ad Principem, non ad minorem prout in dictis iuribus, & in ca. bonæ. el 2. de postula. Præla. tamen ipse Princeps potest eam facere non solum per se, sed etiam per alium, committendo eũ ipsi 13 Comiti Palatino prout & cõmisit, † & quotidie committit, cum & tunc satis videatur per se facere ex quo per aliũ facit: vt C. de vete. iure enuclean. l. 1. §. sed neque ibi oĩa nostra facimus &c. & in l. qui per alium. in 6. & quod no. in c. mulieres. de sen. ex co. habens enim potestatem ab Imperatore potest, vbi potest ipse Imperator, vbi non potest ipse Imperator, similiter & non põt, habens potestatem ab eo prout voluit ipse Iaco. de Bel. in d. dispositione: per id quod habetur C. vbi & apud quos l. fi. secundum quod refert Io. And. in d. cap. per venerabilem. vbi ipse idem tenet. Vnde cum possit Imperator legitimare, poterit ipse habens ab eo. Vnde non ob. quod primo in contrarium adducitur. Nec obstat, quod & secundo in contrarium adducitur dicendo, quod habens potestatem a Principe non potest legitimare ad præiudicium alterius etiã respectu speis: quia tales concessiones intelliguntur sine præiudicio aliorũ. ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. si quis a Principe. & §. merito. & c. super eo. de offi. de- leg. & in c. pastoralis de priuileg. ꝑ quæ iura do. Anto. hoc voluit. in ca. per venerabilem. qui filii sint legi. ao. ccl. Nam ad hoc respondetur, vt illud habeat locum in eo qui haberet potestatem a Papa vel a Principe legitimandi non subditos; cum in habente potestatem legitimandi nõ subditos aliud sit. prout voluit do. Anto. in d. ca. per venerabilem. vel potest dici quod illud sit verũ, 14 nisi † talis legitimatio fieret ad postulationem patris. cum tunc legitimare posset & valeat. cum neminem lædat & reddatur inter principales personas & consentientes. arg. l. 1. C. de eman. libe. nec hoc casu præiudicatur venientibus ab intestato, cum nullum ius habeatur tempore legitimationis, quo tempore potuisset ipse pater proiicere bona sua in mari. vt C. de inoff. dona. l. 1. & 2. ff. de condit. & demon. l. Mæuins. & sic præiudicare venientibus ab intestato. Vnde & fortius potuit actum ciuilem & permissum faciendo. prout dicit Bal. in d. proœmio. vnde non obstat legitimationi factæ per ipsum Comitem, nec similiter legitimationi factæ per ipsum Imperatorem: cum fuerit facta ad postulationem ipsius Alexan. hoc

postulan-

postulantis nomine suo.& ipsius Pe. eius genitoris cum authentico documento, prout in dicta legitimatione apparet. & sic de cosensu dictorum Pet.& Alexan. principalium personarum valuit, quantumcunq; fuerit facta absentibus,& non citatis attinentibus ipsi Pe.& absque ipsorum cōsensu. cum de eorum praeiudicio non tractetur prout supra patet. Nec obstat quod etiam in contrarium adducitur. Circa legitimationem factam per ipsum Imperatorem in vrbe Romana, & sic in terris, quae sunt de temporali iurisdictione Ecclesiae,& non Imperatoris. in quibus legitimare non potest. cum omnis potestas sit fundata in Papa prout tenuit Iac.But.vt in l.4.ff.de offic. praesid.& in d.l.1.C.de iure annu. anre. prout refert Bal. ibidem idem tenens. dicens se ita cōsuluisse. Nam ad illud respōdetur quod procedit & procedere potest, quando legitimaret & legitimare vellet in terris Ecclesiae ipse Imperator subditos 15 non suos, sed subditos ipsius Papae, aliàs† si vellet subditos suos legitimare, posset & hoc voluit ipse Bal. in d.l. 1.& Pet. de Perusio in d.c. per venerabilem. quod & videtur sentire do. Anto. in d.c. per venerabilem. si eius dicta bene ponderentur.& similiter do. Nico. cum tunc nō cadat prorogatio in subditis suis, & sit iurisdictionis voluntariae, quae vbique exerceri potest inter subditos. vt supra dictum fuit. Vnde non obstat si dicatur quod Io.And. hanc opin. tenet quod Imperator non possit legitimare in terris Ecclesiae in d. cap. per venerabilem nisi consentiant illi quibus praeiudicaretur in successione ab intestato secundum quod refert do. Anto. ibi. Quia primo ipse Io.Andr. si eius dicta bene ponderentur, videtur tenere opinionem ipsius Iaco. de Belui. referendo, vltimo loco eius opi. in d.c. per venerabilem. in verbo, Dispensatur. cum qua videtur residere. & eam sequi, prout dixit Bar. in d. consilio suo: quod opin. procedit & procedere poterit non solum si velit legitimare suos subditos: sed etiam si velit legitimare subditos ipsius Ecclesiae, cum tūc possit si consentiant qui succederent ab intestato, prout ipse Ioan. And. videtur sentire in d.§.illud. & in ver. insuper. imo & tunc sufficiet consensus ipsius filij legitimati & patris de cuius haereditate tractatur per l.fi.C.de pact. prout voluit Host. in d.c. per venerabilem. in ver. rationibus. in verbo requisisti.& Bald. in dicto procemio. & vt supra plenius dictum fuit quod procederet,& procedere poterit, tenendo, quod talis iurisdictio sit prorogabilis, vt & tunc legitimare possit non subditum alias si non esset prorogabilis, & tunc ipse Imperator legitimare non poterit non subditum in terris Ecclesiae. & ita procedat & procedere poterit, quod voluit do. An.& similiter do. Nico. in dicto capitulo per venerabilem. tenendo quod legitimare non possit Imperator in terris Ecclesiae: videlicet non sibi subditum. cum nō possit ipsam iurisdictionem prorogare, prout ipsi videntur velle: super quo aliter non insisto, cum non expediat: cum in casu praedicto non tractetur de legitimatione facta per ipsum Comitem Palatinum, seu Imperatorem de non subdito ipsi Imperatori: sed potius de subdito, in quo communiter docto. videntur conuenire, vt ipse Imperator legitimare possit etiam in terris Ecclesiae, & maxime ea ratione, quia iurisdictio est voluntaria, & ibi exerceri potest. vt supra. Vnde in contrarium adducta non ob. & cum non obstent concludi & concludi potest, quod legitimatio facta de ipso Alex. non solum facta per ipsum Comitem, sed etiam per Imperatorem, & qualibet ipsarum valuit & valet. Ex quibus infertur ad decisionem quinti quaesiti in ordine, quod est, nunquid dictus Alex. praesupposita validitate dictarū legitimationum, vel alterius earum,& probata filiatione dicti Alex. succedat in omnibus bonis quae fuerunt dicti Pe. & in bonis quae fuerunt dicti Ioan. quae tetigerunt in parte dicto Pe. & per ipsum Petr. tenebātur tempore mortis ipsius Pe. Et circa hoc quintum quaesitum dicendū est quod probata filiatione dicti. Alex. prout probari potest secundum quod dictum est supra in octauo quaesito in ordine,& ipsius legitimationibus existentibus validis, prout & supra dictum fuit, dictus Ale. institutus haeres in testamento dicti Pe. ac si fuisset filius legitimus,& naturalis, ex quo ita 16 fuit legitimatus, cum† legitimatus successerit & succedat vt filius legitimus & naturalis vt in authen. qui.mo.na.effic.sui.§.filium.& §.fin. ipsae fue cedit. & successit non solū in bonis & haereditate dicti Petr. eius patris,& quae in eius haereditate remanserunt, sed etiam in bonis & haereditate dicti Io. quae peruenerunt ad dictum Petr. in eius partem, cum dictus Pe. partem sibi obuenientem de bonis dicti Ioā. eius patris apprehensam transmittat ad dictum Alex. C. de haere. insti lege. fin. sed etiam non agnitam ad eius haeredem transmittit beneficio suitatis, prout communiter tenetur secundum quod not. C. de suis & leg. lege. apud hostes.& haec circa quintum quaesitum. Circa sextū autem quaesitum in ordine, quid est, si dictus Alexan. excluditur a successione dicti Petr. an admittantur eius filij, vel non admittantur, quasi videantur instituti contemplatione patris: & an pater possit instituere filios filij spurij cum hoc, quod vsufructus non perueniat ad ipsum spurium, prout est in ipsa institutione facta de dictis filiis dicti Alexan. Quod, & si videatur cōtinere duo quaesita, tamen ad vnum reduci potest, ex quo filij dicti Alex. fuerunt instituti sub cōditione, si dictus Alexan. haeres non esset, & dictam haereditatem capere non posset, cum hoc, quod vsufructus bonorum ipsius Petr. sit ipsorum filiorum dicti Alex. & non dicti Alex. prout plenius apparet in dicto testamento. Circa quod, & si videatur prima facie dicendum, quod institutio facta de dictis filiis dicti Alexan. non valuerit, nec valeat, dicto Alexan. existente spurio ex damnato coitu nato, & non legitime 17 legitimato,& sic insuccessibili, cum† dicti filij videantur instituti eius contēplatione, ex quo erant infantes & minores, imo & nasciturі: prout voluit Rofre. in lege. fin. C. de na. li. prout refert Bar. in lege. gallus.§.quid si is.ff. de li.& posthu. vbi dicit idē esse, quādo apparet, quod ipsi filij ipsius Alex. fuissent instituti contemplatione patris. per id. quod

quod habetur C.de na.li.in l.1. vnde cum in casu prædicto fuerint instituti filij dicti Alex.minorentes, imo & nascituri: talis institutio de eis facta non vr̃ valere, cum videatur facta cõtemplatione ipsius Alex.per ea q̃ habent̃ in d.l. fi.C. de na. li. Sed his nõ obstantib.cõtrariũ vr̃ dicendũ, ꝙ institutio, & substitutio ita facta de dictis filiis ipsius Alex.valuerit & valeat, adeo ꝙ ex ea potuisset hæreditatem dicti Pe.adire, & eius bona appræhendere, quantumcunq; dictus Alex.fuerit filius spurius, & ex damnato coitu natus, & sic incapax, 18 non legitimato, seu minus legitime, cum† institutio de his facta ita fieri potuerit & possit.l. 2. C. de hære.insti.quod locum habet, non solum si dicti filij fuissent nati ex ipso Alexan. filio naturali prout est expressum.C.de na.li. in d.l. fi. sed etiã si fuissent nati ex ipso Alex.spurio, & ex damnato coitu nato, vt & eius filij potuerunt institui nõ existentibus aliis filiis legitimis prout tangit gl. in d.l.fi.sed gl.antiqua non decidit, sed quædam additio ibi facta per Franciscum Accursium qui dicit idem esse in natis ex spurio, vt institui possint, & valeat institutio de eis facta: & ita determinauit disputando Iaco.de Bel. in Ciuitate ista per d.l.fi.& etiam, quia non reperiuntur prohibiti nisi spurij vt institui nõ possint. vnde talis prohibitio non trahitur ad ipsos nepotes, prout voluit ipse Iaco.secundum quod refert Bart.in d. l. gallus.§.quid si is. vbi hoc idem tenet dicens procedere, non solum qñ constat ipsos nepotes non fuisse institutos cõtemplatione ipsius filij spurij, vt in casu prædicto, quãdoquidem eos instituit, vt vsusfructus non quæratur ipsi patri: alias vero si cõstaret ꝙ eos instituit contemplatione ipsius filij spurij, & tũc talis institutio non valeret ꝓut tenet ipse Bar.ꝑ d.l.fi.C.de na.lib.quod & vr̃ etiã tenere in l.Gallus.in d.§.quid si is.vt ipsa institutio facta de ipsis nepotibus valuerit & valeat, nisi constet ꝙ cõtemplatione filij spurij videat̃ facta. Esto ꝙ Bar.aliud voluerit in d.l.Gallus. & §.quidam recte.& non bene per ea q̃ habent in d.l.fi.& 19 plenius ibi ꝑ Io.de Imo.imo† & plus: quia in dubio ipsi nepotes vident̃ instituti eorum cõtemplatione, & non patris: cum in dubio nõ videat̃ quis delinquere.ff.ꝓ so.l.merito.& ꝑ id qđ habetur.ff. de his qui.vt indig.l.fi.ꝓut tenet in d.§.quid si is. quicquid dicat Rofr.super quo vltimo aliter non insisto, cũ nõ expediat, cũ in casu ꝓdicto satis videat consonare ex institutione facta, ꝙ fuerit facta contemplatione ipsorum filiorũ dicti Alexandri, & non contemplatione ipsius Ale. prout voluit Bar.in d.§.quid si is.dicens se ita consuluisse: vt plenius ibi ꝑ eum, ꝑ q̃ patet non obstare in cõtrariũ adducta, & cũ nõ obstent, concludit̃ ꝙ filij dicti Alex.ipso Alex.spurio, & non legitimato potuerunt ita institui: & ita institutos potuisse capere, & appræhendere dictã hæreditatem dicti Pet. si dictus Alex.non fuisset legitimatus, seu minus legitime, & hæc circa sextum quæsitũ in ordine. Circa septimum aũt q̃situm in ordine, quod est si excludat dictus Alc. & eius filij a successione dicti Pe.an saltem admittat̃ dictus Salimbenes, vel non admittat, & non videat̃ institutus contemplatione dicti Alex. & eius filiorum. Dicendum est ꝙ excluso Alex.& eius filijs vt incapacibus, & nõ valentibus dictam hæreditatem capere: & sic eis non existentibus hæredibus, admittet ad successionem ipse Salimbenes institutus sub dicta conditione, prout & institui põt vt d.l.2.C.de hæredi.insti.admittẽdus est & admitti debet ad ipsam hæreditatem.adeo quod ipsam appræhendere potuisset & posset, & bona dictæ hæreditatis occupare, si dictus Alex.& filij incapaces fuissent & sic hæredes nõ fuissent.ff.de verb.sig.l.cedere diem. & si non apparuisset, nec apparet, quod cõtemplatione ipsorũ fuisset institutus per id quod habet̃. C.de natu.libe.l.1.quod & in dubio nõ præsumit̃, per ea q̃ habentur in d.l.merito. & in d.l.fin.ff.de his quibus.& hæc circa septimum quæsitum in ordine. Circa nonũ vero q̃situm in ordine, quod est an posito ꝙ dictus Alex.sit filius dicti Pe.talis institutio valeret, considerato, ꝙ 35. annis dictus Petrus dictum Alexandrum vt filium tenuit & tractauit, & reputauit, & ita communiter tenebat̃: & ita dicta Paula mater dicti Alexandri asseruit & affirmauit dictum Alexandrum fuisse, & esse filium dicti Petri. Dicendum est quod cum d.Per. instituerit dictum Alexandrum eius filium legitimatum, si non probetur, ꝙ dictus Alexander fuerit & sit filius dicti Pet.prout & satis videt̃ probari ꝙ fuerit & sit filius ex deductis in puncto, & in primo quæsito, vbi de his plenius dictum fuit: si non probentur prædicta: sed potius appareat ꝙ 20 non fuerit, nec sit eius filius: institutio† facta de ipso non valuerit nec valeret ex quo erratum est in causa finali, prout est expressum.C.de hære.instit.l.si pater ad hoc.l.nec apud.C.eo. tit. quod videtur procedere, quantumcuq; fuerit reputatus, tractatus, & habitus, per 35. annos ꝓ filio ipsius Pet.cum, & si postea appareat, ꝙ non sit filius, ipsum instituendo ꝓsumitur erratum in causa naturali & finali: & aliãs non relicturus., prout vult gl. ibi propter quod vitiatur ipsa institutio adeo ꝙ locus erit successioni ab intestato prout vult glo. in d.l.si pater.& Bar.& Bal.post eam: & cõiter doct.o.quod verum intelligo, nisi in ipso testamento fuissent dati substituti: quia tunc licet vitiaretur ista institutio facta de ipso Alex. si in veritate nõ fuisset filius: tñ non vitiaret institutio, seu substitutio facta de eius filijs. & dicto Salimbene, ꝓut voluit Bal.post Guliel.per id quod habetur.C.de hære.insti.in l.1.& ita transeunt cõmuniter doct. Vnde in casu prædicto si appareret dictum Alexandrum non fuisse filium dicti Pet.institutio facta de ipso non valuisset, nec valeret, sed bene valeret institutio facta, seu substitutio de eius filijs: & si non valuisset substitutio de eius filijs, saltem valuisset institutio seu substitutio facta de dicto Salimbene, cum in eo nõ potest dici fuisse erratum, per prædicta: in quibus aliter non insisto, cum non expediat, maxime attentis & consideratis deductis in octauo quæsito, & in primo, & in quinto quæsitis: cum ex prædictis appareat, qualiter ipse Alex. fuit & est filius dicti Pet.spurius, & legitime legitimatus: & ꝙ succedit prout in eis plenius dictum est: & circa nonum quæsitũ.

Circa

Circa secundum vero quæsitum in ordine, quod respicit bona dicti Io. & substitutionem in eius testamento factam, quod est, nunquid dictus Ginus virtute verborum substitutionis factæ per dictum Ioan. in testamento suo prædicto, ex tacito fideicommisso sit vocatus ad aliquam partem bonorum dicti Io. Et si videatur dicendum, ꝙ videatur vocatus vigore dictæ substitutionis ad bona in dicta substitutione contenta, Io. enim ita instituendo dictos suos filios, videlicet An. & Pet. substituit taliter, videlicet, ꝙ si dicti eius filij & vterque ipsorũ sine filijs & descendentibus masculis ex linea masculina, aut sine testamento decederent, & ipsi, & ipsorum filij & descendentes masculi tantum, non alienassent domum suæ habitationis, & possessiones Altensium, & Loreti, tunc & eo casu, & non aliter nec alio modo, substituit in dictis domo & possessionibus filios & descendentes masculos, & ex masculis tantum Francisci de Trierbijs olim fratris carnalis dicti testatoris defuncti, ita ꝙ p̃fatæ res & bona transeant ad masculos tantum de eius Cippo. & si dicti eius nepotes ex fratre decederent sine filijs, & descendentibus masculis ex linea masculina: tũc & eo casu ꝑ substitutionem solennem, voluit dicta bona & res redire & trãsire proximioribus consanguineis, prout per iura & leges dispositum & ordinatum est. vnde cum dicti filij & descendentes masculi dicti Francisci, eorum filij & descendentes masculi fuerint vocati ex dicta substitutione ad dictam domum & possessiones, sub conditione si dicti Ant. & Pet. & uterque ipsorum decesserint sine filijs, & descendentibus masculis, & dicta conditio defecerit, cum dictus Anto. decesserit cum filijs videlicet cum dicto Gino: ipse Ginus ad dictam substitutionem videtur vocatus, cum [21] tales† filij ita in conditione positi intelligantur esse vocati ex testamento, prout tenuit Oldra. in l. 1. C. de conditioni. inser. prout refert ibi Sali. per tex. in l. Lucius. ff. de hære. instituen. vbi videtur hoc satis probari, dum prætulit ipsis institutis non solũ fratrem institutum: sed eius filios: & etiam quia talis conditio videtur adiecta fauore ipsorum filiorum: & per consequens videtur ꝙ censeantur vocati ipsi filij ex testamento ad hæreditatem seu bona in dicta substitutione deducta. l. 2. §. si duo. ff. de collatio. bon. & in l. peto. in principio. ff. de legatis. 2. & in hanc partem videtur inclinare Barto. de Sali. in dicta l. 1. Esto ꝙ dicat in hoc cogitandum esse. Quod & secundo videtur deduci ex alio, vt ipse Ginus admittatur ad bona dicti Ioan. in dicta substitutione nominata, peruenientia ad dictum Pe. cũ ipse testator sub dictis conditionibus in testamento dicti Ioan. appositis vocauerit illos de eius Cippo qualis videtur esse ipse Gin. & vltimo loco proximiores consanguineos ipsius Ioan. testatoris: & sic dictum Gi. qui defunctis dicto Ant. & alijs eius filijs & dicto Pet. censetur fuisse & esse proximior consanguineus ipsius Io. propter quod videtur admittendus ad ipsam substitutionem. ff. de leg. 2. l. peto. §. fratre. & prout no. ff. de verbo. signi. l. fi. & C. de fideicom. voluntas. exclusis ipsis Alex. & eius filijs cum ad ipsam substitutionem non veniant quantumcunque dictus Alexan. fuerit legitimatus ad hoc quod not. ff. de lega. 2. l. si quis ita. §. fi. & ff. ad Trebellian. ex facto. §. si quis rogatus. & quod not. in authen. qui. mo. nat. effi. sui. §. fi. per quæ videtur, ꝙ dictus Ginus vigore dictæ substitutionis veniat ad dicta bona in dicta substitutione contenta seu ad medietatem dicto Pe. tangentem. Sed his nõ ob. contrarium de iure dicendum est, vt ad dicta bona in dicta substitutione contenta, peruenta ad dictum Pet. seu ad aliquam eorum partem, non veniat dictus Ginus prout ex pluribus aperte deducitur. Et primo: quia si bene ponderentur verba ipsius substitutionis, ipsi And. & Pe. & eorum filij non fuerunt substituti: imo potius eisdem fuerunt filij dicti Francisci, & inquantum dicti Pet. & And. & vterque ipsorum decederet sine filijs masculis. Vnde cum non fuerint substituti. sed potius eisdem fuerint substituti filij dicti Fran. vigore dictæ substitutionis & attentis verbis in dicta substitutione appositis, nõ veniunt ad dictam substitutionem: nec venire possunt: cum [22] †verba ipsa consideranda sint. ff. de leg. 3. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & ff. de acquiren. hære. l. si seruus. §. non dixit. Et si dicatur, ꝙ & si non veniant verbis directis, saltem venire debent ex eo: quia substitutio facta fuit dictis And. & Pe. sub conditione si decesserint ipsi vterque ipsorum sine filijs masculis, propter quod filij in cõditione positi videntur inuitati ex ipso testamento ipsa conditione deficiente: vt d. l. Lucius. Certè ad hoc respõdetur: quia [23] †imò filij in conditione appositi ex ipsa substitutione, & ex testamento non videntur vocati ad bona in substitutione contenta prout voluit gl. notabilis in d. l. Lucius. ff. de hære. insti. quam sequitur Iac. de Are. Bart. Bal. & Ang. & cõiter Doct. prout dicit Io. de Im. in d. l. Lucius. dicens referendo Angelũ pro ea fuisse iudicatũ, ꝑ qua facit quia filij fuerunt positi in cõditione, & non in dispositione. & ideo nõ põt dici ꝙ fuerunt vocati ex testõ secundum ipsum Ioan. de Imo. qui ad hoc adducit quod not. ff. de lega. 1. in l. filiusfamilias. §. cum quis. dictam opinionem sequendo, cum fortiores rationes habeat, vt ibi plenius per ipsum: secundum [24] quem nõ obst. tex. in d. l. Lucius. dicens† ꝙ testator videtur prætulisse ipsis substitutis non solum patrem institutum: sed etiam eius filios: quia ad hoc respondetur, vt videatur prætulisse eo respectu: quia voluit substitutum venire, non solum si frater institutus fuisset & adiret, sed etiam voluit ꝙ veniret siue decesserit ipse institutus cum filijs quamuis non adiuerit vel repudiauerit hæreditatem: nõ aũt ex eo: quia dicatur inuitasse ipsos filios ex testamento, ex quo eos apponit in conditione, non in dispositione: vnde non obstat. Nec obstat si dicatur quòd dicta conditio videtur apposita fauore filiorum quia satis videtur continere fauorem filiorum: licet non dicantur vocati ex testamento: quia poterit ipse institutus ipsa bona eis relinquere si voluerit, prout satis est verisimile propter naturale votum parentum. ff. si tabulæ testa. nul. exsta. l. scripto. Vnde non censentur ipsi filij ex ipso testamento vocati prout voluit ipse Imo. ibi dicens, tutius esse teneri opinio. glo. & communem: pro qua Angel. dicit fuisse iudicatum: quam opinion. tenuit Oldrad. & potissime in iudicando, & consu[25]lendo, in dubio † enim non videtur recedendum ab opi.

ab opi. gl. & communi per id quod notat Iac. But. in l. vnica. C. qui pro sua iurisdictione. & Bar. in l. fi. C. de pœna iud. qui male iudi. & do. Ant. in c. 1. & c. ne innitaris. de consti. per quæ dici & concludi potest, q dictus Ginus non videtur ex dicto testamento Ioan. vocatus ad bona dicti Io. obuenta dicto Pe. Quod ex alio deducitur: quia vt præsuponit, dictus Ginus fuerit & sit hæres dicti And. nō potuerit: nec potest dicta bona obuenta in par-

26 tem dicto Pe. aduocare, & repetere, cum † non possit venire contra factum suum, seu sui prædecessoris. ff. de euic. l. vendicantes. & de præca. c. a. Et si dicatur q licet vigore dictæ substitutionis non venerit, nec venire poterit ad dicta bona dictus Ginus, ex quo positus fuit in conditione non in dispositione vt supra. tamen videtur venire ex alio capite: quia dici potest q ipse fuerit substitutus: & ex verbis substitutionis veniat ad dicta bona prout testator dixit, & si dicti eius nepotes ex fratre decederent, sine filijs & descendentibus masculis ex linea masculina. tunc, & eo casu per solennem substitutionem voluit dicta bona & res redire & transire proximioribus consanguineis ipsius testatoris, propter quod videtur, quod redire debeant ad dictum Gi. proximiorem consanguineū ex dicta substitutione, cū conditio adiecta in institutione nō videtur repetita in substitutione. l. sub conditione. ff. de hæ. insti. Sed certe contrarium in hoc dicendum est, vt ad dicta bona in dicta substitutione apposita, vel ad aliquam corū partem non veniat dictus Ginus ex pluribus. Et primo: quia, & si fuerit & sit de cippo domus ipsius Io. tamen non fuit nec est de cippo domus ipsius Fran. cum in dicta substitutione vocauerit masculos existentes de cippo domus ipsius Franc. vt

27 patet ex verbis præcedentibus, ex quibus † datur intellectus ad verba sequentia. ff. de leg. 2. l. qui filiabus. & l. si seruus plurimum. §. fi. de cuius cippo non videtur fuisse nec esse Gin. cum non sit de descendentibus dicti Francis. ad hoc quod not. ff. de verb. signifi. in l. pronunciatio. §. fi. & C. co. tit. l. fi. Vnde ad dicta bona vigore dictæ substitutionis nonvenit nec veniet vt proximior consanguineis ipsius Io. quia licet ipse Ginus fuerit & sit proximior consanguineis ipsius: nihilominus non venit ad dictam substitutionem sicut & non veniunt filij ipsius Fran. vt infra patebit, cum fuerint substituti ipsi filij Fran. in dictis bonis sub triplici conditione, videlicet si dicti eius filij, videlicet Ant. & Pet. & vterque ipsorum sine filijs descendentibus masculis ex linea masculina, aut sine testamento dece-

28 derent, cum dictio † aut copulatiue ponatur prout no. C. de substi. & insti. l. generaliter. & ipsi aut ipsorum filii & descendentes masculi tantum nō alienassent domum habitationis suæ, & possessiones Altensium & Loreti quæ conditiones nō venerūt, cum dictus And. decesserit cum filiis & dictus Pe. condiderit testamentum: & alienauerit partem de dictis possessionibus, propter quæ cum defecerint dictæ conditiones, non successerunt nec succedūt in dictis bonis filii dicti Fran. vigore dictæ substitutionis. ff. de verb. sig. l. cedere diem, vt infra patebit. Nec vocatur ad bona dictus Ginus vt proximior consanguineus, ex quo defecerint dictæ cō-

29 ditiones: cum † cōditiones adiectæ in tali substitutione facta de filiis dicti Fran. in dictis bonis seu relictis videantur repetitæ in substitutione facta de ipsis proximioribus consanguineis. l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. tol. & vbi gl. Quod procedit in substitutionibus in legatis prout est in casu prædicto secundum quod habetur. ff. de lega. 1. in l. 1. cum aliud sit in substitutionibus factis in hæreditate. l. sub conditione. ff. de hære. insti. & hoc voluit Bar. in d. l. sub conditione. & in l. quæ conditio. ff. de condi. & demon. & clarius Io. de Imol. in d. l. sub conditione. ff. de hære. insti. quarta col. di-

30 cens † hæc procedere in substitutionibus factis in legatis vt intelligantur repetitæ non solum conditiones potestatiuæ vel mixtæ, & præsertim quæ asferunt alteri emolumentum, per ea quæ habentur in d. §. pro secundo. sed & si sint casuales, cum in ipsis non reperiatur aliud in iure cautum: & etiam quia quando legatum transfertur ad aliam personam per testatorem videatur transferri sub eadem conditione sub qua primo fuerat legatum, etiam si fuerit conditio casualis. ff. de adimen. leg. l. legatum, prout voluit Io. de Imo. in d. l. sub conditione. vbi plenius de hoc. Vnde cum tales cōditiones videantur repetitæ in substitutione facta in dictis bonis de ipsis proximioribus consanguineis, & defecerint: dictus G. vt proximior cōsanguineus ad dicta bona, vel eorum partem vigore dictæ substitutionis non venit, nec venire potest per d. l. cedere diem. Quod & clarius demōstratur ex alio: quia dicti proximiores consanguinei fuerūt vocati sub conditione: videlicet, si dicti eius nepotes ex fratre decederent sine filijs & descendentibus masculis ex linea masculina. Vnde cum d. conditio non euenerit: non fuit vocatus dictus Gi. ad dicta bona, vel ad aliquam eorum partem vigore dictæ substitutionis, nec venire potest: vt d. l. cedere diem. per quæ concluditur, & concludi potest dictum Gi. vigore dictæ substitutionis non succedere in aliqua parte dictæ domus & possessionum prædictarum tāgente dicto Pet. nec ad eam venire attentis prædictis. & hoc circa secundum quæsitum in ordine. Ex quibus infertur ad decisionem tertij quæsiti in ordine, quod etiam dato sine præiudicio veritatis q dictus Ginus esset vocatus stāte dicta legitimatione dicti Alex. & testamento dicti Pe. alienatione dictæ domus: quia non videtur purificata cōditio apposita substitutis expresse dictis Pet. & Ant. sit ex-

31 clusus a successione dicti Io. quia † eadem cōditio intelligitur in substitutione tacita, quæ est in substitutione expressa: cum, prout patet ex prædictis, ex quo non est purificata conditio seu cōditiones in dicta substitutione apposita, dictus Gin. exclusus est a successione bonorum seu partis bonorū dicti Io. in dicta substitutione contentorum, adeo q vigore dictæ substitutionis, non admitteretur nec petere poterit partem dictorum bonorū obuenientem dicto Pe. prout supra plenius demonstratum extitit. Et vltra etiam infertur ad decisionem quarti quæsiti in ordine quod est, dato q dictus Gi. sit exclusus a substitutione dicti Io. nūquid filij dicti Fran. succedant vigore substitutionis prædictæ in bonis dicti Io. quæ per dictum Pe. possidebantur præsupposita validitate dictarum legitimationum

mationū & testa. dicti Pe. & alienatione dictæ domus: & super existentia dicti Gi. filii dicti Ant. nā, cum prout supra dictum est, substitutio facta per ipsum Io. de filijs dicti Fran. in dictis bonis fuerit facta sub triplici conditione. Primo videlicet si dicti An. & Pet. & vterque ipsorum sine filijs & descendentibus masculis, & ex linea masculina decederent. Secundo aut sine testamento decederent cum dictis, aut fauore filiorum ponatur copulatiue: vt d. l. generaliter. Tertio si ipsi aut ipsorum filii descendentes masculi tantum non alienassent dictam domum & dictas possessiones: & dictæ conditiones non euenerint, cum saltem dictus Ant. decesserit cum filiis, & dictus Pe. condiderit testamentum, etiam alienauerit dictam domum & possessionem Loreti, eidem in partem deuenıam, non est locus dictæ substitutioni. vnde filij dicti Fran. vigore dictæ substitutionis, non vocantur ad dicta bona, nec ad aliquam eorum partem: vt d. l. generaliter. & ff. de hære. insti. l. Lucius. facit. etiā ad hoc quod habetur in l. si is qui ducenta. §. pen. ff. de re. dub. Quod procederet, etiam si tales con-

32 ditiones fuissent alternatiue appositæ. nam† quotiescunque inter ipsas conditiones apponıtur illa dictio aut, semper alternatiua resoluitur in coniūctam vt d. l. Lucius. & vt plenius notatur in d. l. generaliter. vnde sufficit ꝙ altera ex ipsis conditionibus non existat, ad hoc vt substituti excludātur: vt patet ex notatis in d. iur. & hæc circa quartum quæsitum in ordine. Circa decimum vero quæsitū in ordine, & vltimum, ꝙ est, præsupposito, quod dictus Alex. sit hæres dicti Pe. & ad eum spectent bona dicti Io. & quæ dicto Pe. in partem tetigerunt. Quæritur quo iure, & qua actione dictus Alex. vtilius agat contra dictum Gi. ad vendicādum, & re-

33 cuperandum dicta bona. Dicendum est† ꝙ dictus Alex. pro recuperatione dictorum bonorum occupatorum ꝑ dictum Gin. statim post mortem dicti Pe. agere poterit contra dictum Gin. possessorem, rei vendicatione. ff. de rei vendic. l. in rem actio. & C. de alie. indi. mut. cau. fac. l. vnica. Cum vt præsupponitur dicta bona ꝑtinuerint & spectauerint ad dictum Io. & post eius mortem ad dictum Pet. ad quem in partem obuenerunt vnde ꝑtinent & spectant ad dictū Ale. eius hæredem vnde ea vendicare pōt. & fortius bona ꝑ ipsum Petrū empta & iusto titulo acquisita, imo & cum remanserint dicta bona in bonis & hæreditate dicti Pe. poterit cōtra dictū Gin. agere petitione hæreditatis asserentem se hæredem dicti Pe. ff. de pet. hære. l. generaliter. eum l. seq. de leg. 1. C. eo. tit. imo & poterit agere interdicto quorum bonorum. ff. eo. & C. quorū bo

34 norum per totum. imo† & implorare beneficium legis edicto. C. de edic. diui. ex quo dictus Pe. cōdidit testamentum & ipsum hæredem instituit: & ipse dictæ hæreditati se immiscuit, seu eā adiuit, quo beneficio vtilius prouidebitur, cum viso testamento non obolito nec cancellato, mittendus sit in possessionem bonorum, quæ remanserint in hæreditate dicti Pe. nisi legitima cōtradictio appareat, ꝓut in d. l. edicto plenius nota. quod verum intelligo si dictus Gin. dicta bona non occupasset ante appræhensam possessionem per dictum Alex. aliàs si ea occupasset post aditam hæreditatem & appræhensam possessionem per ipsum Alex. eo inuito: & tūc dictus Gin. ius quod haberet in dictis bonis perdidisset & possessionem dictorum bonorum restituere tenetur ante omnia, cum contra ipsum intentari possit interdictum recuperandæ possessionis prout habetur. C. vnde vi. l. si quis in tantam, & de resti. spo. c. in literis. & c. cum ad sedem. & prout not. C. de e. l. non est dubium. & hæc circa decimū & vltimum quæsitum Dom. Bened.

THEMA CONSILII TERTII.

CAsus. Super quo consilium petitur talis est: cū q̄dam nobilis do. Margarita quōdam Pet. de Campone schis de Aquila cōdiderit testamētū, in quo inter alia iudicauit & reliquit Ecclesiæ sanctę Marię de Balneo vnam petiam terrę aratiuę sitā in vocabulo de Balneo, in loco qui &c. cū hoc, quod sacerdotes dictæ Ecclesię habeant bis celebrare missam pro animabus parentum suorum &c. Itē reliquit & indicauit Pyrrho Gregorij de Camponeschis nonnulla bona immobilia, & inter alia reliquit eidē omnia bona stabilia in quibuscunque locis consistentia, quæ ipsa testatrix habet in pertinentijs & territorijs de Nauellis de districtu ciuitatis Aquilę, & iuxta quoscunque cōnfines, & quibuscunque cōfinibus & vocabulis posita: in omnibus aūt alijs suis bonis hęredem vniuersalem instituit, atque fecit Ecclesiā sanctę Marię de Coldemadio de Aquila ordinis sancti Benedicti, cum certis modis & conditionibus, & apponēdo pœnam infrascriptam si nō obseruarint, & inter alia, ꝙ non possit nec debeat dicta Ecclesia vendere vel aliquo modo alienare cuiquam de bonis stabilibus, & casu quo alienaret, & eleemosynas non faceret, cadat a dicta hęreditate, & applicetur Ecclesię Principis Apostolorum: executores autem & fideicommissarios fecit nōnullos &c. cum hoc quod nullus legatarius possit petere legatum sibi factum, videlicet illi legatario cui vel quibus essent relicta aliqua bona stabilia per ipsam testatricem, donec dicto testamento nō fuerit satisfactum de fructibus percipiendis, sed voluit quod fructus ipsorum bonorum relictorum cuilibet legatario redeant in satisfactione dicti testamenti, & ab inde in antea actio & executio cōpetat &c. cassans & irritans & annullans ipsa testatrix omne aliud &c. deinde dicta testatrix in Anno M. cccc. lvj. cōdidit codicillum, in quo ademit, & subtraxit totaliter pœnam in eius testamento appositam in casu alicuius contrauētionis, prout in ipso testamento continetur: sed omnia remisit conscientijs ipsorum

Prioris & fratrum, nunc, & in futurum existẽtium si regularis obseruãtiæ fuerint, & quod tantum faciant de ipsa eleemosyna per eam relicta in eius testamento, quantũ ipsis Prioribus & fratribus melius videbitur, & placebit absque aliqua pœna priuationis, & alicuius deuolutionis, quam pœnam infrascriptæ deuolutionis & priuationis, aut aliter quouismodo delet & irritat, & annullat ac si apposita non esset. Demum dicta testatrix in 1466. fecit alium codicillum in quo ratificauit & confirmauit dictum suum testamentum, & inter alia reliquit dicto Pyrrho omnia & singula bona per eandem do. Mar. in suo testamento relicta, & exceptis certis aliis rebus in dicto codicillo descriptis. Item reliquit ac voluit dicta testatrix, & mandauit illam terram, quam in suo testamẽnto reliquerat Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Balneo, & retineri voluerat per dictum Tho. de Ochia certo modo vt in testamento continetur, reliquit ac voluit eandem terram retineri per sacerdotes residentes in Ecclesia sanctę Marię de Balneo, cum hac conditione, quod sacerdotes ipsi dicãt & celebrent bis in septimana missam in perpetuo pro animabus suorũ parentum &c. Item iure codicillorum addidit, & reliquit, quod de Florenis mille centum. 65. quos dicta domina asserit, se debere habere & recipere a certis de Nauellis, quibus vendiderat certas suas terras, quingentos Florenos monetę, dę prædictis possit, & valeat dictus Pyr. pro se habere recipere & exigere, & de ipsis quingentis Florenis disponere pro suo libito voluntatis: & quingentos alios Florenos monetę de prædictis mille centum. 65. Florenis, possit & valeat exigere, & recipere Valens in armico lę manui de turri, quos Florenos quingentos ipse valens possit vsufructuare ad tempus &c. Et prout præsupponitur dicta domina Marga. antequam faceret secundos codicillos, vendidit & alienauit, non propter necessitatem; sed voluntarie bona illa de Nauellis relicto d. Pyr. pro pretio mille quingẽtorum sexagintaquinque Florenos: & certã partem de dicto pretio reliquit dicto Pyrrho, & aliam partem reliquit præfato Valenti suo nepoti, prout in dictis secundis codicillis apparet: & deinde post dictos secũdos codicillos conditos decesserit dicta domina Marga. superstite dicto Pyr. & Valente, & Ecclesia sanctæ Marię prædicta adiit hæreditatem dictæ dominæ Marga. cum beneficio legis & inuentarij legitimę confecti. Et ad præsens in dubium reuocetur de pluribus, & primo de illa petia terræ non confinata, relicta in testamẽto Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Balneo; & cum hoc quod debeat retinere dictus Tho. de Ochia; deinde relicta in codicillis sacerdotibus dictæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Balneo, vtrum tale relictum valeat & si valet, de qua petia terræ intelligatur, cum haberet multas petias terrarum in diuersis locis bonas & minus bonas: & sic prædictam terram hæredes & executores possint retinere quousque de fructibus satisfaciant relicta prout & de alijs bonis relictis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum de petia terræ non expressis confinibus & terminis, vt incertum non valet, cum ipsa petia terræ, fines, & terminos non habeat a natura, sed facto hominis, & eius destinatione: nisi alias possit certificari, nam tunc valet ex benignitate & æquitate.*
2 *Calice Ecclesiæ relicto, fauore religionis, intelligitur de calice argenti, non æris.*
3 *Legata vna ex pluribus petijs terræ, an optima, an vero vilis debeatur, an mediocris.*
4 *Hæredis est declarare mentem & testatoris voluntatem.*
5 *Causa legati est consideranda, ad discernendum, vtrum optimum, mediocre, an vile debeatur.*
6 *Intellectus l. Titia. §. Seia. ff. de auro & argen. lega.*
7 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æque priuilegiatum.*
8 *Priuatus non detrahit Falcidiam de legato facto Ecclesiæ, secus in Ecclesia quæ detrahit Falcidiam de legato facto alteri Ecclesiæ.*
9 *Hæredi debentur omnia bona sibi relicta, et si sint aliena.*
10 *Legatum non extinguitur alienatione rei legatæ, sed peti potest.*
11 *Codicilli trahuntur ad testamentum, adeo quod relicta in codicillis videntur relicta in ipso testamento: & illa in codicillis dicuntur contenta, quæ continentur in testamento, ad quod fit relatio.*
12 *Legata res si a testatore voluntarie alienetur, legatum extinguitur, etiam si sit factum coniunctæ personæ secus si ex necessitate.*
13 *Præsens, & consentiens, seu auctoritatem præstans sibi, & iuribus suis præiudicat.*
14 *Legata res a testatore alienata tunc maxime non debetur, cum ipse testator nonnihil ex pretio dictæ alienationis, ipsi legatario reliquerit.*
15 *Coniectura, & indicia multum faciunt, & ad eas recurrendum est, ad iudicandum, & arbitrandum de voluntate testatoris, & de eius animo.*
16 *Intellectus l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. & l. rem legatam. ff. de adime. lega.*
17 *Dispositio facta de præsenti, non videtur ad futura referri, nec ea comprahendere.*
18 *Dispositio hominis continens illud, quod dependet ex mera dispositione defuncti trahitur ad futura.*
19 *Indefinita oratio trahitur ad futura.*
20 *Relicta in codicillis censentur relicta in testamento, & habentur, ac si essent descripta in ipso testamento.*
21 *Clausula apposita in dispositione, siue apponatur in*

principio

principio, siue in medio, siue in fine, ad omnia referri, & extendi debet.

12 *Codicillus derogat testamento, quatenus ei contrariatur.*

13 *Verba generalia extenduntur ad futura, idem & indefinita, maxime si tractetur de modico praeiudicio.*

14 *A voluntate reprobante tacite receditur per aliam simplicem voluntatem.*

15 *Confirmans, videtur disponere, & dare.*

16 *Inuentarium diuidit bona haeredis a bonis defuncti.*

17 *Codicilli vltimi non derogant primis, secus in testamento, cum nemo paganus possit decedere nisi cũ vno testã.*

18 *Decedere quis potest cum testamento, & codicillis, nec vltimi codicilli derogant, & tollunt contenta in ipsis testamẽto, & codicillis praecedentibus, nisi quatenus appareret in vltimis derogatum ipsi testamento, & codicillis.*

19 *Haereditas dari, aut tolli non potest in codicillis: sed omnia alia conẽta in testamẽto, & codicillis praecedẽtib.*

30 *Codicillis vltimi non tollunt priores codicillos, nec testamentum, cum possit quis decedere cum testamento, & pluribus, codicillis.*

1 *Intellectus l. si. ff. de leg. 2.*

2 *Intellectus l. conficiuntur. §. fi. ff. de iure codicil.*

3 *Legatarij propria authoritate occupantes bona sibi relicta, & non per manus haeredis, perdunt ius, quod habebant in dictis bonis sibi relictis, maxime si id committant post aditam haereditatem per haeredem institutum, & contra eius voluntatem: secus si ante aditam haereditatem id faciant.*

4 *Praelati, & rectores ecclesiarum propria authoritate occupantes bona Ecclesiae relicta, non faciunt Ecclesiam perdere ius suum.*

CONSILIVM TERTIVM.

In nomine domini, Amen.

Circa hoc plura videnda sunt, & primo, an tale relictum ita factum valuerit & valeat, circa quod videtur dicendum quod non valuerit nec valeat, ex quo 1 † dicta petia terrae non est confinata, nec eius vocabulum appositum, propter quod tale relictum vr̃ factum de petia terrae incerta, & sic inualida. ff. de le. 1. l. siquis in fundi vocabulo & ibi not. in l. legato generaliter. eo. tit. habet enim ipsa petia terrae fines & terminos non a natura, sed facto hominis, imo potius hominis destinatione, ꝓut & fundus, propter quod, tale relictum redditur incertum & inualidũ ꝓut not. in d. l. legato generaliter. Quod forte procederet, quando ipsa testatrix non sensisset de certa petia terrae, alias si sensisset, ꝓut, & puto, sensit in casu praedicto ex quo reliquit vnam petiam terrae aratoriae positam in locali de balneo, & tunc dicendum est, quod valuerit & valeat tale relictum, ex quo ipsa testatrix in eius patrimonio habebat plures petias terrarum in dicto loco: nõ solũ de benignitate seu aequitate prout voluit gl. in d. l. legato generaliter: sed etiã de iure, prout patet ex tex. d. l. legato generaliter. & ꝓut voluit Io. de Im. ibi & Bar. in l. siquis a filio. §. si quis plures eo. tit. ad hoc etiam quod no. in l. si domus. eo. tit. p gl. & ff. de iure doti. l. cũ post. §. gener. & haec de primo. Secundo videndum est, praesupposito quod tale relictum valeat, de qua petia terrae intelligatur, cum in bonis dictae dominae remanserint plures petiae terrae positae in dicto loco locali de balneo, an intelligatr̃ de vna petia terrae peiori, seu minoris extimationis, an de media, vel de optima. Circa quod sic vr̃ prima facie dicendum, quod ex quo reliquit decẽ Ecclesiae sanctae Mariae seu eius sacerdotibus, intelligatr̃ de optima fauore religionis, seu piae causae. ff. de aur. & ar. leg. l. Titia. §. seia. vbi Bar. haec voluit, dicens p d. §. quod 2 † si relinquitr̃ Ecclesiae calix intelligitr̃ de argento, & non de aere prout & voluit Io. de Imo. d. Nico. in c. indicãte de testamẽtis per d. §. prout plenius p eos ibi & Bar. in d. §. Sententia, ex quibus vr̃ quod debet assignari vna petia terrae optima de dictis petiis terrarum. Contrariũ 3 tñ puto esse dicendum, vt non intelligatr̃ † de optima, nec viliori, sed de qua sensit ipsa testatrix, si de ea constet, prout not. in d. l. legato generaliter: si vero de ea non constet, tunc intelligetr̃ de illa, quã haeres elegerit, prout est expressum in d. l. legato generaliter ad hoc etiã tex. in d. l. si domus. ad ipsum 4 † enim haeredem spectat eligere & declarare mentem, & voluntatem ipsius testatoris vt d. l. legato generaliter & d. l. si domus. ad hoc etiam quod not. p gl. ff. de rei vendica. in l. Põponius, sed licet ad ipsum haeredem pertineat declarare ipsam petiam terrae & ipsam eligere, tñ eligere non debet viliorem nec pessimam. l. si haeres generaliter. ff. de leg. j. p quã l. Io. de Imo. hoc voluit in d. l. legato generaliter ita quod p haec dici, & cõcludi põt, quod in tali relicto, nõ intelligetr̃ de petia terrae pessima, nec optima, quã ipse haeres eligere nõ poterit: sed de illa quã ipse haeres elegerit, cum eligere non debeat viliorem, sed mediocrem, & conuenientem ipsi relicto, & causae propter quã dicta petia terrae fuit relicta, quae fuit relicta vt dicantr̃ duae missae p 5 qualibet hebdomoda, ipsa † enim causa erit potissime cõsideranda ad discernendũ de qua petia terrae ipsa intellexerit ad hoc quod no. ff. de cõd. & dem. in l. eas causas. l. in testamento, & ff. de ali. leg. l. libertis. & ibi p Bar. facit ẽt quod no. ff. de superfi. l. 2. §. ita quod non venit in dicto relicto ipsa petia terrae optima, sed mediocris, quae cõueniat ipsi relicto, ꝓut & ipse haeres arbitrare & declarare debebit, cum ad ipsum pertineat declaratio vt supra nõ obstantibus in contrariũ adductis: nõ enim obstat 6 † qđ habetr̃ in d. §. sententia, cũ nõ loquatur de relicto petiae terrae, de quo in casu praedicto, sed de alio relicto non confirmato, nec simili ipsi relicto petiae terrae de quo in d. l. legato generaliter ꝓterea text. ille forte nõ facit in contrariũ, quia licet dicat crucem fiendam de argento, & non de aere, & sic de meliori respectu aeris, imo eius respectu, de mediocri, nisi forte consuetudo aliud induxisset, vt ibi plenius not. super quo non insisto, quia & si de meliori in casu illo intelligatr̃ fauore religionis & piae causae ꝓut intellexit Bar. & intelligũt alij ꝓdicti, nihilominus non habet obstare, cũ ibi loquatr̃ de relicto a priuato, & p priuatũ adimplendo, ꝙ non est in casu praedicto, in quo fuerit grauata ecclesia haeres instituta, ita qđ nõ attendit nec attendi debet fauor ipsius piae causae, cũ ab vtraque parte vertatr̃ pia causa, propter quod cassatis hinc inde priuilegiis dispositio remanet in iure cõmuni, prout no.

C.de sacro san. Ecclesiis auth. quas actione. & in auth. de sancti. episcop. §. sed hoc præsenti. & vt not. per gl.in c. in præsentis. de proba.priuilegia- 7 tus†enim nō gaudet,nec vtitur suo priuilegio com. alium pariter priuilegiatum prout not. in d. inri- 8 bus. vnde, licet priuatna†de legato facto ecclesiæ non detrahat Falcidiam.C. ad l.Fal. auth. similiter tamen si Ecclesia sit hæres instituta, detrahet Falcidiā de legato facto alteri ecclesiæ & ita consuluit Franciscus de Albergotis, secundum quod refert do.Nicolaus in d.c. in præsentia. vbi idem hoc tenet, vnde in casu prædicto non attendetur fauor piæ causæ vt debeatur melior petia terræ sed erit electio ipsius ecclesiæ hæredis institutæ ex quo est pariter priuilegiata vt supra dictum fuit. Secundo dubitatur de relicto facto dicto Pyrrho de terris de Nauel.in testamento: quas postea dicta domina alienauit. ipse Pyrrhus potest ipsas petere attentis dictis vltimis codicillis,in quibus confirmat dictum testamentum, & inter alia reliquit dicto Pyrrho omnia & singula bona per eandem dominam testatricem in testamento relicta,excepta apotheca dicto Pyrrho relicta,& exceptis certis rebus in dicto codicillo descriptis. circa quod & si videatur prima facie dicendum quod dictus Pyrrhus habere debeat & petere omnia & singula bona stabilia, quæ dicta testatrix habebat in pertinentiis & territoriis de Nauellis tempore dicti conditi testa- 9 menti ex pluribus.& primo, quia†cum dictus Pyrrhus esset nepos dictæ testatricis, & sit coniuncta persona,debentur eidem bona sibi relicta,etiam si non sint ipsius testatricis,sed aliena.C.de lega.l.cū 10 aliena.Quod vř & secūdo deduci ex alio,qa†quantuncūque ipsa testatrix alienauit, nihilominus nō extinguitur relictum:imo remanet & peti potest. ff.de leg. 3.l. fideicommissa. §. si rem. & ff. de adimen. lega. l. rem legatam. Quod & tertio videtur deduci ex alia ratione,nam & ista testatrix postquā alienauerit, codicillando, non solum confirmauit dictum testamentum, sed etiam reliquit dicto Pyrrho omnia & singula bona p ipsam dominam Marga.in suo testamento relicta,excepta apotheca.&c. per tale enim relictum ita factum, videtur dicta codicillatrix relinquere ipsa bona quantuncūque alienata, prout denotant verba a quibus cum clara sint non videtur recedendum.ff.de lega.3.l. non aliter. & l. ille aut ille. §. cum in verbis. ita quod attentis prædictis videtur dicendum quod dictus Pyrrhus petere potuerit & possit dicta bona eidem relicta, vel saltem eorū extimationem ex quo alienata sunt.Sed his non obstantibus,contrarium de iure dicendū est, vt dictus Pyrrhus dicta bona eidem relicta alienata per dictā testatricem, petere non potuerit nec possit, vt ex pluribus deducitur: & primo, quia si bene ponderetur relictum eidem Pyrrho factum de dictis bonis, non reliquit ipsa testatrix simpliciter ipsa bona sita in territorio de pertinentiis de Nauellis sed bona quæ habet in territorio de Nauellis,vnde postea codicillādo, & relinquendo omnia bona eidem relicta in testamento, videtur reliquisse omnia bona, quæ tunc habebat in dictis 11 pertinentiis de Nauellis, cū dicti†codicilli trahātur ad dictum testamentum adeo quod relicta in dictis codicillis, videntur relicta in ipso testamento vt l.2.§.codicillorū.ff.de iu. co.vnde si tempore ipsorum codicillorum non habebat ipsa bona in pertinentiis de Nauellis, ipsa non videntur eidem relicta:illa enim videntur contineri in ipsis codicillis,quæ continentur in testamento ad ꝙ fit relatio. ff.de hære.inst.l.illa institutio.& l.esse toto. & tempus ipsorum codicillorum videtur cōsiderandum, an habeat, cū per verba præsentis temporis locuta fuerit, prout no.in d.§.codicillorum & ff.de aur.& ar.lega.l.si ita.vnde cum cōsideretur tempus ipsorum codicillorum, & tempore ipsorum codicillorum, non habebat dicta bona, non videtur eidem relicta,ad hoc quod habetur.ff.de aur. & argen.le. l.scribit.§. fin. Quod, & secundo demonstratur ex alio: quia ipsa testatrix, prout præsupponitur dicta bona alienauit, non ex necessitate,sed volunta 12 rie,propter†quod tale relictum eidem factum euanuit & fuit extinctum prout est expressum in d.§.si rem.& prout no.in d.l. rem legatam ita ꝙ attento hoc,& considerato,non potuit nec pōt petere dictua Pyrrbus dicta bona alienata:ad idem & tertio facit,quia vt præsupponitur ipse Pyrrhus tempore alienationis ipsorū bonorū factæ p d. dñam Marg. fuit præsens, & vt Manualdus authoritatem præsti 13 tit:propter†ꝙ vř sibi ipsi,& eius iuribus præiudicasse prout not.ff.de pigno.acti.l.Gaius & ff. de pigno.l.fideiussor.§.pater & C.de inoffi.dona.l.si liqueat.& C.de rebus ali. non alie. l. 2. ita ꝙ dictus Pyrrhua dicta bona petere nō potest.quod & quarto demōstratur ex alio & clarius:quia ipsa codicillatrix nō solū dicta bona alienauit sed quasi medietatem pretij redacti ex venditione dictorū bono- 14 rū eidem reliquit, propter†ꝙ vř ita codicillando, & relinquendo voluisse reuocare relictum eidem factū de dictis bonis,& loco ipsorū bonorum sibi medietatem prætij reliquisse ad hoc quod no. in l. ꝙ in rerū.§.fin.ff.de leg. 1.& de le.2.l.imperatorū. §.fi.cum l.sequen.& ꝙ ibi not.p Bart.& in d.l.scribit.§.fin.& ita vř fuisse de intentione, & voluntate dictæ dominæ Marga. reuocare dictū relictum factū de dictis bonis: & medietatem dicti pretij loco dictorum bonorum eidem reliquisse, prout vt puto,quilibet arbitraretur & iudicaret,attento di- 15 cto relicto & cōiecturis ex eo resultātibus:ad†ipsas enim coniecturas & indicia recurrendū est ad iudicandū & arbitrandū de volūtate dictæ codicillatricis & eius animo ad hoc ꝙ no. insti. de ac. §. alie.& ff.de excep.doli.l.apud.celsum.circa princi. & ff.de leg.3.fideicommissa.§.si rem.& ibi p Bart. ita ꝙ p hæc dici & cōcludi pōt, ꝙ dictus Pyrrhus dicta bona eidem in testamento relicta, petere nō potuerit nec possit, nō obstātibus in contrariū adductis.cum nō obstent:non enim obstat, & primo ꝙ in cōtrariū adducitur, ꝙ ex quo erat coniūctus dictæ dominæ debetur relictū eidem factū, etiā si sit factū de re aliena: quia hoc non est semper verū prout no.in d.l.cū alienā & in c.filius de testa. Præterea aliud est relinquere rem alienā,& aliud relinquere rē ꝓpriā,& postea alienare volūtarie, cū tūc extinguat legatum ēt si sit factū coniunctæ personæ ꝓut no.in d.§.si rē.& in d.l. rem legatā. & inst. 16 de legat. §. si rem. nec obstat†quod habetur in d. §.si rem.

§. ſi rem.& in d.l.rem legatam. cum locum habeat,
quando ex neceſsitate alienatur, cum non tunc ex-
tinguatur relictum,niſi per hæredem aliud probe-
tur prout not. in d.§.ſi rem.& aliud quando volun
tarie alienatur, cum tunc extinguatur relictum,
niſi per legatarium aliud probetur: vnde cum in ca
ſu prædicto, dicta teſtatrix voluntarie alienauerit,
extinctum fuit tale relictum pront no. in d.iuri.vn
de non obſtat:nec obſtat quod & tertio in contra-
rium adducitur dicendo, ꝙ quia ipſa teſtatrix non
ſolum cõfirmauit teſtamentum ſed etiam reliquit
dicto Pyr.omnia bona in dicto teſtamento eidem
relicta, quibuſdam exceptis, videtur de nono re-
linquere dicta bona per eam alienata, nam ad hoc
reſpondetur ꝙ certe de aliis bonis intellexit, & nõ
de alienatis,cum ipſa bona alienata reliquerit non
ſimpliciter,ſed dicendo,quæ habet, & ſic bona illa
quæ habet ſub quibus non includuntur bona alie-
nata.vt d.l. ſcribit in fi. & prout voluit Bart. in d.l.
rem legatã.præterea & ſi de illis intellexiſſet,quod
nõ puto,videtur ſtatim eam penituiſſe: & locu il-
lorum bonorũ medietatem pretij reliquiſſe, prout
& plenius ſupra dictum fuit:ita quod in contrariũ
adducta non obſtant: & cum non obſtent conclu-
ditur & concludi poteſt, ꝙ dictus Pyrrhus dicta
bona eidem relicta,& alienata per dictam dominã
Marga.petere non potuit,nec poteſt. Tertio dubi
tatur & in dubium reuocatur de bonis ſtabilibus
in codicillis relictis, an diſpoſitio in teſtamento
facta de non conſignandis bonis ſtabilibus donec
ſatisfiat teſtamento, locũ habeat in bonis ſtabili-
bus relictis in codicillis poſtea vltimo factis: ita
ꝙ dicta clauſula referatur ad bona ſtabilia in dictis
codicillis relicta.Circa ꝙ & ſi videatur prima facie
dicendum quod ad ipſa bona non referatur, cum
17 † diſpoſitio de præſenti facta, nõ videatur referri
ad futura, nec ea cõpræhendere.l.ſi ita.ff. de au.&
arg. lega. &.ff.de verbo.obli.l. cũ ſtipulamur. & l.
ſi a colono. Sed his non obſtantibus, contrariũ de
iure dicendũ eſt,vt videlicet talis diſpoſitio in ipſo
teſtamento ita generaliter prolata, de ipſis bonis
ſtabilibus legatis, & relictis per dictã teſtatricem
retinendis,& vt retinere poſsint, quouſq; ſatisfiat
dicto teſtamento, referantur ad bona ſtabilia reli-
cta in ipſis codicillis vltimis,pront ex pluribus vi-
18 detur deduci:& primo, quia diſpoſitio † hominis
cõtinens illud quod dependet ex mera diſpoſitio-
ne defuncti,trahitur ad futura.l.talis ſcriptura. in
principio cõiuncto §.fi.cũ l.ſeq.ff.de le. 1. per quæ
iura Bar.hæc voluit in d. l.ſi ita. vnde in caſu præ-
dicto, cum talis diſpoſitio emanauerit ab homine,
& in his quæ dependẽt a mera voluntate ipſius, tra
hi videtur ad relicta in ipſis codicillis, & ad ea ex-
tendi, per prædicta iura. Quod & ſecundo demon
ſtrat ex alio, quia talis diſpoſitio de ipſis bonis ſta
bilibus legatis retinendis, non fuit facta per verba
19 de præſenti,ſed generaliter ſeu indefinite,ita † qđ
trahitur & trahi poteſt ad futura prout voluit Bar.
in d.l.ſi ita.per l.quoties.§.fi.ff.de vſufru. & prout
infra plenius dicetur. Ad idem & tertio facit,quia
20 † relicta in ipſis codicillis,cenſentur relicta in te-
ſtamento, adeo quod habentur perinde ac ſi in ip
ſo teſtamento eſſent deſcripta.ff. de iu. codi.l.2.§.
codicillorum.vnde ſi habeatur perinde acſi in ipſo
teſtamento eſſet deſcripta,talis diſpoſitio ſeu clau
ſula videtur trahi & extendi ad ipſa cõtenta in ip-
21 ſis codicillis:clauſula † enim appoſita in diſpoſitio
ne, ſiue apponatur in principio ſiue in fine ſiue in
medio ad omnia iura referri & extendi debet ut d.
l.talis ſcriptura.in fi.& prout not.in c.ſecundo re-
quiris. de appel. ita quod p hæc poteſt dici, quod
talis clauſula ſeu diſpoſitio referatur ad contenta
in ipſis codicillis,quod verũ intelligo, niſi quate-
nus ex tenore ipſorũ codicillorũ appareret de con
22 traria mente ipſius teſtatricis, cum illa † vt vltima
ſit potius attendenda,adeo quod derogat & dero-
gare poteſt ipſi teſtamento quatenus ei contrarie-
tur in l.a.C.de codi.& inſti.co.tit.§.1. & C. de ſa-
croſan. Eccle. l.1. vnde ſi non appareat de contra-
ria mente, poterũt retineri bona ſtabilia in vltimis
codicillis relicta,ſicut & poteſt petere relicta in ip
ſo teſtamento:cũ dicta clauſula,de retinendis ipſis
bonis legatis, vt de fructibus ſatisfiat teſtamen-
tum, referatur ad ipſa bona in codicillis relicta,ſi-
cut & ad bona ſtabilia relicta in teſtamento prout
ſupra dictũ fuit:non obſtante in contrarium addu
cto, quod non obſtat: non.n.obſtat quod in cõtra
riũ adducitur,dicendo, quod diſpoſitio de præſen
ti facta non extenditur ad futura, cũ in caſu prædi
cto non fuerit facta diſpoſitio per verba præſentis
temporis prout in d. l.ſi ita. & in d. l. cum ſtipula-
23 mur. ſed fuit facta ſine tempore, quo caſu † cum
fuerit facta per verba generalia dicendo, vt nul-
lus legatarius, & tunc extenditur ad futura prout
voluit Bar. in d. l. ſi ita per l.quoties.§.fi.ff. de vſu
fruc. imo & ſi fuiſſet facta per verba indiffinita, &
tunc venirent etiam futura, cum tractetur de mo-
dico præiudicio, cum ſolũ tractetur de fructibus
retinendis de ipſis bonis quouſque ſatisfiat teſta-
mentum pront voluit Bar. in d.l. ſi ita.l.fi. quæ res
pigno.obli. poſ. imo & ſi tractetur de magno præ
iudicio idem eſſet:ut compræhendat etiam futu-
ra, ex quo potuit prouidere, & fecit mentionem
ſimpliciter de ipſis bonis,& non de bonis exiſten-
tibus in tali loco,prout uoluit Bar. ibi, ubi plene
de hoc, ſuper quo non puto neceſſario inſiſten-
dum, cum & dici poſſit ꝙ non fuerint verba futu-
ra,nec de futuro diſpoſuerit de eis. imo de præſen
ti vt relicta in ipſis codicillis habeantur proinde
ac ſi in ipſo teſtamento eſſent deſcripta vt d.§.codi
cillorum.ſi.n.fuiſſent in dicto teſtamẽto deſcripta,
ſiue ante dictam clauſulam, ſiue poſt, poſſent ipſa
legata detineri, quouſq; de ipſis fructibus ſatisfiat
teſtamentum, cũ clauſula referatur ad omnia ſiue
ſint appoſita in principio ſiue in medio vel in fine
prout no.in d.l.talis ſcriptura.& in d.c.2.requiris.
de appe. vnde nõ obſtant in contrariũ adducta &
cum non obſtent, concluditur & cõcludi poteſt,ꝙ
dicta Eccleſia hæres inſtituta poterit pro ſatisfa-
ciendo dicto teſtamento, retinere non ſolum bo-
na ſtabilia relicta in dicto teſtamento: ſed etiam
dicta bona relicta in vltimis codicillis,quouſq.ſa-
tisfiat de ipſorum fructibus dictum teſtamentũ,
prout in dicto teſtamento eſt diſpoſitum. Quarto
dubitatur & dubitari poteſt,quia cum dicta teſta-
trix reliquerit nõnullam quantitatem pannorum,

& cereorum pro funeralibus, ac etiam quod construatur certa Ecclesia de domibus suis: & in codicillis reliquit nonnullas quantitates denariorũ: & inter alia reliquit, ꝙ debebat pro Pyrrho refici vna domus, & dicta Ecclesia sanctæ Mariæ de Coldemadio adiuerit hæreditatem, cũ beneficio legis & inuentarij, & immineant nonnulla alia debita in ipsa hæreditate, & ipsa Ecclesia velit vendere, vel permutare, an vendere possit: & si vendat vel aliter cõtra dispositionem dicti testamenti faciat, an incurrat pœnam in dicto testamento appositam, attento maxime, ꝙ in codicillis vltimis ipsa testatrix confirmauit dictum testamentum, & voluit habere plenã roboris firmitatẽ, non faciendo mentionem de primis codicillis in quibus reuocauerat totaliter pœnã in dicto testamento appositã. Circa quod videtur dicendũ prima facie, quod dicta Ecclesia non possit vendere vel permutare aliqua bona immobilia dictæ hæreditatis, & si alienet, vel aliter cõtra dispositionem dicti testamenti faciat, incurrat pœnam in dicto testamento appositã. ff. de leg. 2. l. peto. §. prædium. quod uidetur procedere quãtumcunq; in d. primis codicil. ipsa testatrix totaliter sustulerit omnem pœnã in dicto testamẽto appositã, cum dicti primi codicilli videantur reuocari per secundos & vltimos codicillos, cum vltima voluntas deroget priori. ff. de lega. 1. l. 1. si mihi. §. in legatis & ff. de leg. 3. l. si quis in prin. & insti. quibus mo. testa. infirma. §. posteriore. Quod 24 ex alio videtur deduci, quia † a voluntate reprobãte tacite receditur per aliã simpliciter voluntatem. ff. de leg. 2. l. fi. in prin. Ad idem & tertio facit, quia cum ipsa testatrix non solum in vltimis codicillis non fecit mentionem de primis, sed etiã confirmauit omnia contenta in dicto testamento, disponendo ꝙ volebat testamentũ ipsum plenã roboris firmitatem obtinere, vnde cũ cõfirmauerit vltimo loco ipsum testamentũ, & in testamento cõtineatur de ipsa pœna, certe ex hoc videtur talem reuocationẽ factã in primis codicillis reuocasse, & ipsum pœnã reuocasse seu de ea de nouo disposuisse, cũ 25 † confirmãs videatur disponere, & dare prout uo. ff. de iurisd. om. iudi. l. more. & l. & quia. & ibi per Bar. ad hoc etiã ꝙ no. in d. l. fi. circa prin. & l. conficiuntur. §. fi. ff. de iu. codi. ita quod per hæc videtur dicendũ quod d. Ecclesia non potuerit nec possit alienare, nec aliter cõtrauenire, & si cõtrauenerit incurrat dictam pœnam. Cõtrarium tamen puto de iure dicendũ, videt, quod ecclesia sanctæ Mariæ de Coldemadio potuerit & possit alienare etiam immobilia, non solũ pro debitis ipsis testatricis. l. filiusfamilias. §. diuus. ff. de leg. 1. prout no. in d. §. prædium & ibi plenius & no. C. communia de leg. auth. res quæ. sed etiã pro ipsis relictis in ipso testamẽto, & codicilis adimplendis, ex quo adijt hæreditatem cũ beneficio legis & inuentarij, cũ tunc censeatur res & bona hæreditaria alienare, nõ pro debitis proprijs ipsius Ecclesiæ, sed pro debitis ip26 sius hæreditatis, cũ † inuentariũ diuidat bona hæredis a bonis ipsius defuncti. C. de iu. delibe. l. fin. §. & si præfatã. & §. in cõputatione: propter quod videtur quod alienare possit ipsa bona sine pœna per not. in d. §. prædictũ. & in auth. res quæ. Quod & clarius vr deduci ex alio, quia nõ solũ si alienet ꝓ debitis ipsius hæreditatis, sed etiã si alienet pro debitis suis, vel aliter cõtra dictũ testm̃ veniat, nõ incurret ipsam pœnã, cũ ipsa pœna censeatur totaliter reuocata, put & ipsa testatrix disposuit in primis codicillis cũ possit quis facere nõ solũ vnum, 27 sed etiã plures codicillos, adeo † quod vltimi non derogãt primis, esto quod aliud sit in tstõ. ff. de iure codi. l. diui. §. 1. & insti. eo. tit. §. fi. cũ non possit quis decedere nisi cũ vno tstõ, si ipse testans sit paganus prout no. C. de testa. l. sancimus. & in d. §. posteriore, & cõtenta in ipsis codicillis referentibus se ad testm̃ habentur perinde ac si in ipso testõ essent descripta. ff. de iu. codi. l. 2. §. codicillorũ. vñ si cõtenta, in ipsis primis codicillis hñtur perinde ac si essent in ipso testõ descripta, certe per ipsos secũdos & vltimos codicillos, non censentur reuocata cõtenta in his primis codicillis, imo potius confirmata, ex quo potius ipsa testatrix voluit dictum testm̃ habere plenã roboris firmitatem, ita ꝙ dici põt quod per ipsos vltimos codicillos nõ censeantur reuocati primi, cũ possit quis cũ pluribus codicillis decedere, imo potius confirmari, ut sup. imo & plus, quia si in secundis codicillis non fuisset facta mentio de ipsa cõfirmatione, sed solũ retulisset se ad ipsum testm̃, nihilominus tales codicilli primi ꝑ ipsos posteriores nõ essent sublati, sicut nec contenta in testõ: cũ contenta in eis videantur contenta in primo testõ, ut supra: quod per ipsos codicillos nõ tollitur nec reuocatur, nisi quatenus in ip28 sis cõtenta codicillis derogaretur vel adimeretur, cũ † possit quis decedere cũ testõ & codicillis: nec codicilli vltimi derogãt & tollũt cõtenta in ipsis, testõ, & codicillis præcedentibus, nisi quatenus appareret 29 in vltimis derogatum ipsi testõ & codicillis: nã † & si hæreditas dari & tolli non possit in ipsis codicillis, tñ alia contenta in codicillis ꝑcedentibus, imo & in testõ tolli & adimi pñt in ipsis codicillis, ad hoc qd no. C. de codi. l. 2. & insti. eo. tit. §. pe. vñ cũ in dictis vltimis codicillis nõ sit derogatũ contentis in ipsis primis codicillis, nec cõtenta in eis sint reuocata, remanebũt cõtenta in ipsis codicillis, ac si cõtenta essent in testõ, nisi quatenus appareat in secundis codicillis derogatũ, ad hoc quod hr̃ in d. l. diui. §. codicillos. & vt ibi no. & in l. conficiuntur eo. ti. circa prin. & insti. eo. tit. §. fi. ita quod ꝑ hæc dici & concludi potest, quod pœna per dictos primos codicillos fuit & est totaliter reuocata, nõ obstantibus in contrarium adductis: cũ non obstent: non. n. obstat quod in contrarium adducitur de vltima voluntate vt deroget præcedenti. vt d. §. in legatis & d. §. posteriore quia illud est verum, qñ apparet, ꝙ derogare voluit, alias & si per vltimũ tollatur primum testamentum. vt. d. §. posteriore ta30 men per † vltimos codicillos, non tolluntur priores codicilli, nec testamentum, cum possit quis decedere cum testamento & pluribus codicillis prout patet in d. §. codicillos. & d. §. fin. nec obstat quod & secundo in contrarium adducitur, de eo quod habetur in l. fina. ff. de legat. secundo. quia 31 † illud habet locum, quando apparet de uoluntate simplici reuocatiua præcedentis uoluntatis, quod non est in casu prædicto: vnde non obstat.

Non

Non obstat ꝙ & tertio in contrariũ adducitur dicendo,ꝙ ex quo ipsa testatrix ita disposuit in dictis secundis codicillis, vt voluerit testamentum habere plenam firmitatem, ex hoc videtur ipsam pœnam in testamento contentam confirmasse, & de nouo induxisse,nam ad hoc respondetur, quod per talem confirmationem non videtur confirmata ipsa pœna,imo & potius ipsi codicilli primi, cũ contenta in eis censeantur contenta in ipso testamento, propter quod censentur confirmati vt testamentum,vt d.§.codicillorũ. & vt supra plenius dictum fuit nec obstat quod habetur in d.l. confi-32 ciuntur.§.fi.cum† §. ille nõ faciat contra, ibi enim testator confirmauit certos codicillos, puta nouissimos,vnde alios videtur infirmare, vt ibi, quod non est in casu prædicto, vt pariter primos & secundos non derogando per secundos primis nec econuerso,prout patet ex tenore ipsorum codicillorum: & cum prædicta non obstent, concluditur & concludi potest, ꝙ dicta pœna in dictis primis codicillis erit totaliter sublata, nec habebit locũ, etiam si veniatur contra, prout ipsa testatrix disposuit in primis codicillis. Quinto dubitatur & dubitari potest de legatarijs, qui propria authoritate occupauerunt bona eisdem relicta, & non per manus hæredis,an perdiderint iura quæ habebantur in dictis bonis legatis: circa ꝙ, & si videatur prima facie dicendum ꝙ non perdiderint, esto ꝙ teneãtur ipsi hæredi restituere.ff.quorum bo.l.1. in prin.& C.quorum lega.l.vnica. Contrarium ta-33 men de iure† dicendum est,vt ipsi perdiderint ius, quod habebant in dictis bonis eis relictis, si ea occupauerunt propria authoritate post aditam hæreditatem per ipsum Ecclesiam hæredem & appræhensam possessionem, & contra voluntatem ipsius hæredis prout est expressum in l. non est dubium. C.de leg.secundum vnum intellectũ glo.ibi. quem sequitur Bar. ibi & communiter doctores: esto ꝙ aliud sit,si appræhendissent ipsam possessionem ante aditam hæreditatem,vel ante appræhensam possessionem per ipsum hæredem,prout & est expressum in iuribus in contrarium allegatis,quæ ita loquuntur,prout voluit gl.in d.l.non est dubium, & communiter tenetur: pro quo facit, ꝙ no.C.vnde vi.l.si quis in tantam.& 16.q.6.placuit.& in c.1.de dolo & contuma.vbi hoc idem no.videlicet in per-34 sonis priuatis:esto † ꝙ aliud sit in Prælatis,vel rectoribus Ecclesiarum,vt non incurrant dictam pœnam,ita quod faciant Ecclesiam legatariam occupando bona sibi relicta vel bona propria perdere ius quod habet,ad hoc ꝙ no.in regula delictum in 6.circa quod non insisto, cum in puncto non dubitatur de ipsis prælatis:vel clericis,ꝙ occupauerint propria authoritate, de quibus dicendũ est prout plenius no.in d.c.& in d.regula delictum .& in c, 2.de ordi.cogni.&c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII QVARTI.

Punctus casus super quo consilium petitur, tale est, quidam Magister Ioannes de Esculo cõdidit testamentũ iam sunt decem anni, & vltra, in quo inter alia iudicauit,& reliquit dominam Marinam eius vxorem in domo ipsius testatoris inferius posita, & confinata, dominam,rectricem, gubernatricem, & vsufructuariam omnium suorum bonorum, vna cum infrascriptis suis hæredibus, donec honesta, & casta steterit,& vitam vidualem seruauerit, & dotes,& legata sibi facta non petierit. Item reliquit quod in casu quo vellet stare, & habitare cum infrascriptis suis filijs,& hæredibus eidem dominæ iure legati habitationẽ, & vsumfructum infrascriptæ alterius suæ domus sitæ,& etiam reliquit eidem pro alimentis,quinque quartas de grano: quinque salmas de vino: quinque caldarellas de oleo: quinquaginta salmas de lignis: & decem ducatos quolibet anno. in omnibus autẽ alijs suis bonis mobilibus, & immobilibus iuribus,ac actionibus, tam præsentibus, quàm futuris,reliquis a prædictis legatis a se factis superius, supradictos Sauinum, Ioannem And.d.Io.Martinum. Io.Petrum, & Ioannẽ Colam filios suos sibi vniuersales hæredes instituit, fecit, & ordinauit, & esse voluit, quos filios & hæredes, & eorum filios masculos adinuicem substituit, & succedere voluit in stirpes, & non in capitibus vulgariter pupillariter, & per fideicommissum. Deinde decessit dictus testator superstitibus dictis quinque filijs, qui eius hæreditatem adiuerunt seu se immiscuerũt, & superstite d. domina Marina, quæ cũ eis stetit quousque diuiserunt: deinde decessit d.dominus Ioan. Mart. superstitibus dictis eius quatuor fratribus,qui eius bona retinuerunt, & superstite dicta domina Marina eius matre, deinde decessit dictus Ioannes Colas superstite d. domina Ma.eius matre, & superstitibus dictis Sauino,Ioanne Andræa, & Ioanne Petro,& condito testamento, in quo inter alia reliquit iure legati dominæ Mari. filiæ quondam Mardinassy,& vxori dicti quondã magistri Ioannis suæ matri vnam domum cum puteo cum omnibus rebus mobilibus in ea existentibus, prout in d.testamẽto apparet, quæ domus fuit de hæreditate dicti magistri Ioannis. Item reliquit iure legati ante partem, Ioanni Petro magistri Ioannis suo fratri carnali,medietatem cuiusdam apothecæ sitæ in ciuitate Esculi communem.& pro indiuiso pro alia medietate cum dicto Ioanni Petro: prout in testamento continetur. Item reliquit iure legati dicto Ioanni Petro medietatem terræ, & canapinæ cum domo communem,& pro indiuiso pro alia medietate cum dicto Ioanne Petro sicut &c. cum

hac conditione & pacto, quod dictus Ioannes Pe. teneatur & debeat remittere in infrascripta hæreditate ducatos trecẽtos de parte capitalis dicti testatoris, sibi testatori obuentos in partem de hęreditate dicti quondam magistri Ioannis sui patris, soluendos in credentijs pannis, & lana, & de residuo capitalis ipsius testatoris, nullus possit reuidere rationem dicto Ioanne Pet. prout in testamento apparet. In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus, & stabilibus, iuribus, & actionibus, tam præsentibus, quàm futuris, reliquis à prædictis legatis superius à se factis, Sauinum, Ioannem Andræam, & dictũ Ioannem Petrum magistri Ioannis eius fratres carnales sub. sibi hæredes vniuersa. instituit fecit, ordinauit, & esse voluit, quẽlibet ipsorum pro æquali portione, & dicta domina stetit cum dictis suis filijs, vsquequo steterunt in communionem, & deinde cum diuiserunt, stetit, & permansit cum Iampero & Vanescola, deinde cum dictus Vanescolas decessisset, ipsa remansit cum dicto Iampero, & adhuc stat, & ad præsens dicta domina vellet petere relictum sibi factum pro alimentis per dictum magistrum Ioannem, & sibi tangentem de bonis domini Ioannis Martini, & etiam domum cum omnibus rebus in ea existentibus relictam per dictum Vanecolam in suo testamento, & pro parte dictorum suorum filiorum dicitur quod ipsa nõ debet habere bona eidem relicta pro alimentis, cum non permaneat in domo ipsius testatoris, nec etiam debet habere partem sibi tangentem de bonis dicti domini Ioannis Martini, nisi forte legitimam, cum disponatur statuto dictæ ciuitatis, quod nõ debet, nisi legitimam haberet & vltra hæc dicatur ꝓ parte dictæ dominæ Marinæ, quod etiam ipsa debet habere domum cum alijs bonis sibi relictam per dictum Vanencolã; & pro parte dictorum filiorum quod nõ debet habere, cum dicta domus remanserit in hæreditate dicti magistri Ioannis, & pertineat ad ipsos filios vigore fideicommissi, & substitutionis factæ in dicto testamento patris, & pro parte dictæ dominæ Marinæ dicat quod ipsa debeat habere ipsam domum cum alijs rebus, cum potuerit ipse testator ipsam cum ipsis rebus relinquere, ex quo ipse Vanescolas instituit dictos eius fratres Sauinum & Ioannem Andræam, & hæreditatem adiuerunt cum beneficio legis & inuentarij: & quod si non consequeretur dictum relictum, consequi deberet, partem sibi tangentem, cum tale testamentũ reddatur inualidum, ex quo in eo ipsa nõ fuit instituta, nec eidem relictũ iure institutionis, & ipsum relictum consequi non potest: sed pro parte ipsorum filiorum respondetur, quod ipsa non potest impugnare testamentum, sed solũ legitimam petere, attenta dispositione statuti dictæ ciuitatis ita disponentis. Item statuimus, & ordinamus, quod matres ad successionem filiorum defunctorũ venire non possint, si alij filij vel filiæ extant ex legitimo & eodem matrimonio nati, vel nepotes, vel filij filiorum, vel fratres carnales patris ipsorum filiorum, excepta legitima, quã petere possint, saluis institutionibus a filijs factis, & substitutionibus factis a parentibus. Vnde attẽtis prędictis quæritur an d. domina Marina petere possit relictum sibi factũ pro alimentis per magistrum Ioannem prædictum a dictis Sauino, & Ioãne Andræa, & partem sibi tãgentem de bonis domini Ioan. Martini, & similiter dictã domũ cum dictis rebus sibi relictam, quam si habere posset, cõsequi vellet, & si nõ potest: an dicere possit de nullitate dicti testamenti, & de istis q̃ritur principaliter: & etiam quia dictus Vanescolas faciendo testamẽtum, reliquit inter alia dicto Ioanni Petro medietatem dictæ apothecæ, & medietatem dictæ terrę cum domo, cum hac conditione & pacto, videlicet quod dictus Ioannes Petrus teneatur & debeat remittere in infrascripta hęreditate ducatos trecẽtos de parte capitalis dicti testatoris, sibi testatori obuentos in partem de hęreditate dicti quondam magistri Ioannis sui patris, soluendos in credentijs pannis, & lana, & de residuo capitalis ipsius testatoris nullus possit reuidere rationem dicto Ioanni Petro: quæ res legatę, vt supra dicto Ioanni Petro per dictum Vanencolam emptæ fuerunt post mortem dicti magistri Ioannis eorũ patris, & post diuisionem factam inter dictos fratres per prędictos Iamperum & Vanencolam, qui etiam Iamperus, & Vanescolas habebant capitale commune in arte lanę, & alijs eorum exercitijs: qui filij omnes erant maiores 14. annis tempore mortis dicti magistri Ioannis eorum patris. Et ad pręsens ꝓ parte dicti Sauini, & Ioannis Andręę dicatur, ꝙ dictus Iamperus debet de suo ponere, vel saltim communicare dictos trecẽtos ducatos in dicta hęreditate, & ẽt residuum, sicut id, quod est in dicta arte lanæ, de parte dicti Vanescolę, sed pro parte dicti Iamperi dicitur ꝙ ipse vult ponere in dicta hęreditate trecentos ducatos, spectantes ad dictum Vanencolam de dicta arte, & residuum retinere

nere pro se, cum ipse testator ita dicendo, ꝙ non teneatur reddere rationem de residuo, videatur residuum sibi reliquisse: vnde quæritur an dictus Iamperus teneatur de suo ponere in d. hæreditate, vel de communi, vel de illis pertinentibus ad dictum Vanencolam: & residuum pro se retinere, si aliquid de residuo reperiretur, præsupposito ꝙ dicta apotheca, & dicta petia terræ empta fuerint post mortem dicti magistri Ioannis, & diuisionem factam inter dictos fratres per prædictos Iamperum, & Vanencolam in bonis supradicti domini Martini.

SVMMARIVM.

1. *Vxor relicta domina, rectrix, gubernatrix, & vsufructuaria bonorum in domo mariti testatoris, virtute dicti relicti, consequi debet alimenta, stantibus filijs, attenta consuetudine vulgari, etiam si in domo testatoris non steterit, si tamen per eam non stetit, sed per filios, vel per casum.*
2. *Conditione potestatiua eueniente, relictum sub ea conditione debetur, & peti potest.*
3. *Mater de iure communi, filio decedẽti ab intestato, aequaliter succedit, cum fratribus filij defuncti.*
4. *Succedentes ab intestato tenetur restituere substitutis, detracta legitima & Trebell. de bonis restituendis.*
5. *Legitima matris in bonis filij prædefuncti est tertia pars eius, quod habitura esset ab intestato.*
6. *Aliena re legata, valet legatum, & hæres tenetur eam redimere, si legãs sciuit eam alienam esse: quod tamen non procedit, quando legatum fit coniuncta personæ, nã tunc tale legatum valet, licet ignorauerit alienam, & tenetur hæres eam redimere, & tradere, etiam si adijsset hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij.*
7. *Legatum factum ultra uires hæreditatis, etiam coniunctæ personæ non ualet.*
8. *Testamentum inualidum, & quod rumpi potest ab aliquo, ab eo approbari, & conualidari potest.*
9. *Conditio impleri debet in forma.*
10. *Testamenti verba sunt spectanda, et cum sint clara ab eis non est recedendum.*
11. *Verba sequentia, & præcedentia testamenti declarantur a uerbis præcedentibus, & sequentibus.*
12. *Testator mandans rationes reddi, uidetur mandasse, non solum ut reddatur ratio, sed vt assignentur libri, imo, & vt residuum, & reliqua restituantur.*
13. *Contrariorum est eadem disciplina.*
14. *Mens & intentio testatoris principaliter consideranda est in ipsis testamentis.*
15. *In legitima computatur relictum, & legatum.*

CONSILIVM QVARTVM.

In nomine domini, Amen.

Cum de duobus in d. pũcto quæratur principaliter ad quodlibet respondendũ est, & primo circa ipsam dominam Mar. videnda sunt tria. Quorũ primum est. An ipsa petere possit relictum sibi factum pro alimentis. reliquit enim dictus magister Ioannes eidem dominæ inter alia, ꝙ in casu, quo nollet stare & habitare cũ suis filijs & hæredibus, eidem dominæ pro alimentis, quinq; quartas grani, quinque salmas vini, & quinque caldarellas de oleo, & decem ducatos quolibet anno: ꝙ relictũ, etsi videatur, ꝙ non consequatur, nec cõsequi debeat, ex quo ipsa habitauit, & permãsit, & habitat, & permanet cum dicto Iampero, & non cum alijs eius filijs, propter quod non videtur, ꝙ euenerit conditio in d. testamento apposita, cum testator ipse reliquit in casu, quo nollet stare, & habitare cum dictis suis filijs: vnde cum velit stare & permanere cum d. Iampero eius filio, & stet, & permaneat, non videtur locus tali dispositioni, ex quo non euenit conditio, ad hoc quòd habetur. ff. de verbo. signifi. l. cedere diem. ita ꝙ ex hoc videtur, ꝙ non debeat consequi tale relictum. Quod & ex alio videtur deduci, quia testator reliquit dictam do. Marinam in domo ipsius testatoris dominam, rectricem, gubernatricem, & vsufructuariã omniũ suorum bonorum: vnde cũ ipsa nõ steterit, nec stet in domo ipsius testatoris, ipsa nõ consequetur nec consequi debebit tale relictum. ff. de annu. leg. l. Meuio, in princ. ff. de condit. & dem. l. in testõ, ipsa enim do. Mari. vigore talis relicti in quantum reliquit eam dñam, gubernatricem in domo, & vsufructuariã stantibus filijs, vigore huius relicti consequetur & consequi debebit solũ alimenta, attenta consuetudine vulgari prout no. C. de secun. nupt. auth. hoc locum. & ibi per gl. & ff. de leg. 2. l. Titia. §. Titia. & ibi per Bar. & per Bal. in l. fi. C. de indicta vidui. quæ alimenta facilius præstantur in domo, quam alibi. l. 3. in fi. ff. de in di. adiect. vnde cũ ipsa non permanserit, nec permaneat in domo, & per ipsam steterit, talia alimenta præstanda nõn erunt, prout in dictis iuribus no. ad hoc etiã ꝙ not. ff. de condi. & dem. l. illis libertis. Sed his non obcontrarium de iure dicendum est, vt d. dña Mari. petere potuerit, & possit ipsa alimenta, si petere velit ex eo quia ipse testator reliquit eam in domo ipsius dñam rectricem, gubernatricem, & vsufructuariã omnium suorum bonorũ, cum † vigore dicti derelicti consequatũ, & consequi debeat ipsa alimenta, stantibus filijs, attenta cõsuetudine vulgari. prout & supra dictum fuit, & cõiter tenetur prout no. in d. auth. hoc locũ & in d. §. Titia. & in d. l. fin. quod procedit etiã si in d. domo non steterit, si per eã non stetit, sed ꝑ ipsos eius filios adinuicem diuidentes prout no. in l. Seio. & in l. annua. ff. de an. lega. & in d. l. illis libertis. Super quo nõ insisto, cũ vt ꝑsupponitur, ipsa non velit, nec intendat petere alimenta ex eo capite, quia fuerit dña, rectrix, gubernatrix, & vsufructuaria: sed ex eo capite, quia ipse testator reliquit in casu, quo nollet stare & habitare cũ dictis suis filijs & hæredib. eidem habitationem & vsum cuiusdã domus ipsius, reliquit etiã eidem ꝑ alimentis, quinq; quartas grani. quinque salmas vini, & quinq; caldarellas olei, & quinquaginta salmas de lignis, & 10. ducatos anno quolibet: vnde cum dicta dña Margarita noluerit, nec velit stare cum dictis Sauino, & Ioanne Andrea, sed cũ dicto Ioãnepet. poterit ab ipsis petere partem eis tangentem de dictis relictis pro alimentis, ex

quo

quo euenit cōditio, quia noluit stare cū eis, vt d.l. cedere diem de verb.sign. vnde † cū euenerit dicta 2 conditio in eius potestate posita, videlicet, ꝙ noluerit stare & habitare cum eis, poterit petere partem eis tangentem de dictis relictis. ad hoc ꝙ bñ in d.l.illis libertis.& in l.Selo. & in d.l.Meuio: nā & consequetur & consequi debebit talia relicta pro ipsis alimentis, non solū si per ipsos Ioannem Andream, & Sauinum stetisset, sed etiam si stetisset per casum, vt non potuerit prout no.in d.l. illis libertis. vnde petere poterit, nō solum contra ipsos Ioannem Andream & Sauinum, sed etiam contra alios mortuos, & eorū hæredes ratā eis tāgentem, prout patet ex no.in d.l.illis libertis.& in d.l. menia.imo & etiam contra ipsum Iamperum si cum eo stare non vellet pro rata sibi tangente per prædicta: ita ꝙ per hæc dici & concludi potest circa istud primum quæsitum, ꝙ dicta domina Mari.petere potuit, & potest a dictis Sauino, & Ioanne Andrea, ratam eis tāgentem de dictis relictis pro alimentis. Circa secundum ꝙ est de bonis dicti domini Ioannismartini decedentis non condito testa- 3 mento, dicendum est, ꝙ eidem † decedenti ab intestato successissent & succederent dicti quatuor fratres superstites, & etiam mater quolibet succedente pro parte quinta. C. ad Tertullian. authent. de- 4 functo.& aut. & cum solis, & ipsi succedentes † eidem ab intestato tenentur restituere ipsis substitutis vigore substitutionis factæ in testamento dicti magistri Ioannis detracta legitima & Trebellianica prout no.ff.de inoffi.testamen.l.Papinianus. §. meminisse & C.ad l.fal. in l.quanquam & de testa. in c.Rainutius.verum quia ipsa mater attenta dispositione ipsius statuti, non succedit ab intestato: sed solū dicti fratres exclusa ipsa matre, præterquā in legitima, & ipsi sunt instituti & substituti, de tali substitutione non est tractandum, cum confundatur. C. de pac. l.si debitor.sed de successione ab intestato, attenta dispositione dicti statuti, ꝙ derogat iuri communi.ff.de iusti. & iur.l.omnes populi.& in c.1. de consti.in 6. vnde attenta dispositione dicti statuti, eidem dño Io.Martino successerūt & succedūt dicti quatuor fratres, exclusa dicta 5 dña Narina, præterquam legitima, quæ † censetur esse tertia pars eius ꝙ successura esset ab intestato, C.de inoffi.testa.l.cum quæritur.& in aut.nouissima: prout & voluit Bar.in l.pater filiū. ff.de inoffi. testa. in eius repetitione & Bal.in d.aut.nouissima circa fin.licet præcise non firmet, & Ange.& Ioan. de Imo.in l.plane. §.si duobus .ff. de lega.1.vbi de hoc esto ꝙ aliud voluerit Ia. But. disputando, sed non in his terminis, cum loquatur in eo casu, quo fratres non succedunt, ꝙ non est in casu prædicto prout supra patet. vnde eius determinatio, non obstat, ita ꝙ dicta domina Mari. mater consequetur & consequi debebit ipsam legitimam, & sic tertiā partem eius ꝙ cōsecutura esset ab intestato. Ab intestato enim consecutura fuisset quintam partem bonorum ipsius domini Ioannis Martini, in cuius bonis censetur esse non solum bona propria si qua habebat, sed etiā legitima & Trebellianica, eidem domino Ioanni Martino debita in bonis paternis ad eum peruentis: cum ipsa legitima & Trebellianica detrahenda sit de bonis restituendis vigore dictæ substitutionis prout patet ex not.in d.§.meminisse & in d.l.quanquam & in d.ca.Rainutius & ff.de vulga.& pupil.l.cohæredi.§. cum filio.& hæc circa secundum. Circa tertium ꝙ est an domin. Mari.mater petere possit dictam domum sibi relictā cum ipsis rebus: circa ꝙ dicendū est, ꝙ ipsa dictam domum cum dictis rebus petere possit, quantum cunque dicta domus cum ipsis rebus fuerit dicti magistri Ioannis & eius hæreditate remāserit, propter ꝙ subiacet restitutioni fideicomissi, ex substitutione facta dicto Vannicolæ in testamento dicti magistri Ioannis, prout ex pluribus deducitur: 6 & primo † quia etiam si dicta domus cum ipsis rebus fuisset aliena, nihilominus valet tale relictum adeo ꝙ ipse hæres tenet redimere, & ipsi dominæ assignare, cum dictus Vanescolas, vt præsupponitur, sciuerit & notitiam habuerit de ipsa domo & rebus ibi existentibus, ꝙ fuerint dicti magistri Ioannis: propter ꝙ valuit tale relictū, vt supra. C. de leg.l.cum alienam. & vt ibi not. & insti. eo. §. non solum & §.ꝙ autem. Quod & secūdo deducitur ex alio, quia ipse testator, etiā si ignorauerit ipsam domum cum ipsis rebus forte alienam, nihilominus valet tale legatum ipsi matri suæ factū, ex quo fuit factū cōiunctæ psonæ. vt d.l.cū alienā.& vt ibi. plenius no.& in c.filius. de testa. Ad idem & tertio facit, quia & si d. domus cū dictis rebus nō fuisset dicti Vaniscole testatoris, sed dictorum fratrū seu restituenda, & ignorauerit, nihilominus tale legatū valuit & valet, adeo ꝙ ipsi hæredes tenent eidem assignare. ff.de lega.1.vnum ex familia. §.si rem & vt ibi plenius not.& in d.l.cum alienam. & in d. c. filius. Quod verum est, si ipsi fratres hæredes instituti eius hæreditatem simpliciter adiuerunt, imo & si adiuissent cum beneficio legis & inuentarij. Idem esset si in hæreditate dicti Vaniscole remansisset tantum, ꝙ detractis debitis ascendisset ad valorem dictæ domus cum dictis rebus, cū tunc præstare teneantur. vt d.§.si rem, prout, vt præsupponitur, remansit in casu prædicto, cum in bonis & hæreditate dicti Vaniscole remanserint, non solum bona per eū acquisita post mortem patris, sed etiā legitima & Trebellianica, quæ ascendūt ad medietatem partis sibi obuentæ de bonis paternis, secūdum ꝙ not.in d.§.meminisse. & in d.l. quanquam. 7 & in d.c. Rainutius alias † vero si dicta domus cum dictis rebus ad ipsos fratres hæredes institutos ptinuisset, vel fuisset eis debita, & ipsi repudiassent hæreditatem, vel ipsam adiuissent cum beneficio legis & inuentarij, & in ipsa hæreditate non remāsisset tantum quòd sufficeret detractis debitis pro dicta domo cum dictis rebus, & tunc ipsi hæredes instituti non tenerentur ipsam domum assignare, nec tunc valuisset tale legatum eidem matri factum, prout no.C.de in.delib.l.fi.§.in computatione & in d.l.cum alienam & plenius per Ioan. de Imo.in d. c. filius propter ꝙ non oportet insistere super validitate testamenti, cum ipsa domina Mari.non intendat tale testamentum impugnare, sed potius approbare in casu, quo consequatur & con- 8 sequi possit relictum sibi factū, ꝙ † approbare potest & conualidare, etiam si non valuisset nec vale-

ret.

ret.ff.de iniusto testa.l.filio præterito: ꝙ testamentum,& si forte de iure communi nō valeret ex quo eidem matri non fuit aliquid relictum iure institutionis,prout no.aut.de hære. & fal.§.exhæredatos, tamen dispositione dicti statuti valuit & valeat, ex quo ipsa mater non succedit nisi in legitima saluis remanentibus institutionibus, prout in ipso statuto disponitur, ita ꝙ attenta dispositione dicti statuti valuit & valet tale testamētum, ita a filio factū, quantuncunque ipsa mater in relicto eidem facto non fuerit instituta hæres, ex quo institutiones in eo factæ remanent validæ attenta dispositione dicti statuti: & hæc circa ipsam matrem & quæsita eā respicienda. Restat modo vt deueniatur ad ea de quibus principaliter secundo loco quæritur circa dictos hæredes institutos in testamento Ioānicole,& dictum Iampetrum:& primo, an dictus Iampetrus teneatur de suo reponere in dicta hæreditate dictos trecentos ducatos, vel de cōi, vel de illis pertinentibus ad dictum Ioannemcolam: & circa 9 hæc dicendum est, ꝙ cū condicio† debeat impleri in forma l.qui hæredi.ff.de condi. & demon. debuit & debet dictus Iampetrus remittere in d. hæreditate,& sic in communi dictos trecentos ducatos extrahendos de parte capitalis dicti testatoris, sibi testatori obuentos in partem de hæreditate dicti quondam magistri Ioānis sui patris, soluendos in credentiis , pannis & lana, prout in d. testō est expressum: ita ꝙ dicti trecenti ducati remitti debent in ipsa hæreditate per dictū Iampetrum fratrem & socium dicti Ioannicole, non de propriis , nec de communibus, sed de spectātibus & pertinentibus ad dictum Ioannemcolam pro eius capitali, & de parte ipsius capitalis , prout denotāt ipsa verba in 10 d. l. testō apposita, a† quibus,cum sint clara nō est recedendū l.ille aut ille.§. cū in verbis .ff.de lega.3. ita ꝙ remittendi sunt in d. hæreditate dicti trecenti ducati,de ducatis spectātibus ad dictū Ioannécolam, & non de spectantibus ad dictum Ioannempetrum : quod & denotant talia verba posita in d. testamento, dum dicitur,ꝙ obuenerunt in partem de hæreditate dicti magistri Ioannis sui patris, eidem Ioannicole,& sic de parte eidem tāgenti, pro ut denotant dicta verba sibi testatori obuentos in 11 partem: ex verbis†enim præcedentibus & sequentibus declarantur verba sequentia & præcedentia. ff.de leg. 1.l.si seruus pluriū.§.fin.& l.qui filiabus. & ipsi trecenti duc. spectantes et pertinentes ad dictum Ioannemcolam erunt remittendi in d. hæreditate,non in pecuniam,in contantis,sed in credētiis,pannis,& lana, prout ipse testator iussit, ita ꝙ si dictus Iāpetrus remittat in d. hæreditate dictos trecentos ducatos spectantes ad dictū Ioannemcolam in credentiis pannis & lana, erit satisfactum dictæ cōditioni: adeo ꝙ consequetur medietatem dictæ apothecæ, & medietatem dictæ petiæ terræ relictæ eidem, ad hoc quod habet in d. l. si hæredi. & in l.cedere diem. ff. de verbo.signifi. et hoc primo. Circa secundum , quod est de ipso residuo , an residuum dictæ quantitatis remittere debeat in d. hæreditate dictus Iampetrus , vel retinere apud se possit: & circa hoc dicendū est, quod ex quo ipse testator ita disposuit, ꝙ de residuo nullus possit reuidere rationem d. Ioampetro , ex quo modo videtur ipsum liberasse a ratione reddenda de ipso residuo , & sic eidem Iampetro dictum residuum reliquisse, ꝙ de præterito debebatur. ff. de libe.leg.l.si quis rationes.& vt no. ibi, & in l.Aurelius. §. 1. & instit. de lega.§.si quis debitori, & §.illud: pro quo 12 facit,quia† & si testator mandet rationes reddi, videtur mādasse non solum vt reddatur ratio , sed vt assignentur libri, imo & vt residuum & reliqua restituantur. vnde si mandetur vt reddatur ratio, videtur mandari vt restituantur reliqua, ita & econuerso, si testator mandet vt nullus dicto Iampetro reuideat rationem de residuo dictorum trecentorum ducatorum , videtur mandasse,vt nullus super ipsa ratione reddenda molestet, nec residuū ipsum 13 exigat, cum contrariorum† eadem videatur esse disciplina insti. de liber. §. 1. & insti. de his qui sunt sui vel alie.iuris , in prin. quod & satis videtur colligi ex mente ipsius testatoris, cū voluerit remitti in ipsa hæreditate trecentos ducatos de parte sui capitalis, vnde in consequentiam videtur voluisse , quod residuū remaneat apud ipsum Ioannemcolā, in cuius manibus remansit eo tempore , quo erant socij in d.exercitio artis lanæ, alias non solum dicti trecenti ducati, sed totum fuisset remittendum in dicta hæreditate,cum ipse testator dictos tres fratres hæredes eius instituerit: vnde , ex quo voluit & disposuit, ꝙ dictus Iampetrus teneatur remittere dictos trecentos ducatos de parte capitalis , videtur ꝙ de intentione & mente sua fuerit , ꝙ resi-14 duū remaneat apud dictū Iampetrum: ipsa† enim intentio & mens consideranda est principaliter in ipsis testamentis. ff. de condi.& demon. l. in conditionibus.& ff. de lega.3. l. non aliter.ita ꝙ per hæc dici & concludi potest , ꝙ dictus Iampetrus teneatur remittere in d. hæreditate dictos trecentos ducatos, & residuum apud eū remanere : pront patet per prædicta & hæc circa secundum. Circa tertiū , quod est, vtrum bona obuenta dicto Vannicole, vigore fideicommissi prædicti, veniant restituenda dictis eius fratribus: dicendum est, ꝙ cū dicti eius fratres eidem Vannicole successerint & succedāt ex eius testamento , cum ipsos hæredes instituerit in ipso testamento, & de tali dubio nō fuit nec est tractandum, ex quo eidem succedunt, & succedendo consequuntur eius bona eidem obuenta tā ex successione testamenti paterni, quam ab intestato, cū succedant dicti fratres in omnibus bonis ipsius Vannicole , propter ꝙ consequuntur omnia eius bona. ff. de diuer.& temporalibus præscriptio. l. cū hæres.& in regula: is qui in ius in 6. propter quod de restitutione partis obuentæ dicto Vannicole de bonis dicti domini Ioannismartini superuacue est tractandum , cum veniant restituenda ipsis fratribus, propter quod cōsundit tale fideicommissum . C. de pac. l. si debitori , nisi forte ad effectum, vt sciëtur quatenus est legitima matris, dictorum filiorum & fratrū. Vnde pro huius declaratione dicendum est, ꝙ dictus Vannescola successit dicto magistro Ioanni in quinta parte , ex quo dictus magister Ioannes decessit superstitibus quinque filiis vt supra dictum fuit, & etiam successit d. domino Ioanni Martino pro quarta parte tam vigore substitutioni

ſtitntionis, qusm ab inteſtato, ex quo dictus dominus Ioannes Martinus deceſsit ſuperſtitibus dictis quatuor fratribus excluſa matre, præterquam, in legitima prout ſupra dictum fuit: vnde cum deceſſerit poſtea dictus Vanneſcolas condito teſtamento, in quo instituit dictos Sauinum, & Io. An. & Iampetrũ hæredes vniuerſales ipſi vigore teſtamenti conſequuntur & conſequi debent, non ſolũ bona propria per ipſum Vannencolam acquiſita, ſed etiam legitimam & Trebellianicã debitam eidem Vannicolæ de parte obnenta eidem Vannicolæ, de bonis & hæreditate dicti magiſtri Ioannis eius patris, quæ legitima & Trebellianica aſcendit communiter ad medietatem partis ſibi obnentæ prout not. ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. meminiſſe & C. ad l. Fal. qnanquam & de teſta. in c. Rainut. ita ꝙ dicta legitima & Treb. remanet & remanere debet apud dictos fratres bæredes inſtitutos in teſtamento Vanniſcolæ, & vigore ipſius teſtamenti, detracta tamen legitima debita dictæ dominæ Mari. eins matri, quæ eſt tertia pars quartæ partis in qua ſucceſsiſſet ab inteſtato, ex quo ſuperſunt tres ꝓut ſupra dictũ fuit, in qua legitima 15 †cõputatur relictnm eidem factum de ipſa domo & aliis rebus prout no. ff. ad l. Fal. l. in quartam. verum qnia in teſtamenro dicti magiſtri Ioannis fuerunt inſtituti dicti quinque filij, & ad inuicem ſubſtituti, & euenit caſus ſubſtitutionis in perſona dicti domini Ioannis Martini, & poſt eius mortem in perſona dicti Vanniſcolæ decedentiũ ſine filiis. ff. de vulg. & pupil. l. Lucius, fuit locus ſubſtitutioni. & vigore dictæ ſubſtitutionis bona obuenta ipſi Ioa. Martino de Bonis & hæreditate dicti magiſtri Ioannis veniũt reſtituenda & reſtitui debuerunt, detracta legitima & Trebellianica dictis Sauino Ioanniandreæ & Vannicolæ de bonis & hæreditate dicti magiſtri Ioannis, veniunt reſtituenda & reſtitui debent dictis Sauino & Io. And. Iampetro, detractis legitima & Trebellianica prout ſupradictnm fuit: & non ſolum illud, quod obuenit dicto Vãnicolæ ex ipſa inſtitutione facta de ipſis fratribus dicto domino Ioannemartino, cum illud quod obuenit ex ſubſtitutione fideicommiſſaria contenta in breuiloqua & conpendioſa, pront obuenit, ſedent illud quod obuenit vigore dictæ ſubſtitutionis a fratre dicti domini Ioanniſmartini, qui hæreditatem patris adiuit veniet in reſtitutione fideicommiſsi debiti dictis Ioanniandreæ & Sauino & Iampetro ſubſtitutis poſt eius mortem. l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. & prout no. ibi & in l. Marcellus. §. quidam liberis. & ibi per Bar. Ioan. de Imo. et per Bal. in l. cum virum. C. de fideicommiſsis. Do. Benedic.

THEMA CONSILII QVINTI.

PVnctus. Quædam domina Nicola Pauli ſibi refirmare fecit quandam petiam terræ ab Eccleſia ſancti Donati in Emphitheoſim pro ſe ſuiſque filiis & nepotibus maſculis ex ea legitimo matrimonio deſcendentibus vſque in ſuam tertiã generationem maſculinam. Deinde poſt aliquod tẽpus dicta domina venit ad mortem, & deceſsit ſuperſtitibus ſibi quodam Nicolao eius filio, & Chriſtophoro eius nepote ex altero filio præmortuo: modo eſt contentio inter eos de ſucceſsione in dicta petia terræ in Emphitheoſim conceſſa, quis ſuccedat in ea, & quomodo: quia ipſe Chriſtophorus nepos vult ſuccedere vna cum filio videlicet dicto Nicolao: qui dicit ſolummodo ad ſe ſpectare dictam ſucceſsionem, vnde quæritur quid iuris, & conſilium petitur.

SVMMARIVM.

1 *Filius, & nepos ex altero filio æqualiter ſuccedunt in bonis patris ab inteſtato.*

2 *Emphitheuſim ſtipulatus pro ſe, ſuiſque filiis, & nepotibus, videtur eam ſtipulatus pro ſe ſuiſque filiis, & nepotibus, vt filiis & nepotibus, & non vt hæredibus, & ordine ſucceſsiuo, cum in eis cadat ordinata affectio, prout & ordo ſcripturæ deſignat.*

3 *Emphitheuſis eccleſiaſtica non durat poſt mortem emphiteutæ.*

4 *Stipulationis verba in Emphiteuſi contenta ſunt conſideranda, ad dignoſcendum vtrum quis ſimul vocetur, an ordine ſucceſsiuo.*

5 *Affectio non conſideratur in diſpoſitione iuris, ſed in diſpoſitione hominis, quæ regulatur ex affectione, & ordine & mente diſponentis.*

6 *Teſtatoris mens, uidetur potius affecta ad filium, quam ad nepotem.*

CONSILIVM QVINTVM.

In nomine domini, Amen.

Et ſi viſo & conſiderato præfato puncto videatur dicendum, quod dicta petia terræ vt ſupra eidem dominæ Nicolæ conceſſa, & refirmata vſque ad tertiam generationem, deueniat & deuenire debeat ad dictum Nicolaum eius filinm non inſolidum, ſed pro medietate: & ad dictum Chriſtophorum eius nepotem pro alia medietate: cũ 1 † de iure æqualiter ſuccedant eidem dominæ Nicolæ filius & nepos ex altero filio. inſt. de hære. quæ ab inteſt. §. cũ filius & C. de ſuis & leg. auth. in ſucceſcione & in corpore vnde ſnmitur. ita quod attentis prædictis videtur dicendum, ꝙ in d. re Empbiteotica ſuccedat ipſe Chriſtophorus ſimul cum d. Nicolao filio equaliter, ſicut & ſucceſsiſſet in hæreditate ſi ab inteſtato deceſsiſſet, ad hoc ꝙ in ſimili no. per glo. ff. de le. 2. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. & per do. Ang. in d. l. gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & poſthu. vbi formaliter videtur boc tenere in ipſa emphitheoſi dicendo, ꝙ ſi vnns ſtipnletur emphitheoſim pro ſe filiis & nepotibns, ꝙ nepotes eiuſdem filij vocabuntur ordine ſucceſsiuo: ſed non filij alterius filij prædefuncti, ita ꝙ attentis prædictis vĩdetũ dicendum, ꝙ d. Chriſtophorus veniat sd dictã

emphi-

emphitheosim ad succesſionem vna cum d. Nico-
lao eius patruo. Sed his non obſtantibus, contra-
rium de iure dicendum eſt, ꝙ dictus Criſtophorus
non veniat ad dictam petiam terræ in emphitheo-
ſim conceſſæ, uſque quo ſuperuixerit d. Nico. ſed
veniat ſolus ipſe Nicolaus: vt ex pluribus deducit.
& primo quia cum dicta do. Nicola ſtipulata fuerit
dictá emphitheoſim pro ſe ſuiſq; filiis & nepotib.
maſculis ex ea legitimo matrimonio deſcendenti-
bus, vſque in ſuam tertiam generationem maſculi-
2 nam: ipſa† videtur ſtipulata ipſam emphitheoſim
pro ſe ſuiſque filiis & nepotibus maſculis, vt filiis
& nepotibus, & non vt hæredibus, prout no. ff. de
pact. l. ſi tibi. §. ſi pactus. & vt ibi no. per Bart. in d.
§. quidam recte & ff. de oper. lib. l. iuriſiurandi. §. ſi
liberi & ff. de verbo. obli. l. quòd dicitur. & ordine
ſucceſſiuo, ita quòd videtur ſtipulata pro ſe donec
vixit: & pro filiis donec vixerint, & poſt eos pro e-
ius nepotibus, cum in eis cadat ordinata affectio,
vnde ordinate videtur concepta ipſa ſtipulatio, pro
ut & ordo ſcripturæ deſignat, ad hoc quod no. in d.
§. quidam recte. & in c. mandato. de Præben. in 6.
& hoc videtur eſſe de mente Bart. in d. §. quidam re
cte. dum dicit quòd videtur concepta pro ſe &
poſt eius mortem pro filiis, vt filiis & non vt hære-
dibus, & clarius in l. quòd dicitur. ff. de verb. obli.
dum dicit quòd dicta verba intelliguntur ordinate,
per id quòd habetur in l. iuriſiurandi. §. ſi liber. ff.
3 de op. libe. eſt† enim talis emphitheoſis Eccleſiaſti-
ca, vt nõ duret poſt mortem: vt in aut. de non alie.
§. emphitheoſim. vnde videtur conceſſa pro ipſa do
mina quouſque vixerit, & poſt eius mortem pro
eius filiis quoſque vixerint, & poſt filios pro nepo
tibus, adeo quòd non videntur venire ipſi nepotes
ſimul cum ipſa domina Nicola, nec etiam cum fi-
liis ipſius, ex quo ſunt in poſteriori gradu, prout
videtur eſſe de mente ipſius Bart. ex quo ordinate
venient, & hoc etiam voluit Bal. in d. §. in fideicom
miſſo. & Ioan. de Imo. in d. §. quidam recte. vbi di-
cit quòd ſi ſit res, quæ tranſeat tantũmodo ad filiũ,
vt filium, ita quòd non vt hæredem, prout eſt in
emphitheoſi Eccleſiæ, & tũc videtur ſtipulari filio,
vt filio, licet poſt mortem ſuam per no. in d. §. pa-
ctus, imo plus dicit ibi, ſibi non placere quod vo-
luit do. Angel. dum dixit, ſi quis ſtipuletur emphi-
theoſim pro ſe filiis & nepotibus, quòd nepotes e-
iuſdem filij vocabuntur ordine ſucceſſiuo, ſed non
filij alterius filij defuncti, quia non videtur boná
rationem diuerſitatis reddere, maxime cum in ſuc
ceſſione inteſtati pariter vocentur in ſtirpes tan-
tum vt inſti. de hære. quæ ab inteſt. in §. cum filiis.
Sed certe iſta ratio diuerſitatis videtur facere po-
tius pro ipſo Ange. quam contra, nam ſi vocantur
in ſtirpes, ergo videntur pariter vocari filius & ne
pos ex filio. Niſi forte dicatur quod ipſe Ioan. de
Imo. voluerit quòd vocentur in ſtirpes, ita vt vna
ſtirps veniat poſt aliam, & ſic ordine ſucceſſiuo,
quia ipſa domina Nicola non ſolum receperit ip-
ſam emphitheoſim pro ſe filiis & nepotibus, ſed
etiam vſque in ſuam tertiam generationem maſcu
linam, & ſic videtur recepiſſe taliter, vt ſtatim cum
finita eſt emphitheoſis in perſona vnius, ſeu in vna
generatione, ſtatim videatur renouata in perſona
alterius, ſeu in alia generatione, ſeu de nouo cõceſ
ſa. l. repeti. in prin. & l. ſicut in annos in prin. ff. qui.
mo. vſufruct. prout voluit Bar. in l. ſi mihi & Titio.
ff. de verbo. oblig. & in l. vnica. C. quando non pe-
tent. partes. vnde cum videatur ipſa emphitheoſis
conceſſa, ſeu renouata de generatione in genera-
tionem, & ſic primo filiis poſt ipſam dñam Nicolã,
& deinde nepotibus, certe non põt dici, quòd ne-
pos, qui eſt de ſecunda generatione, veniat ſimul
cum filio, qui eſt de prima gñatione: attenta dicta
4 ſtipulatione† cuius verba conſideranda ſunt. ff. de
exerci. l. 1. §. ſi is qui nauem. Ad idem & tertio fa-
cit quia cum talis ſtipulatio facta ſit pro ipſis filiis
& nepotibus, ſub nomine collectiuo: videtur facta
ordine ſucceſſiuo, & ſecundum ordinem charita-
tis ſeu affectũ l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & l. fin. C.
de verbo. ſigni. & prout voluit Io. de Imo. in d. §.
quidá recte. ita quòd per hæc dici & concludi põt,
quod ad dictam emphitheoſim vocetur ipſe Nico
laus filius dictæ dñæ Nicolæ, cum ſit in prima gene
ratione excluſo dicto Chriſtophoro nepote quo-
uſque vixerit d. Nicolaus, cum ſit de ſecunda gene-
ratione, non obſtantibus in contrarium adductis,
cum non obſtent. Nõ enim obſtat, quod & primo
in cõtrarium adducitur dicendo, ꝙ ex quo de iure
ſuccedunt ſimul dicti Nicol. & Chriſtophorus vt
d. auth. ceſſante & d. §. cum filius. quia ibi loquitur
5 in diſpoſitione iuris in† qua non conſideratur affe
ctio, ſed in caſu prædicto tractatur de diſpoſitio-
ne hominis, quæ regulatur ex affectione & ordi-
ne, prout patet ex no. in d. §. quidam recte. & in d.
§. fratre & d. l. fi. C. de verbo. ſigni. Nec obſtat ꝙ &
ſecundo in cõtrarium adducitur eo quod habetur
per gl. in d. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. vbi vide-
tur gl. velle, ꝙ etiam in diſpoſitione hominis filius
fratris, & ſic nepos, veniat cum filio per d. auth. ceſ
ſante. ſed certe Bal. ibi hoc dictũ gl. reprobat, quia
licet in diſpõne iuris veniat nepos cum filio vt d.
auth. ceſſante. tamen ſecus eſt in diſpõne homi-
nis: q̃ regulať a mente, & affectione diſponentis, q̃
6 vř† potius affecta ad filiũ, q̃ ad nepotem. vt ibi ple
nius ꝑ eum: ꝓ quo etiam facit quia in caſu ꝑdicto
non ſolum conſiderať affectio, ſed ordo ipſius ſcri
pturæ vt ſupra, imo & generatio, cũ de generatio-
ne in generationem videať facta cõceſſio, adeo qđ
finita vna generatione vř alteri cõceſſa, prout ſupra
dictum fuit: Nec obſtat, quod & tertio in cõtrariũ
adducitur, de eo ꝙ voluit do. Ang. in d. §. quidá re-
cte. quia forte illud dictũ non procedit, nec placet
Io. de Imo. ibi prout ſupra dictũ fuit: ꝓterea ipſe
dñs Ang. forte hoc voluit attentis verbis præceden
tibus, cũ ibi videlicet in illa tertia concluſione lo-
quatur, qñ ꝓuideť fratri & filiis alterius fratris con
iuncti, quod non eſt in caſu ꝑdicto, prout patet ex
puncto. ꝓterea in caſu do. Ang. non fuit cõceſſa ipſa
emphitheoſis alicui recipienti pro ſe, & filijs, &
nepotibus, & vſque in tertiá generationem, prout
fuit in caſu prædicto. vnde cũ non obſtet, conclu-
ditur & concludi poteſt, ꝙ ad dictam petiam ter-
ræ emphitheoticam, non veniat ipſe Chriſtopho-
rus ſimul cum ipſo Nicolao, ſed ipſe Nicolaus ſo-
lus in eius vita, & poſt eius mortem dictus Chri-
ſtophorus. Do. Benedi.

THEMA

THEMA CONSILII SEXTI.

PVnctus. Fuit quidam Vitalis nomine, q. habebat, quatuor filios, videlicet, Petrum, Cassandram, Catharinuciam, & Marsiam, ex quadam domina Nicolucia sua vxore, qui veniens ad mortem condidit testamentum, in quo inter cętera reliquit iure institutionis dictis suis filiabus centum libras denariorum pro qualibet ipsarum, & in casu quo omnes decesserint quandocunque sine filijs, substituit eis dictum Petrum: in omnibus autem alijs suis bonis, instituit dictum Pet. qui post mortem testatoris, & hæreditate adita dotauit, & maritauit dictam Cassandram: deinde dicta dominà Nicolucia earũ mater condidit etiam testamentum, in quo inter cætera reliquit dictis suis filiabus centum libras denariorum pro qualibet, in quibus eas hæredes instituit, & quòd plus de bonis suis petere non possint, & si omnes dictæ filiæ decesserint quandocunque sine filijs, substituit dictum Pe. in omnibus autem eius alijs bonis instituit dictum Petrum hæredem, decessit postea dicta Nicolucia superstitibus prædictis, & duobus alijs filijs, quibus &c. Deinde decessit dicta Catharinucia in pupillari ætate superstitibus sibi dictis Petro, Cassandra, & Marsia minoribus vigintiquinque annis, quæ Marsia ingressa erat monasterium, & professa. deinde decesserunt dicti Petrus & Marsia, non aliter adita hæreditate dictæ Catharinuciæ superstite dicta Cassandra: verum quia relictum factum dictis filiabus de dictis quantitatibus in dictis testamentis patris & matris non ascendit ad debitam portionem legitimę debitæ iure naturæ tam ex bonis patris quam matris, dicta Cassandra vellet modo consequi & petere supplementum legitimę in dictis bonis, cui dicitur obstarę statutum dicti loci, disponens, q̃ nulla mulier dotata possit succedere dotãti ab intestato, quod statutum transmittitur: & etiã opponitur de testamentis disponentibus q̃ dictæ filiæ plus petere non possint. Nunc autem quæritur, stantibus his, de duobus: & primo, nunquid dicta domina Cassandra, non obstantibus dictis relictis in dictis testamentis factis, & dicto statuto dictæ Terræ, possit petere supplementum legitimę tam super bonis, & hæreditate Vitalis sui patris, quam etiam super bonis & hæreditate suæ matris, & etiam cum fructibus. Secundò, nunquid dicta domina Cassandra tanquã hęres dictæ dominæ Catharinucię suæ sororis, possit petere, & consequi dicta relicta facta dictę Catharinucię in dictis testamentis, & supplementũ legitimę debitæ iure naturæ dictę Catharinucię in totum, attento quod hæreditas dictę Catharinucię nõ fuit adita per dictum Pet. nec per dictam dominam Marsiam, nec per dictum monasterium ex persona ipsius in vita dictæ dominæ Marsiæ.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, & eius supplementum regulatur a successione ab intestato.*

2 *Legatum filiæ factum, si non ascendat ad summam legitimæ potest eius supplementum peti.*

3 *Filia non excluditur, quin possit petere legitimam, uel eius supplementum de bonis patris, qui ei non æquiualens legatum facit, stante statuto, excludente filiam dotatam, si filia non pro dote relinquatur, prout requiritur, vt censeatur dotata a patre.*

4 *Filia exclusa, a statuto, excludente filiam dotatam, dicitur exclusa a successione ab intestato, non autem a iure agendi ad supplementum legitimæ.*

5 *Filia dotata a fratre, non excluditur a successione hæreditatis paternæ, stante statuto excludente filiam dotatam. cum illud excludat ab hæreditate dotantis, prout in dubio intelligi debet.*

6 *Filia, cui factum est legatum, & prohibita est plus petere, potest supplementum legitimæ petere.*

7 *Legitima est detracto ære alieno, & funeris impensa.*

8 *Filia, cui relictum est minus legitima, non solum potest petere supplementum ipsius legitimæ, sed etiam fructus ipsius supplementi.*

9 *Minores ab intestato succedentes, non excludantur ab hæreditate sui consanguinei qui in pupillari ætate decessit, licet eius tutelam non assumpserint, neque ei tutores petierint: hoc enim casu minores excusantur.*

11 *Pupillaris substitutio non resultat, quando testator substituendo filio, legat omnia eius bona, si decedat in pupillari ætate.*

12 *Legitima non venit in restitutione fideicommissariæ, cum in ea filius grauari non possit, nec aliquod onus imponi.*

13 *Hæreditas non adita non transmittitur, nisi beneficio restitutionis in integrum.*

14 *Legitimæ supplementum non solum filius petere potest, sed etiam is, qui in eius locum succedit.*

15 *Legitimæ supplementum petitur conditione ex lege.*

16 *Ius agendi ad supplementum legitimæ est fauorabile, cum emanauerit in fauorem testamenti, & ad testamentum conseruandum.*

17 *Ius agendi ad supplementum legitimæ transmittitur ad quoscunque hæredes, si transmittens sit de suis vel si transmittens, sit saltem institutus in certa re, cum quo ad transmissionem habeatur loco legatarij, qui transmittit.*

28 *Condictio ex lege, qua agitur ad supplementum legitimæ, transmittitur ad hæredes, sicut & aliæ actiones personales.*

CONSILIVM SEXTVM.

In nomine domini, Amen.

Cũ viso & considerato præfato puncto de duobus quæratur: ad quodlibet respondendum est,& primo ad primum quod est: Nunquid dicta d. Cassandra non obstantibus dictis relictis in dictis testamentis factis, & dicto statuto dictæ terræ possit petere supplementum legitimæ tam super bonis & hæreditate dicti vitalis sui patris, quã super bonis dictæ Nicolutiæ suæ matris,& etiam cũ fructibus. Circa q aduertendum est, cum primum quæsitum cõtineat tria principaliter. Et primo an petere possit supplementum legitimæ dicta domina Cassandra super bonis & hæreditate dicti Vitalis eius patris: & circa hoc dicendum videtur prima facie, q non possit: cũ dicta domina Cassandra dici possit dotata a dicto Vitali eius patre, ex quo eidem, & aliis suis filiabus ipse reliquit centum libras pro qualibet, ad hoc quod not. ff. de admi. tuto. l. cum plures. §. cum tuto. & ibi per gl. & per Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. vnde cum dicatur, & dici possit dotata a suo patre, non potuit agere ad supplementum legitimæ, attenta dispositione dicti statuti disponentis, q nulla mulier dotata possit succedere ab intestato dotan-1 ti, cum † ipsa legitima, & eius supplementum reguletur a successione ab intestato. C. de inoffi. test. l. cum quæritur. Præterea & si dicatur q non fuit dotata ab ipso patre, tamen fuit dotata, & maritata ab ipso fratre, quod videtur sufficere ad excludendum eam a successione ab intestato, ita q per hæc videtur, q non possit agere ad supplementũ legitimæ in bonis dicti Vitalis. Sed his non obstantibus contrarium dicendum est, vt ipsa domina Cassandra potuerit & possit agere ad supplementum legi-2 timæ, si quantitas † centum librarum sibi relicta nõ ascendit ad ipsam legitimã, quæ est quarta pars tertiæ partis bonorũ dicti Vitalis. C. de inof. test. aut. nouissima, & in aut. de triente & semis. §. 1. vñ si ipsa quãtitas 100. lib. nõ ascendit ad legitimã ipsius do. Cassandræ, quæ est quarta pars dictæ tertiæ partis, potuit & potest dicta Cassandra agere ad supplementum ipsius legitimæ contra dictum Petrum & eius hæredes. C. de inoffi. test. l. omni modo. & prout plene no. & ff. ad l. Falc. l. in quartam in fi. & ibi per Ioan. de Imo. Nec obstat quod in contrarium 3 adducitur de statuto, quia dici potest † q non fuit dotata ab ipso patre, ex quo nõ reliquit pro dote, prout requiritur vt censeatur dotata ab ipso patre, prout voluit glo. in d. l. cũ plures. & Bart. in d. §. Titio. 4 Præterea † ipsa excluditur a successione ab intestato, attenta dispositione dicti statuti, non aũt a iure agendi ad supplementum, quo iure agit, ad hoc q no. C. de colla. l. si emancipati. & ibi per Bal. de hoc, de quo plenius per ipsum & Ioan. de Imo. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. vnde non obstat: nec obstat si dicatur, q fuit dotata ab ipso fratre, quia si fuisset dotata ab ipso fra-5 tre, nihilominus † non excluditur a successione hæreditatis paternæ, cum statutum excludat ab hæreditate dotantis, prout & in dubio intelligi debet, prout no. C. de legitimis hær. l. 1. de qua hæreditate, videlicet fratris, hic non tractatur, sed de hæreditate paterna, vnde non ob. & hoc circa primum. Circa secundum vero q est, an. d. Cassandra agere possit ad supplementum legitimæ in bonis & hæreditate dictæ dominæ Nicoluciæ, videtur prima facie dicendum quod nõ possit, ex quo in eius testamento sunt apposita illa verba: & plus petere non possit: quæ verba videntur consideranda. ff. de leg. 3. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. & l. non aliter, & etiã quia dici põt ab ipsa matre dotata, ex quo eidem reliquit centum libras denariorum, in eis eam hæredem instituendo, prout & supra dictum fuit in patre. Sed his non obstantibus contrarium de iure dicendum est, vt d. domina Cassandra agere possit 6 ad supplementum legitimæ, si † quantitas centum librarum non ascendat ad eius legitimam, quantumcunque prohibita sit plus petere, prout est expressum in d. l. omnimodo, stante legitima dictæ Cassandræ quæ est sexta pars medietatis bonorum ip-7 sius dominæ Nicoluciæ detracto † ñ ære alieno, & funeris impensa. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. quarta, ex quo decessit superstitibus sex filiis, vt præsupponitur. C. de inoffi. test. auth. nouissima. & in corpo. vnde sumitur, vnde poterit agere ad supplementũ ipsius legitimæ si non ascendit dicta quãtitas centum librarum ad sextam partem medietatis dictorũ bonorum. Nec obstat si dicatur q ipsa fuit dotata ab ipsa matre, ex quo fuit relicta d. quãtitas. Quia ad hoc respondetur q non est verum, q fuerit ab ea dotata, ex quo non fuit relicta d. quãtitas pro dote prout & supra dictum fuit in patre, & hæc circa secundum. Circa tertium autem quod est de fructibus, an dicta domina Cassandra petere potuerit, & possit, non solum ipsum supplementum legitimæ sed etiam fructus ipsius supplemen-8 ti: & circa hoc dicendum est q † ipsa petere poterit, non solum ipsum supplementum legitimæ, sed etiã eius fructus, cum ipsi filiæ debita sit non solum ipsa legitima, sed eius fructus. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. vnde si quis, & put no. ibi & C. ad Trebel. l. iubemus. quod videtur procedere, etiã si fuerit ei relicta certa quantitas, ex quo percipit ipsam quantitatem, & eius supplementum pro legitima ipsius, quæ est quarta pars tertiæ partis, bonorum ipsius patris, & sexta pars medietatis bonorum ipsius matris: istas enim quantitates percipit pro ipsa legitima, & sic pro ipsa quarta parte dictæ tertiæ partis, pro ipsa sexta parte dictæ medietatis, quas legitimas percipere debebat de bonis ipsorũ patris & matris mobilibus & immobilibus, vnde nimirũ si percipere debet fructus ipsius legitimæ a cum habeatur perinde ac si ipsa vendidisset & concessisset pro dictis quantitatibus eius legitimas, vnde nimirum si recipere debet fructus ipsarum, ad hoc q not. C. de actio. empt. l. curabit & c. conquestus: de vsuris: & ita alias consului in ciuitate Perusii per plures alias rationes, & hoc circa primum & principaliter quæsitum. Circa secundum, quod est, nunquid dicta domina Cassandra tanquã hæres dictæ dominæ Catharinuciæ suæ sororis, possit petere, & consequi dicta relicta facta dictæ Cathari-

thacinuciæ in dictis teſtamentis, & ſupplementum legitimæ debitæ dictæ Catharinuciæ in toriijatten to ꝙ hæreditas dictæ Catharinuciæ non fuit adita per dictum Pet. nec per dictam dominã Marſiam, nec per dictum monaſterium ex perſona ipſius, in vita dictæ dominæ Marſiæ. Pro huius quæſiti decla ratione duo videnda ſunt, & primo cum dicta Catharinucia deceſſerit ſuperſtitibus dictis Pet. eius fratre, dicta Caſſandra, & dicta Marſia eius ſororibus, minoribus xxv. annis, & in pupillari ætate, nõ aſſumpta per aliquem tutela, quis eidem ſuccedat: & circa hoc dicendum eſt, ꝙ eidem ſucceſſerunt dicti Petrus, Caſſandra, & Marſia ab inteſtato vt pro ximiores conſanguinei. C. de leg. hære. l. conſaguinitatis & auth. ceſſante quantumcunque deceſſerit in pupillari ætate, & non petito aliquo tutore, ex 9 quo † erant minores, cum a tali pœna minores excuſentur, adeo quod eam non incurrunt, quantum cunque nõ petierint tutores. C. ſi aduer. de. ic. l. fi. nec excluduntur a dicta ſucceſsione dicta Caſſandra & d. domina Marſia per ſubſtitutionẽ factam de ipſo Petro tam in teſtamẽto paterno, quam ma10 terno, ex pluribus, & primo, quia † mater directe ſubſtituere non poteſt. ff. de vul. & pupil. l. 2. & l. ſi mater: ſecundo quia ſi ponderentur dictæ ſubſtitutiones fuerũt factæ de ipſo Petro, non in omnibus bonis ipſarum, ſed in certis quantitatibus ſibi relictis, prout colligitur ex verbis præcedentibus, ſecundum quæ verba ſequentia intelligi debent. ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & etiam quia alias reſultaret oratio imperfecta ſi non suppleretur ex præcedentibus: pͦut & ſuppleri dẽt. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. cum imperfecta: imo & forte dici poſſet, ꝙ ſi ipſe teſtator reliquiſſet omnia eius bona ipſi Petro ſi decederet ſine liberis, non eſſet locus 11 ipſi ſubſtitutioni directæ, ſicut † & in ſimili dicit, qñ teſtator ſubſtituẽdo filio, legat omnia eius bona, ſi decedat in pupillari ætate, cum tunc nõ reſultet pupillaris ſubſtitutio, prout voluit Bar. in l. centurio. ff. de vul. & pupil. p l. mulier. §. fi. ff. ad Treb. pͦut refert Io. de Imo. in c. Raynutius. ad fin. per octo chartas, de teſt. hoc idem tenens: ita ꝙ attẽtis prædictis, nõ poteſt dici ꝙ talis ſubſtitutio fuerit & ſit directa, ita ꝙ ſucceſſerit ipſe Petrus ex tali ſubſtitutione facta dictæ Catharinuciæ. Quod ex alio deducitur, cum talis ſubſtitutio non fuerit facta ſingulariter cuilibet dictarum filiarum, ſed ſub nomine collectiuo, vel cum expreſsione copulæ, quo caſu, non eſt locus ipſi ſubſtitutioni in perſona primi decedentis, ex quo decedit ſuperſtitibus aliis ſororibus, prout not. C. de impuber. & aliis ſubſtitutionibus in l. pe. & plenius. ff. ad Trebel. in l. hæredes mei. §. cum ita. per quam rationem non fuit, nec eſt locus ipſi ſubſtitutioni directæ, imo & nec fideicommiſſariæ. Quod ex alio deducit, quia prout præſupponitur, ipſe pater & ſimiliter mater non reliquerunt tantum ipſis filiabus ꝙ ſufficeret 12 pro legitima: legitima † enim non venit in reſtitutione fideicommiſsi. ff. de vul. & pupi. l. cohæredi. §. cum filiæ & vt ibi plenius not. in legitima enim filius vel filia grauari non poteſt, nec aliquod onus imponi. vt d. §. cum filiæ. & C. de inoffi. teſta. l. quoniã in prioribus, ſed licet dictæ Catharinutiæ ſucceſſerint, & ſuccedant ab inteſtato dicti Pe. Marſia & Caſſandra, adeo ꝙ potuerint eius hæreditatem adire, videlicet, dictus Pet. Caſſandra & Marſia ſeu eius monaſteriũ iuxta not. C. de epiſc. & cle. l. deo nobis. tamen ſi non adiuerunt dictus Petrus & do13 mina Marſia in eorum vita, non tranſmiſſerunt † dictam hæreditatem ad eorũ hæredes de iure. C. de iure delibe. l. quoniam ſororem. niſi beneficio reſtitutionis in integrum. iuxta not. ff. de acqui. hære. l. Pantonius. & ff. de reb. du. l. qui duos & C. de teſta. mili. l. 1. vnde cũ de iure ipſam hæreditatem non tranſmittant, talis hæreditas non adita per dictum Petrũ, & dominam Marſiã, ſeu eius matrem, accreuit & accreſcit dictæ Caſſandræ adeunti, adeo ꝙ ipſa Caſſandra de iure adire poterit hæreditatem dictæ dominæ Catharinuciæ. C. quando non pet. partes l. vnica. & C. de cadu. tol. l. vnica. §. in nouiſſimo. & §. his itaque: & prout plenius not. ff. de leg. 3. l. re cõiuncti. vnde poterit petere ſuper bonis dicti Vitalis relictũ dictæ Catharinuciæ factũ, & ſimiliter ſuper bonis Nicolutiæ earum matris. 14 imo † & poterit agere ad ſupplementũ ipſius legitimæ, ſicut & poterat dicta Catharinucia, cum in eius locum ſuccedat C. vt actio. ab hære. & contra hære. l. vnica. & C. de hære. actio. l. 2. & in regula: is 15 qui in ius in 6. cõpetit † enim actio ſeu cõditio ex l. pro petendo ipſum ſupplementum legitimæ prout not. ff. de condi. ex lege. l. vnica & ff. ad l. Falci. l. 16 in quartam circa fi. & ibi p Io. de Imo. eſt enim † tale ius agendi ad ſupplementum fauorabile, cum emanauerit in fauorem teſtamenti & ad teſtamentum conſeruãdum l. omnimodo. C. de inoffi. teſta. 17 propter quod † tranſmittitur etiã ad quoſcunque hæredes, & hoc ſi tranſmittens ſit de ſuis, prout fuit dicta Catharinucia, quo ad patrem, cum ſuus tranſmittat hæreditatem nondum agnitam, prout & communiter tenetur ſecundum quod not. C. de ſuis & leg. l. apud hoſtes. & hoc voluit excellentiſſimus docto. dominus Ioan. de Monteſperello in l. ſcimus. §. illud C. de inoff. teſt. vbi plenius de hoc: imo & forte idem, ſi non ſit de ſuis, dummodo fuerit inſtitutus in certa re, cũ quoad tranſmiſsionem habeatur loco legatarij, adeo ꝙ tranſmittit ſicut & legatarius, prout not. ff. de hære. inſti. l. ex facto la ſecunda ibi per Bart. & per Ioan. de Imo. in c. Rainutius de teſt. vnde tranſmittit tale relictum iure inſtitutionis etiam nõ agnitum, & ſimiliter tale ius agendi ad ſuppplementum, vt in regula: acceſ18 ſoriũ in 6. pro quo facit, quia † pro iure agendi ad ſupplementum competit conditio ex lege vt ſupra dictum fuit, quæ tranſmittitur ad hæredes, ſicut et aliæ actiones perſonales, pͦut habetur. C. vt actio. ab hære. & contra hære. l. vnica. & ita forte tenendum eſt, etiam in non ſuis, quicquid dicat ipſe d. Ioan. in d. §. illud. d. Benedict.

THEMA CONSILII SEPTIMI.

PVnctus. Quidam Petrus condidit teſtamẽtum huius tenoris & continentię, quia reliquit ſuis filiabus, videlicet Bartholomea dotatæ dotes ſuas: Laurę, Franciſcę, Catharinæ,

rinæ, & ventri suæ vxoris prægnantis, posthumam seu posthumas pareret, cætera bona, & in eis pro rata hæredes Instituit: iubens eas stare tacitas, & contentas, & plus de bonis suis petere non posse, & si aliqua dictarum filiarum posthuma, vel omnes decesserint in pupillari ætate, substituit eis & cuilibet earum Iacobum & Thomam filios suos, & posthumum, seu posthumos, si masculus nasceretur. in omnibus autem alijs suis bonis instituit suos hæredes vniuersales, dictos Iacobum, Thomam, & posthomum seu posthumos, & si aliquis ex dictis suis filijs posthumis tantum masculis decesserit. vel decesserint in pupillari ætate, vel postea quandocũque sine filijs non peruenientibus ad ætatem legitimam vigintiquinque annorum, substituit superuiuentem, vel superuiuentes, & ad inuicem succedentes, & si omnes decesserint, vt supra dictum est, substituit Bartholomeam, Lauram, Franciscam, & Catharinam, & posthumam seu posthumas, quamlibet ipsarum pro equali portione: & ad inuicem succedentes. Et deinde decessit dictus Petrus superstitibus sibi supradictis filijs, uidelicet, Battholomęa nupta & dotata, Laura, Iacobo masculo, Francisca, Thoma masculo, & Catharina filijs & filiabus, & domina Antonia eius uxore pręgnante, quæ postea peperit quandam filiam, nomine Susannã. Deinde decessit dicta Francisca post aunum a tẽpore mortis patris in pupillari ætate, superstitibus dictis suis fratribus, & sororibus, & matre. Deinde decessit d. Iacobus similiter in pupillari ętate superstite dicto Thoma eius fratre, & dictis alijs sororibus, & matre. Deinde decessit dicta Catharina in pupillari ætate superstitibus d. Thoma, & alijs sororibus, & matre. Deinde decessit dicta Susanna posthuma similiter in pupillari ętate, superstite d. Thoma, & alijs sororibus, & matre. Deinde decessit d. Thomas in pupillari ętate superstite Bartholomæa prædicta, & Laura, & domina Antonia matre. postremo decessit dicta domina Laura post pupillarem ętatem, & nupta condito testamento, in quo eius uirum herędẽ instituit, & superstitibus dicta Bartholomęa, & eius matre: & ad pręsens reuocetur in dubium, quis succeßit, & succedat prędictis iam defunctis, & cuilibet ipsorum.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio adiecta relicto filijs, reijcitur usque ad legitimam.*
2 *Filio, cui relictum est per patrem in testamento, minus legitima, potest agere ad supplementum legitimæ licet fuerit prohibita plus petere.*
3 *Legitima debetur detracto ære alieno, & funeris impẽsa.*
4 *Pater potest filijs suis pupillariter substituere, quamuis eos non instituerit.*
5 *Filio exhæredato potest pupillariter substitui: & multo fortius ei, qui fuerit in re certa institutus.*
6 *Testatoris mens est inspicienda, & ad eam principaliter recurrendum.*
7 *Punctus pro copula &, habetur.*
8 *Notarij error nocere non debet.*
9 *Substitutio in dubio, censetur directa.*
10 *In substitutione pupillari ueniunt omnia bona ad pupillum undecunque peruenta.*
11 *Prouisio specialis derogat generali prohibitioni.*
12 *Prohibitio non extenditur ad causam de nouo superuenientem, cum intelligatur, nisi ex noua causa proueniat.*
13 *Legitima ita aucta est ascendentibus, sicut descendentib.*
14 *Substitutio reciproca, seu breuiloqua inducitur, si quis in testamento dicat, substituit A. & B. filios, & quemlibet eorum æquali portione, & ad inuicem succedentes &c.*
15 *Substitutio reciproca, seu breuiloqua resultat, non solum si testator filios institutos simpliciter adinuicem substituat, sed etiam, si utatur his uerbis: uterue eorum uiuet: uel si dicat, vos inuicem, non addendo, instituo, uel substituo.*
16 *Succedo, est uerbum commune.*
17 *Substitutio reciproca comprahendit, & apta est comprahendere plures substitutiones.*
18 *Substitutioni pupillari directa non est locus, post pupillarem ætatem.*
19 *Substitutio fideicommissaria requirit conditionem, quæ tractum temporis contineat, puta, quod dicatur, si decesserit sine liberis.*
20 *Substitutio compendiosa, sui natura comprahendit vulgarem, adueniente casu uulgaris, & ad eum modum, etiam pupillarem, itemque fideicommissariam post pupillarem ætatem.*
21 *Verbum commune est aptum trahi ad obliquam substitutionem.*
22 *Legata ueniunt in restitutione fideicommissi, si testator primo legauit, & postea substituit, seu grauauit: quod non procedit in filio grauato, nisi quatenus legatum legitimam excedit, cum legitima non ueniat in restitutione fideicommissi.*
23 *In restitutione fideicommissi uenit quicquid peruenit ex substitutione compendiosa, quando substitutio fuit facta generaliter, seu indefinite, siue peruenerit ex vulgari, siue ex pupillari in ipsa compendiosa comprahensa. Et quando fuit facta collectiua, uel pluraliter, secus si discretiua, substituendo ultimo morienti.*
24 *In restitutione fideicommissi, licet illud, quod obuenit ex ipsa substitutione uulgari, vel pupillari, ueniat, tamen grauatus poterit detrahere legitimam sibi debitam, & eam, quæ alij, in cuius locum succeßit, debebatur.*
25 *Testator habens duos filios, unum impuberem, alterum puberem, si eos hæredes instituat, eisq; & cuilibet eorum substituat, si primo decedit pupillus, & postea pubes, ex persona puberis detrahetur in restitutione, legitima & Trebellianica partis suæ, & similiter ex persona impuberis, quasi uterque sit grauatus.*

26 *Heres suus restituere grauatus, non solum detrabit legitimam, sed etiam Trebellianicam, licet adiuerit hæreditatem absque beneficio legis, & inuentarij.*
27 *Trebellianicæ, quam partem bonorum capiat.*

CONSILIVM SEPTIMVM.

In nomine domini, Amen.

Pro prædictorum declaratione dicẽdum est, quod dicto Pe. successerunt dicti Iacobus & Thomas hæredes vniuersales institu. ff. de acquiren. hær. l. quãdiu. & C. communia de success. l. antequam. ipsis filiabus fœminis succedentibus in his, quæ eis relicta sunt, cum in eis fuerint institutæ hæredes, propter quòd valuit tale testamentum, adeo† quod reliquitur conditio vsque ad legitimam, si qua apposita est. C. de inoffic. testamen. l. quoniam in prioribus, & in authen. vt cum de appol. cogn. §. aliud quoque capitulum, & si eis† vel alicui ipsarum fuerit relictũ minus legitima, poterunt agere ad supplementum ipsius legitime, quantumcunque fuerint prohibitæ plus petere. C. de inofficio. testamen. l. omnimodo. & legitima earum erit medietas, ex quo decessit superstitibus sex filiis, exclusa ipsa Bartholomæa dotata. C. de inofficio. testamento authen. nouissima & in corpo. vnde sumitur. est enim in hoc casu ipsa legitima ipsorum filiorum medietas bonorum ipsius Petri† detracto ære alieno & funeris impensa. ff. de inoffi. testamen. l. Papinianus. §. quarta. & hæc quo ad successionem ipsius Petri: & cum post ipsum Petrum decesserit dicta Francisca in pupillari ætate & sine filiis, fuit locus substitutioni factæ eidem de Iacobo & Thoma hæredibus institutis in ipso testamento, eidem substitutis, adeo quòd fuit locus ipsi pupillari substitutioni, per quam successerunt dicti Iacobus & Thomas exclusis sororibus, & dicta Antonia matre, etiam quo ad legitimam. ff. de inoffic. testa. l. Papinia. §. sed nec impuberis. & de test. in c. si pater. in 6. potuit† enim pater ipsis filiabus pupil. substituere pupillariter, ita similiter substituendo, quantumcunque nõ fuerint instituti vniuersaliter, prout patet in d. c. si pater. & prout voluit Ioan. de Imo. in c. Ramutius. de testa. ad fin. per tres chartas. nam† & filio exhæredato potest pupillariter substitui. ff. de vulga. & pupilla. l. secunda unde & fortius potuit substituere fore pupillariter ipsi filio hæredi instituto in re certa prout pater ex not. in d. l. 2. & in d. c. si pater. & in d. c. Rainutius. & hæc quo ad successionem ipsius Franciscæ. & cum post ipsam Franciscam decesserit dictus Iacobus in pupillari ætate, superstite dicto Thoma, & dictis aliis sororibus & matre, & eidem successit dictus Thomas: cum ipse Thomas superuiuens videatur substitutus, & substitutio appareat ita facta, videlicet, & si aliquis ex dictis suis filiis & posthumis tantum masculis decesserit vel decesserint in pupillari ætate, uel postea quandocunque, non peruenientibus ad ætatem legitimam. 25. annorum, substituit superuiuentem, vel superuiuentes, & ad inuicem succedentes, per talia enim verba videtur facta substitutio inter ipsos filios masculos iam natos & posthumos, unde ipse Thomas superuiuens tantum uocatur ad dictam substitutionem, adeo quòd succedit ex ipsa pupillari substitutione, exclusis ipsis sororibus, & matre etiam quoad legitimam. ut d. §. sed nec impuberis. & d. c. si pater. & ita uidetur fuisse & esse de mente ipsius testatoris, †ad quam principaliter recurrendum est ff. de conditi. & demonstratio. l. in conditionibus. & ff. de legat. tertio. l. non aliter, quòd procedit si illa substitutio appareat ita facta, uidelicet, & si aliquis ex dictis suis filiis & posthumis, ita quod sit apposita copula, & uel sit appositus punctus, qui †pro copula habetur prout not. in l. triplici. de verbo. significatio, & l. in re coniuncti. ff. de legat. tertio. alias, si non sit apposita ipsa copula, seu punctus, prout videtur esse secundum copiam transmissam, & tunc videtur facta ipsa substitutio tantum posthumis, & non aliis prius natis, quòd non videtur esse de mente ipsius testatoris imo† potius euenisse ex errore notarii, quòd nocere debet. C. de testamen. l. errore: super quo non puto necessario esse insistendum. Quia, & si dictus Iacobus non includatur in ipsa substitutione facta de superuiuente, includetur in substitutione facta postea, cum postea substitu eret vniuersaliter, si omnes decesserint, prout & infra patebit, & hæc de successione ipsius Iacobi: & cum post ipsum Iacobum decesserint dicta Catharina & Susanna in pupillari ætate, fuit locus substitutioni factæ de dicto Thoma, hærede instituto, & substituto ipsis filiabus, & cuilibet ipsarum decedentibus in pupillari ætate, adeo quòd uigore dictæ substitutionis successit dictis Catharinæ, & Susannæ, exclusis aliis sororibus & matre etiam a legitima, per ea quæ habentur in d. §. sed nec impuberis, & in d. c. si pater: & vt plenius dictum fuit supra in successione dictæ Fran. Deinde decessit dictus Thomas in pupillari ætate, suis perstitibus dictis Bartholomæa & Laura, & matre, & eidem successerunt dicta Bartholomæa & Laura ex ipsa substitutione ita compendiosè facta, cum includat pupillarem substitutionem, ex quo adaptari potest & verbis & personis, vnde† in dubio intelligi debet directa, prout est expressum in d. c. si pater, in eius ratione: unde successerunt & succedunt dicta Bartholomæa & Laura, exclusa ipsa matre etiam quoad legitimam, prout & uoluit glo. singularis institu. de pupil. substitu. in §. qua ratione. & ita est expressum in d. cap. si pater ubi Ioann. Andr. hoc uoluit in nouella, & dom. Ange. in l. centurio. ff. de vulga. & pupilla. & dominus Franciscus de Rampo. in l. precibus. C. de impube. & aliis substitu. & dom. Floren. in d. c. Rainutius per d. c. si pater, ubi optime hæc probantur secundum ipsum, quod & clarius uoluit Ioann. de Imol. l. centurio. ff. de vulga. & pupilla. & in c. Rainutius. de testam. dicens se pluries hæc consuluisse, & ita similiter ego consului tenendo, quòd talis substitutio ualeat ut directa pupillaris quantumcunque mater sit in medio: Quod & fortius procedit in casu prædicto: quo substituerat ipsas filias dictis filiis vt supra, videlicet, substituendo, si decesserint in pupillari ætate, uel postea sine filiis, prout & supra substituit, unde ex tali substitutione ita facta, domina Barthol. & Laura successerunt

cesserunt & succedunt dicto Thomæ ultimo decedenti in pupillari ætate, adeo quòd consequuntur omnia bona ad ipsum Thomam peruenta ex succes-
10 sione paterna, & sororum, cum † in substitutione pupillari veniant omnia bona ad pupillum vndecunque deuenta. ff. de vul. & pup. l. sed & si plures. §. ad substitutos: vnde ad ipsas substitutas, videlicet, Bartholomæam & Lauram peruenit & peruenire debebit: etiam illud, quod deuenit ad ipsum Thomam de bonis & hæreditate dicti Iacobi, ex substitutione facta eidem dicto Thomæ superuiuente, tenendo quòd substitutio ipsa fuerit facta, non solum posthumis, sed etiam filiis iam natis, prout uideatur fuisse de mente dicti testatoris. sed si teneatur, quòd substitutio facta de superuiuentibus restringatur ad ipsos posthumos, & tunc ueniente dictæ Bartholomæa & Laura ad ipsam substitutionem factam ipsi Iacobo, ex quo decessit in pupillari ætate & sine filiis, & sic euenit casus substitutionis. ff. de uerbo. significatio. l. cedere diem. & prout plenius not. ff. ad Trebell. l. hæredes mei. §. cum ita. & C. de impu. & aliis substitutionibus. l. penul. & succedent dictæ Bartholomæa & Laura dictis Iacobo, & Thomæ decedentibus in pupillari ætate in omnibus eorum bonis vndecunque peruentis, exclusis ipsis Francisca Catharina & Susanna posthuma, ex quo decesserunt ante mortem dicti Thomæ ultimo loco decedentis, cum earum portio effecta fuerit caduca, & accreuerit dictis Bartholomææ & Lauræ coniunctis. C. de caduc. tollen. l. vnica. §. si autem aliquis tibi plenius de hoc: & hæc quo ad successionem dictorum Iacobi & Thomæ, quibus succedunt dicta Bartholomæa & Laura, quantumcunque prohibitæ sint plus petere: imo & quòd esse debeant tacitæ, & contentæ dictis relictis eis factis, cum ex prouisione in d. testamento facta succedat
11 vt supra prædictis, cum talis † prouisio specialis deroget ipsi generali prohibitioni, prout no. in c. 1.
12 de resc. & in regula. generali. in 6. & etiam quia † talis prohibitio non extenditur ad causam de nouo superuenientem, cum intelligatur nisi ex causa noua proueniat, ad hoc quod not. ff. de pœnis. l. aut facta. §. causa & in c. quemadmodum. de iureiurando. verum quia postremo decessit dicta Laura pubes facta, & nupta, condito testamento, in quo Antoniæ eius matri certam quantitatem reliquit, & eius virum hæredem vniuersalem instituit, superstitibus ipsis viro & Antonia matre & Bartholomæa sorore, & in dubium reuocetur quis successerit, & succedat dictæ Lauræ. & circa hoc dicendum est quòd successit, & succedit eidem dictus eius vir, cum tale testamentum ita factum, fuerit, & sit validum, ex quo dicta Antonia eius mater fuit instituta in re certa, vt in authen. vt cum de appel. cognos. §. aliud quoque capitulum: est quòd, si fuisset instituta in minus, quam legitima sibi debita, agere posset ad supplementum, quæ legitima est pars bonorum ipsius Lauræ, detracto ære alieno & funeris impensa,
13 cum † aucta sit legitima ascendentibus, sicut & descendentibus prout not. per Bald. in authen. nouissima. C. de inoffic. testamen. l. omnium. circa quod cadit dubitatio, ab locus sit substitutioni, cum dicta Bartholomæa vulgariter dictæ Lauræ substituta,

cum testator ipse substituendo dixerit dicta verba: & si omnes decesserint ut supra dictum est, substituit Bartholomæam, Lauram, Franciscam, Catharinam, & posthumam, seu posthumas, & quamlibet ipsarum pro æquali portione, & ad inuicem succedentes: per talia enim verba, ad inuicem succedentes videntur dictæ filiæ ad inuicem substitutæ post
14 mortem masculorum, cum † videatur resultare ex dictis verbis quædam substitutio reciproca, seu breuiloqua iuxta not. ff. de uulga. & pupilla. l. iam
15 hoc iure. & l. Lucius: nam substitutio † reciproca seu breuiloqua resultat, non solum si testator filios institutos simpliciter ad inuicem substituat, ut d. l. iam hoc iure. & d. l. Lucius: sed etiam si utatur his verbis, uterue eorum uiuet. ff. de hæred. instituen. l. Lucius & Seius. cum l. sequen. & Barto. in d. l. Lucius: imo & si dicat, vos inuicem, non addendo, instituo, vel substituo, cum tacite subintelligatur verbum, quo subaudito oratio perficitur, & mens testatoris saluatur. C. de fideicommiss. l. uoluntatis. & l. uerbum uolo. per quæ iura Bald. C. de testam. milita. in l. in testamento hoc uolnit in tertia columna: vnde si per talia verba videtur induci ipsa substitutio reciproca seu breuiloqua, fortius videtur induci per verba in dicto testamento apposita cum subdit, & ad inuicem succedentes: cum talia uerba referantur ad ipsas filias fœminas, & sint
16 † uerba communia prout est verbum succedat, quod est commune: ut l. non tantum in princip. C. de fideicommiss. libert. ff. ad Trebel. l. restituta. §. si na. l. sequen. prout voluit Card. in l. centurio. ff. de uulga. & pupilla. sed licet per talia uerba resultet & resultare posset quædam substitutio reciproca inter ipsas filias decedentes post mortem masculo-
17 rum, & ipsa † substitutio reciproca comprehendat & apta sit comprehendere plures substitutiones, prout patet ex nota. in d. l. Lucius. & in d. l. in testamento. & in d. c. Rainutius. de testa. ibi per Ioann. de Imol. tamen in casu prædicto, non comprehendit nec comprehendere potest directam pupillarem substitutionem, ex quo dicta Laura effecta
18 fuit adulta, & hæreditatem adiuit, cum post † pupillarem ætatem non sit locus substitutioni pupillari directe. l. secunda. ff. de uulga. & pupilla. imo nec vulgari, ex quo fuit adita hæreditas per ipsam dominam Lauram, tenendo, & possidendo ipsa bona hæreditaria pro parte sibi tangente. C. de impube. & aliis substi. l. post aditam. imo & nec uidetur comprehendere fideicommissariam substi-
19 tutionem in casu prædicto, cum † in tali substitutione non sit apposita conditio tractum temporis requirens prout videtur requiri in ea, ad hoc vt comprehēdat substitutionem fideicommissariam, prout uidetur uelle Bartol. in l. Lucius: ponderando exempla. & Bald. in d. l. testamento, in tertia columna. & Ioann. de Imol. in d. cap. Rainutius. & clarius in d. l. Lucius: dicens, quod si in ipsa breuiloqua, uel reciproca substitutione est apposita conditio denotans certum tempus, puta si dixerit, si quis eorum decesserit sine liberis, & tunc, quia cadit in compendiosam, & ipsa
20 † compendiosa sui natura comprehendit uulgarem aduenientæ casu uulgaris: l. iam pupil-

 larem

larem, adueniente casu pupillaris, & etiam fideicō-
missariā post pupillarem ætatem, ex quo facta est
21 per verbum, commune, quod † aptum est etiā tra-
hi ad obliquam. vt in ca. Raynutius de testa. in ducto
ca. si pater. de testa. in 6. merito tunc continet fi-
deicommissariam, prout & plenius voluit ipse Io.
de Imo. in d. l. Lucius circa fi. ꝑ quæ videtur, quod
talis substitutio ita reciproca facta non additis ver
bis deuotantibus tractum temporis, non conti-
neat fideicommissariam substitutionem: vnde si
non continet ipsam fideicommissariam substitu-
tionem, vigore dictæ substitutionis non succedat
dicta Bartholomæa dictæ Lauræ, quod tamen non
audeo affirmare, cum forte aliud fuerit de mente
ipsius testatoris, attentis verbis præcedentibus &
sequentibus, super quo non insisto. Sed posito
quod compræhenderetur ipsa substitutio fideicō-
missaria in tali reciproca substitutione, videndum
est quid restituere debet dicta Laura, seu eius hæ-
res dictæ Bartholomeæ. Et circa hoc videndum est
de pluribus. Et primo, de relictis, & de legatis ei-
22 dem Lauræ factis per ipsum testatorem, & ista † ve
niunt in restitutione fideicommissi, ex quo primo
legauit, & postea substituit seu grauauit. ff. ad Tre
bel. l. Marcel. §. quidam liberis: & vt ibi plenius no.
quod intelligo verum, quatenus fuisset relictum vl
tra legitimam, cum legitima non veniat in restitu-
tione fideicommissi. ff. de vulga. & pupil. l. cohære-
di. §. cum filiæ. & ff. ad l. Fal. l. Titio. Secundo viden
dū est de eo, ꝙ peruenit ad ipsam Lauram ex sub-
stitutione facta de ipsa dictis Iacobo & Thomæ in
pupillari ætate defunctis: & circa hoc dicendum
23 est, quod † illud, quod peruenit ad ipsum ex ipsa
substitutione compendiosa facta dictis Iacobo &
Thomæ, venit in restitutione fideicōmissi, ex quo
substitutio fuit facta dictæ Lauræ generaliter, seu
indefinitæ, inuicem substituendo, siue peruenerit
ex ipsa substitutione vulgari compræhensa in ipsa
compendiosa, prout voluit Bart. in d. l. Marcellus.
§. quidam liberis. per l. 1. §. id ex substitutione. ff.
ad legem Falcid. & l. in ratione. §. quæsitum eo. tit.
& ff. de acquirenda hæred. l. si tu ex parte, siue per-
ueniat ex ipsa substitutione pupillari compræhen-
sa in ipsa compendiosa, prout voluit Bar. in l. ita ta
men. §. qui suspectam. ff. ad Trebell. per l. qui fun-
dum. §. qui filios. ff. ad l. Falcid. & ita refert Bal. in l.
cum virum. C. de fideicommiss. in secunda col. di-
cens hoc procedere, quando testator substituisset
collectiuæ vel pluraliter: secus si discretiue substi
tuendo vltimo morienti, vt ibi plenius per eum,
de quo etiam per Ang. in l. ita tamen. §. qui suspe-
ctam. vbi videtur hoc idem tenere: qui expres-
sius videtur etiam velle: quod in casu prædicto,
quod obuenit ex substitutione pupillari venit in
restitutione fideicommissi, ex quo substitutio fuit
facta generaliter: seu vniuersaliter. & non discre-
tiuæ substituendo vltimo morienti, quod & voluit
etiam Ioannes de Imol. in d. §. qui suspectam. vbi
plenius de his: circa quæ tamen aduertendum est,
24 quia licet † illud quòd obuenit ex ipsa substitutio-
ne vulgari vel pupillari ipsi Lauræ, veniat in resti-
tutione fideicommissi, tamen ipsa Laura detra-
het non solum legitimam sibi debitam, sed etiam
legitimam debitam ipsi Iacobo & Thomæ hæredi-
bus institutis: videlicet pro medietate ad ipsam
Lauram tangente ex persona ipsorum, prout vo-
luit Bald. in l. ex tribus circa finem. C. de inofficio-
so testamento. & clarius in lege cum virum in se-
cunda columna. C. de fideicommiss. dicendo, quod
si ipse pater substituit collectiuæ vel pluraliter, vt
quia dixit, substituo eis, & tunc si vnus decessit
post alterum, detrahetur de vtraque portione le-
gitima, & non venient nisi bona paterna, remit-
tendo se ad not. in dicta lege ex tribus, vbi dicit,
25 quod si testator † habens duos filios vnum impu-
berem, alium puberem hæredes instituit, & sub-
stituit eis, & cuilibet ipsorum quendam, si primo
decessit pupillus, & deinde decessit pubes, quod
tunc ex persona puberis detrahetur legitima &
Trebellianica partis suæ: & similiter ex persona
impuberis, quasi vterque videatur grauatus, &
non quasi sit grauatus solus pubes, & ita dicit se
consuluisse in ciuitate Viterbij: ita quòd attentis
dictis ipsius Bald. ipsa Laura, seu eius hæres de-
trahet & detrahere debebit, non solum legitimam
sibi tangentem, sed etiam legitimam tangentem
ipsis Iacobo & Thomæ pro medietate: imo & e-
tiam legitimas tangentes dictis Franciscæ, Catha-
rinæ, & posthumæ similiter pro medietate pro-
uenientes ad dictum Iacobum, & Thomam, ex
substitutionibus eis, cum alia medietas deuene-
rit, & deuenire debeat ad dictam dominam Bar-
tholomæam, & ipsam medietatem dictarum legi-
timarum dicta Laura, seu eius hæres retinebit, vl-
tra eius legitimam, & vltra ipsius legitimas. & id
quod peruenit ad ipsam restituet dictæ Bartholo-
meæ, detracta tamen Trebellianica, prout voluit
Bald. in dicta lege ex tribus. & communiter tene-
26 tur, vt † detrahatur non solum legitima, sed etiam
Trebellianica, quantumcunque hæres adiuerit hæ
reditatem absque beneficio legis & inuentarij,
prout no. ff. ad Trebell. l. Marcellus. §. quod autem.
& C. famil. herciscun. l. filium quem habentem. &
ibi per Bald. fuit autem legitima in casu prædi-
cto medietas bonorum dicti Petri, ex quo decces-
sit superstitibus sex, vel septem filijs. C. de inoffi-
cioso testamento. authentica nouissima. Trebel-
27 lianica † vero est quarta pars eius quod est resti-
tuendum vigore fideicommissi. prout habetur. ff.
& C. ad Trebell. & in ca. Rainutius de test. per glo.
mag. Do. Bened.

THEMA CONSILII OCTAVI.

PVnctus. Fuit quidam Franci-
scus nomine, qui decessit ab
intestato, sibi superstite domi
na Rencia sua sorore vtrin-
que coniuncta, & Matthæo
suo fratre carnali ex latere pa
terno tantum, qui Mattheus, & Franciscus
dotauerunt de eorum bonis dictam Renciā:
nunc autem orta est lis, & differentia inter
istos, de & super bonis & successione dicti
Francisci

Francisci ita decedentis ab intestato: uerum quia in loco est statutum, dictans & disponens, quod si aliquis vel aliqua, decederet intestatus vel intestata, quod consanguinei ei siue attinentes masculi vsque in secundum gradum, quos haberet defunctus, vel defuncta, ex parte paterna succedat in bonis defuncti: si uero fœmina esset usque in dictum gradum sibi non succedat, prout in ipso statuto plenius continetur, quod transmittitur. modo statibus his, & dicto statuto, quæritur, & dubitatur quis successerit & succedat dicto Francisco ita ab intestato defuncto an uidelicet dicta Rencia soror utrinque coniuncta: uel dictus Matthæus ex uno tantum latere coniunctus.

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinque coniunctus, præfertur fratri coniuncto ex uno latere tantum.*

2 *Statutum intelligi debet secundum ius commune, dummodo aliquid operetur.*

3 *Statutum vt ius seruandum est in loco, & præualet ipsi iuri communi.*

4 *Domus Cippus conseruatur in consanguineis masculis.*

5 *Statutum, quod consanguinei ab intestato succedant defuncto dicitur fauorabile, & comprehendit non solum fratrem utrinque coniunctum, sed etiam consanguineum tantum,*

6 *Frater consanguineus tantum, proprie frater dicitur, sicut & utrinque coniunctus: & proprie dicitur consanguineus: vnde comprahenditur in statuto loquente de consanguineis.*

7 *Statutorum uerba, & causa consideranda sunt.*

8 *Statutum generaliter loquens, generaliter intelligitur.*

9 *Statutum correctiuum iuris communis licet debeat restringi, ut minus deuiet a iure communi, quam fieri potest, & secundum ius commune debeat intelligi, tamen, quando constat de mente statuentium, quod uoluerint generaliter ipsi iuri communi derogare, tunc generaliter intelligetur.*

10 *Statutum, quod consanguinei ab intestato succedant defuncto habet respectum ad consanguinitatem, non ad affinitatem.*

11 *Statutum etiam odiosum non restringitur, quando cessaret ratio, & mens ipsius statuti, quæ principaliter consideranda est.*

CONSILIVM OCTAVVM.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfato casu, seu puncto videatur dicendum, quod dicta Rencia succedat in hæreditate dicti Francisci fratris vtrinque coniuncti, & ad ipsam ipsa hæreditas spectet, vt ad proximiorem consanguineam, excluso ipso Matthæo fratre consanguineo tantum, cum frater 1 † seu soror vtrinque coniuncta præferatur ipsi fratri coniuncto ex vno latere tantum, adeo quod succedit ipsi fratri vtrinque coniuncto in omnibus eius bonis, excluso ipso Matthæo fratre consanguineo & coniuncto ex latere paterno tantum. C. de leg. hære. auth. cessante. & in corpo. vnde sumitur. & C. communia de suc. auth. itaque. Quod videtur procedere quantumcunque in loco existat statutum disponens, quod si aliquis vel aliqua decederet intestatus vel intestata, quod consanguinei seu attinentes masculi vsque in secundum gradum, quos haberet defunctus, vel defuncta ex parte paterna, succedat in bonis defuncti: si vero fœmina esset vsque in dictum gradum sibi non succedant, prout plenius continetur in ipso statuto: cum tale statutum intelligatur, & intelligi debeat secundum ius commune, videlicet, quando decederet ipse frater coniunctus vtrinque tam fratri quam sorori, cum tunc præferatur ipse frater ipsi sorori, esto quod aliud sit de iure communi vt in d. iuri. sed si decederet ipse frater superstite ipsa sorore vtrinque coniuncta, & superstite fratre coniuncto ex vno latere tantum, & tunc succedat soror vtrinque coniuncta prout disponitur de iure communi, vt supra patet, statu- 2 tum † enim intelligi debet secundum ius commune, dummodo aliquid operetur prout no. ff. de vsu cap. l. 2. & C. de noxa. l. si serui. & in c. cum dilectus. de consuetu. imo & dici potest, quod cum tale statutum, ex parte ipsarum fœminarum sit odiosum, ex quo eas excludit a successione, nõ sit ampliandum, sed restringendum prout not. ff. de in ius vocan. l. sed & si §. fin. & in regula odia. in 6. & cum non sit ampliandum, sed restringendum, non videtur excludere ipsam fœminam vtrinque coniunctam. ita quod per hæc vr dici posse quod d. Rentia succedat d. Fran. excluso d. Matthæo. Sed his non obst. contrarium de iure tamen dicendum est, vt & si attenta dispositione iuris communis ipse Matthæus non succederet dicto Francisco: sed dicta Rencia vtrinque coniuncta. vt d. auth. cessante. & d. auth. itaque. attenta tamen dispositione præfati statuti successit & succedit d. Matthæus d. Francisco, & in eius hæreditate, cum fuerit & sit consanguineus vsque ad secundum gradum. ff. de gra. l. iurisconsultus. §. secundo gradu. & vt not. in c. fin. de consangui. & affi. & masculus attinens ex paterna liena, prout statutum requirit, vnde ipse Matthæus consanguineus & attinens ipsi Francisco ex paterna linea, successit & succedit d. Francisco, pront disponitur in ipso statu- 3 to, quod † vt ius seruandum est in loco. ff. de iusti. & iure. l. omnes populi, & in c. 1. de constit. in 6. ad eo quod præualet ipsi iuri communi vt in d. iu. not. & cum præualeat ipsi iuri, successit, & succedit dictus Matthæus dicto Francisco, exclusa dicta Rencia: cum tale statutum ipsam existentem infra dictum gradum excludat ab ipsa successione, vt patet in dicto statuto in versi. si vero fœmina tale enim statutum si bene ponderetur, ad conseruationem Cippi domus emanauit, ex quo ipsos consanguineos & attinentes ex latere paterno præfert ipsis fœmina- 4 bus in eodem gradu: in † ipsis enim consanguineis masculis conseratur Cippus domus vt patet ex no. ff. de ven. inspi. in l. 1. §. sed & si seruus per quem §. Bald. hoc voluit in l. fin. C. de in ius vocan. dicens

tale statutum, ex quo † emanauit in fauorem agnatorum, & causa conseruandæ dignitatis familiarum, & sic Cippi domus, fauorabile est, & cum sit fauorabile comprehendit, non solum fratrem vtrinque coniunctum: adeo quòd præfertur ipsi sorori etiam vtrinque coniunctæ, sed etiam comprehendit fratrem consanguineum tantum, seu ex latere paterno attinentem vt patet ex verbis illius: consanguinei; & ex uerbis illius; ex parte paterna: nam & 6 frater † iste consanguineus tantum seu ex latere paterno attinens propriè frater dicitur, sicut & vtrinque coniunctus. ff. de gra. l. iurisconsultus. §. secundo gradu. & fortius est propriè consanguineus, ff. de suis & legit. l. prima. §. post suos, vnde comprehenditur in ipso statuto, quod loquitur de consanguineis, seu attinentibus masculis ex parte paterna; ad hoc quòd not. ff. de negot. gest. l. tertia. §. hæc verba. vt ipse frater consanguineus excludat ipsam fœminam, prout est ipsa Rencia, cum fœmina sit, & non solum excludat ipsam fœminam, sed excludat fœminam existentem infra dictum gradum: & sic consanguineam: & infra secundum gradum consanguinitatis existentem, cum tale statutum gradum consanguitatis consideret, vt patet ex verbis illius consanguinei seu attinentis masculi: & ibi ex parte paterna; ita quòd si bene consideretur dictum statutum loquitur de gradu consanguinitatis, & de existente infra secundum gradum consanguinitatis, & etiam existente infra dictum gradum, prout fuit & est dicta Rencia: vnde excluditur a dicta successione attentis verbis ipsius statuti, quæ ipsam comprehendunt, cum & sit fœmina. & infra dictum secundum gradum, ad hoc quod habetur. ff. de exerci. l. prima. §. si is qui nauem. & in l. ille aut ille. §. cum in verbis, & l. non aliter. ff. de leg. tertio: Quod videtur procedere quantumcunque dicta Rencia fuerit & sit vtrinque coniuncta, cum tale statutum excludat eam ex quo est fœmina, & intra secundum gradum consanguinitatis, ita quòd verba ipsius statuti, eam comprehendunt, vt supra & etiam causa propter quam emanauit tale statutum: emanauit enim tale statutum principaliter pro conseruatione ipsius familiæ: seu Cippi domus, deferendo successionem ipsis consanguineis masculis pro conseruatione ipsius domus, & excludendo ipsas fœminas, ita † quòd, si considerentur non solum ver- 7 ba, sed causa ipsius statuti & mentes ipsorum statuentium, dicta Rencia ad dictam successionem non admittetur, stante ipso Matthæo, ad hoc quòd not. ff. si cert. petat. l. si quis nec causam &. ff. de condictio. indeb. l. qui exceptionem, & in c. in his & in c. præterea. de verbo. significatio. Quod & ex alio deducitur, quia ipsa Rencia fuit & est dotata non solum a d. Matthæo, sed etiam a d. Francisc. & de eorum bonis, propter quod debet esse ipsa dote contenta, adeo quod plus de bonis eius petere non potest, prout in ipso statuto disponitur. ad hoc quòd not. C. de legi. hæred. l. prima, ita quod per hæc dici & concludi potest, quod dictus Matthæus successit & succedit dicto Francisco exclusa ipsa Rencia. Non obstantibus in contrarium adductis, cum non obstent: Non enim obstat & primo, quod in contrarium adducitur, quòd dicta Rencia cum sit vtrinque coniuncta præferenda est ipsi Matthæo, vt d. authen. cessante, cum simil. quia illud est verum de iure communi, cum attenta dispositione præ- 8 fati statuti illud sit, tale † enim statutum generaliter loquitur, loquendo de fœmina existente infra secundum gradum consanguinitatis, prout est ipsa Rencia: unde comprehendit eam ita generaliter loquendo, l. prima. §. & generaliter. ff. de lega. præstan. & c. solitæ. de maior. & obedien. nec obstat si dicatur, quòd tale statutum debet restringi & non ampliari, vt non comprehendat ipsam fœminam vtrinque coniunctam: ita vt frater coniunctus ex latere paterno eidem præferatur, cum sit correctiuum iuris communis sed debet interpretari secundum ius commune, dummodo aliquid operetur, prout no. in d. l. si serui, & in d. c. cum dilectus & in l. fina. §. in computatione. C. de iure delibe- 9 ran. nam ad hoc respondetur † quia licet statutum sit correctiuum iuris cõmunis & debeat restringi, ita vt minus deuiet a iure communi quam potest, & sic secundum ius commune debeat intelligi, tamen quando constat de mente ipsorum statuentium quòd voluerint generaliter ipsi iuri communi derogare, tunc generaliter intelligetur, prout patet in authen. ex testamento. C. de collat. & ex text. in corpor. vnde sumitur. prout & uoluit Ioann. de Imol. ff. solut. matrimo. in l. si uero. §. de uiro. in tertia colum. prout & uidetur constare in casu prædicto, attentis verbis ipsius statuti generaliter loquentis, & attenta ipsa causa, propter quam tale statutum emanauit, cum emanauerit ad conseruationem Cippi domus, qui non minus conseruatur in ipso fratre consanguineo; quam in fratre utrinque coniuncto, & non in ipsa fœmina etiam utrinque coniuncta, ita quod si tale statutum restringeretur, ut non comprehenderet ipsam fœminam utrinque coniunctam, cessaret ratio & mens, quæ mouet ipsos statuentes. unde ipsum statutum non restringitur, nec restringendum est, ut ipsa fœmina utrinque coniuncta comprehendat, attentis prædictis. 10 Quod ex alio deducitur, quia † tale statutum si bene ponderetur, & eius uerba, & mens statuentium, habuerunt respectum ad ipsam consanguinitatem existentem tam in masculo, quam etiam in fœmina, & non affinitatem, disponendo de ipso masculo ut præferatur ipsi fœminæ quantumcunque consanguinea & existente in eodem gradu: ita quòd attentis uerbis & mente ipsius statuti, quod ipsam consanguinitatem respexit, & non affinitatem, præferendus erit ipse Matthæus masculus, & consanguineus ipsi Renciæ etiam utrinque coniunctæ, cum uerba & mens ipsius statuti attendenda sint prout supra dictum fuit, ad hoc quod nota, per Ioann. de Imol. in d. §. de uiro. & ff. de pact. in l. tale pactum. §. qui prouocauit, unde non obstat: nec obstat si dicatur quòd tale statutum ex parte fœminarum, cum sit odiosum restringendum est. ut supra. nam dici potest, quod hoc casu non sit restringendum, imo generaliter intelligendum, prout loquitur, ita ut excludat ipsam sororem etiam utrinque coniunctam, cum & sit fœmina & infra secundum gradum consanguinitatis; prout statutum uidetur considerare.

ut

vt supra dictum fuit, vnde hoc casu non restringetur ipsum statutum, vt eam non comprehendat, ex quo ita loquitur expresse in ipsa fœmina eiusdem 11 gradus, & etiam † quia si restringeretur, cessaret ratio & mens ipsius statuti, quæ principaliter consideranda est. vt supra. vnde non obstant, & cũ non obstent concluditur, & concludi potest, quod dictus Matthæus succedat dicto Franci. & in eius hæreditate, exclusa ipsa Rencia. Do. Bened.

THEMA CONSILII NONI.

PVnctus. Quidam magister Angelus veniens ad mortem suũ solenne ordinauit, & cõdidit testamentum: in quo inter cętera reliquit & legauit dominæ Mariolæ suæ vxori vsumfructum omnium bonorum suorum mobilium, & immobilium, & eam dominam, & Massariam & vsufructuariam omnium suorum prædictorum bonorum reliquit ac esse voluit, & disposuit, quod dicta domina Mariola nõ teneatur reddere rationem, nec ab aliquo molestari possit vel turbari, imo molestans & turbans, & qui molestat & turbat, perdat portionem sibi tangentem, & deueniat obseruanti. In omnibus autem suis bonis mobilibus, & immobilibus præsentibus & futuris, iuribus, & actionibus, &c. exceptis certis bonis, quorum dispositionem, & distributionem ipse testator reseruauit in pectore sui ipsius, dominam Leonardam suam filiam legitimam & naturalem, sibi vniuersalem hęredem instituit, atque fecit, disponens & mãdans, quod dicta domina Leonarda de bonis sibi relictis non possit aliquo modo vendere, alienare nec pignorare, nisi pro sua vrgenti necessitate, & si dicta Leonarda decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, substituit sibi quendam Prosperum, decessitque dictus testator superstitibus prædictis. nunc autem circa prædicta supra narrata contingit de pluribus dubitari. Et primo an dicta domina Mariola ex eo, quia est sibi remissa per testatorem redditio rationis, & quod nõ molestetur &c. teneatur facere inuẽtarium, & satisdare de vtendo & fruẽdo arbitrio boni viri, & de restituendo ipsas res finito vsufructu. Secundo an dicta domina Mariola ex eo, quia relicta est vsufructuaria omnium bonorum ipsius testatoris, possit exigere nomina debitorum, & petere ab ipsis debitoribus illud, quod soluere tenentur. Tertio an dicta domina Leonarda hæres vniuersalis instituta succedat, & succedere possit etiã in bonis exceptis per ipsum magistrum Angelum testatorem, & cui dicta bona accrescant. Quarto & vltimo quæritur, si dicta Leonarda rogata restituere sub conditione prædicta, si moriatur sine filijs, possit detrahere ipsa vel eius hæres legitimam & Trebellianicam, ita quod in ipsa legitima non succedat dicta Mariola in vsufructu, & quanta sit legitima, & an in ea computetur dos sibi data, & an ipsa Leonarda in vita sua disponere possit de dictis bonis, & pręcipue de legitima.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium bonorum conficere hæredi conuenit, non alij.*

2 *Testamenti verba cum sint clara, ab eis non recedendum.*

3 *Vsufructuarius bonorum tenetur satisdare de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo bona, vel eorum æstimationem finito vsufructu, etiam si testator prohibuerit satisdationem præstari.*

4 *Satisdatio vsusfructuarij de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo finito vsufructu, est inducta in fauorem hæredis, & ne vsusfructuarius inuitetur ad delinquendum.*

5 *Satisdatio vsusfructuarij de restituendo res finito vsusfructu, debet continere res certas, & in ea sunt designanda, & describenda ipsa bona.*

6 *Vsusfructuarius, cui remissa est redditio rationis, non liberatur, quin teneatur de dolo, & de restituendo res, quæ apud ipsum fuerunt.*

7 *Vsusfructuarius, qui a testatore liberatus fuit, vt non teneatur reddere rationem, ob id tamen non dicitur liberatus, quo minus teneatur satisdare, nam ad id tenetur, etiam si testator id est expresse prohibuisset.*

8 *Hæres, petens ab vsusfructuario prohibito a testatore, rationem reddere, & qui non molestetur, vel turbetur, quod ipse satisdet, & bonorum conficiat inuentarium, non dicitur eum molestare, ex quo iuste petit: & ex nota causa procedit.*

9 *Vsusfructuarius omnium bonorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum non exigit nomina debitorum nec iura & actiones sibi competunt contra debitores.*

10 *Iura, & actiones non sunt bona mobilia, vel immobilia.*

11 *Testator, qui reliquit vxorem, dominam Massariam, & vsusfructuariam, dicitur ei tantum reliquisse alimenta, attenta consuetudine Bulgari, si extent filij.*

12 *Ius accrescendi per tastatorem prohiberi potest.*

13 *Hæres vniuersaliter institutus, succedet etiam in bonis exceptis, quando de ipsis bonis exceptis non disposuit, ne uideatur pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere.*

14 *Institutus in re particulari, vniuersaliter succedit non dato alio cohærede.*

15 *Hæredi vniuersali non potest prohiberi ius accrescendi, licet alius sit hæres particularis.*

16 *Legitima debetur filio statim post mortem patris.*

17 *Vsusfructuarius omnium bonorum, non habet usumfructũ in legitima filiorũ testatoris, quæ pleno iure, hoc est,*

quæ ad usumfructum, & proprietatem spectat ad ipsos filios.

18 *In legitima hæredis computantur dos, et omnia alia, quæ non ueniunt in legato usufructus alij relicti.*

19 *Legitima & Trebellianica eodem tempore detrahi possunt per hæredem suum grauatum de restituendo secundum communem opinionem Doct.*

20 *Legato vsufructu omnium bonorum cum prohibitione, quod bona alienari non possint, hæres suus potest tot ex dictis bonis alienare, quæ ad summam legitimæ sibi debitæ ascendant: & quicquid alienabit sibi in legitimam computabitur, & hoc etiam inuito dicto usufructuario, ac etiam substituto: non autem ultra legitimam in præiudicium vsufructuarij, & substituti, nisi ipsi consenserint.*

CONSILIVM NONVM.

In nomine domini, Amen.

Cum viso & considerato præfato puncto, & contentis in eo, de pluribus quæratur, ad quodlibet respondendum est, & primo ad primum, quod est, an dicta domina Mariola teneatur facere inuentariũ, & satisdare de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo ipsas res finito vsufructu: circa quod & si videatur prima facie dicendum, q̃ ipsa non teneatur facere dictum inuentarium, cum ipsa 1 non fuerit, nec sit hæres† instituta, cui competit cõfectio inuentarij. C. de iur. delib. l. si imo. & nec teneatur satisdare de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, ex eo quia testator ipse voluit q̃ dicta domina Mario, nullam teneatur reddere rationem, nec ab aliquo molestari possit vel turbari, imo molestans & turbans, & qui molestat & turbat, perdat sibi portionem cõtingentem, & deueniat obseruãti, per quæ verba testator ipse videtur velle, quod ipsa non possit turbari & molestari etiam circa inuentariũ, & satisdationem attentis ipsis verbis quæ 2 †cum sint clara non vñ recedendum ab eis l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. ad hoc etiã q̃ not. ff. de admi. tut. l. cum quis decedens. & ff. de liber. legata. l. si quis rationes. Sed his non ob. contrariũ 3 de iure dicendum est, q̃† dicta domina teneatur satisdare de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendo ipsas res finito vsufructu, prout usufructuarius tenetur. ff. vsufru. quemadmodo. l. 1. & per totum. & insti. de vsufruc. §. constituitur & c. fi. de pign. quod & locum habet, etiam si testator ipse prohibuerit satisdationem præstari. C. de vsufructu. l. 1. cũ non possit, duplici ratione. Primo quia 4 hoc est inductum in fauorem† ipsius hæredis. vt d. l. 1. & etiã ne vsufructuarius inuitet ad delinquendum, prout in d. inri. plenius not. & per Bar. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & cum ista satisdatio diuersimode præstetur, vel de restituendis rebus, vel extimationibus, prout no. in d. §. constituit. & d. c. fi. 5 & in† ipsa satisdatione erunt designanda, et describenda ipsa bona, cum debeat continere certas res. ff. si cer. peta. l. certum. & ff. de verbo. obli. l. scire debemus. & cauendo, & satisdando, cõficet ipsum inuentariũ, ex quo in ipsa satisdatione, & cautione, designanda sunt, & describenda ipsa bona, propter quod tenetur facere ipsum inuentarium, ita cauendo, & satisdando. Quod etiam ex alio deducitur, 6 quia† quantumcunque ipse testator ei remiserit redditionem rationis, nihilominus ex hoc non liberatur, quin teneatur de dolo, & etiam de rebus, quæ apud ipsam fuerunt, & sunt, & ea restituere, prout no. ff. de pac. l. si vnus. §. illud & d. l. si quis rationes, ita q̃ per hæc dici potest, q̃ dicta domina Mariola teneatur satisdare, & satisdãdo dictum inuentariũ conficere. Non ob. in contrarium adductis: cũ non ob. & primo, quod dicitur quod ipsa non tenetur facere inuentarium, ex quo non est hæres instituta, quia licet non teneatur vt hæres, nihilominus tenetur vt vsusfructuaria ipsum inuentarium facere, cum teneatur ipsa bona in satisdatione exprimere per dicta supra. Nec ob. si dicatur q̃ non tenetur dictum inuentarium facere, nec satisdare, ex quo testator ipse disposuit, q̃ non teneatur reddere rationem administrationis, nec turbari & molestari pos- 7 sit; nam ad hoc respondetur, quia† quantumcunque testator disposuerit, quod nõ teneat reddere rationem, nihilominus, ex hoc non disposuit, quod non teneatur satisdare, nam satisdare tenetur, Imo & si expresse prohibuisset vt non satisdaret, nihilominus satisdare tenetur. vt d. l. 1. C. de vsufruc. & cum teneatur satisdare, tenebit iuentariũ cõficere, put supra dictum fuit: vnde hæres petere poterit, vt ita 8 satisdet, & ita satisdãdo inuentariũ cõficiat, nec† dicetur tũc turbare: vel molestare, ex quo iuste petit, ad hoc quod no. ff. de uerb. obli. in l. quidã cũ filiũ. & in c. 1. de stat. mona. & ibi per gl. Præterea, illud quod dicit q̃ nõ possit molestari vel turbari, intelligit, nisi hoc proueniat ex noua causa & præcipue commissa per ipsam, ad hoc quod not. ff. de pœnis. l. aut facta. §. causa & c. quemadmodum: de iureiuran. & hæc circa primum. Circa secundum, quod est, au d. domina Mariola possit exigere nomina debitorum, & petere ab ipsis debitoribus illud, 9 quod soluere tenentur: & dicendum est† quod non ipsa, sed hæres poterit exigere ipsa nomina debitorum, & petere ab ipsis debitoribus illud, quod soluere tenentur. C. vt actio ab hære. & contra hære. l. vnica in legato enim sibi facto de vsufructu omnium bonorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, non veniunt nomina debitorum & iura & actiones quæ competunt contra 10 ipsos debitores, cũ ipsa† iura & actiones non sint bona mobilia vel immobilia. ff. de pec. quam tuberonis. §. pen. & vt not. ff. de verbo. signifi. l. mouentium. & ibi per Iaco. de Arc. & Guliel. in titu. de fructu, & interesse: in versicu. secundo quæro: per quæ iura Bart. in l. centurio. ff. de vulg. & pupill. in 6. col. hoc voluit: vnde, cum non veniant in tali legato facto dictæ dominæ de vsufructu omnium bonorum mobilium & stabilium ipsa iura & nomina debitorum, vt supra, non poterit ipsa Mariola eius nomine exigere, nec etiam ex illis ver- 11 bis, dum ipse testator dixit, quod reliquit† dominam Massariam, & vsufructuariam, cum talia verba importent alimenta, vt ipsa alimentari debeat stante prædicta Leonarda filia, attenta consuetudine vulgari, prout not. ff. de lega. 2. l. Titia. §. Titia, & ibi per Bartol. & C. si secundo nupt. l. vnica.

& in

& in authent. ibi posita, & ibi per Bal. & hæc circa secundum. Circa tertium, quod est, an dicta domina Leonarda hæres Vitalis instituta, succedat in bonis exceptis per ipsum magistrum Angelum testatorem, & cui dicta bona accrescant, circa quod, & si videatur prima facie dicendum, ꝙ ipsa Leonarda in ipsis bonis exceptis non succedat, cũ ipse testator ita excipiẽdo declarauit, ꝙ dicta bona non intelligatur in hæreditate prædictæ Leonardæ suæ filiæ, per quæ verba videtur tacite velle, ꝙ ipsa in ipsis bonis non succedat, imo videtur velle, ꝙ ei

12 non accrescant per dicta verba, prout† facere põt ipse testator, prohibẽdo ius accresc̃edi. ff. de hære. institu. l. quoties. §. si duo. ver. 3, & prout no. in l. ex facto. la grande eo. tit. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, vt ipsa domina Leonarda in dictis bonis exceptis successerit & succedat, sicut & in aliis bonis ipsius testatoris, ex quo, vt præsuppositum est, ipse testator non disposuit expresse, nec ea distribuit, quantumcunque reseruauerit in pectore ipsius, cum ipsa hæres† Vitalis in-

13 stituta vniuersaliter succedat etiã in ipsis bonis exceptis quandocunque de ipsis bonis non disposuerit, ne videatur pro parte testatus & pro parte intestatus decedere, prout decedere non potest. ff. de regu. iu. l. ius nostrum & ita est expressum in l. 1. §. si ex fundo. ff. de hære. inst. vbi est casus, ꝙ ipsa succedat etiam in bonis exceptis: talis enim exceptio habetur pro non adiecta, adeo ꝙ succedit ac si ipsa exceptio non fuisset facta, & ita similiter no. in d. §.

14 si duo. & C. de hære. insti. in l. quotiens. nam† & si testator instituisset quendam in fundo, ipse succederet vniuersaliter, non dato alio cohærede vt d. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. insti. & d. l. quotiens: vnde & fortius si sit instituta hæres vniuersaliter exceptis quibusdam bonis, ipsa vniuersaliter succedit etiam in bonis exceptis, ne ipse testator censeatur pro parte decedere testatus & pro parte intestatus vt supra dictum fuit: ita ꝙ per hæc dici & concludi potest, quod dicta Leonarda successerit & succedat in ipsis bonis exceptis, prout & in aliis quæ in hæreditate remanserunt, non ob. in contrarium adductis cum non ob. Non enim ob. quod in contrarium adducitur dicendo, ꝙ ipse testator videtur voluisse, ꝙ ipsa non succedat in bonis exceptis, imo videt prohibuisse ius accrescendi, cuius voluntas seruanda est. ff. de condi. & demon. l. in cõditionibus. Nam ad hoc respõderetur, ꝙ per dicta verba, testator ipse non videtur prohibuisse ius accrescẽdi, nec fuisse de mẽte ipsius, ꝙ ipsa Leonarda non successisset in ipsis bonis: si ipse testator non distribuisset, sed bene si distribuisset: vnde cum nõ disposuerit, nec d. bona distribuerit, remanet, & remanere debet, apud ipsam hæredem vniuersaliter institutam, vt patet in d. l. si ita quis & in d. §. si ex fundo. præterea & si prohibuisset, vt eidem omnino non accresceret, talis prohibitio nihil operare-

15 tur, cũ† hæredi vniuersali nõ possit prohibere ius accrescendi, licet alius sit hæres particularis vt not. in d. §. si ex fundo & in d. l. quotiens & hoc circa tertium. Circa quartum & vltimum, quod est, si dicta domina Leonarda rogata restituere sub conditione, si moriatur sine filiis, possit detrahere ipsa vel eius hæres legitimam & Trebellianicã, ita ꝙ in ipsa legitima non succedat dicta Mariola in vsufructu, & quãta sit legitima, & an in ea cõputetur dos sibi data, & an ipsa Leonarda in vita sua disponere possit de dictis bonis, & præcipue de legitima, cum contineat plura, de pluribus videndum est. Primo de legitima quota sit, & in hoc dicendum est quod cum dictus magister Angelus decesserit superstite solum dicta Leonarda eius legitima filia & naturali: eius legitima est hodie tertia pars, put hodie est expressum in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. & in corp. vnde sumitur: videlicet in auth. de triente. & semis. §. 1. Secundo videndum est, an ipsa domina Leonarda ipsam legitimam detrahere possit, &

16 cũ† ipsa legitima fuerit, & sit debita ipsi filiæ statim post mortem dicti magistri Angeli prout not. in ca. Rainu. de test. & ibi per glo. & doc. & in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. test. & in l. quoniã. C. ad l. Falc. poterit ipsa Leonarda statim detrahere ipsam legitimam post mortem ipsius testatoris: & cum ipsam legitimam debeat hæreditare pleno iure, videlicet quo ad proprietatem vt vsum-

17 fructũ vt in d. iu. in† ea non concurrit in vsufructu dicta domina Mariola, videlicet, in ipsa legitima, & in eo quod cõputabitur in ipsa, & quatenus est detrahendũ de ipsa legitima, cum illud debeat esse patrimonium ipsius dñæ Leonardæ, & hoc voluit Bart. in l. vxori meæ. ff. vsufruc. leg. dicens hoc per doc. communiter teneri, qđ & voluit similiter Bal. C. de fideicommis. in l. cum virum in 4. col. Tertio

18 videndũ est quid cõputetur in ipsa legitima† & in hoc dicendum est, ꝙ computetur dos ipsius dominæ Leonardæ. C. de inoffi. test. l. quoniam nouella. imo & cõputabitur non solum ipsa dos, sed etiam cõputabuntur nomina debitorum, quæ remanent apud ipsam dominã Leonar. & alia iura, quæ apud ipsam dominã Leonard. veniunt, ex quo nõ veniũt in legato ipsius vsufructus vt supra dictum est, ita ꝙ illud quod, remanet, & remansurum est apud dictam Leonar. de ipsis nominibus debitorum, & aliis iuribus computabit in ipsa legitima. C. de inoffi. testa. l. scimus. §. repletione & ff. ad l. Fal. l. in quartam & ibi per Bar. Quarto videndũ est de ipsa Trebel. & ipsam Trebel. detrahere nõ poterit ante eius mortem, cum debeatur statim, cum decesserit sine filiis, cum tunc sit locus restitutioni ex Trebel. non ante: propter quod eius hæres poterit ipsam Trebellianicam detrahere prout no. ff. & C. ad Trebell. per totum. & prout not. in d. §. meminisse. & in d. l. quoniam & in d. c. Rainutius: adeo ꝙ cum nõ debeant detrahi eodem tempore, & cõcurrere possint legitima & Trebellianica, ita ꝙ vtraque venit detrahenda, secundum ꝙ communiter tenetur vt not. in

19 d. iu. quæ† ambæ communiter ascendunt ad medietatem hæreditatis prout voluit glo. in d. c. Rainutius & in d. iu. plenius not. quod verum est, nisi forte dicatur, ꝙ Trebellianica hoc casu non veniat detrahenda, ex quo testator prohibuit dictæ dominæ Leonardæ, vt non vendat nec alienet res sibi relictas, per id quod habetur. C. ad l. Fal. in aut. sed & in ea. sed certe ad illam authen. potest responderi, quod non loquatur in casu prædicto, cum loquatur eo casu, quo testator prohibuit alienare, ex eo quia voluit,

voluit, vt remaneret apud successores illius, cui fuit relictum, quod nõ est in casu isto, super quo tamen non insisto, attento præcipue ꝙ casus iste non euenit, nec similiter insisto, si alienet imputandum sit in ipsa Trebellianica, sicut & in legitima de quo plenius auth. communia de leg. res quæ. Quinto & vltimo videndum est, an dicta domina Leonarda potuerit, & possit in vita disponere de bonis dicti magistri Angeli, & præcipue de legitima. Circa quod & si videatur prima facie dicendum, ꝙ non possit disponere, nec alienare de ipsis bonis duplici ratione, & primo quia in ipsis bonis dicta domina Mariola debet habere vsumfructum, vnde absque eius consensu disponere nõ poterit. ff. de reg. iu. l. id ꝙ nostrum. Secũdo ex eo, quia ipse testator intra alia disposuit, ꝙ d. domina Leonarda de dictis bonis eidem relictis non possit aliquo modo vendere alienare, nec pignorare, nisi ꝓ sua vrgenti necessitate. Sed his non ob. contrarium de iure di-
30 cendum est, vt ipsa† domina Leonarda alienare potuerit, & possit in eius vita dicta bona etiam vltra legitimam, consentiente d. domina Mariola, cum ea non consentiente, non possit ipsa alienare, nisi quo ad legitimam, cum, quo ad legitimã possit de dictis bonis disponere. ex quo ipsam legitimam cõsequitur pleno iure, etiam quo ad proprietatem & vsufructum, vt supra dictum fuit, imo & si alienet, alienatum computabitur in ipsa legitima & quatenus detrahendum est pro ipsa legitima prout not. ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. res quæ. & ibi per Bart. Ang. & Ioan. de Imo. & Bal. in l. eius quoque. ff. de hære. instit. & in d. l. scimus in 3. col. ita ꝙ poterit dicta domina Leonarda alienare. quatenus ad ipsam pertineat pro legitima: etiam inuicta dicta Mariola, & dicto Prospero substituto, sed an potuerit & possit ipsa bona vltra legitimam alienare, dicendum est quod in præiudicium dictæ Mariolæ, & dicti Prosperi substituti non poterit alienare, maxime attento & cõsiderato, quod ꝓhibita fuit vendere, & alienare, quæ prohibitio dici poterit perfecta forte respectu ipsius Mariolæ, & præfati Prosperi substituti, alias vero si non fuisset facta respectu certæ personæ nõ valuisset nec valeret. ff. de le. t. filius familias. §. diui seuerus. si tamen alienat cõsentiente ipsa Mariola, & dicto Prospero, valebit, prout not. ff. de leg. 3. in l. cum quis decedens circa prin. et C. de inoff. donatio. l. si liqueat. & ff. solu. ma. l. quæ dot. sed si alienat eis inuitis, & tunc ipsa Mariola poterit aduocare, & ipsam alienationem impedire, adeo quod consequetur ipsum vsumfructũ, prout ipse testator reliquit. vt d. l. 1. C. vsufruc. sed in ipso Prospero substituto dicendũ est, quod considerandus erit casus occurrens, nã si ipsa Leonarda decedat cum filiis, & tunc, cum non eueniet casus substitutionis, non habebit locum substitutio de eo facta, imo expirabit. ff. de verb. sig. l. cedere diem: propter quod remanebit ipsa alienatio firma & valida, ex quo cessat talis substitutio, sed si ipsa Leonarda decedit sine filiis legitimis & naturalibus superstite ipso Prospero: tunc poterit talia bona alienata vltra legitimam & Trebellianicam aduocare, & sic ipsam alienationem annullare, prout est expressum. C. communia de lega. l. fin. §. sed quia emptor. & vt ibi plenius not. Dominus Benedictus.

THEMA CONSILII DECIMI.

PVnctus. Visa quadam litera transmissa per Benedictũ Vicarium generalem castri Turris Saleti, & Rochę Anticuli etc. & quibusdam scripturis transmissis in vno sacculo, seu samo, sigillata sigillo ipsius Vicarij. visis & bene consideratis: & pro parte ipsius Vicarij quæratur, vt super differentia quæ est inter dictum dominum Paulum, & suos nepotes ex vna parte, & Baptistam scilicet Angeli, & Paulum de Gunella ex altera parte, ordinetur sententia seu consilium sigillatum pro ipsa differentia sedanda, seu terminanda, & ipsis scripturis visis, & consideratis reperiatur quædam petitio facta & producta coram arbitris per Paulum Gunellæ, cuius tenor talis est, videlicet. Dauanti a voi Arbitri, cioè Bartholomeo Sabato de Petrucio Sancto de Marinaccio: Menico de Basso: comparisce Paulo de Gunelle come procuratore & curatore de lo herede de Pietro de Mantinello: lo quale domãda la quarta parte de li beni di Mantinello mobili & stabili, & de sucolutria, & questo domanda per ogni megliore modo, via, & forma &c. & reperiantur contra dictã petitionem productæ nonnullæ exceptiones, & reperiantur in dictis scripturis producti certi articuli ꝓ parte Matthæi, & dicti domini Pauli, & testes super dictis articulis inducti, & productum quoddam interrogatorium pro parte dominæ Luciæ, & appareat productũ quoddam testamentum dominæ Nicoluciæ: & contra ipsum, & eius releuationem appareat producta quædam exceptio producta coram ipsis arbitris, & appareant productæ nonnullæ allegationes hincinde, & non appareant legitima mandata, nec etiam appareant factæ aliquæ probationes super petitione producta pro parte ipsius Paul. non potest ex ipsis scripturis ferri aliqua sententia, & maxime per Vicarium, cum non appareãt aliqua acta facta coram ipso, nisi productio cuiusdam interrogatorij: ita quod ex ipsis scripturis, non potest dictari aliqua sententia, nec partes ipsę huc venientes hoc quærunt, sed bene quærunt, vt consulatur super quibusdam dubijs & differentiis, quæ habent in diuisione nenda de bonis dictorum Marti. & dominæ Nicoluciæ quorum primum est, qualiter, & quomodo ipsi domi-

nus Paulus & Matth.filij dictorum Ma.& dominæ Nicoluciæ, & Victorius, & Leoterius filij Nicolai, filij dictorum Marti.& dominæ Nicoluciæ, & Magdalena, & Bartholomæa filiæ Petri, filij dictorum Marti.& dominæ Nicoluciæ succedãt in bonis dictorum Marti. & dominæ Nicoluciæ.

SVMMARIVM.

1 *Testes septem sufficiunt in testamento, & minores in testamento inter liberos.*
2 *Testamenti solennitas est, numerus septem testium, millesimum, indictio, nomen principis, mensis, & dies.*
3 *Solennitas actus præsumitur. maxime si de ea fiat in actu mentio, et interueniat præsentia partium, quando actus est de recenti.*
4 *Testamenti in releuatione seu exemplatione non requiritur citatio succedentium ab intestato, nisi aliud sit de consuetudine, uel ex statuto loci.*
5 *Testamenti releuatio debet fieri coram competenti iudice, & authoritate iudicis competentis.*
6 *Testamenti releuatio fieri potest coram iudice, & authoritate iudicis loci vbi est notarius, qui fuit rogatus de tali testamento.*
7 *Assertio uidetur referri ad proxima, non ad remota.*
8 *Assertio erronea non præiudicat.*
9 *Acceptione non transfertur dominium rei, sine traditione possessionis.*
10 *Hæres non potest uenire contra factum testatoris, sicut nec contra factum suum proprium.*
11 *Testator non minus potest disponere de rebus suis, quam de bonis hæredum.*
12 *Hæredes stare debent testatoris dispositioni facta uerbis dispositiuis, non enunciatiuis.*
13 *Assertionem defuncti testatoris hæredes impugnare non possunt, maxime si eam, & relictum probauerunt.*
14 *Clausula in fine posita ad omnia refertur, quando ad omnia commode referri potest.*
15 *Probatio concludere debet, alias non sufficit.*
16 *Verbis dispositiuis standum est, non item enunciatiuis.*
17 *Hæres suus detrahit ex rebus restitutioni subiectis legitimam, in qua non potuit grauari.*
18 *Legitima est tertia pars hæreditatis, quando filij sunt quatuor.*
19 *Legitima cum Trebellianica non confunditur, quando eodem tempore non concurrunt.*
20 *Bona propria hæredis non ueniunt in restitutione fideicommissaria.*
21 *Hæres impugnare non potest factum defuncti, sed illud adimplere debet.*
22 *Transactio fit super rẽ dubia aliquo dato, vel recepto.*
23 *Transactio prætextu erroris reuocatur, nisi super errore transactum sit.*
24 *Diuisio non præiudicat diuidenti, & erranti.*
25 *Errans non dicitur consentire.*
26 *Consensus per errorem præstitus non præiudicat.*
27 *Error probatur, probando rem aliter se habere.*
28 *Error in facto alieno præsumitur, & in eo est tolerabilis ignorantia.*
29 *Errasse, extra iudicium si quis dicat, & tractetur de damno uitando & alius de lucro, tunc probando rem aliter se habere, præsumitur error.*
30 *Hæredes stare debent assertioni defuncti, & eius dispositioni, & præcipue super rebus ipsorum hæredum, nisi talis assertio sit erronea.*
31 *Pater tenetur dotare filiam de bonis proprijs, non autem communibus cum alijs fratribus, & si eam de communibus dotet, tenetur alijs fratribus refundere pro rata, nisi aliud sit inter eos conuentum.*
32 *Expensæ facta a fratre stante in communione bonorum cum alijs fratribus, in studio post mortem patris, ad ipsum spectat, & de eius bonis fieri debet, cum suis sumptibus militare debuerit.*
33 *Fructus ad illos pertinent, ad quos pertinent bona.*
34 *Fructus possessionum hæreditatis debẽtur hæredibus non in totum sed pro parte dominicali secundum consuetudinem loci, & reliqua pars eorum, quæ debetur ratione agriculturæ, debetur laboratoribus.*
35 *Fructus ex possessione pro parte sua percipere hæres intendens, debet operas in ea colenda, & laboreria pro rata immittere.*
36 *Fideicommissaria substitutionis vigore si aliqui fundi debeant cum fructibus restitui, detrahuntur prius fructus pro parte ad laboratores spectante, qui non restituuntur.*

CONSILIVM DECIMVM.

In nomine domini, Amen.

Circa hoc dicendum est, quod aut tractatur de bonis ipsius Martin. cum decesserit superstitibus dictis Matth. domino Pet. Pau.& Nico. seu eius filiis, si fecit testamentum, eius testamentũ erit attendendum, & eius bona, prout testamentum dictat, erũt diuidenda. ff. de acqui. hære. l. quandiu. si vero non fecit testamentum, sed decessit ab intestato, & tũc in eius bonis succedent dictus Matt. pro quarta parte, dominus Pau. pro alia quarta parte, & ipse Pe. seu eius filiæ pro alia quarta parte, & similiter filij dicti Nic. pro alia quarta parte, instit. de hære. quæ ab intesta. §. cum filius. & C. de suis & leg. aut. in successione, & in corpore vnde sumitur. vnde bona ipsius Matt. siue sint mobilia siue immobilia diuidenda erunt in quatuor partes, adeo quod quarta pars erit assignanda dicto Matth. quarta pars domino Paul. & quarta pars filiis dicti Nico. & alia quarta pars filiabus dicti Pet. C. fami. hercis. l. 1. & per totum. quod et similiter locũ haberet in bonis dictæ dominæ Nico. si decessisset non condito testamento, vel condito, sed inualido per d. iu. & per ea quæ habentur in regula; non præstat. in 6. sed si decessisset condito testamento, prout dicitur decessisse, & sit productum, & validũ, prout videtur 1 esse tale testamentum, cum † in eo appareant descripti septem testes, qui sufficiũt, ff. de testa. l. hæred. palam, & vt not. ibi & in l. hac consultissima. C. eo. titu. super quo non insisto, quia & si interuenisset minor numerus, ex quo emanauit inter liberos valeret, prout habetur in dicta l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & in lege fin. C. fami. hercis. & non 2 solum † apparent descripti septem testes, sed etiam millesimum, indictio, & nomen Papæ, mensis, dies, ita quod habet tale testamentum solennitates a iu-

re

re requisitas, prout not. in c. 1. & in c. inter dilectos
de fide instru. & in auth. de tabell. §. 1. & in authẽ. vt
præponatur nomen Imperatoris circa princ. Circa
quod cadit dubitatio, an sit legitime releuatum, seu
exemplatum in publicam formam, cum prout dici
tur pro parte dictarum filiarum Pet. non fuit rele-
uatum legitime, & exemplatum, cum nõ fuerint ci
tatæ. sed hoc non ob. cum, prout asseritur, in ipsa
exemplatione, seu releuatione fuerint citatæ ipsæ,
& earum tutrix, & curator, quod & videtur, ex quo
3 † de tali solennitate fit mentio, prout voluerunt In
no. & Hostien. & Ioan. Andr. in c. Albericus. de te-
sti. quod & si non procedat sine dubio, si non inter-
ueniat præsentia partium, ex quo actus erat de re-
centi, prout voluit d. Nicol. ibi vbi plenius de hoc.
de quo in c. quoniam contra. de proba. & ff. de ver-
bo. obl. in l. sciendum. & C. de eden. in auth. si quis
in aliquo, super quo non puto necessario insisten-
4 dum, cum non † requiratur citatio in tali releuatio-
ne seu exemplatione, si consuetudine vel statuto lo
ci aliud non requireretur, prout voluit Bal. in d. au
then. si quis in aliquo. præterea de tali publicatio-
ne potest habiliter constare quod interuenerit, ex
quo talis releuatio seu exemplatio fuit facta de re-
5 centi, & vltra † etiam dicatur quod non fuit releua-
tum seu exemplatum coram competenti iudice &
authoritate iudicis competentis: prout & videtur
requiri secundum quod no. in c. pe. & fi. de fi. instr.
6 quod & forte verum esset, nisi † fuisset forte releua-
tum coram iudice, & authoritate iudicis loci, vbi
est Notarius, qui fuit rogatus de tali testamento,
nam cum ipse iudex, sit iudex competens contra ip
sum Notarium, & eius hæredes, ad hoc vt dent co-
piam ipsius testamenti, adeo ꝙ coram ipso iudice
erunt conueniendi, poterit ipse iudex authorita-
tem interponere, & sic erit iudex competens. C. de
iurisd. om. iud. l. iuris ordinem. ad hoc etiam ꝙ no.
in d. c. pe. & fi. super quo similiter non insisto, nec
puto necessario insistendum, quia si talis releuatio
non fuisset facta coram iudice competenti, poterit
de nouo fieri coram iudice competenti, & maxi-
me, quia, prout puto, manu dicti Notarij rogati ap
paret dictum testamentum, ex quo apparet de tali
publicatiõe facta manu trium Notariorum, qui
verisimiliter non publicassent, si tale testamentum,
ita factum non fuisset, nec iudex ipse authoritatem
interposuisset, vnde posito, sine præiudicio de tali
testamento dictæ dominæ Nic. quod fuerit si ita fa-
ctum, prout & in publicam formam est redactum,
videndum est qualiter, & quomodo, succedatur in
bonis dictæ do. Nic. attento tenore dicti testamen
ti: & cum ipsa in d. testamento instituerit hæredes
vniuersales Matth. d. Pau. & Pe. eius filios & victo.
& Lente. eius nepotes & filios dicti Nic. filii dictæ
testatricis, videlicet dictos Victo. & Lẽte. pro quar
ta parte sibi pro rata tangente: certe ipsi successe-
runt, & succedunt in bonis dictæ Nicoluciæ quili-
bet pro quarta parte, videlicet dictus Matth. pro
quarta parte, dictus dominus Pau. pro quarta par-
te, Pe. pro quarta parte, & dicti Victo. & Lente ꝓ
quarta parte, prout & de iure abintestato successis
sent vt insti. de hære. quæ abintest. §. 1. & §. cũ filiua
& in d. auth. in successione. & isti successerunt non
solum in bonis immobilibus seu stabilibus dictæ
dominæ Nicol. sed etiam in bonis mobilibus siue
sint pecuniæ siue alia bona ipsius dominæ Nic. quæ
remanserunt in eius hæreditate. ff. de peti. hære. l.
item veniunt. unde in dictis bonis successit dictus
Matth. & succedit in dictis bonis mobilibus, & im
mobilibus pro quarta parte, dominus Paul. simili-
ter pro quarta parte, & dictus Pet. pro alia quarta
parte successit, & post eius mortem successerunt,
& succedunt dictæ eius filiæ, si eius hæredes sunt:
vt quia decessit abintestato dictus Pet. superstiti-
bus sibi dictis eius filiabus, eius hæreditatem expe
ctantibus, & acceptantibus, successerint & succe-
dunt similiter in dictis bonis dicti Victo. & Lente.
pro quarta parte. Circa quæ cadit dubitatio, & non
parua, cum dicta domina Nico. in d. suo testõ, non
nulla bona reliquerit, & dixit & asseruit nonnulla
bona in dicto testamento descripta, & confinata ad
se pertinere, excepto quodam Quærceto vltimo lo
co descripto, quod asseruit esse pro indiuiso cum
dictis hæredibus præsentibus & acceptantibus di-
ctis hæredibus, cum inter ipsa bona descripta in di
cto testamento sint aliqua bona, quæ apparent per
instrumenta publica fore empta per dictum Mar-
ti. & aliqua per dictos Matth. dominum Paul. Pet.
& Victo. & Lente. prout asseritur pro parte hære-
dis dicti Pet. quæ tamen instrumenta, non vidi, qa.
mihi præsentata non sunt. Circa quam dubitatio-
nem, & si videatur prima facie dicendum, quod ta-
lis assertio non præiudicet ipsis hæredibus, quan-
7 tumcunque acceptantibus, cum † & talis accepta-
tio videatur referri ad proxima, & sic ad dictum
Quærcetum commune. ff. de iurisdict. omn. iud. l. si
idem cum eo. §. fi. præterea & si referatur ad omnia
8 præcedentia, non videtur præiudicare, cum † talis
assertio dictæ dominæ Nicol. videatur erronea, &
errore facta. C. de iuris & fac. igno. l. si post diuisio
nem & l. eum falsa. & ff. de confes. l. non fatetur. de
quo errore satis videtur apparere per ipsa instru-
menta, cum per ipsa videatur aliter rem se habere,
quod satis videt sufficere vt d. l. si post diuisionem,
& vt ibi no. & ff. de condic. indeb. l. sed & si me pu-
tem. & prout not. ff. de interro. actio. l. de ætate. §.
qui iusto. & d. l. non fatetur, ita quod talis assertio
non videtur præiudicare dictis hæredibus, imo &
9 nec talis acceptatio, cũ † per talem acceptationem
non transferatur, nec transferri possit dominium
in ipsam dominam Nicol. si erat apud ipsos hære-
des, cum sine traditione possessionis, dominium
non transferatur. ff. de acq. poss. l. si quis vi. §. differen
tia. & prout no. in d. l. cum falsa, & l. traditione. C.
de pac. ita quod recte videtur dici posse, quod talis
assertio non præiudicet ipsis hæredibus, quin pos-
sint venire contra, & allegare bona, de quibus can-
tat instrumentum, ad ipsos spectare & pertinere.
Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est,
vt videlicet ipsi hæredes non possint talem assertio
nem factam de ipsis bonis per dictam domi. Nico.
quin ad ipsam pertineant, impugnare, & venire cõ
tra ex pluribus. Et primo quia ex quo ipsi fuerunt
instituti hæredes in eius testamento & eius hære-
10 ditatem adiuerunt, vt præsupponitur, nõ † possunt
venire contra, nec impugnare, sicut & factum pro-
prium

prium impugnare non possunt. vt C. de seruo. pigno. da.l.si creditoribus.& ff.de inoffic. testamen. l.fin.& prout not.ff.de adop. l. post mortem. & C. de rei vendi.l.cum a matre.C.de iure deli.l.fin.§.in computatione. quod & secundo videtur deduci ex alio, quia & si appareat, quod dicta bona fuerunt ipsorum hæredum, nihilominus ipsi hæredes non possunt impugnare talem assertionem, imo & dispositionem impugnare, imo tenentur adimplere, cum ipsa testatrix, nō solum asseruit, sed etiam reliquit,

11 non†enim minus potuit disponere de rebus suis, quam de bonis hæredum.ff.de lega.3.l.vnum ex familia.& prout ibi plenius not.& C.de lega. l. cum alienam.ad idem etiam facit, quia ipsa testatrix, nō tantum verbis enunciauit, imo etiam disposuit ea ita relinquendo, tanquam dicta bona ad eam per-

12 tineant: vnde†standum est tali dispositioni, & præcipue per ipsos hæredes.vt ff.de dona. l. ex hac scriptura. & prout not.in l. ex his verbis. C.de testamento mili.& in cap.fin.de successio.ab intestato. emanauit enim forte talis dispositio ad tollendum dubium, quod forte poterat esse inter ipsos hæredes super dictis bonis, ex quo bona erant sua, de quo, prout asseritur per aliquos ex ipsis filiis, ipsa erat magis locuplex, quam fuisset eius vir, & eius filij, vnde ne esset, nec euenire posset quæstio inter ipsos filios, emanauit talis dispositio: vnde fuit & est seruanda, vt d. l. ex hac scriptura. cum concor.

13 Quod & quarto demonstratur ex alio, quia†ipsa testatrix, non solum ita reliquit, dixit & asseruit, sed etiā dicti hæredes talem assertionem, & relictū approbauerunt, cōprobauerunt, imo & expresse acceptauerūt, vt ipso testō deducit, & cōtinet: propter quod non possunt venire contra. vt d. l. post mortem: prout nota.in cap.nosti. de elect. & in c.du er fis fallaciis.de clericis coniuga.ita quod stādum est dictæ assertioni maternæ, nec possunt dicti hæredes eam impugnare, & contrauenire per iura prædicta.non ob.in contrarium adducta, cum nō ob. Non enim obst. quod & primo in contrarium adducitur dicendo, quod dicta clausula, præsentibus & acceptantibus, refertur tātum ad proxima, quia

14 †imo refertur ad omnia, ex quo est posita in fine, & ad omnia commode referri potest, prout not.ff. de lega. t. in l.talis scriptura.& de appel.cap. secundo requiris.vnde nō ob. Nec ob. quod & secundo in contrarium adducitur dicendo, quod talis assertio fuit erronea, & erroneæ facta, propter quod nō videtur præiudicare ipsis hæredibus, & maxime, quia videtur constare rem aliter se habere ex ipsis instrumentis prout supra dictum fuit. Nam ad hoc respondetur, quod etsi cōstet per ipsa instrumenta ipsa bona fuisse empta per ipsum Marti. vel per eius filios & hæredes, nihilominus, ex hoc non videtur constare dicta bona nō pertinere ad dictam domi. Nicol. quia potuit esse, quod Marti. & eius filij emerunt, & nihilominus tempore testamenti dictæ dominæ, spectabant & pertinebant ad dictā dominam, vt quia fuerunt empta de eius bonis, & pecunia, & pro ea, vel fuerunt remissa, & concessa

15 eidem: vnde talis†probatio non sufficit, cum non concludat prout debebat prout not.C. vnde cog.l. non hoc. & in c. in præsentia. de probat.præterea dicta domina Nicol. nō solum ita dixit & asseruit, sed reliquit, propter quod videtur de ipsis bonis disposuisse, prout & disponere potuit, etiam si appareret ea fuisse ipsorum hæredum, vt patet in d.§. si rem & vt supra plenius dictum fuit, & non disposuit verbis enūciatiuis, prolatis propter aliud, sed verbis dispositiuis prolatis ad finem declarandi di

16 cta bona, ad quem pertineant, vnde†stādum est dictis verbis.vt d. l. ex hac scriptura, cum similibus. Nec ob.si dicatur quod si bona ipsa pertinebant ad dictos hæredes: ex ipsa assertione & acceptatione nō fuit translatum dominium in dictam do. Nicolu.& per cōsequēs in dictos eius filios & hæredes, quia dici potest, quod satis videtur translatum dominiū in ipsos hæredes, cum apud ipsos per prius esset, vnde ita acceptādo hæreditatem videtur dominiū statim mutatum, adeo quod, vbi per prius retinebant vt bona propria, post aditionem hæreditatis, detinebunt, vt bona hæreditaria, nec mirum, quia & si non esset prius apud ipsos, sed apud ipsam dominam dominium, ex ipsa vltima voluntate fuisset in eos translatum etiam sine traditione possessionum.ff.de furt.l.a Titio.& prout not.in d.l. ex hac scriptura.ad hoc quod not.C.de dotis promiss.l.1. vnde non ob. & cum non obst. dicendum est quod dicti hæredes dictæ do. Nico. succedent in dictis bonis ita assertis & declaratis, vt in bonis dictæ domi.Nic.Sed licet succedant, tamen an possent hæredes d.Pe. ipsa bona pro parte eis tangente retinere, tanquam bona Pet. infra patebit. Verum quia, prout præsupponitur, post mortem dictæ domi. Nico.decessit dictus Pet. & decessit sine filiis masculis, superstitibus dictis Magda.& Bartho.videndum est, an locus sit dictæ substitutioni factæ in d. testō, dum ipsa testatrix ita & taliter substituit, videlicet, si quis dictorum Mat.do. Pa. & Pet.mori contigerit sine filiis masculis legitimis & naturalibus, ex eorū corpore natis, substituit vnū alteri, & alterū alteri, & ipsos Victo.& Lente. pro rata vt dictū est. Et circa hoc dicendum est, quod est locus ipsi substitutioni factæ d. Pet.de dictis Matt. do. Pa. & filiis, d. dicti Nico. ex quo dictus Pet. decessit sine filiis masculis, superstitibus dictis Barthol. & Magda.ff.de verb.sign.l.cedere diem. & prout no. ff.de conditio.& demonstrati. in l. cum auus.& ibi per Barto. sed licet locus sit dictæ substitutioni factæ d.Pet.de dictis Matth.domi.Pau.& filiis dicti Nicol.adeo quod filiæ dicti Pet. tenentur restituere hæreditatem dictæ domi. Nicol. videlicet partem & ratā dicto Pet.obuenientem, quæ fuit quarta pars prout supra dictum fuit: tamen non tenentur restituere dictam quartam partem integram,

17 cum†detrahant & detrahere possint legitimam ipsius Pet.in qua non potuit grauari.C.de inoff.test. l.quoniā in prioribus, & put no.ff.de vul. & pup. l.cohæred.§.cum filiæ.quæ legitima fuit debita statim cum d.domina Nico. decessit, quæ est quarta pars tertiæ partis totius hæreditatis dictæ dominæ Ni.detractis ære alieno, & funeris impēsa.ff.de inoffi.test.l. Papinianus. §. quarta: cum decesserit superstitibus tribus filiis, & duobus nepotibus repræsentantibus alium filium: & sic quatuor filiis,

18 vnde†erit tertia pars ipsius hæreditatis ipsa legiti-

ma.

ma.C.de inoffi.testa.aut.nouissima. & in corpore
vnde sumitur: diuidenda in quatuor partes, pront
& dici potest q decesserit superstitibus quatuor fi
liis, & non solum detrahent ipsam legitimam, sed
etiã Trebellianicam, quæ est quarta pars residui.
19 ff.& C.ad Trebel. per totum: nec† vna confunditur
in alia, ex quo non concurrunt eodem tempore, cũ
Trebellianica eueniat detranhenda tempore quo
eueniet conditio, cum fuerit substitutio facta non
purc sed sub conditione, propter quod detrahent,
non solum legitimam, sed etiam Trebellianicam,
prout tenuit gl.in auth.de hære. & Falci. §. si quis
non implens & in c.Rainutius de testamen. per d.
ca.Rainaldus eo.tit. quod & tenuit etiam Bart. in
l.Papinianus.§.meminisse. ff. de inof. testa. & Bal.
in l.filium quem habentem. C. fami. hercis. & in l.
quenquam.C.ad l.Falci.& ita communiter tenetur
prout in d.iu.not. quod procedit & totum habet
in bonis, & quo ad bona quæ peruenerũt ad dictũ
Petr. ex bonis & hæreditate dictæ dominæ Nico.
sed si aliqua bona habuisset dictus Petr. de bonis
paternis, vel aliunde quæsitis, non teneretur vigo-
20 re dictæ substitutionis restituere, cum† nõ veniant
in restitutione fideicommissaria bona propria di-
cti Pet. nec bona propria filiarum ipsius vt d. §. cũ
filiæ & prout not.in l.sed & si plures. §. ad substitu
tos.ff.eo.tit. Circa quæ cadit dubitatio, de bonis
quæ dicta domina Nico.dixit & asseruit ad se perti
nere ipsis hæredibus præsentibus & acceptãtibus,
cum videatur per hoc, q hæredes dicti Per. ea resti
tuere teneantur, prout & bona propria ipsins do-
21 minæ Nicolutiæ cum† hæredes impugnare nõ pos
sunt factum ipsius defucti, imo & adimplere tenen
tur vt supra & maxime, quia videtur resultare quæ
dam transactio, quæ prætextu erroris non videtur
reuocanda C.de iuris & fac.ig.l. si non transactio-
nis causa: sed certe hoc non est verum, quod resul-
22 tet aliqua transactio, cum† transactio fiat super re
dubia, aliquo dato ve[l] retento. C.de transac. l. tran
sactio. præterea si interuenisset transactio, & ali-
qua partium errasset & per errorem aliqnid asse-
23 reret, talis† assertio veniret reuocanda, & reuoa
caretur prætextu erroris, nisi super ipso errore
fuisset transactum. vt dicta lege si non transactio-
nis causa. & C.de errore calculi l.vnde causa: nam
& si in diuisione, aliqua partium erret, probato
24 †errore talis diuisio ipsi diuidenti erranti nõ præ-
iudicat.C.de iuris & fac. ign.l.si post diuisionem.
vnde & fortius, si testando testatrix aliquid erro-
neæ asserat, tunc talis assertio, constito de ipso er
rore, non nocebit prout est expressum. de iuris &
fac. ignor. in l. cum falsa. ad hoc etiam quod not.
25 ff.de confess.l. non fatetur. qui enim† errat non
consentit.ff.de iurisdict.omnium iudicum l. si per
errorem. vnde si appareat dictam dominam Nico
luciam ita dicendo, & asserendo errasse, & per er-
rorem ita asseruisse, non præiudicabit talis asser-
tio dictis hæredibus, prout patet in iu. prædictis.
& C. de probat. l.rationes, & prout not. ibi. & in
authentica quod obtinet.C.eodem titulo, imo &
26 similiter non præiudicabit† eis consessus per eos
præstitus, & acceptatio per ipsos facta, si fuerit
erroneus & erronea & per errorem præstitus, &
27 præstita, prout patet in d. iu. talis† enim error,
& erronea assertio, & acceptatio probatur, pro-
bando rem aliter se habere, prout voluit glo.ff.de
interrog.actio.l.de ætate.§.qui iusto. & dicta lege
si post diuisionem. quod procedit, quando error
28 fuisset in facto alieno, cum† tunc præsumatur ipse
error.l.certum.§. sed an ipso ff. de confess. in facto
enim alieno tolerabilis est ignorantia.ff. pro suo.l.
29 fin. si vero consistat in facto proprio, & tunc† si ali-
quis dicat se errasse extra iudicium, vt in casu præ-
dicto, & tunc si ille, qui dicit se errasse, tractet de
damno euitando, & alius de lucro captando, &
tunc probando rem aliter se habere, præsomitur
error vt dicta l. si post diuisionem. vnde cum in ca-
su prædicto hæredes dicti Petri tractent de dam-
no euitando, vt videlicet, non restituant vigore di-
cti fideicommissi bona propria, seu partem eis tan
gentem de bonis proprijs, probando rem aliter
se habere, probabunt errorem, & assertionem per
dictam dominam Nicoluciam factam, & accepta-
tionem per dictos hæredes factam erroneam fuis-
se & esse, & ipso errore probato, non tenebuntur
restituere partem obuentam de dictis bonis pro-
priis, quæ dicta domina Nicolucia asseruit ad se
pertinere, cum talis assertio & acceptatio non præ
iudicabit hæredibus ipsius Pet. per prædicta: non
obst. in contrarium adductis, cum non ob. vt pa-
30 tet ex prædictis, & etiam ex eo, quia† licet hære-
des stare debeant assertioni defuncti, & eius dispo
sitioni, & præcipue super rebus ipsorum hære-
dum, tamen non tenebuntur stare, si lis assertio
fuit erronea, prout patet in iu. prædictis. Præte-
rea dici potest quod in casu prædicto, non fuerit
aliqua dispositio circa bona ipsorum hæredum a
sed assertio, seu quædam confessio acceptata, quæ
erronea non præiudicat prout patet in iu.prædi-
ctis: vnde cum non ob. concluditur & concludi
potest, q hæredes dicti Pet. non tenebuntur resti-
tuere ipsa bona, seu partem eius obueuientem de
dictis bonis, quæ dicta bona Nic. asseruit ad se per
tinere, si appareat dicta bona non pertinere ad di-
ctam dominam, sed ad ipsos hæredes prout & su-
pra plenius dictum fuit. Secundũ dubium est quod
cadit inter prædictos de dote data per ipsum Mat.
pro eius filia pro ea maritanda, an debeat refunde
re ipsis fratribus & hæredibus dicti Petr. & circa
31 hoc dicendum est, q† cum dotare & dotem dare
pertineat & spectet ad ipsum Matt. patrem, fuit &
est facienda & danda de bonis suis, & de parte sua,
& non de bonis communibus, nisi inter eos aliter
fuerit cõuentum, prout et voluit Spe. in tit. de iud.
quarta parte ver. quid si vnus ex fratribus: & Bal. in
l. filiæ cuius. C. fami. hære. & in l. si patruus. C. com
munia vtriusque iudi. vnde si fuit dos ipsa data
per ipsum Matt. de bonis communibus, & hoc ap-
pareat, debebit ipse Matth. refundere, & restitue-
re quod dedit de ipsis bonis communibus pro ipsa
dote dicto domino Pa. pro quarta parte. & Victo.
& Lente. pro alia quarta parte, filiis & hæredibus
dicti Petr. pro alia quarta parte. Tertium dubium
est de eo quod expendit dictus dominus Pau. pro
32 eius studio, & circa hoc dicendum est, q† cum ta-
lis expensa facta fuerit per ipsum dominum pau,
post

post mortem patris, pertinuit & spectauit ad ipsum, & de eius bonis fieri debuit: & non de communibus, cum suis sumptibus militare debuerit, & sic studere, prout voluit Spe. in d. quarta parte in ver. quid si vnus. et Bar. in l. 1. §. sed nec castrense. ff. de coll. bonorum & ff. ad munici. & l. Lucius. §. idem respondit. & Bald. in d. l. si patruus: & clarius in d. l. filij cuius. vnde si ipso dominus Pau. ipsas expensas fecit de bonis suis propriis, non tenebitur refundere aliquid ipsis suis fratribus & nepotibus, si vero fecisset de bonis communibus, & tūc debebit refundere & restituere dictis suis fratribus quod expendit de bonis communibus, pro rata videlicet d. Matth. pro quarta parte, & dictis Victo. & Lente. pro quarta parte, & hæredibus dicti Pet. pro alia quarta parte si hoc appareat, quod fuerit expēsum de bonis communibus saluo quod si fuisset expensum de bonis dictæ dominæ Nico. communibus dictis eius hæredibus, non teneretur restituere dictis Matthe. Victo. & Lente. & hæredibus dicti Petr. cum dicta domina in eius testamento dictum dominum Paul. liberauit. ff. de liber. lega. l. 1. & per totum. Quartum dubium est de fructibus recollectis in possessionibus dictæ dominæ Nico. & recolligendis: & circa hoc dicendum est, quod fructus recollecti in dictis bonis, vsque ad mortem dicti Pe. pertinuerunt & spectauerunt ad ipsos Mat. dominum Pau. Pet. & Victo. & Lente. pro quarta parte ipsorum, videlicet pro quarta parte Matt. pro quarta parte dño Pau. pro quarta parte ipsi Pe. & pro quarta parte ipsis Vict. & Lente. ex quo ita succedunt, succedendo pro quarta par-

33 te prout supra dictum fuit, cum fructus† ipsi pertineant ad illos, ad quos pertinent bona. ff. de rei vēdi. l. fructus. & vt ibi plenius not. & in l. fructus. C.

34 de fructi. & litis expensis. quod verum intelligo† de fructibus, qui debentur dominis ipsarum possessionum, cum debeatur pro ea parte, pro qua debetur dominis possessionis, secundum consuetudinem loci, sed fructus qui debent ratione agricultura & laboratoribus, debebuntur ipsis laboratoribus, & pro ea parte, secundum quod consuetum est in loco, qui diuidendi erunt, prout no. in d. l. si patruus. circa finem & ibi per Bar. & in l. 1. C. pro socio. & hæc in fructibus recollectis ante mortem ipsius Pet. cum ipse Pet. eos lucretur pro rata sibi tangente, nec tenetur ipsos restituere. C. ad Trebel. l. iubemus: sed si quæratur de fructibus recolligendis post mortem dicti Petr. & circa hoc dicendum est, prout & dictum fuit supra de fructibus iam recol-

35 lectis, saluo† quod si ipse fuisset laborator dictorum bonorum debuerūt hæredes eius facere laborare, & operas immittere, seu immitti facere, prout tenebatur ipse Pet. si volunt consequi partem ipsorum fructuum ex persona dicti Pet. cum debeat prosequi, seu prosequi facere laboritium pro illo anno, prout tenebatur ipse Pet. ff. pro socio. l. vt in conditionibus. & vt ibi nota. & ff. loca. l. si vno. §. item cum quidam: saluo quatenus bona ipsius do. Nico. peruenta ad ipsum Pet. veniunt restituenda

36 dictis Mat. & do. Pau. Victo. & Lente. cum† debeant restitui cum fructibus pendentibus, vel post mortem ipsius Petr. recollectis, detracta parte ad elaboratorem spectante, iuxta nota. ff. ad Trebel. l. in fideicommissaria. & in d. l. iubemus & in d. c. Rainutius, vbi plenius de his. Do. Benedict.

THEMA CONSILII XI.

PVnctus. Fuit quædam domina Paulucia, quæ habens duos filios vnum masculum nomine Nicolaum & aliam fœminam nomine Christophorā, venit ad mortem, & condidit testamentum, in quo dictam dominam Christophoram suam filiam instituit hæredem in certa quātitate: in omnibus autem aliis suis bonis instituit d. Nicol. suum filium, suum vniuersalem hæredem: & si dictas Nicol. & dicta domina Christopho. decesserint quandocunque sine filiis legitimis ex eis descendentibus, vel aliquo eorum, substituit eis Antonium fratrem ipsius testatricis, & eius filios legitimos & naturales decessitque dicta Paul. testatrix superstitibus prædictis Nicol. & Christopho. qui eius hæreditatem adiuerunt. deinde decessit dictus Antonius superstite Mattheo. eius filio legitimo & naturali, insuper decessit dicta Christopho. cum filiis legitimis. demum decessit d. Nicol. sine filiis legitimis superstite sibi quodā Litardo suo filio spurio, qui Nicol. condidit testamentum, in quo suum vniuersalem hæredem sibi instituit in omnibus bonis suis Regem Francorum, grauando dictum Litardum eius filium & spurium, vt dictam hæreditatem teneat ad petitionem dicti Regis, & cum adiuerit, restituat, qui Litardus ad præsens tenet & possidet dicta bona ad petitionem dicti Regis, modo dictus Matth. filius dicti Antonij petit, & consequi vellet dicta bona & hæreditatem dictæ Pau. uigore fidei commissariç de eo factæ contra dictum Litar. tenentem & possidentem dicta bona hereditaria dicti Nico. contra quem opponitur, quod nō fuit nec est locus dictæ substitutioni cum ipsi Nico. & Christopho. non decesserint ambo sine filiis legitimis ex eis descendentibus, quia dicta Christophora decessit cum filiis legitimis, unde non euenit conditio in persona utriusque. Quæritur nunc, & dubitatur, an fuerit locus dictæ substitutioni & fideicommissariæ factç de dicto Anton. & eius filiis, & sic de dicto Matthæ. Secundo quæritur si locus est dictæ substitutioni, an dictus Matthæ. agere possit contra dictum Litar. tenentem & possidentem bona hæreditaria.

SVMMA-

SUMMARIUM.

1 *Substitutio si fiat alternatiue de extraneo, institutis filiis etiam si existat conditio in persona unius etiam ultimi, non erit locus ipsi substitutioni, cum tunc disiuncta ponatur pro coniuncta.*
2 *Alternatiua, quando uideatur resolui in copulatiuam.*
3 *Testator non uidetur uelle præferre extraneum filiis.*
4 *Fideicommissum petēs, agit contra hæredem ut restituat, tanquam contra tenentem bona.*
5 *Testamenti uerbis standum est, & ab eis non est recedendum, quando sunt clara.*
6 *Conditio alternatiue, seu disiunctiue posita, uerificatur in una, nam in alternatiuis sufficit alteram partem esse ueram.*
7 *Filius in legitima non potest grauari.*
8 *Grauatus quilibet uidetur solum de parte sibi relicta, non de alia.*
9 *Intellectus l. quidam testamento. ff. de uulg. et pup. & l. quamuis. C. de impub. & alijs subst.*
10 *Intellectus l. si is qui ducenta. §. Item si pater. ff. de rebus dub.*
11 *Intellectus l. Lucius. §. fi. & eorum quæ ibi habentur. ff. de hæred. inst. & l. generaliter. C. de institutio. & substitutio.*
12 *Legitima & Trebellianica per hæredem suum grauatum de restituendo, detrahi possunt, quando eodem tempore non concurrunt, secundum comm. opi. doct.*
13 *Curator bonis absentis dari potest, & is conueniri potest a fideicommissario, ut fideicommissum, de quo restituendo grauatus est hæres absens, restituat.*
14 *Mandatum morte mandantis non finitur, si post mortem conferatur.*
15 *Procurator hæredis grauati de restituendo fideicommissum conueniri poterit tanquam is, qui tenet bona nomine dicti hæredis grauati: tutius tamen est prius hæredem requirere.*

CONSILIVM VNDECIMVM.

In nomine domini, Amen.

Et si viso & considerato præfito puncto, uideatur dicendum quòd non sit locus substitutioni factæ in d. testamento de filiis dicti Anton. & sic de dicto Matth. filio prædicti Anton. quantumcunque dictus Nicol. decessetit sine filiis legitimis, cum dicta domina Christopho. decessit cum filiis legitimis, & supersint, propter quòd non uidetur locus ipsi substitutioni, quantumcunque ipsa substitutio sit facta quodammodo disiunctiue, & alternatiue, videlicet, si dom. Nicol. & domina Christopho. decesserit quandocumque sine filiis legitimis ex eis descedentibus, vel aliquo eorum: ipsi enim primo non decesserunt ambo sine filiis legitimis ex eis descendentibus, ex quo dicta Christophora decessit cum filiis, propter quòd videtur, quod non sit locus dictæ substitutioni, ex quo in utriusque persona non uerificatur ipsa substitutio. ff. de uulga. & pupilla. l. quidam testamento & C. de impuber. & aliis substitutio. l. quamuis. ad hoc etiam l. si is qui ducenta. §. idem si pater circa finem. ff. de rebus dubiis imo & plus, prout habetur in d. §. itē si pater, si 1 substitutio † sit facta alternatiue de extraneo, institutis filiis etiam si existat cōditio in persona unius etiam ultimi, non erit locus ipsi substitutioni, cum tunc disiuncta ponatur pro coniuncta, prout ibi not. videlicet in dicto §. item si pater. per quem §. & not. ibi d. Ange. hoc voluit in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian. dicens, quod licet, quando substitutio sit facta alternatiue, uel disiunctiue, sit locus ipsi substitutioni in cuiuscunque persona conditio existat. ff. de iniusto testamento. l. penult. & C. de impube. & aliis substitut. l. penult. tamen hoc fallit, quando substitutus esset extraneus, & institutus esset de liberis per dicto §. item si pater, unde in casu prædicto, cum instituti fuerint Nico. & domina Christophora in certa quantitate, & substitutio sit facta non de liberis, sed de filiis ipsius Anton. & quodammodo de extraneis, & ambo non decesserint sine filiis, sed cum filiis, uidelicet dicta domina Christophora non uidetur locus ipsi substi- 2 tutioni, vt dicto §. item si pater. videtur † enim tunc alternatiua resolui in copulatiuam ad hoc quòd habetur. ff. de hæred. instituen. in l. Lucius. §. fina. & l. 3 generaliter. C. de institu. & substitut. non † enim videtur ipsa testatrix velle præferre extraneum cum descendentibus, uidelicet filio domina Christophora. ff. de conditio. & demonstratio. l. cum auus. C. de fideicommiss. l. cum acutissimi: propter quæ uidetur quòd non sit locus tali substitutioni: quòd & uidetur ex alio deduci, ut non sit locus ipsi substitutioni in persona ipsius Matth. cum non fuerit nominatus in dicto testamento, nec de eo facta mentio. C. de probatio. l. ad probationem. Quod & tertio uidetur demonstrari, quia & si locus sit ipsi substitutioni, nihilominus non poterit ipse Matth. ipsam substitutionem prosequi, & agere contra dictum Litar. cum & ipse non fuerit, nec sit hæres institutus, sed Rex Francorum, sed contra ipsum Re- 4 gem Francorum, cum † prosequendo ipsum fideicommissum, agendum sit contra hæredem, ut restituat hæreditatem tanquam contra tenentem bona. ff. ad Trebellian. l. restituta. & C. eodem titulo. l. sancimus. per quæ uidetur quòd dictus Matth. agere non potuerit: nec possit contra dictum Litar. ut restituat hæreditatem præterea & si posset contra ipsum agi, detraheret, & dett aahere posset legitimam & Trebellianicam tangentes dicto Nicol. prout communiter tenetur, secundum quòd not. ff. de inofficioso testamento. l. Papinianus. §. meminisse. & C. ad leg. falcid. in l. nanquam & de testa. cap. Raynutius. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, ut fuerit & sit locus restitutioni, & quòd restitui debet dicto Matth. filio dicti Antonii hæreditas dictæ Paulæ testatricis, & bona peruenerint ad dictum Nicol. hæredem institutum in testamento dictæ Paulæ, cum euenerit casus substitutionis, fuerunt enim instituti in d. testamento dicta Christophora in d. quantitate in testamento expressa, & dictus Nico. in oībus aliis bonis, sub hac conditione, uidelicet si dicti Nicolai & dominam Christophora decederent quandocunque sine filiis legitimis ex eis descendentibus, substituit filios dicti

dicti Anto. sui fratris: vnde cum euenerit talis conditio in dicto testamento apposito, ex eo quia decesserunt dicti Nico. & Christo. & si non fine filijs legitimis ex aliquo eorum, ex quo vt præsupponitur, dictus Nico. decessit sine filiis legitimis; propter quod euenit conditio, cum decesserint dicti Christo. & Nic. sine filiis descendentibus ex aliquo eorum, ex quo ex dicto Nic. nullus filius legitimus remansit: fuit enim facta substitutio prædicta de filijs dicti Ant. sub duplici conditione alternatiuæ, & disiunctiuæ positis, videlicet si dicti Nico. & domina Christo. decesserint sine filiis legitimis descendentibus ex eis, & hæc conditio non euenit, ex quo dicta Christo. decessit cum filijs vt d. l. quamuis & d. l. pe. ff. de iniusto testa. fuit etiam apposita alia conditio non copulatiue, sed disiunctiue, videlicet, si decesserit sine filiis ex altero eorum legitime descendentibus, quæ conditio euenit cum decesserint sine filiis ex aliquo eorum legitime descendentibus, ex quo dictus Nico. decessit sine filiis legitimis, & cum euenerit conditio locus est ipsi substitutioni, prout denotant verba

5 a quibus † cum sint clara, non est recedendum vt l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. & succe

6 dit iuris dispositio, cum conditio † alternatiue seu disiunctiue posita verificetur in vna. ff. de re. du. l. si is, qui ducenta. §. vtrum: in alternatiuis enim sufficit alteram partem esse veram, vt in regula: in alternatiuis in 6. vnde cum sufficiat alterã partem esse verã, ex quo dicti Nico. & Christo. decesserunt sine filiis legitimis ex altero eorum descendẽtibus locus est ipsi substitutioni: ff. de verb. sig. l. cædere diem. talis enim substitutio ita facta non respicit vnum & eundem effectum, sed diuersos, prout diuersimodo fuerunt instituti. ipsa enim Christopho. fuit instituta in certa quantitate, & dictus Nico. in omnibus aliis bonis. vnde talis substitutio respicit plures effectus, & diuersos, cum videatur facta substitutio dictæ Christopho. in quantitate sibi relicta vltra legitimam, si decesserit si-

7 ne filiis, cum † in legitima non potuerit grauari. ff. de vulga. & pupilla. l. cohæredi. §. cum filiæ. & ipsi Nicol. si decesserit sine filiis in omnibus bonis eidem relictis vltra legitimam, cum in legitima non potuerit grauari similiter. C. de inoffi. testa-

8 mento. l. omnimodo & l. si quando: & quilibet † videtur grauatus de parte sibi relicta & non de alia, arg. l. pater. §. fi. ff. ad l. Falci. & l. si tic. §. fi. ff. de lega. 1. & euenerit conditio in persona ipsius Nic. vltimo loco decedentis sine filiis legitimis, locus fuit ipsi substitutioni fideicommissariæ: ex quo per d. Nico. fuit adita hæreditas ipsius dominæ Paulæ vt præsupponitur, & cum euenerit d. conditio in persona ipsius Nico. ita decedentis, censetur grauatus de restituendo post eius mortem, adeo quòd dictus Matthæ. filius dicti Ant. substitutus poterit tale fideicommissum consequi, ex quo euenit ipsa conditio, & est locus ipsi substitutioni, quantumcunque fuerint instituti ipsi filij dictæ Pau. & substitutus extraneus & hoc voluit formaliter Io. de Imo. in d. l. hæredes mei. §. cũ ita in vltima charta in ver. si vero fuerit alternatiue concepta: iuncto eo, quòd in fine dicit ita quòd per hæc dici, & cõ eludi potest, quòd locus fuit ipsi substitutioni in persona ipsius Nico. ex quo talis substitutio fuit facta de filiis dicti Anto. & non sub conditione alternatiua, quæ verificatur in vna ex alternatiuis, ex quo decesserunt ambo non superstite aliquo filius legitimo ex dicto Nico. Non obstat in contrarium ad

9 ducta cum non ob. Non † enim ob. quòd habetur in d. l. quidam & in d. l. quamuis: cum tunc non fuerit apposita conditio alternatiuæ, sed copulatiuæ, prout pater in d. iu. quòd non est in casu prædicto vnde non ob. præterea ibi tendebat substitutio ad vnum & ad eundem effectum, quòd non est in casu prædicto: vnde non ob. nec ob. d. §. item si pa

10 ter, quia † in casu illo fuit facta ante substitutionem quædam præambula dispositio, per quam apparebat de mente testantis esse, quòd si solus masculus nasceretur, habere totum, & similiter si sola fœmina, & p cõsequens si ambo nascerentur, pariter vocaretur. l. si ita lib. & posthu. vñ p substitutio nẽ factã postea alternatiue in forma de qua ibi, nõ est verisimile testatorem voluisse vocare substitutũ nato masculo, licet fœmina nõ nascatur, vel ecõtra, prout voluit Io. de Imo. ibi: quod nõ est in casu prædicto, cum in casu prædicto nõ appareat de voluntate testatoris præcedente, videlicet, quòd voluerit dictã Christopho. succedere in bonis relictis dicto Ni. nec ecõtra: vnde cũ nõ appareat de dicta voluntate, admittetur ipse substitutus, ex quo euenit conditio alternatiue cõcepta prout verba sonant, prout voluit ipse Io. de Imo. ibi vnde non ob. quòd habetur in d. §. itẽ si pater. Nic. ob. quod voluit ipse d. Ange. in d. §. cum ita: cum illud habeat locum, quando ex ipsis liberis institutis vnus succedit alteri: quòd non est in casu prædicto vt supra

11 pater, vnde non obstat. Nec † ob. quòd habetur in d. l. generaliter & in d. l. Lucius vbi alternatiua resoluitur in copulatiuam, quia illud est ibi ex præsumpta mente testantis. quæ facilius præsumitur in casu illo, quã in casu prædicto prout voluit Ioã nes de Imo. in d. §. cum ita: in casu enim prædicto etiam si superexistat ipsa Christo. vel eius filij, non excluderent ipsum substitutum, ex quo ipsi non successerunt nec succedunt dicto Nico. ex quo dictus Nic. condidit testamentum, non instituendo dictam Christo. & eius filios, sed potius Regem Francorum, grauando Litar, eius filium & spurium, vt dictam hæreditatem teneat ad petitionem dicti Regis, & cum adiuerit restituat: vnde cum attento dicto testamento, & eius dispositione, nõ super sit persona, quæ verisimiliter excluserit & excludat ipsum substitutum, ex quo dicta do. Christo. etiam si viueret, vel eius filii non successissent, nec succederent dicto Nico. propter quòd non potest dici, quòd non sit locus ipsi substitutioni factæ sub dicta conditione alternatiua, ex quo dicta conditio euenit vt supra dictum fuit, & cum euenerit dicta conditio ex quo decessit dictus Nic. sine filiis legitimis, fuit locus dictæ substitutioni, & per dictam substitutionem vocatus fuit dictus Matthæ. cum substituerit dicta testatrix non simpliciter Anto. sed filios dicti Ant. sub quorum nomine venit dictus Mat. filius dicti Anto. ad hoc quòd habetur ff. de verb. sig. l. libe-

B rorum.

rorum.& ff.de re,du.l.si cognatis:ita quod veniet ad dicta substi.dictus Matth. filius dicti Anto.ex quo tantum superest, ad hoc quòd habetur.ff.de lega.2.l. peto. §. fratre & C. de verb. sig. l.fi. adeo quòd dictus Mat. consequetur & consequi debebit hæreditatē dictæ dominæ Pau. delatam dicto Nico. seu quod peruenit ad ipsum ex dicta hæreditate.C.communia de lega.l. 1.ad fi.& C.de fidei [12] commis.l.ab eo. detracta † tamen legitima & Trebellianica, ex quo eodem tempore non concurrunt prout communiter tenetur secundum quòd not.ff.de inoffi.testa.l.Papinianus.§. meminisse & C.ad l.Fal.l.quanquam & in c.Rainutius de testa. & hoc circa primum quæsitum. Circa secūdum vero, quòd est, an postquam est locus substitutioni, an supradictus Mat. agere possit contra dictum Litardum tenentem bona hæreditaria & circa hoc dicendum est, quòd agere poterit contra dictum Regem, ut restituat hæreditatem dictæ dominæ Pau.dicto Mat.prout & restituere tenetur si dictā hæreditatem adeat, ex quo euenit casus substitutionis.ff.de verbo: signifi.l. cedere diem. detracta tñ legitima debita dicta Nico. & etiam Trebellia [13] nica, vt supra ductum fuit, & etiam † contra curatorem datum bonis ipsius absentia si detur, prout & dari potest, iuxta no.ff. de cura. bo. dan.l. 1. & ibi per Bar.& per Bal. C. de successo. edic.in rub. & C.de fideicommis.auth.hoc amplius. imo forte contra dictum Litar.ipsa bona hæreditaria tenentem vice, & nomine ipsiua Regis ex mandato ipsius Ni.testatoris collato post mortem suam, prout & conferri potest, cum & possit testator conferre [14] † mandatum post mortem, adeo quòd non finitur morte.ff.man.l.si vero non remunerandi. §. fi. & prout not.ff.de leg.2.l.cum pater. §.meuio.vn- [15] de † poterit ipse Mat.conuenire dictum Litar. vt tenentem bona nomine dicti Regis, & vt eius procuratorem ex mandato dicti testatoris, vt restituat & restituere debeat quòd prouenit ad dictū Nico. ex hæreditate dictæ dominæ Pau. detracta tamen legitima & Trebellianica vt supra: quòd & denegare non debet vt faciat, quòd & ipse Rex facere debet, ex quo eius nomine tenet & pro ipso Rege, alias sequeretur, quòd si esset aliquis creditor qui debuisset recipere a dicto Nico.aliquam quantitatem, consequi non posset si non mitteretur ad dictum Regem, quòd est difficile.& sic tenens hæreditatem lucraretur cum aliena iactura, quòd est absurdum.ff.de condi. inde. l.nam & natura: cautius tamen est, vt agat contra ipsum Regem, requirendo ipsum, si vult dictam hæreditatem adire, vel ut faciat curatorem dari ipsis bonis ut supra. Domi. Benedi.

THEMA CONSILII XII.

Pvnctus, Quidam Antonius Mei de Montefalco, habens tres filios legitimos & naturales. videlicet Angelum, Brancacium, & Mattheum, qui erat mente captus, & dum vixit d. Ant.emancipauit in forma dictum Ang. qui eidem Ant. suo patri quietationem fecit in omnibus bonis suis, post quæ dictus Anton. suum vltimum condidit testamentum, & decessit, in quo inter cetera, instituit hæredes suos dictos Bran.& Mat. filios suos legitimos & naturales prædictos: & d. Andr. eius vxorem equali portione, cum hac conditione, quod quando dicta And.morietur, succederent eidem Branca.& Matthæ.sui filij & hæredes predicti:& ex post prefata domina Andre.uxor dicti Ant.obijt superstitibus sibi eisdem Bran.& Mat.& post mortem dictæ domine Andre. uxoris dicti Anto. dictus Mat. decessit intestatus, & nullis ex eo filiis remanentibus, & superstitibus sibi dicto Bran. & Ange.emancipato suis fratribus: modo idem Ange.frater dicti Bran.non ob.emancipatione premissa petit succedere eidem Matthæ.suo fratri tanquam ab intestato, vna cum dicto Bran. in omnibus illius bonis pro medietate tanquam proximior in gradu consanguinitatis. Ex parte dicti Brā. dicitur ipsum Ang. quoquomodo eidē Matthæ. succedere non debere, nec posse, cum nulla alia bona haberet: quam paternalia, quibus renunciauit expresse per ratificationem factam dicto suo patri dum uiuebat in forma. Queritur modo, quid iuris, an succedat ipse Ange.vel ne.& si succedat pro quota succedat.

SVMMARIVM.

1 *Scientia, & animus requiritur in adeundo, uel se immiscendo in hæreditate.*

2 *Demens non dicitur habere scientiam, & uoluntatem unde nec adire poterit hæreditatem.*

3 *Filius bona paterna ad se deuoluta, etiam si in eis se non immiscuerit, transmittit ad suos fratres iure suitatis, etiam si fuerit ignorans.*

4 *Renuncians filius & quietationem faciens patri de bonis patris, nihilominus non dicitur fecisse quietationem de bonis filii, & sic fratris sui, & de bonis, quæ ad ipsum fratrem peruenerunt, uel peruenire debuerunt etiam de bonis patris.*

5 *Suitas, & eius beneficium non tollitur per dationem cohæredis etiam extranei, & hæc est communis opinio.*

6 *Renuntiatio omni iuri quod quis habebat, & habere sperabat in bonis Titii, non extenditur ad bona postea quæsita, ob causam de nouo superuenientem, cum intelligatur ex causa subsistente, non de alia incogitata, & superuenienti.*

CONSILIVM XII.

In nomine domini, Amen.

Et si viso & cōsiderato præfato puncto, uideatur dicendum

cendũ q̃d dictus Ang. non succedat, nec succedere possit dicto Mat. & in eius bonis, ex pluribus. & primo, quia idem Ange. emancipatus a dicto Anton. eius patre quietauit & quietationem fecit dicto Anton. eius patri in omnibus bonis suis, & renunciauit, vnde non potest succedere dicto Matthe. cum non habeat alia bona, quam ipsa bona paterna, quibus renuntiatum est: vnde ob. dicta renunciatione non potest amplius super ipsis bonis recurrere: ad hoc quod not. C. de pac. l. si quis in conscribendo. & in c. ad apostolicam de regular. & in regula quòd semel placuit in 6. Quod & secundo videtur deduci ex alio, quia cum dictus Matthæ. esset demens, & hæreditatem paternam 1 non adijsset seu se immiscuisset, cum ad † adeundum hæreditatem requiratur scientia & animus adeundi seu immiscendi, prout patet ex his quæ habentur in l. gerit. ff. de acqui. hære. & C. qui se 2 ab hære. absti. l. 1. & 2. & in ipso de mente † non cadit scientia & voluntas, prout not. in cap. vnico de cle. egro. in 6. dici potest quòd talis hæreditas seu portio tangens eidem Matthæ. remanserit apud dictum Brancha. cohæredem institutum & eidem accreuerit. C. quando non peten. par. l. vnica & C. de cadu. tol. l. vnica. §. in nouissimo & §. his ita que. Quod ex alio videtur deduci, quia si talis portio remanet non adita, & accreuerit ipsi Bran. remansit in hæreditate dicti And. vnde nõ poterit ad eam recurrere, obstãte ipsa renũtiatione, ex quo renũtiauit ipsis bonis paternis, inter quæ videtur esse portio ipsius Matthæ. non adita, ad hoc quod habetur. ff. ex quibus causis ma. l. nec vtilem. Ad idem & quarto facit, quia dictus Ang. faciendo finem & refutationem, vt dicitur, renuntiauit omni iuri quod haberet & speraret habere in bonis ipsius Anto. propter quod videtur, q̃ non possit ad dicta bona recurrere, quantumcunque postea decesserit dictus Mat. per id quod habetur. ff. de statulib. l. 2. & ff. de verbo. obli. l. qui Romæ §. duo fratres. & ibi per Bar. Ita quòd per prædicta videtur dicendum, quod dictus Ange. nõ succedat, nec succedere possit dicto Matthæo, cum ita succedendo succederet in bonis d. An. quibus renuntiauit. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est vt succedat & succedere possit dicto Math. ab intestato decedenti, sicut & succedit dictus Branca. cum ambo æqualiter succedant dicto Mat. C. de legi. hære. aut. cessante. & in eius bonis imo, & etiam in bonis ad eum deuolutis, etiam si sint bona paterna, cum bona† paterna ad eum deuoluta, etiam si in eis se non 3 immiscuerit, transmittat ad dictos suos fratres iure suitatis, cum & suus censeatur. C. de cura. furi. l. fin. §. 1. vbi Bart. hoc voluit & in l. apud hostes. C. de suis & legi. cum filius etiam ignorans ratione suitatis etiam transmittat ad eius hæredes bona paterna, prout no. in d. in. & in l. si infanti. C. de iure delibe. & in l. ventre. ff. de acqui. hære. & potius transmittet dictum fideicommissum sibi relictum post mortem dictæ An. eius matris per dictum Anto. cum dictus Anto. dictæ An. eius vxori & matri dictorum Ange. Branca. & Ma. institutæ in tertia parte, substituerit dictos Branca. & Ma. & ante mortem dicti Mat. euenerit conditio, cum decesserit dicta An. superstite dicto Mat. vnde tale fideicommissum ad hæredes eius transmisit, prout not. ff. de leg. 1. l. cum filio. & C. de fideicommis. l. si in personam. ita quod dictus Ange. succedit & succedere poterit dicto Mat. pro medietate, & succedendo eidem succede in medietate tertiæ partis relictæ dominæ And. & post eius mortem dicto Ma. imo & etiam in medietate tertiæ partis eidem Ma. relictæ per dictum Anto. suum patrem, etiam non agnitæ per dictum Mat. per iura supra allegata. Non ob. in contrarium adductis, cum non ob. 4 nam † quantumcunque dictus Ange. quietauerit & quietationem fecerit de bonis dicti Anton. nihilominus non fecit quietationem de bonis dicti Ma. & de bonis quæ ad ipsum Mat. peruenerent & peruenire debuerunt etiam de bonis dicti Anton. ad hoc quod habetur. ff. de pac. l. si vnus. §. ante omnia. & in l. tres fratres. & ff. de trans. in l. qui cum tutoribus. ubi videtur expressum: vnde non ob. quod & primo in contrarium supra adducitur. Nec ob. quod & secundo in contrarium adducitur, cum Portio dicti Matth. etiam non agnita non accrescat ipsi Branca, sed potius eam transmittat 5 ad eius hæredes beneficio suitatis, cum † ipsa suitas & eius beneficium non tollatur per dationem cohæredis, etiam extranei. C. de iure deliber. l. si fratris & ita ibi not. & communiter tenetur, vnde cum transmittat dictus Mat. portionem sibi delegatam etiam non agnitã, ad suos hæredes, transmittit ad dictum Ange. pro medietate, ex quo pro medietate succedit, quòd fortius transmitteret si per ipsum legitime agnita fuisset. C. de iure deliber. l. si auia. cum tunc non tractetur de bonis ipsius Anton. sed de bonis ipsius Mat. in quibus sine dubio succedit: vnde non ob. Nec ob. si dicatur quod ipse Ange. non potest causam petere & consequi, ex quo ita quietauit & quietationem fecerit de bonis dicti Anto. quia licet quietauerit & quietationem fecerit de bonis dicti Anton. tamen ex quo dictus Matth. successit vt suus, ratione suitatis censetur fuisse & esse dicti Mat. ipsa bona post mortem ipsius Anton. ff. de liber. & posthu. l. in suis. vnde ipse Ang. in ipsius bonis succedit, non vt in bonis dicti Anto. sed vt in bonis ipsius Ma. ratione suitatis, cum ratione suitatis ipsa transmittat. vt supra dictum fuit, propter quod dicta refutatio seu quietatio ad eam se non extendit, cum non censeantur bona ipsius Anto. sed bona ipsius Mat. & ut supra transmittit, prout supra dictum fuit, vnde non ob. Nec ob. si dicatur quod ipse Angelus renũciauit & quietauit omni iuri, quod habebat & habere sperabat in bonis ipsius Ant. quia primo hoc non constat, & si de hoc constaret, quod sic re-6 nunciasset, nihilominus † talis renuntiatio non extenditur ad bona postea quæsita ob hanc causam de nouo superuenientem: cum intelligatur ex causa subsistente: non autem ex causa de nouo superueniente. cum talis renuntiatio non trahatur ad causam de nouo superuenientem & incogitatam, vt patet ex notatis in d. l. tres fratres & in d. l. qui cum tutoribus & plenius per Bar. in d. §. duo fratres. circa prin. in prima oppositione & in uersicu. sexto quæritur. vnde cum prædicta non ob. con-

cluditur & concludi potest, quod dictus Ange. successit & succedit dicto Matth. pro medietate, in quibuscunq; bonis suis, & ad ipsum delatis, etiam si fuerint bona dicti Anto. & ad ipsum delata Do. Benedi.

THEMA CONSILII XIII.

PVnctus. Quidam Antonius de Sancto Domito de Aquila cōtraxit matrimonium cum quadam Marucia, pro cuius dote recepit certas possessiones red dentes fructus quattuor Salmarum grani annnatim, & ex ea suscepit quendam filium nomine Sanum, & duas filias Massiam & Pasquam. & deinde decessit superstitibus dictis filijs, & condito testamento, in quo inter cætera iudicauit & reliquit dotem de paragio dictis suis filiabus, & in ea hæredes instituit, & ipsum suum hæredem vniuersalem instituit, & ipsam Maru. eius vxorem dominam maiorem suorum bonorum reliquit: post mortem dicti domini Anto. dicta domina Maru. tutelam assumpsit dictorum suorum filiorum, & administrauit bona ipsorum filiornm, quæ remanserunt in hæreditate dicti Anto. in qua hæreditate inter alia remanserunt nonnulla bona stabilia & mobilia, & oues, & animalia, quæ animalia & oues bona mob. d. Maru. alienauit, deinde decessit d. Sano superstite Anto. eius filio legitimo & naturali, & condito testamento, in quo hæredem instituit dictum Anto. eius filium, substituendo eidem in casu quo decesserit sine filijs prædictas, Mas. & Pasq. suas sorores carnales, & dictam Maru. eius matrem dominam maiorem suorum bonorum reliquit, in cuius hæreditate inter alia remanserunt nonnulla bona stabilia, mobilia, & boues & alia animalia, & cum dictus Anton. esset pupillus, assumpsit dicta Maru. tutelam eius, & eius bona administrauit, vendendo dictos boues, & ipsa Maru. nonnulla bona nomine suo proprio emit, tam tempore administrationis tutelæ, & bonorum dicti Sani, quam administrationis tempore tutelæ & bonorum dicti Anton. & deinde ipsa Maru. decessit superstitibus dictis Mas. & Pasq. suis filiabus, & dicto Anton. eius nepote, condito testamento, in quo dictis suis filiabus aliquid reliquit in quo ipsas hæredes instituit, & dictum Anton. eius nepotem hæredem vniuersalem instituit. Deinde dictus Anto. adultus intrauit religionem Fratrum Minorum beati Fran. de obseruantia, & ante professionem, vt dicitur, fecit testamentum, in quo hæredes instituit procuratores Sancti Ber. vt omnia bona mobilia & stabilia quæ de iure ad ipsum spectant, mittantur in Ecclesia Sancti Ber. & ad præsens dicta Mas. & Pas. dicunt quod hæreditas dicti Sani eis restitui debet, ex quo dictus Anto. dici potest mortuus, intrando dictam religionem, propter quod dici potest, quod euenit casus substitutionis factæ in testamento dicti Sani, adeo quod dicunt eis restitui debere hæreditatem d. Sani, detracta tamen legitima & Trebellianica, & detracta dote d. Mas. Pasq. & in istis non cadit dubitatio. Sed dubitatio cadit, quia, prout dicitur, pro parte dictarum Mas. & Pasq. debet dictis mulieribus restitui non solum me dietas bonorum, quæ peruenerunt ad manus dictæ Maru. ex venditionibus bonorum per eam factis de ouibus, & alijs animalibus & bonis mobilibus, & immobilibus per eam venditis in uita dicti Sani, & etiam de alijs bonis dicti Sani per eam venditis post mortem ipsius Sani, non fuit facta mentio in transactione, quòd de eis debet reddi ratio administrationis per hæredes dicti Ant. hæredis dictæ Maru. & etiam dubitatio cadit, quia prout dicitur pro parte ipsarum mulierum, quòd licet ipsa Maru. emerit nomine suo certa bona tempore vitæ dicti Sani & Anton. eius filij, præsumitur emisse de bonis dicti Sani. cum bona dicti Sani essent longe maioris fructus, & redditus, quam bona dictæ Maru. propter quod censentur empta pro dicto Sano, & ei cędunt, vnde veniunt restituenda saltem pro medietate, & ultra etiam dicunt quòd dicta bona fuerunt empta de fructibus ipsius dominæ Marij. & matris dicti Anto. etiam restitui fructus dictarum dotium ante omnia, & etiam dicunt qualiter dictus Ant. refecit certas domos ruinatas de dicta hęreditate dicti Sani, vnde dicunt quod debent rehabere medietatem sumptum factorum pro reparatione dictarum domorum: & quæritur quid iuris de prędictis.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris, seu curatoris hæres tenetur ex persona ipsius tutoris, vel curatoris reddere rationem administrationis, & reliqua restituere.*

2 *Tutor, vel curato, re mens bona tempore suæ administrationis, ex pecunijs pupilli, vel minoris, fiunt ipsorum minoris, & pupilli, quamuis tutor nomine proprio emerit.*

3 *Tutor, seu curator emens bona de pecunijs redactis ex bonis pu-*

nis pupilli, vel minoris, aut ex eorum fructibus, nomine suo, sunt tutoris propria, sed pupillo, & eius haeredibus tenetur reddere pecuniam redactam ex dictis bonis, & interesse.

4 *Tutore uel curatore emente bona, uti tutore uel curatore, etiam ex pecuniis, pupilli, uel minoris, ea bona ipsius tutoris, uel curatoris erunt, sed tenebitur reddere rationem administrationis & res empta erit obligata pro ipsa pecunia, nisi in subsidium, quia tunc dicta bona, uti minores uendicari possent.*

5 *Tutor, uel curator emens bona, creditur de sua pecunia emere.*

6 *Administrator emens bona, censetur de propriis pecuniis emere & utrum sit recurrendum ad coniecturas de quibus ibi.*

7 *Tutrix, uel curatrix mater uidua emens bona, praesumitur potius emisse pecunia filii pupilli, uel minoris, aut mariti, quam sua propria, ad tollendum sinistram suspicionem.*

8 *Vidua stans in domo mariti defuncti, & emens bona, praesumitur ea emisse ex pecunia mariti ad uitandum sinistram suspicionem, cum ipsa, donec est uidua, uideatur stare primo matrimonio nisi ex coniecturis aliud appareat.*

9 *Tutor uel curator emens bona censetur propria pecunia illa emere, nisi aliud appareat ex coniecturis, ad quas recurrendum est.*

10 *Coniectura consideranda ad iudicandum utrum quis propria pecunia res emerit, an aliena.*

11 *Vxor relicta Domina & Massaria omnium bonorum, ex illis uerbis non consequitur dominium bonorum mariti, nec etiam usumfructum, sed solum alimenta stantibus filiis aut nepotibus, attenta consuetudine Bulgari, qua seruatur.*

CONSILIVM XIII.

In nomine domini, Amen.

Pro declaratione praedictorum duo videnda sunt. Et primo de ouibus, animalibus, & de aliis bonis, quae fuerunt dicti Ant. seu ipsius Sani eius filii, alienatis per dictam dominam Maru. tam tempore vitae dicti Sani, quam post eius mortem, & de istis haeredes & successores ipsius Anto. eius nepoti. haeredia vniuersalis dictae Maru. tenentur reddere rationem administrationis pro medietate, dictis dominabus Mas. & Pas. & substitutis dicto Ant. C. de haere. tuto. l. fi. & 2 per totum. tenentur enim haeredes ipsius dominae Maru. ex persona dicti Ant. haeredis ipsius reddere, & reassignare rationem dictis dominabus Mas. Pas. & eis reliqua restituere pro medietate, cum bona ipsius Sani peruenta ad manus dictae Maru. restituenda sint pro medietate dictis Mas. & Pas. sicut alia bona dicti Sani. ff. ad Trebel. l. 1. §. fuit quaesitum & C. eo. ti. l. 1. & 2. & in d. iu. plenius not. & in hoc difficultas aliqua non cadit, cum ipsis Mas. & Pas. restituenda sint, non solum bona immobilia, & mobilia dicti Sani non alienata pro medietate: sed etiam pretia bonorum ipsius Sani alienatorum pro ipsa medietate, si non fuissent computata in ipsa legitima & Trebellianica, prout & computari debuerunt ipsis Mas. Pas. volentibus & consentientibus. ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. res quae & prout ibi not. & C. Fami. herc. l. filium quem habebtem. Sed difficultas cadit in bonis emptis per ipsam doninam Maru. pro tempore quo 2 fuit tutrix uel curatrix dicti Sani. Circa † quae dicendum est, quòd si dicta domina Maru. emit dicta bona de pecuniis ipsius Sani & tunc ipsa empta efficiuntur ipsius Sani quantumcunque emerit nomine proprio, prout voluit gloss. not. C. de rei vendi. l. si vt proponis. vbi Barto. hoc idem voluit & similiter Bald. ibi. & ipse Barto. in l. Titium & meuium. §. altero. ff. de admini. tuto. & etiam ipse Bald. in l. si patruus. C. communia vtriusque iudi. per l. 3 2. ff. quando ex facto. si vero † ipsa bona empta fuerunt non ex pecuniis dicti Anto. sui mariti, aut ipsius Sani, sed ex pecuniis redactis ex bonis ipsius Sani, aut ex eorum fructibus, & tunc bona empta ex ipsis pecuniis per ipsam Maru. nomine suo, essent ipsius propria, sed ipsi Sano minori & eius haeredibus tenebitur reddere ipsam pecuniam redactam ex bonis ipsius Sani. & interesse. vt d. §. altero. vbi Bartol. hoc voluit & similiter in d. l. si patruus. quòd & similiter voluit Bald. in d. l. si pa-4 truus. si vero † dicta domina Maru. emisset ipsa bona non nomine proprio: sed vt tutrix vel curatrix, tunc dicendum est, quod ipsa bona erunt propria ipsius dominae Maru. quantumcunque dictus Sanus fuerit minor 25. annis, & emerit ipsa bona ex pecuniis ipsius Sani redactis ex eius bonis, sed tenebatur reddere rationem administrationis, prout voluit Barto. in d. §. altero. per d. l. si patruus. quod & voluit similiter Bart. in d. l. patruus. & in d. l. si vt proponis. vbi hoc idem dicit dicens, hoc procedere nisi in subsidium, cum in subsidium per ipsum minorem res vendicari possunt per. l. si filiae. ff. de solu. & prout not. ff. quando ex fac. tuto. l. 2. quod tamen Bald. ibi non approbat dicens, hoc non probari per d. l. si filiae. sed bene dicit quod ipsa res empta erit obligata pro ipsa pecunia vt ibi plenius per eum, super quo aliter non insisto. Nec similiter insisto, quando ipsa bona fuissent empta per ipsam dominam nomine suo, tempore quo dictus Sanus esset maior. 25. annis, cum & tunc ipsa bona effecta fuissent ipsius dominae Maru. sed ipsa tenebatur restituere dicto Sano. & eius haeredibus pecunias redactas ex bonis ipsius Sani, prout in d. lu. not. cum vt puto casus iste non venerit. Circa quae cadit dubitatio & non parua, cum praedicta procedant, quando constaret quod dicta bona fuissent empta ex pecuniis ipsius Sani: vel redactis ex eius bonis, vel, quando fuissent empta ex pecuniis ipsius dominae Maru. Sed si non constaret ex quibus pecuniis dicta bona per dictam dominam Maru. fuerint empta, quod est secundum de quo dubitatur: 5 & circa hoc † videtur prima facie dicendum, quod praesumantur empta ex pecuniis propriis ipsius do. Maru. C. arbi. tute. d. l. si defunctus. per quam l. Bar-6 to. in d. §. altero. dixit † quod si dubitetur de cuius pecuniis censeantur empta bona per administratorem, praesumitur in dubio empta de propria pecunia ar. l. si defunctus. imo plus dicit, quod nō est recurrendu ad coniecturas, quas tangit gl. in l. cū oportet. in prin. C. de bo. quae li. & hoc idē ipse voluit in d. l. si

7 patruus.& clarius in d.l.cum oportet. sed certe † hoc non videtur esse verum, vt in dubio præsumatur empta per dictam dominam Maru. tutricem seu curatricem,& viduam ex propria pecunia: imo potius ex pecunia ipsius Sani, sicut & si emisset matrimonio constante.ff.de dona.inter vir.l.quintus. tunc enim videtur empta ex pecunia ipsius viri ad tollendum sinistram suspicionem, prout not. d.l. quintus & C. de dona. inter virum & vxo. l. etiam. quod & simili-
8 ter † videtur habere locum in ipsa vidua permanente in domo mariti ad vitandum sinistram suspicionem, cum & ipsa donec est uidua, videatur stare primo matrimonio. C. de bo. mater. l. fin. & prout not. C. de rei vxo. acti. l. vnica. §. exactio, per quæ iura Barr. hoc voluit in l. filiis. §. vidua. ff. ad municipa. quod verum est nisi aliud appareat ex coniecturis, vel alio modo, prout not. in d. l. quintus. & in d. l. cum oportet. in prin.& ibi per Bart.& in d. §. altero, ita quòd attentis prædictis recurrendum est ad coniecturas, quod & locum habebit
9 etiam si non fuisset vidua: sed fuisset † alius tutor seu curator emens proprio nomine, cum & tunc & si in dubio præsumatur emere de propriis pecuniis vt d.l. defunctus. & ff. de priui. credi. l. si ventri in fin. tamen hoc est verum nisi aliud appareat ex coniecturis ad quas recurrendum est, prout voluit not. Bald. in d. l. si patruus, dicens recurrendum esse ad coniecturas, quando dubium est ex qua pecunia ac-
10 quisiuerit, & considerari † debebit quantitas bonorum, & an pœnes se habeat administrationem & gestionem, & cuius conditionis sit, & utrum consueuerit lucrari uel non. ex istis enim coniecturis & aliis bonus uir iudicabit, & præsumet ex qua pecunia emerit, vt plenius ibi per eum: ita quod in casu prædicto, si est bonus vir seu iudex aditus arbitrabitur, & iudicabit ex ipsis coniecturis, an dicta do. Maru. emerit dicta bona ex propriis pecuniis, vel ex pecuniis dicti Sani, habendo principaliter considerationem ad bona ipsius do. Maru. & dicti Sani, & ad quantitatem ipsorum bonorum, prout voluit Bald. in d. l. si patruus. quod & satis æquum est, pro quo facit etiam quod not. per gloss. & Bald. in d. l. cum oportet. quod procedit & procedere posset, quantumcunque dicta Maru. fuerit relicta domina & Massaria, omnium bonorum. cum
11 ex his † verbis non consequatur dominium bonorum dicti Ant. sui mariti, & dicti Sani sui filii, imo nec usumfructum, sed solum alimenta, stantibus filiis, seu nepotibus attenta consuetudine Bulgari, quæ seruatur prout not. C. si secundo muli.nup. in auth. hoc locum. & ibi per Bald. & per Bart. in l. Titia. §. Titia. ff. de leg. t. & per Bal. in l.2. C. de indic. uidu. cum, ut præsupponitur, ipsa emerit dictas possessiones, & bona ex pecuniis ipsorum Anto. sui mariti, seu dicti Sani sui filii, uel ex pecuniis redactis ex fructibus uenditis ultra alimenta, cum bona ex ipsis pecuniis empta pertinuerint ad dictum Sanum ut supra dictum est: & si redacta fuerint ex fructibus ultra alimenta, eidem Sano & successoribus erunt restituenda, ut supra plenius dictum fuit. Item procedit quantumcunque in transactionem sit deductum de fructibus recollectis per ipsas Mas. & Pasq. in hæreditate ipsius Sani, & successiue vto. eius filii ante professionem ipsius, ut sint & esse debeant ipsorum procuratorum, ut supra &c. quia licet sit ita iu. dicta transactione cautum de ipsis fructibus, tamen ex hoc non uidetur cautum de proprietate bonorum, nec de ipsorum possessionibus. imo & de ipsis bonis ipsius Sani fuit expresse dispositum, quod essent dictarum do. Mal. & Pasq. pro medietate, inter quæ bona ueniunt bona empta per dictam do. Maru. de pecuniis dicti Sani, cum ipsius Sani effecta fuerint ut supra plenius dictum fuit: ita quod per prædicta dici & concludi potest, quod bona empta per dictam do. Maru. ex pecuniis dicti Sani, quantumcunque empta fuerint nomine proprio, pro tempore quo ipsa fuit curatrix uel tutrix, ueniunt restituenda pro medietate dictis dominabus, sicut & alia bona dicti Sani: sed si fuerint empta ex pecunia redacta per dictam do. & bonis, seu fructibus ipsius Sani & perceptis & uenditis ultra alimenta, ipsæ pecuniæ ueniunt restituendæ pro medietate dictis dominabus, cum interesse, prout supra plenius dictum fuit, si de his constet. in dubio uero, si non appareat unde fuerint empta, & ex quibus pecuniis dicta bona, recurrendum est ad ipsas coniecturas, prout supra plenius dictum fuit Do. Bene.

THEMA CONSILII XIIII.

PVnctus, Quidam Ioannes veniens ad mortem decessit intestatus, superstite sibi Petrucia eius filia pupilla, quæ post mortem eius per tres annos postea decessit pur in pupillari ætate, superstitibus domina Catharina eius matre, & Ceccheo eius auo materno, & Andrea eius fratre Consobrino videlicet filio domi. Nicolæ sororis dicti Ioa. cui domi. Petruciæ dum uixit domi. Cathari. eius mater, non petijt tutorem nec de eo prouidit eidem. Dubitatur modo quis successit, & succedat in hæreditate dicti Ioan. patris dictæ Petruciæ. & consequenter postea quis successerit dictæ Petruciæ: an dicta Cath. eius mater, non obstante quòd non petierit tutorem, quæ etiam erat minor 25. annis tempore mortis viri, excluso ipso auo materno, & dicto Anto. fratre Consobrino. An vero succedat domi. And. maxime stante statuto de succedentibus ab intestato in ver. si vero fuerit filius, quòd transmittitur. in dei nomine consulatur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Filius hæreditatem etiam non agnitam transmittit ad eius hæredes, & ita communiter tenetur.*

2 *Mater.*

2 *Mater priuatur successione filij, ex quo ei infra annum non petijt tutorem.*

3 *Mater præfertur fratribus, et fratrum filijs, dummodo non sint vtrinque coniuncti in successione filij.*

4 *Minor 25. annis admittitur ad successionem, licet tutorem pupillo non peterit. quia excusatur.*

5 *Mater, quamuis excludatur a successione filij propter non petitum tutorem pupillo infra annum, tamen ob id non excluditur pater matris, & sic auus maternus, nam licet excludatur mater existens in primo gradu, tamen non excluditur ipse sequens in gradu, prout communiter tenetur.*

6 *Pœnalis materia non est extendenda, sed potius restringenda.*

7 *Statutum exclusiuum loquens de fratre, intelligitur de fratre carnali vtrinque coniuncto, vel consanguineo tantum, & non de fratre Consobrino.*

8 *Statutum loquens de fratre, intelligitur de fratre existente in primo gradu fraternitatis, & non de quocunque fratre.*

9 *Statutum loquens de patruo, intelligitur de patruo proprio, & per prius, & non per posterius, vnde si excludat matrem existente patruo, non excludetur si existat patruus magnus.*

CONSILIVM XIIII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo videatur dicendum, q hæreditas dicti Ioan. pertinuerit, & spectauerit ad dictam do. Pe. eius filiam, ex quo decessit ipse Io. superstite dicta Pe. eius filia legitima & naturali. ff. de libe. & posthu. l. in suis. & C. de suis & legi. aut in successione. & post mortem dictæ Pe. pertinuerit, & spectauerit, ad hęredem ipsius dominæ Pet. & hodie pertineat & spectet ad eius hæredem: etiam si non adiuerit ipsa, seu se non immiscuerit, cum † ipsa filia hæreditatem etiam non agnitam transmittat ad eius hæredes. C. de suis & legi. l. apud hostes. & ita communiter tenetur, prout not. ibi & ff. de acqui. hære. l. ventre. & ff. de rebus dubijs. l. qui duos & C. de iure delibe. l. si infanti. & in hoc non cadit dubitatio, ex quo ita communiter tenetur. Sed dubitatio cadit in hæreditate dictæ Pe. cui sit delata, & quis succedat in hæreditate ipsius, cum ipsa Pet. decesserit in pupillari ætate, & post tres annos post mortem eius patris, non dato nec petito aliquo tutore, superstitibus ipsa do. Catha. eius matre, & dicto Cie. auo materno, & dicto And. fratre consobrino. Circa quod & si videatur prima facie dicendum, quod dictus And. successerit, & succedat dictæ Per. exclusa dicta Catha. eius matre, ex quo dicta Per. decessit in pupillari ætate, non petito per ipsam Catha. matrem aliquo tutore, cum † mater ipsa priuetur ipsa successione, ex quo non petit tutorem infra annum. ff. qui peta. tu. l. 1. & 2. & ff. ad Tertu. l. 2. §. si mater & §. confestim & C. de legi. hære. l. sciant cuncti. & etiam excluso ipso Cie. auo materno, cum non solum mater, sed etiam sequens in gradu, prout est ipse auus maternus, videatur excludi ab ipsa successione, ex quo ipsa Pe. decessit per duos, imo per tres annos post mortem patris, prout voluit Barth. C. qui Pet. tuto. l. nepotibus vbi de hoc imo & etiam si non priuetur propter non petitum tutorem sequens in gradu, nihilominus ipse pater videtur priuati sicut & mater quæ est in eius potestate. ff. de infami. l. quid ergo. §. si quis alieno. vbi Bat. hoc videtur tenere, vnde si propter non petitum tutorem excluditur ipsa Cath. mater, & similiter ipse Cie. auus maternus, hæreditas dictæ Pet. defertur, & deferri videtur dicto An. proximiori consanguineo, & attinenti. ff. de suis & leg. l. 1. in fin. & l. se. & prout not. in d. l. 2. ff. qui peta. tuto. & in d. l. sciant cuncti. ita quòd dictus An. de iure communi videtur succedere in hæreditate dictæ Petr. exclusis ipsis Catha. & Cie. imo & non solum videtur succedere de iure communi, sed etiam de iure municipali, & statutario, cum prout disponitur in ipso statuto posito sub rub. de successionibus ab intesta. in ver. si vero fuerit filius vel filia. si filia decesserit ab intestato, & non habeat descendentes, succedant ascendentes per lineam masculinam, vnacum fratribus defuncti, vel filiis fratrum masculis, si supersunt, sed si decessit non superuenientibus ascendentibus, vel descendentibus volentibus succedere, succedunt fratres masculi, & filij fratrum masculi vtrinque coniuncti, si fuerint, & si non fuerint succedant fratres masculi consanguinei, & filij masculi dictorum fratrum consanguineorum tantum, & si non supersint succedant patrui, & filii masculi patruorum, exclusis sororibus, & matre, & auo materno, & omnibus aliis attinentibus ipsi decedenti ex latere matris, ita quod attento tali statuto, videtur dicendum quod dictus And. succedat & successerit, cum dicta Petru. decesserit ab intestato non superuiuentibus aliquibus descendentibus, imo & nec ascendentibus per lineam masculinam, superstite ipso Andr. eius fratre, imo & filio quodammodo patri, ex quo fuit & erat filius Nico. sororis carnalis dicti Ioan. ff. de gra. l. iurisconsultus. §. tertio gradu. Ita quod per prædicta videtur dicendum, quod dictus Andr. successit & succedat in hæreditate dictæ Pe. & consequenter in bonis & hæreditate dicti Ioan. ex persona dictæ Pe. eius sororis, exclusis dictis Catha. & Cie. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, vt successerit & succedant dictæ Pet. dicta Cathari. eius mater exclusis dicto Cie. auo materno, & excluso dicto And. fratre Consobrino, cum ex parentibus seu descendentibus succedat in primo gradu. C. ad Tertu. aut. defuncto. & ipsa † mater præferatur fratribus & fillis fratrum, dummodo non sint vtrinque coniuncti. C. de legi. hæredi. aut. cessante. & multo fortius ipsa mater præfertur ipsi And. cum non sit frater ipsius Pet. vtrinque coniunctus, imo nec filius fratris seu sororis dictæ Petru. sed filius seu soror dictæ Pet. sed filius Nico. amitæ dictæ Pet. & sic non sit in tertio gradu in quo erat ipsa Nico. sed in quarto. ff. de gra. l. iuriscon. §. tertio gradu. & §. quarto gradu. vnde ipsa d. Cath. de iure excludit ipsum And. cum ipsa sit in primo gradu vt d. l. iurisconsultus. §. primo gradu. & prout not. in d. aut. cessante. & in d. auth. post fratres. C. de ligi. hære. quod

& locum habet quantumcunque ipsa do. Cath. non petierit aliquem tutorem dari, cum excusetur, adeo quod non perdit successionem propter non petitum

4 tutorem. Ex quo † vt præsupponitur. ipsa erat tempore mortis ipsius Io. minor 25. annis. C. si aduer. de lic. l. fi. ita quod ipsa succesit & succedit dictę do. Pe. & in eius hæreditate & bonis: & consequenter in bonis & hæreditate dicti io. eius patris, exclusis ipsis Cie. & An. sed posito quod ipsa do. Cath. fuisset exclusa propter non petitum tutorem, ex eo quia tempore mortis dicti Io. fuisset maior 25. annis tamen

5 † non excluditur a dicta successione dictus Cie. auus dictæ Pe. quantumcunque excludatur ipsa mater existens in primo gradu, tamen non excluditur ipse sequens in gradu propter non petitum tutorem, prout voluit gl. in l. nepotibus, & Bald. in d. l. sciant cuncti & in l. precibus. C. de impu. & aliis subftit. in 5. col. vbi latius de hoc, & ita communiter tenetur, pro quo

6 facit, quia hæc materia est pęnalis, vnde † non est extendenda, imo potius restringenda vt in regula odia. & in regula: in pęnis. in 6. vnde non ob. Nec ob. si dicatur quod cum ipse pater haberet ipsam Cath. sub potestate sua non excusatur, si ipsa non petijt tutorem: prout & petere debuit, cum ipse legitimus administrator potuerit hoc facere vt d. §. si quis alieno. prout voluit Bar. ibi. Nam ad hoc respondetur, quod verum non est quod ipse pater excludatur ab ipsa successione propter non petitum tutorem ab ipsa matre, cum contrarium voluerit Bal. in d. §. si quis alieno, maxime ea ratione, quia diuersa est materia pęnę d. §. si quis alieno, & pœna polita in materia pœnæ d. §. si quis alieno, a pœna posita in materia tutelarum: in qua non requiritur consensus patris cum publici iuris sit. ff. ad Trebel. l. nam quod. vnde potest assumi ipsa tutela per filiumfamilias sine consensu patris, prout voluit Bal. ibi secundum quod refert do. Io. de Monte Sperello hoc idem tenens in d. §. si quis alieno. vbi plenius de hoc: super quo aliter non insisto, cum non expediat, maxime considerato, quod ipsa do. Cath. fuit, & erat minor 25. annorum tempore mortis dicti Io. propter quod non excluditur a successione, prout supra dictum fuit: & si excludatur, non excludetur ipse auus maternus propter ipsum And. cum ipse auus maternus sit in secundo gradu. vt d. l. iurisconsultus §. secundo gradu. vnde præfertur de iure communi ipsi And. existenti in quarto gradu, ad hoc quod not. ff. ad Tert. l. 1. §. ad Tert. l. t. ad patrem & l. sequen. & in d. aut. defuncto. & d. aut. cessante. & in d. aut. post fratres. Ita quod attentis prædictis de iure succedit dicta Cath. in bonis & hæreditate dictæ Petru. & consequenter in bonis dicti io. & si ipsa non succedat, succedit ipse Cie. eius auus maternus, prout & supra plenius dictum fuit, non ob. d. statuto, cum non ob. Non enim ob. si dicatur quod ipse And. succesit dicto Pe. ex quo est frater seu filius patrui seu amitę, & non superest aliquis ascendens per lineam masculinam, nam licet non supersit aliquis ascendens per lineam masculinam, tamen superest mater, quæ non excluditur a dicta successione per dictum statutum, imo & nec ipse Cie. auus maternus propter existentiam dicti And. quia licet forte non supersit ascendens per lineam masculinam, nihilominus non superest frater vtrinque coniunctus, imo nec frater masculus consanguineus, prout statutum videtur requirere, cum statutum † tale exclusiuum, lo-

7 quens de fratre intelligatur de fratre carnali vtrinq; coniuncto, vel consanguineo tantum, & non de fratre Consobrino, prout est dictus An. prout voluit for-

8 maliter Bal. C. ad Trebel. l. in bemus. §. fi. tale. † enim statutum loquens de fratre intelligendum est de fratre existente in primo gradu fraternitatis, & non de quocunque fratre, & ita dicit se consuluisse arg. eius quod not. Io. Butri. in l. 1. C. de succes. edi. dicēs quod si statutum excludat matrem existente patruo non ex-

9 cludetur si existat patruus magnus, cum † statutum intelligi debeat de patruo proprio & per prius, & non per posterius. ff. de vulga. & pup. l. qui liberis. §. hæc verba. vt plenius per ipsum Bal. in d. §. fin. & in d. l. 1. & in vsibus Feudorum in titu. de Feu. Marchiæ. in c. 1. in fi. vbi formaliter hoc vult: ad hoc etiam quod no. ff. si ager vectig. l. 1. §. qui imperpetuum. unde non ob. tale statutum: Nec ob. si dicatur quod & si non superfit frater carnalis, superest filius patrui, qui videtur similiter excludere matrem & attinentes ex latere matris. Nam ad hoc respondetur quod certe dictus Andr. non est filius patrui, sed potius filius amitę. ff. de gradi. l. iurisconsul. §. tertio gradu & §. quarto gradu. Vnde tale statutum de eo non loquitur, & cū de eo non loquatur, ipsam matrem nec auum maternum non excludit, prout not. ff. de acqui. hære. l. si seruum. §. non dixit prætor. & C. de collu. l. illam. imo & si ponderentur uerba dicti statuti in uer. & si prædicto decedenti non supersint: cum non supersint descendentes, vel ascendentes, uel collaterales, prædictis succedunt tunc attinentes secundum formam iuris communis. Vnde succedit ipsa mater, uel auus maternus. vt supra, cum ipsi succedant de iure communi, non existentibus descendentibus per lineam masculinam, fratribus carnalibus, patruis & filiis patruorum, prout est in casu prædicto. vnde tale statutum non ob. & cum non ob. concluditur & concludi potest quod dictæ Pet. & in eius hæreditate, & consequenter in hæreditate dicti Io. succedit, & succedere debet ipsa Cath. prædicta mater & si ipsa non succedat, succedet dictus Cie. excluso dicto And. Domi. Bene.

THEMA CONSILII XV.

PVnctus, Quidam Nerius de Sarciano condidit testamentum in quo inter alia iudicauit & reliquit iure institutionis Helisabeth, & Margaretæ eius filiabus legitimis & naturalibus, videlicet cuilibet ipsarum Florenos ducentos in, & de supra suis bonis, in qua quantitate quamlibet ipsarum dotauit, & hęredem instituit: iubens & mandans ipsas, & quamlibet ipsarum plus nō petere de bonis suis, nec ratione legitime, nec quacunque alia ratione, iure, modo, vel causa, sed ipsas & quamlibet ipsarum stare debere tacitas, & contentas dicta portione, & institutione & si contige-

contigerit ipsarum alteram decedere quandocunque sine filijs, vno, vna, vel pluribus legitimis & naturalibus, alteram superuiuentem, seu eius filios legitimos, & naturales vnum, vnam, vel plures, tūc pupillariter, vulgariter & per fideicommissum substituit: & si ambe decederent quandocunque sine filijs legitimis, & naturalibus, vno vna, vel pluribus, tunc eisdem in dictis quantitatibus dotium vt supra relictarum, eisdem benedictū Baptistæ, Laurentium, & Ioannutium regionis, æquis portionibus, & hæredes ipsorum substituit: & substitutionem ultimo loco factam locum habere uoluit, post mortem infrascriptæ eius hæredis uniuersalis, si casus substitutionis euenerit. In omnibus autem suis bonis sibi uniuersalem hæredem instituit, & fecit do. Nico. eius matrem, & deinde decessit dictus testator superstitibus dicta Nico. eius matre, & dictis Helisa. & Mar. Filiabus: deinde decessit dicta Helisa. ætatis 7. annorum superstitibus dicta Marga. eius sorore, & Nico. eius matre, & Fran. eius auia. deinde decesserunt dicti Lau. & Ioan. superstitibus dicta Mar. Nico. & Franci. & dicto Bene. & quadam filia ipsius An. deinde decessit dicta Marga. ætatis 12. annorum vel vltra, superstitibus dictis Nico. Fran. & Bene. non condito testamento. Modo quæritur quis successit & succedat dictæ Marga. an videlicet dicta Nic. eius mater, an dicta Frāc. eius auia, vel dicti Bene. & filia dicti Lauren. & in quanta quantitate, præsupposito quod hæreditas dicti Ner. valuisset, & ualeret mille ducentos Florenos & plus. & præsuppositis statutis Sarciani tranmissis.

SVMMARIVM.

1. *Successioni ex testamento quandiu locus est cessat successio ab intestato.*
2. *Filius hæres in testamento patris aliqua ex parte institutus, non potest de nullitate testamenti dicare, sed ad id quod legitime deficit, agere potest, licet in d. testamento patris prohibitus fuerit plus posse petere.*
3. *Pupillari substitutioni locus non est, si pupillus post pupillarem ætatem decedet, vel quando ei non fuit facta vniuersalis substitutio, sed particularis, sed tunc est locus substitutioni fideicommissariæ.*
4. *Filius in legitima per fideicommissum grauari non potest.*
5. *Filius non solum detrahit suam legitimam, sed etiam legitimam ei debitam, cui successit.*
6. *Statutum potest excludere matrem etiam a legitima, prout & ius ciuile.*
7. *Clausula in fine posita refertur ad omnia capitula praecedentia, quando commode referri potest.*
8. *Statutum reseruans legitimam dicitur fauorabile.*
9. *Statutum ita est intelligendum, vt minus quam potest obuiet iuri communi.*

CONSILIVM. XV.

In nomine domini, Amen.

Pro pleniori declaratione prædictorum, & decisione præfati quæsiti videndum est. Primo quis successerit dicto Ner. Et circa hoc dicendum est, q data validitate dicti testamenti, eidem Ner. successit dicta Nico. eius mater in d. testamento hæres instituta, & successit ipsa vniuersaliter ex quo fuit vniuersalis hæres instituta ad hoc. ff. de acqui. hære. l. quandiu & C. communia de succes. l. antequam. quandiu [1] † enim locus est successioni ex testamento, non est locus successioni ab intestato: vnde successit & succedit ipsa mater, exclusis filiabus dicti Ner. cum ipsæ filiæ fuerint institutæ hæredes in certa quantitate videlicet in 200. Florenis pro qualibet: in illa enim quantitate successerunt, adeo [2] † quod propter dictam institutionem non potuerunt de nullitate dicti testamenti dicere, vt in aut. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoq; capitulum, & prout no. in aut. ex causa. C. de libe. præte. si tamen eis non fuisset relictum tantum, quod sufficeret pro legitima, potuissent agere ad supplemētum legitime, quantumcunque testator ipse in d. testamento disposuerit. quod plus petere non possint de eius bonis ratione legitime, uel alia causa, cum hoc non ob. petere potuerint supplementum legitime. C. de inoffi. testa. l. omnimodo & l. si quando. §. 1. ita q attentis prædictis, successit. dicta Nico. vniuersaliter, dictis filiabus succedentibus in quantitatibus relictis, & in eo q deficeret, si aliquid deficeret, pro supplemento legitime. Et cum post mortem dicti Ner. decesserit dicta Helisa. in pupillari ætate. videlicet. 7. annorum & sic in pupillari ætate, fuit locus dictæ substitutioni pupillari factæ in d. testamento, per quam successit d. do. Marga. eidem pupillariter substituta. ff. de vulg. & papil. l. 2. & prout ibi plenius not. & in hoc non cadit similiter dubitatio, sed in hereditate dictæ d. Marga. quę decessit post pupillarem ætatem, & cum [3] † decesserit post pupillarem ætatem, non fuit locus substitutioni in pupillari, prout patet ex no. in l. 2. & etiam ex alio, quia non fuit facta eidem substitutio vniuersaliter, sed in dictis dotibus, propter quod non fuit locus ipsi substitutioni pupillari, prout not. ff. de vul. & pupil. l. cohæredi. §. cum. filiæ. & §. fin. & in l. centurio. ff. eo. ti. & ibi per Bart. & per Bal. in l. precibus C. impube. & aliis substi. & in c. Rainutius de testa. & ibi per Ioan. de Imo. circa fin. per quatuor vel quinque chartas: sed bene est locus substitutioni fideicommissarie, per quam successerunt, & succedunt dicti Bene. & filia dicti Lauren. ex quo fuerunt substituti dictis filiabus, si ambo decederent dicti Bene. Lau. & Io. & heredes eorum, & cum isti fuerint substituti in dictis quantitatibus dotium, consequentur & consequi debebunt dicti Bene. & filia dicti Lau. dictas quantitates relicta dicte Marg. detracta eius legitima, cum [4] † per fideicommissum non potuerit dicta Marga. in legitima grauari, vt d. §. cum filiæ. imo & non solum detrahet & detrahere poterit heres ipsius Marga. legitimam sibi debitam

tam vt d.§. cum filiæ. sed etiam legitimam debitam dictæ Hælisa. primo decedenti ex quo talis substitutio ita facta fuit ambabus, prout voluit Bal.in l.ex tribus.circa fi.C.de inoffi.testa.& in l.cum vitum.in 2. 5 seu 3. col. C. de fideicommis. ita † quòd hæres dictæ Marg. vltimo loco decedentis, detrahet legitimam suam de dictis relictis, & similiter legitimam debitam dictæ Hælisa. quæ ambæ si ascendant ad dictam quantitatem 400. Florenorum, prout ascendere videntur, si hæreditas dicti Ner.erat valoris mille.200. Florenorum, cum legitima sit tertia pars inter ambas.C.de inoffi.tast. aut.nouissima, hæres ipsius Marga.vltimo loco decedentis non tenebitur d. quantitates 400 Florenorum restituere per fideicommissum d.substi.cum per fideicom.non potuerint grauari filii in ipsa legitima.vt d.§.cum filiæ.& C. de inoffi. testa.l.quoniam in prioribus: & cum non sit locus substitutioni directe in persona dictæ Marga. sed fideicommissariæ vt supra, non succedunt dicti Bene. & filia dicti Lau.eidem, sed quis succedat eidem ab intestato dubium est. Nam si statutum aliquod non esset, sine dubio successisset eius mater, exclusa ipsa auia.C.ad Tertu.aut.defuncto.verum quia tūc cum, vt præsupponitur, in dicta terra fuerit & sint duo statuta, certe attentis ipsis statutis ipsa mater non successit neque succedit dictæ filiæ suę.sed dicta auia paterna, cum eidem attineat ex linea paterna, ex quo est auia paterna, & si infra tertium gradum, imo & in secundo gradu. ff. de gradi.l. iurisconsultus. §.secundo gradu.& 30.in ad fedem. vnde ipsa præferetur dictę matri tam ex dispositione statuti positi sub rub. quod mater in bonis filiorum: vt in ipso statuto, & sub rub. de successione matris: ambo enim dicta statuta videntur excludere totaliter ipsam matrem, etiam quoad legitimam, ex quo ipsam legitimam non reseruant, imo & totaliter videntur eam excludere, etiam quando transiuisset ad secunda vota, vt patet in primo capite dicti statuti positi sub rub.de successione matris: cum loquitur de matre transeunte ad secunda vota, prout fecit etiam dicta Nicolo.statu6 tum † enim potest excludere matrem etiam a legitima, prout.not.in l. Titio centum.§.Titio genero.ff. de condi.& demon.& in l.scimus.C.de nup.& in regula.indultum. de regu.iu.in 6.& in c.si pater de testa.eo.li. sed licet statutum possit excludere matrem a legitima, prout, & ius ciuile, prout patet.ff.de inoffi.test.in l.Papinianus.§.sed nec impuberis.& in c. si pater: tamen hoc casu non erit exclusa ipsa mater ab ipsa legitima, prout patet in d. statuto de successione matris in fin. reseruat enim tale statutum ipsi ma7 tri legitimam, vt ibi patet, talis † enim clausula in fine posita referretur ad omnia capitula in d. statuto posita, ex quo commode referri potest, prout no.ff.de iurisdi.omnium iudi.l.si idem cum eo.§.fi.& in l.talia scriptura.ff.de leg.1.& in c.secundo requiris. de appe. vnde tale statutum quòd reseruat matri legitimam, habet locum, non solum cum ipsa aliquid perceperit ex bonis filiorum, prout loquitur dictum statutum circa finem, sed etiam si nihil fuerit consecuta, prout loquitur principium dicti statuti, ad quòd pariformiter refertur, quantumcunque totaliter excludat, cum intelligatur & intelligi debeat reseruata ipsa legitima, prout & intelligitur finis ipsius statuti disponentis quòd restituat id quòd percepit, subest enim eadem ratio in vno casu, prout & in alio: vnde eadem debet esse iuris dispositio.ff.ad l.Aquil.l.illud in prin. & in c.translato de consti.pro quo etiam fa8 cit quia † cum tale statutum, quo ad matrem, inquantum reseruat sibi legitimam, sit fauorabile, extendendum est, prout no.in l.2.C.de in ius. vo. & in regula 9 odia.in 6. Ad idem etiam facit, quia tale † statutum intelligendum est & intelligi debet vt minus quam potest obuiet iuri communi, prout no. in l.2. ff.de vsuc.& ibi per Bar.& in l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.& C.de noua.l.si serui.& in c.cum dilectus.de consue. Vnde licet auia succedat in hoc casu dictæ Marga.eius nepti, tamen reseruabitur & reseruari debet ipsi matri legitima, in qua succedet attenta dispositione dicti statuti, prout patet per prædicta. Do.Ben.

THEMA CONSILII XVI.

PVnctus. Quidam Benedictus Dumpetri venit ad mortem, & condidit testamentum, in quo inter alia multa relicta, instituit hæredem vniuersalē in omnibus suis bonis Ioannem Matthæum filium suum pupillum, substituendo eidem per ista verba videlicet. Itē reliquit quòd si dictus Ioannes Matthæus decesserit sine filijs legitimis, quòd dicta hæreditas succedat & succedere debeat Vico eius fratri. in quo etiam testamento ipse testator deputauit duos, videlicet Antonium Iacobum & Meum executores ipsius testamenti, dando eiusdem potestatem satisfaciēdi relicta facta in d. testamento, & dando etiam eidem potestatem, dictum suum filiū & hæredem cum suis bonis gubernandi, regendi, & conseruandi diligenter, & bona fide, prohibendo do.Bartholomeæ suę vxori & matri dicti Io. Matthæi, ne se intromittat in aliquo, nisi in lactando filio, pro quo reliquit eidem 30. Bolendinos pro quolibet mēse, prout in d. testamento plenius continetur: deinde decessit dictus testator, superstite sibi dicto Io.Mat.& d.Vico. & dicta domina Barth.quā infra annum assumpsit tutelam dicti filij, postea decessit dictus Io.Matthęus in pupillari ætate, superstitibus sibi dicta matre & dicto Vico substituto. Dubitatur nūc, vtrum dictus Vicus succedat dicto Ioan. Matthæo ex dicta substitutione directa, exclusa ipsa Bartho. matre, an vero succedat dicta Bartho.mater.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta pupillo per verba communia erit omni tempore fideicommissaria, maxime quando mater non est in medio.*

2 *Relinquo verbum est, commune.*
3 *Mater, quæ filio pupillo infra annum petijt tutorem, filio succedit.*
4 *Compendiosa substitutio valet iure directo infra pupillarem ætatem, & postea iure fideicommissi. quod fortius procedit, quando est facta per verba communia, & mater non est in medio, secundum Bar. & sequaces.*
5 *Compendiosa substitutio valet vt directa pupillaris infra tempus pupillaris ætatis, etiam si mater sit in medio, reprobata opinione Bar. & sequacium. vt ibi.*
6 *Verbum moriatur, est verbum directum.*
7 *Substitutio in dubio debet iudicari directa, quando conuenit verbis, & personis.*
8 *Intellectus l. precibus. C. de impub. & alijs substit.*
9 *Opinionibus pluribus de iure ciuili existentibus, illa est seruanda, quæ reperitur approbata per ius Canonicum, etiam in foro ciuili, & in terris Imperij.*
10 *Excludendus a successione ob non petitum tutorem pupillo, excusatur, si pater in testamento tutorem dedit.*
11 *Tutor a patre dicitur in testamento datus, si relinquat aliquem testamenti executorem, dando ei potestatem filium suum & hæredem cum suis bonis regendi & gubernandi, talia enim verba tutelam denotant.*
12 *Mater, in cuius custodia, & educatione est relictus filius a patre, per talia verba, non videtur relicta tutrix.*
13 *Mater non excluditur a successione filij, si non petijt tutorem, quando pater in testamento, tutorem reliquit, licet non curauerit, quod is inuentarium conficeret.*
14 *Mater non punitur, si non petijt testamentarios tutores cogi ad administrandum bona pupilli, cum non teneatur esse solicita, nisi circa tutorem a se petitum.*

CONSILIVM XVII

In nomine domini, Amen.

Et si viso & coosiderato præfato puncto, & contentis in eo videatur dicendum, quod quantumcunque ipse Bene patet instituerit dictum Ioan. Ma. eius filium hæredem, & eidem substituerit per dicta verba, videlicet. Item reliquit quod si dictus Ioan. Ma. decesserit sine filiis legitimis, quod dicta hæreditas succedat & succedere debeat dicto Vico eius fratri, & ipse Ioan. Ma. decesserit in pupillari ætate, eidem noo successerit nec succedat ex dicta substitutione directa, & ex ipsa pupillari dictus Vicus, 1 sed potius dicta Bartho. eius mater, cum † talis substitutio fuerit facta per verba commuoia prout not. ff. de fideicommis. liberta. l. non tantum. & ff. ad Trebel. l. restituta §. fi. cum l. sequenti. & ff. de vul. & pupil. l. centurio. & ibi per Bar. & in c. Rainotius. & de test. & in c. si pater. eod. titu. in 6. vnde cum fuerit fa- 2 cta per uerba communia, prout † est verbum relinquo, vel succedat, omni tempore erit fideicommissaria, prout voluit glo. in d. l. centurio. & in l. precibus. C. de impu. & aliis substi. & glo. in d. ca. Rainutius. vbi hanc opinionem sequitur Inno. & Ho. in d. ca. Raioutius. & Arch. in d. ca. si pater. & sic eam sequuntur communiter Canonistæ, & Azo. in summa. de impube. & aliis substitu. & eam, sequuntur Cin. Di. Raine. Iaco. de Bel. & Bal. in d. l. centurio. & in l. iam hoc iure. ff. de vul. & pup. dicens illam esse communem, quam sequitur etiam Bartol. quod maxime procedit, quando mater non esset in medio, prout uoluit ipse Barto. in dicta l. ceoturio. unde si fuit & est fideicommissaria, mater ipsa succedit ab intestato, excluso ipso substituto: esto quod eidem teneatur restituere ipsam hæreditatem, detracta tamen legitima & Trebellianica iuxta oot. ff. de inoffi. test. in l. Papi. §. meminisse. & C. ad l. fa. l. quanquam. & de testa. in ca. Raioutius & c. Rainaldus. Quod ex alio uidetur deduci, nam cum ipse Ioan. Mat. decesserit post annum a morte pa- 3 tris, uidetur priuatus ipse Vicus hæreditate ipsius Ioan. Mat. ex † quo petit tutorem dari, prout petere debuit. iuxta not. ff. qui pe. tu. l. 1. & C. de leg. hære. l. sciant cuncti: per quæ uidetur quod dictus Vicus substitutus non successit nec succedat: sed potius d. do. Bartho. mater, & maxime quia ipsa assumpsit tutelam infra annum. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, ut ipse Vicus successit & succedat dicto Ioan. Mat. ex ipsa substitutione directa seu pupillari comprehensa in ipsa substitutione compendiosa, quantumcuoque facta sit per uer- 4 ba communia, cum † infra pupillarem ætatem ualeat iure directo & ut pupillaris, & postea iure fideicommissi, prout uoluit, glo. singularis inst. de pupi. substi. in §. qua ratione. quod & uoluit etiam Ia. de Are. & Cin. in d. l. precibus. dicens ipse Cin. se hoc consuluisse & hanc op. sequitur Ioan. Andr. in nouella in d. ca. si pater. in gloss. absque deductione uidelicet, quod talis substitutio compendiosa ualeat iure directo infra pupillarem ætatem, & postea iure fideicommissi, prout & refert do. Flo. in d. ca. Rainutius. & sic in effectu tenet idem ipse Ioan. quod tenuit gloss. in d. §. qua ratione, ea ratione quia si eo casu, quo facta est per uerba directa ualeret infra pupillarem ætatem iure directo, & postea iure fideicommissi, prout tenuit ipse Ioan. An. ibi per d. ca. si pater. iuncto d. ca. Rainutius: fortius uidetur dicendum in hoc casu, quando est facta per uerba communia ut plenius ibi per eum, & hanc opinio. tenuit ipse Bar. in dicta. l. centurio. & in d. l. precibus, dicens ipse Bart. eam procedere nisi ipsa mater sit in medio, cum infra pupillarem ætatem ualeat iure directo, quod uoluit etiam Bald. in d. l. precibus. & domi. An. in d. ca. Rainutius. Sed cer- 5 te hæc opinio. Bar. † quam sequuntur prædicti non uidetur uera, quia etiam si mater sit in medio, talis substitutio compendiosa valebit vt directa pupillaris infra tempus pupillaris ætatis per tex. d. cap. si pater. vbi hoc est expressum, qui & si loquatur quando substitutio est facta per verbum directum, 6 vt est † verbum moriatur, prout voluit Bartol. in d. l. centurio. & Bald. in l. precibus. Ita respondendo ad d. cap. si pater. tamen dici poterit quod habeat locum etiam quando substitutio per verbum commune fit, vt colligitur ex ratione in d. text. expressa, cum, prout ibi in text. dicitur, in dubio 7 † ipsa substitutio iudicari debeat directa, quando conuenit verbis & personis, vt conuenit prædicta substitutio ita facta per verbum commune, quod aptum est ad directam substitutionem trahi, unde in dubio interpretari debet directa, ex quo conuenit verbis & etiam personis, ex quo erat impubes, unde interpretari debet infra pupillarem ætatem

directa

directa, & sic erit pupillaris, etiam si mater sit in medio, prout ibi patet, prout voluit ipse Ioan. in d. ca. centurio. & in d. cap. si pater. & in d. cap. Rainutius dicens hanc opi. veram esse, & secundum eandem opi. se consuluisse, & ita similiter pluries consului, tenendo hanc opi. Quæ opi. procedit non solum de iure canonico, prout patet in dicto cap. si pa-
8 ter, sed etiam de iure ciuili, prout † patet in d. l. precibus. si ibi habeatur verbum substituit, tenendo quod dicta l. precibus. non contineat aliquod speciale in milite, prout tenuerunt quidam vt fuit Ioan. An. in d. c. si pater. imo & si teneatur quod sit ibi spe-
9 ciale in milite, idem erit, quia & si de iure † ciuili sint opiniones, seruanda erit illa opinio quæ reperitur probata per ius canonicum etiam in foro ciuili & in terris Imperij, prout not. in cap. per venerabilem. qui fi. sint legiti. ita quod per hæc dici & concludi potest, quod cum talis substitutio ita facta per verbum commune sit directa dicto Ioan. Mat. in pupillari ætate decedente, eidem succedit dictus Vicus substitutus exclusa ipsa matre, etiam quo ad legitimam, prout patet in d. cap. si pater. non ob. in contrarium adductis, cum non ob. prout patet ex prædictis, & ex not. in d. l. centurio & in d. cap. si pater & in d. cap. Rainutius vbi plenius de his per Ioan. de Imo. in eius repetitione: vnde non ob. Nec ob. si dicatur, quod & si dictus Vicus fuit substitutus directo, ex quo non petiit tutorem dari infra annum, fuit exclusus ab ipsa successione propter non petitum tutorem, prout not. in d. lege secunda & in d. l. sciant cuncti. Nam ad hoc respon-
10 detur † quod ipse fuit excusatus a non petito tutore, quia ipse pater deputauit in d. suo testamento duos, videlicet Antonium Iaco. & Vicum, & quemlibet ipsorum non solum executores, dando eisdem potestatem satisfaciendi relicta in dicto te-
11 stamento, sed etiam tutores † dando eisdem potestatem dictum filium suum & hæredem cum suis bonis & rebus regendi, gubernandi & conseruand diligenter & bona fide, propter quæ verba satis videntur dati ipsi & quilibet ipsorum tutores, cum tutor detur non solum personis, sed etiam rebus, prout not. institu. de tutelis. §. primo. prout & videntur dati prædicti, cum videantur dati personis & rebus attentis verbis ipsius testamenti, quæ consideranda sunt. ff. de leg. 2. l. ille aut ille. §. cum in verbis, & etiam mens ipsius testatoris, quæ satis colligitur ex verbis appositis infra in testamento, prohibendo matri ne se intromittat in aliquo, nisi lactando filium, pro quo reliquit eidem 30. Bolendinos pro quolibet mense, prout in dicto testamento continetur, in † quo etiam si reliquisset ipsum filium in
12 eius custodia & in eius educatione, non videtur ipsi relicta tutrix per talia verba, prout not. ff. de neg. gest. l. quanquam, quod in contrarium non facit, cum ipsis Ia. An. dederit potestatem gubernandi, & regendi dictum filium, cum suis rebus & bonis, quæ verba satis denotare videntur tutelam. ff. de conditio. & demonstratio. l. pater Seuerinam. §. conditionem. propter quæ dictus Vicus excusatur a dicta tutela, & si non petierit tutorem dari cum non teneatur, ex quo fuerunt in dicto testamento dati tutores solenniter, & unus ex eis, videlicet dictus Vicus dictam tutelam assumpsit, prout patet ex his quæ habentur ff. qui pet. tuto. in l. credendum circa princi. & prout no. per Ci. in l. fi. §. sed & personis. C. de ad-
13 mi. tut. vbi dicit † quod si datus est in testamento tutor, & ipse non fecit Inuentarium, nihilominus mater non excluditur, si non curauit talem tutorem inuentarium facere, quod & voluit similiter Bald. in l.
14 precibus. in 4. col. C. de impub. dicens † quod mater non punitur, si non petiit testamentarios tutores cogi ad administrandum, cum non teneatur esse solicita: nisi circa petitum a se, & sic prouidentia testatoris eam excusat, prout & voluit Ci. in d. §. sed & personis quod ex alia ratione excusatur ipse Vicus si non petiit tutorem dari, quia mater ipsius Ioan. Mat. assumpsit tutelam inde ad paucos dies, propter quod similiter ab ipsa tutela excusatur, prout not. in d. l. matres & ibi per gl. Domi. Benedict.

THEMA CONSILII XVII.

PVnctus. Quidam Ciccarellus pater decessit, relictis post se Nicolao, Antonio, & Bartholomeo eius filius legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis. Qui filij nunquã inter se paternam hæreditatẽ diuiserunt, sed semper quo ad vixerunt steterunt in communione bonorum. Qua communione durante singuli singulas sibi vxores cum suis dotibus copularũt. Accidit postea, quod ex dictis fratribus primus obijt Nicolaus superstitibus sibi Cicco, & Margareta eius filijs legitimis & naturalibus, procreatis ex d. Rosa eius vxore. Deinde mortuus est secundus frater, videlicet Antonius superuiuente sibi vnica filia fœmina tãtum, nomine Toliuela, & ipso Bartholo. fratre, & patruo dictæ Toliuelæ, ac etiã superstitibus filijs dicti Nicolai, omnibus simul in communione bonorum viuentibus, & bona tam hæreditaria & paterna, quam etiam dotalia, & paraphernalia continuo promiscuæ laborantibus ac gubernantibus. Postremo vita functus est dictus Ciccus præfati Nicolai filius d. Rosæ eius matre superstite & dicto Bartholomeo patruo, cum duobus eius filijs. Modo dicta d. Rosa mater, & hæres prædicti Cicci, Toliuela filia ipsius Anto. & dictus Bartholomæus patruus, vna cum duobus eius filijs bona prædicta inter eos communia, diuidere intendunt. Ideo contigit de pluribus dubitari, & primo, qui successerint, & succedant scilicet Ciccarello prædicto, & ad quos eius bona, & hæreditas spectauerit, & pertinuerit. Secundo, quis nam ex antedictis successerit dicto Nicolao, & pro qua quilibet parte. Tertio, ad quos spectare dicantur bona ipsius

Antonij.

Antonij defuncti superstite sibi dicta Toliuela filia, & dicto Bartholomæo fratri, & prædicti Toliuelæ patruo, & Cieco, & Margareta, dic. dom. Nicolai filijs. Quarto dubitatur, quis successerit, & de iure succedere debeat dicto Cieco defuncto superstite sibi dicta dom. Rosa matre & ipso Bartholomæo patruo, & in quibus bonis dicta mater succedere filio possit, & quæ & qualia bona in diuisione petere de iure possit contra ipsum Bartholomæum, & similiter quę bona remanere debeant pręcipue apud dictum Bartholomęum & vtrum in diuisione bonorum communium inter dict. dom. Rosam, Toluielam, & dictum Bartholomęum, fauenda venire debeant bona dotalia, & paraphernalia vxoris dicti Bartholomęi, & fructus ex eis pręcepti. & an fructus percepti per antedictum Bartholomæum, & duos eius filios, ex bonis dotalibus, & alijs bonis, quę fuerunt dictotum Ciecarelli, Nicolai, & Bartholomęi. Quinto quęritur de florenis octo, quos dictus Bartholomęus soluisse asserit de propria pecunia dictę dom. Rosę, videlicet, quinque pro bailatico dictorum eius filiorum, & floreni tres, pro adimplemento dotis ipsius dom. Rosę, a quibus pręfatus Bartholomęus dictam denariorum quantitatem, rehabere, & consequi possit. Sexto, quęritur de expensa funeris facta per dictum Bartholomęum in morte ipsius Ciechi, vtrum a dicta dom. Rosa, tanquam hęrede illius, eam repetere possit. Vltimo, de eo, quòd pręfatus Bartholomęus soluit pro dotibus dom. Margaretę sororis carnalis dicti Ciechi, vtrũ id repetere possit, & a quo, & ex qbus bonis sibi ꝓ eo satisfieri debeat. & super pręsdictis omnibus Consiliũ petitur.

SVMMARIVM.

1 *Statuta loci disponentia circa successiones sunt seruanda.*

2 *Bona paraphernalia, pertinent ad vxorem cohæredis & eorum fructus nisi sint consumpti. & ea non sunt diuidenda, quemadmodum nec bona dotalia.*

3 *Pupillus infra 14. ann. non potest contrahere societatem.*

4 *Laborator habet partem fructuum spectantem ad laboratorem, quando de fructibus diuidendis tractatur.*

5 *Fratres, ex quo simul steterunt ad unũ panem & ad unũ uinum, & simul laborauerunt, censentur inter se contraxisse societatem.*

6 *Mater tenetur nutrire filium suum usque ad tres annos, sine premio, nisi sit pauperrima.*

7 *Funeris impensa pertinet ad hæredem, & per ipsum est soluenda.*

CONSILIVM XVII.

In nomine domini, Amen.

Pro declaratione præfari puncti, seu facti aliq a iter confusi, plura videnda sunt. Et primo de successione prædictorum mortuorum, videlicet quis eis succedat, & quomodo. Et super hoc dicendum est, quod cum dictus Ciecarellus decesserit superstitibus dictis Nicolao, Antonio & Barth. eius filijs, ipsi filij successerunt uidelicet quilibet pro tertia parte. C. de suis & leg. auth. in successione. & in corp. vnde sumitur. & cum postea decesserit dictus Nic. superstitibus sibi Cieco, & domina Margarita eius filiis successerunt eidem dictus Cie. & Mar. quilibet ꝓ medietate de iure communi. ut d. authen. in successione & in corpo. vnde sumitur. & hoc † si statuta loci aliud non prouideant, cum si prouiderent 1 essent statuta seruanda. ff. de iusti. & iu. l. omnes populi. & cum postea decesserit dictus Anto. superstite filia, & dicto Bartho. & filiis dicti Nicol. certe filia dicti Anto. successit eidem Anton. exclusis Barthol. & filiis dicti Nicola. si statuto loci aliud non prouideatur, ut in iuri. prædictis, & cum postea decesserit dictus Cie. superstite matre, & dicto Barthol. patruo, eidem de iure successit & succedit dicta mater. C. ad Tertullia. sut defuncto. & hoc nisi statuto loci aliud prouideatur, cum ipsum statutũ esset seruandum, ut supra dictum est. Secundo videndũ est in quibus bonis succedat dicta mr̃ succedendo dicto Cie. & q̃ bona petere posit contra dictũ Bart. & quæ bona remanere debeãt apud dictũ Bart. patruũ. Et circa hoc dicendum est, qđ si reperiãtur bona q̃ olim fuerũt dicti Cie. de ipsis bonis ipse Bart. habere debebit tertiã partem, & tertiã partem habere debebit filia dicti An. & aliã tertiã partem dicta hæres mr̃ dicti Cie. hæredis dicti Nico. hæredis ꝓ tertia parte dicti Cie. qđ & similiter locũ habet in bonis quæsitis. per dictos Nic. An. & Bar. & cũ de his habere debeat tertiã partem dictus Bart. & filia dicti An. & mr̃ dicti Cie. eadem rõne ꝑ 2 iura prædicta: & in his non cadit dubitatio: nec † cadit dubitatio de bonis paraphernalibus uxoris dicti Bartolo. cum talia bona pertinuerint & pertineant ad uxorem dicti Bartholo. imo & ipsorum fructus si non sunt consumpti prout nota. ff. ad l. falc. l. fina. Nec etiam cadit dubitatio de bonis dotalibus uxoris dicti Bartolo. cum talia dicta bona dotalia non ueniant diuidenda, sed pertineant ad dictos Bartholo. & eius vxorem. C. de rei uendica. l. doce Ancillam. Sed dubitatio cadit de fructibus perceptis ex bonis dotalibus: & similiter de aliis bonis quæ fuerunt dictorum Cieca. Nicol. & Barthol. Circa quod diendum est, quod duo tempora consideranda sunt. Quorum primum est de tempore, quo dicti Cieca. & filii dicti Bartholo. erant in ætate decimumquartum annorum, & tunc, cum 3 per † dictum tempus non posit dici contracta societas aliqua prout habetur. C. pro socio. l. prima ex fructibus, & redditibus perceptis per dictum 4 tempus, dictus Bartholo. qui laborauit † habere debebit partem ut laborator, & prout debetur laboratori in dicto loco. alia uero pars quæ debetur do-

minis

minis prædiorum, diuidetur in tres partes, prout fuerunt, & sunt tres domini, videlicet Cie. filius Nico. filia Anton. & dictus Barto. & hoc de fructibus si percipiuntur ex bonis communibus prædictorum. fructus vero si percipiuntur ex bonis dotalibus, illa pars quæ debetur domino, debebitur ipsis Bartholo. & eius uxori prout patet ex not. C. communia utriusque iudic. l. si patruus. & ibi per Bal. & in l. prima circa fin. C. pro soc. sed si fructus percepti sunt per dictos Bartholo. & dictum Cieca. &

5 filios dicti Bartho. postquam † venerunt in ætatem decimoquarto annorum; quo tempore potuerunt contrahere societatem, ipsa societas censet contracta, ex quo simul steterunt ad unum panem & ad vnum uinum, & simul laborauerunt bona communia & dotalia. & tunc percipient, & percipere debebunt de ipsis fructibus perceptis d. Cieca. & post eius mortem mater eius, & filia dicti Anton. & dictus Bartholo. partem quæ debetur dominis prædiorum, in loco illo: aliá vero partem, quæ debetur laboratoribus, percipient & percipere debebunt dicti Bartholo. Cieca. & filii dicti Bart. diuidendo per capita, adeo quod consequetur ex ipsa parte fructuum, quæ debetur laboratoribus ipse Cieca. quartam partem, & Bartholomæus aliam quartam partem, & duo filii ipsius duas alias quartas partes, & sic quartam partem pro quolibet vt patet ex no. in d. l. si patruus. & in d. l. prima. C. pro so. quod locum habet in fructibus perceptis de bonis communibus: sed si percepti fuerunt de bonis dotalibus, vel paraphernalibus, & tunc similiter dictus Barth. & filii dicti Barth. & ipse Cieca. partem tangentem laboratoribus consequentur. diuidendo per capita. Alia vero pars quæ debetur dominis, assignabitur dicto Bart. & eius vxori, si sit percepta ex bonis dotalibus, sed si sit percepta ex bonis paraphernalibus, assignabitur vxori dicti Bartholo. per ea quæ habentur in d. l. si patruus. C. commun. utriusque iudic. & in d. l. prima. C. pro soc. Quartò videndum est de Florenis octo quos dictus Barth. soluit ipsi Rosæ. uidelicet quinque pro Bailatico, & tres pro adimplemento dotis ipsius Rosæ. & circa hoc dicendum est, quod si appareat dictum Bartho, soluisse dictos quinque Florenos pro Bailatico si indebite soluit, & ignoranter putans eam debere habere, cum forte non deberet, cum mater † teneatur nutrire filium suum vsq; ad tres annos

6 ut habetur in l. nec filium. C. de patri. pote. & nota. C. de nego. gest. l. alimenta. & in cap. primo. de conuer. infidelium: poterit ipse repetere ab ipsa per condictionem indebiti. ff. de cond. ind. l. prima. & ibi not. si uerò debite soluit, ut quia ipsa debebat recipere, cum forte esset pauperrima prout not. in d. l. alimenta. & tunc non poterit ab ea repetere per condictionem indebiti, sed ab ipsa vt hærede dicti Cieca. cum talis expensa ad dictum Cieca. spectaret, & de eius bonis esset fienda, dummodo soluerit dictus Bartholo. de sua propria pecunia, prout patet ex not. in d. l. alimenta. quòd & similiter locum habebit in dictis tribus Florenis solutis per ipsum Bartho. pro adimplemento restitutionis dotis ipsius dominæ Rosæ, si dictus Bartholo. soluit de suo, & restitutio dotis spectabat ad patrem dicti Cie. ut quia eidem fuisset soluta ipsa dos; quod ex puncto non colligitur, cum tunc possit repetere actione negotiorum gestorum a dicta matre ut hærede dicti Ciec. ff. de negot. gest. l. soluendo. Quinto videndum est de expensa funeris d. Cie. Et circa hoc dicendum est quod si ipse soluit de suo pro funere & sepultura dicti Ci. ipse repetere posset ab

7 ipsa Ros. vt hærede dicti Cie. cum talis † impensa pertineat ad hæredem dicti Ciec. & per ipsum soluenda est. C. de negot. gest. l. quod in vxorem. & vt ibi not. & ff. de acquir. hære. l. pro hærede. quod & similiter locum haberet in eo, quod soluisset pro dotibus sororis carnalis dicti Cie. si ipse Ciec. seu eius pater dotem promisisset, ita quòd ipse Cie. teneretur soluere ipsam dotem, cum ita soluendo dictus Bartholo. vtiliter fecerit negotia dicti Cie. vt d. l. soluendo. sed si dictus Cie. seu eius pater non promisisset dictam dotem, sed dictus Barthol. ipsam soluisset, & tunc poterit ipsam dotem repetere super bonis & parte tangente dictæ sorori Cie. si eius negotia gerebat, cum in dubio videatur vt negotiorum gestorem promisisse, & soluisse si aliud non appareat vt patet ex no. C. de dotis promi. l. fi. & ibi per gl. & Bal. Do. Ben.

THEMA CONSILII XVIII.

PVnctus. Fuit quidam Antonius habens vnam filiam nomine Laurētiam, quæ habebat duas filias fœminas, videlicet Lucretiam, & Barnabiam, venit ad mortem, & suum solenne & ultimum condidit testamentum, in quo factis multis legatis, & relictis inter cætera iudicauit, & reliquit dictis Lucre. & Barna. suis nepotibus nomine dotis Florenos quinquaginta pro qualibet. In omnibus aliis autem suis bonis, & residuo suorum bonorum instituit suam vniuersalem hæredem dictam Lau. suā filiam legitimam & naturalem, apponendo postea ista verba: & si dicta Laurent. decederet sine filiis masculis, quod tunc, & eo casu hæreditas, & residuum suorum bonorum deueniat ad quoddam hospitale, disponendo etiam dictus testator, quod quicquid detractis legatis, & aliis relictis factis de denariis supererit, emerentur bona stabilia & possiderentur: ac etiam venderentur bona mobilia, vt supra: in quibus bonis & hæreditate dicti Anton. est una petia terræ empta per dictum Anton. in eius vita, & per eum possessa, vsque ad eius mortem: decessit postea dictus testator superstitibus sibi dictis Laurentia eius filia, & hærede, & filiabus dictę Laurentię, & nepotibus dicti testatoris, cuius Anton. hereditatem dicta Lau. adiuit, seu se immiscuit soluendo debita dicti Anton. & alia relicta seu legata satisfaciendo. inter quæ

asi-

assignauit certa bona stabilia, & ea in solutum dedit dictis Lucretię & Barnabiæ pro satisfactione relicti facti dictis nepotibus dicti testatoris de l. Florenis pro qualibet pro earum dotibus, & nonnulla alia bona hæreditaria alienauit, & pecunias ad eius manus retinuit, & postea ea a dicto emptore emit, & instrumentum de se cantare fecit simulatæ tamen & fictitiæ. deinde decessit dicta Lau. sine filijs masculis, sed superstitibus dictis Lu. & Barn. ex eis natis, & procreatis, & sic nepotibus dictę Lau. Nunc autem dictum hospitale vult venire ad dictam substitutionem, de eo factam dictæ Laur. decedenti sine filiis masculis, ex quo euenit talis conditio. Sed dubitatur, & quæritur, an sit locus dictæ substitutioni factæ de dicto hospitali, ex quo supersunt dicti nepotes masculi descendentes ex filiabus dictæ Laurent. Secundo, dato quod dicta substitutio locum habeat; & quod dictum hospitale consequatur dictā hæreditatem dicti Anton. an hæredes dictæ Lau. possint aliquid detrahere de dicta hæreditate, & quæ ueniant restituenda.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione, ueniunt etiam nepotes, maxime in materia fauorabili.*
2 *Decedens cum nepotibus videtur decedere cum filijs, in materia fauorabili.*
3 *Nepos ex filia excludit substitutum, non solum si substituendo dixerit testator, si decesserit sine liberis, sed etiā si dixerit, si decesserit sine filijs, nam tunc nepos excludit substitutum, virtute conditionis expressæ large interpretatæ, vel virtute conditionis tacitæ subintellectæ: & hoc in vltima voluntate: secus in feudis.*
4 *Nepos ex filia excludit substitutum, etiam si testator dixerit, si decesserit sine filijs ex suo corpore natis, cum in nepote ex filia sit sanguinis continuatio.*
5 *Substitutione facta de extraneo, subintelligitur conditio, nisi decesserint cum filijs vel nepotibus: non enim videtur testator præponere extraneum suæ posteritati.*
6 *Testator simpliciter substituendo filio, videtur sub conditione substituere, nisi decesserit cum filijs, vel filiabus.*
7 *Filia fœmina si non excludit substitutum, nec masculi ex ea descendentes, tanquam procedentes ex radice infecta.*
8 *Filij nati ex filia nō dicuntur proximiores auiæ, sed filiæ, vnde non excludunt substitutum.*
9 *Deportatus, vel frater de ordine Minorum, non faciunt deficere substitutionem, quia succedere nequeunt.*
10 *Substitutio, si decesserit sine liberis masculis intelligi debet de proximis & immediatis filijs masculis, quod procedit etiam non solum in feudis, sed etiam in alijs: vnde non veniunt filij ex fœminis procreati, cum restringantur ad illos de agnatione, & non ad nepotem ex filia.*
11 *Filiorum, seu liberorum masculorum appellatione non cō prehenduntur nepotes masculi ex filia, maxime si ipsa filia uiuat.*
12 *Testatoris mens, & intentio primo est consideranda.*
13 *Hospitale substitutum filio si decesserit sine filijs masculis admittitur, licet extent nepotes masculi ex filiab us & sic facit deficere conditionem.*
14 *Substitutione simpliciter facta, si decesserit sine liberis, nepotes ex filiabus excludunt substitutum, & admittuntur: secus, si dixerit, si decesserit sine liberis masculis, nam tunc non admittuntur.*
15 *Substitutus simpliciter, si decesserit sine filijs excluditur nepotes ex filia, licet non sint hæredes, dummodo ex eorum voluntate, uel testatoris nō succederent, secus si ex legis dispositione.*
16 *Hospitali substituto simpliciter, subintelligitur, nisi ipse hæres decedat cum filiis masculis vel fœminis: secus si substitutio facta sit, decesserit sine filijs masculis: tunc enim non subintelligitur de filijs fœminis, nec de descentibus ab eis.*
17 *Residui appellatione uenit totum.*
18 *Legitima ex bonis restituendis detrahitur, prius tamen detracto ære alieno, & funeris impensa.*
19 *Dos computatur in legitima, & si ea ascendit ad legitimam, aliud non potest retineri.*
20 *Legitima non detrahitur, si filius alienasset, seu dissipasset tot de bonis testatoris, quæ sufficerent pro legitima, seu eius residuo, cum tunc illa sint imputanda in ipsa legitima, seu eius residuo.*
21 *Trebellianica non detrahitur ex relictis ad pias causas, vnde non detrahetur ex relictis hospitali, quod procedit etiam si filius sit grauatus de restituendo.*
22 *Opinio quæ communiter tenetur, seruanda est in practica.*
23 *Præsumitur, quod in hæreditate tantum remaneat, quantum sufficiat pro relictis & legatis factis, satisfaciendis.*
24 *Voluntas vltima, vt lex, est seruanda.*
25 *Fraudulenter bona in solutum data præsumuntur, si pecunia non bona solui debebat, idque tam dans quam recipiens sciebat, vnde reuocari potest talis datio in solutum. Item si data sunt pro minori quantitate, quam valerent, quo casu videtur donasse, & tunc sufficit sola scientia dantis, ad reuocationem faciendam.*
26 *Bona a testatore vsque ad eius mortem possessa, censentur in eius hæreditate remansisse.*
27 *Attenditur potius quod in ueritate est, quam quod simulata concipitur.*
28 *Pretium succedit loco rei.*
29 *Hæredes eius qui fuit grauatus restituere hæreditatem, restituere debebunt bona alienata, dissipata, seu culpa lata deperdita, & deteriorata per grauatum.*

CONSILIVM XVIII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso & considerato præfato puncto, & contentis in eo, de duobus principaliter quæratur. Et primo, an sit locus dictæ substitutioni factæ de dicto hospitali, ex quo supersunt dicti nepotes masculi descendentes ex filiabus dictæ Laurent.

Circa

Circa ꝙ & si videatur prima facie dicendum, ꝙ locus non sit dictæ substitutioni, cum appellatione fi-
1 liorum † masculorum dictæ Lau. veniant etiam nepotes. l. filij. & l. iusta. & l. liberorum. ff. de verb. signi. & ibi no. vnde cum in casu prædicto supersint nepotes masculi dictarũ filiarum, ipsi videntur ipsum hospitale a dicta substitutione excludere, cum
2 † censeatur dicta Lau. decessisse cum filijs masculis, ex quo decessit cum ipsis nepotibus masculis. In hac enim materia fauorabili appellatione filiorum veniunt etiam ipsi nepotes, & hoc voluit Bar. in d. l. liberorum. secunda colũ. adducens ad hoc ꝙ habetur. ff. de hær. inst. l. Lucius. ꝙ & videtur similiter velle Bal. in l. 1. C. de cond. inser. non solũ in qui-
3 busdam reportationibus, dicens, quòd nepos † ex filia excludit substitutum, non solum si substituẽdo dixerit si decesserit sine liberis. vt d. l. liberorũ, sed etiam si dixit, si decesserit sine filijs, cum tunc ipse nepos excludat substitutum virtute conditionis expressæ largæ interpretatæ, vel ex virtute conditionis tacitæ subintellectæ per l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. sed etiam in lectura dicendo, quòd si testator dixerit, quòd si filius decesserit sine filijs quòd tũc nepos ex filia excludet substitutum: imo & si dixerit ꝙ si decesserit sine filio masculo: idem sit in vltima voluntate: esto ꝙ aliud sit in feudis vt in c. 1. de eo qui sibi & suis hæredibus masculis in
4 vsibus feudorũ: imò & plus dicit, ꝙ & † idem sit, si testator dixerit, si decesserit sine filijs ex suo corpore natis; cum in nepote ex filia sit sanguinis continuatio, nam & immediate idem dicitur quicquid p rerum naturam continuatiue est vnum & idem. ar. d. l. cũ acutissimi. ꝙ videtur procedere, etiam si dicti nepotes nõ sint hæredes dictæ Lau. prout vĩ velle gl. in l. ex facto. §. fi. & in d. l. 1. & Pe. & Cin. ibi & etiam Bal. & similiter Bar. qui tñ remittit ad not. ff. de leg. 1. in l. filiusfamilias. in §. cũ quis. per quæ videtur, ꝙ dicti nepotes superuiuentes videantur excludere dictum hospitale, cum dici possit, ꝙ dicta Lau. decesserit cum filiis masculis, ex quo decessit superstitibus dictis nepotibus masculis: pro quo
5 etiá facit: quia & si simpliciter † substituisset ipsum hospitale dictæ La. subintelligeretur conditio, nisi decesserit cum filiis vel nepotibus, prout habetur. C. de fideic. in l. cum acutissimi. & C. de inst. & substi. l. generaliter. §. cum autem & ff. de cond. & dem. l. cum auus. Non enim videtur ipse testator præponere extraneũ suæ posteritati prout patet in d. iu. Sed his non ob. contrariũ de iure dicendũ est, vt locus fuerit & sit substitutioni factæ de dicto hospitali, ita vt dictum hospitale successerit, & succedat post mortem dictæ Lau. in residuo bonorum dicti testatoris, prout ipse testator substituendo disposuit, ex quo dicta Lau. decessit sine filiis masculis, & sic euenit conditio in dicta substitutione apposita ad hoc. l. cedere diem. ff. de verb. sig. quod uidetur procedere quantumcunque ipsa decesserit superstitibus filiabús, cũm appellatione masculorum filiorum non veniant filiæ fœminæ, ex quo ita apparet de mente ipsius testantis, imo & ex verbis ad hoc no. ff. de lega. 3. in l. Lucius. §. quæsitum. & per Bar. ff. de verb. sig. in l. 1. quod & locum habet, etiá
6 si ipse testator † substituendo simpliciter filio, & filiæ videatur substituere sub conditione nisi decesserit cum filiis uel filiabus: prout no. ff. de cond. & demonst. in l. cum auus. & C. de inst. & subst. l. generaliter. §. cum autem. & C. de fideicom. l. cum acutissimi. & hoc casu, quando ita substituit si decesserit sine filijs masculis, non subintelligetur, vel cum fœminis, prout voluit Bart. in d. l. cum auus: quia, ex quo noluit masculos excludere substitutum, videtur voluisse ꝙ fœminæ non excludantur. arg. l. cũ ita. ff. de cond. & dem. vt ibi plenius per ipsum Barto. pro quòd facit quod no. ff. de iud. l. cum prætor. & in c. nonne. de præsum. ita quòd dictæ filiæ fœminæ, non excludunt dictum hospitale substitutum. Imo & nec filii masculi ipsarum filiarum excludunt ipsum hospitale substitutum ex pluribus.
7 Et primo † quia ex quo ipsæ filiæ fœminæ non excludunt ipsum substitutum vt supra: multo minus excludunt ipsi descendentes masculi ex ipsis, tanquam procedentes ex radice infecta: ad hoc quòd habetur. ff. de seru. rust. præd. l. tria. & C. de nat. li. l. fi. & hoc voluit Spe. in simili in ti. de loca. in §. nunc uero aliqua. in uer. 46. & Io. An. in add. Spe. in titu. de test. in rub. in ver. Titius hominis duos fratres. & Bal. C. de sacros. eccl. in auth. si quas ruinas. circa fi. per d. l. tria. ita quòd attenta dicta ratione, dictæ filiæ non excludunt dictum substitutum, videlicet, dictum hospitale, & multominus extranei filij quantumcunque sint masculi. Quod & secundo deducitur ex alia ratione quia dicti filii dictarum filiarum non successerunt nec succedere possunt, nec succedunt dictæ La. cui est facta dicta substitutio ex uoluntate ipsius testatoris: sed exclu-
8 duntur ab hac alia causa: quia † non sunt proximiores dictæ Lau. sed potius eius filiæ, propter quòd non faciunt desinere substitutionem: nec excludũt
9 ipsi filij masculi ipsum substitutum, prout † in simili dicitur de deportato, vel fratre de ordine Minorum per Bar. in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legat. 1. pro quo facit: quia ex quo nõ succedunt nec succedere possunt ipsi filij masculi dictarum filiarũ dictæ Lau. ex dispositione iuris, nec ex eo, quia sint positi in conditione: prout tenuit gl. & cõiter tenetur. ff. de hære. inst. in l. Lucius. & sic non consequuntur, nec consequi possunt bona dicti testatoris, incongruũ & iniustũ est ꝙ excludant dictũ hospitale substitutũ post ipsam Lau. imo ex hoc filiæ fœminæ d. La. consequerentur dicta bona excluso dicto hospitali, quod fuit & est cõtra uoluntatem dicti testatoris, ad hoc ꝙ no. in regula: cũ quid in 6. Ad idem, & tertio facit: quia ipse testator nõ simpliciter substituit ipsum hospitale post mortem dictæ La. & in casu quo decesserit sine liberis, uel sine filiis, sed i casu quo decesserit sine filiis masculis, hoc. n. casu nõ veniũt ipsi nepotes ex filiabus, quã-
10 túcũq; sint masculi. talia. n. verba intelligenda sũt, & intelligi debent de proximis & immediatis filijs masculis. ff. de vulg. & pup. l. qui liberis. §. fina. & ff. ad Treb. l. ex facto. §. ult. quòd procedit non solum in feudis, sed etiam in aliis, prout uidetur uelle Bal. in d. l. 1. C. de condit. infer. Esto quòd expresse hoc non declaret, ꝙ & tenuit etiam Bar. de Sal. in d. l. 1. C. de cõd. ins. dicens ꝙ tunc non veniũt ipsi filii ex fœminis procreati, cũ restringatur ad illos de agna

tione

tione sua, & non ad nepotem ex filia, quòd patet quia tunc filia non excluderet substitutum, ergo multominus natus ex illa, argumen. ff. de ser. l. seruitutes. §. publico. & eius quòd nota. Ricar. Mal. in quæstio. an statutum per quòd masculi excludunt fœminas, excludant nepotes ex ea. vt not. per Cin. C. quæ sit lon. Consue. l. 1. prout dicit ipse Sal. in d. l. dicens ita a pluribus fuisse consultum: ita quòd per hæc videtur velle Sal. quòd nepos ex filia nõ excludat substitutum: quia non est de generatione: & etiam quia natus ex ipsa filia, quæ ipsum substitu-
11 tum non excludit: appellatione † enim liberorum seu filiorum masculorum non comprehenduntur nepotes masculi ex filia, & maxime si ipsa filia, prout tenuit Ioann. And. post Ric. in addi. Spec. super dicta rub. de test. & ita consuluerunt dom. Ant. de But. & d. Fe. de Anch. & de Montegrã. d. Bar. de Salic. & d. Flo. prout refert d. Ma. de Mate. in suis no. in no. 127. quod incipit. No. unum dictum singulare. ita quòd attentis prædicti filii nati ex dictis filiabus, cum non veniant appellatione filiorum masculorum, non excludunt ipsum hospitale substitutum, quòd & tenuit etiam excellen. doc. do. Io. de Montespe. in d. l. 1. per ea quæ habentur in d. l. 1. C. quæ sit lon. consu. quòd & tenendum est, quicquid dixerit Pau. de Cast. in d. l. 1. C. de condit. inser. cũ prout supra patet communiter teneatur, & tenendum sit maxime ex eo: quia in ipsis vltimis volunta-
12 tibus, primo † consideranda est mens ipsius testatoris & eius intentio, ff. de leg. 3. l. non aliter. & ff. de conditio. & demonstratio. l. in conditionibus primum locum: quæ fuit, vt dicta bona essent apud dictam Lau. donec viueret, & post eius mortem apud filios masculos ipsius do. Lau. & non apud ipsas filias fœminas ipsius, quibus certam quantitatem reliquit sub conditione prout patet in dicto testamẽto, ad quas dicta bona deuenirent si dicti filii ipsarum masculi excluderent substitutum, propter defectum conditionis iuxta no. in d. §. cum quis: quòd nõ fuit de mente ipsius testatoris: sed potius ut dicta bona deuenirent ad dictuum hospitale exclusis ipsis filiabua, prout & quilibet uir probus arbitraretur & iud. caret attentis verbis & mente dicti testa-
13 toris: ita † quòd per prædicta dici & concludi põt, quòd euenerit conditio apposita in substitutione facta de dicto hospitali, ex quo dicta Lau. decesserit sine filiis masculis. adeo quòd dictum hospitale petere potuerit dicta bona dicti Anto. seu dictum residuum bonorum prout ipse testator disposuit, ff. ad Trebel. l. 1. & l. cogi. per totum. & in cap. Rainutius. & c. Rainaldus. de test. Non obst. in contrariũ adductis, cum non obst. Non enim obst. & primo quod in contrarium adducitur, quòd appellatione filiorum seu liberorũ ueniunt nepotes. vt d. l. iusta. & d. l. liberorum. & maxime in vltima uoluntate, quando apponuntur in condictione ad ipsorum fauorem, prout voluit Bar. in d. l. liberorum, per d. l. Lucius. etiam si sint nepotes ex filia, vt d. l. 1. C. de cond. inser. imo & etiam si dixisset de suo corpore natis, prout voluit Bald. ibi. quia illud verum est, quãdo
14 substitutio † esset facta simpliciter sub conditione si decesserit sine liberis, seu sine filiis; secus si substitutio sit facta si decesserit sine filiis masculis: cum tunc non veniant ipsi nepotes ex filiabus, prout & supra plenius dictum fuit: nec contrarium voluit Bal. in d. l. 1. vt supra dictum fuit; vel illud est verũ, quando aliud non appareret ex mente ipsius testatoris, prout apparet in casu prædicto, cum & tunc non veniant. l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 3. & ut supra plenius dictum fuit. vnde non obst. quòd & primo in contrarium adducitur. Nec ob. quòd secundo in contrarium adducitur dicendo, quòd sufficit quòd supersint ipsi nepotes ex filia ad excludendũ ipsum substitutum, etiam si non sint hæredes nec ad hæreditatem ipsius Lau. venire possint. vt d. §. cum quis. & prout no. in d. l. ex facto. §. fin. & d. l. 1.
15 C. de cond. inser. quia illud † verum est, quando ex eorum voluntate vel ipsius testatoris non succederent, secus si ex legis dispositione, prout voluit Bartol. in d. §. cum quis. & vt supra dictũ fuit præterea in casu prædicto & si succederent vel succedere possent ipsi nepotes ex filia, tamen in casu prædicto non excluderent ipsum hospitale, ex quo substitutum est in casu, quo dicta d. Lau. decederet sine filiis. nam cum, tunc ipsæ filiæ fœminæ non excludãt; multominus excludent filiæ earum, prout supra plenius dictum fuit, vnde non ob. Nec ob. quòd & tertio in contrarium adducitur dicendo, quòd ipse testator substituisset simpliciter ipsi Lau. ipsum hospitale subintelligeretur, nisi ipsa decedat cum filijs masculis vel fœminis vel descendentibus ab eisdem. ut
16 d. l. cum auus. & l. cum acutissimi. quia † illud est verum quando substituisset simpliciter eidem, secus si substi. sub conditione si decesserit sine filijs masculis, cum tunc non subintelligatur de filiis fœminis, nec de descendentibus ab eisdem, prout no. in d. l. cum auus. & prout supra plenius dictum fuit. vndd in contrarium adducta non obst. & cum non ob. concluditur & concludi potest, quòd dictum hospitale ad dictam substitutionem veniat. adeo quòd succedit vigore dictæ substitutionis in bonis dicti Ant. peruentis ad dictam Lau. seu in residuo ipsorum bonorum, prout ipse testator disposuit: ita quòd hæredes dictæ d. Lau. tenebuntur restituere vniuersa bona, quæ remanserunt in hæreditate dicti Ant. quæ peruenerunt ad dictam Lau. eius hæredem, cũ
17 † appellatione residui veniat totum, C. de hær. inst. l. 2. detractis tñ debitis dicti An. & relictis in dicto testamento factis p dictam Lau. solutis & adimpletis, & alijs quæ detrahẽda veniũt de iure. Circa quæ cadit dubitatio, quæ sint detrahenda vltra prædicta, Et primo de legitima ipsius d. Lau. quæ & si sit de iure cõi tertia pars bonorũ dicti Ant. C. de inof. test. auth. nouissima & in corp. vnde sumitur. detra-
18 cto † tñ ære alieno & funeris impensa. ff. de inof. te-
19 sta. l. Papi. §. 4. & in ipsa † legitima computetur dos per dictum Ant. eidem Lau. data, seu eius viro pro ea. C. de inof. test. l. qm̃ nouella. & si dicta dos data eisdem ascendit ad legitimam prædictam, non potuerunt hæredes dictæ Lau. ipsam legitimam retinere, nec aliquid pro ea, ex quo põt dici de ea satisfactum, ff. de pig. act. l. rem alienã. §. omnes. & ff. de re iud. l. 3. §. ait prætor. si vero ipsa dos ad ipsam legitimã nõ ascendat. & tunc si statutũ nõ repugnet, sup quo nõ puto necessariũ insistendũ, hæredes dictæ d. Lau. detrahere potuerũt de dicta hæreditate

ipſam legitimam,ſeu quantum deficit pro ipſa legitima,prout not.in d.l.Papinianus .§. meminiſſe. & prout not.C.ad l.Falcid.l.quauquam. & de teſta.c. 30 Raynaldus.& hoc† niſi dicta do.Lau. alienaſſet ſeu diſsipaſſet tot de bonis ipſius teſtatoris,quod ſufficiat pro ipſa legitima,ſeu eius reſiduo ,cum tunc illa immutanda ſint in ipſa legitima,ſeu eius reſiduo prout not.ff.ad Trebellian.l.Marcellus.§. res quæ. & hoc quo ad legitimam. Quo ad Trebellianicam vero , de qua ſecundo loco dubitatur. Dicendum 31 eſt† quòd cum talia bona relicta ſunt dicto hoſpitali,& ſic ad pias cauſas Trebellianica non fuit nec eſt detrahenda,prout & tenuit Geinge.in cap.ſi pater.ſecundum quod refert gloſſ.ibi de teſtam.in 6. quæ & ſi dictam opinio.non ſequatur ipſa glo. nec Ioan.And.in nouel.tamen ſequitur eam Cin. in authen.ſimiliter.C.ad l.falcid.& Din. in l. 1. §.filii.ff. ad Trebellian.& Bartol.in l.Marcellus.§.quod autem.ff.ad Trebellian.& Bald.in l.id quod pauperibus.C.de epiſcop.& cle.& in l. ſi quis ad declinandam.& in d.authen.ſimiliter. dicens hoc procedere etiam ſi filius ſit grauatus de reſtituendo: & hác opini.quod Trebellianica non trahatur de relictis ad pias cauſas tenuit dom.Anton.de But.in c.Rainutius.de teſta.dicens eam ſequendam,cum faueat animæ adducens tex.inſtit. de fideicomm. hære. in §.ſed quia,prout & refert d.Maiſ.in d.cap.ſi pater. qui hoc idem videtur tenere, quòd & tenet etiam Ioan.de Imo.in d.§.quod autem. dicens eam com- 32 muniter teneri,& cum communiter† teneatur,ut ſupra patet,ſeruanda erit in practica, prout not.in d.c.ſi pater.unde cum talia bona fuerint relicta dicto hoſpitali,& ſic ad pias cauſas, non detrahẽt nec detrahere poterunt hæredes dictæ Lau.dictam Trebellianicam: & hæc circa ipſam Trebellianicam.

Circa vero bona hæreditaria immobilia dicti Anton.data inſolutum dictis Lucre. & Berna. quibus relicta erant quinquaginta pro qualibet earum,dicendum eſt quòd in præiudicium dicti hoſpitalis dari non potuerunt:imo cum pecunia eſſet in hæreditate,debuerunt ſolui dicta quinquaginta de ipſa pecunia,prout ipſe teſtator diſpoſuit, diſponendo quod quicquid detractis legatis de denariis ſupererit emerentur bona ſtabilia : ac etiam reliquit, ꝙ venderentur bona mobilia ; & ſimiliter emerentur bona ſtabilia & poſſeſsiones,ut ſupra:ex iſtis enim uerbis ipſius teſtatoris ſatis uidetur colligi, quòd in ipſa hæreditate remanſerunt pecuniæ.ff. de contrahen.emp.l.ſi quis donationis cauſa.Quod uidetur etiam demonſtrari ex alio ; quia ipſas pecunias pro dotibus reliquit,propter quòd uidetur, quod & in ipſa hæreditate ipſe pecuniæ remanſerunt, ex quo non apparet ipſam Lau. feciſſe inuentarium, 33 cum † præſumatur quòd in hæreditate remanſiſſet tantum quod ſufficiat pro ipſis relictis ſatisfaciendis,prout not.ff.ad l.falcid.l.in ratione.§.quòd vulgo.& ibi per Barto.& per Bal. in l.filium quem habentem.C.famil.erciſcu.vnde cum remanſerint pecuniæ, & de ipſis pecuniis ſoluere debuerit dictas dotes,prout ipſe teſtator diſpoſuit,dicendo, quòd detractis & ſic ſolutis legatis,quicquid de denariis ſupererit,emerentur bona ſtabilia &c. Vnde uoluit dictus teſtator, quod pro dictis dotibus non dentur bona ſtabilia,imò potius pecuniæ, ex quo ſu- 34 pererant.talis† enim ultima uoluntas fuit & eſt ſeruanda, ut lex in auth.de nupt. §. diſponat.ita quòd dictum hoſpitale potuerit talia bona, ita inſolutum data reuocare,per titu.de his, quæ in fraudem credi.fraudulenter enim ipſa Lau. dicta bona inſolutum dedit,quòd & in dubio præſumitur,ſi teſtamẽto no.etiam habuit, & ipſe filiæ notitiam ſimiliter habuerunt iuxta not.ff.de his quæ in frau. cre. l.ait 35 prætor.& maxime† ſi dederunt pro minori quantitate,quam ualerent,cum quatenus dederunt ꝓ minori quantitate,quam ualerent, cum quatenus dederunt pro minori quantitate videantur donaſſe, quo caſu ſufficit ſolummodo ſcientia ipſius dom. Lau.ad ipſam reuocationem faciendam:ſuper quo non multum inſiſto,cum non expediat, cum dictæ filiæ dictæ Lau.teneantur reſtituere , & ſi non ipſa bona inſolutum data, ſaltim pecunias ad manus dictæ Lau.peruentas , cum vniuerſa bona reſtituere teneantur detractis detrahendis,ut habetur in d.c. Rainutius & in d.c.Raiualdus.& ff.ad Trebel.l.mulier.§.cum proponeretur. inter quæ bona reſtituere debebunt quandam petiam terræ emptam per 36 dictum Anto.& per ipſum† uſque ad eius mortem poſſeſſam,vt præſuppouitur,cum cenſeatur remanſiſſe in hæreditate.ff.de pet.hær. l. nunc videndum. §.fina.adeo quòd venit reſtituenda ſicut & alia bona hæreditaria,quantumcũque dicta Lau.poſt eius mortem a dicto emptore reemerit, & inſtrumentum in eius perſona cantare fecit fictitiæ & ſimu- 37 latæ ut præſupponitur,cum potius† attendi debet quòd in ueritate agitur, quam quod ſimulatæ concipitur. C. plus ualere quod agitur per totum. & etiam quia,ſi pretium ſoluit ex pecunia hæreditaria,ut præſupponitur , propter quòd ſuccedit loco ipſius pretii & pecuniæ prout not. in d. l. ſi rem & pretium.& in d.l.Imperator.§.fina. & ibi per Bart. imo & reſtituere tenebuntur alienata, ſeu eorum pretia,ſi dictum hoſpitale acceptare voluerit, & ipſas alienationes ratificare , cum tunc reſtituere de- 38 beant pretia dictorum bonorum, cum † pretia loco ipſarum rerum ſuccedant.ff.de pet.hær. l.ſi rem & pretium.& ut no.ibi.& ff.de leg.2.l. Imperator. §.fina.& ibi per Bart.ſi uero dictum hoſpitale alias alienationes ratificare uoluerit , poterit ipſa bona alienata reuocare,& petere.C.commun.de leg.l.fi. §.ſed quia.& §.ſeq.& C.de ſacroſ.eccl.l. fin.ſi uero 39 † ipſa bona non fuiſſent per ipſam d.Lau.alienata, ſed potius diſsipata,ſeu culpa rata deperdita,& deteriorata:& ipſa eius hæredes ſimiliter reddere & reſtituere tenebuntur. vt d.l. mulier. §. ſed enim ſi quis.& vt ibi plenius not.& ff.de legat.1.l. domos. do.Bene.

THEMA CONSILII DECIMINONI.

PVnctus. Fuit quidam Petrucius,qui tempore vitæ ſuę habens vnam filiam nomine Antoniam,maritauit ipſam,& dotẽ ſibi dedit : ex qua filia natę sũt poſtea duę filię, poſtea iſte Petru-

Petrucius veniens ad mortem condidit testamentum, in quo, factis multis relictis, instituit hæredem vniuersalem d. suam filiam, & si ipsa Antonia decederet sine filijs masculis, voluit & disposuit d. testator quòd detractis certis relictis in dicto testamento factis, residuum bonorum veniat ad ecclesiam sanctæ Mariæ de dicto loco. decessitque postea d. Petru. condito testamento præfato, superstite sibi d. Antonia filia & hærede instituta, quæ hæreditatem eius adiuit, & tenuit & possedit. deinde decessit d. Antonia sine filijs masculis, superstitibus tamen dictis duabus filiabus, videlicet Iacoba, & Benedicta eius hæredibus, quæ tenuerunt & possederunt eius bona, nunc euento dicto casu restitutionis bonorum dictæ Ant. ecclesia petit restitutionem dictorum bonorum ab hæredibus d. Antoniæ vigore testamenti d. Petrucij, ex quo Antonia prædicta decessit sine filijs masculis, Dictæ autem filiæ & hæredes antequam restituerent dicta bona dictæ ecclesiæ, vellent detrahere & retinere de dictis bonis legitimam debitam dictæ Antoniæ. Ex parte ipsius ecclesiæ opponitur, quòd non debent habere, nec possunt detrahere aliquam legitimam prætextu & vigore statuti positi sub rub. quod nulla mulier &c. in quo disponitur, quòd mulier non possit venire ad successionem, nec petere partem iure naturę debitam, contra voluntatem parentum, &c. quod vobis transmittitur, quòd statutum loquitur etiam de muliere dotata: vt ipsa non possit venire ad successionem dotantis, nec aliquam partem petere quocunque iure etiam ab intestato contra voluntatem ipsius dotantis, nec etiam eius filij, vel filiæ, prout plenius dicitur in ipso statuto &c. Quæritur nunc stantibus prædictis, nunquid dictę Iacoba & Benedicta filię & hęredes dictę Antonię potuerint & possint dictam l gitimam retinere &c.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia & Trebellianica non detrahitur de relictis ad pias causas.*
2 *Arguere a rubrica est licitum.*
3 *Residui appellatione venit totum.*
4 *Legitima potest a statuto diminui, & ita communiter tenetur.*
5 *Filius rogatus de restituendo etiam ad pias causas, detrahit legitimam iure natura debitam, non est enim minus priuilegiata causa filiorum, quam pia causa.*
6 *Statutum disponens, quod quis non possit venire ad successionem, intelligitur ab intestato, non ex testamento.*
7 *Legitima iure hæreditario habetur.*
8 *Copula de sui natura coniungit, & non disiungit regulariter.*
9 *Statutum vnum, quandoque declarat aliud.*
10 *Exclusus a petendo, non videtur exclusus a retinendo.*
11 *Excommunicatus licet petere non possit, tamen potest retinere, & excipere.*
12 *Verba non sunt amplianda, sed potius restringenda in materia exorbitanti, & correctiua.*
13 *Ecclesia non potest dici filius, nepos, vel alius masculus descendens a patre dotante, in quorum fauorem emanauit tale statutum exclusiuum ipsarum fœminarum dotatarum, vt conseruetur Cippus domus.*

CONSILIVM XVIII.

In nomine domini, Amen.

Et si viso & considerato præferato pũcto videatur dicendum, quòd dictæ Benedicta & Iacoba filiæ & hæredes dictæ Antoniæ non potuerint nec possint ipsam legitimam retinere ex pluribus. Et primo quia dicta Ant. fuit grauata de restituendo dictã hæreditatẽ dictæ, ecclesiæ & sic ad pias causas, 1 propter quod videtur, quòd † sicut non detrahitur Falcidia. vt in auth. similiter. C. ad l. Falci. nec etiã Trebellianica, prout communiter tenetur secundum quod no. ff. ad Trebel. in l. Marcellus. §. quod autem. & in c. si pater. de testa. in 6. & in auth. similitenita & nec detrahatur ipsa legitima eadem ratione, ad hoc quod no. ff. ad l. Aquil. l. illud. & in c. trãslato de constitutionibus. & in ca. 2. de translatione præl. Quod & secundo videtur deduci ex alio, videlicet ex dispositione dicti statuti positi sub rubr. quod nulla mulier. disponitur enim in dicto statuto tam in rubro quam in nigro, quod mulier non possit venire ad successionem, nec petere partem iure naturæ debitam contra voluntatem parentũ, 2 prout disponitur in d. rub. a qua † licitum est arguere, prout no. C. ne fideiussor. do. den. in rubr. imo & vltra disponitur in statuto, videlicet in nigro, quod mulier dotata a patre matre &c. non possit venire ad successionem, nec petere partem quocunque iure etiam ab intestato contra voluntatem dotantis, nec eius filij vel filiæ, prout plenius disponitur in dicto statuto, quod statutum videtur excludere ipsam filiam dotatam, a quo regulatur ipsa legitima. C. de inoffic. testa. l. cum quæritur: sed etiã a parte debita iure naturæ. & sic a legitima, dũmodo veniat vel petat contra voluntatẽ dotãtis, prout videtur venire & petere ipsa Antonia seu eius hæredes, ex quo ipse Petrucius testãdo disposuit, qđ detractis certis relictis residuũ deueniat ad dictam ecclesiam: satis enim videtur velle detrahere ipsa Antonia & eius hæredes contra volũtatem dicti Petrucij, ex quo detrahunt & detrahere volunt ipsam 3 legitimam, & sic residuũ non restituere, cũ † appellatione residui veniat totum l. 2. C. de hære. insti. 4 potuit. n. & potest statutum † diminuere legitimam in qua computatur dos. l. quoniam nouella. C. de inoffi. test. & hoc, quod statutum minuere possit cõmuniter tenetur: prout no. per Ci. in l. sancimus.

C. de nup. & per Bartho. in l. Titio centum. §. Titio genero ff. de condi. & demon. & per Bald. in l. cum leg. C. de epi. & Cle. & prout not. in cap. si pater. de testa. in 6. vnde potuit tale statutum ipsam legitimam diminuere, imo & tollere, ex quo mulier ipsa est dotata, cum diminuere sit legitimam detrahere: per quæ videtur quod dic. Antonia ipsam legitimam de dictis bonis retinere non posit, nec eam detrahere, & similiter eius filij & hæredes, ex quo statutum ita disposuit. Sed his nõ obst. contrarium de iure dicendum est: vt videlicet dictæ filiæ potuerint, & possint dictam legitimam debitam d. Antoniæ retinere & detrahere de bonis & hæreditate d. Petruc. cum filius † vel filia rogati de restituendo etiam ad pias causas detrahant & detrahere posaint ipsam legitimam iure naturæ debitam, prout voluit glo. ff. ad l. Falc. l. 1. §. ad muni. quam sequuntur communiter doc. ibi & in aut. nec in ea. C. ad l. Falc. & in l. si quis ad declinandam. C. de Epi. & Cle. & in cap. Rainutius. & in c. Rainal. de test. Non enim est minus priuilegiata causa filiorum quam piæ causæ, prout not. in d. l. si quis ad declinandam. & 18. q. 4. ca. fin. vnde ipsæ filiæ de dictis bonis d. Petrucij peruentis ad d. Antoniam restituendis ecclesiæ sanctæ Mariæ retinere poterunt ex persona d. Ant. vt eius hæredes, seu detrahere legitimam debitam d. Antoniæ, non obstante quòd sint dicta bona restituenda ad pias causas, cum hoc non ob. vt supra patet: nec ob. dictum statutum positum sub rub. quod nulla mulier &c. prout ex pluribus deducitur: tale enim statutum habet plura capita, habet enim primo rubricam, in qua disponitur, quòd nulla mulier possit venire ad successionem, nec petere partem iure naturæ debitam in bonis parentum, quod & similiter disponitur in principio dicti statuti, ipsam rubricam declarando, de ipsa muliere videlicet dotata, vt ipsa non possit ad successionem venire, nec petere partem quocunque iure bonorum patris & matris: nec etiam ab intestato contra voluntatem dotantis, & quo ad illud caput tale statutum locum non habet in casu prædicto, cum ipsa Antonia venerit ad successionem, & successerit & bona hæreditaria possederit vsq; ad eius mortem, prout venire potuit, cum tale statutum † intelligatur & intelligi debeat quod non possit venire ad successionem scilicet ab intestato, non ex testamento, prout ipse testator disposuerit. & hoc voluit Bal. in d. l. fin. C. de pac. & clarius in l. pactum quod dotali. C. de colla. & ita ipsa venit ad ipsam successionem, & ipsa bona hæreditaria tenuit & possedit vsque ad eius mortem, ita quòd in hoc non cadit dispositio dicti statuti. Nec ob. quo ad hoc quòd non possit petere partem quocunque iure etiam ab intestato, cum ipsa non petierit in eius vita aliquam partem, sed si petijsset ipsam legitimam petere potuisset, cum non petat contra voluntatem dotantis, cum ipse pater dotans eam hæredem instituerit, propter quòd potuit ipsam hæreditatem petere. ff. si pars hære. peta. l. 1. & 2. & petendo ipsam legitimam in hæreditate inclusam, cum legitima † iure hæreditario habeatur, prout voluit Bar. in l. gerit. ff. de acquire. hære. propter quod non venit contra voluntatem petendo ipsam hæreditatem seu legitimam, ad hoc quod habetur. ff. de acquir. hæred. l. quandiu. & C. communia de succes. l. antequam super quo aliter, non in[illegible] sto, cum non expediat, cum ipsa do. Ant. non petierit in eius vita aliquam partem iure naturæ, vel alio modo contra voluntatem ipsius patris dotantis & testan. sed ipsa venit ad successionem, & successit vigore testamenti, & prout ipse testamento disposuit, vnde non habet locum in hoc casu ipsa rub. nec principium ipsius statuti. vnde non ob. dictum statutum & eius rub. & prima pars similiter. Et non ob. alia secunda pars, quæ incipit, & filij seu filiæ: cum casu prædicto ipsæ filiæ d. Antoniæ non petant nec petere possint aliquam legitimam ex earum persona, nec ipse ex earum persona aliquam legitimam retinere possint, nec velint in casu prædicto, cum eis non debeatur in bonis & de bonis dicti Petrucij, stante ipsa Anto. eius filia. vt in auth. de triente & semisse. §. 1. & prout no. C. de inoffi. test. in auth. nouissima. vnde dicta secunda pars dicti statuti non habet obstare, nec facit ad casum de quo quæritur. Præterea dicta pars loquitur, quando peterent & petere vellent ipse filiæ natæ ex tali muliere dotata ab hæredibus & filijs institutis in testamento patris filiæ dotatæ. Quod & similiter non cadit in casu nostro, cum & ipsæ filiæ non petant ab hæredibus, & filiis institutis in testamento patris, nec ab ipsis retinere velint ipsam legitimam, cum & ipsæ filiæ sint filiæ & hæredes d. Antoniæ institutæ in testamento dicti Petrucij: vnde á seipsis petere non intendunt, nec retinere, sed ab ecclesia, cui bona ipsius Petrucij restituenda sunt: vnde dicta pars dicti statuti in hoc casu non loquitur, nec locum habet: quantumcunque putem, quòd sit erronea scriptura, cum, vt puto dicat, ab hæredibus & filijs institutis in testamento patris, quo casu similiter non haberet locum dicta pars dicti statuti, cum non petant dictæ filiæ ab hæredibus & filijs institutis. imo ipsæ fuerunt & sunt hæredes ex persona d. Antoniæ institutæ hæres in testamento d. Petrucij, ita quod a seipsis petere non possint. ad hoc quod habetur in cap. fin. de insti. Et si dicatur quod ipse petere intendunt seu retinere contra ipsam ecclesiam, cui ipsa bona restituenda sunt, & sic ab hæredibus. certe ad hoc dici potest, quod & ipsa ecclesia non fuerit nec sit hæres: licet eidem restituenda sint omnia bona dicti Petrucij ad dictam Anto. peruenta iuxta not. ff. ad Trebel. l. cogi. §. inde quæritur. & ibi per Bart. Præterea & si ipsa ecclesia fuisset & esset hæres, ita quòd ex Trebelliano succederet in hæreditate, prout habetur ff. ad Trebel. l. 1. §. 1. nihilominus non potest dici hoc casu, quòd ipsæ filiæ dotatæ petant ab hæredibus & filijs in testamento hæredibus institutis, cum in hoc casu requiratur quòd supersint filij, in quorum fauorem emanauit tale statutum exclusiuum filiarum dotatarum, vnde requiritur quòd concurrant duo, videlicet quòd ab ipsis filijs petatur, & quòd sint hæredes. de natura † enim copulæ est vt coniugat, & nõ disiũgat regulariter, prout no. ff. de iu. & fac. igno. in rub. & ff. de re. du. in l. 1. & in l. si is qui ducenta. §. verũ. de rescri. l c. 2. & hoc voluit in simi.

simi. Bar. in l. iuriusiurand. §. si liberti. ff. de oper. libe. quod & maxime procedit in casu prædicto, attento mente statuentium, quæ fuit excludere ipsas filias dotatas propter filios & in eorum fauorem, ad hoc vt Cippus domus conseruetur, ad hoc quod not. ff. de ven. inspicien. l. 1. §. publice enim: quæ mens comprehenditur ex alio statuto posito 9 sub rub. de mulieribus dotatis a patre: vnum† enim statutum declarat aliud quandoque, prout no. ff. vi bo. rap. l. prætor ait. §. erit quæ. & etiam in c. 1. de iureiu. in 6. vnde, cum in casu prædicto, non super sint filij & hæredes dicti Petrucij vigore dicti statuti, nec ab ipsis petatur seu retineatur ipsa legitima, locum non habet dispositio dicti statuti, cũ de hoc casu non loquatur, ad hoc l. si seruum. §. non dixit. ff. de acqui. hære. & c. ad audientiã. de decimis. Nec similiter locum habeat alia pars posita in verb. nec aliquis ex persona ipsius filiæ: quæ magis videtur facere ad propositum, cum loquatur de eo, qui ex persona ipsius filiæ dotatæ & matris effectæ vult petere aliquid occasione debiti iure naturæ, vel ex alia quacunque successione. vt petere non possit contra filios nepotes &c. Qui versic. & si videatur obstare ipsis filiabus Ant. cum & ipse petere velint siue retinere ipsam legitimam d. Anton. earum matris, restituendo dicta bona hæreditaria, cum non habet obstare ex pluribus. Et primo, quia tale statutum loquitur de ipsis petentibus ipsam legitimã ex persona ipsius filiæ dotatæ, non autem loquitur de his, qui retinere vellent exclusis a petendo, non 10 †tamen videntur exclusi a retinendo, prout patet 11 in excommunicato† qui licet petere non possit, tamen potest retinere & excipere, prout habetur in c. intelleximus de iud. & in c. cum inter. de exceptionibus: ad hoc etiam quod not. in simili. ff. rem ra. habe. l. amplius non pet. & in c. ad nostram in pri-12 mo de iureiur. in hac† enim materia exorbitanti & correctiua verba non sunt amplianda, sed potius restringenda, vt in regula: quæ a iure in 6. ita q tale statutum ipsis filiabus volentibus retinere ipsam legitimam ex persona dictæ Anto. earum matris dotatæ, non habet obstare. Quod & clarius demonstratur ex alia ratione, cum tale statutum loquatur & locum habeat, quando ipse filiæ ex persona matris dotatæ peterent, seu retinere vellent ipsam legitimam contra filios nepotes, & alios quoscũque remanentes in domo patris dotantis, vnde locum nõ habet in casu prædicto, cum in domo ipsius patris nõ remanserit nec remaneat ipsa ecclesia. Nec 13 etiam dici potest† q ipsa ecclesia sit filius, nepos, vel alius masculus descẽdens a dicto patre dotãte, in quorum fauorem emanauit tale statutum exclusiuum ipsarum feminarum dotatarum, vt videlicet cõseruetur Cippus domus, prout no. in d. l. 1. ff. de ven. inspi. ver. publice enim interest. & sic in fauorem ipsorum filiorum, & aliorum masculorum descendentium: isti enim sunt qui remanent & remanere debent in ipsa domo, ad hoc quod not. ff. de verb. sign. l. pronunciatio. §. familiæ. & §. sequenti. vnde cum in casu prædicto non remanserit aliquis filius vel discendens masculus remanens & remanere debent in dicta domo d. Petrucij, ob cuius fauorem emanauit dictum statutum, dispositio dicti statuti locum non habet, & sic non obstabit dictis filiabus d. Antoniæ, quin retineant & retinere possint ipsam legitimam in restituendo bona dicti Petrucij dictæ ecclesiæ. Vnde cum prædicta non ob. concluditur & concludi potest, q dictæ filiæ dictæ Antoniæ detrahere & retinere potuerũt restituendo dictæ ecclesiæ bona dicti Petrucij, legitimam d. Antoniæ videlicet quatenus deficit, dote in ea cõputata, prout & computari debet, pront plenius supra dictum fuit. Domi. Benedic.

THEMA CONSILII XX.

Punctus. Quidam Franciscus de Burgo, habens tres filios, videlicet ser Manfredum, Bartholomæum, & quendam do. Nicolaum, veniensq; ad mortem, fecit testamentũ, in quo suos vniuersales hæredes fecit atque instituit dictos eius tres filios, eos adinuicem substituendo, si aliquis eorum sine filiis decederet, de vno in alterum reuertendo: Decessit q́ue postea d. testator superstitibus sibi dictis tribus filiis & hæredibus institutis, qui hæreditati se immiscuerunt, & tenuerunt, & possiderunt, tenent & possident. Deinde post mortem dicti testatoris dictus d. Nico. effectus est presbyter sæcularis, qui tamen semper permansit in domo paterna, & non fuit intitulatus in aliqua ecclesia, nec fuit rector alicuius ecclesiæ perpetuus: sed semper tanquã capellanus: & pro capellano modo in vna ecclesia, & modo in alia. demum cum iste do. Nico. esset capellanus vnius fraternitatis sancti Bartholomei de dicto loco, decessit superstitibus dicti Ser Manfredo & Bartholomęo suis fratribus, qui, vt proximiores, volunt eidem succedere. Quibus dicta fraternitas se opponit, dicens dicta bona dicti do. Nico. ad se spectare vigore testamenti dicti do. Nicolai, cũ ipse decesserit condito testõ, in quo hæredẽ instituit in bonis suis dictã fraternitatem, in quo licet non interfuerit aliquis Notarius: tamen interferunt testes idonei, & in numero sufficienti, qui fuerunt examinati ad perpetuam rei memoriam, & publicati, ad q probandũ inducunt dicta testiũ prædictorum ita examinatorum. Deinde dicitur pro parte dictorum Ser Manfredi & Bartholomei, dato q constaret de dicto asserto testamento: tamen do. Nic. non potuit ita testari nec disponere, cũ bona sua essent subiecta restitutioni, & sic tenebatur restituere dicta bona dictis Ser Mãfredo & Bartholomęo vigore substitutionis factæ in testõ d. Franc. eius patris de dictis suis fratribus,

ex quo ipse do.Nicolaus decessit sine filijs: & sic euenit conditio substitutionis. vnde dicta fraternitas non potest succedere dicto domino Nicolao: sed eius bona veniunt restituenda prædictis Ser Manfredo & Bartholomæo: Nunc stantibus his presuppositis, dubitatur & queritur de duobus. Et primo quis successerit & succedat d. domino Nicolao, & in bonis dicti D.Nicolai, presbyteri sæcularis. Secundo quæritur an sit locus substitutioni factæ in testamento d. Francisci patris instituētis dictos suos hæredes, & eos adinuicem substituendo, si aliquis eorum sine filijs decesserit, in dei nomine consulatur.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia succedit in bonis rectoris sui, qui contemplatione ecclesiæ ea quæsiuit.*

2 *Rector Ecclesiæ testari non potest de bonis, ab eo quæsitis intuitu ecclesiæ.*

3 *Consanguinei proximiores, non solum usque ad septimum gradum, sed etiam vsque ad decimum succedunt ab intestato rectori Ecclesiæ in bonis quæ ipse rector ex eius artificio, uel ex bonis patris acquisiuisset, & excludunt ecclesiam.*

4 *Successio abintestato cessat, quandiu locus est successioni ex testamento.*

5 *Testamentum inualidum habetur pro non facto.*

6 *Testes quando examinantur ad perpetuam rei memoriã debent citari illi, quorum interest: & ad certum terminum debent citari ad comparendum, & probandum, & esse in iudicio, alias dicta examinatio non ualet.*

7 *Presbyter sæcularis intrans aliquam fraternitatem, & eam hæredem instituens, non uidetur decedere sine filijs, & per hoc videtur deficere conditio, si sine filijs decesserit.*

8 *Legitima & Trebellianica de bonis restitutioni subiectis detrahitur, quæ communiter ad medietatem bonorum ascendit.*

9 *Vltima voluntas, vel lex, seruanda est, nisi aliud reperiatur in iure expressum.*

10 *Grauato de restituendo si sine liberis decesserit, intrante monasterium, vt ibi perpetuo maneat, & relictum expendatur in pias causas, deficit conditio, si sine liberis decesserit.*

11 *Intellectus §. sed hoc præsenti: in auth. de sanctis. epis.*

12 *Glossa uidetur tenere vltimam opinionem.*

13 *Capellanus fraternitatis laicalis, cui est facta substitutio si decesserit sine liberis, licet dictam fraternitatem hæredem instituerit, non dicitur cum liberis decedere, nec substitutus excluditur, ex quo non intrauit aliquod monasterium, nec adeptus est aliquam Ecclesiam, vt perpetuo ibi permaneret.*

14 *Fraternitati laicali si quid relinquatur, non debetur canonica portio Episcopo, non solum si dicta fraternitas congregetur in hospitali constructo absque authoritate Episcopi, uel in aliqua domo prophana, sed etiam si congregetur in loco subiecto Episcopo, non enim tunc uidetur relictum hospitali, sed fraternitati, quæ est laicorum.*

CONSILIVM XX.

In nomine domini, Amen:

Cum uiso & considerato præfato puncto & contentis in eo, de duobus principaliter quæratur, ad quodlibet respondendum est. Et primo, ad primũ quæsitum, quod est, quis successerit & succedat d. domino presbytero sæculari Nicolao, & in eius bonis: & circa hoc dicendum est, quòd si † in aliqua Ecclesia fuit intitulatus, seu rector, & contemplatione ipsius Ecclesiæ aliqua quæsiuerit, seu contemplatione alterius Ecclesiæ quæsiuerit: & tunc in bonis per eum acquisitis intuitu Ecclesiæ seu eius cõtemplatione successit & succedit ecclesia, cuius contemplatione quæsita sunt, de testamen. c. cum in officijs & cap. relatum. il secundo, & de success. ab intes. cap. 1. quod procedit etiam si testatus fuisset, cum † de eis testari non potuit nec possit. de testa. c. ad hæc. & c. quia nos. & 12. quæst. prima episcopi. & prout plenius not. in d. c. cum in officiis. & in d. c. relatum. si vero non fuisset rector alicuius ecclesiæ, uel contemplatione alicuius ecclesiæ bona non quæsiuisset: sed aliunde, puta ex eius artificio, vel bonis parentum: & tunc † eidem successisset & succederent eius proximiores consanguinei ab intestato, excludendo ecclesiam, non solum si essent consanguinei usque ad septimum gradum, prout voluit Innocen. in d. c. cum in officiis. sed etiam si essent consanguinei seu agnati uel cognati vsque ad decimum gradum, cum & ipsi excludant ipsam ecclesiam, prout & voluit Ioann. de Imo. in d. cap. cum in officiis. & in c. requisisti. ad fi. de test. per id quod habet. inst. de succ. cog. §. fi. prout & plenius no. in d. c. cum in officiis. & in d. c. requisisti. & in d. c. i. de success. ab intesta. vnde in casu prædicto cum dictus dominus Nico. decesserit superstitibus dictis Ser Manfredo & Bartholomæo eius fratribus proximioribus consanguineis, ipsi successissent & succederent eidem in quibuscunque bonis ex eius industria acquisitis, vel ex successione seu concessione parentum: si intestatus decessisset idest, nullo cõdito aliquo alio testamento ualido, prout notat. in dicto cap. primo. de successio. ab intesta. & in dicto cap. cum in officiis. de testamen. & in dicto cap. quia nos. & in dicto cap. relatum. & in d. canone. episcopi: uerum quia, ut in puncto dicitur, pro parte dictæ fraternitatis dom. dominus Nicolaus decessit condito testamento in quo dictam fraternitatem hæredem instituit. Et circa hoc dicendum est, quòd si de dicto testamento legitime appareat: ut quia fuerit factum manu publici notarii, uel absque Notario in præsentia testium in numero sufficienti, & ipsis testibus ad perpetuam rei memoriam inductis & legitime examinatis. & tunc dicta fraternitas succederet uigore dicti testamenti, exclusis ipsis Ser Manfredo & Bartholomæo fratribus & proximioribus consanguineis, cum quamdiu † locus est successioni ex testamento. non est locus successioni ab intestato. l. quamdiu. ff. de acquiren. hæred. & l. antequam. C. comm. de succes. sed si de dicto testamento legitime

me non constet, ut quia non fuit confectum manu publici Notarii, uel si fuit confectum in præsentia testium absque Notario, prout allegatur pro parte ipsius fraternitatis, & nō appareat, q testes ipsi fuerint legitime inducti & examinati, ad perpetuam rei memoriam. & tunc non succederet dicta fraternitas vigore dicti testamenti, cum † habeatur pro non facto, ex quo de ipso testamento legitime non constat. ff. de testa. tutel. l. duo sunt Titii. & regula, non præstat in 6. prout & esset, si dicti testes inducti essent, non citatis personaliter dictis Ser Manfredo & Bartholomæo, put † & citari debuerunt, ex quo testes vt dicitur fuerunt examinati: imo & publicati ad æternam rei memoriam: prout voluit Inno. in c. significauit. de testi. & in c. fi. de eo qui mittitur possessionem: & ipsi Ser Manfredus & Bartholomæus erant in loco, vbi dicti testes fuerunt examinati, seu non multum distantes, & in iudicio nō fuerunt, prout uoluit Innocen. in d. cap. fina. de eo qui mitt. in possess. & in cap. significauit de testi. & ibi dom. Anto. & Ioan. de Imol. quod uoluit etiam Bar. in l. quarta. §. prætor ait. ff. de dam. infect. Præterea & si fuissent citati, non fuerunt citati ad certum terminum, prout & citari debuerunt secundum quod habetur in l. si ut proponis. l. secunda. C. quomodo & quando iud. & in cap. consuluit. de offic. deleg. & etiam quia non fuerit testes inducti & iurati in præsentia ipsorum. Ser Manfred. & Bartholomæi, nec eis legitime citatis ad hoc. & maxime quia non fuit assignatus aliquis certus terminus ad comparendum & probandum, prout & debuit, prout not. in d. iuri. & in c. licet causam. de pbat. ita quòd, dici potest, quòd dicti testes non fuerint legitime examinati, attentis prædictis, & aliis quæ ex dicto processu forte colligi possent, super quibus non insisto, cum ad præsens dictum processum non perfecte uiderim nec percunctatus sim. Sed posito sine præiudicio quòd dicti testes fuissent legitime examinati, & probauissent d. do. Nicolam hæredem instituisse dictā fraternitatem: ita quod locus esset successioni ex testamento, & succederet dicta fraternitas dicto dom. Nicolao ex testamento: tamen an locus sit substitutioni factæ in dic. testamento dicti Francisci eorum patris instituentis dictos eius filios hæredes vniuersales, eos adinuicem substituendo, si aliquis eorum sine filiis decesserit de uno in alios reuertendo. Circa quod & si uideatur prima facie dicendum, quòd non sit locus dictæ substitutioni ex quo d. do. Nicol. post dictum conditum testamentum effectus fuit pres-

7 byter sæcularis, cum † ex hoc uideatur decedere cū filiis, vel quod deficiat talis conditio, cum uideatur ita testando bona sua relinquere ad pias causas, instituendo hæredem dictam fraternitatem sancti Bartholomæi, per id quod habetur in authen. de sancti. episco. in §. sed hoc præsenti. in uer. aut Clerici. ubi glo. uidetur hoc uelle & etiam gloss. in authen. nisi rogati. C. ad Trebellia. & Iacob. de Belui. in d. authen. de sancti. epis. Quod & videtur etiam tenere Petr. & Cin. in d. authen. nisi rogati. vbi Bartol. & similiter idem Bald. idem uidetur uelle sequendo glo. dom. Ange. in d. §. sed hoc præsenti. sequendo hanc opin. Iacob. de Beluis. per quæ uidetur quod in casu prædicto non sit locus dictæ substitutioni factæ per dictum Franciscum dicto do. Nicolao in eius testamento, & cum non sit locus dictæ substitutioni, non teneatur ipsa fraternitas restituere bona prædicta dicti Francisci peruenientia ad dictum dom. Nicolaum, cum uideatur defecisse dicta conditio per d. §. sed hoc præsenti. Sed his non obst. contrarium de iure dicendum est ut uidelicet fuerit & sit locus dictæ substitutioni factæ in testamento dicti Francisci in persona dicti domini Nicolai. ex quo, vt præsupponitur, decessit sine filiis. vnde euenit ipsa conditio, propter quod fuit locus ipsi substitutioni. ff. de verbo. significatio. l. cedere diem. & prout not. ff. ad Trebellian. l. hæredes mei. §. cum ita: adeo quod ipsa fraternitas si fuisset, & esset hæres dicti domini Nicolai teneretur restituere dictis Ser Manfredo & Bartholomæo bona dicti Francisci ad dictum dominum Nicolaum peruenta detracta tamen legitima

8 † & Trebellianica, prout communiter tenetur, secundum quod not. ff. de inofficio. testamen. l. Papinianus. §. meminisse. & C. ad l. falcid. l. quanquam. & de testame. in cap. Raynutius. & cap. Rainaldus. vbi gloss. dicit hanc legitimam & Trebellianicam communiter ascendere ad medietatem, prout & ibi plenius not. ita quòd per hæc dici & concludi potest, quòd & si dicta fraternitas successisset & succedere dicto dom. Nicol. ipsa restituere deberet dictis Ser Manfredo & Bartholomæo bona dicti Francisci peruenta ad dictum dom. Nicolaum detracta legitima & Trebellianica uigore dictæ substitutionis, cum euenerit dicta substitutio, ex quo decessit sine filiis, ita quod non euanuit, seu defecit dicta substitutio & eius conditio. licet effectus fuerit presbyter sæcularis, cum regulariter locus sit ipsi substitutioni, ex quo euenit conditio. ff. de uerbo. significatio. l. cedere diem. & cum euenerit casus substitutionis, locus est dispositioni dicti testamenti Francisc. disponentis quod decedente d. dom. Nicol. sine filiis, succedant dicti Ser Man-

9 fredus & Bartol. superstites: talis † enim vltima voluntas est pro lege seruanda in authen. de nupt. §. disponat hoc nisi aliud reperiatur in iure expres-

10 sum: prout † est in intrante monasterium grauato de restituendo: prout habetur in d. §. sed hoc præsenti. quod non cadit in casu prædicto, cum dictus dom. Nicolaus non intrauit aliquod monasterium ut & ibi sit conuersus. uel monachus & clericus prout, & uidetur requiri secundum intellectum

11 † quem ponit secundo loco gloss. in d. §. sed hoc præsenti. in quo uidetur resistere, cum & tunc perpetuo sit ibi mansurus, & bona sint in pias causas dispensanda prout uidetur uelle litera ibi & similiter

12 gloss. residendo † in hac secunda opinio. quam uidetur, tenere gloss. in c. in præsentia. de probatio. & hanc opin. tenuit & tenet dom. Nic. Siculus. in d. c. in præsentia, quam legendo ego secutus fui. unde attenta ipsa opinio, in casu prædicto, talis substitutio non euanescit, cum locum non habeat in d. casu, ex quo non intrauit monasterium. Sed posito quòd haberet locum, & procederet alia opinio. quæ est ut habeat locum in clerico sæculari, quā uidetur sequi glo. in d. auth. nisi rogati. Iac. de Belui.

Petr. & Cyn. & Bald. & etiam Ange. vt supra. tamen locum non habet in casu prædicto, cum requirantur duo ad hoc vt habeat locum dicta opi. videlicet vt efficiatur clericus, ita vt perpetuò maneat in Ecclesia,& relictum expendatur in pias causas, prout videtur velle glo. in d.c. in præsentia. ponendo hanc opi. quam videtur tenere Iacob. de Bel. in d. auth. quam videtur sequi Angel. in d. §. sed hoc præsenti. dicendo etiam ꝙ si dictus clericus exiret capellam non excluderetur substitutus vt ibi plenius per eum. vnde in casu prædicto, cum 13 † dictus dominus Nicolaus non intrauerit seu adeptus fuerit Ecclesiam, seu capellam, vt ibi perpetuo remaneret, cum vt præsupponitur, in ea nunquam permanserit: sed potius in domo paterna,& vt Capellanus in aliis Ecclesiis, locum non habet dicta opi. vt euanescat ipsa substitutio, ex quo non intrauit nec adeptus fuit dictam Ecclesiam, vel Capellam vt perpetuo ibi permaneret. Quod etiam ex alio deducitur dispositio d. auth. sed hoc præsenti. locum non habeat in casu prædicto, quia, & si appareret, ꝙ instituerit dictam fraternitatem: tamen non dispensauit ad pias causas, cum & sit quædam 14 vniuersitas, non clericorum, sed laicorum: adeo † ꝙ de relicto facto eidem fraternitati, non debetur Canonica portio Episc. prout videtur tenere Bal. post multa. in l. si quis ad declinandam. C. de Episcopls & Clericis dicens hoc procedere, non solum si dicta vniuersitas congregetur in hospitali constructo absque authoritate Episc. vel in aliqua domo prophana. sed etiam si congregetur in loco subiecto Episcopo, cum de tali relicto non detrahatur ipsa Canonica vt ibi plenius per eum. non enim tunc videtur relictum ipsi hospitali, sed fraternitati, quæ est laicorum, nec contrarium reperitur iure cautum prout voluit Ioan. de Imo. in c. officij de testa. vbi dicit hanc partem veram esse, & pro ea sæpius consuluisse: esto quod Pet. de Perusio in suo tractatu paruo & magno. & Pet. de Anc. in d. c. officij. aliud voluerit vt plenius per ipsum Ioan. de Imo. in d.c. officij. & per dom. Nicolaum Siculum ibi, vbi hoc idem videtur tenere. vnde cum non videatur relictum ad pias causas: sed potius ipsi fraternitati laicorum: esto quo ad pias causas communiter dispensent, locum non habet dispositio dicti §. sed hoc præsenti. in casu prædicto per prædicta, ita ꝙ per hæc dici & concludi potest, ꝙ d. Nicolao successerint & succedunt dicti ser Manfredus & Bart. ex testamento, si appareat de ipso testamento, alias ab intestato exclusa ipsa fraternitate, si non apparet de aliquo testamento valido facto vltimo loco, in quo ipsa fraternitas sit instituta, & si appareat de aliquo testamento valido, in quo fraternitas sit instituta, et tunc licet succedat d. fraternitas tamen locus erit substitutioni factæ in testamento dicti Francisci, per quam substitutionem consequentur, & consequi debebant dicti ser Manfredus & Bartol. bona dicti Francisci peruenta ad dictum domin. Nicolaum, detracta tamen legitima Trebellianica. prout plenius dictum fuit. Domin. Bened.

THEMA CONSILII XXI.

Punctus. Fuit quædam domi. Angelica de terra Bitonij ꝙ contraxit matrimonium cum quodã de ciuitate Fulginei, & in dicta ciuitate cum dicto suo viro se collocauit, & habitauit: Accidit postea quod ipsa Angelica infirma videns se sine filijs condidit testamentum, in quo post legata in eo facta, instituit hæredem vniuersalem, in omnibus bonis suis eius virum. Et deinde decessit superstite sibi dicto suo viro, & quadam domina Benedicta eius sorore consobrina ex parte patris, & domino Euangelista, quodam Baptista fratribus suis consororibus ex parte matris, & quadam d. Catharina, & do. Margarita eius sororibus consobrinis ex dicto latere materno. Qui omnes post mortem dictæ Angelicæ insurgunt nitentes impugnare testamentum dictæ Angelicæ, volendo eidẽ succedere, & venire ad eius bona ab intestato, dicendo dictum testamẽtum per dictam Angelicam tali modo conditum nõ valere, & nullius esse momenti, & maxime quo ad bona sita in territorio dictæ terræ Bitonij cũ ipsa non potuerit de eis testari absque solennitate requisita à statuto dictæ terræ Bitonij. disponente ꝙ nulla mulier possit condere testamentum sine præsentia mariti, & duorum proximiorum suorum consanguineorum consensu, alias tale testamentum non valeat, & nullius sit momenti: quod dicta domina minime fecit, cum ipsa condiderit tale testamentum, etsi forte in præsentia viri, non tamen cum consensu proximiorum consanguineorum, quod quidem facere potuisset, cum in dicta ciuitate Fulginei haberet consanguineos, & ibi tunc temporis reperiretur. Item dicunt tale testamentum non valere ex dispositione alterius statuti in dicta terra Bitonij existentis, disponentis, ꝙ nullus cuiuscunque conditionis & status existat, tam terrigena, quàm forensis, habens possessiones & bona stabilia, possit alienare in forensem sine expressa licentia consilij dictæ terræ, & si secus factum fuerit, non valeat. Item dicunt dicta statuta esse confirmata per quandã reformationem additam ad dicta statuta, qua cauetur quod mulier nupta extra territoriũ Bitonij si condiderit testamentum non seruata dicta forma, tale testamentum nõ valeat, prout in ipsis statutis plenius disponitur. vnde consideratis dispositionibus dictorũ statutorum prædicti dicunt dictum testamentũ

fore

fore nullum, & per consequens esse locũ successioni ab intestato. Respondetur pro parte viri ipsius Angelicæ hæredis instituti in dicto testamento, dicendo ꝙ talia statuta non possunt annullare dictum testamentum, ex quo non fuit conditum in terra Bitonij nec in eius territorio: sed in ciuitate Fulginei, & in eius territorio, ad quod tale statutum nõ porrigit vires suas, nec etiam afficit nec ligat personam ipsius Angelicæ, quæ licet nata & oriunda sit de dicta terra Bitonij, tamẽ desijt esse de dicta terra propter mutationẽ domicilij, & translationem de se factam in ciuitate Fulginei, contrahendo ibi matrimonium, & ibi morando cum dicto eius viro, propter quod tale statutum non porrigitur ad eius personam: nec ad eius bona, ex quo bona sequuntur personam. Modo quæritur stantibus dictis statutis. Et primo nunquid tale testamentum conditum per d. do. Angelicam in dicta ciuitate Fulginei valuerit & valeat, non seruata forma statutorum terræ Bitonij, ex quo bona sunt sita in terra Bitonij. Secundo, si non valet tale testamentum, quis successerit, & succedat ab intestato, & qualiter, & quomodo dictæ Angelicæ.

SVMMARIVM.

1 *Testari quilibet potest de bonis suis, & ad libitum disponere.*

2 *Statutum non ualet, nec effectum habet extra territorium statuentium, sicut nec potestas eorum, a qua dependet dictum statutum.*

3 *Testamentum fieri debet secundum solennitatem, quæ requiritur in loco, ubi conficitur.*

4 *Vxor desinit esse de terra originis, & sit de terra uiri, cum eius forum sequatur.*

5 *Statutum, quod nulla mulier possit condere testamentum, sine præsentia mariti, & consensu duorum suorum proximiorum consanguineorum, est seruandum, quia emanauit in fauorem mulieris ne decipiatur: etiam si testamentum fiat extra territorium, saltem quo ad bona in territorio statuentium posita.*

6 *Statutum, quod disponit super rebus in suo territorio existentibus, super quibus potest legem facere, valet.*

7 *Statutum disponere potest, ut bona non transferantur in forenses.*

8 *Statutum emanatum in fauorem fœminarum extra territorium statuentium seruandum est.*

9 *Statutum probibitorium in personam, & continens fauorem, ut si disponat, quod minor uigintiquinque annorum non contrahat, ualet etiam extra territorium, quia statutum potest afficere personam suam, & inhabilitare ubique locorum, quod procedit, quando ex probibitione statuti resultaret inhabilitas personæ, & exclusio ab actu probibito, tunc enim porrigit effectum suum ad rem ubique existentem, siue sit fauorabile, quod facilius extenditur, siue sit odiosum.*

10 *Vxor efficitur ciuis urbis uiri, & desinit esse ciuis terræ originis, quo ad ea, per quæ ipsa mulier potest separari a seruitijs uiri, non quoad alia.*

11 *Statutum quod bona stabilia non possint in forensem alienari, ualet, ut nec uxor d. bona alienare possit in uirum suum.*

12 *Transuersales omnes succedunt in capita, & non in stirpes, nisi quando fratrum filij ueniunt cum ascendentibus transuersalibus in gradu proximis.*

13 *Transuersales si succedant cum patruis, uel auunculis, uel in hereditate patrui uel auunculi, tunc succedunt in stirpes, & non in capita, & ita communiter tenetur.*

CONSILIVM XXI.

In nomine domini, Amen.

Cum de duobus quæratur, ad quodlibet respõdendum est. Et primo ad primum quod est, an testamentum conditum per dictam do. Angelicam in d. ciuitate Fulginei valuerit & valeat, non seruata forma statutorum terræ Bitonij. ex quo bona sunt sita in terra Bitonij. Circa ꝙ & si videatur prima facie dicendum, ꝙ dictum testamentum valuerit & valeat ex pluribus. Et primo quia 1 † quilibet testari potest de bonis suis & ad libitum disponere. C. de sac. san. Ecc. l. 1. C. man. l. in re mandata: quod & secundo deducitur ex alio, quia & si stante statuto terræ Bitonij quod disposuit, quod nulla mulier possit condere testamentum absque præsentia mariti & duorum proximiorum consanguineorum magis idoneorum, alias nõ valeat & nullius sit momenti. vt in d. statuto plenius continetur, tamen 2 † dictum statutum non valet, nec effectum habet extra territorium Bitonij, cum statuta non extendantur: nec extendi possint extra territorium, sicut nec potestas ipsorum statuentium, a qua dependet dictum statutum. ff. de iurisdi. om. iudi. l. extra territorium. & de consti. c. vt animarum. §. statuto. in 6. & hoc voluit Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. in 20. col. in q. de muliere legante viro. vnde cum tale testamentum non fuerit factum in terra Bitonij, nec ĩ eius territorio: sed in ciuitate Fulginei, tale testamentum videtur valuisse & valere, ex quo tale statutum extra territorium vires non porrigit vt in iuribus prædictis. Quod ex alia 3 ratione demõstratur, quia † in testamentis condendis obseruanda est solennitas requisita in loco vbi testamentum conficitur: adeo quod testamentum fieri debet secundum solennitatem, quæ requiritur in loco vbi cõficitur. C. quemadmo. testa. aper. l. 2. & quod ibi no. per Bal. vnde cum tale testamentum fuerit factum in ciuitate Fulginei, in qua tale statutum non est, & fuerit factum secundum statuta dictæ ciuitatis, videtur valere & validum esse, propter quod videtur quod dicta do. Benedicta & Baptista & fratres & sorores tale testamentum impugnare non possint, nec etiam bona ipsa dicto viro relicta aduocare, quantumcunque statutum terræ Bitonij disponat, quod nullus cuiuscunque status & conditionis existat, tam terrigena quam forensis, habens possessiones & bona stabilia alienare possit in forensem sine expressa deliberatione, & licentia consilj d. terræ Bitonij, & si secus factũ fuerit,

fuerit, non valeat: cum tale statutum non videatur porrigere vires extra territoriũ, vt supra, nec afficere seu ligare extra terri. existentes, vt d. l. fi. & d. c. vt animarum. & præcipue do. Angel. in d. ciuitate Fulginei nupta & permanens: quantumcunque fuerit de terra Bitonij, cum 4 † desierit esse de ipsa terra, cum sequatur forum viri. ff. ad muni. in l. fi. §. idem respondit, & hoc voluit glo. ff. ad muni. l. originem, Quod videtur probari per l. cum quædam puella. ff. de iurisdi. om. iu. ita quod per hæc videtur, quod dicta do. Angelica potuerit tale testamentum facere, & faciendo testamentum ipsa bona alienare in dictum suum virum hæredem institutum transferre, ex quo vesiit esse de terra Bitonij, cum talia statuta ipsos forenses non videantur afficere seu ligare. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, vt & ipsa d. Angelica non potuerit testari absque consensu mariti & duorum proximiorum consanguineorum, prout testata fuit, quantumcunque testata fuerit in ciuitate Fulginei, cum: vt præsupponitus, in dicta ciuitate babuisset, & haberet duos proximos cõsanguineos, quorum præsentiam & consensum requirere potuit, ex quo erant in loco. vnde cum testata fuerit absque præsentia, & consensu ipsorum consanguineorum proximorum, tale testamentum nõ valuit, nec valet, attenta dispositione dicti statuti terræ Bitonij, quod statutum 5 † cum emanauerit in fauorem dictæ mulieris, fuit & est seruandum, etiam si tale testamentum fiat extra territorium, prout voluit formaliter Bart. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. in 10. col. emanauit enim tale statutum in fauorem ipsarum mulierum ne decipiantur, vnde fuit & erat seruandum, pront voluit Bar. ibi, quod & maxime procedit attenta reformatione, seu additione facta ad dicta statuta in dicta terra edita, per quam disponitur, ꝙ mulier nupta exta territoriũ Bitonij, si condiderit testamentum, non seruata dicta forma, tale testamentum non valet, prout in ea plenius disponitur. vnde cum d. do. Angelica fuerit nupta in ciuitate Fulginei, & fecerit, dictum testamentum non seruata dicta solennitate, prout & seruari potuit, non valuit nec valet, imo & præsumitur dolo vel metu inducta, prout In ipso statuto disponitur, quod statutum seruandum est saltem quo ad bona sita in terra Bitonij, seu eius territorio, adeo quod derogat iuri communi. ff. de iusti. & iu. l. omnes populi. & in c. 1. de constitu. in 6. & cum tale testamentum non valuerit nec valeat, imo & nec codicillus attenta dispositione dictorum statutorum, locus fuit & est successioni ab intestato, adeo quòd venientes ab intestato successerunt & succederent dictæ Angelicæ: ad hoc quod not. ff. de iu. cod. l. si quis cum nullum. & ff. de iniust. testamen. l. si quis sub conditione. §. rumpendo. & in regula: non præstat. in 6. & cum tale testamentum non valuerit nec valeat, saltim quo ad bona sita in terra Bitonij, & eius territorio, tali bona non spectarunt nec pertinuerunt ad dictum virum hæredem institutum: sed potius ad succedentes ab intestato. Quod & persuaderi potest alia ratione, quia, prout disponitur in dicto statuto posito sub rub. quod nullus terrigena, vel forensis audeat vel præsumat alienare bona stabilia sita In terra Bitonij vel in eius districtu in aliquem forensem absque licentia, & deliberatione consilij dictæ terræ: & alienatio aliter facta non valeat. vnde attenta dispositione dicti statuti, dicta bona non potuerunt transferri in dictum dictæ d. Angelicæ hæredem institutum: sed remanserunt apud eam, si statuto aliter non disponatur: 6 tale † enim statutum valuit & valet, ex quo disponit de rebus in ipso territorio existentibus, in quibus statutum potest legem facere & disponere: & hoc tenuit Old. disputando, prout refert Bar. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1. vbi hoc idem tenet: ita ꝙ attentis prædictis alienatio facta in dictum virum forensem per d. Angelicam non valuit nec valet, nec similiter testamentũ, quoad dicta bona, propter quod bona ipsa pertinuerunt & spectauerunt: & pertinent & spectãt ad ipsos venientes ab intestato. Non ob. in cõtrarium adductis, cum non ob. Non enim ob. Quod & primo in contrarium adducitur dicendo, ꝙ quilibet potest testari ad sui libitum. vt l. 1. C. de sacro san. eccle. & in l. in re mandata. C. manda. Nam hoc per talia statuta non tollitur, non enim disponunt statuta ꝙ non possit ad libitum sui testari, sed ꝙ testentur ipse mulieres ne fraudentur, cum certa solennitate: vnde talia statuta non tollunt liberam testamenti factionem: nec etiam tollunt, quantũcunque disponant, ꝙ non possint bona alienare in forensem, quia ex hoc non tollitur, quin possint ipsa bona alienare in terrigenas. & pretia distribuere, prout voluerint, 7 potuit † enim & potest statutum disponere, vt bona non transferantur in forenses, prout & supra dictum fuit. vnde non ob. Nec ob. si dicatur ꝙ statutum non potest disponere extra territorium suum, cum potestas statuendi dependeat a iurisdictione, pront no. in d. l. 1. & in l. extra territorium. ff. de iurisd. om. iud. & in d. c. vt animarum. §. statuto. Quia statutũ disponere potest circa subditos: ita & taliter, vt extra territorium non possit testari vel contrahere absque certa solennitate, qñ ita statuunt & disponunt in eorum fauorem & cõmodũ, & maxime ita specialiter disponendo, prout voluit Bar. in d. l. cunctos populos. in 7. col. prout & fuit in casu prædicto, cum tale statutum emanauerit in fauorem ipsarum mulierum, ne deciperentur, disponendo, quod non possint testari, codicillari, nec contrahere sine præsentia & cõsensu duorum consanguineorum proximiorum: 8 vnde † cum emanauerit in fauorem ipsarum mulierum, tale statutum valuit & valet, & seruandum fuit per ipsam do. Angelicam testando. Non ob. quod voluit Bal. in d. l. cunctos populos. in 21. col. cum ipse in alijs terminis loquatur, & in eo casu quo tale statutum non esset fauorabile, quod nõ est in casu prædicto, cum sit fauorabile. vt supra: imo ipse Bal. in repetitione d. l. cunctos populos. in 13. col. hoc idem tenuit, quod Bar. 9 dicendo † ꝙ si statutum est prohibitorium in personam & continet fauorem, vt est si disponat, ꝙ minor 25. annorum non contrahat, vel ꝙ vir vxori non leget: & tunc valet extra territorium, quia statutũ potest afficere personam suã, & inhabilitare vbiq; locorũ. ff. de posth. l. ex ea. & ff. de test. l. si is cui bonis. & ita tenuerunt quidã Moderni

derni prout dicit Bald. ibi, quod dicit procedere, quando ex prohibitione statu.i resul.aret inhabilitas personæ,& exclusio ab actu pro hibito,cum tūc porrigat effectum suum ad rem vbique existentē, siue sit fauorabile,quod facilius extenditur:siue sit odiosum, quod per extensionem, sed per quandā priuationem vt ibi plenius per eum. vnde cum in casu prædicto tale statutum inducat quandam inhabilitatem circa personam ipsius mulieris,vt non possit testari absque præsentia & consensu mariti, & duorum proximiorum consanguineorum,& ipsam excludat ab ipso actu, tale statutum videtur afficere ipsam Angelicam,ita in dicta ciuitate Fulginei testantem, prout videtur esse de mente ipsius Bald. vnde eius dictum non obst. imo facit pro dicto Bart. Nec obst. si dicatur, quòd & si tale statutum afficiat & liget substitutum testantem extra territorium, tamen non videtur afficere nec ligare ipsam Angelicam, cum non sit amplius subiecta & subdita, ex quo nupta fuit in ciuitate Fulginei cū sequatur forum viri.C. de munici. & ori. li. 10. l. originem.& l.cum quædam puella.ff.de iurisd.om. iu.& C.de mulie. & in quo loco l. 1.li.10. Nam ad 10 hoc respondetur, quòd † licet ipsa mulier alibi nupta efficiatur ciuis ciuitatis ipsius viri, cum eius forum sequatur, & desinat esse ciuis seu terrigena loci eius originis,quo ad ea,per quæ ipsa mulier trahi & separari possit à seruitiis viri, tñ quo ad alia non desinit esse terrigena loci originis, vbi originem traxit,cum mutari nō possit.vt l.assumptio in prin. ff.ad mu.& l.originem.& hoc voluit Bar.in d. l.originem.& d.l.fi.§.idem rescripserunt.ff.ad muni.vnde cum in casu prædicto non tractetur de statutis, quæ separarent ipsam a seruitiis viri: sed de statutis disponentibus in eius fauorem,de modo testandi, talia statuta videntur afficere & ligare vbicunque sit, & præcipue quo ad bona sita in territorio dictæ terræ Bitonij.vnde non habet obstare.Præterea quando & supradicta obstarent, ita quod dici posset, quòd dicta Angelica non ligetur tali statuto testando in d. ciuitate Fulginei. tamen videtur ligari alio statuto dictæ terræ Bitonij disponente,non solum de terrigena, sed de forense alienante in forenses bona existentia in territorio dictæ terræ Bito-11 nij:tale † enim statutum prout & supra dictum fuit valuit,& valet in tantum, quòd ipsa bona alienare non potuit in dictum suum virum, prout voluit Bar.in d.l.filiusfamilias.§.diui.& Bald. in d.repe.d.l.cunctos populos.in col. 19.vnde cum valuerit & valeat tale statutum,& similiter aliud statutum supra dictū prout supra plenius dictum fuit, testamentum dictæ dominæ non valuit nec valet, saltem quo ad bona existentia in dicta terra Bitonij, & eius territorio. & hæc circa primum. Circa secundum vero,quod est, quis succedat ab intesta.dictæ Angelicæ,& quomodo, & qualiter. Et circa hoc dicendum est, quòd cum dicta Angelica decesserit superstitibus do. Benedicta sorore consobrina dictæ Angelicæ ex parte patris, & domino Euangelista, & Baptista fratribus consobrinis ex latere materno,& domina Catherina, & domina Margarita sororibus consobrinis ex dicto latere materno,successerunt & succedunt dictæ dominæ Angelicæ omnes prædicti, cum sint proximiores eidem, & omnes in eodem gradu.C.de leg.hære.aut. post fratres.& in corpo. vnde sumitur. Et in hoc non cadit dubitatio: Sed dubitatio cadit,an succedant vel in stirpes vel in capita. Circa quod, & si videatur prima facie dicendum, quod succedant in stirpes, & non in capita, prout voluit glo.in l.lege.& auth.cessante.C.de legit.hære.& insti.de legi.agna.succes.§. hæc etiam. quod videtur probari per illum tex.& per d.l.lege. in fi. & in hoc similiter videtur residere glo. in corpore.d. auth. cessante.per quæ videtur quod dicta Benedicta succedat in medietate bonorum dictæ Angelicæ, & dicti Euangelista & fratres & sorores succedant in alia medietate.Contrarium tamen puto de iure dicendum:vt ipsi omnes succedant in capita,prout tenuit Azo.in summa.de legi.hære. secundo quod refert glo. in d.auth. cessante. quod & voluit etiam glo.in auth.de hære.ab intest.venien. in §.si quis igitur.quod & tenuit etiam Ia. Bu. per 12 regulam iuris antiqui,disponentis, quod † omnes transuersales veniant in capita.vt d.l.lege.Nec dicta regula reperitur correcta vel modificata, nisi quando fratrum filij veniunt cū ascendentibus trāsuersalibus in gradu proximis, prout refert Bal. in d.auth.cessante,& hanc opi.tenuit Bar.in l.post cōsanguineos.ff.de suis & legi. dicens eam procedere,quando non succedunt cum patruis,vel auunculis,vel quando non tractatur de succes.alicuius patrui vel auunculi, cum tunc succedant in capita. vt in authentica. de hæredibus ab intestato venienti 13 bus in §. si vero fratres.alias † vero si succedāt cum patruis vel auunculis, vel in hæreditate patrui vel auunculi,& tunc succedunt in stirpes. & ita procedere poterit opi. glo. contraria vt plenius ibi per ipsum Bar.& per Bald.in d. auth. cessante. vbi ipse Bal.videtur hanc opi.Azo.& sequacium tenere tanquam magis conformam literæ.& per Sal.in d.auth. post fratres fratrúmque filios. vt plenius ibi per eū: de quo etiam per do. Io. de Montespe. in d. auth. post fratres. vbi videtur hoc idem tenere,& ita cōmuniter tenetur,prout in d.iur. not. vnde cum in casu prædicto non tractetur de successione cum patruis vel auūculis, nec de successione patrui vel auunculi, sed de successione Angelicæ sororis Cōsobrinæ prædictorum,ipsa do.Benedicta, Euangelista,Baptista,Catherina,& Margarita succedūt in capita.per prædicta iura.& hæc quo ad istud secundum.Domi. Bene.

THEMA CONSILII XXII.

Punctus. Quidam Thadeus nomine de Camereno condidit testamentum,in quo in omnibus bonis suis instituit hæredem do. Ludouicam eius filiā legitimam & naturalem, substituendo eidem hoc modo, videlicet, si dicta d. Lud. eius hæres decesserit quandocunque sine filiis legitimis: vel cum filiis legitimis non peruenientibus ad ætatem 25. ann. de suo corpore nascituris a die confectionis

præsentia

de cum denotet cauſam proximam & immediatã, certe non poteſt dici, quod dicti nepotes & pronepotes ſint nati de corpore dictæ Ludouicæ, cum de eius corpore immedieiate non ſint nati, cum non ſint de eius primo gradu: ſed potius de ſecundo gradu. ff. de grad. l. iuriſconſultis. §. primo gradu. & §. ſecundo gradu, & ſequenti. 2 tenet † enim primum locum filius & ſecundus nepos: vt ibi: propter quòd videtur, quod dicta conditio euenerit, ex quo dicta do. Ludouica deceſſit non exiſtente aliquo filio de ſuo corpore. & cum euenerit talis conditio, videtur locus ipſi ſubſtitutioni, cum ſubſtitutio fuerit alternatiue concepta, quo † caſu ſufficitur in altera parte alternatiue verificetur. ff. de 3 condi. & demon. l. ſi hæredi plures. & in regula in alternatiuis. in 6. Ad idem & tertio facit, quia & ſi dicatur, quòd deceſſerit cum filiis decedendo cum ipſis nepotibus repreſentantibus perſonam patris ipſorum, videlicet Iacobi: nihilominus non poteſt dici quòd deceſſerit cum dictis filiis poſt dictum teſtamentum naſcituris, cum dictus Iacobus natus fuerit ante dictum teſtamentum: ita quòd dici poteſt, quòd talis conditio non ſit verificata, 4 prout † formaliter verificari debet. ff. de condi. & demon. l. qui hæredi. imo nec attenta intentione ipſius teſtatoris, quæ i ipſis teſtamentis principaliter eſt attendenda. ff. de condi. & demon. l. in conditionibus. teſtator enim de ipſo Iocabo tempore teſtamenti viuente cogitauit, & voluit, quòd ipſe non excluderet ipſos Cappellanos, ex quo locutus fuit de ipſis filijs poſtea naſcituris, vt ipſi excluderẽt ipſos ſubſtitutos, & nõ filij antea nati. vñ cũ cogitauerit de ipſo Iacobo, vr ẽt ſimiliter & de deſcendentibus ex ipſo cogitaſſe, cum & ipſi eius lo-5 co ſuccedãt. vt d. l. filij. & d. l. iuſta. ſuccedũt † enim ipſi nepotes loco filiorum, adeo quòd concurrunt cum patruis. inſtit. de hæredita. quæ ab inteſtat. §. cum filio & C. de legit. hære. auth. ceſſant. ita quod attenta intentione dicti teſtatoris, videtur cogitaſſe de ipſo Iacobo & eius filijs, vt & ipſi non excludant ipſos Capellanos ſubſtitutos: ſed alij filij naſcituri ex dicta do. Lud. & maxime quia ipſos Capellanos non ſubſtituit vniuerſaliter & in totum: ſed in medietate, quaſi voluerit aliam medietatem remanere apud dictum Iacobum & eius filios. talis enim intentio & mens teſtatoris eſt principaliter attendenda & conſideranda. vt d. l. in conditionibus cum ſimilibus. ita quòd per hæc videtur dicendum, ꝙ dicti Capellani admittantur ad dictam ſubſtitutionem, excluſis dictis nepotibus & pronepotibus ex dicto Iacobo deſcendentibus. Sed his non ob. contrarium de iure dicẽdum eſt, quod dicti Capellani non admittantur ad dictam ſubſtitutionem ex pluribus. Et primo, quia ſi bene ponderetur tale teſtamentum, ſi Capellani ſubſtituti ſunt in caſu quo d. Lud. deceſſerit ſine filijs, vel cũ filiis de ſuo corpore naſcituris non peruenientibus ad ætatem 25. annorum. & ſic ſub duplicici conditione, quarum ſi caſus bene conſideretur, neutra euenit, propter quòd locus nõ fuit, nec eſt tali ſubſtitutioni. ff. de ver. ſig. l. cedere diem. Non enim euenit primo illa conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, ex quo deceſſit ſuperſtitibus nepotibus & pronepotibus. C. de condi. inſer. l. 1. habet enim locum diſpoſitio d. l. non ſolum ſi teſtator appoſuit talem conditionem videlicet, ſi deceſſerit ſine liberis, vt nepotes etiam ex filia excludant ſubſtitutũ: ſed etiam ſi appoſita fuerit illa conditio. ſi deceſſerit ſine filijs, cum appellatione filiorum veniant etiam ipſi nepotes & pronepotes prout voluit Bar. in d. l. liberorum in ver. quarto caſu. ff. de ver. ſig. per l. Lucius. ff. de hæred. inſt. vbi Io. de Imo. per d. l. hoc idem videtur tenere: quod & voluit etiam Bal. in d. l. 1. C. de condi. inſer. ita quòd dici poteſt quòd dicta d. Ludouica non dicatur deceſſiſſe ſine filijs, ex quo deceſſi. cum nepote & pronepo-6 te: cum appellatione † filiorum veniant etiam nepotes & pronepotes in dicta materia, videlicet, vt faciat deficere ſubſtitutionem factam in perſonam filiorum in caſu quo filij deceſſerint ſine filijs, cũ filij in conditione poſiti capiantur pro liberis, eo quòd comprehendit non ſolum filios ſed nepotes & pronepotes ex ipſa filia deſcendentes, ita quòd in caſu iſto verbum filij large ſumitur ad ex-7 cludendum ſubſtitutum nam † etſi ſubſtitutio fuiſſet facta ſimpliciter, non in caſu quo deceſſerit ſine filijs: ſed ſimpliciter videlicet, in caſu quo d. d. Ludo. deceſſerit, intelligetur in caſu quo decedat ſine filijs nepotibus & pronepotibus. non enim videtur teſtator ſuæ ſoboli alios præponere ff. de condi. & demonſtr. l. cum auus. & C. de inſti. & ſubſtitut. l. generaliter. §. fin. & C. de fideicommiſſ. l. cum acutiſsimi. vnde ſi non apponatur conditio, ſi ſine filiis, ſubintelligitur ſi ſine filiis deceſſerit nepotibus vel pronepotibus. fortius intelligetur, ſi hoc exprimatur vt eſt in caſu prædicto, propter quòd generaliter capitur verbum ſine filijs, vt cõprehendat non ſolum filios ſed nepotes & pronepotes: prout reperio Bal. in quibuſdam ſuis reportationibus in d. l. cum acutiſsimi tenuiſſe. vnde cum dicatur dictam Lud. decedere cũ filio ſeu filiis, certe defecit talis conditio, ex quo deceſsit cum filiis, propter quod non fuit nec eſt locus ſubſtitutioni, ad hoc d. l. gñaliter. in tali enim materia ad excludẽdum ipſum ſubſtitutum ſufficit quòd altera pars alternatiue deficiat, cum 8 † alternatiua reſoluatur in coniunctiuam ad hoc vt locus non ſit ſubſtitutioni in hac materia, in qua mens teſtatoris non verificatur in qualibet parte ipſius alternatiue, prout eſt expreſſum. in d. l. Lucius. & in d. l. gñaliter. C. de inſti. & ſubſtit. ita quod, cum dicatur dictam Lidouicam deceſsiſſe cum filio ſeu filijs, nõ eſt locus dictæ ſubſtitutioni factæ in caſu quo deceſſerit ſine filio. Eſto, quòd alias regulariter alternatiuæ conditionis ſufficiat alteram partem eſſe veram prout no. ff. de cond. & demõſtr. l. ſi hæredi plures. & in regula. in alternatiuis in 6. ita quòd in caſu prædicto requiratur ad hoc vt locus ſit ſubſtitutioni, quòd ipſa Ludouica deceſſerit ſine filijs, & ipſa non deceſſerit ſine filijs, imo cum filiis, non eſt locus dictæ ſubſtitutioni, prout patet in iur. prædictis. Quod & demonſtratur ex alio, quia & ſi dicatur quòd ipſa deceſſerit cum filijs: nihilominus dicitur deceſsiſſe cum filijs naſcituris poſt teſtamentum, ex quo dicti nepotes & pronepotes nati fuerint poſt dictum conditum

teſta-

ſicut anima præponenda eſt corpori. C. de ſac. ſan. Eccl. l. ſancimus. de pœni. & remiſ. ca. cum infirmitas. Nam ad hoc reſpondetur quia licet ipſa anima præponenda ſit corpori: tamen ipſa pia cauſa non præponitur ipſis filijs, & deſcendentibus, prout habetur 17. q. 4. c. ſi. Qui enim vult filium exhæredare & Eccleſiam inſtituere, alium quærat pro conſilio quam Auguſtinum &c. prout ibi eſt expreſſum & prout. no. per gl. in l. Papinianus. §. 1. ff. de inoffi. teſta. & in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſcop. & Cle. pro quo etiam facit, quia quando priuilegiatus † concurrit cum alio priuilegiato, non vtitur priuilegio, imo conquaſſatur, adeo quod locus eſt iuris diſpoſitioni, prout no. C. de ſacroſan. Eccle. in auth. quas actiones, & ibi per Pet. Cinum, & Barto. & prout not. C. ad l. Falci. auth. ſimiliter. & in c. in præſentia. de proba. & in c. Rainaldus. de teſtat. Domi. Benedic.

(15)

THEMA CONSILII XXIIII.

PVnctus. Quidam Colas habens duos filios, videlicet Petrum & Franciſcum, & vxorem prægnantem, veniens ad mortem, condidit teſtamentum, in quo inter cætera reliquit & legauit dicto Pet. filio ſuo de bonis ſuis Florenos 300. Item reliquit ſi dicta ſua vxor pareret filiam fœminam Florenos 65. pro dote, & pannos & maſſaricias conſuetas, ſecundum conſuetudinem loci, & unum Florenum iure inſtitutionis, & in his eam hæredem inſtituit: In omnibus autem alijs bonis ſuis inſtituit vniuerſales hæredes dictos ſuos filios, & poſthumum ſi maſculus naſceretur, quemlibet ipſorum pro æquali portione. & quòd dictus Franciſcus eius filius, non poſſit vendere vel ex alio titulo alienare in totum, uel in partem portionem hæreditatis vt ſupra relictam, nec bona hæreditatis prædictæ in totum vel in partem. & ſi in totum vel in partem venderet, vel aliquo titulo alienaret, ex tunc prout ex nunc, & econuerſo dicta bona quæ alienarentur, ademit d. Franciſco, & reliquit ea dicto Petro eius filio, ſi viuerit vel eius filijs maſculis legitimis & naturalibus, ſi non vixerit: Deceſſitque d. teſtator, ſuperſtitibus ſibi dictis Petro, & Franciſco, & dicta vxore pregnante, quę poſtea peperit filiam fęminam, cui impoſitum fuit nomen Antonella dicti autem Pe. & Fran. adiuerunt dictam hęreditatem dicti Cole dein de dictus Franciſcus alienauit dicta bona hæreditaria diuerſis perſonis, ignorante d. Pe. & non conſentiente, & non ſolum portionem ſibi tangentem, ſed etiam portionem tangentem d. Pet. qui emptores tenent occupata ipſa bona hęreditaria, nunc cauſat dictus Pe. vellet repetere & rehabere dicta bona, & ſimiliter dicta Antonella poſthuma. Sed dubitatur primo, an tale teſtamentum dicti Cole valuerit & valeat. Secundo, qualiter & quomodo ſubueniatur & ſubueniri poſſit d. Pe. vt poſſit, & valeat & conſequi partem ſuam de dicta hæreditate ab ipſis poſſeſſoribus, & ſimiliter dictos. 300. Florenos relictos ſibi a dicto Col. Tertio, qualiter ſubueniatur & ſubueniri poſſit dictæ Antonellæ poſthumæ, cui ipſæ teſtator reliquit 65. Flore. & pannos, & maſſaricias conſuetas, & vnum Flore. iure inſtitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum non rumpitur natiuitate poſthumi, ſi is non fuerit præteritus.*
2 *Dominium bonorum ad hæredem deuoluitur, & in eum transfertur adita hæreditate, etiam ante apprehenſam poſſeſſionem.*
3 *Hæres poteſt auocare & petere bona hæreditaria a tertijs poſſeſſoribus detenta, intentando remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, petendo ſe immitti in poſſeſſionem bonorum virtute l. edicto. C. de edict. diui Adri. tollen.*
4 *Filius in legitima non poteſt grauari, nec ea priuari.*
5 *Legatum a ſe ipſo relinqui ſibi non poteſt.*
6 *Actio ex teſtamento competit ad conſequendum prælegatum.*
7 *Actio hypothecaria competit hæredi contra quemcunque retinentem bona hæreditaria, ſicut & actio ex teſtamento, facta tamen prius excuſſione, tam contra autorem retinentis, quam eius bona.*
8 *Filiæ relictum pro ſua dote, dicitur purum, & pure debetur, ex quo eſt filia, niſi ſtet ſtatutum quod mulier dotata non ſuccedat ſtantibus maſculis. Sed ſi tale ſtatutum extet, tale relictum cenſetur conditionale, niſi aliud ex vſu loquendi, vel ex præſumptionibus appareat, interim tamen filia debet ab hæredibus alimentari.*

CONSILIVM XXIIII.

In nomine domini, Amen.

Cum viſo & conſiderato præfato puncto ſeu facto, & quæſito, ex eo extractis plura videnda ſunt. Et primo vtrum valuerit & valeat dictum teſtamentum. Circa quod & ſi videatur prima facie dicendum, quòd non valuerit, & ſi valeat fuerit interruptum natiuitate poſthumæ. ff. de iniu. teſt. l. 1. & l. poſthumis cum ſimilibus, & prout habetur inſtit. qui. mo. teſta. infir. §. 1. & in auth. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoque capitulum. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum eſt, quòd tale teſtamentum valuerit & valeat, cum ipſe teſtator dictã poſthumam non præterierit, imo eidem reliquit dotem, & vltra ipſam dotem reliquit dictam quantitatem

titatem vnius Floreni iure institutionis, instituendo eam hæredem in dict. quantitate, & dotibus, propter † quod valet tale testamentum, nec fuit ruptum natiuitate posthumæ, ex quo de ipsa fuit facta mentio, & non solum de ea fuit facta mentio, sed etiam de quantitate, & in dotibus fuit instituta hæres, prout not. in d. §. aliud quoque capitulũ, & in auth. ex causa. C. de li. præ. & in l. omnimodo, & in auth. nouissima. C. de inoff. test. & ff. de libe. præ. l. filio præterito. & ff. de mino. l. 3. §. sed vtrum, & ff. ad Trebel. l. si quis priore: per quæ patet quòd tale testam̃ valuit & valet. & hæc circa primũ. Circa secundum vero quod est, qualiter & quomodo subueniatur & subueniri possit dicto Per. vt possit & valeat cõsequi partem suæ hæreditatis ab ipsis possessoribus, & similiter dictos 300. Florenos idem relictos a dicto Cola. & circa hoc dicendum est, quòd ipse Petrus poterit & potest partem suæ hæreditatis: & sic bona quæ remanserunt in ipsa hæreditate pro medietate pro indiuiso a quocunque possessore auocare & petere, cum ad ipsum Petrum pertinuerint & spectauerint dicta bona, & pertineant & spectent, ex quo fuerunt ambo, videlicet ipse Franciscus & Petrus hæredes instituti, non nato aliquo posthumo masculo, pp quod fuerunt hæredes quilibet p medietate. ff. de hære. inst. l. quoties. §. si duo. & prout no. in l. interdum eo. tit. & ff. de duo. reis. l. reos. §. cum in tabulis. vnde cum ambo fuerint hæredes instituti adeundo hæreditatem ad quemlibet pertinuerunt & spectauerunt bona dicti Colæ pro medietate, adeo † quòd dominium ipsorum bonorum ad quemlibet ex ipsis deuoluntũ fuit pro medietate, & in eos trãslatum adita hær. etiam ante apprehensam possessionem. ff. de acqui. pos. l. cum hæredes, vnde potuit & potest dictus Pe. seu alius legitimus administrator a dictis possessoribus medietatem dictorum bonorũ auocare & petere pro medietate pro indiuiso ad ipsum spectante iure dominij, si dicta bona pertinuerunt & spectauerunt ad dictum Colam. C. de alie. iur. mu. cau. fa. l. vnica. imo † poterit d. Pet. seu eius legitimus administrator implorare remedium adipiscendæ possessionis, petendo se immitti in possessione dictorum bonorum vigore l. edicto viso d. testõ, non abolito, nec cancellato secundum quod habetur. C. de edic. diui. l. edicto. vnde poterit ipse Pe. seu eius legitimus administ. dicta bona auocare & repetere pro medietate pro indiuiso a quocunque possessore, tanquam pertinentia & spectantia ad dictum hæredem imo & quod plus, est cum dictus testator in dicto suo testamento disposuerit, quod dictus Franciscus eius filius nõ possit vendere, vel alio titulo alienare in totum vel in partem portionem hæreditatis prædictæ sibi vt supra relictam, nec bona hæreditatis prædictæ in totũ vel in partem. & si in totum vel in partem venderet vel aliquo titulo alienaret, ex tunc, prout ex nunc. & ex nunc, prout ex tunc dicta bona quæ alienarentur ademit d. Francisco, & reliquit ea dicto Petro eius filio, si vixerit vel ipsius filijs masculis legitimis & naturalibus, si non vixerit dictus: & ipse Franciscus alienauerit non solum partem de bonis dictæ hæreditatis sibi tangentem, sed etiam partem tangentem dicto Petro, ipse Petrus seu eius legitimus administrator, non solum partem sibi tangentem de dictis bonis repetere potest & auocare vt supra, cum eidem volenti præiudicare non possit, nec eo inuito eius bona auferre, ff. de re. iur. l. id quod nostrum, sed etiam poterit ipse Petrus auocare & petere ab ipsis possessoribus partem tangentem dicto Francisco de ipsis bonis alienatis, cum ipsa parte fuerit priuatus, & deuoluta fuerit ad ipsum Petrum eius coheredem & in dicta parte sibi substitutum vigore dicti testamenti, ff. de leg. 3. l. vxorem. §. hæres. & ibi per Bar. & C. communia. de leg. l. 1. & prout in simili not. C. de fideicommis. in auth. hoc amplius. Quod verum intelligo præterquam quo ad legitimam tangentem ipsi Francisco, quæ est tertia pars eius medietatis. C. de inoff. test. auth. nouissima. in qua † non potuit grauari, nec ea priuari. C. de inof. test. l. quoniam in prioribus. & l. omnimodo. ita quòd prouidebitur & prouideri poterit dicto Petro circa partem tangentem dicto Francisco, vt auocare possit eam, præter dictam legitimam, ad hoc quod in simili no. in dicta auth. hoc amplius. Sed si dictus Petrus hanc partem consequi noluit: sed tãtum velit consequi partẽ sibi tangentẽ de ipsa hæreditate, prout & cõsequi potuit, vt supra, & vltra hoc dictos 300. Florenos sibi relictos, prout & consequitur, & habere debet in dicta hæreditate, ex quo ipse testator eam sibi reliquit: & tunc subuenitur & subueniri poterit eidem tali remedio: quia cum ipse institutus hæres sit pro medietate, tale relictum confundetur, quo ad medietatem, cum † a seipso legari non possit. ff. de leg. 1. l. plane. §. si duobus. vnde medietatem consequetur de dicta quantitate in parte sua, ex quo in ea confunditur. aliãvero medietatem consequetur & consequi poterit vt prælegatum a dicto Frãcisco eius fratre, & cohærede, adeo † quòd poterit contra ipsum agere actione ex testamento. vt d. l. plane. §. si duobus. & l. 1. in fine. C. communia de lega. imo † & pro ipsa medietate consequenda poterit agere hipothecaria contra quemcunque retinentem bona hæreditaria dicti Colæ spectantia & pertinentia ad dictum Franciscum, ita quod poterit actione hipothecaria agere cõtra possessorem partis tangentis dictum Franciscum de bonis hæreditariis dicti Colæ, cum pro dicto legato consequendo competat non solum actio ex testamento contra ipsum Franciscum, sed etiam hipothecaria contra possessorem partis suæ de dictis bonis, prout est expressum, in d. l. 1. in fi. facta tamen per prius discussione de dicto Francisco & eius bonis, secundum quod habetur. C. de pig. in auth. hoc si debitor. & hæc circa ipsum Petrum qualiter subueniatur & subueniri possit. Vnde videndum est & tertio, qualiter subueniatur & subueniri possit dictæ dominæ Antonellæ posthumæ cui ipse testator reliquit 65. Florenos, pannos, & massaricias cõsuetas secundum consuetudinem ipsius loci, & Floreuum vnum iure institutionis, instituendo eam in his hæredem. Et circa hoc dicendum est, quòd eidem Antonellæ subuenietur & subueniri poterit contra dictos Franciscum & Petrum in dicto Floreno

reno, cum a quolibet posiit medietatem petere, vt d.l.t.in fi,imo & cõtra possessores bonorũ ipsorũ hipothecaria, prout & supra dictũ fuit de ipso Petro, & in hoc nõ stat ius nec dubitatio, sed in dicta quãtitate 65. Florenorũ relicta pro ipsa dote, & 8 in ipsis alijs rebus & massaricijs, & idẽ, vt † & ipsa petere posiit dictã dotem & res & massaricias, si in loco non est statutum disponens, de muliere dotata, vt non posiit succedere stantibus masculis, cũ & tunc tale relictum pro dote erit purum, cũ alias ipse testator fuisset relicturus pure. vnde pure debetur, ex quo erat filia prout voluit Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cõdi. & demon. alias si extaret tale statutum, & tunc non poterit petere ante nuptias, cum tale relictum censeatur conditionale, prout Bar. in d. §. Titio genero. dicens hoc procedere nisi ex communi vsu loquẽdi, vel ex alijs præsumptionibus aliud appareat vt ibi plenius p eum: interim tamen debebit Antonella alimentari per dictos hæredes. prout voluit Bald. in l. qui filium. ff. vbi pupil. educa. debe. Domin. Benedic.

THEMA CONSILII XXIIII.

PVnctus. Fuit quidam Pe. Gori, qui habebat duos filios, vnum nomine Gorum, & alterum nomine Petrum, qui quidem Petrus Gori pater istorum decessit ab intestato, superstitibus, sibi dictis duobus filijs, qui post eius mortem eius hæreditati se inmiscuerũt, & adiuerunt vt hæredes dicti Petri eorum patris, & dicta bona hæreditaria simul tenuerunt & possederunt. Deinde post vnus ex dictis filijs, videlicet d. Petrus bono spiritu tactus, ingressus fuit religionem fratrũ Seruorum sanctæ Mariæ: & in monasterio dictorum fratrum professionem in dicta regula fecit expressam, & in d. monasterio, & conuentu stetit per multos annos, non disposito aliter ante dictũ ingressum de bonis suis, sed dictis bonis remanentibus penes dictũ Gorum eius fratrẽ carnalẽ, & in eius manibus. Qui tenuit possedit & fructauit dicta bona per multos annos, decessitque postea dictus Petrus frater, & professus dictæ religionis, & in dicto conuentu. deinde post decessit dictus Gorus relictis certis hæredibus, qui nunc tenent & possident dicta bona hæreditaria dicti Pet. Gori, spectantia & pertinentia pro medietate ad dictum fratrem Petrum, & pro alia ad dictũ Gorum: Nunc dictus conuentus sanctæ Mariæ vellet consequi, & petit medietatem bonorum prædictorum spectantem ad dictum conuentum ex persona dicti fratris Petri cõtra dictum Gorum, seu bonorum possessores, & eorum fructus. Respondetur contra dictum monasterium, quòd ius agendi non competit dicto conuentui ex persona dicti Pet. ex quo ipse nunquam acceptauit dictã hæreditatem, nec dictus conuentus pro eo, & etiam, quia dictus Gorus possedit dicta bona per tantum tempus, quo præscripsit cõtra dictum monasteriũ pacifice & incõcusse, videlicet per annos 40. & vltra: vnde dictus conuentus non potest nunc petere dicta bona contra dictum Gorum, seu contra dictorum bonorum possessores. Quæritur modo pro parte dicti conuentus, vtrum possit petere medietatem dictorum bonorum, & hæreditatis dicti Petri Gori ex persona dicti fratris Petri eius filij, contra dictum Gorum, seu bonorum possessores, & eius fructus.

SVMMARIVM.

1. *Cohærede partem hæreditatis non petente, alteri cohæredi dicta pars accrescit.*
2. *Fratres conuentus Seruorum an dicantur esse de ordine Mendicantium, & ita hæreditatis incapaces, & nume. 10.*
3. *Fratres Minores sancti Francisci sunt mendicantes, & ideo non succedunt.*
4. *Præscriptio 40. anno. currit contra Ecclesiam inferiorem ab Ecclesia Romana.*
5. *Hæreditate adita, transfertur in adeuntem dominium, licet non fuerit apprehensa possessio.*
6. *Monasterium ingrediens, omnia eius bona, & iura in monasterium transfert: & si sit filius hæreditatem etiam non aditam in ipsum monasterium beneficio suitatis, transmittit.*
7. *Filius beneficio suitatis hæreditatem paternam transmittit ad hæredes: & ita communiter tenetur.*
8. *Suitatis beneficium non perdit filius per ingressum religionis, imo remanet suus prout erat.*
9. *Malæ fidei possessor, tenetur ad fructus.*
10. *Filius monasterium ingressus transmittit in ipsum monasterium ius immiscendi & adeundi hæreditatem paternam, cum non desinat esse suus.*
11. *Monasteria fratrum Regularium, possunt habere proprium.*
12. *Fratres Hæremitarum et prædicatorum & Carmelitarũ dicuntur mendicantes, qui & si non possint singulariter ipsa bona ingredientium apprehendere, tanquam bonorum incapaces, tamen poterit eorum Ecclesia, in qua ingrediuntur, ipsa bona capere, non vt sibi retineãt, sed vt vendant, & exinde viuant: & precium ipsorum in eorum necessitatem conuertatur.*
13. *Fratres Minores sancti Francisci cum sint in arctissima paupertate constituti, & non possint habere proprium in communi, nec in particulari ex regula, non poterunt bona ingredientium religionem capere, & ea vendere, vt necessitatibus suis occurrant, sed remanere debet apud venientes ab intestato, & ita communiter tenetur.*

14 *Præscriptio. 40. anno. contra Ecclesiam inferiorem ecclesiæ Romana non currit cum mala fide.*

CONSILIVM XXIIII.

In nomine domini, Amen.

Ex it viso & considerato præfato puncto & contentis in eo videatur dicendum, quod dictus conuentus non potuerit nec possit petere medietatem hæreditatis dicti Petri Gori, ex quo dictus conuentus petit ex persona dicti Petri & dictus Petrus dictam medietatem dictæ hæreditatis non acceptauit, cum† videatur remanere apud eius cohæredem videlicet Gorum, & eidem accrescere iuxta not. C. quando non peten. par. l. vnica. & C. de iure delibe. l. si fratres. & l. quoniam. & C. de caduc. tol. l. unica. §. pro secũdo. ita quòd dicta ratione videtur, quòd dictus conuentus dictam medietatem dictæ hæreditatis petere non possit. quod ex alia ratione videtur deduci, quòd dictus conuentus petere non potest, quia† dicti fratres de ordine Seruorum videntur fuisse & esse Mendicantes, & ordine Mendicantium prout not. in c. vnico. de reli. do. in 6. propter quod videtur quòd medietatem dictæ hæreditatis capere non poterit, nec possit eam petere, prout & in simili† dicitur in fratribus Minoribus, qui & Mendicantes sunt, prout not. in Cle. exiui de paradiso. in uer. fratres autem. ff. de uerbo. significatio. & in c. in præsentia. de prob. & in l. 1. ff. de test. & ibi per Bar. ita quod attentis prædictis uidetur dicendum quòd d. fratres, & eorum conuentus petere nõ possint medietatem prædictam d. hæreditatis, & eius fructus: quod ex alio & tertio deducitur & demonstratur, quia dici potest causata præscriptio contra dictam Ecclesiam, & eius conuentum, ex quo dictã medietatem dictæ hæreditatis tenuit & possedit d. Corus per 40. annos: & ultra: dictus conuentus eã non petiit, cum† contra ecclesiam inferiorem ab ecclesia Romana currat præscriptio. 40. annorum. C. de sacros. eccl. auth. quas actiones. & de præscr. c. illud. & c. de quarta. & c. 1. eod. ti. in 6. per quæ videtur quod dictus conuentus dictam medietatem, & eius fructus petere nõ potuerit nec possit. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, ut uidelicet dictus conuentus petere potuerit, & possit dictam medietatem dictæ hæreditatis, cum fructibus, prout infra patebit: mortuo enim d. Pet. Gori absque testamento, & deuoluta fuit hæreditas dicti Pe. ad dictos Petrum & Gorum & ad quemlibet pro medietate. C. de suis & leg. auth. in successione & in corp. unde sumitur, adeo quòd dicti filii potuerunt ipsam adire, & eidem se immiscere. ff. de acq. hær. l. necessariis. & ff. de lib. & posthu. l. in suis. & C. vt ab hære. absti. l. 1. & 2. & cum, prout præsupponitur, dictus Pe. filius adiuerit, & apprehenderit ipsam hæreditatem tenendo & possidendo simul cum ipso Goro, & sic effectus fuerit hæres pro medietate, & sic† in eum fuerit trãslatum dominiũ dictæ medietatis, etiam si nõ fuisset apprehensa possessio. ff. de acq. pos. l. cum hæredes. & cũ postea intrauerit dictus frater Petrus dictũ monasteriũ sanctæ Mariæ ordinis Seruorum, & ibi steterit per multos annos, & professionem fecerit, certe† dicta medietas dictæ hæreditatis, & eius dominium & iura fuerunt translata in dictum monasterium. C. de sacros. eccl. auth. ingressi. & 17. q. ult. c. vltimo. & per ut ibi not. & in c. in præsentia. de prob. 19. q. ulti. in c. si qua mulier. imo & si non fuisset adita hæreditas per dictum fratrem Petrum filium dicti Pet. Gori transmisisset beneficio suitatis ipsam hæreditatem in ipsum monasterium. C. de suis & legit. in l. apud hostes. & ita cõtra† tenetur ut filius trãsmittat hæreditatem paternam beneficio suitatis, prout not. in d. l. apud hostes. & in l. uentre. ff. de acq. hære. & in l. si is qui duos. ff. de re. du. Quod† & locum habet, etiam si ingrediatur religionem, cũ ex hoc nõ perdat beneficiũ suitatis, imo remanet suus prout erat. C. de epis. & cle. l. deo nobis. propter quod, & si non adiuisset hæreditatem paternã, nihilominus transmisisset, eam ad dictum monasterium beneficio suitatis, adeo quòd monasterium potuisset eã adire iuxta no. in d. l. deo nobis, super quo non fuit nec est necessarium insistendum, cum prout in puncto præsupponitur, immiscuerit se hæreditati paternæ, ipsam tenendo & possidendo, propter quæ in ipsum monasterium dicta medietas dictæ hæreditatis & bonorũ ipsius fuit translata in ipsum monasterium, & iura quæ erant apud dictum Pe. dictũ monasteriũ ingredientem, prout patet in iuribus prædictis. Vnde potuit dictum monasterium cõtra dictũ Gorũ tenentem & possidentem dicta bona agere, & medietatem dictorũ bonorũ petere, imo & etiã† eius fructus si fuit in mala fide, prout videtur fuisse, ex quo sciuit & scire debuit dicta bona pro medietate pertinuisse ad dictum Pe. & post eius ingressum ad dictũ monasterium. ff. de Pe. hære. l. sed & si lege. §. scire. & prout not. in c. si diligenti. & c. fin. de præsc. propter quod tenetur ipsos fructus restituere, ex quo fuit malæ fidei possessor. ut d. l. sed & si lege. §. quod ait, & prout no. ff. de rei uend. in l. frater. & l. ex diuerso. & C. eo. ti. l. certum. & de restit. spo. c. grauis. Et cum prout præsupponitur, decesserit dictus Gorus, poterit dictũ monasterium medietatem ipsorum bonorum petere cõtra possessores dictorũ bonorũ, prout no. C. de ali. iu. mu. cau. fac. in l. vnica. imo & fructus, si possessor fuerit & sit in mala fide: prout & supra dictũ fuit, alias si nõ fuisset, nec esset in mala fide, tunc nõ tenetur ad ipsos fructus, nisi quatenus fuisset locupletus, prout no. in l. sed & si lege. §. adeo. & d. l. fructus. & d. l. ex diuerso & in d. l. certũ. & in d. c. grauis. ita quod per hæc dici & cõcludi poterit, quod dictum monasterium petere poterit medietatem dictæ hæreditatis, seu, ut melius loquar, medietatem bonorum dicti Petri Gori, cum ipse medietas & eius dominiũ, seu iura pertinentia ad dictũ Petrũ ingredientem monasteriũ, fuerint trãslata in ipsum monasteriũ: vnde poterit petere medietatem ipsorũ bonorũ, prout supra plenius dictũ fuit. Non ob. in contrariũ adductis, cũ nõ ob. Non. n. ob. & primo quod in contrarium adducitur, quod ex quo dictus Pe. nõ acceptauit dictam hæreditatem, nec ipsum monasterium, seu conuentus ipso Petro, dicta medietas dictæ hæreditatis videtur accrescere dicto Goro, & ad ipsum pertinere, per nota. in dicta l. unica. C. quando

do non petem, per. & in d. §. pro secundo. Nam ad hoc respondetur, quod non sit verum, ꝙ non acceptauerit dictus Pet. imo acceptauit, & in ipsa hæreditate se immiscuit, vt in puncto per supponit propter quod talis hæreditas fuit deuoluta ad ipsum monasterium, vt hæredẽ. C. de iure deli. l. si auia, & & prout no. in d. c. in præsentia. imo & iure quæ dicta Petrus habebat pro medietate in bonis dicti Petri Gori transiuerunt in dictũ monasteriũ. vt d. aut. ingressi. & prout plenius uot. in d. c. in presentia. imo, & si ipsam hæreditatem non acceptasset,

10 nec se immiscuisset, dictus † Pet. transmisisset in dictum monasterium iura imiscendi & adeundi, cum non desinat esse suus. vt d. l. deo nobis. & prout plenius no. ibi. & in d. c. in præsentia. super quo non insisto, cum nõ expediat, ex quo per dictum Petrũ fuit adita hæreditas. Vnde non obstat quod in contrariũ primo loco adducitur: nec ob. quod & secundo loco in cõtrariũ adducitur, dicendo, ꝙ dicti fratres sanctæ Mariæ Seruorũ, & eorũ conuẽtus sunt de ordine Mendicanriũ, propter quod nõ videntur esse capaces dictæ hæreditatis dicti Petri Gori, & bonorum ipsius, ad exemplum fratrum Minorũ sancti Francisci. vt in d. Clem. exiui. Nam ad hoc respondetur, ꝙ non est verum, ꝙ fuerint & sint de ordine Mendicantiũ ex regula nec ex cõstitutionibus, licet quandoq; de facto mendicent, prout voluit Io. An. in ca. vnico, de reli. do. in 6. & Lap. de Castellio. in illegatione 41. & Gaspar de Calde. in cõsilio. 17. de regularibus. propter quod dicunt d. c. vnicum, non habere locũ in dictis fratri-

11 bus. vnde poterunt habere proprium: prout † & alia monasteria regularium. vt in d. auth. ingressi. & prout no. in d. c. in præsentia. vnde si aliquis ingrediatur eorum religionẽ prout ingressus fuit d. Pet. transibũt eius iura in eorũ religionẽ & mona-

12 sterium: imo † si ingrediatur aliquis religionem Mendicantium puta religionem Hæremitarũ vel prædicatorũ. Nam & si ipsi fratres non possint singulariter ipsa bona ingredientium apprehendere, tamen poterit eorum Ecclesia in qua ingrediunt ipsa bona capere, non vt sibi retineant: sed vt vendant, & exinde viuant & prætium ipsorum in necessitatẽ ipsorũ cõuertatur: prout voluit Ci. in d. l. deo nobis. & Spe. in ti. de sta. mona. §. 1. ver. 3. & ver. 4. & Federicus de Senis in consilio 26. & Lap. in d. c. vnico. de religio. dom. in 6. & Bal. in auth. si qua mulier. C. de sac. eccl. dicens hoc procedere in fratribus Prædicatoribus, si cõsuetudo hoc habeat prout dicit cõsuetudinẽ ita se habere. vt ibi plenius p eum. & per do. An. Io. de Imol. & do. Nic. in d. c. in præsentia. de probs. vbi hoc tenent. videlicet ꝙ ipsi Mendicãtes possunt bona ingredientiũ capere & apprehẽdere, nõn vt sibi retineant, sed vt vendant: & in eorũ necessitatẽ conuertant, ad hoc glo. in d. c. vnico. quod procedit in ipsis Mendicantibus videlicet Prædicatoribus Hæremitanis &

13 Carmelitis. sed non † in fratribus Minoribus. nam cum tales sint in arctissima paupertate constituti, & non possint habere propriam in communi nec in particulari ex regula, non poterunt ipsa bona capere, sed remanere debent apud venientes ab intestato, per id quod habetur in d. cle. exiui. §. cupientes. de ver. si. & hoc voluit Bar. in tractatu Minoricarum. in 4. li. & Bal. in d. auth. ingressi. & in d. auth. si qua mulier. & ita tenent cõmuniter do. in d. c. in præsentia. super quibus nõ insisto, cũ nõ tractetur de ipsis fratribus Mẽdicãtibus, sed de fratribus Seruorum sanctæ Mariæ qui non sunt Mendicantes ex regula, nec ex constitutionibus, vnde possunt habere proprium in communi, prout & alijs religiosi non mendicantes, prout & supra dictũ fuit. vnde nõ ob. quod secũdo in cõtrariũ adducitur. Nec ob. quod & tertio in cõtrariũ adducitur, ꝙ ex quo dictus cõuentus seu monasteriũ nõ petierunt talia bona, & iura per 40. annos & vltra fuit causata præscriptio. cũ per tantũ tẽpus pscribatur cõtra d. ecclesiã. vt aut. quas actiones. & d. c. illud. Nã ad hoc rñdetur, ꝙ licet verũ sit, ꝙ præscribatur etiã contra dictã Ecclesiam per tantum tem-

14 pus 40. annorum. vt dictis iur. tamen hoc † procedit, nisi præscribens fuerit in mala fide, cũ tunc nullo tempore præscribat, vt est expressum in c. fi. de præs. & in regula, possessor in 6. vnde in casu prędicto cum d. Gorus posidens dicta bona seu medietatem dictorum bonorum spectantem ad dict. Petrum eius fratrem fuerit in mala fide, ex quo sciuit & scire debuit ipsam medietatẽ nõ spectare ad dictum Gorum: sed potius ad d. Pet. & ex eius persona, ad dictum monasterium. C. vnde ui. l. fina. vnde non præscripsit, neque præscribere potuit. vt d. c. fina. & in dicta regula, possessor. Vnde cũ d. Gorus possederit dicta bona post ingressum monasterij factum per dic. Petrum, & sciuerit & scire debuerit dicta bona seu eorum medietatem spectare ad dictum Petrum ante ingressum dicti monasterij, vt quilibet arbitraretur, maxime ex eo, quia simul possederunt, & post ipsum ingressum, spectare ad dictum monasterium, prout de iure spectare debent. & si fuerit in mala fide, & vixerit post mortem dicti Petri vsque ad mensem Octobris, non fuit nec causata est aliqua præscriptio. vnde non ob. ꝙ in contrarium tertio loco allegatur. & cum non ob. concluditur & concludi potest, ꝙ dictus conuentus seu monasterium petere poterit ipsam medietatem ipsorum bonorum, cum fructibus, prout & supra plenius dictum fuit. Do. Be.

THEMA CONSILII XXV.

Punctus, Quidam Petrus Vitalis de Montefalco suum vltimum condidit testamentum, quo hæredem suum vniuersalem instituit Leonardum eius filium legitimum & naturalem, in omnibus suis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus, & actionibus, psentibus & futuris: & casu quo dictus Leonardus moriretur ante dictum testatorem, vel postea in pupillari ętate, vel quandocunq; sine filijs legitimis de se natis, substituit Polisenã eius vxorẽ in vnã petiã terræ positã in districtu Mõtifalci, & in afio Valliũ iuxta res Andreę Nardi, & alia latera &c. & in vnã domũ posi-

tã in terra Montifalci, iuxta viã publicã, res Iacobi Thomæ ex alio latere cum omnibus suis pertinentijs: & in his substituit suã hæredẽ & uoluit & mãdauit dictus testator, quod dicta Polisena habeat sediũ & mansionem in domibus dicti testatoris, & victũ & uestitum dominã vsufructuariam omniũ suorũ bonorũ, dũmodo vixerit honesta & casta & vitam vidualẽ seruauerit. Et in dimidio residui suorum bonorũ in dicto casu substituit Bernardinã eius filiã si viueret, iubens aliã dimidiã suorũ bonorũ vendi, & inter pauperes terræ Montifalci, & inter Ecclesias dispensari: & si dicta Bernardina moriretur, & suus hæres, vt ꝑdictum est, substituit suos hæredes pauperes Christi de Montefalco, & Ecclesias ꝑdictas. Ad quod faciendũ ordinauit & deputauit certos fideicõmissarios executores. Euenit casus quod dictus Leonardus decessit in vita d. Petri testatoris, & similiter d. Bernardina eius filia instituta. deinde nõ mutato aliter dicto testõ decessit d. Petrus, superstite sibi d. Pe. superstite sibi d. Polise. eius vxore: & quia d. Polisena vellet cõsequi relicta sibi in d. testõ facta de dic. petia terræ, & de d. domo, & alia relicta sibi facta, & similiter d. Ecclesiæ, & dicti executores vellent & d. bona in pauperes dispensare. Nunc vertitur in dubio de pluribus. Et primo, nunquid testamẽtum prædictũ valuerit & valeat, cũ mortuus sit hæres institutus ante mortẽ testatoris prędicti, & si d. Poli. habere debeat, vel non debeat, bona eidẽ relicta ꝑ testatorẽ, in tantũ, ꝙ sit locus dictæ dispositioni de relictis dictę Polisenę. & similiter dictis pauperibus, & ecclesijs in eo factis. Secũdo q̃ritur, casu quo dictum testamẽtum valeat & teneat, quid operentur ista verba, quod testator prædictus reliquit Polisenam prædictam dominã, & vsufructuariam omnium suorum bonorum. Tertio quid agere debeant dicti fideicommissarij, & executores in re ista, & infra quantum tempus debeant dicti fideicommissarij vẽdere d. bona, & dispensare, & nunquid Episcopus Diœcesanus possit se intromittere, & immiscere se in dicta distributione. Quarto nunquid Diœcesanus predictus recipere debeat aliquam portionem de prædictis relictis, & de istis quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum efficitur caducum, & inualidum, si hæres in eo institutus præmoriatur ante testatorem.*

2 *Hæres institutus in re certa, consi quitur totam hæreditatem, non dato alio cohærede uniuersali.*

3 *Ecclesia, seu pauperes alicuius terræ instituit, seu substitui possunt, quantumcunque personæ sint incertæ, & talis institutio seu substitutio tenet.*

4 *Testamentum, ex quo potest hæreditas adiri, ualet.*

5 *Vxor relicta, & domina, & usufructuaria omnium bonorum institutis filiis hæredibus, alimenta regulariter tantum consequi debet, sed in casu usumfructum consequi debet, quando sunt instituti, uel substituti extranei, & ita communiter tenetur.*

5 *Vsufructuarius omnium bonorum tenetur præstare cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, & de restituendis bonis finito usufructu.*

7 *Fideicommissarii & executores in testamento electi ad exequẽdum disposita in eo etiam ad pias causas, censentur habere uim & nomen hæredum, unde idem possunt, quod ipsi hæredes.*

8 *Fideicommissarii & executores testamentarii debent exequi disposita in testamento, & maxime si per eos facienda sit uenditio, & dispensatio inter pauperes, infra annum.*

9 *Annus præstitutus executoribus testamenti ad exequendum disposita in eo, a quo tempore currere incipiat.*

10 *Anno præstituto executoribus testamenti ad exequendum disposita in eo, elapso, legitimus executor, id est Episcopus, ea exequi poterit, quod procedit non solum de iure canonico, sed etiam de iure ciuili.*

11 *Vsufructu omnium bonorum legato, & substituta pia causa uniuersaliter, licet eueniat casus substitutionis, et bona debeant per executores testamentarios uendi, & ad dictam piam causam dispensari, tamen in præiudicium usufructuarii uendi non poterunt.*

12 *Episcopus diœcesanus, non potest infra annum se intromittere in uendendo, uel dispensando bona, secundum dispositionem factam in testamento, si in eo executores scripti & relicti sint, sed bene post annum; potest tamen interim eis iubere ut adimpleant uoluntatem testatoris & ab eis exigere rationem infra annum & etiam post, secundum quod sibi uidebitur.*

13 *Fideicommissarii, seu executores testamentarii tenentur facere inuentarium de his, quæ habent distribuere, sicut & legitimus executor, ut est Episcopus, & curator datus bonis.*

14 *Canonica portio de relictis ipsis pauperibus non debetur Episcopo Diocesano nisi relicta sint ipsis pauperibus intuitu certi loci, puta hospitalis, tunc enim debetur, prout & de relictis piis locis, si locus, in quo sunt dicti pauperes, sint constructus authoritate Episcopi.*

15 *Canonica portio debetur Diocesano de relictis Ecclesiis, etiam si relinquatur titulo substitutionis, cum debeatur de omni iudicio, propter communionem quam habet cum eis, nisi Ecclesiæ sint exemptæ, tunc enim non debetur.*

CONSILIVM XXV.

In nomine domini, Amen.

Cum de pluribus quæratur, ad quodlibet respondendum est: & primo ad primum, quod est, nunquid dictum testamentum valuerit & valeat: Circa quod, etsi videatur prima facie dicendum, ꝙ non valuerit nec valeat cũ Leonardus hæres institutus decesserit ante mortẽ dicti Pe. testatoris, propter quod

1 † quod tale testamentum effectum fuit caducũ & inualidum. C. de cad. tol. l. vnica §. pro secundo. & §. in nouissimo. & institu. qui. mod. test. infir. circa princi. imo etiam si non solum ipse decesserit ante mortem dicti testatoris, sed etiam d. Bernardina filia substituta propter quod expirauit substitutio facta de ea dicto Leonardo, prout patet in iuribus prædictis. sed licet tale testamentum effectum fuerit caducum, vel quasi, & euanuerit quoad ipsos Leonardum & Bernardinam, tamen non fuit effectum caducum, nec euanuit quoad alia contenta in ipso testamento. ipse enim testator instituit dictum Leonardum suum filium hæredem vniuersalem, & casu quo moriretur ante dictum testatorem, vel postea, substituit Polisenam eius vxorem in vna petia terræ, & in vna domo, substituendo in his eam hæredem, adeo quòd si in dicto testamento non fuissent alii substituti vniuersaliter, ipsa Polisena, consequeretur & consecuta fuisset totam hæreditatem, cum euenerit casus substitutionis, ex quo dictus Leonardus decessit ante mortem dicti testatoris prout habetur ff. de verbo.

2 si. l. cedere diem. & † institutus in re certa consequatur totam hæreditatẽ non dato alio cohærede vniuersali, prout habetur ff. de hære. institu. l. 1. §. si ex fundo & l. quoties. §. si duo. & C. eod. titu. l. quoties. verum quia in dicto testamento fuerunt dati substituti vniuersales, prout infra patebit, ipsa domina Polisena non succedit in dicta hæreditate, prout no. in d. tit. sed in relictis sibi factis, cum dictus testator non solum substituerit dictam Polisenam in dictis petia terræ & domo, sed etiam reliquerit eidem sedium & mansionem in domibus dicti testatoris, & victum, & vestitum, dummodo vixerit honesta. imo & vsufructuariam omnium suorum bonorum: per quæ verba quid consequatur, infra patebit: & vltra hoc in dicto casu substituit dictam Bernardinam in dimidio residuo residuo suorum bonorum bonorum, si viueret, iubendo aliam dimidiam vendi, & inter pauperes & ecclesias dispensari, cui substitutioni nõ fuit locus, ex quo d. Bern. decessit ante mortẽ ipsius testatoris: sed bene fuit locus substitutioni postea factæ per hæc verba, & si d. Bernardina & suus hæres morientur, vt prædictum est, substituit suos hæredes pauperes Christi de Montefalco, & ecclesias prædictas, & iste casus euenit, cum decesserit dictus Leonardus & Bernardina ante mortem dicti testatoris, propter quod fuit locus substitutioni vulgari, non solum comprehensæ in compendiosa: iuxta no. ff. de vulg. & pup. l. Centurio. & in c. Rainutius de testa. & in cap. si pater. eod. titu. sed etiam substitutioni vulgari specialiter factæ & expressæ, ex quo substituit in casu, quo decesserint ante dictum testatorem: & sic in casu quo non erunt hæredes. vt in d. l. 1. ff. de vulga. & pupill. prout no. C. de hæredita. institu. l. cum proponas. vnde cum decesserit ante mortem ipsius testatoris, propter quod euenit conditio: vt d. l. cedere diem, fuit locus dictæ substitutioni vulgari factæ de ipsis pauperibus, & ecclesiis. potuerunt

3 † enim institui seu substitui, non solum ecclesiæ ipsæ, sed etiam pauperes dictæ terræ Montisfalci quantumcumque personæ sint incertæ: cum teneat institutio seu substitutio facta de ecclesiis: imo & de pauperibus quãtumcumque personæ sint incertæ, prout no. C. de sac. san. eccl. l. 1. & C. de Episc. & Cle. l. id quod pauperibus. & l. si quis ad declinandam. & in cap. si pater. de test. in 6. adeo quòd succedent vigore dictæ substitutionis ipsi pauperes pro medietate, & pro alia medietate succedent ipsæ ecclesiæ, prout no. ff. de hæred. instit. l. ex facto. & ff. de leg. 3. l. re coniuncti. & in cap. requisisti. de testa. & in cap. in nostra. de sepul. quod & voluit etiam Bald. in d. l. si quis ad declinandam, per l. cui fundus. ff. de condi. & demon. & per id quod habetur in aut. causa quæ fit cum monach. C. de Episcop. & Cleric. & succedunt ex ipsa vulgari expressa & directa, ex quo euenit casus ipsius substitutionis, propter quòd non oportet insistere in eo quod tractauit Barto. circa ipsam substitutionem pauperum, in d. l. Centurio. & Bal. in d. l. si quis ad declinandam. & in l. præcibus. C. de impu. & aliis substitu. vnde cum d. pauperes &

4 ecclesiæ succedant vniuersaliter, testamentum † tale valuit & valet, ex quo ex ipso potest adiri hæreditas. ff. de test. l. 1. & ut ibi not. nec est locus substitutioni factæ de ipsa Polisena, vt succedat in omnibus bonis, ex quo dati sunt substituti vniuersales, put patet ex not. in d. §. si ex fundo. & in d. §. si duo. & in d. l. quoties. & in d. l. his verbis. ff. de. vulga. & pupill. prout not. in d. cap. Rainutius. & in d. cap. si pater. sed bene succedit dicta Polisena in relictis sibi factis: Circa quæ, cum de eis quæratur, tam in primo quæsito, quam etiam in secundo. Dicendum est, quòd ipsa domina Polisena consequatur & consequi debebit, non solum dictam petiam terræ & domum sibi relictas in dicto testamento, sed etiam sedium & mansionem, imo & vsumfructũ omnium bonorum, ex quo reliquit eam vsufructuariam omnium bonorum. vt ff. de vsufruc. leg. l. vxori meæ. & ff. de usufruc. l. omnium. quantumcunque substituerit Bernardinam eius filiam in dicto casu, quo substituit dictam Polisenam in ipso vsufructu, videlicet, si dictus Leonardus decesserit, cum non fuerit locus dictæ substitutioni de dicta Bernardina, ex quo decessit ante mortem dicti testatoris, prout Leonardus, sed fuit locus ipsi substitutionis vulgari factæ de ipsis pauperibus &

5 ecclesiis, & sic de extraneis. vnde † ipsa Polisena consequetur, & consequi debebit vsumfructum omnium bonorum, prout & testator reliquit: non. ob. consuetudine vigente in consuetudine Bulgari, secundum quam debentur alimenta, prout not. C. si secundo nup. in auten. hoc locum: cũ dicta consuetudo locũ non habeat institutis vel substitutis extraneis, vel eis existentibus, prout voluit gloss. in d. auten. hoc locum: & Barto. & Bald. ibi & ff. de leg. 2. l. Titia §. Titia: quod & voluit etiam Bal. in l. fina. C. de indicta vidui. & ita communiter tenetur. Sed licet ipsa vxor consequatur & consequi debeat vsu-

6 fructum omnium bonorum: tamen præstare † debebit cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendis bonis finito vsufructu. C. de vsufruct. l. 1. qui finitur eius morte. insti. de usufru. §. finitur. & hæc circa primum & secundum quæsitum. Circa tertium, quod tria continet, & primo, quid agere debeant dicti fideicommissarii seu executores in re ista, & circa hoc dicendum est, quòd cum substituti sint dicti pauperes & ecclesiæ prædictæ in casu prædicto, videlicet, si prædicta Bernar-

 dina

dina & suos hæres morirentur &c. & vendantur prædicta bona per dictos fideicommissarios, & dispensentur in dictos pauperes & ecclesias prædictas: & euenerit casus substitutionis, ex quo decesserunt ante mortem dicti testatoris, & sic fuerit locus substitutioni vulgari, propter quod dicta hæreditas delata fuit dictis pauperibus & ecclesiis seu vt supra dictum fuit, & fuerint deputati dicti fideicommissarii seu executores, non particulariter, sed vniuersaliter ad vendendum dicta bona, & dispensandum, ipsi † fideicommissarii seu executores censentur habere vim & nomen hæredum, prout voluit Spe. in titu. de instru. edi. §. nunc vero. ver. sed pone. & ver. & scias. & clarius Bart. in l. alio. ff. de alim. & ci. leg. & ipse Bart. & etiam Bald. in l. si quis ad declinandam. C. de Epis. & Cle. & per cano. in c. cum tibi. de test. potest enim ipse testator dare ipsos fideicommissarios seu executores vniuersales ad pias causas, sicut tutores ipsi pupillo. l. si forte. §. t. ff. de solu. vnde cum ipsi fideicommissarii seu executores vim hæredum habeant, potuerunt ipsa bona capere, prout & hæredes. ff. de acqui. poss. l. cum hæredes, ipsa bona vendere & dispensare inter pauperes & ecclesias prædictas, prout ipse testator iniunxit, & commisit: prout patet in d. iur. ad hoc etiam quod no. in auten. de eccl. titul. §. si quis autem. dispensando medietatem inter pauperes, & aliam medietatem inter ipsas ecclesias, cum pro medietate succedant dicti pauperes, & pro alia medietate dictæ ecclesiæ, prout supra dictum fuit, & hæc circa primum tertii quæsiti. Circa secundum vero, quod est infra quantum tempus ipsi fideicommissarii debeant vendere & dispensare: & circa hoc † dicendum est quòd vendere & dispensare debeant infra annum. C. de Epis. & Cle. l. nulli. & de testa. c. nos quidem. & c. si hæredes. sed quando incipiat currere, dubium est, cum aliqui † tenuerint, quòd currat ipse annus a die mortis etiam ipsis ignorantibus, prout volut Bald. in l. captatoriæ. C. de test. mil. ad hoc d. l. nulli. ad hoc etiam quod not. ff. de insa. l. genero. alii vero tenuerunt quòd currat ipsis fideicommissariis a die mortis & scientiæ seu notitiæ, prout & voluit Bal. in d. l. id quòd pauperibus, dicens annum nō currere ignoranti, etiam si constitutio moneat, per id quod habetur in d. l. nulli. & in d. cap. nos quidem. de test. ad hoc etiam quòd no. per gl. in l. fi. circa prin. C. de iure delib. alii vero tenuerunt, quòd ipsi fideicommissarii seu executores exequi debent infra annum a iussu seu monitione superioris connumerandum, prout videtur velle Inn. in d. c. nos quidem, & gl. in c. si hæredes iussa. de testa. & Iac. de arena in quodam suo tractatu, per text. in aut. hoc amplius. C. de fideicommis. alias † elapso anno poterit exequi legitimus executor, prout est expressum in d. cap. nos quidem. & in d. c. si hæredes, quod procedit non solum de iure canonico, vt d. iur. sed etiam de iure ciuili. vt d. l. nulli & d. auten. hoc amplius. & hoc tenent communiter docto. prout dicit Bald. in d. l. quòd pauperibus: super quo aliter non insisto. cum non expediat, ex quo a die mortis testatoris, non est elapsus annus: immo & nec sex menses, propter quod potuerunt ipsi fideicommissarii, & executores ipsa bona vendere & dispensare. hæc de secundo. Circa quod aduertendum est, quod licet † ipsi fideicommissarii & executores vendere possint ipsa bona hæreditaria, & distribuere in dictos pauperes, & ecclesias, non tamen potuerunt in præiudicium ipsius dominæ Polisenæ, cui debetur vsusfructus omnium bonorum, cum eidem debetur talis vsusfructus vel legatum, & derogat ipsi hæredi vniuersali, prout voluit formaliter Bald. C. de fideicommis. in l. cum virum. in ver. iuxta hoc venit tale dubium, vt plenius ibi per eum. Circa tertium autem ipsius tertii quæsiti, quod est, an Diœcesanus Episcopus possit se intromittere & immiscere: & circa hoc dicendum est, quod † ipse Diœcesanus non poterit se intrommittere circa venditionem dictorum bonorum, & dispensationem eorum inter pauperes & ecclesias infra annum præfixum ipsis fideicommissariis seu executoribus, sed bene post annum. vt d. l. nulli. & d. c. nos quidem. & cap. si hæredes. Sed licet ipse Diœcesanus non possit vendere, nec etiam dispensare vt supra: nihilominus poterit mandare, & iubere ipsis fideicommissariis seu executoribus etiam ante annum: vt adimpleant voluntatem ipsius testatoris. vt d. cap. si hæredes. imo & poterit ab ipsis executoribus & fideicommissariis exigere rationem infra annum: & etiam post, secundum quod sibi videbitur, prout uoluit Laudulfus in clemen. prima de testa. prout refert d. Floren. ibi idem tenens: ipsi enim fideicommissarii tenentur eidem reddere rationem, si hoc exigat, nam & † tenentur etiam facere inuentarium si sint fideicommissarii, seu executores vniuersales de his quæ habent distribuere: sicut & legitimus executor, prout est Episcopus. ut d. l. nulli sicut & tutor & curator. C. de admi. tuto. l. tutor. & sicut curator datus bonis. l. 1. & ibi per gl. ff. de cura. bo. dan. & hoc uoluit Spe. in d. §. nunc uero. & ibi per Io. An. in additione. & per Bald. in d. l. nulli. ubi plenius de his, de quibus in d. cle. 1. & hæc de ipso tertio tertii quæsiti: & sic de his tribus quæsitis tertii quæsiti. Restat ut deueniatur ad quartum, quod est, nunquid Diœcesanus recipere debeat aliquam portionem de relictis prædictis, & circa hoc dicendum est, quòd de relictis ipsis pauperibus, non debet recipere aliquam portionem, prout uoluit gl. in c. relatum. de sepul. unde † si ipsi fideicommissarii dispensent in ipsos pauperes, non debebitur Canonica portio ipsi Diœcesano: quod uerum est, nisi dispensent in ipsos pauperes, intuitu certi loci, puta hospitalis, cum tunc debeatur ipsa Canonica portio ipsi Diœcesano, prout & debetur de relictis piis locis, ut uoluit Ioan. An. in cap. dubium. de conuersi. coniu. in uerbo pauperum: per id quod habetur in c. requisisti. & c. si. de test. & prout no. in d. c. relatum. per domi. Anto. & do. Nico. quod procedit, quando talis locus, in quo sunt ipsi pauperes esset constructus authoritate Episcopi, cum tunc debeatur ipsis Canonica ipsi Diœcesano propter communionem, quam habet ipse Diœcesanus cum ipso loco, prout plenius nō. in d. c. requisisti. § secus, & ibi per d. Floren. Io. Imo. & per Baldum in d. l. si quis ad declinandam. & per dominum Petrum de Perusio in 9. capiulo. tractatus Canonicæ Episcopalis circa fina. sed † de relictis ipsis Ecclesiis, etiam si relinquatur titulo substitutionis

tutionis bene debebitur Canonica portio ipsi Dioecesano, cum debeatur de omni iudicio, vt d.c. relatum. & in d.ca. de sepul. vnde si ipsi executores dispensent in ipsas Ecclesias, debebitur canonica portio ipsi Dioecesano, propter communionem, quam habet cum eis, prout not. in d. iur. & in d. ca. requisisti. quod verum est nisi ipse Ecclesiæ sint exemptæ, cum quatenus perueniat ad ipsas Ecclesias exemptas, non debeatur ipsa Canonica portio ipsi Dioecesano, prout no. in d. ca. officij, de testa. & ibi per Io. An. & per Bald. in d. l. si quis ad declinan dam. & per d. Pe. in dicto tractatu, in 4. c. non enim tunc Dioecesanus habet aliquam communionem cum ipsa Ecclesia exempta, & cum non habeat communionem, non debetur eidem aliqua Canonica portio: prout not. in d. c. officij. & in d. c. requisisti. & per ipsum do. Pe. in d. 4. ca. in 6. q. vbi plenius de hoc. Domi. Benedi.

THEMA CONSILII XXVI.

Punctus. Quidam nomine Ser Victus Canonicus vnius Ecclesiæ cathedralis, veniens ad mortem condidit testamentũ, in quo multa relicta fecit, inter quæ reliquit iure legati dictæ Ecclesiæ cathedrali certa bona: deinde reliquit certę capellę dictæ la capella de Sancta Croce, sitam in Ecclesia cathedrali prædicta, quasdam possessiones, & certas domos, & vnum hortum, & multas alias res, & bona: cũ hoc, quòd in dictis domibus, & horto semper continuo habitent Capellani, & Officiatores dictæ capellæ, & quòd in d. capella celebrent ad minus dicti Capellani in hebdomoda sex missas in altari dictę capellę, & fructus dictarum possessionum, & domorum, & dictarum aliarum rerum, voluit esse dictorum Capellanorum, & Rectorum dictæ capellę: & in his omnibus dictam capellam heredem instituit, & dicta bona eidem capellę assignari voluit, prout latius & plenius in dicto testamento dicti Ser Victi continetur, quòd nobis transmittitur. Quæritur nunc, & dubitatur, vtrum de relictis factis in d. testamento dictę ecclesię cathedrali, debeatur aliqua Canonica portio Episcopo, præsupposito quòd de relictis factis Episcopo, seu pro sua Canonica ab alijs inferioribus Ecclesijs prouenientibus, ipsa Ecclesia cathedralis seu eius capitulum nihil recipit. Et similiter quęritur de relictis factis dictę capellę Sanctę Crucis, sitę in dicta cathedrali Ecclesia vt supra, an Episcopus debeat habere aliquam Canonicam portionem.

SVMMARIVM.

1. *Episcopus de relictis factis Ecclesiæ cathedrali, seu capellæ sitæ in dicta Ecclesia, canonicam portionem habere non debet.*
2. *Canonicus testari non potest de bonis sibi peruentis ex Ecclesia, vel occasione Ecclesiæ, quia ea pertinent ad Ecclesiam.*
3. *Episcopo vtrum debeatur canonica portio de relictis canonico Ecclesiæ cathedralis.*
4. *Canonica portio non debetur de relictis Ecclesiæ cathedrali, quando Episcopus & capitulum habent bona diuisa ad inuicem secundum certum modum, prout a principio fuit ordinatum in fundatione Ecclesiæ: & ita hodie in multis locis obseruatur.*
5. *Ecclesia seu capitulum nil percipit de relictis Episcopo, & similiter de portionibus, quas Episcopus percipit ab alijs Ecclesiis inferioribus: ita nec Episcopus de relictis Ecclesiæ.*
6. *Canonica portio non debetur Episcopo de relictis Ecclesiæ per canonicum, non solum si ad eum peruenisset causa Ecclesiæ, sed etiam si per eum fuisset acquisita, & dictæ Ecclesiæ relicta.*
7. *Capellæ relicta, censetur relicta Ecclesiæ, in qua capella sita est, cum ipsi Ecclesiæ cedat sicut ædificium, quod cedit solo. Vnde de eis non debetur canonica portio Episcopo.*
8. *Canonica portio non debetur Episcopo, de eo, quod relinquitur Ecclesiæ pro eius dote, cum censeatur relictum pro perpetuo cultu diuino: etiam si altare quod non erat primo, dotatum hæres institutatur.*
9. *Testator si mandet simpliciter Ecclesiam nouiter ædificari, & ipsam ædificandam hæredem instituat, tunc pro dote dictæ Ecclesiæ videtur dicta hæreditas relicta, non solum si testator hoc exprimat, sed etiam si simpliciter ipsam hæredem instituat.*
10. *Episcopus debet habere canonicam portionem de relictis Ecclesiæ cathedrali, cum communionem habeat cum ipsa Ecclesia, et maiorem quam cum alijs Ecclesiis, nisi bona Episcope sint diuisa a bonis Ecclesiæ, tunc enim non debet habere aliquam canonicam portionem, quia cum ea communionem non habet.*
11. *Canonica portio non debetur de relictis pro diuino cultu, etiam si sit relictum capellis, seu Ecclesiis inferioribus a cathedrali.*

CONSILIVM XXVI.

In nomine domini, Amen.

Etsi viso & cõsiderato præfato pũcto, videatur prima facie dicendũ quod dictus dominus Episcopus Canonicam portionẽ petere potuerit, & possit de omnibus relictis dictæ Ecclesiæ Maiori, seu dictæ capellæ, cũ relicta dictæ capellæ in dicta Ecclesia situate, videatur relicta eidẽ Ecclesiæ, & eius contẽplatione, ex quo est sita in d. Ecclesia, ad hoc no. in c. requisisti, ad fi. de testa. & in ca. cum deputati. de iud. vnde si censentur relicta dictæ Ecclesiæ, pertinuerunt & pertinent, non solum ad dictam Ecclesiam, sed etiam ad Episcopum ipsius Ecclesiæ, qui cũ dicta Ecclesia cẽsetur habere cõmunionẽ, adeo quod de relictis eidem Ecclesiæ factis, ipse Episcopus debet habere portionẽ: prout habetur in d. ca. requisisti

requisisti. Quod & secundo videtur deduci ex
alio, quia etsi non applicentur nec applicari de-
beant ipsi Ecclesiæ, sed dictæ Capellæ, ipse Episco-
pus similiter de relictis factis ipsi capellæ debet ha
bere Canonicam portionem, prout est expressus in
d. c. requisisti. §. secus. & c. officii. & c. si. eo. titu. ita
quod attentis prædictis, videtur dicendum, quod
dictus Episcopus de relictis dictæ Ecclesiæ, & simi
liter dictæ capellæ, debeat habere Canonicam por-
tionem, sicut & de relictis aliis Ecclesiis, seu capel
lis & multo fortius cum inter ipsum Episcopum &
Ecclesiam cathedralem, sit maior coniunctio quam
inter eam & alias Ecclesias inferiores, prout patet
ex no. in d. c. requisisti. Sed his non ob. contrarium
1 de iure dicendum est, vt † dictus Episcopus de reli-
ctis factis dictæ Maiori Ecclesiæ, seu dictæ Eccle-
siæ cathedrali, seu dictæ capellæ sitæ in dicta Eccle
sia, Canonicam portionem habere non debeat, vt
2 ex pluribus deducitur: & primo inquantum † dictus
Ser Victus, Canonicus dictæ Ecclesiæ testatus fuit
de his, quæ peruenerunt ad ipsum de bonis dictæ
Ecclesiæ cathedralis, cuius erat Canonicus, cum ad
ipsam Ecclesiam pertinuerint & pertineant, ex quo
ex causa & occasione dictæ Ecclesiæ ad eum perue
nerunt. non potuit testari, nec testando de eis di-
sponere, de testamen. cap. ad hæc. & c. quia nos. &
12. quæstio, prima. Episcopus. imo ista ita quæsita
per ipsum Canonicum pertinuerunt & pertinent
ad ipsam Ecclesiam cathedralem, prout patet in d.
3 iu. & in d. c. requisisti. vbi etiam notatur, an † de re-
lictis ipsis Canonicis, debeatur Canonica ipsi Epi-
scopo: super quo non insisto, cum de hoc non quæ-
ratur, vnde cum quæsita per ipsum Canonicum cō-
templatione ipsius Ecclesiæ pertinuerint & perti-
neant ad ipsam Ecclesiam, non potuit ipse Canoni
cus de eis disponere testando, & cum ad ipsam Ec-
clesiam cathedralem pertineant, non debebitur ip
4 si Episcopo ipsa Canonica portio, prout † & nō de
betur de relictis ipsi Ecclesiæ cathedrali, quando
Episcopus & capitulum habent bona diuisa ad in-
uicem secundum certum modum, prout a princi-
pio fuit ordinatum in fundatione Ecclesiæ, cū tunc
bona postea obuenientia secundum illum modum
diuidantur, prout uoluit dom. Anton. post Innoc.
in d. cap. requisisti. ad hoc quod habetur 12. quæst.
secunda. c. concessio. & c. cognouimus. secundum
Ioann. de Imol. qui post dom. Floren. ibi etiam di
cit, quod cum hodie pro maiori parte Episcopi ha
beant bona distincta ab Ecclesia cathedrali, non fa
ciunt diuisionem de relictis sibi cum Ecclesia ca-
thedrali, seu eius capitulo, nec econuerso: sed id
quod relinquitur Ecclesiæ, est totaliter Ecclesiæ, &
sic capituli, & nihil contribuitur Episcopo, & ita
de consuetudine in multis locis seruatur secundū
eum ibi, & ita, vt puto, seruatur in dicta Ecclesia ca
5 thedrali, cum † de relictis Episcopo ipsa Ecclesia,
seu eius capitulum nihil percipiat, & similiter de
portionibus, quas Episcopus percipit ab aliis Ec-
clesiis inferioribus, ipsa Ecclesia & eius capitulum
nihil percipit, ut præsupponitur, unde sicut Eccle-
sia & eius capitulum nihil percipit de relictis ipsi
Episcopo, seu ad eum prouenientibus pro sua Ca-
nonica portione, ita & econuerso nihil percipere

debet de his quæ peruenerunt ad dictam Ecclesiã
de relictis factis per dictum Ser Victum, non so-
6 lum † si ad ipsam Ecclesiam alias pertinuerunt, ut
quia ad ipsum peruenissent occasione ipsius Eccle-
siæ, sed etiam si per eum fuissent acquisita & dictæ
Ecclesiæ relicta, ex quo bona ipsa ita diuisa fuerūt
& sunt, prout in puncto præsupponitur, & ut pa-
tet ex prædictis, ita quod attentis prædictis non
debebitur Canonica portio dicto Episcopo de re-
lictis per ipsum Ser Victum dictæ Ecclesiæ. Quod
videtur procedere, non solum in obuentis, & in
his quæ peruenerunt & peruenire debuerunt ad
dictam Ecclesiam cathedralem ex bonis ipsius Ser
Victi, & per ipsum acquisitis intuitu ipsius Eccle-
siæ, & etiam de bonis per eundem dictæ Ecclesiæ,
vt supra relictis, ut non debeatur ipsa Canonica
portio ipsi Episcopo, vt supra. Sed etiam in reli-
ctis per dictum Ser Victum, factis de suis bonis
7 dictæ Capellæ sanctæ Crucis, cum † talia censeantur
relicta ipsi Ecclesiæ cathedrali, ex quo dicta capel-
la sita & ædificata est in dicta Ecclesia cathedrali,
cum cedat ipsi Ecclesiæ, & de eius Ecclesia censea-
tur, sicut dicitur de ædificio, quòd cedit solo. C. de
rei vendicatio. l. prima. & secunda. & institu. de re-
rum diuis. in §. si quis in aliena: prout uoluit Pe. de
Perusio in sua Canonica Episcopali, in quarto cap.
uersicu. octauo quærō. ad hoc etiam quòd not. duo
decima quæstio. secunda. postolicos. & per Lap. al-
legatione trigintea, & quòd not. in d. cap. cum depu
tati. de iudic. & in c. cum olim. el secundo. de priui
le. Vnde cum dicta capella cedat dictæ Ecclesiæ ca
thedrali, & eius pars censeantur esse, tale relictum
censetur factū ipsi Ecclesiæ cathedrali, & cum cen-
seatur ipsi Ecclesiæ cathedrali, non debetur canoni
ca ipsi Episcopo de relictis ipsi Capellæ, sicut non
debetur de relictis ipsi Ecclesiæ, ex quo bona ipsa
sunt diuisa. Quod & secundo deducitur ex alio,
quia si bene ponderentur relicta facta dictæ capel-
læ, fuerunt facta pro dote dictæ capellæ, & pro per
petuo diuino cultu, ut videlicet in dicta capella ce-
lebrentur diuina officia, & pro Rectoribus & ca-
pellanis ibidem diuina celebrantibus, ut patet ex
8 uerbis dicti testamenti, quo † casu non debetur ali-
q̄ua Canonica ipsi Episcopo, etiam si fuissent reli-
cta Ecclesiis inferioribus cathedrali, prout est ex-
pressum in cap. fina. de testamen. & vt ibi plenius
notat. & per Petr. de Perusio in ipsa sua Canonica
Episcopali, circa fin. in uer. quid si testator iubet ec
clesiam nouiter ædificari: vbi inter alia dicit, quòd
Canonica non debetur Episcopo de eo, quòd re-
linquitur Ecclesiæ pro eius dote, cum censeatur re
lictum pro perpetuo cultu diuino: imo plus dicit
in uer. quid si testator instituat hæredem vniuer-
salem altare, & quòd fructus spectare debeant ad
sacerdotem, qui erit deputatus ad officiandum,
& quòd bona sint pro dicto altari, quòd tunc si ta-
le altare non erat primo dotatum, quòd cum dos
debeat assignari illi altari. ut de consecrat. eccle-
siæ, uel alta. cap. cum sicut. & de consecratio. distin
ctio. prima. cap. nemo. si hæreditas illa erat suffi-
ciens, & pro dote assignata, non debetur ipsa ca-
nonica Episcopo: vt ibi plenius per eum: vnde cum
in casu prædicto d. capella fuerit hæres instituta,

& pro

& pro dicta dote bona & hæreditas assignata, prout colligitur ex prin. d. testamenti, & ex relictis factis in d. testamento vsque ad finem, & ex oneribus iniunctis in d. testamento, cum inter alia voluerit dictus testator, quòd in ipsis domibus, & horto continuo & semper habitent Capellani & Officiatores dictæ capellæ, & quòd in ipsa capella celebrent, ad minus in hebdomada sex missas in dicto altari, & fructus dictarum possessionum, domorum, & aliarum rerum prædictarum voluit esse dictorum Rectorum, & Capellanorum, prout in d. testamento plenius continetur, in quo dictam capellam & altare hæredem instituit, ita quòd per hæc videtur reliquisse pro dote dictæ capellæ, & altaris: Nam † & si simpliciter mandet testator, Ecclesiam noniter ædificari, & ipsam ædificandam hæredem instituat, tunc pro dote dictæ Ecclesiæ videtur dicta hæreditas relicta, non solum si ipse testator hoc exprimat, sed etiam si simpliciter ipsam hæredem instituat. arg. l. magis puto. ff. de solu. prout voluit ipse do. Pe. in d. Cano. in d. versi. quid si testator iubet Ecclesiam nouiter ædificari. ita quòd per hæc videtur dici & concludi posse, quòd dictus testator ita relinquendo dictæ capellæ, & eam hæredem instituendo, videatur reliquisse ad diuinũ cultum, & pro diuino cultu perpetuo ibi celebrãdo, dummodo ipsa bona sufficiãt pro ipsa dote, & pro diuino cultu ibi celebrando, & non transcendant, sed pro ipsa dote & diuino cultu sufficiant cũ tunc de talibus relictis non debeatur ipsi Episcopo aliqua Canonica portio, prout patet ex no. in d. ca. fi. & in d. 7. c. Canonice episcopalis, circa fin. Ita ꝙ ꝑ prædicta dici & concludi potest. quòd non solum de relictis ipsi Ecclesiæ cathedrali, sed etiam de relictis ipsi capellæ & altari, non debeatur aliqua Canonica portio ipsi Episcopo. Non ob. in contrariũ adductis cum non ob. Nõ enim ob. & primo quòd in contrarium adducitur dicendo, quòd relicta facta capellæ censentur facta ipsi Ecclesiæ cathedrali, & quòd † de relictis ipsi Ecclesiæ cathedrali debeat habere Episcopus portionem Canonicam, cum communionem habeat cum ipsa Ecclesia. vt in d. c. requisisti. & maiorem communionem quam cum alijs Ecclesijs, quia istud est verum nisi bona Episcopi fuissent, & essent diuisa a bonis ipsius Ecclesiæ seu capituli, cum tunc non censeatur habere communionem, nec debeat habere aliquam portionem de relictis ipsi Ecclesiæ cathedrali, seu eius capellæ, prout supra plenius dictum fuit: vnde non ob. Nec ob. quòd & secundo in contrarium adducitur dicendo, quòd de relictis ipsi capellæ debeat habere Canonicam portionem. vt d. §. secus quia illud est verum in capellis non sitis in Ecclesia Cathedrali cum hoc casu idem iudicetur, quòd de ipsa Ecclesia, prout supra dictum fuit. Præterea † illud procedit nisi relictum fuerit factum pro diuino cultu, cum tunc non debeatur ipsa Canonica, etiam si sit relictum capellis, seu Ecclesijs inferioribus a Cathedrali: & prout no. in d. ca. fin. & supra plenius dictum fuit. Domi. Bene.

9 … 10 … 11 (marginal numbers)

THEMA CONSILII XXVII.

PVnctus. Decessit quidam Thomas ab intestato, manentibus ex eo tribus filijs, videlicet Sancta Marcutio, & Nicolutia, & domina Rosa eius vxore & matre prædictorum filiorum, quæ post mortem dicti Thomæ transiuit ad secunda vota. Deinde decessit Nicolutia vna ex dictis filiabus, superuiuente dicta Sancta eius sorore vtrinque coniuncta, & d. Marcutio fratre vtrinque coniuncto & d. Rosa eius matre, decessitque postea d. Sancta superstite sibi vno filio nomine Thoma, ex Bartholomęo eius marito. Demum decessit d. Marcutius ab intestato, superstite sibi Rosa eius matre, & superstite d. Thoma filio dictæ Sanctæ eius nepote. Quæritur nunc, quis succedat prædictis, & principaliter quis successerit, & succedat d. Marcutio, & quomodo succedatur.

SVMMARIVM.

1. *Filij tam masculi, quam fœmina de iure viriliter succedunt patri, nisi aliud a statuto prouideatur.*
2. *Mater transiens ad secunda vota, succedit cum alijs filijs, filio defuncto viriliter, hodie tamen solum vsumfructũ partis sibi obuenta habet.*
3. *Successio ab intestato communiter regulatur ab ipsa proximitate, & gradu.*
4. *Filius fratris, seu sororis succedit patruo, non solum si cum eo concurrant fratres patrui, sed etiam si succedat cum ascendente ipsius patrui.*
5. *Mater transiens ad secunda vota, in bonis filij non succedit ab intestato, nisi quo ad vsumfructum: non autem pleno iure, & cum potestate alienandi in extraneam personam: quod fuit inductum in fauorem filiorum primi matrimonij, & nepotum qui ad talia lucra veniunt.*
6. *Mater transiens ad secunda vota, vsumfructum quem habet in bonis filij, cui ab intestato pro quota sua successit, alienare non potest, & si eum alienat, redit ad proprietatem.*
7. *Nepos, quo ad successionem, censetur esse loco eius matris.*

CONSILIVM XXVII.

In nomine domini, Amen.

Cum de pluribus quæratur, ad quodlibet respondendum est. Et primo ad primum quòd est, quis successerit & succedat dicto Thomæ. Et circa hoc dicendum est, quòd successerunt & succedunt de iure dicto Thomæ tres eius filij videlicet, Sancta, Marcutius, & Nicolutia, quolibet succedente pro tertia parte. C. de suis & legitimi. auth. in succes

1 & in cor. vnde sumitur. succedunt † enim ipsi patri non solum filij masculi, sed etiam filiæ fœminæ viriliter succedendo, & sic quilibet pro tertia parte, prout patet in d. iu. Quod verum intellige, nisi statuto loci aliud prouideatur, cum statutum si legitime sit factum, seruandum sit, adeo quòd derogat iuri communi. ff. de iusti. & iure l. omnes populi. & hoc de successione ipsius Thomæ. Circa possessionem vero dictæ Nicolutiæ, cum decesserit superstitibus dictis Sancta, & Marcutio, sorore & fratre vtrinque coniunctis, & Rosa eius matre ad secunda vota transeunte, Dicendum est quòd dicta sancta soror successit & succedit eidem pro tertia parte, & similiter dictus Marcutius pro alia tertia parte. C. ad Tertu. auth. defuncto. & C. de legiti. hære. cessante. & in cor. vnde sumitur: & ipsa domina Rosa similiter successit & succedit pro tertia parte, vt d. auth. defuncto. & auth. & cum solis. C. ad Tertu.

2 Sed licet successerit † & succedat pro tertia parte ipsa mater, tamen non succedit, ita quod habuerit & habeat potestatem alienandi in extraneam personam, C. de secun. nup. l. fœminæ. §. illud, imo & hodie succedit solum in vsufructu dictæ tertiæ partis, prout est expressum in auth. de nup. §. si vero expectet. 2. respon. & C. de secun. nup. in authen. ex testamento. & hoc voluit Bar. & Bal. in d. l. fœminæ. & hæc de successione dictæ Nicolutiæ. Circa successionem autem dictæ Sanctæ cum decesserit superstite dicto Thoma ejus filio, & filio dicti Bartholomæi, ipse Thomas successit & succedit dictæ Sanctæ. C. de inofficio. testa. l. 1. & insti. eod. tit. circa prin. & in auth. de hæredita. quæ ab intesta. §. 1. & d. auth. in successione. & hæc de successione ipsius dominæ Sanctæ. Restat modo ut deueniatur ad successionem dicti Marcutij, & quis succedat eidem, & quomodo, de quo principaliter quæritur, cum decesserit superstite dicta Rosa matre, & superstite dicto Thoma filio dictæ Sanctæ eius sororis, & sic eius nepote. Circa quam successionem, & si videatur prima facie dicendum, quòd successerit ipsa Rosa mater existens in primo grado. ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. 1. excluso ipso Thoma existente in tertio gradu. vt l. iurisconsultus. §. tertio gradu.

3 Ab † ipsa enim proximitate & gradu regulatur communiter ipsa successio ab intestato. ff. de succes. edicto l. 1. sed videndum. & ff. de suis, & legitimis. l. 1. §. fi. cum l. sequenti. ita quòd attentis ipsis gradibus, & proximitate, videtur succedere dicto Marcutio dicta Rosa eius Mater, excluso ipso Thoma eius nepote ex sorore. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, vt videlicet successerit & succedat dictus Thomas, quantumcunque sit in tertio gradu ipsi Marcutio pro medietate quoad proprietatem & vsumfructum, cum ipse Thomas succedat loco matris ipsius sororis ipsius Marcutij vtrinque coniunctæ, vnde sicut successisset ipsa Sancta eius mater, & soror dicti Marcutij simul cum dicta Rosa, vt patet in d. auth. defuncto. & d. auth. cessante. ita & succedet dictus Thomas: vnde cum dicta Rosa successerit loco dictæ Sanctæ eius ma-

4 tris, cum † filius fratris seu sororis succedet patruo seu zio, non solum si cum eo concurrant fratres patrui, seu zij vt in auth. de hære. quæ ab intesta. §. reliquum: sed etiam si succedat cum ascendente ipsius patrui vel zij, prout est expressum in aut. vt fratrum filij. §. 1. & vt no. in d. auth. cessante. & ibi per Bal. C. de legiti. hære. & in auth. post fratres. vbi formaliter loquitur de filio sororis, vt succedat cum ascendente, & sic cum matre, vel auia, vt ibi plenius per eum & per d. Ange. in d. auth. vt fratrum filij ita succedens dictus Thomas vna cum dicta Rosa, successit pro medietate tam proprietatis quam vsusfructus, sicut & successisset dicta Sancta. vt d. auth. & cum solis. Sed licet ipse Thomas successerit & succedat simul cum dicta Rosa ipso succedente pro medietate, & dicta Rosa pro alia medietate;

5 tamen ipsa Rosa, ex quo † transiuit ad secunda vota, non succedit pleno iure in d. medietate, cum nõ succedat cum potestate alienãdi in extraneam personam, prout habetur in d. l. fœminæ: sed in vsufructu simpliciter hodie, prout habetur in d. §. si vero expectet. 2. respõso ipso Thoma succedente in proprietate dictæ medietatis, put habet ibi. Est enim hoc inductum in fauorem filiorũ primi matrimonij. vt d. l. fœminæ. & d. §. si vero expectet. imo & nepotum, cum appellatione filiorum ueniãt nepotes, vt ff. ad muni. l. filium. & in auth. vt ex actione instante dotis. §. 2. & vt plenius no. per Bart. in l. liberorum. ff. de verb. sig. imo & ad talia lucra veniẽt ipsi nepotes, prout est expressum in d. aut. de nup. §. venient. Ita quòd per prædicta dici & concludi potest, quòd dictus Thomas succedit & succedet d. Marcu. pro medietate quo ad proprietatem & vsumfructũ: & pro alia medietate quo ad proprietatem, non in vsufructu: cũ in vsufructu dictæ medietatis succedat dicta Rosa, ut patet per prædicta. Per quæ patet, quòd dicta Rosa alienare nõ po-

6 test dictam medietatem, imo † & nec usumfructũ, nam & si alienaret ipsum usumfructum, rediret ad proprietatem. insti. de vsufruc. §. finitur: prout voluit Bald. in d. l. fœminæ. non ob. in contrarium adductis: cum non ob. Nam & si mater censeatur esse in primo gradu, & proximior, quam ipse nepos,

7 vt supra: tamen † quoad successionem censetur esse loco eius matris, adeo quòd succedit æqualiter, sicut & successisset eius mater utrinque coniuncta: ut patet in iuribus supra allegatis Domine. Benedi.

THEMA CONSILII XXVIII.

PVnctus. Fuit quidam Ser Franciscus, qui mortuus est ab intestato, nullis ex eo existentibus filijs, nec filiabus, sed superstite quodam Pippo suo nepote ex fratre carnali ipsius Ser Francisci, & proximiore eius consanguineo: Qui Pippus post annum post mortem dicti Ser Francisci, decessit, non aliter adita hæreditate d. Ser Francisci, condito tamen prius testamento, in quo inter cetera reliquit iure legati dominæ Violãti suæ filiæ pro dotibus suis, Florenos trecentos, & eius indumenta

& arredium

& arredium. in omnibus autem bonis suis mobilibus, & immobilibus, hæredem instituit dictam Violantem suam filiam, & in casu quo dicta Violantes decesserit sine filijs, substituit eidem in omnibus suis bonis mobilibus, opus & fabricam Ecclesiæ sanctæ Mariç Maioris de Vrbe Veteri. Sed in casu quo decesserit cum filijs, substi tuit eidem dictā fabricam in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, detractis dictis trecentis Florenis pro dictis dotibus sibi relictis, & dictis indumentis & arredio. Et deinde decessit dictus Pippus testator superstite dicta Violantes decessit cū filijs ex ea remanentibus qui nunc tenent & possident eius bona, & vt hæredes dictç Violantis, hæredis dicti Pip pi sui patris. Modo fabrica dictæ ecclesiæ petit a prædictis filijs & hæredibus d. Violātis bona ipsius Pippi, vigore dictæ substitutionis factæ in d. testamento, ex quo euenit vna ex dictis conditionibus, videlicet, quòd d. Violantes decessit cum filijs. Sed nunc contingit de pluribus dubitari. Et primo an hæreditas illius Ser Francisci non adita per dictum Pippum tempore vitæ suæ, comprehēbatur in hæreditate, & bonis ipsius Pippi, & per consequens transmissa sit ad dictam suā filiam vigore dicti testamenti. Et post mortem dictæ filiç ad fabricam ipsam Maioris Ecclesiç de Vrbe Veteri: an vero sit trāsmissa ad dictam filiam dicti Pippi, & proximiorem consanguineam dicti Ser Francisci: & per consequens ad filios dictæ Violantis. Secundo quęritur, an dictę Violantis succedāt in aliquo, vltra dotē ipsorum matris, attentis conditionibus appositis in dicto testamēto dicti Pippi. Tertio an dictę conditiones vendicent sibi locum, cum videntur contrariç.

SVMMARIVM.

1. *Hæreditas non adita non transmittitur ad hæredes, non solum si fuit ignorans is ad quem fuit deuoluta, sed etiam si fuit sciens, dummodo decesserit post annum, alias transmittit ius deliberandi.*
2. *Hæreditate adita, bona defuncti efficiuntur bona propria hæredis.*
3. *Hæredis propria bona non veniunt in substitutione fideicommissaria.*
4. *Hæreditas non adita ex testamento, deuoluitur ab intestato ad proximiorem consanguineum, non solum si institutus fuerit ignorans, sed etiam si scmerit, quando post annum decessit vnde hæreditatem ipsam non transmittit, nec beneficium iuris deliberandi.*
5. *Relicta omnia in legitima computantur.*
6. *Filius in legitima non potest grauari, etiam relinquendo ad pias causas.*
7. *Falcidia, aut Trebellianica non detrahitur de relictis ad pias causas.*
8. *Legatis seu relictis bonis mobilibus & immobilibus, non veniunt iura, aut actiones, & ideo tale relictum dicitur particulare, & non vniuersale.*

CONSILIVM XXVI.

In nomine domini, Amen.

Cum viso & considerato præfato puncto, de pluribus quæratur, ad quodlibet respondendum est. Et primo ad primum, quo quæritur, an hæreditas illius Ser Francisci non adita per dictum Pippum tempore vitæ suæ, comprehendatur in hæreditate, & bonis ipsius Pippi & per consequens transmissa sit ad dictam suam filiam, vigore dicti testamenti, & post mortem dictæ filiæ, ad fabricam ipsam maioris Ecclesiæ Vrbis Veteris. An vero sit transmissa ad dictam filiam dicti Pippi, & proximiorem consanguineam dicti Ser Francisci, & per consequens ad filios dictæ Violantis. Circa quod, & si videatur, quòd dicta hæreditas dicti Ser Francisci transmissa fuerit ad dictam filiam dicti Pippi, & consequenter ad dictam fabricam, nam cum dictus Ser Franciscus decesserit superstite dicto Pippo eius nepote, & proximiore consanguineo, ad ipsum Pippum eius hæreditas fuit deuoluta, & non ad filios dicti Pippi, cum ipse Pippus fuerit nepos, & sic sit filius fratris dicti Ser Francisci: vnde ad ipsum vt proximiorem consanguineum, & non ad dictam filiam dicti Pippi deuoluta est. C. de legiti. hære. auten. cessante. & auten. post fratres. & in cor. vnde sumitur, vnde cum dicta hæreditas fuerit delata ad dictum Pippum, si ipse eam adiuit, ex eius persona fuit delata ad dictam Violantem eius filiam ex eius persona, propter quòd videtur quòd bona reperta in ipsa hæreditate deuoluantur ad dictam Violantem, & post eius mortem ad dictam fabricam. C. de impu. & aliis substi. l. post aditam. & ff. ad trebel. l. 1. §. 1. Quod ex alio videtur deduci, quia & si per ipsum Pippum non fuerit adita hæreditas dicti Ser Francisci, Nihilominus fuit transmissa ex persona dicti Pippi beneficio iuris deliberandi, si dictus Pippus sciuit & infra annum decessit. C. de iu. deli. l. cum antiquioribus: vnde cum d. hæreditas transmissa fuerit ad dictam Violantē ex persona dicti Pippi, si fuit adita, vel ex beneficio iuris deliberandi, iudicari debet hæreditas ipsius Pippi, & eius bona. propter quòd videtur, quòd mortua dicta Violante bona dicti Ser Francisci deuenire debeant ad dictam fabricam. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, vt videlicet dicta bona dicti Ser Francisci non deueniat, nec deuenire debeant ad dictam fabricam, vigore dictæ substitutionis: sed potius remanere debeant apud dictam Violantem, & eius filios, prout ex pluribus deducitur. Et primo, quia licet hæreditas dictç Ser Frācisci deuoluta fuerit ad dictum Pippum eius nepotem proximiorem consanguineum, tamen

ex quo,

ex quo, ipse in eius vita non adiuit, nec appræhendit ipsam, non transmisit ipsam ad eius hæredes, 1 cum hæreditas † non adita non trasmittatur ad hæredes, non solum si fuit ignorans ipse, ad quem fuit deuoluta. l. quoniam sororem. C. de iu. delibe. sed etiam si fuit sciens, dommodo decesserit post annum, cum alias transmitteret ius deliberandi. C. de iure delibe. l. cum antiquioribus vnde cum, vt præsupponitur, dicta hæreditas non fuerit adita per dictum Pippum, sed ipse decesserit post mortem dicti Ser Francisci post annum, dicta hæreditas remansit non adita, & deuoluta fuit ad proximiorem consanguineum dicti Ser Francisci, & sic ad dictam Violantem proximiorem consanguineam dicti Ser Francisci, dummodo tempore mortis dicti Ser Francisci, fuerit ipsa in rerum natura. ff. de succes. edicto. l. 1. §. nunc videndum. & ff. vnde cognati. l. 1. §. proximior. vnde cum fuerit deuoluta ad ipsam Violantem, non ex persona d. Pippi eius patris, sed ex persona propria d. bona d. Ser Francisci fuerunt effecta bona † propria ipsius Violantis. ff. de acqui. pos. 2 l. cum hæredes. & cum d. Pippus dictum testamentum fecerit instituendo hæredem d. Violantem, eius bona ad ipsum Violantem deuoluta fuerunt, eius hæreditate appræhensa, vt hæreditatem d. Pippi, & non bona d. Ser Francisci cum ipsa deuoluta fuerint ad ipsam, vt hæredem d. ser Fran. & cum postea euenerit casus substitutionis factæ in d. testamento d. Pippi. de. d. Violante hærede instituta, decedente superstitibus pluribus filiis, apud ipsos eius filios remanserunt & remanere debuerunt dicti 300. Flo. relicti dictæ Violanti pro dotibus suis, & eius indumentum & aredium, & omnia alia bona mobilia, & immobilia ipsius testatoris deuenire debuerunt ad ipsum opus & fabricam dictæ Ecclesiæ Vrbis Veteris prout ipse Pippus testator eius testamento disposuit cum in tali † substitutione fi3 deicommissaria, non veniant bona propria hæredis, sed bona hæreditaria, prout not. ff. de vulg. & pupil. in l. sed & si plures. §. ad substitutos. & l. cohæredi. §. cum filiæ. & l. centurio. & C. de fideicommiss. l. eam quam, vnde cum bona d. ser Franci. fuerint propria d. Violantis, & non hæreditaria, deuenire non debuerunt, nec debent ad dictum opus fabricæ. Quod ex alia ratione demonstratur, nam ipse testator non simpliciter substituit ipsam fabricam, & eius opus sed detractis dictis trecentis Florenis pro dotibus ipsius Violantis, & sibi vt supra pro dotibus relictis, & indumentis & aredio vt supra eidem relictis: omnia ipsius testatoris bona mobilia, immobilia deuenire voluit ad dictum opus, & fabricam maioris Ecclesiæ Vrbis Veteris, pro paramentis emendis pro dicta Ecclesia, quo casu non veniunt, nec venire debent bona mobilia, & immobilia ipsius Violantis, cum non fuerint nec sint ipsius testatoris vnde non veniunt bona ipsius ser Fran. ex quo in dicta substitutione nominata non sunt: sed solum ipsa substitutio directa est ad bona dicti testatoris, inter quæ non sunt bona dicti ser Francisci; ex quo deuoluta fuerunt ad dictam Violantem, & eius proximiorem: & per eam adita vt supra: ita quòd per hæc dici & concludi potest, quòd bona dicti ser Francisci, non comprehendantur in d. hæreditate dicti Pippi, nec ad ipsam Violantem, vt hæredem dicti Pippi fuerint transmissa, sed potius ad eum pertinuerunt ex prima persona, facta aditione per eam de hæreditate dicti ser Francisci, vnde non venient ad dictam fabricam, sed potius remanere debuerunt apud filios, & hæredes dictæ Violantis non ob. in contrarium adductis, cum non ob. Non enim ob. & primo, quòd in contrarium adducitur dicendo, quòd ex quo dicta hæreditas dicti ser Fran. delata fuit d. Pippo, ad dictam Violantem vt hæredem d. Pippi 4 deuenire debuit. quia illud † verum esset, si fuisset per dictum Pippum adita, alias deuoluitur ad proximiorem consanguineum post Pippum, non solum si fuerit ignorans, sed etiam si sciuerit, ex quo post annum decessit, propter quòd non transmittit dictam hæreditatem. vt d. l. quoniam: nec beneficium iuris deliberandi. ut d. l. cum antiquioribus: & hæc circa primum quæsitum. Circa secundum vero quæsitum, quòd est an dicti filii dictæ Violantis succedant in aliquo vltra dotem ipsius matris, attentis conditionibus appositis in d. testamento dicti Pippi, dicendum est, quòd attento testamento dicti Pip. d. Violantes eius filia, & hæres instituta, & post eius mortem dicti eius filii, & hæredes consequentur, & consequi debebunt, dictam dotem, dicta indumenta, & aredium, quæ apud ipso remanere debebunt, prout in testamento disponitur: & si filii dictæ violantis consecutis prædictis ex persona dictæ violantis, consecuti fuerint legitimam debitam dictæ violanti, quæ est tertia pars. C. de inoffi. testamento auten. nouissima. non potuerunt vltra consequi 5 si computatis † dotibus, aredio, & indumentis per dictum testatorem propter nuptias concessis, ad ipsam legitimam ascendunt, cum in ipsa legitima computentur. C. de inoffi. testamento. l. quoniam nouella. alias succedent & consequentur & consequi debebunt ex bonis dicti Pippi, quantum deficiat 6 pro legitima, cum † in d. legitima d. violantes, non potuerit grauari etiam relinquendo ad pias causas prout not. in l. omnimodo. C. de inoffi. testa. & in cap. Rainutius & in cap. Rainaldus. de test. & in cap. si pater. eod. titu. in 6. sed Falcidiam 7 † non detrahent, ex quo relicta sunt ad pias causas. C. ad l. Falci. auten. similiter. imo & nec Trebellia. cum prout communiter tenetur, non detrahatur Trebellianica de relictis ad pias causas prout not. in d. auten. similiter. & ff. ad Trebellianum. l. Marcellus. §. quòd autem. & in d. cap. Rainutius. & in cap. Rainaldus. de testa. & in d. cap. si pater: super quo aliter non insisto, cum tale relictum factum fabricæ non fuerit vniuersale, sed particulare, videlicet, de bonis mobilibus, & immobilibus, 8 † casu non veniunt iura & actione. ff. de pecu. l. quam tuberonis. per quam l. Bartol. hoc voluit post Io. de Areti. in d. l. centurio in 6. column. & hæc circa secundum quæsitum. Circa tertium & vltimum, quòd est, an dictæ conditiones vendicent sibi locum, cum videantur contrariæ, & in hoc dicendum est, quòd non sunt contrariæ, cum in diuersis casibus sint factæ, & in diuersis bonis: in casu enim, quo dicta Violantes decesserit sine filiis, substituit dictum opus in omnibus eius bonis?

bonis: sed in casu, quo decesserit cum filijs: tūc substituit dictum opus, detractis dotibus, indumentis, & arredio: & in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, prout testator ipse disposuit, cuius vltima conditio euenit, ex quo dicta violantes decessit cum filijs, sed non prima conditio. unde non fuit locus substitutioni factæ in primo casu, videlicet, quo decessit cum filiis, sed substitutioni factæ in secundo casu. videlicet, si decesserit cum filijs. vt d. l. cædere diem. ff. de verb. sig. ad hoc etiam quod habetur. C. de codi. l. si idem. Do. Bene.

THEMA CONSILII XXIX.

PVnctus. Fuit quidam Dominicus de Gualdo, habens vnum filium nomine Angelum, & ex eo neptē nomine Bartolellā, qui cōdidit testamentū: in quo inter cætera reliquit & legauit dictę Bartolellę suę nepti Florenos centum, videlicet, quinquaginta in pecunijs, & quinquaginta in possessionibus. In omnibus autē suis bonis d. Angelum eius filium legitimum & naturalem hæredem vniuersalem instituit atque fecit: qui post mortem dicti testatoris eius hæreditati se immiscuit, & adiuit, & vt hæres dicta bona tenuit & possedit. deinde cū dicta Bartolella sua filia esset effecta ætatis annorum 16. eam volens nuptui tradere, maritauit eandem, cui pro eius dote promisit, & dedit Florenos centum, pro quibus dotibus sic habitis dicta Bartolella fecit d. Angelo eius patri recipienti &c. generalem refutationem, & quietationem, de omni eo, quòd petere posset, nunc & in futurum a d. Angelo eius patre, & super bonis ipsius Angeli ab intestato decedētis, iure legitimę vel Trebellianicæ, vel quocunq. iure &c. Pro qbus obseruādis dicta Bartolella iurauit &c. & renunciauit &c. vt in contractu plenius cōtinetur, qui transmittitur. Post hæc autem d. Angelus veniens ad mortem, condidit testamentum in quo inter alia reliquit dictæ Bartolellæ eius filię in vna manu Florenos 25. in alia manu, vnam petiam terræ precij Florenorum 25. pro benedictione. Item reliquit eidem Florenos quatuor pro vna tunica, & in his eam hæredem instituit, & voluit eam esse tacitam & contētam pro omni legitima & alio debito iure naturę, & quòd plus de bonis suis petere non posset &c. Item dictus testator in suo testamento dixit, & declarauit centum Florenos promissos & datos in dotem dictę Bartolellæ eius filię, fuisse illos c. Florenos, quos dictus Domi. in suo testamento reliquit dictæ Bartolellę. In omnibus autē alijs suis bonis dictus Ang. testator instituit vniuersalem hæredem dominam Catherinam suam vxorem, & deinde decessit superstite dicta Bartolella sua filia nupta, vt supra & d. Catherina hærede instituta, quę post eius mortem d. hæreditatem adiuit, & tenet & possidet nunc eius bona. Nunc vero d. Bartolella agit & petit contra dictam Catheri. vt hæredem dicti Ange. relictum c. Florenorum sibi factum per dictum Domi. eius auū in suo testamento, & fructus, & interesse. Itē petit etiam sibi fieri supplementum legitimę sibi debitę in bonis dicti Angeli eius patris. Sed dubitatur vtrum debeantur sibi dicti c. Floreni, ex quo opponitur per partem, & sic per dictam Catheri. ipsam iam eos habuisse a dicto Ange. eius patre, cum ipse dederit ei dem in dotem c. Florenos, quos ipse declarauit in testamento postea esse illos, quos sibi reliquit dictus Dominicus, merito ipse non potest eos iterum petere. Modo stantibus his quæritur quid iuris. Et primo nunquid dicta Bartolella possit petere dictos centum Florenos sibi relictos per dictum auum, contra dictam Catherinam hæredem Angeli eius patris, & interesse. Item quæritur, & secundo, nunquid dicti Floreni intelligantur in auro, vel in moneta. Tertio quæritur an dicta Bartolella petere possit supplementum legitimę. Quarto & vltimo quæritur, vtrum potuerit & possit petere vsumfructum dictorum c. Florenorum, & super his omnibus pro parte dictæ Bartolellæ quæritur consilium.

SVMMARIVM.

1 *Promittere & dare velle potius de eo quod debet, quam animo donandi, quis in dubio præsumitur: in dubio enim non videtur quis velle donare, quando subest, & subesse potest alia causa, quam donationis.*

2 *Testator eius verba dubia potest declarare.*

3 *Pater promittendo, & dando dotem filiæ, videtur promittere & dare de bonis suis, & non de bonis filiæ, seu eidem debitis neque animo compensandi.*

4 *Officium paternum est dare dotes pro filiabus.*

5 *Hæres adeundo hæreditatem, dicitur quasi contrahere cum legatarijs, unde si pater adeat hæreditatem, de qua vigore legati, aliquid filiæ debeatur, dicitur cum ea contrahere, & voluntarie, non necessario, propter quod pater postea promittendo dotem pro filia, non videtur promisisse animo compensandi cum tali debito voluntario, sed potius soluisse de suo, pro debito necessario, quo tenetur ex officio paterno dotare filias.*

6 *Filia potest petere a patre hærede legatum sibi in testamento relictum, licet fuerit ab eo dotata: ac etiam interesse, si requisitus fuerit in mora.*

7 *Pater dotans filiam videtur potius velle dotare de suo, quam pro debito soluere. Contra regulam l. cum de indebito. ff. de probatio.*

8 *Bona intelliguntur deducto ære alieno:unde si quid legatum fuerit filia, & postea prohibita fuerit plus petere de bonis patris, ipsa tamen poterit petere legatum sibi a patre alias debitum & etiam dotem maternam, ac supplementum legitime.*

9 *Legatis Florenis, intelligitur de Florenis auri, prout & minus valent ipsi Floreni in auro, tempore solutionis.*

10 *Iuramentum firmat contractum etiam minoris 25. annis.*

11 *Filia potest petere supplementum legitima, si ea qua relicta sunt sibi in testamento patris non ascendant ad summam legitima, & etiam potest petere, ultra id, legata sibi ab auo facta, quantumcunque in testamento patris sit dispositum, quod ipsa esse debeat contenta ipsis relictis, & quod plus de bonis suis petere non possit.*

12 *Promissio facta in uno casu, non extenditur ad alium.*

13 *Refutatio, quietatio, seu transactio, facta non nisis, nec cognitis uerbis testamenti non trahitur ad ea, de quibus fuit ignoratum, & non cogitatum.*

14 *Refutatio facta a filia patri, dicitur facta reuerentia paterna & metu, & ideo non ualet, licet fuerit iurata, & potest contrauenire petita absolutione à dicto iuramento.*

15 *Reuerentia nimia factum rescinditur, ac si factū esset per metum.*

16 *Refutationem metu facere est prohibitum, & ideo non ualet, nec renuntiatio, aut quietatio inde sequens, qua nec iuramento firmatur.*

17 *Iuramentum uoluntaria & spontanea non præstitum, nō ligat, nec contractum confirmat.*

18 *Iuramentum metu extortum in casu a lege prohibito, non obligat ipso iure, alias si apponatur in contractu non prohibito, mero iure ligat, & opus est absolutione.*

19 *Absolutio a iuramento concedenda est, si quis sit enormiter lesus.*

20 *Vsura hodie non sunt licita.*

21 *Hæres non soluens pecuniam legatam, post moram tenetur legatario ad interesse, & ad damnum, quod substinuit propter solutionem in tempore non factam.*

CONSILIVM XXIX.

In nomine domini, Amen.

Cum viso & considerato præfato puncto, & contentis in eo, de pluribus quæratur. Et primo nunquid dicta Bartolella possit petere dictos centum Florenos relictos per auum, contra dictam dom. Catherinam hæredem dicti Angeli eius patris, & interesse. Circa quòd, & si videatur prima facie dicendum, quòd petere non possit, cum dictus Angelus eius pater pro eius dote promiserit centum, & etiam dederit, propter quòd uidetur dedisse & promisisse dictam quantitatem sibi relictam, cum † in dubio uideatur quis potius velle promittere & dare eo quòd debet & non animo donandi. ff. de probat. l. cum de indebito. In dubio enim non videtur quis uelle donare, quando subest & subesse potest alia causa, quam donationis. vt d. l. cum indebito. & prout not. ff. de bo. liber. l. Campanus. & ff. si certpet. l. cum quid. Quod & videtur ex alio demonstrari, quia dictus Angelus, non solum ipsam dotauit de ipsis centum Florenis, sed testando expressit & declarauit dictos centum Florenos sibi promissos pro dote, fuisse illos, quos dictus Dominicus auus dictæ Bartolellæ reliquit eidem in testamento, potuit enim † ipse Angelus ita eius uerba dubia declarare; ad hoc quòd not. ff. de testamen. in l. hæredes palam. §. primo. & quòd not. in c. inter alia. de senten. excommu. & C. de arbit. l. ne in arbitris. Ita per hæc videtur, quòd dicta Bartolella dictos centum Florenos petere non possit. Quod ex alio videtur posse demonstrari, quia ipse Angelus disposuit quòd ipsa plus, quam reliquerit, de bonis suis petere nō possit, satis enim videtur petere plus de bonis suis, si petat dicta centum per dictum auum sibi relicta, ad hoc quòd not. C. de inofficio. testamen. l. quoniam nouella. & ibi per Bal. & in l. liberti libertæque. C. de ope. lib. ita quòd per hæc videtur dicendum, quòd ipsa Bartolella non potuerit, nec possit petere dicta centum relicta per dictum auum. Contrarium tamen, his non obst. de iure dicendum est, vt & ipsa Bartolella potuerit & possit petere dicta centum per d. auum eidem relicta, cū † dictus Ange. eius pater, ita eam dotando, uidetur promisisse & dedisse ipsam dotem per eum promissam de bonis suis, & non de bonis ipsius Bartolellæ, seu eidem debitis: prout est expressum in d. l. fina. C. de bo. promiss. prout patet ibi ex tex. sua liberalitate hoc fecisse intelligi, debito in sua figura remanente. Est † enim officium dare dotes pro filiabus, vnde in dubio de suo ipse pater dotem promisisse & dedisse videtur, prout est expressum in d. l. fina. habet enim locum hoc, quantumcunque ipsa filia debuerit habere ab ipso patre dicta centum sibi relicta, ut non animo compensandi, sed potius ex officio paterno, & de bonis suis ipse pater uideatur ipsam dotem promisisse, & dedisse, prout patet in d. l. fina. vbi hoc est expressum. Quod & ex alio deducitur, quia tale † debitum fuit contractum cum ipsa filia per ipsum patrem adeuntem hæreditatem paternam. ff. ex qui. cau. in poss. eatur. l. hæc autem. & sic fuit voluntarium, & non necessarium, propter quòd promittendo dotem pro ipsa filia, non uidetur ipse pater promisisse animo compensandi cum tali debito, sed potius de suo promisisse & dedisse ipsam dotem, prout not. ff. solut. matrimo. in l. si cū dotem. §. si pater. & C. de rei vxo. actio. l. unica. §. sciendum. & C. vnde vir & vxor. authen. præterea. Ita quod per hæc dici & cōcludi potest, quòd ipse pater, quantumcunque ipse promiserit pro dicta sua filia, & eius dote centum, & ea dederit: nihilominus ipsa Bar. poterit petere dicta centum eidem relicta per d. Dominicum suum auum. Et non solum † poterit petere d. centum: sed etiam interesse d. quantitatis sibi relictæ per dictum auum: si dicta Catherina requisita, fuerit in mora, cum tunc peti possit tale interesse prout not. ff. de in litem iuran. l. nummis. & C. de sum. trin. l. cunctos populos. per quæ iura Bald. hoc voluit. C. de usu. & fructu legato. in rubr. non obst. in contrarium adductis, cum non obstent. Non enim obstat. & primo quòd in contrarium adducitur dicendo, quòd in dubio

dubio uidetur quis potius velle dare & soluere pro debito, quam donare vt dicta.l.cum de indebito. 7 cum concordantiis, quia† illud verum est, nisi in patre. in patre enim est hoc expressum, vt in dubio uideatur potius uelle dare de suo, quam pro debito, cum ad officium paternum hoc specter. ut d.§.fina. vnde non obst. quòd primo in contrarium adducitur. Nec obst. quòd secundo in contrarium adducitur dicendo, quòd ipsa Bartolella non potest ipsa centum petere, ex quo pater testando ita, declarauit in suo testamento, vt illa centum, quæ dedit in dotem, sint illa, quæ auus eidem reliquit, cum illud facere non potuerit ipse pater ad præiudicium d. Bartolellæ eius filiæ. ff. de reg. iu. l. id quòd nostrū. & maxime quia ipse pater non reliquit eidem tantum, quòd sufficeret pro eius centum relictis per auum, & pro ipsa legitima vt infra patebit, quia priuari non potuit nec potest. C. de inofficio. testam. l.omnimodo. & l.si quando. §. primo. vnde non ob. Nec obst. quòd & tertio in contrarium adducitur dicendo, quòd ipsa non poterit dicta centum sibi relicta petere, ex quo ipse pater testando, disposuit, quòd plus de bonis suis petere non possit. Quia quantumcunque ita disposuerit, quòd de bonis suis plus petere non possit, nihilominus petere poterit dicta centum sibi relicta, vt æs alienum, 8 cum bona† intelligantur deducto ære alieno. ff. de verbo. significatio. l. bonorum. & l. subsignatum. §. bona. per quæ iura Bar. hoc voluit in d.l. iurisiurandi. §. si liberi, pro hoc casus in l. prætor. §. emancipati. ff. de col. bono. & ita dicit se consuluisse, quando filia peteret dotem maternam, quòd & voluit similiter Bald. in d. l. quoniam nouella. adducendo ad hoc tex. in l. unica. §. sciendum. C. de rei vxo. actio. vt ibi plenius per eum: quòd & videtur tenendum, quicquid dicat ipse in l. liberti libertæque. C. de oper. liber. vnde non obst. quod & tertio in contrarium allegatur. Quod ex alia ratione demonstratur, quia ipse pater testando, nō reliquit dictæ eius filiæ tantum, quod sufficeret pro dictis centum Florenis, & pro eius legitima, propter quod ipsa clausula, quòd plus petere non possit non tollit, quin petere non possit dicta centum, & similiter legitimam. vt d.l. omnimodo. & d.l. si quando. §. primo. vnde cum non obst. poterit dom. Bartolella petere dicta centum relicta per dictum suum auum. & hæc circa primum. Circa secundum uero quæsitum quòd est, nunquid dicti Floreni intelligantur in auro, vel in moneta dicendum est, quod tale relictum ita factum de centum Florenis, videlicet L. in pecuniis. & L. in possessionibus, taliter intelligetur, & intelligi debebit de Florenis, ita quòd dicta Bartolella consequetur & consequi debebit centum Florenos, prout ipse Dominicus testator reliquit, taliter videlicet L. in pecuniis, soluendo dictam quantitatem quinquaginta Florenorum in Florenis, vel 9 pecuniis, ad rationem valoris Floreni auri, cum† intelligatur & intelligi debeat de Florenis auri, prout & minus valent ipsi Floreni in auro. ff. de legat. 3. l. nummis. ita quod dicti quinquaginta Floreni erunt assignandi in Florenis auri, vel in eorum ualore, videlicet, quanti valuerint & valente temporis solutionis Floreni aurei, prout not. ff. de sol. l. Paulus. de iureiuran. c. quanto. & de censi. c. olim. intelligetur enim tale relictum de Florenis auri & prout not. in d. iu. & in c. cum canonicis. de censi. & ita similiter assignari debebunt quinquaginta in possessionibus, ita quod possessiones erunt tradendæ, quæ sint valoris quinquaginta Florenorum, habita consideratione ad valorem Florenorum auri quanto minus valent Floreni in auro: cum ipsi Floreni aurei sint in obligatione, & in solutione sint ipsæ possessiones, prout & sunt similiter in pecunia in solutione quinquaginta Florenorum prædictorum: prout supra dictum fuit, & prout not. ff. de solut. in l. si stipulatus sim decem in melle. & hæc circa secundum. Circa tertium vero, quod est, nūquid possit petere dicta Bartolella supplementum legitimæ. Circa quod, & si videatur prima facie dicendum, quòd non possit, ex pluribus, & primo quia ipse Angelus eius pater reliquit eidem in una manu Florenos 25. & in alia manu pro benedictione vnam petiam terræ pretii 25. Florenorum. Item reliquit Florenos quatuor pro vna tunica, & in his eam hæredem instituit, & voluit ipsam esse tacitā & contentam pro legitima, & omni alio debito iure naturæ: & quod plus de bonis suis petere non possit ita quod attentis prædictis agere non posset ad supplementum legitimæ, cum voluntas testatoris pro lege seruanda sit vt anthen. de nuptiis. §. disponat. Quod ex alio demonstratur quia ipsa domina Bartolella fecit dicto Angelo eius patri quietationem generalem iuramento firmatam, propter buod nidetur, quod ipsa Bartolella nihil petere possit vltra id, quòd in testamento relictum fuerit, ex quo ita generaliter quietauit ipsi patri: ad hoc quod not. ff. de pactis. l. emptor. §. Lucius. & ff. de transactio. l. cum aquiliana. & in c. quamuis. de pact. in 6. & C. de collat. l. pactum quod dotali. per quæ videtur, quòd dicta Bartolella non potuerit nec possit agere ad dictum supplementum legitimæ, nec ad dictos centum Florenos sibi relictos ex quo stetit contenta dicta dote, faciendo finem & quietationem generalem de quibuscunque aliis etiam debitis ex causa & occasione legitimæ, uel ex 10 quacunque alia ratione, quòd† videtur procedere, quantumcunque fuerit minor 25. annis, cum fuerit iuramentum appositum, quod ipsum contractum confirmat. C. si aduer. uen. auth. sacramenta & prout not. in cap. cum contingat. de iureiuran. & in c. quamuis. de pact. in 6. per quæ videtur, quod ipsa nō possit petere dictos centum Florenos, nec supplementum legitimæ, sed solum sibi relicta in testamento dicti Angeli sui patris. Sed his non obst. contrarium de iure dicendum est, vt ipsa Bartolella petere possit & poterit, non solum relicta sibi in testamento dicti sui patris, si de eis non est satisfacta, cum ad ea non trahatur dicta refutatio generalis, cum ea non comprehendat, prout patet ex eius uerbis, sed etiā petere possit & poterit dictos centum Florenos, eidem relictos per do. Dominicum eius auum, vt æs alienum prout habetur. ff. ex quibus caus. in pos. eatur. l. hæc autem. C. ad l. fal. auth. 11 sed cum testator. imo† & vltra etiam poterit petere supplementum legitimæ, si relicta eidem per dictum suum patrem, non ascendant ad ipsam legitimam,

mam, cum hoc non ob. possit petere ipsum supplementum, quantumcunque in ipso testamento fuerit dispositum, quod ipsa sit contenta ipsis relictis, & quod plus de bonis suis petere non possit. C. de inofficio, testamen. l. omnimodo: ipsa enim domina Bartolella in dicta sua legitima grauari non potest, nec aliquod onus apponi. C. de inofficio, testamen. l. quoniam in prioribus. & prout nota. in d. l. omnimodo, & in l. si quando. §. 1. de inofficio. test. ita quod per hæc dici & concludi potest, quòd dicta Bartolella potuit & potest petere dictas quantitates, sibi relictas in dicto testamento, si de eis nõ est satisfacta: sed etiam dictos centum Florenos, & etiam dictum supplementum legitimæ per dicta iura. Non obst. in contrarium adductis, cum non ob. prout ex pluribus deducitur. Et primo quia licet ita generaliter quietauerit dicto suo patri, & generalem quietationem fecerit de omni eo, quod petere posset nunc, & in futurum a dicto Angelo eius patri, in & super bonis dicti Angeli ab intestato decedentis iure legitimæ vel Trebellianicæ, uel alio iure &c. Tamen ad hoc respondetur, & primo, quia dici potest, quod talis refutatio, & quietatio ita generalis, non trahatur ad casum istum, cum fuerit facta ipsi Angelo ab intestato decedenti, unde non uidetur habere locum eo casu, quo decederet testa-
12 tus, prout fuit in casu prædicto: prouisio † enim facta in vno casu non extenditur ad alium. ff. solu. matrim. l. si cum dotem. in prin. & ff. de lib. & posthu. l. commodissime. & ff. de conditio. ob cau. l. si extraneus: vnde cum dictus Angelus decesserit testatus, talis refutatio non videtur habere locum, ad hoc quod not. per Bald. C. de inofficio. testam. in l. si quando. §. 1. & C de colla. l. pactum quod dotali. & ibi per Bald. in ver. sexto opponitur: vbi hoc videtur velle. Quod ex alio demonstratur, nam & si talis refutatio & quietatio fuerit ita generaliter facta, tamen non trahitur, nec trahi debet ad dictos centum Florenos relictos per dictum Dominicũ
13 dictæ dominæ Bartolellæ, tum quia † fuit facta non visis nec cognitis verbis ipsius testamenti, prout & requiritur ad hoc vt ipsa conuentio trahatur ad ipsa relicta in ipso testamento facta. ff. de transactio. l. de his. & etiam quia dicta Bartolella ignorabat, vnde ipsa refutatio & quietatio non trahitur ad ea, de quibus fuit ignoratum, & nõ cogitatum: ad hoc quod not. ff. de transactio. l. cum Aquiliana. & ff. de pac. l. emptoris. §. Lucius. & ff. de lib. legat. l. Aurelio. §. Gaio. & ibi per Barto. vnde talis refutatio, & quietatio ad dictos c. Florenos relictos per d. Do. dictæ Bartolellæ non detrahitur, ex quo de ipsis nõ fuit cogitatum, imo ignoratum vt patet per prædicta, ut præsupponitur, propter quæ dicta quietatio, & refutatio, quo ad ea, non nocet. imo & non solum non nocet, quo ad ea nec præiudicat dictæ Bartolellæ ratione prædicta: sed etiam alia ratione non nocet quo ad eam, quin agere possit ad supplementum legitimæ quantumcunque interuenerit iuramentum, cum dicta domina Bartolella ætatis decimumquintum annorum dictam quietationem & refutationem fecerit, non voluntariæ, sed nimia reuerentia patris: imo & timore & metu: imo ac si per metum inducta ipsam refutationem
14 & quietationem fecisset, propter † quod talis quietatio & refutatio non nocet, quantumcunque sit iurata seu iuramentum appositum, dummodo petat absolutionem a iuramento, prout uoluit Bald. in l. pactum quod dotali. in ver. venio ad quæstiones. per id quod habetur. ff. quarum rerum actio nõ detur. l. prima. §. quæ honorandæ. & ff. de fur. l. ultima
15 illud vero † quod fit propter nimiam reuerẽtiam rescinditur, ac si essent factum per metum ut d. §. quæ honorandæ. & d. l. fi. prout uoluit Bal. in l. interpo
16 sitas. C. de transactio. imò † & si per metum inducta ipsam refutationem & quietationem fecisset, talis renuntiatio & quietatio nõ noceret eidem, nec ualeret, cum hoc prohibitum sit. l. si quando. §. 1. C. de inofficios. testament. nec iuramento confirma-
17 tur, ex † quo non fuit voluntariæ, nec spontaneæ præstitum, prout tenent communiter Legistæ per id quod habetur in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. a contrario sensu. Quod & videtur procedere de iure Canon. vt talis refutatio & quietatio quantumcunque iurata, interueniente nimia reuerentia seu metu non valuerit nec valeat, nec iuramento confirmetur, prout colligitur ex text. ca. cum contingat. de iureiurando. & c. quamuis. de pac. in 6. a contrario sensu. & ita tenuit per dicta iura quidam Vincentius de Mediolano, prout refert dom. Nico. in d. c. cum contingat idem te-
18 nens, ut plenius ibi per eum dicentem, quod si † iuramentum est metu extortum in casu a lege prohibito: & tunc non obligat ipso iure, quia propter legis resistentiam, oportet quod sit sponte præstitũ, ut est casus in d. c. cum contingat. & d. c. quamuis, pro quo optime facit d. authen. sacramenta, vbi dicitur, quod nullius est momenti interueniente metu; alias uero si esset iuramentum appositum metu in contractu a iure non prohibito, & tunc mero iure ligaret, & opus esset absolutione. ut tenent communiter docto. per ea quæ habentur in ca. si uero. de iureiuran. ut plenius ibi per eum. Vnde cum in casu prædicto tale iuramentum fuerit præstitum super contractu a iure prohibito. vt d. l. si qñ. §. 1. non obligat dom. Bartolellam, quin possit venire contra, etiam non petita absolutione a iuramento, ex quo fuit præstitum propter nimiam reuerentiã seu metum, ita quod per hæc dici & concludi potest, quod do. Bartolella poterit petere dictos Floren. 100. & dictum supplementum legitimæ, etiam non petita absolutione a iuramento, & si pur necessaria esset absolutio a iuramento, ut videtur velle Bald. in d. l. pactum quod dotali: poterit petere ab-
19 solutionem a iuramento. † quæ eidem concedenda erit, ex quo ita fuit enormiter læsa quietando & refutationem faciendo iuxt. not. in cap. primo. de Iureiurand. & hæc circa tertium. Circa quartum & ultimum, quòd est, an petere potuerit & possit vsumfructum dictorum centum Florenorum, & dicendum est ꝙ non potuerit petere ipsum vsumfructum, cum non cadat vsusfructus: imo & nec hodie
20 vsuræ, cum † hodie ipsæ vsuræ non sint licitæ. prout nota. C. de vsu. autben. ad hæc. & ff. de annu. le-
21 ga. l. 2. & hoc, nisi † quatenus veniant in recompensationem interesse, cum quatenus intersit dictæ dominæ fuisset solutam dictam quantitatem, a tempo

re more petere poterit ipsum interesse, & damnũ, q substinuit propter solutionem non factã, prout voluit Bal.C.de vsu.& fruc.leg.in rub. & in l. 1. eo. ti.per id q habetur.ff.de leg.2.in l.si quis seruo.& l.Titio.& Seio.§.vsuras.ff.de cond.& dem.& ff.de in li.iur.l.nũmis. vbi plenius de hoc.vnde si dictus Angelus fuit in mora soluendi, & satisfaciendi dictæ dominæ Bartolellæ dictos centum Florenos, debebit eidem soluere & satisfacere, non solũ dictos centum Florenos, sed etiam damnũ & interesse, quòd ipsa incurrit post eius moram, propter solutionem & satisfactionem non factam. Do.Be.

THEMA CONSILII XXX.

PVnctus. Fuit quædam domina Cõstantia, quæ infirmitate grauata condidit testamentum, in quo post multa relicta, in omnibus suis bonis instituit hæredem quendam Timotheũ, quẽ grauauit, quòd post mortẽ suam restitueret & distribueret dictam suam hæreditatem, videlicet tertiam partem fratribus sancti Francisci, aliã tertiam fratribus Sancti Floren. & aliã tertiã fratribus Sanctæ Marię Seruorũ: & deinde decessit dicta testatrix superstite dicto Timotheo & d.Angela matre dictę cõstantię testatricis, cui in dicto testõ nihil reliquit, & eam absq; causa pręterijt. postmodũ vero dicta Angela venit ad mortẽ, & testamẽtum fecit, instituendo dictum Timotheũ suũ heredem in omnibus suis bonis iuribus, & actionibus &c. qui Timotheus eius hęreditatem adiuit, & deinde ipse testamentum fecit. Et fratres Seruorum quęrunt & petunt cõtra fratres Sanctæ Mariæ Nouellę sibi restitui bona hæreditaria dictę dominę Constantię vigore eius testamenti peruenta ad dictum Timotheum hæredem de restituendo grauatum, & ex eius persona ad dictos fratres Sanctę Marię Nouellę, cum fuerint & sint heredes dicti Timothei. Sed nunc dubitatur, an dicti fratres Sanctę Marię Nouellę teneantur & debeant restituere dictam hęreditatem dictę dominę Constantię dictis fratribus, videlicet, Sancti Francisci, & Sancti Florentij, & Sanctę Mariæ seruorum, prout in testamento dictæ Constantiæ dispositum est: & si restituere debeant, quid detrahere debeant, & super hoc cõsilium petitur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum patris, vel matris, in quo filio iure institutionis nihil relinquitur, sicut redditur nullum, ita & testamentũ filij vel filiæ, in quo nil patri patri vel matri iure institutionis relinquitur per filium.*

2 *Testamentum filij, in quo præteriti sunt parentes aliqua causa non expressa, redditur nullum, cum deficiat in substantialibus.*

3 *Testamentum filij in quo nil patri vel matri iure institutionis relictum fuit, vel econtra, licet reddatur nullum quo ad ipsam institutionem, tamen relicta in dicto testamento valent, vsque adeo, vt & fideicommissum vniuersale remaneat validum quod communiter tenetur.*

4 *Clausula codicillaris in testamento inserta virtute, institutio inualida, deuoluitur in fideicommissum.*

5 *Legitima sola detrahitur & non Trebellianica a filio grauato de restituendo, quando ipsa legitima concurrit cum Trebellianica eodem tempore, & ita est communis opinio.*

6 *Legitim ascendentium ita aucta est, sicut legitima descendentium.*

7 *Mendicantium fratrum monasteria, si non sint mendicantes ex regula, vel ex cõstitutionibus sunt hæreditatum, & vniuersalis fideicommissi capacia.*

8 *Monasterium sancti Francisci, cum sint fratres mendicantes ex regula, est bonorum incapax, nec fideicommissum ei relictum petere potest.*

9 *Testamentum primum, in quo est ascripta clausula derogatoria, reuocatur, si in secundo testamento dicatur, non obst. testamento manu talis Notarij, cum non requirantur verba omnino specialia, dummodo constet de mente: maxime si aliqua noua causa superueniat.*

10 *Testamentum primum licet contineat clausulam derogatoriam specialem, tamen nouissima causa contraria est tanta virtutis, quòd si fiat derogatio per clausulam generalem formatam hoc sermone, non ob. aliqua præcedenti contraria, hæc clausula sufficit, etiam si de illa esset necesse fieri specialis mentio.*

11 *Testamento primo si talis clausula apponatur, quòd non vult aliud testamentum valere, nisi in eo talis clausula apposita sit, tunc in sequenti debet fieri mentio testamenti, & clausulæ, sed si vnum tantum testamentum præcessisset, sufficiet talis reuocatio generalis.*

12 *Testamentum primum clausulam derogatoriam continẽs a secundo tolli dicitur, si in secundo fiat mentio de ipso testamento & de eius qualitate, & de Notario, qui de eo fuit rogatus.*

13 *Filius exhæredatus satis dicitur, si pater exhæredet filiũ, vel filios, licet eos non nominet.*

14 *Testamentum primum habens clausulam derogatiuam, ut tollatur, non requiritur, quod in secundo fiat mentio de qualitate clausulæ derogatoriæ, sed quod fiat mentio de ipso testamento, ita quòd appareat de intentione testatoris, quod voluerit primum reuocare.*

15 *Testamentum primum reuocatur per secundum, licet in primo clausula derogatoria talis adesset, videlicet, quòd volebat primum tolli per quodcunque aliud testamentum sequens, in quo non fuisset descripta Aue Maria, tamen primum tollitur, licet in secundo Aue Maria non fuerit descripta, sed Pater Noster, cum constet de voluntate testatoris primum testamentum reuocare volentis.*

16 *Longinquitas temporis excusat, & ex ea præsumitur oblivio.*

17 *Testator qui non recordatur de clausula derogatoria per eum in primo testamento ascripta, potest per secundum testamentum ab eo conditum, primum tollere, licet de tali clausula in secundo non fecerit mentionem.*

18 *Voluntas ultima ambulatoria est usque ad mortem, adeo quòd ea quæ apparet ultima, & quam testator voluit esse ultimam, est præferenda.*

19 *Clausula cassans & annullans omne aliud testamentum, vel ultimam voluntatem, seu codicillum retrofactum, operatur, vt omne præcedens testamentum per ultimũ tollatur, licet in præcedenti adesset clausula derogatoria, de qua in ultimo nulla facta fuisset mentio.*

CONSILIVM XXX.

In nomine domini, Amen.

Cum viso & considerato præfato puncto, & contentis in eo, de vno principaliter dubitetur, & quæratur an fratres sanctæ Mariæ Nouellæ teneantur & debeant restituere hæreditatem dictæ dominæ Constantiæ fratribus prædictis: & si restituere debeant, quid detrahere debeant. pro cuius consultationis pleniori declaratione plura sunt videnda. Et primo, an testamentum dictæ dominæ Constantiæ valuerit & valeat. Circa quòd dicendum est, quòd cum ipsa in dicto suo testamento non reliquerit aliquid iure institutionis dictæ Angelæ eius ma-
1 tri, tale testamentum redditur nullum, cum † non solum testamentum, in quo pater vel mater eius filio iure institutionis nihil relinquat, reddatur nullum. vt in auth. vt cum de appel. cogno. in §. aliud quoque capitulum. & in auth. ex causa. C. de libe. præ. sed etiam testamentum, in quo filius vel filia nihil relinquit patri vel matri iure institutionis. prout voluit Iaco. de Beluisio in d. §. aliud quoque capitulum. prout refert Bald. in l. omnimodo. C. de inoffi. testa. vbi hoc idem tenet dicens ita consuluisse, per id quòd habetur in d. aut. vt cum de app. cogno. in §. certum i vt plenius ibi per eum, esto quòd aliud voluerit Bart. in l. fine. ff. de iu. patro. super quo non est necessario insistendum, cum in dicto testamento dicta Constantia non solum non reliquit aliquid dictæ Angelæ suæ matri iure institutionis, sed etiam eidem nihil reliquit, sed præterijt aliqua causa non expressa,
2 propter † quòd tale testamentum redditur nullum: cum deficiat in substantialibus, prout not. in d. §. aliud quoque capitulum. & in d. auth. ex causa. & in l. filio præterito. ff. de iniu. testa. vbi Bart. hoc idem tenuit. & ita communiter tenetur in dictis iuribus: ad hoc quòd no. per gl. in aut. de hæredibus
3 & Fal. in §. exhæredatos: sed licet † tale testamentum reddatur nullum quo ad ipsam institutionem certam: tamen in d. testamento relicta valent & tenent ut d. §. aliud quoque capitulum. quòd locum habet etiam quo ad fideicommissum vniuersale, ut remaneat ualidum, prout not. in di. authen. ex causa. & ibi per Bart. in l. 1. ff. de iu. codi. & in l. 1. §. 1. ff. de vulg. & pu. & in l. filio præterito. ff. de iniu. testa. & ita communiter tenetur. imo & institutio facta de ipso Timotheo remanebit valida, non ex dispositione d. auth. ex causa: sed propter clausulam codicillarem in dicto testamento in-
4 sertam, propter † quam clausulam ipsa institutio facta de Timothæo deuoluetur in fideicommissum, adeo, quòd per ipsam dominam Angelã succedentem ab intestato dictæ dominæ Constantiæ eius filiæ, restituenda fuit & restitui debet hæreditas dictæ Constantiæ dicto Timothæo, prout not. in d. auth. ex causa. & in d. l. 1. ff. de iure co. detracta tamen legitima per dictam dominam Angelam. Quam solũ legitimam consequitur & consequi debet ipsa An-
5 gela, ex † quo eodem tempore concurrit ipsa legitima cum Trebellianica, ex quo incontinenti debet restitui, prout communiter tenetur, secundũ quòd not. ff. de inof. test. in l. Papinianus. §. meminisse. C. ad l. fal. l. quanquam. & in c. Rainutius. & c. Rainaldus. de testa. erit autem ipsa legitima debita ipsi domi-
6 næ Angelæ tertia pars, cum † aucta sit hodie legitima in ascendentibus, sicut & in descendentibus, prout not. in d. auth. nouissima. C. de inof. testa. & in l. nam & si parentibus. ff. de inof. test. Et cum prout patet ex prædictis tale testamentum valuerit & valeat quo ad relicta in ipso, præter quam quo ad institutionem, vt supra, videndum est, quis dictæ dominæ Constantiæ successerit & succedat, & in hoc dicendum est, quòd cum dictum testamentum nõ ualuerit nec ualeat quo ad institutionem, sed quo ad relicta in eo, dictæ dominæ Const. successit d. domina Angela, adeo quòd ipsa præstare tenetur relicta in eo, imo & restituere debuit ipsi Timothæo hæreditatem ipsius Constantiæ, detracta ipsa legitima, prout & supra dictum fuit. & cum postea decesserit dicta domina Angela condito testamento, in quo hæredem instituit dictum Timothæum. videndum est quis eidem successerit succedat: & in hoc dicendum est quòd eidem successit dictus Timothæus hæres institutus: adeo quòd eius hæreditas ad eum deuoluta fuit, exclusis quibuscunque consanguineis. ff. de acq. hære. l. quandiu. & cum postea dictus Timothæus condiderit testamentum, in quo hæredem instituit Ecclesiam sanctæ Mariæ Nouellæ, hæreditas & bona d. Timothæi deuoluta fuerũt ad dictam Ecclesiam, non solum ex ipso testamento, cum institui potuerit dicta Ecclesia, quantum-
7 cunque sit de Mendicantibus, cum † non sit de Mendicantibus ex regula: sed ex constitutionibus: adeo quòd ipsi Timothæo successisset, & ad ipsam ecclesiam eius bona deuoluta fuissent, si testamentũ nõ condidisset. C. de sacros. eccl. auth. de ingressi. & hoc tenuerunt quidam secundum quòd refert Ioann. And. in c. in præsentia. de proba. qui cum hac opin. uidetur transire, remittendo ad Spe. de sta. mo. vers. 3. vbi hoc tenet. Quod & tenet gloss. in cap. vnico, de relig. do. in 6. & Feder. in consil. duodecimo. & 26. & Ioann. de Imo. & dom. Nicol. in d. cap. In præsentia. vbi communiter tenetur, esto quod aliud sit in ecclesia fratrum Minorum sancti Francisci. Et cum prout supra patet dicto Timothæo successerit dicta ecclesia sanctæ Mariæ Nouellæ, & ex persona dicti Timothæi successerit dictæ Angelæ: & ex persona dictæ Angelæ dictæ constantiæ videndum est, an dicta ecclesia sanctæ Mariæ Nouellæ teneatur restituere dictis ecclesijs sancti Francisci, sancti Florentii, & sanctæ Mariæ seruorũ hæreditatem

tem dictæ Constantiæ, cuilibet videlicet pro tertia parte, prout ipsa testatrix sebquit, & cum dictum relictum conseruetur per d. authen. ex causa. ergo ad dictam ecclesiam sancti Florentij, & sanctæ Mariæ seruorum, tenet restituere, detracta tamen legitima. vt super tertiam partem dictæ hæreditatis dictæ ecclesiæ sancti Florentij: & aliam tertiam partē dictæ ecclesiæ sanctæ Mariæ Seruorum, cum tales ecclesiæ harum hæreditatum sint capaces, & vniuersalis fideicommissi. vt no. C. de hære. inst. l. cum lege. C. de sacrosf. eccl. l. 1. & in c. 1. de sepul. & in cap. vnico. de relig. do. in 6. & in l. deo nobis. C. de episc. & cle. & in d. c. in præsentia. & in hoc non cadit dubitatio seu difficultas: sed in tertia parte dictæ hæreditatis relicta dictæ ecclesiæ sancti Francisci, cū quo ad ipsam, tale relictum non valuerit nec valeat,

8 cum† ipsa ecclesia, & eius fratres sint incapaces, nō solum ipsius hæreditatis, sed etiam fideicommissi vniuersalis, adeo quòd ipsi fratres, seu eorum minister petere non potest hæreditatem, nec fideicommissum, prout patet ex not. in Cle. exiui. in ver. fratres autem. ff. de verb. significatio. & in authen. ingressi. C. de sacrosf. eccl. & ibi per Bal. super quo tamen aliter non insisto: quia & si dicta ecclesia & fratres essent incapaces, nō remaneret apud ipsos fratres sanctæ Mariæ Nouellæ: sed accresceret dictis ecclesijs sancti Florētij, & sanctæ Mariæ seruorum, cum sint verbis coniunctæ prædictæ ecclesiæ sancti Francisci, sancti Florentii: & sanctæ Mariæ seruorum accrescet eis etiam ipso annullato, & reuocato: alias sequeretur inconueniens quòd si illorū verborum non recordaretur, non posset mutari testamentum, quòd est falsum: imo plus dicit, quòd

9 si† dicat non ob. tali testamento manu talis Notarii ꝙ testamentum primum erit reuocatum, cum non requirantur verba omnimodo specialia, dummodo constet de mente. & hoc tenet Ioan. And. in d. cap. primo. prout refert Bald. ibi, & hoc idem voluit idem Bald. in authen. hoc inter liberos. C. de testamen. quod procederet, quando superuenisset aliqua causa, prout uoluit ipse Bald. in d. l. scimus. & hoc voluit dom. Angel. in l. si mihi & tibi. §. in lega-

10 tis. ff. de legat. primo. dicens, quod† licet in præcedenti testamento sit clausula derogatoria specialis: tamen nouissima causa contrariæ sit tantæ virtutis, quòd si fiat derogatio per clausulam generalem formatam hoc sermone. Non ob. aliqua præcedenti contraria, hæc clausula sufficit, etiam si de illa esset necessario facienda specialis mentio, ut habetur in gloss. in authen. de hære. quæ ab intesta. in princip. coniuncta gloss. sua in l. omnis. C. de præscriptio. 30. ann. & hoc idem uoluit idem Ange. in d. l. si quis. in princip. in versic. tertio quæro. dicens

11 quòd† si apponatur clausula, quòd non uult aliud testamentum ualere, nisi in eo talia clausula apposita sit, tunc debat fieri mentio testamenti & clausulæ: sed si unum tantum præcessisset, sufficeret talis reuocatio secundum Bartol. per l. secunda. de libe. & posthu. ut ibi plenius per eum, quòd similiter videtur velle ibi Raph. Cuma. ita quòd attentis prædictis opinionibus, & clausula prædicta, cassans irritans, dici potest prædictum præcedens testamentum reuocatum attentis prædictis. Quod etiam videtur ex alio deduci: quia etiam si non satis fuisset clausula generalis ad reuocandum præcedens testamentum habens clausulam derogatoriam: sed requiratur specialis, si non sit descripta ipsa oratio, prout videtur tenere gl. in d. §. in legatis. & in d. l. si quis. in prin. & Di. in d. regula ꝙ semel. & Ci. in d. l. scimus. & Sal. ibi & Ra. & etiam d. Io. de Montesp. nihilominus in casu prædicto dici potest, ꝙ per dictum secundum testamentum primū tollatur: quia dici potest, ꝙ in secundo testamento fuerit facta mentio de ipsa clausula derogatoria. ipsa. n. testatrix in dicto secundo testamento irritauit & cassauit omne aliud testamentum: & maxime testamentum iam factū manu ipsius Notarii, & ut præsens testamentum antecedat omnibus aliis, & maxime testamentum iam per eam factum manu ipsius Notarii, in quo est clausula derogatoria, unde si ipsa testatrix vltra non dixisset, sine dubio dici posset, ꝙ esset facta mentio de testamento præcedenti, & de clausula derogatoria in eo inserta specialiter, vt

12 voluit Bart. in d. l. si quis. in prin. vbi dicit, ꝙ† satis dicetur specialiter fieri mentio de ipso testamento, & qualitate ipsius testamenti, de quibus satis videtur facta mentio in casu prædicto, ex quo fecit mentionem de testamento manu ipsius Notarii scripto: in quo est descripta clausula derogatoria, non enim requiritur quòd nominatim fiat mentio in specie, prout & in specie fuit facta mentio, sicut in simili dicitur, ut dicatur † filius exhæredatus, si

13 pater exhæredat filium, vel filius licet nominet. ff. de iniu. testam. l. Titius. satis enim tunc videtur specialiter pœnitere, ex quo fecit mentionem de ipso testō, & clausula in eo inserta: qū fit mentio de ipso testamento primo, manu ipsius Notarii condito, & vult illud secundum præualere primo, & ipsum primum expresse cassat & annullat, prout & requiritur, secundum quòd habetur in d. l. si quis. in prin. prout & voluit Bar. ibi & Bal. in d. l. humanum. & ī d. auth. hoc inter liberos. & d. Ang. in d. §. in legatis. imo & non solum fecit mentionem de ipso testamento, sed de clausula derogatoria, quòd & videtur sufficere, ut videatur facta mentio, non solum de testamento primo. sed etiam de eius qualitate, quantumcunq; postea subiecerit dicendo, vbi dicit, si fecerit aliud testamentum non valeat, nisi reperiatur scriptum Pater Noster, de qua clausula in primo testamento nō fuit facta mentio, sed de Aue Maria, propter quòd videtur quòd nō fuerit facta mentio de qualitate ipsius clausulæ derogatoriæ, quæ cum in facto proprio consistat nō uidetur excusare. ff. ad Velle. l. quanquam. & c. ab excommunicato. de rescr. Sed certe ad hoc respōdetur quòd

14 non† requiritur, quòd fuerit facta mentio de qualitate ipsius clausulæ derogatoriæ, cum sufficiat, ꝙ sit facta mentio de ipso testō: ita & taliter, ꝙ appareat de intentione & mente ipsius testatricis, ita ꝙ voluerit illud primū reuocare, cum ipsa mens principaliter attendenda & consideranda sit. ff. de cōd. & dem. l. in cōditionibus. & ff. de leg. 3. l. nō aliter. prout & voluit Bar. in d. l. si quis in prin. & Bald. in dicta. l. humanum. & omnes inclinant: ut si constet

15 † de intentione dictæ dominæ, quòd voluerit dictum testamentum reuocare, reuocatum sit, quan-

tamencunque in eo non sit descripta Aue Maria, nec de ipsa clausula sit facta mentio per dicta l. diui. §. licet. Sed posito quòd de ipsa intentione ipsius testatricis non constaret, nihilominus dici potest, q quantumcunq; non fecerit mentionem de ipsa Aue Maria, nec de ipsius clausula derogatoria: sed de Pater noster, hoc euenit quia ipsa non recordabatur 16 verisimiliter, prout † & præsumi potest ex longinquitate temporis, cū essent elapsi sex anni & vltra: longinquitas enim temporis excusauit, prout not. ff. de acq. pos. l. peregre. & prob. c. tertio loco ita q dicta de causa ipsa testatrix excusetur. Quod & ex alio deducitur, & persuadere potest, quia interuenit ipse Notarius, qui fuit rogatus de ipso testamēto, qui verisimiliter potius debebat recordari, quā ipsa mulier ignara, ita quòd sua persuasione dixerit, & mentionem fecerit de ipso Pater Noster: & de Aue Maria, quòd quilibet arbitraretur & iudicaret, attento ipso testamento, & præsentia ipsius Notarii rogati de ipsis testamentis, propter q dici potest, q interuenerit probabilis ignorantia in d. testatrice, ut quòd non fuerit recordata, ad hoc q not. ff. quando act. de pecu. est anna. l. i. §. per. & q no. per Bar. ff. de iu. & fac. ig. l. error. & per Ioan. de Imo. in c. ab excommunicato. de resc. ita q, cum nō fuerit recordata de ipsa Aue Maria, fecisset mentionem de Pater noster, vt quilibet arbitraretur de ipsa clausula continente Aue Maria, nec fuit necesse q de ipsa clausula faceret mentionem, prout uoluit Bal. in d. l. humanum. & similiter Sal. in d. l. scimus. per d. §. licet. & in hoc, vt arbitror, omnes concur-17 runt, vt si † ipse testator non recordaretur de ipsa clausula, non teneatur facere mentionem, alias esset tollere factionem testamenti, quæ tolli non potest. vt l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. ita q per hæc dici potest, q dictum primū testamentum fuerit & sit annullatum per dictum secundum testamentum, super quo aliter non insisto, cum non expediat, cum de hoc principaliter non q ratur. Sed de tertio testamento facto per dictam testatricem: an reuocet dictum secundum testamentum: uel etiam primum si per secundum non fuit annullatum, & reuocatum. Et si videatur prima facie q non reuocet nec annullet primum, cum non faciat mentionem de clausula derogatoria in primo apposita, quæ est de Aue Maria, & in eo non sit nec fuerit descripta Aue Maria, prout & videtur requiri ad eius ualiditatem, secundum clausulam in primo testamento appositam; nec etiam reuocet secūdum: si secundum primum annullauit, cum de clausula inserta in ipso secundo testamento non sit facta mentio: nec in ipso tertio testamento est descriptum. Saluum fac Domine populum tuum, prout videtur requiri, attento ipso secundo testamento ad validitatem alterius testamenti, cū de ipsis clausulis derogatoriis fieri debeat mentio, ad hoc vt testamentum postea factum valeat, prout voluit glo. in d. §. in legatis. & in d. l. si quis. in prin. & Di. in regula q semel. & Bart. in d. l. si quis in princ. & Sal. in d. l. scimus. & communiter Mod. in d. l. scimus. & in d. l. si quis. in prin. Nihilominus contrarium uidetur de iure dicendum, vt tertium & vltimum testamentum valeat, & præualeat, non solum primo, cū annullatum sit per secundum prout supra plenius dictum est, sed etiam secundum, ita q his nō obstantibus ualuerit & valet testamentum tertium, vt ex pluribus deducitur. Et primo, q cum, ut præsupponitur, in ipso testamento, ipsa testatrix dixit & asseruit hoc testamentum esse suam vltimam voluntatem, & præferri cuilibet alteri testamento retro facto, certe ex hoc videtur ipsam testatricem pœnituisse de alijs testamentis prius factis, & hoc velle præferri alijs testamentis, ad hoc quòd habetur in dicta l. di-18 ui. §. licet. & in d. §. in legatis. vltima † enim voluntas ambulatoria est vsque ad mortem: adeo quòd illa quæ apparet vltima, & quòd ipsa testatrix voluerit esse vltima, est præferenda, prout patet in d. §. in legatis. & in l. prima. C. de sacrosan. eccle. ita quòd hoc attento, tale tertium, & vltimum testamentum ualet, & alijs præualet. Quod & secundo deducitur ex alio, quia ipsa testatrix, non solum voluit istud es-19 se vltimum, & alijs præferri, sed etiam † cassauit & annullauit omne aliud testamentum, vel vltimā voluntatem, seu codicillum retro factum, & sic dictū testamentum secundo loco factum, quòd præcedebat, & vltimum fuit, & vltimo loco factum ante tertium testamentum, ita quòd illud tollit, quantumcunque fecerit etiam aliud testamentum per prius, prout voluit Bald. in d. authen. hoc inter liberos dicens quod cum relatio fiat ad proxima, intelligitur, & intelligi debet de illo, quòd præcessit: propter quòd videtur satis facta specialis mentio de eo vt ibi plenius per eum: & per Angel. in eius repetitione, qui hoc idem videtur tenere in Pagano, cum non possit, nisi cum vno testamento decedere, licet aliud sit in milite, prout ibi plenius per eum. Ita quòd attenta dicta clausula, satis uidetur per hoc tertium testamentum reuocatum ipsum secundum & annullatum per prædicta. Quod & tertio demonstratur ex alio, quia ipsa testatrix non solum cassauit & annullauit omne aliud testamentū: sed etiam præcipue & maxime annullauit testamentum per eam factum manu Ser Mariotti Nicolai. Quod & satis uidetur sufficere, ad hoc vt censeatur specialiter dictum testamētum reuocatum, & de eo ipsam testatricem pœnituisse. vt d. l. si quis in princip. prout voluit Bald. in dicta l. humanum. cum tunc satis videatur non remanere apud grauatum. C. de caduc. tollen. l. vnica. §. pro secundo. & §. in nouissimo. & prout habetur. ff. de legat. tertio. l. re coniuncti. & ibi per Bart. Sed posito quod dicta ecclesia sancti Francisci fuerit & fuit capax adeo quòd ipsa, & eius minister, & similiter ecclesia sancti Florentij & sanctæ Mariæ Seruorum petere potuerint & possint hæreditatem dictæ Constantiæ, videlicet pro portionibus eis relictis, tamen fratres ipsius sanctæ Mariæ Nouellæ non tenebuntur integraliter restituere hæreditatem dictæ Constantiæ, cum detrahant & detrahere possint legitimam spectantem & pertinentem ad dictam dominam Angelam, cum & ipsa ipsam detrahere potuerit, prout supra dictum fuit. Domin. Benedict.

THEMA

THEMA CONSILII XXXI.

Punctus. Quædam do. Magdalena relicta quondam Ser Antonij, anno domini M.455. die 26. Maij suum condidit testamentum, cuius copia destinatur, cum clausula derogatoria in fine testamenti apposita sub his verbis, videlicet. Et voluit dicta testatrix, quia cum maturitate, & mente quieta disposuit suam vltimam voluntatem, & timens in posterum maxima infirmitate non vexari, inquietari, ne aliter conderet testamentum, quam modo prædicto, voluit si in posterum aliud testamentum conderet, sit nullius valoris, efficaciç, vel momenti, & præsens testamentum sit firmum & ratum, nisi in alio testamẽto, quod fieret, fuerit descripta tota Aue Maria gratia plena, vsque in finem: & si tota Aue Maria non reperiatur descripta, sit nullum, vt supra & præsens testamentum firmum remaneat derogatoriũ alterius testamenti fiẽdi. Sciẽs & cognoscens se præsens testamentum fecisse cum quiete, & pace, & bene consulta & disposita, & cum optima conscientia, & consolatione. Demum d domina similiter sana mente, & corpore, de anno domini M. 400. 61. die 12. mensis Nouembris, manu eiusdẽ Notarij scriptum, aliud condidit testamentum, cuius copia similiter destinatur, cum clausula inter cętera derogatoria sub his verbis, videlicet, Irritans cassans & annullans omne aliud testamentum, codicillum, & quamlibet aliam ultimam volũtatem, per eam factum & factam: & maxime testamentum & codicillos iam facta manu mei Notarij, & etiam mane cuiuscunque alterius Notarij, & vt præsens testamentum antecedat omnibus alijs, & maxime testamento iã per eam facto manu mei Notarij infrascripti, in quo, est clausula derogatoria, vbi dicitur, Si fecerit aliud testamentum non valeat, nisi in eo reperiatur, Pater Noster qui es in cęlis. & quia ipsa testatrix timet in posterum vexari, prout iam vexata & molestata fuit facere aliud testamentum, vel codicillum, voluit quòd si de cętero contingeret facere aliud testamentũ, codicillum, vel aliam vltimã volũtatem, non valeat, nec teneat, nisi in eo, & in eis, & in ea reperiantur punctaliter hæc verba, videlicet: Salum fac Domine populũ tuum, & benedic nos in tua misericordia. & istud testamentum voluit præualere, ac si in vltimo vitæ spiritu conditum & factum fuisset. Rogans &c. Demum ipsa eadem domina similiter sana mente, & corpore de anno domini M.400.63. die 17. Septembris, manu alterius Notarij scriptum, cuius copia trãsmittitur, aliud condidit testamentum cum clausulis derogatorijs testamentorum præcedẽtium & futurorum, sub his uerbis, videlicet, Cassans & annullans omne aliud testamentum, & aliã vltimã uoluntatẽ, seu codicillũ, hinc retrofactũ, & maxime testamẽtũ ipsius dominæ Magdalenæ factũ, scriptum, & rogatũ manu Ser Mariotti, Nicolai Fundatij, in quo dixit in fine esse descriptũ totum Pater Noster, uel si sic sit, uel aliter, ipsum pœnitus annullauit, & cassauit, & nullius ualoris esse uoluit, rogans me Notarium. Et ad fidem poni & describi uoluit Pater Noster &c. & ibi inseritur tota dicta oratio &c. de cętero dixit nolle aliud suum ultimum testamentum facere, neq; fiendum ualere, nisi sit pœnitus descriptũ in forma totum Pater Noster &c. & sic cum in secundo non fiat mentio derogatoria primi, in quo primo testamento fit mẽtio de Aue Maria: & in secundo fit mentio de Pater Noster, de quo alibi nulla est facta mentio & in tertio non fit mentio derogatoriorum secundi testamenti, in quo dicitur, Saluum fac &c. sed de Pater Noster &c. de quo nulla est de eo facta derogatoria mẽtio. Modo quæritur quòd istorum testamentorum valeat: & posito quòd primum, aut secundum valeret, an virtute clausulæ codicillaris in vltimo testamento appositæ, ueniat hæreditas istius dominæ restituenda per fideicommissum, & etiam legata in eo facta nominatis in dicto ultimo testamento, copię autem testamentorum transmittuntur, consulatis fideliter: nam ex utroque causa pia tractatur.

SUMMARIUM.

1 *Clausula derogatoria descripto in primo testamento, specialiter est exprimenda in secundo, ad hoc vt secundum tollat primum.*

2 *Testator potest sibi legem imponere in testando, apponendo clausulam derogatoriam, vt primum testamentum præualeat alijs, nisi alia testamenta expresse derogent primo.*

3 *Testator non potest sibi imponere legem, quòd non possit testamentum reuocare, & liberam testamenti factionem sibi tollere, cum vltima voluntas sit ambulatoria vsque ad mortem.*

4 *Testator si fecerit testamentum, in quo erant verba derogatoria secundi testamenti: præualet primum & non secundum, etiam si in secundo fuerit apposita generalis reuocatoria, nam per clausulam præambulã derogatoriã videtur apparere de quadam protestatione, ex qua videtur immo, quod in secundo nõ affuerit mẽs testatoris.*

5 *Testamentum ultimum prævalet aliis, & aliis derogat, etiam si de alijs non faciat mentionem, quando in alijs non essent apposita clausulæ derogatoriæ.*

6 *Voluntas ultima est attendenda, & executioni mandanda.*

7 *Fratres sancti Francisci sunt incapaces hæreditatum, & fideicommissi universalis, etiam quo ad hoc, ut consequantur valorem, seu extimationem ipsius hæreditatis.*

8 *Clausula derogatoria habet vim ademptionis, unde requiritur quod fiat in testamento, ex quo possit hæreditas adiri, ad hoc ut clausula sortiatur effectum.*

9 *Clausula derogatoria apposita in testamento invalido, et ex quo hæreditas adiri non potest, non valet, nec operatur effectum suum, ut annullet sequens testamentum.*

10 *Clausula: & hanc asseruit esse suam ultimam voluntatem, quam valere voluit iure testamenti, vel iure codicillorum, vel cuiuslibet alterius ultimæ voluntatis. cassans & annullans &c. operatur, ut cuicunque præcedenti testamento, videatur derogatum, etiam si primum cõtineat clausulam derogatoriam.*

11 *Omne dicens nihil excludit.*

12 *Testatore instituente filium unum hæredem, & omnes alios exhæredante alij quantumcunque non nominati nominibus propriis censentur specialiter exhæredati.*

13 *Testamentum ultimum valet, licet in eo facta non fuerit mentio de clausula derogatoria descripta in primo testamento, si de ipsius primi testamenti qualitate meminerit, et ipse testator dixerit in ultimo testamento, quòd volebat illud esse ultimum, & præferri alijs, cassando, & annullando omne aliud testamentum. Præcipue quando unum tantum testamentum antea factum fuerat.*

14 *Testator si dicat, velle hoc testamentum valere, & non aliud quod postea faceret, nisi in eo esset descripta Ave Maria, si postea pœnitentia ductus, aliud testamentum condiderit, dicens se pœnitere primi, tunc quantumcunque in secundo non ponat, Ave Maria, nec de ea faciat mentionem, tamen secundum valebit, cum constet de mente testatoris, quod primum voluerit revocare.*

15 *Testamenti primi qualitas exprimi in secundo sufficit, ut censeatur testatorem illius pœnituisse, & illud revocare voluisse.*

16 *Testamento præcedenti si insit clausula derogatoria specialis, tamen novissima ei contraria est tamen valitura, quod si fiat derogatio per clausulam generalem formatam hoc sermone. videlicet, non obstante alia ei contraria præcedẽti, sufficit, maxime si adiectum esset. ut de ea necesse esset fieri mentio specialis.*

17 *Clausulæ derogatoriæ mentio in primo testamento cõprehensæ quando, & quibus verbis in secundo mentio facta censeatur.*

18 *Notarius, qui non apposuit in testamento clausulam non solitam, excusatur.*

19 *Recordari quis non præsumitur de facto intricato, & in eo cadit probabilis ignorantia.*

20 *Testamentum secundum valet, licet in eo non sit facta mẽtio de clausula derogatoria in primo contenta, quando testator de ea non fuit recordatus, requiritur enim scientia ad hoc ut de ipsa clausula derogatoria teneatur facere mentionem.*

21 *Testamentum primum continens clausulam derogatoriã per secundum revocatur, licet de clausula aliter non fiat mentio, quando iusta causa supervenit ipsum revocandi.*

CONSILIVM XXXI.

In nomine domini, Amen.

Et si viso & considerato præfato puncto & contentis in eo, & copijs dictorum trium testamentorũ, de quibus in dicto puncto fit mentio, videatur dicendum, quòd dictum primum testamentum valuerit & valeat, & non secundum, & tertium: cum primum testamentum videatur facta cum magna maturitate, & mente quieta, prout in copia ipsius testamenti deducitur: & fuerit & sit derogatiuum aliorum testamentorum, cum in eo fuerit apposita clausula, quòd si contingat in posterum aliud testamentum condere, sit nullius valoris, & efficaciæ, nisi in eo fuerit descripta tota Ave Maria gratia plena, usque in finem, in tantum quòd si nõ reperiatur descripta, sit nullum: & præsens testamentum firmum remaneat derogatorium alterius secundi testamenti fiendi: sciens & agnoscens se præsens testamentum fecisse cum quiete, & pace, & bene consulta, & bene disposita, & cum optima conscientia, & consolatione, ut in dicto testamento primo continetur: propter quòd testamentum, & clausulam in eo appositam, videtur derogatum, non solum secundo testamento per eam facto, sed etiam alij, & tertio testamento: cum in secundo, & similiter in tertio non fuerit apposita, nec descripta tota Ave Maria, prout requiritur, attento primo testamento, & clausula derogatoria in eo apposita, nec† clausula derogatoria ipsius, prout & requiritur ad hoc quòd not. per gl. ff. de legat. primo. in l. si mihi. §. in legatis. potuit enim dicta testatrix in dicto primo testamento dictam derogatoriam clausulam aliorum testamentorum apponere, intantum, quod primum testamentum prævalet, nisi appareat per alia testamenta specialiter derogatum, prout not. ff. de lega. 3. in l. si quis. in princ. testamenti. & in d. §. in legatis. potuit† enim ipsa testatrix dictam legem sibi imponere, apponendo ipsam clausulam derogatoriã, ut primum testamentum prævalet aliis, si alia testamenta expresse non derogent primo, prout not. in d. l. si quis in princip. & in d. §. in legatis. esto quòd †non posset sibi imponere legem, ut non posset testamentum ipsum revocare, & liberam testamenti factionem sibi tollere, cum ultima voluntas sit ambulatoria usque ad mortem, prout not. in d. §. in legatis. & in d. l. si quis in princ. & in l. prima. C. de sacrosan. eccles. & ff. de verbo. obligatio. in l. stipulatio hoc modo concepta. Unde cum ipsa testatrix in dicto primo suo testamento ita testando apposuerit ipsam clausulam derogatoriã, prout apponere potuit, ut supra patet, nec appareat in sedo testamẽto fuisse derogatum primo, nec etiam in tertio, ex quo in eis nõ fuit apposita ipsa Ave Maria, quam ipsa testatrix voluit eam apponi ad derogandum, & ut derogare videatur ipsi primo testamento, ipsam clausulã derogatoriam in primo testamento apponendo

nendo propter hoc videtur, ꝙ primũ testamentũ præualeat, & aliis deroget, & maxime, quia primũ testamentũ, vt in eo asseritur, emanauit cum maturitate & mente quieta, & cũ optima cõscientia & cõsolatione, vt in eo asserit. Et ẽt quia in secũdo & tertio non apparet descripta ipsa Aue Maria, nec clausula derogatoria ipsius, ad hoc ꝙ no. ff. de cõdi. l. diui. §. licet & per glo. in d. §. in legatis. & per di. in regula quòd semel. in. 6. vbi dicit per d. l. si 4 quis in prin. ꝙ si testator † fecerit testamẽtũ, in quo erant verba derogatoria secũdi testamenti, præualet primũ, & non secundũ, etiã si in secundo fuerit apposita generalis reuocatoria, nã propter illã clausulam pambulam derogatoriã, vt apparere de quadã ꝓtestatione ex qua videt̃ innui, ꝙ in secundo testamento, vel in tertio nõ affuerit voluntas ipsius testatricis, sed potius in primo: & maxime cũ voluntas prima emanauerit cũ maturitate, & sano consilio, prout & supra dictũ fuit Ita ꝙ attentis prædictis, videt̃ dicendũ, ꝙ valeat primũ testamentum, & non secundũ, nec tertiũ, cum in eis nõ videatur adesse voluntas ipsius testatricis, sed solum in primo, attẽta ipsa clausula derogatoria: ipsa enim voluntas principaliter attẽdenda est: vt ff. de leg. 3. l. non aliter. & ff. de condi. & demon. l. in conditionibus. Sed his nõ ob. contrariũ de iure dicẽdũ est, vt nõ valeat primũ testamentum, nec secundũ, sed solũ tertium testamentum, in quo instituit hæredes dominas & conuentuales tertij ordinis sancti Francisci, loci vocati il Paradiso, pro-5 ut ex pluribus deducit, & primo, quia † vltimũ testamentũ præualet aliis, & aliis derogat etiã si c. de aliis non faciat mentionem. C. de test. l. scimus. & vt ibi no. & insti. quibus mo. testa. infir. §. posteriore. Quod sine dubio procederet, qñ in aliis nõ essẽt 6 appositæ clausulæ derogatoriæ, cũ vltima † voluntas sit attendenda, & ipsa executioni mandanda. vt d. §. in legatis. & in l. 1. C. de sa. san. eccl. & 14. q. 2. vltima voluntas. Ita ꝙ hoc attento & considerato, dictum vltimum testamentum præualet, & alijs derogat, Quod & secundo deducit ex alio, quia in primo & secundo testamento fuerũt instituti fratres, & capitulũ cõuentus sancti Frãcisci de ciuitate Castelli, qui instituit nõ possint, cum sint † in ca-7 paces ipsarum hæreditatũ. vt in cle. exiui. §. proinde. de verb. signi. vnde cũ sint incapaces ipsarũ hæreditatũ, tale testamentũ ita factũ nõ valet nec valuit, ex quo per ipsos fratres hæreditas nõ potest adiri: prout not. ff. de testa. l. 1. & ff. de iniust. rupt. & irri. testa. l. 1. & ff. de leg. 3. l. si iure. & vt not. in d. iur. Imo & nõ sunt capaces fideicommissi vniuersalis, etiã quo ad hoc vt consequat̃ valorẽ seu extimationem ipsius hæreditatis, prout voluit Bal. in auth. ingressi, C. de sac. sanc. eccle. esto, ꝙ aliud voluerit Bar. in 3. c. primi lib. Minoricæ, & non bene: prout dicit Bal. in d. auth. ingressi. dicẽs hoc rediculũ esse, vt plenius ibi per eum, pro cuius dicto facit tex. in d. cle. in d. §. proinde. vbi do. Flor. videt̃ idẽ tenere. Vnde cũ non sint capaces ipsarũ hæreditatum & fideicommissi vniuersalis, non valebunt talia testamenta, vt testamenta, ex quo per eos non potest adiri hæreditas, nec quoad eos, vt codicilli, cum sit incapaces ipsius fideicommissi vniuersalis. vnde cum talia testamenta non valiant, nec valebit clausula derogatoria in eis apposita, ex 8 quo † pro ipsa non potest adiri hæreditas, prout requiritur, ad hoc vt clausula derogatoria sorciatur effectum, prout voluit Bar. in d. l. si quis in prin. in ver. quæro de primo unde cũ dicti testamẽta non fuerint solenniter facta, & perfecta: ex quo 9 per ea non potest adiri hæreditas clausula † derogatoria in eis apposita non valuit, nec ualet, neq operari potest effectũ ut annullet dictum tertium testamentũ, ex quo per ipsa testamenta adiri non potest hæreditas, prout & requiritur, ꝓut voluit Bar. in d. l. si quis in prin. & in d. l. si iure. clausula enim derogatoria habet uim ademptionis prout uoluit gl. in d. l. si quis in prin. unde requirit̃ ꝙ sint in testamento, ex quo possit hæreditatis adire. Vnde in casu prædicto cũ ex primo & secundo testamento hæreditas adiri non possit, clausulæ derogatoriæ in eis appositæ non valent nec derogant ipsi tertio testamento, ita quòd attentis prædictis dictum tertium testamentũ, ualidũ est, & derogat ipsis duobus testamẽtis præcedentibus, quantũcumque in eis sint appositæ ipsa clausulæ derogatoriæ, ex quo dictæ clausulæ derogatoriæ nõ habẽt effectũ, nec derogãt ipsi tertio testamẽto. Quod & tertio demõstat̃ ex alio, quia ẽt si dictæ clausulæ derogatoriæ essent appositæ in testamẽtis validis, ex quibus adiri possit hæreditas, nihilominus hoc tertiũ testamẽtũ, in qua sunt institutæ dictæ d. Cõuentuales tertii ordinis Sancti Fran. ualebit & valet, adeo ꝙ præualebit primo, etiã si sit descripta Aue Maria, prout requiritur in primo, & etiam si nõ appareat descriptũ Saluum fac dominæ popu-10 lum tuum, prout & requiritur, attenta clausula † in secundo testamento apposita, quia in ipso testamento tertio ipsa testatrix asseruit esse suam ultimam uoluntatem, quã uelere noluit iure testamenti, & si iure testamenti non ualeret, ualere uoluit iure codicillorũ, vel cuiuslibet alterius ultimæ uolũtatis, & uoluit præferri cuilibet alii testamẽto retro facto: Cassans & annullans omne aliud testamẽtum, & aliã vltimam volun tatẽ siue codicillũ hinc retro factũ, & maximæ testamentum ipsius dominæ Magdalenæ factum, scriptũ & rogatũ manu ser Marioti Nicolaj Fundacii, in quo dixit esse in fine descriptum totum Pater Noster, vel si sic sit, vel aliter, ipsum pænitus annullauit & cassanit, & nullius valoris esse voluit, & ad fidem poni, & describi voluit Pater Noster &c. describendo totum Pater Noster, subdendo in fine, quòd de cætero dixit nolle aliud suum vltimum testamentũ facere, nec fiendũ valere nisi sit pennitus in fine descriptũ totum Pater Noster, Ita quòd attentis verbis in d. tertio testamento descriptis, ipsa testatrix, voluit tale testamentũ esse vltimum testamentũ, & vltimã voluntatẽ, quã valere voluit iure testamenti si valere posset, ꝓut & valere potuit, & maxime quia alia testamenta non valebant, & ultima uoluntas præualet & præualere debet: prout patet in d. §. in legatis. & in iuribus supra alleg. Et non solum uoluit ipsum esse ultimum testamentum, sed etiam uoluit præferri alii testamento retro facto, quod & satis uidetur sufficere ad, derogandum alii

testamento.vt d.§.posteriore. Imo & plus, quia ipsa testatrix cassauit & annullauit omne aliud testamentum, & aliam vltimam voluntatem hactenus factam, ita quod cassauit & annullauit, non solum vnum testamentum, sed omne testamentum, & sic
11 quodlibet testamẽtum per eam factum, qui † enim omne dicit nihil excludit, de maio. & obedi. c. solite. & ff. de lega. præstan. l. 1. §. generaliter. imo q plus subiunxit, maxime testamentum ipsius dominæ factum, & scriptum manu Ser Marioti prædicti, rogari, subiungendo, In quo dixit in fine esse descriptũ totum Pater Noster, q & fuit in secundo testō. imo & si nō sit ita descriptum in d. testō manu dicti Ser Marioti, sed aliter sit descriptum ipsum annullauit ita quòd dici pōt quòd annullauit omne testm̄ per eam factum manu dicti Ser Marioti, non tantum generaliter, sed etiam specialiter, disponendo q ipsum annullabat, non solum si erat scriptum Pater noster, sed etiam si esset descripta alia oratio. Imo & plus, ad inducendum ipsam specialem derogationem descripsit totum Pater Noster, putans in aliis præcedentibus hæc requiri, q & similiter fecisset, si putasset q requireretur vt describeretur alia oratio, vt patet ex verbis illis, vel aliter. Per quæ videtur dici posse quòd satis videtur facta mentio de ipso testamento manu dicti Ser Marioti, & qualitate ipsius, & non de vno, sed de omni testamento facto eius manu, & non tantum in genere, sed in specie, prout & in simili di-
12 citur, quando † testator instituit Titium suum filium hæredem, & omnes alios exhæredat, vt & alij, quantumcunque non nominati nominibus propriis, censeantur specialiter nominati. ff. de lib. & posth. l. Titius. Vnde in casu prædicto d. dō. Magdalena instituendo hæredes dictas dñas, disponendo tale testm̄ vltimum esse, & aliis præferri, imo & cassans omne aliud testm̄, & maxime testm̄ scriptum manu ipsius Ser Marioti, in quo est descriptum in fine Pater Noster, vel si sic sit, vel aliter, ipsum penitus annullando, videtur satis in specie de ipsis testamentis manu ipsius Ser Marioti mentionem fecisse, & annullasse, & cassasse, & de qualitate ipsorum, referendo se ad testm̄ manu ipsius scriptum, siue sit descriptum Pater Noster, siue alia oratio: ex quo apposuit illa verba, vel aliter, per quæ verba videtur annullasse & reuocasse omne aliud testamentum, & maxime testamentum scriptum manu ipsius Ser Marioti & hoc videtur esse de mente ipsius Bar. in d. l. si quis in prin. testamenti. in ver. quæro quid si testator. Et si dicatur quòd in casu prædicto, licet fuerit facta mentio de testamento scripto manu Ser Marioti, tamen non fuit facta mentio de qualitate ipsius testamenti, & præcipue primi requirentis, quòd describatur Aue Maria, nec clausula derogatoria ipsius. Sed certe ad hoc respondetur, & responderi potest, quòd satis videtur facta mentio de ipso testō & qualitate ipsius, ex quo non solum de vno, videtur facta mentio, sed de quolibet, ex quo dixit, omne aliud, & maxime scriptum manu ipsius Ser Marioti, quòd non restrinxit subiungendo, quo descriptum est Pater Noster, cum subiunxerit, vel aliter, ad hoc quòd no. in c. sedes. de rescrip. & in c. si cui. de præben. in 6. Et si dicatur, quòd per ipsa uerba est facta mentio de ipso testō, & qualitate ipsius tertii, non est facta mētio de clausulis derogatoriis in ipsis testamentis appositis. Certe ad hoc dici potest, quòd satis de ipsis clausulis sit facta mentio, ex quo descripsit Pater Noster, quasi putans, quod ad satisfaciendum clausulæ derogatoriæ, sit apponendum Pater Noster quòd similiter fecisse si putasset requiri, quòd describeretur alia oratio, ex quo supra expressit, vel aliter. Ita quòd dici potest, quòd satis de qualitate ipsius testamēti sit facta mentio per verba illa, vel aliter. Propter quòd videtur dicendum, quòd ipsa testamenta manu ipsius Ser Marioti descripta fuerint & sint reuocata, & annullata per hoc vltimum testm̄, ita quòd valuerit & valeat hoc vltimum testamentum, & aliis deroget, vnde derogauerit & cassauerit omn aliud testamẽtum, & maxime scriptum manu ipsius Ser Marioti in quo esset descriptum Pater Noster, sic vel aliter, cum aliter videatur scriptum, ex quo descripta est ipsa clausula derogatoria, quod ex alio demon-
13 stratur, nam & si per talia † verba non videatur facta mentio de ipsis clausulis derogatoriis, nihilominus valuit, & valet hoc vltimum testamentum, ex quo ipsa testatrix voluit esse vltimũ, & præferri aliis, imo & vltra hoc cassauit & annullauit omne aliud testamentum, cum & tunc valuerit & valeat hoc tertium & vltimum testamentum, quantumcunque in eo apponantur orationes descriptæ in aliis testamẽtis, nec deroget ipsis clausulis derogatoriis, nec de eis fiat mentio, put voluit Iac. de Beluiso, in auth. de testa. imperfec. col. 9. disputando, per id quòd habetur ff. de in. codi. in l. diui. §. licet. & ff. de leg. 2. l. fi. secundum quòd refert Io. An. in c. 1. de consti. in 6. & in regula quòd Semel. vbi hoc idem tenet maxime & præcipue quando vnũ tantum testamentum esset perfectum, prout erat in casu prædicto quòd & tenuit Ia. de Are. secundum quòd refert Ci. in l. scimus. C. de test. quòd & tenuit etiam Bar. in. l. si quis in prin. in ver. sed quæro, quando unum testamentum per prius factum esset, vt in casu prædicto, dicens hoc procedere etiam si in primo testō essent descripta verba derogatoria. per l. 3. ff. de lib. & posth. quòd & tenuit etiam Bal. in l. humanum. C. de legi. ubi dixit,
14 quòd si testator † dixit, quòd uolebat istud testamentum ualere, & non aliud, quòd postea fecere, nisi esset scripta de uerbo ad uerbum Aue Maria, timens ne cōpelleretur consanguineis ad testandum, si postea penitentia ductus fecerit suum testamentum dicens se penitere primi, & tunc quantumcunque in secundo non ponat Aue Maria, nec faciat mentionem de Aue Maria, nihilominus ualebit secundum, cum constaret de mente ipsius testatoris, primum quòd voluerit reuocare, ut ibi plenius per eum. Ad idem & quarto facit, quia ipsa testatrix in ipso tertio testō non solum fecit mentionem de testamento facto manu ipsius Ser Marioti, sed etiam vltra subdit, in quo est descriptum Pater Noster, ex eo quòd fuit descriptum in d. secundo testō pp hoc specialiter de ipso testō uidetur facta mentio, & non solum de ipso testamento, sed etiam de qualitate ipsius testamenti:

adeo

adeo q̄ ex istis verbis uidetur satis apparere de voluntate ipsius dominæ, quòd pœnituerit de ipso testamento secundo loco facto, & ipsum voluerit reuocare, quòd & satis videtur sufficere attentis uerbis Bar. in d.l. si quis in prin. dicentis † quòd sufficiat quòd fiat mentio de qualitate ipsius testamenti, vt censeatur specialiter pœnituisse, & reuocasse, prout videtur fuisse in casu prædicto in quo fecit mentionem de testamento manu dicti Ser Marioti, & eius qualitate, dicendo quòd in eo fuit descriptum Pater noster, prout & fuit: quòd & videtur similiter velle Bal. in d.l. humanum, & do. Ang. in d. §. in legatis. dicens, quòd licet in † testamento præcedēti sit clausula derogatoria specialis, tamen nouissima contraria ei, est tantæ virtutis, quòd si fiat derogatio per clausulā generalem formatam hoc sermone, non ob. alia ei contraria præcedenti, sufficit: maxime si adiectum esset. Et de ea necesse esset vt fieret mentio specialis, pro quo etiam facit tex. in auth. de test. imperfec. §. pe. col. 8. ibi dum dicit: signantis quandam talem uoluntatem nolle ualere: per ipsum enim text. apparet, dum dicit, talem q̄ si in testamento de ipso præcedenti testamento in specie fecit mentionem, dicens, nolle valere, quòd tunc primum erit reuocatum, prout voluit Sali. in d.l. Scimus, quantumcunq; ipse teneat se cum opinione Di. ut ibi plenius per eum: per talia enim verba satis videtur apparere de mente & intentione ipsius testatricis, quæ fuit, quòd noluit ualere prædictum testamentum: ipsa enim mens & intentio p̄cipue est attendenda, adeo quòd quilibet Doctor scribens super hac materia fatetur, quòd quantumcunq; sint appositæ clausulæ derogatoriæ, si appareat de intentione contraria, & ipsam pœnituisse, ipsa erit attendenda: prout patet ex no. in d.§. licet & in d.§. in legatis. & in d.l. si quis in pri. & vt supra dictum fuit. Ad idem & quinto facit † quòd ipsa testatrix non solum fecit mentionem de testamento manu Ser Marioti scripto, in quo est descriptum, Pater Noster: sed etiam si aliter in d. testamento esset descriptum, illud testamentum reuocauit & annullauit, propter quòd videtur satis facta mentio de ipsa clausula derogatoria in d. testamento descripta, de qua forte ipsa testatrix non recordabatur, imo & sine forte, cum ipsa ignara literarum non fuisset memor de ipsa clausula, quæ erat ut, videlicet, in ipso testamento, quòd postea fieret, deberent poni hæc verba, videlicet Saluum fac domine populum tuum, & benedic nos in tua misericordia. vnde cum non recordaretur de dictis uerbis, ut & quilibet arbitraretur & iudicaret, apposuit illa verba, sic vel aliter, ipsum pœnitus annullando & cassando. Propter quòd dici potest, quòd per tale tertium testamentum uideatur reuocatum tale secundum testamentum, prout & videtur uelle Bart. in d.l. si quis in principio. & Sal. in d.l. Scimus, Bar. sequens vt plenius ibi per eum: Ita quòd dici potest attentis prædictis, quòd satis uideatur facta mentio de ipsis clausulis derogatoriis secundo testamento appositis, esto q̄ cautius fuisset dicere, non obstante clausula derogatoria, & eius uerbis, qualiacunq; sint, de quibus mentionem non facio, quia nō recordor, prout noluit Sali. in d.l. Scimus quòd tamen communiter non seruatur, propter † quòd excusatur notarius qui eam non apposuit, & multomagis ipsa testatrix, cū sit fœmina & ignara literarum, cum etiam si fuisset homo bene intelligens dictam clausulam non apposuisset, cum non sit de consuetudine in ciuitate Castelli, vt præsupponitur, ad hoc quòd habetur ff. de pig. actio. in l. vel vniuersorum. & ff. de edi. edic. in l. quòd si nolit. §. qui assidua. ita quòd per prædicta dici & concludi potest quod cum in d. tertio testamento sit facta mentio de ipso secundo, & de eius qualitate, imo & etiam quodammodo de ipsa clausula derogatoria, tale secundum testamentum fuit & est annullatum & reuocatum per dictum tertium testamentum, adeo quod dictum tertium testamentum valuit & ualeat, & præualet non solum ipsi secūdo, sed etiam ipsi primo, adeo quod dominæ institutæ in d. tertio testamento consequentur hæreditatem ipsius dominæ Magdalenæ non uirtute clausulæ codicillaris, sed vigore dicti tertij testamenti, & vltimi ualidi. non ob. ipsis primo & secundo testamentis, cum non ualuerint, nec ualeant attentis prædictis, & non obstantibus clausulis derogatoriis in eis appositis, quia etsi de ipsis clausulis derogatoriis fiat mentio, prout uoluerunt glo. in d.§. in leg. & in d.l. si quis in prin. & Di. & sic est communis opi. ut supra: tamen dici potest, prout & supra dictum fuit, quod de ipsis clausulis satis sit facta mentio de primis appositis in primo testamento in secundo testamento: de appositis in ipso secundo testamento in ipso tertio testamento, prout & supra dictum fuit: vnde tales clausulæ derogatoriæ non ob. ratione prædicta, & etiā quia dici potest, quòd dicta domina Magdalena fuerit ignorans, & non recordata in dicto tertio testamento de ipsis clausulis derogatoriis, & earum tenore, attenta longinquitate temporis, & etiam quia dici, potest, quòd clausula apposita in ipso secundo testō, fuerit intricata, dū requisiuit, q̄ apponatur Saluū fac domine populum tuū, prout & quilibet arbitraretur & indicaret. de tali † .n. facto intricato nō p̄sumitur quis recordari, ita q̄ in eo cadit probabilis ignorantia prout no. ff. de confes. & l. pe. & ibi per Bart. & per Io. de Imo. in c. ab excōmunicato. de rescrip. & per Sali. in d.l. Scimus. & cum ipsa domina Magdalena non fuerit memor nec recordata de clausulis derogatorijs, certe † valuit & valet testamentum nulla facta mentione de eis vt d.§. licet. Requiritur enim scientia, ad hoc vt de ipsis clausulis derogatorijs teneatur facere mentionem, p̄ut patet in d.l. si quia in prin. ibi sciens, & p̄ut voluit Sali. in d. l. Scimus. imo & vltra prædicta potest dici, quòd in d. domina Magdale. supernenit post dictum secundum testamentum quædam iusta causa reuocandi dictum primum & secundum testamentum, prout & præsupponitur, cum † & tunc teneat reuocatio, etiam si non sit facta mentio de ipsis clausulis derogatoriis, prout & noluit Bal. in d.l. Scimus. & Ra. vbi plenius de hoc super quo non insisto cum non expediat attentis prædictis.

THEMA CONSILII XXXII.

Punctus. Casus est talis, quidam Ciefchus decessit condito testamēto, cuius uerba sunt ista videlicet, in omnibus autē alijs bonis suis mobilibus, & immobilibus iuribus, & actionibus sibi competentibus, & competituris, residuis a prędictis relictis & legatis contētis in præsenti testamento, instituit & fecit eius hæredes vniuersales Antonium eius filium, & ventrem dominæ Nicolosę eius vxoris, si ad lucem peruenerit. & si erit masculus instituit hæredem æquali portione cum dicto Anto. & si erit fœmina reliquit pro eius dote & cunctio centum quinquaginta ducatos auri. Et si dicti sui hæredes decederent sine hæredibus legitimis, de eorum corporibus ex legitimo matrimonio descendentibus voluit & mandauit dictus testator, quod de dicta hereditate debeant fieri tres partes, videlicet, duę partes dictæ hæreditatis perueniant & peruenire debeant ad ecclesiam Sancti Dominici de Firmo pro laborerio: & tertia pars dictæ hæreditatis deueniat & deuenire debeat ad hospitale Sanctæ Mariæ Humilitatis de Firmo pro laborerio. Et hæc est vltima sua voluntas, quam valere voluit iure testamenti: & si non iure codicillorum, vel cuiuscunque alterius iuris, & vltimę voluntatis, quo melius de iure valere, & tenere potest: cassans &c. Modo euenit casus, quod post mortem Ciefchi testatoris, vt asseritur, nata est posthuma ex dicta Nicolosa, quæ posthuma vixisse fertur triennio, & mortua in ætatę infantię ante ætatem nubilem. Item dictus Anto. filius de anno præsenti, videlicet, post mortem dicti testatoris patris sui per quinquaginta annos & vltra, mortuus est nullo filio relicto vel filia nec legitimo nec naturali, ac testamentum condidit, in quo instituit hæredes quosdam consanguineos, siue affines suos. Item statim post mortem dicti Ciefchi testatoris fuit confectum inuentarium per tutores testamentarios omniū bonorum mobilium, videlicet, suppellectilium & pecuniarum, & huiusmodi, & etiam bonorum stabilium siue immobilium: de quibus rebus hæredes dicti Ant. res mobiles, videlicet, suppellectilia, pecuniæ, vestes panni, & huiusmodi dicunt esse consumptas per dictū Ant. Hinc orta est quæstio inter hæredes dicti Anto. ex vna parte, & Conuentum Sancti Dominici, & hospitale, ex alia parte, super hereditate dicti Ciefchi, & dubia sunt ista, videlicet, Primo quæritur, an Conuentus Sancti Dominici, & hospitale prædictum, admitti debeant ad successionem dicti Anton. & posthumę, si qua nata fuit post eius mortem, vigore dictæ substitutionis ex testamento dicti Ciefchi. Secundo quæritur, an ex ista hæreditate debeat detrahi legitima & Trebellianica pro hæredibus dicti Anto. & posthumæ. & si debeat detrahi, an computari debeāt dictis hæredibus dicti Anto. in d. legitima & Trebellianica, supellectilia, pecuniæ & cætera bona mobilia contenta in dicto inuentario, quæ dicuntur cōsumpta per dictum Anton. Tertio quæritur, quomodo debeat detrahi dicta legitima, videlicet, an si non sufficerent dicta bona mobilia, quæ continentur in inuentario ad totam legitimam persoluēdam, hæredes dicti Anton. habere debeant vnam rem stabilem arbitrio iudicis, vel Conuentus & hospitalis prædicti, vel dicta legitima detrahi debeat de singulis rebus mobilibus & immobilibus dictæ hæreditatis. Quarto quæritur, vtrum Conuentus & hospitale, potuerit apprehendere bona dicti Ciefchi propria authoritate post mortem dicti Ant. & ante apprehēnsam possessionem per heredes dicti Anton. absque aliqua pœna, & si postea heredes dicti Anton. acceperunt possessionem dictorum bonorum inuitis Conuentu & hospitali, incurrant pœnam & perdant ius, quod in eis habent. Quinto quęritur, an fructus existētis in dictis bonis Ciefchi post mortem dicti Anton. pertinuerint & pertineant ad conuentum & hospitale vel ad ipsos heredes dicti Antonij.

SVMMARIVM.

1. *Relinquo, verbum, adiectum certe quantitati, non denotat institutionem, sed potius relictum.*
2. *Ventre instituto hærede, dicitur institutus posthumus ex eo nasciturus, qui est in ventre.*
3. *Pater filio relinquens, videtur ei relinquere iure institutionis prout tenetur.*
4. *Verba in dubio sunt intelligenda, & interpretanda, vt res potius valeat, quam pereat.*
5. *Verba præcedentia & sequentia dant intellectum ad media, ita quod media uerba interpretantur secundum præcedentia, & sequentia.*
6. *Pluralis locutio non est contenta vno, sed pluribus.*
7. *Falcidia, vel Trebellianica non detrahitur de relictis ad pias causas.*
8. *Legitimæ in computatione omnia computantur, quæ ad filium peruenerunt ex bonis testatoris, quando est vniuersaliter hæres institutus.*
9. *Legitima est detracto ære alieno, & funeris impensa.*
10. *Filius potest eligere legitimam suam in qua re velit, non in diuersis*

in diuersis rebus, sed in re mediocri arbitrio iudicis.

11 *Filius non potest eligere legitimam suam in re alteri specialiter legata.*

12 *Substitutus propria authoritate potest apprehendere bona vacantia, nec incurrit pœnam l. si quis in tantam. C. vnde vi, nisi per prius possessio per hæredem fuisset apprehensa, tunc enim perderet ius suum, quod habebat.*

13 *Pœna l. si quis in tantam. C. vnde vi, non habet locum in causis, seu rebus ecclesiarum.*

14 *Occupans propria authoritate bona defuncti inuitis hæredibus, vel substitutis, incurrit pœnam l. si quis in tantam. C. vnde vi.*

15 *Tradô tuendus est in sua possessione, nec ea priuari debet sine iudicio ordinario.*

16 *Fructus computantur in quartam, nisi sit casus, in quo restitutio sit facta verbo, vel nisi sit de casibus, in quibus restitutio fiat ipso iure, cum tunc fructus percepti per hæredem debeant restitui substitutis, prout in legatario, ad quem transiuit dominium ipso iure.*

17 *Fideicommissi ecclesiæ authoritate Episcopi constricta, relicti dominium, ipso iure, sine aliqua restitutione transit in ipsam ecclesiam.*

CONSILIVM XXXII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso & considerato præfato puncto, & contẽtis in eo, de pluribus quæratur, ad quodlibet respõdendum est. Et primo ad primum quod est, an Cõuentus Sancti Dominici, & hospitale prædicti, succedant vigore dictæ substitutionis. & istud primũ quæsitum respicit duo, si bene ponderetur. Primũ est de Antonio vltimo decedente. & in hoc dicendum est quòd dicti Conuentus, & hospitale successerint & succedunt eidem, vigore dictæ substitutionis, ex quo decessit sine filijs superstitibus ipsis Conuentu & hospitali, vnde euenit cõditio in eius persona. ff. de verb. sign. l. cedere diem. imo & non solum in eius persona, sed etiam in persona dictæ posthumæ, ex quo similiter ipsa decessit sine filijs, & post mortem dicti testatoris, & infra pupillarẽ ætatem. Sed tunc cadit dubitatio & non parua, nũquid ipsa substitutio censeatur facta dictæ posthumæ. Circa quod videtur prima facie dicendum quod non, cum ipsa non fuerit instituta hæres, imo potius certa quantitas eidem relicta simpliciter, propter quod non uidetur hæres instituta, cum verbũ 2 † relinquo adiectum certe quantitati, non denotet institutionem, sed potius relictum, prout no. ff. de hære. insti. l. his verbis. & in c. Rainutius. de test. & in c. si pater. eo. titu. in 6. vnde cum non videatur instituta hæres, certe non uidetur facta in eius persona ipsa substitutio, cum substitutio sit facta in casu, quo dicti hæredes instituti decederent, quòd non videtur cadere in dicta posthuma, cum non sit hæres instituta. Sed certe contrarium de iure dicendum est, vt & ipsa videatur instituta, cum testator instituerit uentrem, ut patet ex verbis in d. testamento appositis: unde † ad ipsam talis institutio adaptatur, cum esset in uentre: Et si dicatur quòd subiungendo post modum, & si erit fœmina eidem reliquit pro dote &c. videtur recedere a dicta institutione. ff. de cond. & demon. l. nam ad ea. & ff. de leg. 1. l. si ita. §. in legatis. certe ad hoc respondetur 3 & responderi potest, quòd † non videtur ab ipsa institutione recedere, imo & ipsam instituere, & titulo institutionis relinquere dictam quantitatem: hæc enim bene conuenire possunt, videlicet, quòd instituat, & relinquat, videlicet titulo institutionis prout patet ex not. in d. c. Rainutius. & in ca. si pater. de testa. in 6. alias tale testamentum non valuisset, nec valeret, ex quo eidem non esset relictum titulo institutionis, prout hodie requiritur, secundum quod notatur in auten. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum. & C. de inoff. testam. auten. nouissima. & ibi per Bald. in dubio enim † 4 verba sunt intelligenda & interpretanda, vt res potius valeat quã pereat. vt l. quoties. ff. de re. du. & in c. Abbate. de verb. sing. ita quod dici põt, quod ipsa cõseatur instituta in dicta quãtitate, adeo quod testamẽtum tale valuerit & valeat, Quod videt etiã ex alio demõstrari, videlicet ex verbis sequẽtibus, dũ subdit, & si dicti hæredes &c. quod videtur referri nõ solũ ad dictũ Antoniũ, sed etiã ad ipsum ventrẽ hæredẽ institutum, ad hoc quod no. ff. de vulg. & pup. l. qui liberis. §. hæc verba. & sic ad dictã posthumã. 5 ex verbis † enim præcedentibus & sequẽtibus datur intellectus ad media, ita quod interpretantur media verba secundũ præcedentia & sequentia. ff. de leg. 1. l. si filiabus. & l. si seruus pluriũ. §. fi. per talia enim verba: & si dicti hæredes decesserint &c. videtur facta substitutio, & non solũ dicto Ant. sed etiam dicto ventri hæredi instituto, & hic dictæ posthumæ, ex quo in plurali locutus fuit dictus testator sub-6. stituendo, pruralis † enim locutio nõ est cõtenta vno, sed pluribus. l. vbi numerus. ff. de testi. ita quod per hæc dici & cõcludi põt, quod dictus testator substituerit dictũ cõuentũ, & hospitale, & nõ solũ dicto Ant. sed etiã dictæ posthumæ, per quã tamen substitutionem, cum vniformiter debeat intelligi. ff. de vul. & pup. l. iã hoc iure, intelligentur grauati, videlicet, dictus Ant. de dicta hæreditate sibi obuentã & dicta posthuma de relicto sibi facto, de quibus an detrahat legitimã Trebellianicã vel Falc. infra dicetur, & hæc circa primũ. Circa secundũ quod cõtinet duo, & primo, an in his detrahatur legitima & Trebel. Et circa hoc dicendum est, quod ipsa legitima detrahatur, non solũ de institutione facta dicto Anto. & bonis relictis eidem. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. meminisse. & in l. quanquam. C. ad l. Fal. & in d. c. Rainutius. & c. Rainaldus. de test. sed etiam de relicto facto dictæ posthumæ. ff. de vul. & pupil. l. cohæredi. §. cum filiæ. sed de relicto eidem non detrahitur aliqua Falcidia, vel Trebellianica, ex quo eidem fuit relicta dicta quãtitas. vt d. §. cum filiæ. Nec similiter de institutione facta dicto Ant. detrahitur aliqua Trebellianica, cum relicta † fuerint ad pias causas, quo casu 7 cõiter tenetur, quòd non detrahatur aliqua Trebellianica, sicut nec detrahitur aliqua Fal. C. ad l. Falcid. auth. similiter. & ita cõiter tenetur, prout no. ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. quod autem. & in d. auth. similiter. & in d. c. Rainutius. & in d. c. si pater,

ter.& hæc circa primum secundi. Circa secundum
vero, quod est, an in ipsa legitima Antonij compu
tentur supellectilia, pecuniæ, & cætera mobilia cō
tenta in inuentario per ipsum Ant. consumpta. Et
8 circa hoc dicendum est, quòd † in ipsa legitima cō
putantur, cum computentur, omnia, quæ ad ipsum
Anto. peruenerunt ex bonis dict. Ciesch testa-
toris, prout & peruenerunt prædicta, ex quo fuit
uniuersaliter hæres institutus ipse Ant. unde com
putantur in ipsa legitima. C. de inoffic. test. l. quo-
niam nouella. & l. omnimodo. §. fi. ad hoc quod ha-
betur in l. etiam. §. pe. & fi. ff. de bo. lib. per quæ
iura Bart. hoc voluit in l. in 4. uer. nemo ad quar-
tam iure naturæ. ff. ad l. Fal. quod maxime procedit
in casu prædicto, cum non solum peruenerunt
prædicta ad d. Antoniū, sed etiā per ipsum fuerunt
cōsumpta, & in eius utilitatem conuersa, unde in
eius legitima imputant, l. mulier. §. sed enim, ff. ad
Treb. per quæ iura Bar. post Di. hoc uoluit, l. Mar
cellus. §. res quæ. ff. ad Treb. ubi plenius de huc, de
quo etiā in d. l. in quartam, & hæc circa secundum
secundi. Circa quod aduertenedū est, si quæratur quo
ta sit ipsa ltīa debita do. Anto. & in hoc dicendū est
quod cū ex d. Ciescho remāserūt duo filii, uidelicet,
dictus An. & d. posthuma, legitima † eorum fuit
9 tertia pars bonorū d. Cieschi detracto ære alieno,
& funeris impensa, prout not. ff. de inoff. test. l. Pa-
pinianus. §. quarta. & C. de inoffi. test. aut. nouissi-
ma, & in corp. unde sumit. De qua legitima medie
tas debebit ipsi Antonio, & alia medietas, d. post
humæ, prout patet in d. aut. & in corpore vnde sumi
tur & hæc circa secundum. Circa tertium, quod est
quomodo debeat detrahi ipsa legitima &c. & di-
cendū est quod hæredes Antonii, cū respectu ipsius le
gitimæ seu residui dici possunt creditores, sicut &
ipse Antonius, prout voluit Ia. de Are. & Ci. C.
cōia de legat. auth. res quæ, prout refert Bal. C. de
inoff. test. l. Sancimus in 4. col. poterunt eligere in
qua re uoluerint, prout uoluit Guli. de Cuneo, lo-
quendo de ipso filio, allegando tex. in auth. neque
uirum quod ex do. §. 1. col. 7. & ff. de bon. libe. l. liber-
tus, qui soluendo. ubi est tex. expressus, secundum
quod refert Bal. in d. l. Sancimus, pro quo facit
quòd habetur ff. de distr. pig. in l. creditores. per
quam legem Io. de Imo. hoc idem uoluit in d. l.
Marcellus. §. res, quæ, referendo Iac. de Are. & Ci.
Sed licet ipse filius, & post eius mortem dicti sui
hæredes poterint & possint detrahere residuum
dictæ legitimæ in quacunque re uelint, tamen
10 † non debebūt detrahere ipsā legitimā in diuersis
rebus, sed i re mediocri, arbitrio iudicis. ar. l. 2. C.
quādo & quibus quarta pars debetur. li. 11. prout
uoluit ipse Guli. prout refert Bald. in d. l. Sanci-
mus. ubi cū hoc dicto uidetur transire. Pro quo fa-
cit quod not. per ipsum Bal. in simili de Trebellia-
nica, in l. filiū quē habentem. C. fam. her. & quòd
no. in l. non amplius. ff. de leg. 1. per Ang. in d. l. 2.
C. quando & quibus quarta pars debetur. ubi hoc
11 melius declarat. quod uerū intelligo, nisi † uelit elige-
re in re alteri specialiter legata, cum non possit,
prout uoluit Bal. ff. de re. diui. in rub. & hæc circa
tertium. Circa quartum, quod continet duo, quo-
rum primū est, an dicti cōuentus, & hospitale po-
tuerint apprehēdere possessionē bonorū d. Cie-
schi ad ipsos pertinētiū uigore dictæ substitutio-
nis. Circa quod, & si uideatur prima facie dicendū
quod nō potuerint impūe, imo apprehēdēdo perdide-
rint ius, quod habebant. C. de leg. l. nō dubium. &
C. unde ui. l. si quis in tantā. tamen in hoc dicendū
est de iure contrarium, quòd potuerint talia bona
apprehendere, & eorum possessionem, nec incur-
12 rerint aliquam pœnā, ex quo † vt præsupponitur,
tunc temporis dicta bona uacabant, ad hoc l. 1. §.
rediguntur. ff. quorū leg. fuit enim trāslatū dñium
ipso iure in ipsum cōuentū, & hospitale post mor
tem d. Antonij. unde non mirū si possessionem ip-
sam apprehendere potuerunt, cū de se sua quilibet
disponere possit ad libitum ipsa re uacante. l. in re
mandata. C. man. & c. unde ui. l. fi. & ibi. not. unde
non incurrunt ipsam pœnam, ex quo ipsam posses
sionem ita uacantem apprehenderunt. & hoc uo-
luit gloss. in d. l. non dubium. & Bart. Bald. & com-
muniter doc. Esto, quòd aliud esset, quādo per hæ
redes Antonij per prius fuisset apprehensa posses-
sio, cum tunc apprehendere non potuissent pro-
pria authoritate, imo & tunc perderent ius quod
haberent. ut d. l. non dubium. & d. l. si quis in tan-
tam. quæ in contrarium adducta non obst. per præ
13 dicta. Præterea † dici potest, quod pœna dict. l. si
quis in tantam. & d. l. non dubium, locum non ha-
beat in causis seu rebus ecclesiarum, prout uoluit
gloss. in ca. 1. de dolo & contu. ubi latius de hoc &
11. q. 3. c. priuilegiorum. & in ca. ecclesiæ el primo.
ne lite pendente. ubi plenius de his, & hæc circa
primum dicti quæsiti. Circa secundum uero, quod
est, an si hæredes dicti Antonij postea acceperint
possessionem bonorum d. Cieschi, inuitis dicto cō
uentu & hospitali, an incurrerint pœnam, & perdi
derint ius, quod in eis habebant. Et circa hoc di-
14 cendum est, quod † ipsi si ipsam possessionem occupa
uerunt & occupant propria authoritate contra uo
luntatem dictorū conuentus & hospitalis, incurre
runt pœnam d. l. si quis in tantam. & sic perdunt
15 ius, quod habent in dictis bonis. nam † & prædo
tuendus est in sua possessione, nec ea priuādus est
sine ordine iudiciario. ff. de ui & ui arma. in l. 1. §.
qui a me. & de rest. spo. c. in literis. & hæc circa se-
cundū dicti quarti quæsiti, & sic circa quartū quæ-
sitū. Circa quintū quod est, an fructus existentes in
ipsis bonis Cieschi spectantibus uigore dictæ sub
stitutionis ad dictos conuentum & hospitale, per-
tineant ad dictos conuentū & hospitale, uel ad hæ
redes do. Antonij. Circa quod, etsi uideatur prima
facie dicendū, quod spectent ad ipsos hæredes, si perci-
piātur per eos negligentia dictorū Hospitalis & Cō
16 uentus non petentium, cum & in† quartā non cō-
putentur, prout habetur ff. ad Trebel. l. in fideicō-
missaria. & ibi per glos. & doc. ubi hoc communi-
ter tenent. tñ hoc uerum est nisi sit casus, in quo re
stitutio sit facta uerbo: uel nisi sit de casibus, in
quibus restitutio sit ipso iure, ut est in casibus po-
sitis. in l. penul. C. ad Trebel. prout uoluit Bart. in
d. l. in fideicommissaria, cum tunc fructus per-
cepti per ipsum hæredem, debeant restitui ipsis
substitutis, prout dicitur in legatario, ad quem trā
sit dominium ipso iure. ff. de usufr. l. Hærennius. &

C. de

C. de leg. l. 2. vt plenius ibi per ipsum Bart. Quod videtur habere locum in casu prædicto, cum in ipsam ecclesiam & † Hospitale authoritate Episcopi constructum transeat dominium ipso iure: adeo quòd non est opus restitutione, prout est expressum in l. fi. C. de sac. san. eccle. & prout ibi plenius no. & per Bald. in d. §. pen. vnde cum in casu prædicto non sit opus restitutione, cum absque restitutione transeat dominium ipso iure, vt dic. l. fi. dicti fructus percepti in dictis bonis pert. nentibus vigore dictæ substitutionis ad dictum Conuentum & Hospitale, ad ipsos spectabunt & pertinebunt imo etsi per ipsos hæredes dicti Antonij essent percepti, erunt eis restituendi per prædicta. Domin. Bened.

THEMA CONSILII XXXIII.

Punctus. Andreas Petri, cum esset sanus mente, corpore tamē infirmus, condidit testamentum, in quo hæredes instituit Antonium Marcum, Petrum Paulum suos filios legitimos & naturales, & Bertum, & Bernardinum eius nepotes ex Gulielmo altero eius filio premortuo: assignando eis, & cuilibet ipsorum suam portionem: mandando dicto Anton. cui certa bona assignauit, vt acquiescat dictæ portioni: & quòd vltra nō petat in parte domorum: & etiam substituit eidem, videlicet, q. si ex dictis filijs vel nepotibus vnus, vel duo, vel tres, decesserint quandocunque sine filijs, succedant superuiuentes. & deinde decessit dictus Anto. superstitibus predictis filijs, & nepotibus. Quibus etiam superstitibus, decessit postea domina Rainaldesca mater predictorum, nullo condito testamento. Postmodum decessit dictus Berna. ętatis 14. annorum & vltra: non tamen completo 16. anno ab intestato, & sine filijs superstitibus sibi dictis Antoniomarco, Petropaulo, eius patruis, & dicto Berto eius fratre vtrinque coniuncto, Deinde decessit Anto. Marcus ab intestato, superstitibus ex eo duobus filiis, videlicet Agnutio & Gaspare, & dicto Anton. & Petropaulo eius fratribus: & post hæc mortuus est dictus Petruspaulus ab intestato & sine filijs, superstitibus sibi dicto An. eius fratre, & dicto Agniutio & Gaspare nepotibus ex fratre: Mortuus est deinde dictus Bertus maior 14. annis, qui condidit testamentum, in quo hæredem instituit eius matrem. Nunc vero dubitatur de successionibus prædictorum, & maxime, & primò de successione dictæ Rainaldescę, & quomodo eidem succedatur: & an dictus Anton. possit petere aliquid in bonis. dictæ Rainaldescæ eius matris, attento testamento paterno, in quo prohibetur plus petere, & stare tacitus portioni sibi assignatę. Item queritur quis successerit & succedat, & quomodo succedatur prædictis alijs decedentibus, attento statuto posito sub rubrica: de succ. ab intesta. quod transmittitur.

SVMMARIVM.

1. *Filius si prohibitus sit a patre in testamento vlterius non petere, talis prohibitio & mandatum non extenditur ad bona materna, quando de eis non est facta mentio.*
2. *Testamentum est seruandum, & executioni mandandū, prout ipse testator inter suos filios disposuit, etiam si tale testamentum esse minus solenne.*
3. *Frater vtrinque coniunctus, & proximior, succedit fratri ab intestato, exclusis patruis.*
4. *Trebellianica, statuto prohibente, de fideicom. detrahi non potest.*
5. *Fratris filij succedunt loco fratris, succedendo cum patruis.*
6. *Statutum vocans proximiores consanguineos, uidetur eos vocare ad successionem, ex quo proximiores censentur in succedendo.*
7. *Legitima est detractis debitis, & funeris impensa.*

CONSILIVM XXXIII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso & considerato præfato puncto, & statutis præfatis, de pluribus quæratur, & maxime quomodo succedatur prædictis, inordinate tamen, nihilominus ordinatè respondebo ad quodlibet. Et primo ad primum, quod est an dictus Ant. succedat in bonis dictæ dominæ Rainaldescæ eius matris & cum, vt præsupponitur, decesserit dicta dña Rainaldesca eius mater, superstitibus dictis Antoniomarco. Petropaulo eius filiis legitimis, & naturalibus. & Berto & Bernardino nepotibus, videlicet, filiis Guliemi olim filij legitimi & naturalis. dictorum Andrææ & Rainaldescæ, succedūt quilibet pro quarta parte, cum dicti Bertus, & Bernardinus succedāt representādo eorū patrē pro quarta parte. vna cū dictis eorū patruis. insti. de suc. ab intest. §. cū filius. C. de suis & leg. auth. in successione. vnde succedit dictus Antonius in bonis dictæ dominæ Rainaldescæ pro quarta parte, ex quo decessit, vt præsupponit, non cōdito aliquo testamento, prout patet in d. iur. Quod & locū habet quantūcunque dictus Andræas cōdiderit testamētū, & assignauerit dicto Antonio certa bona pro sua quarta parte, mandando d. Antonio, vt acquiescat dictæ portioni, & vltra non peteret in parte domorum, cum talis † prohibitio & mandatum non extendatur ad ipsa bona materna, ex quo de eis non est facta mentio in specie, nec in genere, sed solū de ipsis domibus, ad hoc quod no. ff. de oper. libr. in l.

in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. & ibi per Bar. & per Bal. in l. qm̃ nouella. C. de inof. test. & in l. liberti liberteque. C. de op. lib. ita q in dictis bonis maternis, dictus Anto. succedit pro quarta parte. & hoc quo ad bona materna. Quoad bona uero paterna, cũ d. Andreas decesserit superstitibus dictis Antoniomarco, Petropaulo suis filiis legitimis & naturalibus & d. Berto, & Bernardino nepotibus ex filio, condito testamento, in quo assignatis partibus, ipsos hæredes vniuersales instituit, videlicet dictum Antonium pro quarta parte, Marcum pro alia quarta parte, Petrumpaulum pro alia quarta parte, & d. Bertum & Bernardinum pro alia quarta parte, locus est successioni ex dicto testamento, & succedunt vigore dicti testamenti videlicet, dictus Antonius pro quarta parte, Petruspaulus pro alia quarta parte, & Marcus pro quarta parte, & dicti, Bertus, & Bernardinus pro alia quarta parte, in bonis non diuisis, cum in diuisis succedant prout ipse testator disposuit, ita diuidendo & attribuendo bona sua filiis ipsis. C. Fa. hercis. l. fi. Est enim ser-

2 uandum † dictum testamentum & executioni mandandum prout ipse testator inter suos filios disposuit, etiam si tale testamentum esset minus solenniter factum. C. de test. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & prout not. in d. l. fi. & in his non cadit dubitatio: sed dubitatio cadit in Bernardino, qui decessit post mortem dicti Andreæ, superstitibus dictis Ant. Marco, & Petropaulo eius patruis, & dicto Berto eius fratre carnali, ipso decedente in ætate 14. annorum & vltra, non tamen completo xvi. anno. & eidem ab intestato succedit dictus Bertus frater vtrinque coniunctus. C. de legi. hære. auth.

3 cessante. ipse † enim Bertus frater vtrinque cõiunctus & proximior, succedit dicto Bernardino ab intestato, exclusis ipsis patruis: vt d. auth. cessante. & auth. post fratres. quod procedit non solum de iure communi, sed etiam attenta dispositione statuti præfati, positi sub rub. de succ. ab intesta. vocantis proximiorem consanguineum ad successionem, prout est dictus Bertus, prout patet ex not. ff. de gra. l. iurisconsultus. §. secũdo gradu. & §. 3. gradu. sed licet succedat dictus Bertus ab intestato: nihilominus ex quo decessit sine filiis, locus est substitutioni factæ in dicto testamento, cum ipso Andreas testator in dicto testamento disposuerit. quòd si ex dictis filiis & nepotibus vnus, duo, vel tres decesserint, quandocunq; sine filiis, succedant superuiuentes. vnde cum dictus Bernardinus decesserit sine filiis, superstitibus dictis Antoniomarco, Petropaulo & Berto, locus est dictæ substitutioni, adeo q vigore dictæ substitutionis omnes prædicti succedunt, quolibet succedente pro quarta parte, ita quòd vigore dictæ substitutionis quilibet ex prædictis quatuor consequetur, & cõsequi debebit quartam partem bonorum dicti Andreæ, quæ peruenerunt ad dictum Bernardinum: detracta tamen legitima sibi debita, quæ apud di-

4 ctum Bertum remanebit, cum Trebellianica † non detrahatur, attenta dispositione præfati statuti, qd institutus vel substitutus. vnde detracta legitima debita dicto Bernardino remanente apud dictum Bertum, ipse Bertus vigore dictæ substitutionis restituere debebit d. An. Marco. & Petropaulo tres partes de quatuor partibus bonorum, quæ peruenerunt ad dictum Bernardinum, retenta legitima & etiam quarta parte debita dicto Berto pro parte sua, prout patet ex his quæ habẽtur ff. de inoffi. test. in l. Papinianus. §. meminisse. & C. ad l. Fal. l. quanquam. & de test. c. Rainut. & cum postea decesserit dictus Marcus ab intestato, superstitibus sibi Agniutio & Gasparæ, & tunc eidem dicti sui filij succedunt. vt d. auth. in successione. nec est locus substitutioni, ex quo ipse decessit cum filiis. ff. de ver. signi. l. cedere diem. & cum postea decesserit dictus Petruspaulus sine filiis, superuiuentibus dictis Antonio, Berto, & Agniutio & Gasparæ, ab intestato locus est successioni; & successerunt eidem ab intestato dictus Antonius pro tertia parte, Bertus pro alia tertia parte, & dic. Agniutius & Gaspar pro alia tertia parte, cum filii fratris

5 † succedant loco fratris succedendo cum patruis. vt d. auth. cessante. Quod videtur procedere, non solum de iure communi, sed etiam attenta dispositione præfati statuti, positi sub rub. de suc. ab intesta. cum & ipsi filii fratrum dicantur & dici possint proximiores consanguinei in succedendo, ex quo ex dispositione iuris repræsentant eorum pa-

6 tres. vt d. auth. cessante. tale † enim statutum vocans proximiores consanguineos, videtur eos vocare ad successionem, ex quo proximiores censentur in succedendo, prout disponitur a iure. vt d. auth. cessante. secũdum quod tale statutum intelligitur & intelligendum est, prout no. C. de noxa. l. si seruus. & in c. cum dilecto. de consue. sed licet ab intestato succedant dicti Antonius Bertus & filii prædicti: nihilominus ex quo est locus substitutioni factæ in d. testamento. ex quo dictus Petruspaulus decesserit sine filiis. ut d. l. cædere. diem. & cum locus sit dictæ substitutioni, vigore dictæ substitutionis succedent dicti Anto. & Bertus, adeo quòd consequantur & consequi debebunt vigore dictæ substitutionis detracta legitima dicti Petripauli, quæ remanebit apud Antonium & Bertum prædictos, & filios dicti Marci, residuum bonorum dicti Andreæ, quæ peruenerunt ad dictũ Petrumpaulum. adeo quòd de dicto residuo consequentur & consequi debebunt dictus Antonius medietatem, & dictus Bertus aliam medietatem, ex quo ambo sunt superuenientes & substituti, non autem veniunt sub dicta substitutione filii dicti Marci, prout voluit gl. C. de his qui ante aper. tabu. l. unica. vbi Bar. & Bal. hoc idem tenent, & ita communiter tenetur ibi. & in l. vnica. §. sin autem sub conditione. C. de cadu. tollen. vbi Bal. hoc idem uoluit. uerum cum postea decesserit dictus Bertus maior 14. annis sine filiis condito testamento, in quo hæredem instituit eius matrem, ea superstite & superstitibus dictis Antonio Agniutio & Gasparæ, & dubitetur quis succedat eidem. & in hoc dicẽdum est quòd eidem succedit mater instituta hæres. ff. de acqui. hære. l. quandiu. sed licet successerit & succedat eidem vigore dicti testamenti, tamen ex quo dictus Bertus decessit sine filiis, locus est dictæ substitutioni, & vigore substitutionis succedit prædictus Antonius superuiuens, non autem filij

dicti

dicti Marci, cum non sint uocati ad ipsam substitutionem, prout & supra dictum fuit. sed solum dictus Antonius, qui consequetur & consequi debebit bona obuenta dicto Bernardino ipsius Andrææ adeo ꝙ consequet̃ & consequi debebit uigore dictæ substitutionis, ex quo alius ex substitutis non superest, bona dicti Andrææ peruenta ad dictum Bernardinũ ex institutione & substitutione iuxta no. ff. ad Trebel. in l. Marcellus. §. quidam liberis. & ibi per Bart. & in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. eo. titu. & C. de fideicommis. l. cum uirum. detracta tamen legitima, quæ remanebit apud ipsam matrem hæredem institutam, sed non Trebellianicam, cũ nõ detrahatur, attenta dispositione dicti statuti. esto, ꝙ aliud esset si statutum non disponeret, prout not. in d. §. meminisse. & in dicta l. quanquam, & in d. c. Rainutius. fuit autem legitima dictorum filiorum uel nepotum tertia pars bonorum dicti Andrææ, detractis 7 † debitis & funeris impensa. ff. de inoffic. testamento. l. Papinianus. §. quarta. & C. eo. titu. auth. nouissima. & in corpore unde sumitur. ita quod legitima dicti Berti fuit & est quarta pars tertiæ partis bonorum dicti Andrææ, computata, & in dicta quarta parte legitimã dicti Bernardi, in qua dictus Bertus successit Do. Bene.

THEMA CONSILII XXXIIII.

Punctus. Fuit quidam magister Orlandus, qui olim contraxit matrimoniũ cum domina Giolius, a qua habuit congruam dotem. & alia bona nuptialia. Qui magister Orlandus, & dicta Giolius habuerunt & procreauerũt filios ex eorũ legitimo matrimonio, & post aliqua tẽpora ambo decesserunt ab intestato, relictis duobus filiis, omnibus pupillis existentibus, & in pupillari ętate constitutis: Qui postea decesserunt adhuc in pupillari ętate constituti, superstitibus sibi domina Bella auia paterna, & quodam Marchigino auo materno, qui adinuicem sunt in discordia de successione bonorum dictorum pupillorum: & quomodo ipsi eisdem succedant & in quibus bonis: & ideo super hoc petitur declaratio, & consilium, videlicet, Quomodo & qualiter dicti auus maternus, & auia paterna, succedant in bonis dictorum pupillorum, & qualiter inter eos diuidantur.

SVMMARIVM.

1 *Auus maternus succedit nepotibus defunctis in bonis maternis, cæteris exclusis.*

2 *Pater præfertur matri in bonis prouenientibus a patre, uel ex linea paterna; ita & auus paternus præfertur auo materno in bonis paternis, & econtra.*

3 *Auus maternus præfertur in lucris nuptialibus, ad hoc ut ipsi parentes sint promptiores ad dotandum, quod dictum non corrigitur per auth. defuncto. C. ad Tertullia.*

4 *Consanguinei fratres præferuntur Uterinis in bonis paternis, & Uterini in bonis maternis.*

5 *Auus paternus, & auus maternus æqualiter succedunt tam in bonis paternis, quam maternis, cum sint in pari gradu, non habita distinctione bonorum paternorum & maternorum.*

6 *Intellectus tex. §. & hæc quidem in auth. de hæredi. quæ ab intesta. & auth. defuncto. C. ad Tertullia.*

7 *Intellectus l. quod scitis. C. de bonis quæ liber.*

CONSILIUM XXXIIII.

In nomine domini, Amen.

Etsi uiso præfato puncto, seu casu, uidetur dicendum prima facie, quòd ex quo dicti pupilli decesserunt superstite auia paterna, & auo materno proximioribus consanguineis, & in pari gradu existentibus succedat, & succedere debeat 1 † d. auus maternus dictis suis nepotibus in bonis maternis, ut l. quod scitis. §. si autem. C. de bo. quæ li. per quem §. glo. ibi, & Bart. loquendo de auo paterno, & materno hoc uoluit ibi, & in auth. itaque. C. communia de succe. quod & uidetur tenere Ange. in d. §. si autem. & Ioan. de Imol. in l. post dotem, in ultimis verbis. ff. sol. ma. loquendo de patre, & matre, 2 ut pater † præferatur matri in bonis prouentis a patre, uel ex linea paterna, per d. l. qđ scitis. Quod & similiter uidetur locum habere in ipsa auia paterna, ut præferatur ipsi auo materno, in bonis paternis. & ipse auus maternus eidem in bonis maternis. & sic in ipsa dote, quæ ad ipsum debet redire tanquam ab eo profecta. ut C. so. ma. l. dos a patre. Quod et similiter uidetur uelle ipse Bald. in d. 3 l. quod scitis. dicens, quòd ipse † auus maternus præfertur in ipsis lucris nuptialibus ad hoc ut ipsi parentes sint promptiores ad dotandũ, quod dictũ non corrigitur per auth. defuncto. C. ad Tertu. pro quo facit, quod in simili no. in fratribus consanguineis, & uterinis, videlicet, ut consanguinei 4 † præferantur uterinis in bonis paternis: & uterini in bonis maternis, prout no. in auth. itaque. C. communia de suc. & ibi per gl. ad hoc l. de emancipatis. C. de legi. hær. per quæ uidetur dicendũ, quòd ipsa auia succedat in bonis paternis dictis pupillis, & dictus auus in bonis maternis. Sed his non ob. contrarium puto de iure dicendum, ut ipse 5 † auus & auia pariter succedant in quibuscunque bonis tam paternis, quam maternis dictis pupillis, cum sint in pari gradu, propter quod pariter succedere debent, non habita distinctione bonorum paternorum & maternorum: per id quod habetur. C. ad Tertu. auth. defuncto. & in auth. de hære. quæ ab intest. §. & hæc quidem. ibi. ex equo inter eos hæreditas diuidatur. propter quod uidetur, quòd pariformiter in omnibus bonis succedant equaliter, siue sint bona paterna, siue materna. & hoc tenuit Di. in d. auth. itaque. & Ci. ibi. & in d. auth. defuncto. & Raine. de Forli. secundum quod refert.

fert Bal. in d. l. quod scitis. qui hanc eandem opi. videtur tenere in d. auth. defuncto. esto, ꝙ remittat se ad no. in d. l. quod scitis. & hanc opi. videtur tenere Sali. in d. l. quod scitis. impugnando lecturã gl. & Bart. per lex. ibi. reseruando: vt plenius ibi per eum, qui tamen super hoc remittit ad not. per eum in d. auth. itaque. & ibi ipse Sali. referendo opi. Bar. qui tenuit, quod parẽs ex parte patris succedat in paternis, & parens parte matris in maternis, dicit se de hoc dubitare, quòd Bar. non benedicat: quia † tex. in auth. de hæred. quæ ab intestato. §. consequens. alias incipit, & hæc quidem. vnde sumitur d. auth. defuncto, dicit, quod hæreditas diuidi debet vt medietatem paterni. & medietatẽ materni accipiant, cũ hæreditas sit vniuersum ius defuncti: vt ff. de reg. iur. l. hæreditas, & sic tota hæreditas diuiditur: ergo omnia bona tam a patre quã a matre prouenta, sunt inter eos diuidẽda: vt plenius ibi per eum: qui uidetur in hanc partem inclinare, vt succedant pariter ipse auus maternus & auia paterna in quibuscunque bonis vndecũque quæsitis: In quam partẽ videtur inclinare similiter do. Raph. in d. l. quod scitis. reprobando dictã lecturam glo. & Bar. in d. auth. itaque. vbi dicit se ita consuluisse, vt pariter succedant, salua reuerentia. Bar. dicens etiã ita fuisse de mente Rai. vt plenius ibi per eum. & in d. l. quod scitis. & in hanc partem similiter videtur inclinare excellen. doc. do. Io. de Montespe. pater honorandus, licet dicat eam esse dubiã. vt plenius ibi per eum. In quã partem videtur inclinandum, maxime attento tex. d. auth. defuncto. & d. §. & hæc quidẽ ibi: ex equo inter eos hæreditas diuidatur: qui tex. uidetur generaliter loqui de omnibus bonis, siue procedant ex linea paterna, siue materna, cum veniant sub verbo hæreditatis. ff. de pet. hæred. l. item veniunt. & l. hæreditatis. & ita uidetur tenendum, attenta præcipue opinione Antiquorũ, & Modernorum; videlicet Sali. Raph. & do. Io. Non obst. in contrarium adducti: Cum responderi possit ad d. l. quod scitis ꝙ † ibi ponatur duplex lectura. Nam secundũ vnam lecturam hoc non probatur, cum loquatur de patre & auo. quæ lectura, & si non placeat Barto. sed alia lectura, vt loquatur de auo paterno & materno, quam uidetur sentire glo. ibi, tamen videtur aliis Moderniotibus Doctoribus placere prima lectura, quæ si præcedat d. l. quod scitis. non habet obstare. Sed posito ꝙ procederet lectura gl. & Bart. tamen dici potest, ꝙ non ob. quia, & si forte de iure C. procedat opi. glo. & Bar. & sequa. tamen de iure nouo auth. non procedit dicta opi. sed opi. Di. Ci. Rai. qui tenuerũt per d. aut. defuncto, ꝙ sit correcta d. l. quod scitis. quod & videtur tenẽdum per d. aut. quæ vocat dictos parentes in gradu proximos, paternos ad dimidiam, & maternos ad aliam dimidiam, quod non esset, si succederent paterni in bonis paternis, & materni in bonis maternis, cum posset esse inæqualitas, ita ꝙ non consequerentur dimidiam, cum posset esse, ꝙ longe plura sint bona ex parte patris, quam matris, vel econuerso. vnde non consequerentur dimidiam: Ad idẽ & clarius tex. in d. §. & hæc quidem: vbi tex. videtur velle, ꝙ hæreditas ipsius descendentis æqualiter diuidatur inter parẽtes paternos, & maternos, quod non esset, si paterni succederent in bonis paternis, & materni in bonis maternis, vt supra: emanauit. n. dispositio d. auth. ad corrigendum iura antiqua, & difficultates quæ ex eis emanabant in successionibus ascendentium, & descendentium, & coniunctorum, vt patet in princi. d. auth. ita quod per prædicta dici, & concludi potest, quòd dic. auia paterna succedant in medietate bonorum dictorum pupillorum, & dic. auus maternus in alia medietate, vndecunque sint bona, & vndecunque prouenerint. Domi. Benedic.

THEMA CONSILII XXXV.

PVnctus. Casus talis est. fuit quidam nomine Bartolus, qui habebat filium nomine magistrum Thomasium, qui Bac. cõdidit testamẽtum, in quo fecit certa relicta, seu legata dicto magistro Thomasio, & suis filijs legitimis & naturalibus, & sic nepotibus. Item fecit certa alia relicta d. magistro Tho. quia reliquit d. magistro Tho. vnam domum cum claustro sitam &c. item reliquit, d. magistro Tho. omnes terras & possessiones in curia Paschiclupisitas: In omnibus autem alijs suis bonis instituit hæredem vniuersalem d. magistrum Tho. eius filium legitimum, & naturalem, prout latius patet in dict. testamento, quod transmittitur. Accedit quòd viuente d. testatore, & post dictum testamẽtum, nata est una filia d. magist. Tho. & etiam post mortem dicti testa. natę sunt plures aliæ fœminæ filiæ. dic. magistro Tho. deinde d. magistro Tho. fecit quandam obligationem, obligando se & suos hæredes, & bona pro dotę dominæ Geneure, vxoris Andręæ filij d. Magistri Tho. Nunc autem contingit dubitari de infrascriptis dubiis. Et super his quæritur quid iuris. Et primo, nunquid filiæ dominę natę post mortem d. Bac. testa. d. magistro. Tho. veniãt ad dictum prælegatum factum per d. testa. ipsi magistro Tho. & filijs suis legitimis & naturalibus. Secundo, an filia nata viuente d. testatore veniat ad dictum prælegatum, vna cum filijs masculis dict. magistri Tho. & dato quòd veniat, pro qua portione veniãt dic. magister Tho. Tertio an d. domina Geneura vxor dic. And. habeat regressum contra bona d. magistri Tho. Vigore obligationis factæ per dic. magistrum Thom. pro dotę ipsius, prout patet per publicum instrumentum, & maxime contra bona dic. prælegati relicti dic. magistro Tho. & filijs. Quarto, an dicta bona relicta per domi.

Bac.

Bac. testa. d. magistro. Thoma. filio suo, in quo relicto nulla fit mentio de filiis, ut patet in dicto testamento, uideantur etiã relicta eius filijs

SVMMARIVM.

1 Posthumi quando admittantur ad legata, & relicta, & ad tutelam.

2 Legatum datur ratione affectionis, quæ causatur propter præcedens meritum.

3 Filiatio sola, est causa affectionis.

4 Intellectus l. penul. ff. de iure codicillo.

5 Posthumo non habetur par affectio, sicut ad iam natos.

6 Lex vna limitatur per aliam.

7 Posthumi in legato facto filijs non comprehenduntur, secus in tutela. & ita est communis opinio: nisi in aliquia testamenti parte de ipsis posthumis testator mentionem fecisset, vel aliter appareret testatorem ipsos posthumos comprehendere uoluisse.

8 Masculinum concipit fœmininum in materia indifferenti, si tractetur de fauore.

9 Relicto illis facto, inter quos cadit ordinata charitas & affectio, vtrum ad illud veniatur ordine successiuo, an vero simul omnes & æqualiter concurrat: & an id procedat tantum in institutionibus, an vero & in legatis et prælegatis.

10 Alternatiua resoluitur in coniunctam, & eadem ratione disiuncta in coniunctam, vbi cadit charitas ordinata, & affectio.

11 Copula, &, propria natura est, omnia copulare.

12 Dispositio, vbi fit inter personas, inter quas cadit ordo affectionis. & charitatis, abstractus tamen ab omni necessitate debiti naturalis, vt quia fiat inter personas, quæ erant ab intestato successuræ ex ordide, quæ tamen de necessitate non deberent institui, vel aliquid eis relinqui: & tunc communis opinio est, vt simul videatur inuitate ad succedendum.

13 Intellectus c. Rainutius: extra de testa.

14 Substitutio relata ad duos disparis gradus, refertur ad vtrunque, & æque principaliter, & non ordine successiuo, quando non est de substantia, quod instituantur, vel substituantur ad validitatem testamenti: alias secus esset.

15 Fideicommissa & prælegata æquiparantur.

16 Intellectus legis gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthum.

17 Intellectus. l. Lucius. ff. de hæredib. instit. & l. generaliter. C. de institu. & substi.

18 Dictio, Item, est repetitiua qualitatum præcedentium.

19 Oratio quando est perfecta, in ea non videtur facta repetitio de qualitatibus & conditionibus præcedentibus.

20 Vxor, pro consecutione & restitutione suæ dotis, habet obligata non solum bona viri sui, sed & bona hæredum viri, non solum si vir se obligauit pro dicta dotis restitutione, sed etiam si obligatio hominis non interuenerit.

21 Vxor agens ad restitutionem suæ dotis præfertur in omnibus bonis viri, omnibus alijs creditoribus habentibus tacitam hypothecam.

22 In obligatione dotis restituendæ non solum veniunt bona præsentia, sed etiam futura.

CONSILIVM XXXV.

In nomine domini, Amen.

Cum viso & considerato præfato puncto & contentis in eo, de quatuor principaliter quæratur. Ad quolibet respondendum est. & primo ad primum, quod est, nunquid filiæ fœminæ natæ post mortem dic. Bac. veniant ad prælegatum factum per test. ipsi magistro Thom. & filiis suis legitimis & naturalibus. Circa quod dicendum est, prout dixit Bartol. considerando tres casus in l. qui filiabus. ff. de leg. 1. Nam † [1] quandoque & primo constat, seu certum est testatorem sensisse de posthumis, & tunc sine dubio admittuntur ad dictum relictum d. filiæ natæ post mortem dicti Bac. ff. de re. du. l. vtrum. Quandoque & secundo, certum est ipsum testatorem non sensisse de ipsis posthumis, vt quia putabat vxorem sterilem, & tunc non admittuntur, non solum ad legatum: sed etiam ad tutelam. ff. de testa. tutel. l. si quis ita §. penul. Quandoque, & tertio non apparet, an senserit de posthumis, vel non. Et iste est casus satis dubius, super quo variauerunt glossæ: nam glo. in l. nomen filiarum. ff. de ver. sig. dicit indistincte, quòd qui legat filiabus, videtur legare posthumæ, & secundum hoc in d. l. qui filiabus, subaudiri debet, maxime, sed hoc est contra tex. d. l. qui filiabus. Vnde gl. in d. l. qui filiabus, dicit, quòd aliud est in legato, cum detur ratione affectionis, & aliud in tutela quæ datur ratione filiationis, & hoc tenuit Di. declarando dicens, quòd legatum † [2] datur ratione affectionis, quæ non cadit in posthumo, cum affectio causetur propter præcedens meritum. ff. pro so. l. nec adiecit. Vnde cum in posthumo non cadat meritum nec demeritum. l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffic. test. merito appellatione filiarum non venit posthuma in legato, quod non est in tutela quæ datur ratione filiationis, quæ cadit in posthumo, prout & in iam natos vt instit. qui da. tutor. pos. §. fi. & l. si quis filiabus. ff. de test. tu. sed hæc ratio non placet Bartol. in d. l. qui filiabus, ex eo, quia si in posthumo cadit filiatio, ergo & affectio. sola enim filiatio † [3] est causa affectionis. l. scripto. in fine. ff. vnde liberi. & ff. quod metus causa l. isti quidem. ergo eo ipso quod est filius, dicitur mereri, si non probetur demeritens. vt l. omnimodo. C. de inoff. test. sed licet ipsi Bartol. non placeat ratio glo. & Din. tamen ipse tenet, quòd in dubio in tutela interpretetur, quòd noluerit prouidendo filiis, prouidere etiam posthumo. vt d. §. fi. & d. l. si quis filiabus. sed non in legatis, cum in legatis non ita de facili fiat interpretatio ex eo, quia si cogitasset se plures filios habuisse, non fecisset tot legata. l. penulti. ff. de iure codicil. sed † [4] certe. hæc ratio in qua fundat se Bartol. per d. l. penultimam, non videtur bona, enim per d. l. potius videatur probari oppositum: nam attenta ratione sua, & eo quod dicit, videtur, quòd ibi debet ex toto inualidari legatum: & nec debet intueri filius iam natus, cuius contrarium ibi dicitur, nam

tenet pro parte sua si legatum esset diuiduum. vt ibi patet. & ideo hic non tenetur posthumus, quia non habuit animum ipsum grauandi, & ista est ratio istius l. vt plene declarauit in l. filio præterito. ff. de iniu. testa. vnde dicit, quòd melior 5 est ratio Din. quam & sequitur Bald. ibi. quia † & si habeatur affectio ad posthumum, non habetur par affectio sicut ad iam natos, vt plenius ibi per eum, qui etiam dicit hoc procedere, etiam si testator non esset multum diues. Esto, quòd Bartol. ibi aliud velit dicendo, quòd vna ex coniecturis est, quod voluerit testator comprehendere posthumum, quando habberet magnum patrimonium. ar. d. l. pen. & l. si filiæ. ff. de leg. 3. & non bene, si non facit mentionem de posthumo, & etiam per rationem Di. ex quo. d. l. qui filiabus ita indistinctæ loquitur & generaliter, nec ob. d. l. quinimo potius facit in contrarium, prout plenius ibi per ipsum Io. de Imo. qui dicit forte dici posse, quòd non sit differentia inter legatum & tutelam, imo & vtrobique debeat distingui, quia aut ipse testator sciuit vxorem prægnantem, & tunc veniat posthuma in legato sicut & in tutela: aut ignorauit esse prægnantem, & non veniat ad legatum, sicut & non venit ad tutelam per. d. l. si quis ita. §. penul. vbi ita distinguitur. 6 Nec est mirum, cum † vna lex limitetur per aliam. ff. de legi. l. non est nouum. dicit tamen communiter teneri, vt differentia sit inter legatum, & tutelam, & sic videtur tenere cum communi opinione, 7 quæ est quòd in legatis † in dubio non veniant ipsi posthumi, quod & similiter ipse Bart. tenet: & cum communiter ita teneatur, videtur tenendum, quòd in tali legato ita facto d. magistro Tho. & filiis non veniant ipsæ filiæ natæ post mortem dicti testa. ita quòd circa primum quæsitum dici & concludi potest, quòd dictæ filiæ postea natæ non veniant ad dicta relicta: saluo nisi ipse testator in aliqua parte testamenti de posthumis mentionem fecisset, vel nisi appareat ex aliis cõiecturis de uoluntate ipsius test. vt voluerit comprehendere ipsas posthumas, cum eius voluntas sit principaliter attendenda. ff. de condi. & demon. l. in conditionibus. cum si. & hæc circa primum. Circa secundum vero quod est, an filia nata viuente dicto testatore veniat ad dictum prælegatum, vna cum dictis filiis masculis dicti magistri Tho. & dato quòd veniat, pro qua portione veniat dictus Tho. Dicendum videtur, quòd quantumcumque testator ipse relinquerit dicto magistro Thoma, & eius filiis apponendo verbum masculini generis, nihilominus uenit ipsa filia na- 8 ta, cum † masculinum concipiat fœmininum in materia indifferenti si tractetur de fauore. l. si quis ita. ff. de test. tutel. & l. 1. ff. de verbo. signifi. vbi Bartol. per dicta iura hoc tenet, quod & tenet ipse in l. liberorum eod. titu. dicens, quòd eadem equitate, qua masculinum continet fœmininum, eadem appellatio filiorum porrigitur ad nepotes. vt l. iusta. ff. de verb. signifi. vt ibi plene per eum. Vnde cum tractetur in hoc casu de materia congruenti masculo & fœminæ, & de fauore ipsius filiæ, veniet ipsa filia nata sub dictis verbis, filiis. Sed tunc cadit dubitatio quomodo veniant, & ad quam partem. Circa quod videtur prima facie dicendum, 9 quòd veniant ordine successiuo, ex quo † tale relictum factum fuit per do. Iacob. d. magistro Thomæ, & filiis, inter quos cadit ordinata charitas, & affectio, propter quod videtur, quòd veniant ordine successiuo. & sic d. magister Thoma in eius vita & post eius mortem eius filii, cum quibus venit ipsa filia fœmina nata: Et quòd veniant ordine successiuo tenuit Bartol. & communiter doct. in l. gallus. in §. quidam rectæ. ff. de libe. & posthum. quod videtur habere locum, non solum in restitutionibus de quibus loquuntur: sed etiam in legatis, seu prælegatis, prout videtur ipse velle in d. §. quidam recte. per ea quæ habentur in l. Lucius. ff. de hære. insti. l. generaliter. C. de instit. & substitu. nam vbi 10 † cadit charitas ordinata, & affectio, alternatiua resoluitur in coniunctam, & eadem ratione disiuncta in coniunctam, vt plenius per ipsum Bartol. in d. §. quidam recte. per quæ videtur, quod in casu prædicto, ad dictum prælegatum venirent, & veniant ordine successiuo. & si veniret primo d. magister Thoma. & postea eius filii. Sed his non ob. contrarium est de iure dicendum, quòd pariter, & æqualiter ad dictum præleg. dictus magister Thoma. pro medietate, & dicti eius filii pro alia medietate veniant quia a verbis, cum sint clara, in dubio recedendum non est. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 11 3. & l. non aliter eod. titu. Cum † de propria natura copulæ, & appositæ inter ipsa verba est, pariter copulare. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. his itaque & C. si plures vna sententia l. 1. secundum Ioan. de Imo. sed melius facit l. si mulieri & Titio. ff. de vsufruc. accres. & cap. Rainutius & cap. Rainaldus. de testa. Et quòd ad ipsa legata veniant pariter videtur tenere Ioan. de Imo. in d. §. quidam recte. dicens quòd 12 vbicunque † dispositio fit inter personas, inter quas cadit ordo affectionis, & charitas, abstractus, tamen ab omni necessitate debiti naturalis vt quia fiat inter personas quæ erant abintestato successuræ ex ordine, quæ tamen de necessitate non deberent institui, vel aliquid eis relinqui, & tunc communis opin. est, quòd simul videantur inuitatæ, & hoc sequitur Bald. & Angel. in d. §. quidam recte. prout ipse refert quod videtur habere locum in casu prædicto, videlicet in ipsis legatis, siue prælegatis, cum in eis talis ordo sit extraneus ab omni necessitate debiti naturalis, cum non sit necesse, quòd eis legetur: licet necesse sit, quod instituantur. vt in auten. vt cum de appellatio. cognosc. §. aliud quoque capitulum. & pro hac opin. quod veniant simul dictus magister Thom. & 13 eius filii. videtur † casus in d. cap. Rainutius. vbi apparet, quòd si testator habens duas filias, videlicet Adiectam & Alterocham instituit hæredem vniuersalem Adiectam, & aliam videlicet Alterocham in re certa. & si decederet sine liberis, substituit Alterocham, & eius filios. & tamen ibi dicitur, quòd adueniente casu substitutionis, vt quia decessierit Adiecta sine liberis, vocatur Alterocha simul cum filiis suis. Ad idem bene facit cap. Rainaldus. eod. titu. vbi videtur probari, quòd si aliquis instituat patruum, & filios ipsius, & quòd aliquid relinquat patruo, & filiis eius, quòd tunc simul inuitentur, & non ordine successiuo. vt plenius per ipsum Ioannem de Imol. in dict. §. quidam recte. vbi ipse dicit

loquen-

sequendo in specie de legatis, quòd verior est opi nio Bar. qui tenuit quòd in ipsis legatis ueniant, nō æqualiter ordine successiuo, quod & clarius uoluit ipse Ioan. de Imo. in d.c. Rainutius. in 6. colum. & 14 in 14. & 11. colum. dicit, quòd† substitutio relata ad duos disparis gradus refertur ad vtrunque, & æque principaliter, & non ordine successiuo, quando non est de substantia. quòd instituantur, nel substituantur ad validitatem testamenti. alias secus est, vt no. per gl. in d. §. quidam recte, prout ipse dicit in d. 6. colum. Vnde in casu dicti c. Rainutius, dicendo, quòd soboles dictæ Alte. simul ueniat cum matre, imo etiam si dicta Alte. habuerit plures filios. Circa quæ uidetur velle, quòd in casu prædicto, videlicet, in legatis, seu prælegatis, veniant pariter, videlicet, dictus magister Tho. pro medietate, & filii ipsius pro alia medietate. nam & sic veni rent ad ipsam substitutionem si essent substituti. vt d.c. Rainutius. cum talis substitutio sit extracta a necessitate, quod & fortius locum habet in ipsis prælegatis, cum & ipsa sint, similiter extracta, ut su 15 pra, & etiam† quia fideicōmissa. & prælegata æquiparantur. ut l. 1. ff. de leg. 1. per quæ cōcludi potest, quòd d. magister Tho. ad dicta prælegata venit ꝑ medietate, & eius filij pro alia medietate, inter quos filios venit dicta filia nata tempore vitæ dicti Bac. & veniet pro rata sua, prout & in simili no. in d. §. his ita: & in l. re coniuncti. ff. de legat. 3. non obstantibus in contrarium adductis, cum non obstent. Et primo non obstat, quod dicitur. in d. §. qui dam recte. & per gloss. quam communiter sequun- 16 tur doc. quia† illud locum habet in dispositione, in qua cadit affectio ordinata, non extracta a necessitate debiti naturalis, prout voluit ipse Io. de Imol. in d. §. quidam recte. & similiter in d. ca. Rainutius. & prout supra plenius patet. Nec obstat d.l. gene- 17 raliter. & d.l. Lucius. quia† ibi ideo est, ne extranei succedant, qui alias succederent exclusis descendē tibus, quod non est verisimile fuisse de mente testatoris. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. quod locum non habet in casu nostro, prout voluit ipse Ioann. de Imo. in d. §. quidam recte. Vnde cum nō obstet, concluditur & concludi potest, quod ad dicta prælegata uenit dictus magister Tho. pro medietate, ad quam hodie veniūt eius hæredes & pro alia medietate ueniunt eius filii, inter quos uenit d. filia fœmina, & hæc quo ad secundum quæsitum. Quo ad quartum quæsitum in ordine, quo quæritur quo ad bona relicta per dictum Bac. testatorem d. magistro Tho. filio suo, in quo relicto nulla fit mentio de filiis ipsius, prout apparet supra ibi. Item reliquit dicto iure &c. Dicendum est quòd talia relicta, in quibus nulla est facta mentio de filiis magistri Thom. prout est relictum ita factum dum dicit. Item reliquit dicto iure dicto magistro Tho. omnes terras aratorias sitas in curia Paschieluppi. Item reliquit dicto iure dicto magistro Tho. vnam domum cum claustro &c. Et ista duo relicta videntur magistro Thomaso, & non eius filiis quia quantumcunque sit apposita, dictio, Item, 18 quæ† est dictio repetitiua, nihilominus, ex quo ta- 19 les orationes sunt perfectæ, non† videtur facta repetitio de qualitatibus, & conditionibus præcedē tibus, per id quod habetur in l. qui fundum. ff. de contrahen. emp. per quam l. Bar. hoc voluit in l. in repetendis. ff. de legat. tertio. & in l. Seio. §. Gaio. ff. de fun. instr. Vnde & pariformiter non videtur facta repetitio de ipsis filiis. Pro quo facit, quia, cum talia relicta sint facta dicto magistro Tho. alia persona non repetita extrinsecus nō venit. vt ff. de ver bo. obligatio. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ita, quòd concludi potest, quòd dictæ possessionis sitæ in d. Curia Paschieluppi, & similiter dicta domus, censeantur relictæ dicto magistro Tho. & nō eius filijs, Vnde remanere debebūt apud hæredes dicti magistri Thom. ex quo dictus Bac. ante eius mortem decessit: iuxt. notata. C. quando dies leg. cedit in l. 1. & l. cum filio. ff. de legat. 1. & hæc circa quartum quæsitum in ordine. Circa tertium dubium, quod est in ordine, tamen ponendo ipsum pro quarto, cum non fuerit ad propositum, quo ad alia supra dicta. An dicta domina Geneura vxor dicti Thom. habeat regressum contra bona dicti magistri Thom. vigore obligationis factæ per d. magistrum Thom. de dote ipsius, prout apparet publicum instrumentum: & maxime quo ad bona dicti prælegati relicta d. magistro Thom. & filiis. Et dato, quod habeat regressum, quo ad bona dicti prælegati, an in omnibus bonis dicti prælegati, an solummodo in parte tangente d. magistro Thom. & An. eius viro. Dicendum est, quod dicta Gene. pro dote sua rehabenda, & consequenda contra hæredes dicti magistri Thom. agere poterit, & super quibuscunque bonis ipsius magistri Thom. habebit regressum, ex quo d. magister Thom. obliga- 20 uit se & suos hæredes, & bona, cum† & si & se suos hæredes, & bona non obligasset, nihilominus, non solum ipse, sed eius hæredes, & bona essent obligata pro ipsa dote restituenda. C. de rei vxo. actio. l. vnica, circa princip. Vnde etiam si non fuissent obligata hæredes & bona, potuisset & posset contra ipsos hæredes recurrere, & super quibuscunque bonis dicti magistri Thom. & eius hæredem. vt d. l. vnica. Vnde & fortius poterit, ex quo dictus magister Thom. obligauit se suos hæredes, & bona. C. vt actio. ab hære. & contra l. unica. & l. 21 1. & 2. C. de hære. actio. & C. qui potio. in pigno. habean. l. assiduis. imo† & per d. l. assiduis dicta domina Geneura præfertur in omnibus bonis dicti magistri Thom. omnibus aliis creditoribus habentibus tacitam hypothecam, prout ibi plenius no. & cum bona relicta ipsi magistro Tho. & filiis pro medietate ad ipsum pertinuerint, pro ipsa medietate recurrere potest super dictis bonis ipsa domina Gene. & pro alia medietate: pro aliis vero bonis relictis d. magistro Thom. cum ad ipsum in totum pertinuerint, in totum recurrere po- 22 test & poterint, super quibuscunque aliis bonis, cum in tali† obligatione ueniant non solum bona præsentia, sed etiam futura. ut l. fina. C. quæ res pigno. oblig. poss. super quo aliter non insisto, cum non expediat, cum dictus magister Thomas, obligauerit se & sua bona præsentia & futura, prout de consuetudine est &c. Dom. Ben.

THEMA CONSILII XXXVI.

PVnctus. Quædam domina Lucia vxor olim Antonij Nicolai de Spoleto, condidit testamentum, in quo inter alia, iudicauit & reliquit iure institutionis Arpa. suæ filiæ Florenos quatuor auri: Instituitque hæredem vniuersalem Leonardum eius filium: & si d. Leonardus decederet sine filiis masculis legitimis, voluit, iussit, & mandauit, quòd medietas suorum bonorum ueniat ad Ant. eius fratrem, & eius filios masculos siue fœminas pleno iure; & alia medietas deueniat ad dictam Arpalicem eius filiam, & eius filios, computata in dicta medietate legitima dictæ Arpalicis, & dictis quatuor Florenis auri. Deinde decessit dicta Lucia, superstitibus dictis Leonardo, & Arpalicę eius filiis, & filij dicti Ant. eius fratris. Postea decessit dicta Arpalicæ factis relictis iure institutionis suis filiabus, instituto hæredi vniuersali Pierfrancisco eius filio, & facto relicto post mortem dicti sui filii dicto Leonardo, de omnibus quæ petere potuisset in hęreditatibus, & bonis paternis, & maternis. Qui Pierfrancisci filius & hæres dictæ Arpalicæ professus est viuente dicto Leonar. regulam Mendicãtium Sancti Francisc. Qui Pier Franciscus ante professionem per eum factam, condidit testamentum, in quo Marinam eius sororem carnalem, & filiam dictę Arpalicę in bonis suis hæredem vniuersalem instituit. Deinde decessit dictus Leonar. sine filijs, condito testamento, in quo hęredem vniuersalem instituit Primaueram eius sororem, ipsa Primauera superstite, & superstite Marina filia dictę Arpalicę, & superstitibus duabus filiabus alterius filię dictę Arpalicę sororis dicti Leonard. & superstitibus Angelo, & filijs dicti Anton. fratris dictę Lucię testatricis, auunculi dicti Leonar. & cum euenerit casus substitutionis factę in persona dicti Leonar. ex quo decessit sine filijs, superstitibus dictis substitutis, & hęreditas dictę Lucię sit in casu restitutionis, & restitui debeat & ipsa Primauera velit dictam hęreditatem restituere detractis legitima & Trebellianica. Et pro parte dictorum filiorum dicti Anton. & similiter filiarum dictę Arpalicę dicatur, Trebellianicam non fore nec esse detrahendã, maxime ex eo, quia dicta Lucia in dicto suo testamento dixit, quòd volebat, quòd medietas suorum bonorum, vel suę hęreditatis deueniret ad Anton. eius fratrem, & eius filios masculos siue fœminas pleno iure. & de ipsa legitima non reuocetur in dubium, sed ipsa Trebellianica an debeat detrahi.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica minor est, quam legitima.*
2 *Falcidia, & Trebellianica prohiberi potest, & hæc est communis opinio.*
3 *Trebellianica prohiberi potest non solum per uerba expressa, sed etiam per verba æquipollentia.*
4 *Falcidia prohibitio inducitur, si testator mandet legata integraliter solui, vel relinquat omnia bona, tunc enim his uerbis non inducitur directa substitutio, sed tantum Falcidia prohibitio: uel si leget fundum pleno iure, vel totum.*
5 *Legitima & Trebellianica, quando eodem tempore non concurrunt, debentur & detrahi possunt.*
6 *Rogatus hæreditatem, uel eius quotam restituere, detrahere potest Trebellianicam.*
7 *Trebellianica & falcidia prohiberi non possunt secundũ vnam opinionem quæ videtur verior.*
8 *Prohiberi expresse quod non potest, multominus tacite.*
9 *Trebellianica vel Falcidiæ prohibitio non uidetur inducta si relinquat testator bona pleno iure, quia talia uerba possunt intelligi respectu proprietatis, & usus fructus, vel respectu directi Dominij.*

CONSILIVM XXXVI.

In nomine domini, Amen.

Circa hoc & si videatur prima facie dicendũ, quòd non debeat detrahi ipsa Trebellianica, cum sit minus quam legitima, ex quo est † quarta, & legitima est tertia, & cum vtraque iure institutionis debeatur, vna videtur computanda in altera, prout not. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. & in l. quanquam. C. ad l. falc. & in c. Rainutius. ff. de test. ad hoc quòd in simili not. in cap. certificari. de sepulturis. vnde cum vna confundi videatur in altera, non detrahitur ipsa Trebellianica, cum minor sit, quam legitima, prout in dictis iuribus notatur. Quod & secundo videtur ex alio deduci, nam sicut † Falcidia prohiberi potest. C. ad l. Falcidiam. authen. sed cum testator. Ita & Trebellianica, vt in authen. de hære. & Falcid. §. si vero expressit. & Iacob. de Arena. prout refert Cin. in d. auth. sed cum testator. vbi hoc idem tenet, quod & tenuit etiam Bartol. in d. authen. sed cum testator. & in l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Trebellia. per regulam positam ibi in text. per quam Bald. in l. filium quẽ habentem. C. famil. erciscun. videtur idem tenere, dicens hoc æquis esse, & ita se consuluisse. & hæc est communis opinio, prout dicit Ioann. de Imol. in dicto. §. quod autem. & dom. Ludou. Pontanus in repetitione authen. similiter. C. ad l. falcid. & cum potuerit & possit ipsa Trebellianica prohiberi, videtur in casu prædicto satis prohibita, cum videatur sufficere † quòd prohibeatur,

&

& si non per verba expressa, prout & requiritur, secundũ quod voluit Dominus Ange. in d. auth. sed cum testator. tñ sufficiet, ꝙ prohibeatur per verba æquipollentia, vt si mandet testator legata integraliter solui. ar. l. fi. C. ad l. Falcid. & hoc voluit Bart. in l. Centurio. ff. de vulga. & pupil. in 3. quæstione principali, loquendo de compendiosa facta per 4 verba æquipollentia, vt si testator † relinquat omnia bona, quod & clarius voluit Bal. in l. precibus. C. de impube. & aliis substi. dicens, quòd talia verba non faciunt substitutionem directam, sed inducunt prohibitionem Falcidiæ per l. decem. in fin. ff. de fideicom. liber. dicens, idem esse in similibus verbis, vt si dicat lego fundum pleno iure, vel lego fundum totum, vt plenius per ipsum Bal. ibi. & in l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de rei vend. ibi uidelicet idem tenere, ita quòd per hæc uerba pleno iure vr̃ ꝓhibita ipsa Trebellianica. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, uidelicet Trebellianica. non computetur in ipsa legitima, quantumcunque minor sit, & utraque iure in-5 stitutionis debeatur, ex † quo non concurrunt eodem tempore. cum legitima debeatur statim post mortem, sit & Trebellianica tunc cum euenit casus restitutionis fideicommissi, prout tenetur communiter, secundum quod no. in d. l. Papinianus. §. meminisse. & in d. l. quanquam. C. ad l. Falci. & in d. c. Rainutius. & d. c. Rainaldus. vbi hoc uidetur satis probari. Vnde cum ipsa Trebellianica non computetur in ipsa legitima, detrahetur & detrahi poterit per ipsum Prima. non solum quoad portionem restituendam filiis dictæ Arpa. cum ipsa testatrix non iusserit. nec mandauerit ipsam hæreditatem restitui pleno iure. Vnde quo ad ipsos venit detrahenda, cum non uideatur prohibita expresse nec tacite. Propter qđ succedit dispositio iuris in rogato restituere hæ-6 reditatem, † vel quotam hærereditatis, vt detrahat & detrahere posit ipsam Trebellianicam, prout habetur ff. & C. ad Trebel. sed etiam a filiis dicti Ant. quantumcunque ipse testatrix disposuerit, quòd medietas dictæ eius hæreditatis deueniat ad dictum Ant. eius fratrem, & eius filios masculos, siue fœminas pleno iure, prout ex pluribus de-7 ducit. Et primo quia non est verũ, ꝙ † Trebellianica prohiberi posit, sicut & Falcidia, prout voluit gl. in d. auth. sed cum testator. & Iac. de Beluisio disputando, secundum quòd refert Bar. in d. §. quòd aũt. & Bal. in d. aut. sed cum testator. & Io. de Imo. in d. §. quòd autem. dicens hanc opinionem veriorem esse, cum tex. in d. §. quod autẽ: non probet dictam regulam: & hoc idem voluit dominus Ludo. in d. auth. similiter. dicens hanc opi. veriorem esse per plures rationes ibi per eum assignatas. Vnde si dicta opinio verior est, vt non posit prohiberi ipsa Trebellianica, potuit & potest dicta domina Primaue. detrahere dictam Trebellianicam, non obstante quòd dictus testator usus 8 fuerit talibus uerbis, pleno iure. nam † si non potest prohiberi expræsse, multominus tacite. vt in auth. multomagis. C. de. sac. sanc. eccle. & in c. cum in cunctis, de electio. Quod & secundo demõstratur ex alio, quia etiam si Trebellianica prohiberi posit, nihilominus hoc casu non videtur prohibita per talia uerba, ita ut detrahi non posit, 9 cum talia † uerba pleno iure, non uideantur inducere prohibitionem ipsius Trebellianicæ, cum posit alio modo intelligi, videlicet, respectu proprietatis & usufructus, vel respectu directi dominii, prout no. in d. l. Iulianus. vt C. ad Tertu. in l. mater. & C. de bo. quæ libe. l. fi. §. similique modo. prout uoluit Paul. de Cast. in d. auth. sed cum testator. dicens cum hæc quæstio esset de facto Florentiæ, & eius consilio esset remissa, ipse ita consuluit per rationes prædictas. Quod & uidetur tenere do. Ludo. Ponta. in d. aut. similiter. dicens, quosdam ita consuluisse. & in hanc partem inclinasse, præcipue quændam doctorem, cuius consilio fuit transmissa hæc quæstio, ut & fuit ipse Pau. de Castro, secundum quod ipse refert per plures rationes per ipsum dominum Ludo. assignatas in d. auth. similiter circa finem: quod & tenuit etiã excellentissimus doc. do. Io. de Mõtesperello. in dicta aut. similiter, in lectura & in Repetitione per plures rationes, & maxime per rationem prædictam, vt plenius per eum ibi. Ita quòd per hæc dici & concludi potest, quòd licet prohiberi posit ipsa Falcidia, uel Trebellianica per uerba æquipollentia: tamen non uidetur prohibita per dicta uerba, pleno iure, ex quo possunt aliud importare, non obstantibus in contrarium adductis, cum non obstent. Non enim obstat quod voluit ipse Bart. in d. l. centurio. Quia licet sufficiant uerba æquipollentia, ut super, tamen tale uerbum, pleno iure, non inducit prohibitionem Falcidiæ uel Treb. nec contrarium uoluit ipse Bar. in d. l. centurio. si bene inspiciantur uerba ipsius Bar. imo faciunt in contrarium, quia prout ipse dicit talia uerba, omnia bona, faciunt substitutionem esse directam: nam si esset obliqua detraheretur Falcidia, non obstantibus dictis uerbis, prout uoluit ipse Pau. de Castro in d. auth. sed cum testator. Nec obstat qđ voluit ipse Bal. in d. l. præcibus. & in d. l. Iulianus. cum hoc non sit uerum, quòd talia uerba inducant prohibitionem Falcidiæ seu Trebe. ex quo possunt aliud operari, & importare, prout etiam supra patet & communiter tenetur.

THEMA CONSILII XXXVII.

PVnctus. Extat statutum disponens, quòd tutrix si tradet se nuptui, ista tutela concedatur legitimo, & proximiori, & digniori consanguineo pupilli, & si aliter fieret, non valeat ipso iure, & quis sit dignior consanguineus, remaneat in prouisione potestatis, vel sui iudicis. Modo quędam domina Angela vxor quondam Rainaldi de Vrbe Vetere, mortuo dicto suo viro, assumpsit tutelam cuiusdã suę filię pupillę, & dicti Rainal. đ Vrbe Veteris q̃ nũc velle trãsire ad secũda vota, & vellet pe-

tere tutorem dictæ suæ filiæ pupillæ, fratrem carnalem ipsius matris tutricis. Dubitatur, quia dicta pupilla habet consanguineos ex latere paterno, videlicet, fratrem Consobrinum patris sui, & sororem carnalem sui patris: Ista mater vellet quod daretur frater suus. Quæritur nunquid Potestas, vel suus iudex possit dare, stante statuto. Et præsupponitur, quod vterque consanguineus ex latere paterno est forte magis potens, & maioris extimationis, & reputationis, & magis diues in dicta ciuitate, tamen dicta potentia esset ita damnosa, sicut proficua dictæ pupillæ: placeat consulere quid iuris.

SVMMARIVM.

1. *Consanguineus dicitur, qui est de eodem sanguine natus.*
2. *Mater & auia non possunt dici consanguineæ, ex quo iura sanguinea apud res non sunt.*
3. *Frater dicitur proximior, & consanguineus.*
4. *Frater Vterinus censetur consanguineus secundum propriam significationem, licet quandoque appelletur consanguineus coniunctus ex latere paterno.*
5. *Statutum loquens de consanguineo, intelligi debet de coniuncto ex latere materno, secundum propriam significationem, secundum quam statuta sunt intelligenda, nisi communis vsus loquendi aliud suadeat.*
6. *Communis vsus loquendi etiam in statutis attenditur, & secundum eum statuta sunt intelligenda.*
7. *Consanguineus ex communi vsu loquendi dicitur, quocunque sanguine sit coniunctus, & sic coniunctus etiam ex latere materno.*
8. *Potentia aliquando est magis damnosa quam vtilis.*
9. *Statuti verba, quando sunt clara, sunt attendenda, & ab eis non est recedendum.*

CONSILIVM XXXVII.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfato puncto, seu statuto, videatur dicendum, quod d. do. Ange. mater dictæ pupillæ non potuerit nec possit petere dari in tutorem dictum eius fratrem carnalem, attenta dispositione dicti statuti, cum non fuerit nec sit consanguineus dictæ pupillæ, ex quo † non est de eodē sanguine natus, prout videtur requiri, vt censeatur consanguineus, prout voluit Bal. in d. l. fi. C. de verbo. signi. loquendo de matre † & auia, vt non dicantur, nec dici possint cōsanguineæ, ex quo iura sanguinea non sunt apud matrem. pro quo etiam facit quod habetur C. de legit. hære. l. consanguinitatis. Sed his non obstantibus de iure contrarium dicendum est, vt ipsa mater potuerit & possit petere dictum eius fratrem carnalem in tutorem dari dictæ pupillæ, cum locus sit datiuo, ex quo iam assumpsit tutelam, & vult transire ad secunda vota, vt voluit gl. ff. de testa. tute. l. si quis sub conditione. vbi Bar. hoc idem tenuit, quod etiam voluit glo. C. quā mul. tuto. off. fun. po. in auth. sacramenta puberū & ipse Bar. in auth. matri & aui. C. eo. ti. sed etiam attenta dispositione dicti statuti disponentis vt dicta tutela concedatur proximiori & digniori consanguineo: nam & ipse † frater proximior est, & etiam consanguineus, prout habetur in rubrica, de consanguinitate & affinitate. & in c. non debet. eo. ti. & prout voluit gl. notabilis. ff. de acqui. hære. in l. cum quidam. §. dicitur, loquendo de fratre Vterino, vt † censeatur cōsanguineus, quod & voluit etiā Bar. ibi, & Bal. & Ang. prout refert Imo. dicens ibi, hoc procedere secundum propriam significationem: licet quandoque appelletur consanguineus, coniunctus ex latere paterno, prout habetur. ff. de suis & leg. in l. post consanguineos, propter quod dicit, quod ita capi † debeat in statutis, cum statuta sint intelligenda secundū propriam significationem. ff. de nego. gest. l. 3. §. hæc verba. & hoc nisi communis vsus loquendi aliud habeat, cum ipse † attendi debet. l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fun. instruc. imo & prout dicit Bar. communis vsus loquendi habet, vt dicatur † consanguineus quocunque sanguine sit coniunctus, & sic coniunctus etiam ex latere materno, quod & voluit etiam Bald. in d. l. fin. de verb. signifi. secundum quem communem vsum loquendi, statuta sunt intelligenda, prout not. ff. de lega. 3. l. liberorum. §. quod tamen Cassius. & in d. §. asinam. Vnde cum dictus frater dictæ mulieris fuerit proximior & consanguineus, maxime attento com muni vsu loquendi, ipse poterit & potuit dari in tutorem, & ipse Potestas ita decernere poterit & debebit, cum digniorem cæteris paribus, & maxime cum sit proximior & nobilis, put ipse frater consobrinus, esto quod non sit ita potens, & ita diues, cum talis † potentia potuerit esse magis damnosa quam vtilis, vt esset, si esset ita diues, & potens, quod de facili conueniri non posset, prout in simili no. de fide instru. in l. si fideiussor. & in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cogan. & ff. de iudi. in l. sed si fuccesserit. & hoc si ipsi Potestati, seu iudici videatur, cum in eius dispositione & arbitrio committatur, prout in ipso statuto disponitur, a cuius † verbis non est recedendum, cum sint clara. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. & facit ad hoc quod not. in iuribus prædictis &c. Do. Bene. de Benedictis.

THEMA CONSILII XXXVIII.

PVnctus. Quidam Titius frater vterinus cuiusdam Gentilis dedit pro parte dotis Gentili Florenos centum, quos Florenos maritus confessus fuit recepisse a dicto Titio pro parte dotium dictæ Gentilis, & in casu restitutionis dotis promisit restituere eidem. Quæritur stā te d. statuto, an filia sic a fratre dotata, excludatur a successione materna &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens de muliere dotata, vt excludatur a successione, intelligitur de congrue dotata.*
2 *Dos congrua dicitur arbitrio boni viri, quæ saltem ascendere debet ad legitimam.*
3 *Statuti verba, quando sunt clara, attendenda sunt, nec ab eis est recedendum.*
4 *In alternatiuis sufficit alteram partem esse ueram.*
5 *Dictio, aliquid, verificatur etiam in modica parte.*
6 *Statutum etiam durum est seruandum in loco, prout & ius commune.*

CONSILIVM XXXVIII.

In nomine domini, Amen.

Etsi viso, & considerato præfato puncto, seu statuto, & contentis in eo, videatur dicendum quòd præfata domina Gentilis admittatur & admitti debeat ad successionem dictæ suæ matris ab intestato defunctæ, vnà cum dicto Titio eius fratre vterino, prout de iure communi est. C. ad Orfic. l. 1. & l. matri. & C. de libe. præte. l. maximum vitium non obstante præfato statuto excludente mulierem dotatam a patre, vel a fratre, quandiu supersit filius masculus, cum possit dici quòd non fuerit ab ipso fratre dotata, ex quo congruam dotem non assignauit. tale † enim statutum disponens de muliere dotata, vt excludatur a successione, intelligeret & intelligi debebit de congrue dotata, prout voluit Bald. in l. fi. C. de dotis promis. per id quod habetur. ff. de leg. 2. l. si filiæ. & in consilio suo quod incipit. Quia statutum tria habet capita. & etiam in alio consilio, quod incipit. Materia diuiditur in duas partes: quod voluit etiam similiter Bartol. de Sali. in auten. res quæ. C. communia de leg. per iura prædicta. Congrua † enim dos dicitur & dici potest arbitrio boni viri. vt d. l. si filiæ. quæ saltem ascendere debet ad legitimam, prout voluit Bald. in d. consilio, quod incipit, Quia statutum. Vnde cum dicta Gen. non fuerit congrue dotata, videlicet, arbitrio boni viri. ex quo fuit dotata in Flore. centum, habita consideratione ad aliam eius dotem, tale statutum non videtur habere locum per iura prædicta. Contrarium tamen de iure dicendum videtur. vt d. do. Gen. excludatur a dicta successione, quousque superuixerit masculus, prout disponitur in ipso statuto, & conclusum extitit per præfatum dominum Galuanum famosissimum vtriusque iuris Doctorem fratrem honorandum. Tale enim statutum ipsam ita excludit a dicta successine, ex quo fuit ab ipso fratre ita dotata, cum dicatur & dici possit ab ipso fratre dotata, ex quo maritus ipsius fuit confessus se recepisse dictos Flore. centum a dicto Titio pro parte dotium dictæ Gen. sufficit enim vt ipsa mulier censeatur dotata ab ipso fratre, non solum si maritus confessus fuerit recepisse dotem, sed etiam si fuerit confessus se aliquis recepisse nomine dotis, prout disponitur in ipso statuto, a cuius † verbis non est recedendum, cum sint clara. l. illæ. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. tale enim statutum non loquitur copulatiuæ, sed alternatiuæ, apponendo dictionem, seu, propter † quod sufficit alteram partem esse veram, prout not. ff. de auro & argen. leg. l. si quis ita. & ibi per Bartol. Vnde sufficit quòd aliquid pro dote receperit, seu confessus fuerit recepisse. Satis enim censetur confessus aliquid recepisse nomine dotis, ex quo confessus fuit se recepisse Florenos centum, cum dictio † aliquid, verificetur etiam in modica parte, prout voluit Inno. in cap. Quod nonnullis. circa fin. de priuile. & gloss. in cle. vnica: in verbo, earum parte. de foro compet. & Bald. in l. 2. C. de testa. vnde cum verificetur in modica parte, tale statutum verificatur in casu prædicto, adeo quòd habebit locum in casu prædicto, quod † licet videatur durum tamen erit seruandum in loco, prout & ius commune. ff. de iust. & iure. l. omnes populi. & ff. qui & a quibus lex prospexit. Quòd & locum habebit, si dictus Titius, non solum si dotauerit, sed etiam vltra hoc receperit promissionem restitutionis dotis pro ipsa vxore, prout in ipso statuto disponitur, quod copulatiuæ loquitur, ad hoc quod not. ff. de iur. & fact. ing. in rubr. & in cap. 2. de rescrip. & ff. de condi. insti. l. si hæredi plures. Vnde cum tunc censeatur ipsa Gen. dotata ab ipso Titio, ipse Titius excludit ipsam a successione matris, quousque superuixerit masculus, si de dicta confessione dicti mariti appareat & dictus Titius promissionem receperit, prout in dic. statuto disponitur non obstantibus in contrarium adductis, non obstent, vt patet ex prædictis. Dominus Benedictus.

THEMA CONSILII XXXIX.

Extant. Duo instrumenta eisdem diebus testibus, & eodē momento confecta. Quorum vno cauetur, quòd Franciscus Angelus fuit confessus pœnes se habuisse & recepisse a quodam domino Iaco. pro dote & dotis nomine domine Pierātionæ cuiusdam domini Iaco. filię, & vxoris tunc futuræ ipsius Franci. Angeli, Flore. quadringentos quinquaginta, videlicet, trecentos & 25. Flore. de bonis, dote, & hæreditate olim do. Catherinæ vxoris præfati do. Iaco. tunc præmortuę, & matris dictæ dominæ Pirantoniæ, & alios Florenos centum & 25. restantes vsque in dictam summam dictorum Florenorum 450. de bonis proprijs præfati domi. Iaco. patris dictæ do. Pierāto. & pro omni eo, & toto quod ipsa domina Pieranto. petere & exigere posset, ac sibi cō peteret, tam in bonis ipsius do. Iac. sui patris, quam etiam in bonis, dote, & hæreditate, supradictæ domi. Chaterinæ suæ matris, quomodocunque & qualitercunque, & quocunq; iure, titulo, causa, vel occasione, vsq;

 in præ-

in præsentem diem, ac etiam in futurum per pactum habitum, & firmatum inter præfatū dominum Iacob. tanquam patrem & bonorum administratorem legitimū præfatæ do. minæ Pieran. ex vna parte. & prędictum Frā ci. Angel. ex altera parte: Quam dotem prædictam præfatus Franc. Angel. promisit reddere & restituere soluto matrimonio. &c. Alio quidem instrumento cauetur in effectu, quòd dictus dom. Iacob. non obstante supradicta confessione facta per dictum Frā ci. Ang. ex parte altera, statim & immediate promisit soluere dictis Franc. Ang. pro dictæ do. Pierantoniæ eius filiæ dictos Florenos quadringentos quinquaginta, supradicto modo videlicet, trecentos & 25. de bonis, dotæ, & hæreditate olim dictæ domi. Catheri. vxoris eisdem domini Iaco. tunc præmortuę, & matris dictæ dominæ Pierant. & alios Flore. centum, & 25. restantes vsque in dictam summam dictorum 450. Flore. de bonis proprijs dicti do. Iaco. patris dictæ do. Pieranto. & pro omni eo, & toto quod ipsa do. Pieranto. petere & exigere posset ac sibi competeret, tam in bonis prędicti domini Iae. sui patris, quam etiam in bonis & hæreditate, ac dotæ dictæ do. Cathe. suæ matris, quomodocunque, & qualitercunque, & quocunque iure, titulo causa, & occasione, vsque in præsentem diem, ac etiam in futurum per pactum habitum, & firmatum inter præfatum do. Iaco. tanquam patrem, & bonorum administratorem legitimum dictæ do. Pieranto. ex vna parte, & dictum Franc. Ange. ex altera, Quam dotem vt supra pro maiori parte dictus Franc. Ange. postea habuit & recepit in pecunia numerata a dicto do. Iaco. & de ea fecit quietationem in forma, excepto quodam residuo dotis prædictæ. Postmodum mortuus est dictus dominus Iaco. intestatus superstitibus sibi tribus filiabus indotatis, & vno filio masculo ex secundo matrimonio, & dicta do. Pieranto. ex primo matrimonio & dotata vt supra. Tandem mortuus est dictus filius masculus, superstitibus sibi dictis tribus sororibus vtrinque coniunctis & indotatis vt supra, & dicta do. Pieranto. ex vno latere tantum & dotata, & extante in loco & vigente statuto supra posito, & præsupponitur, quòd dos materna dictæ do. Pieranto. recepta & habbita per dictum dominum Iaco. fuit Florenum 450. auri. Quæritur modo, an dicta do. Pierant. possit petere & debeat habere dictam dotē maternā, sine aliquo regressu, & præiudicio fiendo contra dictum Frāc. Ang. supra dictis confessione, promissione, & quietatione non obstantibus, quæ dos materna fuit Flore. 450. auri. Item posito quòd dicta do. Pieranto. non possit petere dictam dotem maternam, an conferendo dotem illam, videlicet, quam habuit a dicto eius patre, admittatur ad successione in hæreditate dicti do. Iaco. sui patris. prædicti, vna cum dictis tribus sororibus, videlicet pro quinta parte, ex quo mortuus est dictus filius masculus excluso penitus quodā Pierfrancisco eius Patruo, supradicto non obstantibus dictis confessione, & promissione, de quibus apparent publica instrumenta. vt supra, & considerentur bene verba supradictæ confessionis, & promissæ dotis prædictæ, ac etiam verba dicti statuti, cum dicta Pierant. fuerit dotata, & sic de descendētib. sui aui paterni videlicet, Nicolai aui paterni, & sic superstit dictus patruus, qui etiā est, de descēdētibus, & filius dicti Nico. aui paterni dictæ do. Pieranto. cū dictus Nico. fuerit pater dictorum do. Iacob. & Pierfran. patrui dictæ do. Pierāto. & aliarum suarum sororum, vt supra indotatarū, & supra dicti fuit de quinta parte dictę hæreditatis dicti do. Iac. quia pręsupponitur, quòd in porcione dicti filij masculi, dicta domina Pierā. ex vno latere tantum ei coniuncta, non succedat, sed ei succedant sorores vtrinque coniunctæ. Consilium petitur in fauorem dictæ do. Pieranto. vt admittatur ad successionem hæreditatis dicti sui patris pro quinta parte, prout supra vna cum alijs tribus sororibus prædictis &c.

SVMMARIVM.

1. *Matris dos ab intestato ad filios defertur.*
2. *Floreni in auro sunt maioris valoris, quam Floreni in moneta.*
3. *Dos quando videatur promissa de bonis dotantis, & quā do bonis dotatæ.*
4. *Statutum posse excludere filiam dotatam a successione temporaliter, videlicet, quousque vixerit filius masculus descendens a dotante.*
5. *Pars exclusi ab hæreditate ei defertur, in cuius fauorem excluditur.*
6. *Dictio, quicunque est distributiua.*
7. *Dictio seu regulariter, alternatiua ponitur.*
8. *Exclusus ad tempus a successione, post tempus admittitur, & ita communiter tenetur.*
9. *Statutum excludens filiam dotatam, intelligitur excludere ab hæreditate dotantis solum, & dunec extat masculus descendens ex stirpe dotantis.*
10. *Alternatiua de sui natura verificatur in vno ex alternatiue positis.*
11. *Statuti verba simpliciter loquentis, intelligi debent secundum ius commune, & vt minus deuient a iure communi*

muni, quam fieri potest.

12 Dictio, omnis, est collectiua.

13 Dictio, aliquis, est distributiua.

14 Argumentum ab absurdo in statutis locum habet.

15 Exclusio statuti a successione, est quaedam exhaeredatio, quae in dubio non intelligitur facta, nisi expresse, & nominatim fiat.

16 Patruus, existentibus filius defuncti non dotatis: non succedit, sed excluditur, & ipse ita exclusus non excludit dotatam filiam, etiam stante statuto, quod filia dotata non succedat.

17 Exclusor an & quando admittatur ad partem exclusi a successione, & econtra, in terminis statuti excludentis aliquem a successione.

18 Casus a statuto omissus, remanet in dispositione iuris communi.

CONSILIVM XXXVIII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato praefato puncto, statuto, & instrumentis, seu eorum copia praedictis, de duobus principaliter quaeratur, ad quodlibet respondendum est: & primo, ad primum, quod est, an dicta do. Pieranto. possit petere et debeat habere dictam dotem maternam sine aliquo regressu & praeiudicio fiendo contra dictum Franci. Angel. & ei Circa quod & si videtur dicendum, quod ipsa dom. Pieranton. petere potuerit, & possit dotem suam do. Cathe. eius matris, si heres eius fuerit & fil, prout & videtur fuisse & esse, si decessit ab intestato, superstite tantum ipsa do. Pierant. cum † ad eam fuerit dicta haereditas & sit dos deuoluta & deuolui debuerit. C. ad orfi. l. 1. & l. mater, & C. de rei vxo. actio. l. vnic. §. t. si tamen ipsa Pieranton. repetat & repetere velit dictam dotem, saltem quatenus tradita fuit dicto Franc. Angel. contra dictum do. Iacob. seu eius haeredes, poterunt eius haeredes habere regressum contra dictum Franc. Angel. vt ipse dictam dotem, quam confessus fuit habuisse dictis haeredibus restituat, seu eos conseruet indemnes, prout in simili dicitur de soluente falso procuratori. ff. de condi. ob. causam. l. si procuratori falso. Soluit enim dictus do. Iacob. dicto Fran. Angel. non solum dictam quantitatem 325. Floren. de bonis & haereditate dictae Catheri. matris dictae Pieranto. sed etiam centum & 25. de bonis suis, & pro omni eo, & toto, quod dicta do. Pieranton. petere & exigere posset, tam in bonis dicti do. Iacob. eius patris, quam etiam in bonis & haereditate, ac dote, dictae do. Cathe. eius matris, propter quod videtur, quod si dicta do. Pieranton. repetat dictam dotem maternam, dictus Franc. & Angel. teneat refundere & restituere dictam quantitatem per eum receptam, & sic dictos 450. Floren. dotis maternae, ex quo dictam quantitatem ipse recepit pro omni eo, & toto, quod dicta do. Pieranto. recipere debuit pro dicta dote materna, prout not. in d. l. si procuratori. & ff. de neg. gest. in l. si ego. Quod procedit, nisi quo ad aggium monetae cum promiserit dicto Fracne. Angel. dictos 450. Floren. ad rationem 40. Bologni. pro Floren. & dos materna fuerit 450. Floren. auri quae dos materna differt a dote 2 promissa, cum Floreni † in auro sint in maiori valore, quam Floreni in moneta, ad rationem d. Bolendinorum pro Floren. & in auro fuit & est restituenda ipsa dos materna. ff. de solu. l. paulus. & de lutelur. cap. quanto propter quod dici potest, quod dicta do. Pieranton. etsi petere non possit dictam quantitatem 350. Flore. ad rationem 40. Bol. pro quolibet Flore. quin haeredes habeant & habere possint regressum contra dictum Franc. Angel. tamen bene petere potuerit residum, quod restat de d. quantitate 450. Flore. auri. eum illud habere debuerit a d. d. Iacob. & in eius bonis, nec fuerit solutum dicto Franc. An. vnde non tenetur restituere: imo & plus dici potest, quod & ipsa petere potuerit & possit, eidem restitui dictam quantitatem centum & 25. Flore. promissam. & solutam, quantumcunque dicta quantitas fuerit promissa d. Franc. Ang. promisit enim dictus d. Iacob. dictam quantitatem centum & 25. Floren. pro omni eo, & toto, quod dicta do. Pierant. petere & exigere posset, & sibi competeret tam in bonis dicti. do. Ia. sui patris, quam etiam in bonis, ac haereditate supradictae Cathe. suae matris quomodocunque, & qualitercunque vsque in praesentem diem, ac etiam in futurum: quo 3 † casu videtur promissa de bonis suis, & non de bonis dictae do. Pieranton. si dictus do. Iacob. erat soluendo, & quatenus erat soluendo, alias videtur promissa de bonis ipsius do. Pieranton. & debitis eide ex causa & occasione dictae dotis: videlicet, si non erat soluendo, vel quatenus non erat soluendo, prout videtur expressum. in d. l. fi. §. 1. C. de do. promis. & vt plenius ibi no. ita quod per haec videtur posse dici, quod dicta do. Pierant. petere potuerit, & possit ipso do. Iacob. existente soluendo, vt praesupponitur, in vna manu dictos Flore. c. & 25 & etiam residuum quatenus fuisset debitum pro aggio dictae quantitatis 450. Flore. in auro prout supra dictum fuit. Et haec circa primum. Circa secundu vero quod est, an dicta do. Pieran. conferendo dotem suam, videlicet, illam quam habuit a patre, admittatur ad successionem in haereditate dicti do. Iac. sui patris, vna cu dictis eius sororibus videlicet, pro quinta parte, ex quo mortuus est dictus filius masculus, exclusa poenitus quodam Pieranton. eius patruo, non obstante dicto statuto, & non obstantibus dictis confessionibus, & promissionibus, vt in ipso puncto deducitur. Circa quod, & pro praedicti quaesiti declaratione, plura consideranda sunt, & primo, quod cum dicta do. Pieranto. fuerit dotata a dicto do. Iacob. saltem in quantitate centum & 25. Floren. de bonis suis promissa, imo & soluta ipso existente soluendo, vt supra, ipsa do. Pieranto. fuit exclusa a successione dicti do. Iacob. quousque vixerit dictus filius masculus descendens ex dicto do. Iacob. eam dotante vt supraattenta dispositione d. statuti, & fuit exclusa non simpliciter, sed temporaliter, videlicet, quousque vixit, prout plenius no. ff. ad tertu. in l. fi. & ibi per Barto. & per Bald. C. de lib. praete. l. maximum vitium. & ff. de lib. & posthu. l. si quis posthumos. & l. si filium. vnde pro tempore, quo vixit dictus

ctus filius masculus, ipsa non successit nec succedere potuit, attenta dispositione dicti statuti, prout communiter tenetur potuit 4 † enim tale statutum ipsam filiam dotatam ad tempus excludere, prout exclusit, videlicet, quousque vixerit ipse filius masculus descendens ex dicto Ia. dotante, & cum postea decesserit dictus filius masculus do. Iac. superstitibus dictis tribus sororibus non dotatis, & superstite dicto Pierfran. eius patruo, dicto filio successedunt dictæ tres sorores non dotatæ utrinque coniunctæ, exclusa dicta Pieranto. ex latere paterno tantum cõiuncta. C. de legi. hære. auten. cessante. ac etiam excluso dicto patruo. vt in auten. post fratres eo. tit. & in corpore vnde sumitur quod sine dubio procedit in quinta portione delata dicto filio masculo, ex bonis paternis: se in quinta portione delata dicto filio masculo propter exclusionem ipsius filiæ dotatæ, cum eidem fuerit delata quousque vixit. Ex quo 5 † fuit dicta Pieranton. ex eo, quia dotata, exclusa fauore ipsius masculi. propter quod fuit eidem masculo applicata, prout not. C. de leg. hæred. in l. si defunctus. Cadit dubitatio & non parua, an in dicta quinta parte, dicta Pieran. succedat, attenta dispositione dicti statuti: circa quod, etsi videatur prima facie dicendum, quòd dicta Pierant. dotata a dicto do. Iac. fuerit, & sit exclusa a dicta successione dicti do. Iaco. pro dicta quinta parte, quousque vixit & viuat dictus Francis. eius patruus, attenta dispositione dicti statuti, excludit enim dictum statutum dictam filiam dotatam a patre, non solum a successione patris dotantis aui, sed proaui, matris, auiæ, & proauiæ, cum eam excludat quousque superest aliquis natus ex legitimo matrimonio de stirpe masculina omnium prædictorum, vel alicuius eorum, ipse enim patruus natus fuit & est de linea & stirpe prædictorum, vel alicuius ipsorum. videlicet, ipsius auis vnde verificatur tale statutum, propter quod uidetur quod, & ipsa non succedat, nec succedere possit quousque ipse patruus uiuit, quantumcunque ab ipso auo non fuerit dotata, cum sufficiat, quod fuerit dotata a quocunque prædictorum. Tale 6 enim † uerbum uidetur esse distributiuum, propter quod uidetur uerificari, ut a quocunque ipsorum fuerit dotata, sufficiat; iuxta notata ff. de hæredi. instit. l. hoc articulo. Imo & uidetur sufficere, quòd fuerit per uerba de præsenti desponsata, ut patet ex uerbis illis: seu per uerba de præsenti desponsata legitime 7 cum dicto † seu, regulariter alternatiuæ ponatur: prout nota ff. de au. & argen. leg. l. si quis ita & ibi per Bart. Vnde & fortius uidetur habere locum tale statutum in dicta Pieranto. cum non solum fuerit per uerba de præsenti desponsata: sed etiam nupta matrimonio carnali copula consummato, per quæ uidetur, quòd ipsa non successerit, nec succedat dicto domino Iacob. eius patri, & in eius bonis & hæreditate, non solum quousque uixerit eius filius, sed etiam quousque uixit & uiat dictus Pierfran. eius patruus, ex quo descendit ex quo Nicol. eius auo, & patre dicti domi. Iacob. & similiter ex eorum auia, attentis uerbis dicti statuti: per quæ uidetur, quod dicta domina Pieranto. excludatur a successione dicti domini Iacob. eius patris, quousque uixerit dictus Pierfran. eius patruus. Sed his non obstantibus. contrarium de iure dicendum est, ut & ipsa Pieranto. exclusa a dicta successione dicti domini Iacob. quousque uixit dictus filius masculus dicti dom. Iacob. eius fratris, tamen post eius mortem, cum fuerit temporaliter exclusa, uidelicet, usque ad mortem dicti filij dicti domini Iaco. eius fratris, admittatur ad ip-8 sam † successionem, ex quo fuit ita temporaliter exclusa, & usque ad istud tempus, prout communiter tenetur, secundum quod not. in d. l. si. ff. ad tertu. & ibi per Bar. & Bal. in d. l. maximum uitium. & in d. §. si filium. & admittetur ad ipsam successionem dicto do. Iac. pro quinta parte, cum & ipsa successerit & succedat pro quinta parte. Ex quo dictus do. Iaco. decessit superstitibus dictis quinque filiis, uidelicet, quatuor fœminis, & uno masculo: propter quod successerunt & succedunt quolibet succedẽte pro quinta parte. C. de suis & legi. auth. in successi. & in corp. unde sumitur. unde ipsa Pierant. succedit pro quinta parte cum dictis suis sororibus succedentibus pro dictis quatuor partibus. computata parte dicti filij masculi, in qua dictæ tres filiæ, utrinque coniunctæ, succedunt, exclusa dicta Pierant. ex uno latere tantum coniuncta, prout supra dictum fuit, & ipsa succedit, conferendo quod habuit ab ipso domino Iac. eius patre, & de bonis suis pro eius dote, prout habetur C. de col. l. filiæ. & in l. dotis. & auten. ex testamento. & succedit dicta Pierant. pro quinta parte excluso dicto Pierfranci. eius patruo, cum dictus Pierfranc. non successerit nec succedat dicto domino Iaco. exclusis dictis filiabus indotatis: imo, & nec exclusa dicta dom. Pieran. dotata, prout & de iure communi non succedit stantibus ipsis filiabus. ut d. auten. in successione. imo & nec succedit in dicta quinta parte spectante & pertinente ad dictam dominam Pierant. dotatam, attenta dispositione præfati statuti, prout ex pluribus deducitur. & primo, quia si bene ponderetur tale statutum & eius uerba, tale 9 † statutum non excludit dictã filiã dotatã, nisi donec & quousque supersit masculus descendens ex ipso dotante, & ex eius linea, prout patet ex uerbis ipsius statuti: tale enim statutum loquens de muliere dotata, ut excludatur ab ipsa successione, habet plura capita. Primo enim loquitur de muliere dotata a patre, uel a matre, uel ab auo, uel proauo, auia, uel proauia: seu per uerba de præsenti desponsata, ut & ipsa non possit uenire ad successionem ab intestato patris, aui, uel proaui, auiæ, seu proauiæ loquendo semper alternatiuæ, propter quod uerificatur in una persona, uidelicet, quod si fuerit dotata a patre, non possit uenire ad successionem patris, & si fuerit dotata ab auo, non possit uenire ad successionem aui, & similiter si fuerit dotata a matre, non possit uenire ad successionem matris: & si fuerit dotata ab auia, non possit uenire ad successionem auiæ, & si a proauia nõ possit uenire ad successionem ipsius proauiæ: ita quod hucusque si statutum ultra non disponeret, ipsa mulier dotata excluderetur a successione ipsius dotantis, prout colligitur ex uerbis ipsius statuti ita alter-10 natiuæ loquentis, cum ipsa alternatiua † de sui propria natura uerificetur in uno ex alternatiuæ positis, prout not. ff. de re. dubi. in l. si is qui ducenta. §. utrũ. & C. de uerbo. sing. l. cum quidam. & in c. inter cæteras. de rescri. & in regula. in alternatiuis. de reg. iur. in 6.

in 6. Quod & clarius demonstratur ex alio, cũ verba statuti simpliciter loquentis, intelligantur & intelligi debeant de ipsa muliere, vt excludatur a successione dotantis. prout voluit glo. not. C. de legi. hære. in l. 1. ubi Bal. hoc idem voluit & ita commu-
21 niter tenetur. verba enim † statuti ita simpliciter loquentis intelliguntur: & intelligi debent secundum ius commune, & vt minus deueniant a iure communi, quam fieri potest, prout nota. ff. de vsuca. in l. 2. & ibi per Bar. & C. de noxa. l. 2. & de consue. ca. cum dilectus. ita quod si statutum vltra non disponeret, ipsa mulier dotata excluderetur solum ab hæreditate dotantis, & nõ ab alijs. Verum quia ipsum statutum ipsam non excludit perpetuo, sed temporaliter, videlicet, donec superest aliquis masculus natus ex legitimo matrimonio de linea & stirpe masculina descendentium omnium prædictorum, vel alicuius eorum. Et istud est secundũ caput ipsius statuti, quod si bene consideretur, ipse patruus non excludet ipsam filiam dotatam ab hæreditate ipsius patris dotantis, cum ipse non sit natus ex legitimo matrimonio de linea seu stirpe descendentium omnium prædictorum: non enim est natus de linea descendentium omnium prædictorum, cum & ipse non sit natus ex stirpe & linea ipsius patris dotantis, nec ex linea matris dictæ do-
22 minæ Pierant. Verbum enim † omnium collectiuum est, & colligit omnes prædictos prout not. in d. l. hoc articulo. & ibi per Bar. & prout no. in c. solitæ: de maiori. & obe. ita quòd hucusq; quantumcunq; supersit dictus patruus, non subest talis masculus, qui sit natus ex linea omnium prædictorũ. Vnde ipsam mulierem dotatam non excludit: & si non sit natus ex linea seu stirpe. alicuius ex prædictis, tamen videtur sufficere, vt denotant verba illa, vel alicuius ipsorum, cum natus fuerit, & sit ex dicto Nicolao patre dicti do. Iaco. propter quod videtur ipsam mulierem dotatam excludere, cum
23 talis † dictio, alicuius, distributiua sit: iuxta no. in d. l. hoc aeticulo. Sed certe ad hoc respondetur, ꝙ intelligetur & intelligi debet alicuius ipsorum videlicet, ipsius dotantis, cum uerba illa intelligantur & intelligi debeant ut minus deueniant a iure communi, vt supra dictum fuit. Vnde intelligetur de masculo descendente ab ipso dotante, ut ipse excludat ipsam mulierem dotatam, & non de masculo descendente ex linea non dotantis: alias sequeretur quòd masculus descendens ex alio, puta auo, vel proauo, auia, vel proauia, excluderet ipsam filiam ab hæreditate ipsius patris eidem de iure debitam, & sic ab hæreditate ipsius patris, quod videtur fuisse absurdum, nec fuisse de uoluntate ipsorũ statuentium, ut ipse, qui non descendit ex ipso dotante, excludat filiam ab hæreditate sibi debita, quod videtur esse absurdum, & absonum, quod ar-
24 gumentum † etiam in statutis locum habet, prout not. ff. de bo. liber. in l. nam & absurdum. & in cap. quemadmodum. de iureiur. & in c. ex ore. de priuil. & ff. de iusti. & iur. l. omnes populi. & ibi per Bar. & per Bal. in l. cõuenticulam. C. de epi. & Cle.
25 est enim † talis exclusio quædam exhæredatio, quæ in dubio non intelligitur facta nisi expresse & nominatim sit facta. ff. de libe. & posthu. l. 2. quod & voluit Bal. in l. illam. C. de col. & in d. l. si defunctus vnde intelligitur & intelligi debet tale verbum, alicuius eorum, videlicet ipsorum dotantium, vt ipse masculus descendens ex linea ipsius dotantis, mulierem ipsam dotatam excludat, & eodem modo intelligentur verba illa, a quocunque fuerit dotata, vt ipsa mulier excludatur ab hæreditate ipsius dotantis, siue fuerit dotata a patre, siue a matre, siue ab auo, vel ab auia, siue a proauo, siue a proauia, excludatur ab hæreditate ipsius dotantis vt consonet iuri & minus deuiea ab ipso iure, quam fieri potest. & ita tale statutum intelligendum est, & intelligi debet, prout & supra dictum est, cum verba statuti intelligantur & intelligi debeant, vt consonent iuri, & minus quam potest fieri a iure recedatur, prout & supra dictum fuit. alias sequeretur, quòd si fuisset dotata a patre, excluderetur ab hæreditate materna auiæ, & proauiæ, & econuerso, si fuisset dotata a matre excluderetur ab hæreditate paterna, aui, & proaui. quod fuisset absurdum: propter quod tale statutum non est ita intelligendum, cum tale argumentum etiam in statutis habeat locum, prout supra dictum fuit, & etiam quia esset ipsam mulierem ita dotatam exhæredare ab hæreditate ipsius non dotantis, quod in dubio non videtur actum sub prædictis verbis generalibus, cum exhæredatio nominatim sit fienda. vt supra dictum fuit. Ita quòd per prædicta dici potest, quòd dicta Pieran. non excludatur ab hæreditate dicti do. Ia. eius patris propter superexistentiam, dicti Pierfran. eius patruum. Quod & apertius demonstratur ex alio, nam & si tale statutum intelligeretur de ipso masculo, etiam descendente a non dotante, & de ipsa muliere a quocunq; fuerit dotata, vt excludatur ab hæreditatibus prædictorum, quod vt puto, non fuit de mente ipsorum statuentium, cum ex hoc sequeretur, ꝙ mulier, quæ nihil habuit a patre, vel a matre, si fuerit dotata ab auo, uel auia, excluderetur ab hæreditate ipsius patris, & matris in totum adeò ꝙ in eorum bonis nihil consequeretur: quòd prout dixi fuisse & absurdum, & contra omnem æquitatem: adeo quòd posset reuocari dubium an tale statutum valeat. de quo per Bal. C. de legi. hæred. l. si defunctus. super quo non insisto, cum non expediat in casu prædicto, cum ipse Patruus. dictam Pierant. nõ excludat ab hæreditate dicti do. Iac. eius patris, ex eo quia, & si superexistat dictus patruus, tamen superexistunt aliæ filiæ dicti dom. Iac. non dotatæ, & ab ipso statuto non exclusæ. Vn-
26 de † ipse patruus existentibus ipsis filiabus non dotatis non succederet, sed potius ipsæ filiæ. vt d. auth. in successione. Vnde ipse filiæ vt habentes potius ius, excludunt ipsum patruum, & cum ipsum excludant dictæ filiæ non dotatæ, ipse patruus ita exclusus, non excludit dictam Pieran. dotatam, prout voluit Bar. formaliter in simili quæstione. ff. de contrata. in l. 1. §. filium. dicens. in simili de statuto disponente, quòd filia fœmina non succedat extantibus filiis masculis: & alio statuto disponente, quòd soror non succedat fratri extantibus aliis fratribus ex eodem patre, quòd si vnus decedat relicto fratre ex patre tantum, & relicta matre, & relicta sorore ex utroque parente, quòd tunc, post ar-

guendo

ſent modo prędicto. In omnibus autem alijs ſuis bonis mobilibus, & ſtabilibus, iuribus, & actionibus, præſentibus & futuris, vbicunque ſint, & inueniri poſsint, Benedictũ eius filium ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit & fecit. Deinde deceſsit dictus Dominicus teſtator, ſuperſtite dicta Cathe. eius vxore, & Franciſ. eius filia. & ſuperſtitibus dictis duobus filijs, videlicet, fratre Iaco. & Benedicto prædictis. Deinde deceſsit dicta Franciſ. vt dicitur, ſuperſtitibus prædictis, Deinde deceſsit, vt dicitur, dicta Cathcrina, ſuperſtiti bus dicto fratre Iaco. & Ben. eius filijs. iam ſunt 40. anni & vltra, vt dicitur. Deinde deceſsit dictus Frater Iaco. frater ſancti Augu ſti. ſuperſtite dicto Benedi. eius fratre, iam ſunt duodecim uel tredecim anni. Deinde deceſsit dictus Benedi. ſuperſtite Petro Iac. & domi. Apollonia eius filijs, & Veronicę eius vxoris filijs, iam eſt annus cum dimidio. Deinde deceſsit dictus Petr. Iacob. iam ſunt duo menſes vel circa, ſuperſtite eius matre, & ſorore, & condito teſtamento, in quo hæredem inſtituit dictam Veronicam eius matrem. Et ad præſens Fratres ſancti Augu ſti. ſeu eorum Prior mouet litigium contra dictam dominam Veronicam, mouẽdo quæſtionem, & petendo ex perſona dicti Fratris Iacob. legitimam, ſeu eius ſupplementum, & etiam Trebellianicam: & vltra etiam petit partẽ tangentem dicto Fratri Iacob. de hæreditate matris ipſius, ſed pro parte dictæ Vero. reſpondetur, quòd eam petere non poſſunt, cum non debeatur aliqua Trebellianica, nec etiam hæreditas dicti Do. cum fecerit teſtamentum validum, & inſtituerit hæredem dictum Ben. & eſt cauſata præſcriptio, non ſolum 25. annorum, ſed 30. & 40. & 50. annorum. & quòd hæreditas materna non fuit adita in vita dicti fratris Iacob. pro parte dictorum fratrum, ſed pro parte dicti Bene. qui poſſedit bona, quæ remãſerunt in hæredi tate dicti Dominici. Sed pro parte fratrum reſpondetur, quòd petere poſſunt ipſam legitimam, ſeu eius ſupplementum, & quòd nõ fuit nec eſt cauſata præſcriptio, ex eo maxime, quia dictus Ben. ſciuit & notitiam habuit, qualiter dictus frater Iaco. ſeu eius monaſterium debeat habere legitimam, & partem hæreditatis maternæ: quod pro parte dictæ Vero. negatur. Vnde quæritur quid iuris, & principaliter quæritur, an dicti fratres ſeu eorum Prior potuerit & poſsit petere dictam legitimam, ſeu eius ſupplementum. Secundo, an petere poſsint ipſam hęreditatem maternam.

SVMMARIVM.

1 *Filio iure institutionis debet relinqui, licet ſub conditione, & ad tempus relinquatur, tunc eum modus, conditio, vel grauamen appoſitum remouetur, quantum ad legitimam, & habetur pro non appoſito.*

2 *Filius priuari non poteſt legitima, imo eam, & illius ſupplementum petere poteſt.*

3 *Trebellianica non debetur, niſi grauato de reſtituendo.*

4 *Legitimæ ſupplementum ſpatio 25. annorum præſcribitur, & numer 7.*

5 *Legitima, & eius ſupplementum præſcribitur ſpatio, 30. annor. ſicut & legatum factum non ſolum Laico, ſed etiam Clericis, & religioſis.*

6 *Præſcriptio 30. anno. currit tam contra Laicum, quam contra eccleſias.*

7 *Præſcriptio, 30. anno, cum mala fide non currit.*

8 *Supplementum legitimæ poteſt infra xl. an. peti contra ſcientem. & malæ fidei poſſeſſorem.*

9 *Poſsidens rem alienam ſcienter, uel debitor alterius in mala fide exiſtens, non præſcribit, nec præſcribere poteſt aliquo tempore etiam longiſsimo. & ita communiter tenetur.*

10 *Frater cenſetur cognoſcere & ſcire alterum eſſe eius fratrem.*

11 *Ignorantia teſtamenti, & contentorum in eo, in filio hærede præſumitur, quando unus ſolus eſt, ſecus ſi plures & unus poſſidiſſet alter, quaſi ab inteſtato ſucceſſiſſet, tunc enim dici poteſt, prout in extraneo, quod præſumatur ſcire teſtamentum, & contenta in eo.*

12 *Legitima eſt detracto ære alieno, dote, & funeris impenſa.*

13 *Eccleſia regulariter ſuccedit in bonis fratris ſui.*

14 *Monaſterium de conſenſu fratris ſui poteſt adire hæreditatem ad fratrem deuolutam in uita fratris, uel ipſe frater iuſſu, & uoluntate monaſterii.*

15 *Monaſterium ſuccedit in bonis fratris ad ipſum delatis, non ut retineat, ſed ut uendat, & in eius utilitatem conuertat prætium.*

19 *Monaſterium an adire poſsit hæreditatem ad fratrem delatam poſt mortem fratris & utrum ad illud ea, tanquam ad filium, tranſmittatur.*

17 *Hæreditas adiri poteſt infra 40. an. ſecus poſt, cum per dictum tempus præſcribatur tali iuri adeundi, non ſolum ipſis Clericis & contra Laicos, ſed etiam contra Clericos, religioſos, & eccleſias.*

18 *Eccleſia quæ non adiuit hæreditatem delatam eius fratri infra xl annos poteſt petere reſtitutionem ad adeundum infra quadriennium poſt dictos xl. annos.*

CONSILIVM XL.

In nomine domini, Amen.

Circa quæ, & pro prædictorum declaratione videndum eſt. Et primo, an dicti Fratres petere poſsint hæreditatem, ſeu partem hæreditatis tangentem dicto fratri Iaco. Et circa hoc dicendum eſt, quòd cum dictus Dominicus inſtituerit hæredem vniuerſalem dictum Ben. & dictum fratrem Iac. in dictis 20. Flore. auri. licet ſub certis cõditionibus, & ad certum tempus, tale teſtamentum valuit & valet,

prehendi, si non habeatur notitia de statuto, & si statutum eam a successione excludat stantibus masculis, prout puto, quòd sit, & tunc legitima dictorum Bene. & fratris Iacob. erit tertia pars bonorum 12 ipsius Dom. detracta † dote & ære alieno, prout uoluit Bald. ff. de inoffi. testamen. l. Papinianus. §. unde si quis. & Ange. in l. plane. §. si duobus. ff. de lega. 1. prout refert ibi Imol. idem tenens. Vnde erit legitima ipsius fratris Iacob. medietas tertiæ partis, detracta dicta dote, & alio ære alieno, & funeris impensa. Si uero statutum ipsam filiam dotatam a successio ne non excluderet, & tunc legitima illorum filiorum esset tertia pars, detracto ære alieno & funeris impensa, debitis ipsis tribus filiis. vt d. authen. nouissima. & in tertia parte debita dictæ filiæ pro legitima computabitur eius dos. Et hæc quo ad hæreditatem paternam; Circa quam cum dictus Domi. decesserit superstitibus dictis tribus filiis: videlicet, dicto fratre Iacob. dicto Bene. & dicta Franc. Circa quam, cum non sim informatus, an ex ea superstit aliquis, nec de statuto, non discutio, an ipse uel eius hæres possit tale testamentum impugnare, uel aliquam portionem petere sub hæreditate paterna: & præcipue, quia de hoc non quæritur. Sed cum quæratur de hæreditate dictæ Cathe. matris dictorum Bene. fratris Iacob. & dictæ Franc. Et circa eam, si decesserit non condito testamento, successerunt eidem, & in eius hæreditate, si statuto aliter non disponatur, dicta Fran. pro tertia parte. dictus Bene. pro alia tertia, & dictus frater Iacob. pro alia tertia parte. C. ad orfi. l. 1. & l. matri. & institu. de hære. quę ab intesta. §. 1. & loco dicti fratris Iacob. succedit dicta ec-13 clesia sancti Augusti. cum † & ipsa succedat. C. de Episco. & Cle. l. Deo nobis. & ut no. in cap. in præsentia. de probat. Adeo quòd petere poterit dictam tertiam partem dictæ hæreditatis: & hoc si per dictam ecclesiam, seu dictos Fratres ex persona dicti fratris Iacob. in uita ipsius fuit adita, & apprehen-14 sa, prout † adiri & apprehendi potuit per ipsum fratrem Iacobum de iussu & uoluntate dicti monasterii, uel per monasterium de eius consensu, prout adire potuit, iuxta not. in dict. l. Deo nobis. & in dic. 15 capitu. in præsentia. succedit † enim dictum Monasterium in bonis ipsius fratris Iac. & ad ipsum delatis, non tamen ut detineat: sed vt uendat, & in eius vtilitatem conuertat, ut plenissimæ no. in d. c. in pręsentia. & præcipue per Ioan. And. Imo. & domi. Nico. Si uero non fuisset adita hæreditas dictæ domi. Cathe. eius matris in uita dicti Fratris Iacob. & tunc 16 caderet dubitatio, & non parua. vtrum potuerit † & possit adiri per ipsum Monasterium & Fratres, de qua quæstione per Iacob. de Are. & Ci. in d. l. Deo nobis. ubi uidetur quòd, cum sit hæreditas ascenden tis, trāsmittitur ad ipsum monasterium tanquam ad filium, per totum titulum, de his qui ante apertas tabulas. Quod & uidetur similiter sentire Inno. in d. c. in præsentia. & clarius tenere Ioan. And. in d. cap. in præsentia. & etiam domi. Nico. ibi, quòd & maxime procedit de equitate Canonica, prout uoluit Bal. in d. l. Deo nobis, per id quòd no. Archi. 18. q. v. cap. statutum imo & forte de subtilitate iuris Ciuilis, ex quo est hæreditas materna, p. d. l. 1. C. de his qui ante aper. ta. vnde poterit dictum monasterium adire dictam hæreditatem maternam pro rata tangente 17 dicto fratri Iacob. & hoc, si non † sunt elapsi 40. anni a tempore mortis matris, cum tali iuri præscribatur non solum ipsis laicis, & contra laicos, prout uoluit gloss. & communiter tenetur. C. de iure delibe. l. licet. sed etiam contra Clericos & religiosos, & ecclesias. ut d. auten. quas actio. & d. cap. illud. unde post 40. annos ipsi fratres seu ecclesia non potuissent nec possent dictam hæreditatem adire per 18 dicta iura, & hoc † nisi iuuarentur beneficio restitutionis, cum possint restitutionem petere infra qua driennium post dictos 40. annos. in cap. 1. & cap. tam literis. de restitutio. in integ. & in cap. 1. & 2. eod. titul. in 6. & in Clem. vnica. eod. titul. vnde si adeant & adire possent ipsam hæreditatem maternam ipsi fratres iure communi, vel beneficio restitutionis in integrum, & petant seu petere velint partem eis tangentem de dote, seu de relicto facto dictæ Cathe. in testamento dicti Domi. si non sint elapsi 40. anni a tempore, quo peti potuit, eis præscriptio 40. annorum non obstabit. sed si essent elapsi: Et tunc dicendum est ut supradictum fuit de relicto facto de 20. Flore. & de supplemento legitimæ. ut distinguatur, an dictus Bene. fuerit sciens uel ignorans: & quid in dubio, prout & plenius supradictum est. Domi. Bene.

THEMA CONSILII XLI.

PVNCTVS DEFICIT, quia est quędam subscriptio.

SVMMARIVM.

1. *Hæreditas non dicitur deferri ad nepotes in potestate aui constitutos, cum dicantur sui, sed censetur dominiũ bonorum in eos continuari.*
2. *Statutum disponens, quod soluatur gabella de quibuscunque rebus & possessionibus, quæ ex testamento, vel codicillis relinquuntur, vel ab intestato competerent nihilominus non soluetur de his, quæ filijs vel nepotibus obueniunt, cum in eis dicatur potius continuari dominium, quam deferri.*
3. *Successio non dicitur filiis vel nepotibus deferri, nec censentur pro hærede possidere, sed dicitur dominium in eis continuari.*
4. *Statutum, quòd soluatur gabella de relictis in testamento, vel de bonis ab intestato peruentis, tanquam exorbit ans a iure communi, non est extendendum, sed potius restringendum, ita quòd minus, quam fieri potest, lędat ius commune.*
5. *Filii & nepotes in potestate existentes non sunt proprie hæredes, imo potius sui.*
6. *Filii & nepotes in potestate aui constituti, in vita dicuntur quodammodo domini & possessores bonorum simul cum patre, vel auo, etiam de bonis, qua pater assignauit filio prædefuncto, ex quo superstunt dicti nepotes.*

In nomine

CONSILIVM XLI.

In nomine domini, Amen.

Et si Venantius & Lazarus nepotes Marci eorum aui paterni, non soluerint dictam gabellam infra dictum tempus in statuto præfixum, pro bonis dicti Marci ad ipsos pertinentibus. Nihilominus non incurrunt dictam pœnam, prout consultum est per præfatum do. Iacob. famosissimum II. Doctorem fratrem honorandum, cum soluere non teneantur, prout ex pluribus deducitur. Et primo quia ipsi fuerunt & erant in potestate dicti Mar. eorum aui paterni. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. nam ciuium. & sic sui vt ibi. &
1 ff. de lib. & posthu. l. in suis. propter quod † dicitur & dici potest, quod in eos non deferatur hæreditas: sed continuetur dominium. vt d. l. in suis.
2 & insti. de hære. quali. & differ. §. sui. vnde † quantumcumque statutum dicat, quod soluatur & solui debeat ipsa gabella de quibuscunque rebus, & possessionibus, quæ ex testamento, vel codicillis relinquuntur, vel ab intestato competerent, nihilominus non soluentur nec solui debebit ipsa gabella de his, quæ obuenerunt dictis Venantio & Lazaro ex testamento, vel ab intestato dicti Mar. cum in eius dicatur potius continuari dominium, quam deferri. vt d. l. in suis. propter quod ipsam gabellam soluere non tenebuntur. & hoc tenet formaliter Angel. in d. l. in suis. prout refert Ioan. de Imo. idem tenens, dicens, ex ea lege colligi argumentum, quod statutum arctans scriptos hæredes ad soluendum certam gabellam de hæreditate, quam percipiunt, non arctat filium in potestate, quia non dicitur eam percipere, sed in eum dominium continuari, prout patet ibi, vnde cum in ipsos nepotes non deferatur dominium, sed potius continetur, non tenebuntur ipsam gabellam soluere.
3 Quod & ex alio deducitur, quia † in ipsos non defertur successio, adeo quod non censentur pro hærede possidere, prout no. C. de vsuca. pro hærede. l. nihil. Vnde tale statutum loquens de successione, non habebit locum in casu prædicto, cum prout supra patet, non deferatur successio, nec hæreditas: per quæ videtur, quod tale statutum in eis locum non habet, nec ad eos trahatur, ma-
4 xime † cum tale statutum exorbitet a iure communi, ergo nec extendendum, sed potius restringendum, ita quod minus, quam potest, ledat ius commune, prout no. C. de noxa. l. si Serui. & de consue. c. cum dilectus. vnde non erit trahendum ad bona, quæ deueniunt ad filios, & nepotes suos, & in po-
5 testate existentes, & maxime, quia † non sunt propriæ hæredes, imo potius sui. Quod & tertio demonstratur ex alio, quia dictum statutum inter alia excipiendo disposuit, quod prædicta ordinamenta locum non habeant in illis personis, quæ possiderunt dicta bona communiter cum dicto relinquente seu decedente, vnde non habebunt locum dicta ordinamenta in dictis nepotibus suis & in potestate constitutis. Cum
6 etiam in vita dicantur † quodammodo domini, & possessores dictorum bonorum simul cum ipso auo, etiam de bonis quæ ipse assignauit Ioanni patri dictorum nepotum. vt d. l. in suis & prout not. ff. de acqui. poss. l. possessio. §. sed & si possessio. & ff. pro hære. in l. 2. §. filium. & ibi per Bartol. vbi hoc videtur velle, ita vt sicut dicuntur quodammodo domini, ita & quodammodo possessores vnde cum dicantur quodammodo possidere communiter in uita, non dictam gabellam soluere, & cum non teneantur tenebuntur dictam gabellam soluere, non incurrent ipsam pœnam ex dictis rationibus, & aliis in dicto consilio deductis. Domi. Benedictus.

THEMA CONSILII XLII.

PVnctus. Fuit quidam Cionus de Castro Colis Pepi comitatus Tuderti, q. habebat duos filios, videlicet, Valentinum & Benedictum: Ex quo Valentino erat una filia nomine Catherina: deinde dictus Valenti. Diabolico spiritu instigatus, interfecit dictum Cionum patrem suum in comitatu Tuderti, in quo iste Cio. habebat multa bona multa alia bona habebat in comitatu perusij. mortuo dicto Cio. dictus Ben. vult in totum succedere in bonis dicti Cio. sui patris, excludēdo dictū Valē. interficientē vigore statuti Tudertini disponentis, q interficiens interfecto nullo modo succedat, ac etiā excludendo dictam Cathe. filiā dicti Valen. vigore statuti Perusini disponentis, & excludentis, a successione interfecti, non solū interficientē: sed etiā filios & descendētes interficientis. Vnde attētis dictis statutis, dictus Bene. vult in totū & in omnibus bonis dicti Cio. succedere, exclusis prædictis. attento etiā quòd dicta bona non sunt occupata per fiscum. Vnde quæritur an dicta domina Catherina filia dicti Valenti. succedat in portione dicti Valē. vna cum dicto Bene. altero filio dicti Cio. vel dicta portio accrescat dicto Bene. exclusa etiā dicta Catherina.

SVMMARIVM.

1 *Statuta, vt ius commune, seruanda sunt in loco, imo & ipsi iuri communi derogant in loco.*
2 *Interficiens nō succedit interfecto, sed eius, vt indigni portio applicatur fisco, vel saltem accrescit alteri fratri, vel cohæredi.*
3 *Patris delictum nocet filijs.*
4 *Filia loco patris exclusi succedit ī bonis aui vna cū filio.*
5 *Exclusus a successione pro mortuo habetur.*
6 *Statutum porrigit vires & effectum quo ad bona sita in territorio statuentium, non extra territorium.*
7 *Statutum odiosum, & prohibitiuum nō porrigit effectum suum extra territorium.*

Statutum

8 *Statutum dicens, quòd filia dotata non succedat in bonis dotantis, non extendetur ad bona sita extra territorium statuentium.*
9 *Statutum loci vbi maleficium est commissum, principaliter est considerandum.*
10 *Intellectus l.2.§.fratris. ff.si quis alium testa. prohibue.*
11 *Ciuitates hodie non habent fiscum.*
12 *Patris delictum nocet filio in crimine læsæ maiestatis, regulariter contra.*

CONSILIVM XLII.

In nomine domini, Amen.

Et si viso,& considerato præfato puncto,& contentis in eo,& dictis statutis,videatur dicendum, q in bonis & hæreditate dicti Cio.successerit,& succedat dictus Bene.eius filius,& post eius mortem filius dicti Bene.excluso dicto Valenti.ipsum interficiente, attenta dispositione statuti Perusini, ac etiam statuti Tudertini, excludentium omnino ipsum interficientem,quæ † statuta,vt ius commune seruanda sunt in loco imo & ipsi iuri communi derogant in loco.ff.de iusti.& iu.l. omnes populi.& de consti.c.1.§.statuto.in hoc etiam exclusa dicta Cathe. filia dicti Valen.& nepte dicti Cio. attenta dispositione dicti statuti Perusini disponentis & excludentis a successione dicti interfecti, non solum interficientem:sed etiam filios & descendentes ab ipso interficiente, Quod † & videtur etiam esse de iure communi,cum portio interficientis vt indigni applicetur fisco.ff.de bo.damna.l.cum ratio. §. fi. vel saltem applicetur & accrescat fratri, prout voluit Bart.in d.§.fi.per id quod habetur in l.a. §. fratris. ff. si quis ali. testa. prohi. quod tamen non placet Bal.prout ipse dicit in l.hæreditas.C.de his qui. vt indi.cum sit contra casum.l. is consequenter. ff.fa. her.vbi patet,quòd conuentus, diuisoria non potest excipere de suo iure, prout & posset si sibi applicaretur,vt plenius per ipsum Bal.in d.l. hæreditas. Ita quòd per hæc videtur dicendum quòd hæreditas dicti Cio.pro medietate tangête dicto Valen.nô applicetur dictæ Cathe.sed dicto Bene.eius fratri, vel saltem fisco. & sic non dictæ Catheri. Ad idem etiam facit, quia † delictum patris nocet filijs,prout habetur.ff.de bo.dam.in l.fi.& in l.quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. & in c. si Vasallus. si de Feu.sue.contro.Sed his minime refragantibus côtrariam de iure puto esse sententiam veriorem, vt ipsa Cathe.neptis dicti Cio.successerit,& succedat pro medietate, vna cû dicto Bene. filio dicti Cio. excluso dicto Valen. cum † filia loco patris exclusi succedat in bonis ipsius aui vna cû filio. C. de suis & le.aut.in successione. & in cor.vnde sumitur. & insti.de hære.quæ ab intesta.§.cum filius. vnde succedit ipsa neptis excluso eius patre, vna cum Bene.eius filio, non ex persona patris,& vt hæres patris:sed ex propria persona, ipso fratre omnino exclluso,ad hoc quod no.ff.de li.& postu.l. Gallus, §. & quid si tâ.& ff.de bo.pos.contra tabu.l.3.§.emancipatus.& ff.de in erdic. & relega.l.3. & prout ibi no.per Bar.ita q dicta Cathe. successit & succedit pro medietate in bonis dicti Cio.videlicet,existentibus in territorio Tudertino,in quo,vt præsupponitur,stat statutum disponens,quòd interficiês interfecto nullo modo succedat. vnde cum non succedat ipse Valen. attenta dispositione dicti statuti,succedit eidem alius proximior post ipsum,& sic dicta Cathe.eius neptis.quæ sine dubio successisset,vna cum Ben. mortuo dicto Valen. vt d.aut. in successione.cû quo † ad successionem pro mortuo habeatur. vnde succedit ipsi Valen.habito pro mortuo,prout habetur in d.§. & quid si tantum.ex quo non succedit, sed exclusus est ex dispositione dicti statuti,ad hoc quòd habetur in l.3. §.si emancipatus.ff.de bo.pos.contra ta.& ff.de coniû.cum eman. li. l. 1. §.si pater il.a. & hoc in bonis sitis in territorio Tudertino, cum in bonis sitis in territorio Perusino non successerit nec succedat dicta Cathe.ex quo statutum excludit a successione interfecti,non solum interficientem:sed etiam filios in terficientis,vnde in eis dicta Cathe.nô succedit attenta dispositione dicti statuti, q † statutû porrigit vires & effectum habet, quo ad bona sita extra territoriû Perusinû prout no. ff. de iuris.om.iu.l. extra territorium.& de consti.in c.vt animarum.§. statuto. in 6. & prout no.C.de sum. tri.l. cunctos populos. & ibi per Bar. in xi. col.in versi. secundo videndum est.ubi loquens de statuto † odioso prohibitiuo dicit, quòd tale statutû nô porrigit effectû suum extra territoriû per l.ex ea.ff.de postulâ. unde † si statutû dicat,q filia dotata nô succedat in bonis dotâtis, nô extendet ad bona sita extra territoriû statuentû,q & uoluit similiter Bal. in d.l.cunctos populos.in 10.col.in uer.sed hic quæro.& etiam in 18.col. ver. quæro. utrum in statuto Spurii. prout plenius ibi per eum. Vnde cum tale statutum Perusinum non extendatur extra territorium non extendetur ad bona sita in terriorio Tudertino,q † principaliter considerandû est,& maxime, ex quo ibi fuit delictum perpetratum, ad hoc qd no.ff.de euic.l.si fundus.& C.quemad. testa.ape.l. 2. Ita q per hæc dici & concludi potest, q & si dicta Cathe. non succedat in dicta medietate dictorum bonorum dicti Cio. existentium in territorio Perusino,nihilominus succedit in medietate bonorum existentiû in territorio Tudertino,ex quo est ibi statutû excludês a successione ipsum interficientê:& nô descêdête ex ipso,ut est in statuto Perusino,nô obstâti.iu côtrariû adductis.Nô.n.obstat. Et primo statutû Perusinû, quia ,put supra dictum fuit,si extêdit uires & effectû extra territoriû.Nec ob. q & secundo in contrariû adducitur de dicto Bar.in d.l.cû ratio.§.fi.de bonis damnatorû,dicentis,q portio fratris interficientis patrem accrescit fratri per id,quòd habetur. ff.si quis ali.testa.prohi.l.a.§. fratris.cum illud † non probetur ibi,quia in alio casu ibi loquitur, nec est uerum, cum potius auferri debeat ab ipso ut indigno pars ipsius interficientis. vt d.§. fi. prout habetur in l. is consequenter. ff. fa. hær. per quam l. Bald. reprobat dictum ipsius Bar. in l. hæreditas est. de his qui. ut indig. quod & similiter tenet eximius doc. do. Ioan. de Montespe. improbando dictum ipsius Bartol. ex eo, quia portio fratris auferatur vt ab

indigno, vt plenius ibi per eum. Vnde dictũ Bar. non ob. Nec ob. si dicat, quod dicta portio ipsius fratris auferenda est ab ipso vt indigno per fiscum, & per consequens ab ipsa Cath. prout habetur in d. l. fi. ff. de bo. dam. quo casu delictum patris nocet filio, vt ibi, per quam l. Bar. hoc voluit in d. l. 3. ff. de interdi. & relega. Nam ad hoc respõdetur duo- 11 bus modis, & primo quia hodie † ciuitates non habent fiscum. l. 1. C. de bo. vacan. li. x. prout voluit Bal. in d. l. hæreditas in fi. vbi de hoc, de quo in d. l. 1. & in l. 2. C. de hære. vel acti, vendi. Præterea ipsi iuri, per quod aufertur eius portio vt ab indigno, fuit & est derogatum per statutum dictæ ciuitatis Tudertinæ disponens, quòd ipse interficiens nullo modo succedat, propter quod ex eius persona non applicatur fisco: imo aliis remanet post ipsum interficientem, prout supra dictũ fuit, cum alias si auferetur ab eo ut ab indigno, ipse succederet, & ex eius persona fiscus, prout no. in d. §. fin. & in d. l. hæreditas. & per Bart. in d. l. 3. ff. de interdi. & releg. Vnde dici non potest, quod dicta portio fuerit ab ipso ut indigno ablata, & applicata fisco, nec ipse fiscus, ut præsupponitur, ipsam occupauit. Vnde non ob. Nec ob. quod & ultimo loco in contrarium adducitur, dicendo, quod delictum patris nocet filio, ut d. l. fi. de bo. dam. & d. l. quisquis cum si 12 mili, quia illud est uerum † in crimine læsæ maiestatis. ut d. l. quisquis, cum regulariter, aliud sit, & præcipue, quando non uenit ut hæres, & ex persona ipsius patris, sed iure suo, ut in casu prædicto, cum tunc delictum patris regulariter non noceat filio, prout not. in d. l. 3. ff. de interd. & releg. & in l. horum. ff. ad l. Iuli. maie. & plenius per Barto. in dicta l. 3. & per Cano. in c. 2. de Feu. vnde cum prædicta non obstent, concluditur & concludi potest, quòd dicta Cathe. succesit & succedit in medietate bonorum dicti Cio. existentium in territorio Tudertino &c. Domi. Benedi.

THEMA CONSILII XLIII.

PVnctus. Extat statutum in loco Interannis ecclesiæ, dictans quòd in testamentis, & codicillis, vel qualibet alia vltima voluntate, sufficiant quinque testes. accidit quòd tempore pestis quidam morbo detentus, volens condere testamentum, fecit testamentum corã suo Patrino, siue præsbytero Parrochiali, & duobus testibus rogatis. Dubitatur vtrum tale testamentum valeat, & teneat.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum debet fieri coram quinque vel septem testibus.*

2 *Testamentum fieri potest inter liberos, vel ad pias causas coram duobus testibus.*

3 *Testamentum factum in terris ecclesiæ, coram præsbytero parrochiali, & coram duobus testibus idoneis, & rogatis, valet, & hoc communiter seruatur, non solum in foro Canonico, sed etiam in ciuili: quæ est communis opinio, & de consuetudine obseruata.*

4 *Opinio de consuetudine approbata tenenda est, & ab ea non est recedendum.*

5 *Testamentum tempore pestis fieri potest coram duobus testibus, dummodo sint idonei & per eos probetur.*

6 *Ius Canonicum seruandum est in terris ecclesiæ, & derogat iuri ciuili.*

7 *Statutum disponens, in quòd testamentis sufficiant quinque testes: & non dicens, quòd requirantur, quinque testes, non tollit, quin si sit casus, in quo sufficiant de iure communi duo, vel tres testes, tale testamentum non valeat, cum hoc vlterius non disponat.*

8 *Inducta in fauorem, seu augmentum vltimarum voluntatum, non debent operari odium, seu diminutionem.*

CONSILIVM XLIII.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfato puncto, & statuto, videatur dicendũ, quod tale testamentũ ita factum non valuerit, nec valeat, ex quo non interuenerunt saltẽ 5. testes, cum de iure communi in testamentis 1 requirantur † non solum 5. testes: sed etiam septẽ. ff. de testa. l. hæredes palam, circa princi. & C. eo. titu. l. hac consultissima. Vnde attenta iuris communis dispositione tale testamentum ita factum non valuisset nec valeret, imo & attenta dispositione dicti statuti, tale testamentum non valeret, cũ ex quo non interuenerunt 5. testes, prout ex dispositione dicti statuti requiritur, quod & videtur seruandũ in loco eum deroget iuri communi in ipso loco. ff. de in. & iur. l. omnes populi. & vt no. in c. 1. de consti. in 6. Vnde, cum non interuenerint 5. testes, tale testamentum non videtur valere, ita factũ, quod 2 videtur procedere, nisi sit † factum inter liberos: eo tunc sufficiant, duo testes. ut d. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. Vel fuisset factum ad pias causas, cum & tunc similiter sufficiant duo testes. ut in ca. cum esses. & c. relatum, il 1. de testa. per quæ videtur dicendum, quod si tale testamentum non fuisset factum inter liberos, vel ad pias causas, non valuerit nec valeat, quantumcunque interuenerit presbyter Parrochialis. prout voluit gl. in d. ca. cum esses. & in d. c. relatum. & quantumcunq; fuerit factum tempore mortalitatis, cum & tunc requirantur V. testes, prout no. in l. fi. C. de testa. Sed his non obstantibus contrarium de iure dicendum est, vt vide 3 licet tale † testamentum ita conditum in ciuitate Interannis, & sic in terra subiecta ecclesiæ, vt præsupponitur, valuerit, & valeat, ex quo fuit conditũ corã Patrino seu præsbytero Parrochiali, & ipsis duobus testibus liberis hominibus & rogatis. dũmodo fuerint & sint idonei testes, prout est expressum in d. c. cum esses, vbi Io. An. hoc tenet dicens, hoc communiter seruari & practicari. & hanc opi. videtur sequi Federi. de senis in consil. 207. quam etiam tenent Pet. de Ancha. & Pet. de Perusio. & do. Floren. & Imo. dicens, eam seruandam non solum in foro Cano. sed etiam ciuili, quod & tenet similiter do. Nicol. Siculus tam in lectura, quam in repetitione d. c. cum esses. per d. cap. vbi hoc bene probatur

probatur. ex quo indistincte loquitur. imo & per d.c.do. An. de But. videtur tenere, quòd sufficiant duo testes idonei absq; præsbytero, cũ in ore duo rum vel trium &c. prout habetur ibi: super quo aliter non insisto, cum nõ expediat, cum in casu prædicto interuenerint duo testes, & præsbyter siue Patrinus Parrochianus, quo casu ualet, & valebit tale testamentum, prout communiter tenetur. imo 4 & de consuetudine seruatur. & cũ † hæc opinio sit de consuetudine approbata, ab ea recedendum nõ est. ff. de leg. l. minime. & præcipue tempore pestis quo tempore est magna penuria testium, maxi- 5 me † his temporibus propter infectationem: & contagionem, quæ inde sequitur, ita ꝙ cum in casu prædicto in tali testamento interuenerit ipse Patrinus, seu præsbyter Parrochialis, & duo alii testes idonei, valuit & ualet tale testamentum, & effectum habebit, dummodo per eos probetur, per ea quæ habentur in d.c. cum esses non obstanribus in cõtrariũ adductis. Non enim ob. & primo ꝙ in testamentis requiruntur septem testes de iure cõmuni. vt d.l. hæredes palam. & l. hac consultissima. Quia licet hoc uerum sit de iure ciuili. tamẽ de iure Canonico derogatum est huic iuri, qnando tale testamentum fuisset factum corã præsbytero Parrochiali, & duobus aliis testibus idoneis: cũ & tũc valeat, pront est expressum in d.c. cum omnes. Ta- 6 le † enim ius Canonicũ seruandũ est in terris eccle siæ: adeo qnòd derogat iuri ciuili, prout habetur in c. si duobus. de appellationibus. & in c. 1. de oo. oper. nunc. & in c. 2. de arbitris in 6. Vnde non ob. Nec obstat ꝙ dicitur de statuto. tale enim statutũ 7 † non disponit ꝙ requirantur v. testes: sed dicit ꝙ sufficiant v. testes. Vnde non tollit, quin si sit casus, in quo sufficiant duo vel tres testes, tale testamentum non valeat: cum hoc non disponat. Vnde non obstante tali statuto valuit & valet testamentum factum inter liberos, uel ad pias causas cum duobus testibus, prout de iure communi est, & similiter valebit factum coram præsbytero Parrochiali & duobus alijs testibus idoneis, prout est dispositum in d. c. cum esses. Non obstante tali statuto cum contrarium non disponat, uidelicet, ꝙ eo casu quo sufficit minor numerus de iure, non valeat. cum & tunc sufficiat, & ualeat tale statutum. Vnde standum est ipsi iuri communi in dictis casibus, ubi sufficit minor numerus, ex quo statutum contrarium uõ dispooit, prout not. ff. sol. ma. l. si cum dotem. & ff. de libe. & posth. l. cõmodissime. & C. de noxal. in l. si serui. de cõsue. cũ dilectus. imo & cũ statutũ tale emanauerit ad augmẽtũ & fauorem vltimarũ voluntatum, vt videlicet, sufficiant v. testes, vbi debebant esse septem testes. ut d. l. hac cõsultissima, non operatur nec operari debet diminutionem: vt videlicet eo casu, qno sufficere de iure minor numerus, non sufficiat, cum & sufficiat, 8 non ob. tali statuto, ita per Papam cõfirmato. indu cta † enim in fauorem seu augumentum vltimarum voluntatum, non debent operari odium seu diminutionem, ad hoc quòd habetur in l. legata inutiliter. ff. de adimen. leg. & in l. quod fauore. C. de legi. & de regu. c. ad apostolicam. & in c. si Papa. de priuil. in 6. Vnde cum prædicta non obstent, concluditur & concludi potest, quòd tale testamẽtum ita factum coram præsbytero Parrochiali, & duobus testibus idoneis, valuit & valet, dummodo per ipsos probetur, non obstantibus io contrariũ adductis, cum non obstent, vt patet ex prædictis. Domi. Bene.

THEMA CONSILII XLIIII.

PVnctus. Quidam Titius veniẽs ad mortem condidit testamentum, in quo instituit hæredem vniuersalem quandam suam filiam nomine Margaritam cui dictus testator substituit immediate ecclesiam sancti Quirici, sub ista conditione, videlicet, si dicta Margari. decesserit quandocunque sine filijs, vel cum filiis non peruenientibus ad ętatem 25. annorum de suo corpore nascituris, a die præsentis cõfectionis testamenti in antea. vnde cum ipsa post dictum testamentum non habuerit filios, nec mortua sit, eum aliquibus filiis, dubitatur vtrum sit locus dictæ substitutioni, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, in antea, importat, ab inde in posterum.*
2 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia.*
3 *Disiunctiua ad hoc vt sit vera, sufficit alteram partem esse veram.*
4 *Priuatio præsupponit habitum.*
5 *Disiunctiua vt valeat, sufficit alteram eius partem esse veram.*
6 *Verba generalia, generaliter sunt intelligenda.*
7 *Disiunctiua est vera, si altera eius pars sit vera.*
8 *Alternatiua aliquando ponitur pro coniunctia.*
9 *Disiunctia capitur pro coniunctia fauore filiorum.*
10 *Substitutionis conditio in vnum casum concepta, comprehendit etiam casus similes, & ad ipsos extenditur.*
11 *Clausula apposita in medio vnius capituli, restringitur ad ipsum capitulum, & ad alia non refertur.*
12 *Dictio, quandocunque, sui natura est larga.*
13 *Clausula in fine posita non refertur ad ea, ad quæ si referretur resultaret absurdum, vel superfluitas.*
14 *Filiorum fauore, & ad ipsos excludendos, requiritur, quod omnes conditiones etiam disiunctim appositæ eueniant, adeo quòd hoc casu alternatiua resoluitur in coniunctiam.*

CONSILIVM XLIIII.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo videatur dicendũ, ꝙ ex qd. Margari. nõ habuerit filios: nec ex ea nati sint nec fuerint, non videatur locus dictæ substitutioni cũ † dictio, i. antea, 1 importet ab inde in posterũ, put no. ff. de uerb. obli. l. cũ stipulatus sim mihi a Proculo. & cum postea non habuerit filios, non potest dicta conditio verificari,

 rificari,

ilios, cū priuatio præsupponat habitum.ff.de ver bo.ob.l.decē.& c.ad dissoluendū.de desponsatio-
10 ne impu. Ad idē etiam facit, quia cōditio † substitutionis concepta in vnum casum, comprehendit etiam alios casus similes, & ad ipsos extenditur.ff. ad Treb.l.mulier. vt C.de cōdi. insti.l.si mater.per quæ iura Bar.hoc voluit in l.Gallus.§. & quid si tan tum.ff.de libe.& posthu. Vnde cum in istis substitutionibus prouisio facta in vnum casum extenda tur ad alium similem,prout patet in dictis iuribus C.de hære. insti. l. quoniam.& prout plenius no. ff.de vul.& pupil.l. 1. substitutio ista facta de ipsa ecclesia dictæ do.Marga.in casu quo habuerit filios,& decesserit sine filiis, extenditur ad casum, in quo non habuisset filios, & sine ipsis filiis decessisset,cum sit similis & eiusdem effectus, ita quòd at tentis prædictis fuit locus substitutioni ipsi, adeo quòd dicta ecclesia succedet in dicta medietate, ipsa Marga. decedente sine filiis. Vnde cum dicta Marga.decesserit sine filiis,& filios postea non ha buerit, succedet dicta ecclesia in dicta medietate, non obstantibus in contrarium adductis.cum non obstent. Nō enim obstat & primo, in cōtrarium adducitur dicendo, ꝙ ex quo testator ita disposuit substituendo in dictis duobus casibus dictam ecclesiam, in casu,quo dicta do.Marga.post dictum testamentum susceperit filios, & decesserit sine ip sis filiis, uel cum ipsis non peruenientibus ad ætatem 25.annorum, non fuit locus ipsi substitutioni cum illud,si decesserit cum filiis ex suo corpore nascituris, referatur ad ipsas duas conditiones,uidelicet si decesserit sine ipsis filiis postea procreatis, vel cum filiis postea procreatis nō peruenientibus ad ætatem 25.annorum, cum clausula in fine posita uideatur referri ad omnia præcedentia.ut d.l.ta lis scriptura. Nam ad hoc respōdetur pluribus mo dis. Et primo,quia dici potest,ꝙ dicta clausula, de suo corpore nascituris, sit apposita i medio ipsius
11 capituli,& non in fine,propter† ꝙ restringitur tan tum ad ipsum capitulum:videlicet,vel cū filiis non peruenientibus ad ætatē 25. annorum.ff.de libe.& posthu.l.3.§.filius.per quem §. Bart.hoc uoluit in d.l.talis scriptura.& Canonistæ in d.c.secundo requiris.& in c.cū dilecti.de dona. Sed posito, quòd diceretur apposita in fine, nihilominus non refertur ad conditionem illā,si decesserit sine filiis,cū il la cōditio non ponatur simpliciter,sed generaliter
12 adiecta dictione,quandocunque,quæ cū sui † na tura sit larga, non refertur ad omnia ipsa clausula, sed tantum ad proximia, prout est casus in d.c.cū dilecti.secundum vnū intellectum secundū do.An. ibi, propter ꝙ videt de ea specialiter dispositum. vnde ad eā non refert.ff.de vul.& pupil.l. cohære di.§.pater.& §.qui discretas.& etiā quia si referretur,resultaret absurdū:Ponamus eñ ꝙ ista Marga. habuerit filios ante dictū testamentum, & deinde post dictū testm̄ habuerit filios & decesserit super stitibus filiis ante procreatis, & sine filiis postea procreatis uel cum filiis postea procreatis non peruenientibus ad ætatem 25. annorum, certe at tentis uerbis ipsius substitutionis, locus esset dictæ substitutioni, quantumcunque decesserit cum filiis primo procreatis. Ex quo sequeretur absurdū,

vt videlicet, sit locus ipsi substitutioni existentibus filiis, ꝙ non uidetur fuisse de eius mente, nec iure conuenire. ff. de condi.& demō.l.cū auus. & d.l.generaliter.&.C.de fideicommis.l.cum acutissimi. Vnde dicta clausula non refertur ad dictam conditionem, si sine filiis, ita quod ipsam restringat ad filios postea procreatos, cum hoc iuri non conueniat, & resultaret absurdum seu superflui-
13 tas.Quando enim † resultat absurdū clausula ipsa in fine posita non refertur ad ea,ad quæ si referretur resultaret absurdū, vel superfluitas,ad hoc qđ not.ff. de do.præle.l.cum vulgari. & de iureiuran. c. quemadmodū per quæ iura Oldra. hoc voluit in consil. 8 .quod uidetur etiā velle d. Pet.de Ancha. d. An. & post eum Io. de Imo.in d. c. cum dilecti. vbi plenius de hoc.Vnde dicta clausula non refertur ad omnia,sed tantum ad illam cōditionem,quæ est, ꝙ si dicta d. Marga.decesserit cū filiis nō peruenientibus ad ætatē &c. prout & supra plenius dictū fuit.Vnde nō ob. quod primo in cōtrarium adducitur. Nec ob. quod & secundo in contrariū adducitur dicendo,ꝙ disiunctiua capitur pro con iuncta, adeo ꝙ requirit ꝙ ambæ conditiones veri ficentur.vt d.l.Lucius.& d.l. generaliter. Quia il lud est uerum,quando fuisset apposita cōditio, si sine filiis, & ipsa conditio locum non haberet, vt
14 quia decessisset cū filiis,cum tunc † fauore filiorū & ad ipsos excludendos requiratur,ꝙ omnes conditiones eueniant, propter quod ipsa alternatiua resoluitur in coniunctam, adeo ꝙ oportet,vt omnes conditiones eueniant: vt in dictis iuribus no. quod locū nō habet in casu prædicto, ex quo dicta domina decesserit sine filiis . adeo ꝙ euenit dicta conditio, si sine filiis decesserit quod & sufficit satis ad verificationem ipsius disiunctiuæ,prout supra plenius dictum fuit. Per quæ cōcluditur, ꝙ cum aduenerit dicta conditio, & dicta Margarita decesserit sine filiis,locus fuit,& est dictæ substitutioni factæ de dicta ecclesia pro medietate,adeo ꝙ dicta ecclesia medietatem dictorum bonorum con sequetur,& consequi debebit &c. Domi. Benedi.

THEMA CONSILII XLV.

PVnctus. Testator inter cætera reliquit,& legauit vxori suę domū suę solitæ habitationis, cū omnibus rebus & bonis in dicta domo existentibus, lib. rā & expeditam, & ꝙ de ea possit sua propria authoritate accipere tenutā & possessionē.&c.Post cōditū dictū testamentū,testator superuixit per annos, & in dicta domo frumentū & alia immisit. Item emit vnā seruā quā retinuit ad ipsius seruitia in d. domo,quousq; vixit:Insuper ipse testator erat Notarius,& hēbat plures rogitus, & rogationes,đ qbus fuerat rogatus,ac ēt hēbat in d.domo Codicē rōnum suarū, in quo erāt descripta nomina debitorum, ac etiam creditores: ac etiam actiones ad eos spectantes contra dictum testatorem. Quæritur, an

non reponitur nec immittitur in domo, vt perpe-
9 tuo ibi sit, sed vt stet ad tempus, & cum † ad tempus ibi reponatur non censetur esse in loco, & sic in ipsa domo, prout not. ff. de hæred. instit. per Dn. Barto. & Ioannem de Imo. in l. ex facto. la glo. de. Ad hoc etiam quod habetur in c. præsenti. §. lo ca. de præben. in 6. & plene in c. Romana. §. sane. de censib. Vnde cum non censeatur frumentum esse in loco, & sic in domo, non ueniet in tali relicto frumentum ibi positum. Quod & clarius demonstratur ex alio: nam aut dictum frumentum positum fuit in domo vt vendatur & ad uendendum, & non uenit in tali relicto, cum non censeatur esse in loco. ff. de vsufru. leg. l. generali. §. uxori. vbi Barto. hoc not. per illum text. adducens etiam ad hoc quod habetur ff. de pig. in l. cum tabernā. in princ. aut fuit positum in domo pro usu ipsius testatoris, & eius familiæ, & tunc simpliciter non videtur esse in loco, nec venire, cum non sit ibi vt perpetuo ibi stet, sed ad tempus, prout patet in d. l. ex facto. & in d. §. loca. & in d. §. sane. ad hoc etiam quod no. ff. de leg. 3. in l. si chorus §. 1. vbi patet quod nummi repositi vt mutuo dentur, non videntur esse in
10 loco, esto quod dentur mutuo pro vsu seu pro vsu ris, prout † de iure digestorum dari poterant ad certam summam iuxta not. ff. de condi. inde. in l. si non sortem. & ff. de vsu. in l. qui sciuisset. & per totum. & C. eo. ti. in aut. ad hæc. alias sequeretur absurdum, quod si testator reliquisset uxori domum cum omnibus bonis, quæ ibi sunt, & filium suum instituisset hæredem, ipsa cōsequeretur totum frumentum, quod esset in domo pro vsu familiæ, & filius cum sua familia de dicto frumento nihil habe
11 ret, quod esset absurdum, nec videtur esse verisimiliter de mente testatoris, cum † non minus diligat filium quam seipsum l. isti quidem & ibi per glo. ff. quod me. causa quod, vt puto nullus diceret hoc fuisse de mente testatoris: imo & alias resultaret
12 absurdum. quod † argumentum etiam locum habet in vltimis voluntatibus, prout no. ff. de bo. lib. l. nam, & absurdum. per quæ dici & concludi potest, quod in tali relicto ita facto dictæ suæ vxori, de d. domo cum omnibus rebus & bonis in d. domo existentibus. non veniant talia bona post dictum testamentum in d. domo immissa, nec dictum frumentum, non obstantibus in contrarium supra adductis, cum non obstent. Non enim ob. & primo, quod supra in contrarium adducitur dicendo, quod cum tractetur de modico præiudicio in tali relicto veniunt etiam futura, per id quod habetur. C. quæ res pig. l. fi. Nam ad hoc respōdetur, quod non est verum, quod ex tali relicto resultet modicum præiudicium si trahatur ad alia bona postea immissa, imo magnum, vt mihi dicitur, & præsupponitur. Præterea illud habet locum in his, quæ existunt in domo, quod non cadit in ipso frumento prout supra dictum fuit. vnde non ob. nec ob. quod & secundo in contrarium adducitur dicendo, quod ista alia bona ueniunt accessorie ad bona relicta cum domo, ex quo dixit cum bonis propter quod talis dispositio trahitur ad futura ut d. l. fin. de libe. lega. Nam ad hoc respondetur, quod licet veniant accessoriæ, tamen non trahuntur ad futura, ita vt comprehendat frumentum postea immissum, cum non censeatur esse in ipsa domo prout & supra dicendum fuit propter quod talis dispositio non potest ad ipsum trahi, nec similiter ad alia bona, quæ non censerentur ibi esse perpetuo permansura ex quo in loco esse non censentur vnde non ob. nec ob. quod & tertio in contrarium adducitur, ut tale relictum trahatur ad futura, ex quo appositum est nomen generale. vt d. l. nam quod. & d. l. Iulianus. Nam ad hoc respondetur, quod licet ipse testator ita legando, vsus fuerit verbo generali, nihilominus restrinxit & limitauit ipse testator apponendo participium, existentibus in domo. vnde tunc non trahitur ad futura, ex quo ita limitauit: ad hoc l. fin. §. primo. ff. de leg. 2. per quem §. Barto. hoc voluit in d. l. si ita. Vnde non trahitur ad ipsum frumentum, & ad alia postea immissa, & etiam ex alio, quia frumentum non censetur esse in loco vt supra dictum fuit. Nec ob. quod & quarto in contrarium adducitur dicendo, quod tale frumentum ueniat & uenire debeat in tali relicto cum surrogetur loco frumenti existentis tempore testamenti per ea quæ habentur in l. fi. §. fin. de libe. leg. & aliis iuribus supra in contrarium allegatis, prout & uoluit Bar. post Iaco. de Are. in d. l. si ita circa fi. Nam ad hoc respondetur, quod ipsi loquuntur, quando fuisset relictum frumentum, quod non est in casu prædicto, cum relicta fuerit domus cum omni-
13 bus bonis & rebus in ea existentibus, quo † casu non comprehenditur frumentum ibi existens tempore testamenti: & multominus surrogatum, cum non censeatur esse in domo prout supra plenius dictum fuit. & hæc circa primum quæsitum. Circa secundum quod est, an ueniant in dicto relicto, dicta serua empta post testamentum conditum. Dicendum est quod dicta serua non veniet in tali relicto, ex pluribus. Et primo, quia testator retulit se ad tempus testamenti legando ipsam domum cum omnibus bonis, & rebus in domo existentibus: Vnde non trahitur ad futura, & sic ad dictam seruam postea acquisitam: ut d. l. si ita esset. cum suis concor. Quod & secundo deducitur ex alio, quia
14 † d. ancilla seu serua non potest dici, quod sit in domo nec ipsi domui accedat, cum accedere non possit ipsi rei. ff. de edi. edic. l. iustissime. & insti. de re. diui. §. in pecudum. sed potius accedit personæ, & eidem seruitint patet in d. iuribus, propter quod dicta Ancilla non uidetur esse in ipsa domo. cum ibi non sit perpetuo permansura: sed potius apud ipsum dicendum, cui seruit & seruire debet & ad eius beneplacitum. Non enim censetur esse
16 in loco, qui stat in loco ad beneplacitum domini, prout habetur in d. l. ex facto in §. rerum autem Italicarum. per quem text. Ioan. de Imo. hoc formaliter not. quod non dicitur esse in loco, qui ibi stat ad tempus, uel ad beneplacitum domini quod & bene probatur per illum text. ad hoc quod not. ff. de pig. in l. debitor. Vnde cum dicta ancilla non accedat domui, nec censeatur esse in domo, non uenit in tali relicto, ex quo testator retulit se ad bona in domo existentia, prout patet ex nota. in d. l. si ita. & in d. l. ex facto &

in d.l.si Chorus.§.r. ita qnod per hæc concindi potest, quod d.serua seu ancilla non veniat in tali relicto facto dictæ uxori de d.domo cum omnibus bonis,& rebus in d.domo existentibus, non obstantibus qnæ adduci poterant in contrarium, sicut adducta fuerunt supra, circa primum quæsitum, cum non obstent, sicut & non obstant decisioni primi qnæsiti: & maxime, quia ipsa ancilla non accedit domui, sed potius personæ, vt supra dictum fuit. Et hæc circa secundum. Circa tertium quod est, an veniunt dictæ rogationes, & instrumenta conscripta per ipsum testatorem. Dicendum est, quod in tali 16 legato† non ueniunt dictæ rogationes, seu instrumenta ipsius notarii, cum non videantur fuisse & esse in domo, ex quo ibi sunt, & permanent ad beneplacitum ipsius testatoris scribentis, & nō sunt ibi vt perpetuò fiat: ad hoc quod not. in d.l.ex facto.& qnod notat.ff. de legat.2.in l.Gaius. vbi gl. interlinearis.& etiam Bal. ibi videtur velle quod ipsa chyrographa non ueniant sub his, quæ dicuntur esse in domo. Vnde sicut non ueniunt chyrographa, ita & pariformiter non veniunt ipse rogationes, seu instrumenta, ad hoc.l.illud.ff.ad l.aqu.& c. inter corporalia, de transla.prælat. quod ideo est, quia non sunt in domo, ut perperuo ibi sint, sed ad tempus, seu ad beneplacitum, nec ipsi domui accedunt, sed potius personæ ipsius Tabellionis, qui de ipsis fuit rogatus: adeo quod pertinet ad ipsum: & post eius mortem ad eius hæredes.ff.de æden.l.si qnis ex argentariis.§.1.ita quod dici & cōcludi potest: qnod in tali relicto, non uenient ipse rogationes, & instrumenta, attentis rationibus prædictis, non obstantibus in contrarium, quæ adduci possent, prout & adducuntur circa primum quæsitnm, & hæc circa tertium quæsitum. Circa quartum & vltimū, 17 quod est, an† veniat liber, sine codex rationum ipsius testatoris repertus in domo prædicta tempore mortis ipsius, & nomina debitorum descripta in dicto libro.& si videatur dicendum quod ueniant, 18 cum† appellatione bonorum non solum bona mobilia, & immobilia, sed etiam nomina debitorum veniant, prout habetur.ff. de verborum significati. in l.princeps bona.& in l.mouentium. & de auth. tut.l.pupillus. Vnde cum ipse testator in testamento legauerit ipsam domum cum omnibus bonis, videntur venire sub isto legato ipse codex, seu liber rationum, & nomina in eo descripta. Sed hoc non ob. contrarium est de iure dicendum, vt ipse liber seu codex in tali legato non veniat, & multominns ipsa nomina debitorum ex pluribus, quia ipse testator, non solum reliquit ipsam domnm, cum omnibus bonis, sed vltra adiecit limitando & restringendo quæ essent in domo, cum disposuerit de bonis in ipsa domo existentibus. Vnde tale relictum restringitur & limitatur ad bona in d. domo existentia, sub quibus non uidetur uenire ipse liber seu codex rationum, cum non sit in ipsa domo ut perpetuo sit ibi, sed ad tempus seu beneplacitum ipsius testatoris, propter quod non censetur in dicta domo existere, prout nota. in d.l.ex facto. & in 19 d.l.si chorus.§.1. Quod & multofortius† procedit in nominibns ipsorum debitorum, ut non neniat: prout hæc habentur in d.l.Gaius. ubi uidetur hoc satis expressum. Qnod ideo est quia nomina ipsorum debitorum non circumscribuntur loco, nec in aliquo loco censentur esse, prout dicit Bal. in dicta l.Gains. Vnde non veniunt in tali relicto per prædicta, ita quod per hæc dici & concludi potest, quod in tali relicto non veniat dictus codex rationum, nec nomina in eo descripta. Non obstantibus in cōtrarium adductis, & quæ adduci possent pront patet snpra in primo quæsito. Nec obstat, quòd appellatione bonorum veniunt, nomina debitorum, quia licet hoc verum sit, quando simpliciter profertur verbum bonorum, tamen secus est quando restringitur & limitatnr ad loca, cnm tunc non veniant, vt patet ex prædictis, ad hoc quod nota. per Bar. in d.l.generali. in §.uxori.&c. Dominus Bene.

THEMA CONSILII XLVI.

PVnctus. Quidam Venantius de Fabriano: contraxit matrimonium cum quadam Gentilesca, ex qua habuit tres filios, vnum masculum, videlicet Bernardinum, & duas fœminas, videlicet Catherinam & Marchiginam, quam Marchiginam tradidit nuptui cuidam nomine Castellano, cui promisit pro dote quantitatem declarandam per duos bonos homines, ad dictam declarationem præsentes, & acceptantes, & habita & recepta dicta dote declaranda per dictos declaratores, quam dictæ partes ex nunc voluerunt haberi pro declarata & specificata, & promisit dictus Castel. Maritus dictæ Marchi. dicto Venan. eius patri facere dotationem localem secundum formam iuris & statutorum terræ Fabriani. & non obstante dicto instrumento dicti Venanti.& Castell. remanserunt in concordio, quòd prædicti haberent declarare prædictā dotem, cum ipse vellet dare pro dote 65. Florenos, & dictus Castel. volebat plus, propter quod remiserunt in prædictos declarationem dotis prædictæ. Deinde decessit dicta Gentilesca vxor dicti Venan. & mater dictorum filiorum, superstitibus dictis tribus filiis.& d.Venant. eius viro, & patre dictorum filiorum. Deinde decesserunt duo ex dictis filiis superstite d.Venant.& altera, videlicet, dicta Marchi. sorore vtrinque coniuncta dictorum filiorum decedentium. Deinde dictus Venant. transiuit ad secunda vota, & post transitum ad secunda vota dictus Venant. alienauit titulo venditionis partem sibi obuētam per mortem dictorum filiorum decedentium, quoad proprietatem & vsumfructum, ante transitum ad secunda vota, de bonis quondam suæ vxoris. Modo emptor quærit habere proprietatem, & vsumfructū

vigore

vigore dictæ emptionis. Sed pro parte dictæ Marchi. respondetur, quod non debet habere proprietatem, cum ipse pater eam perdiderit propter transitum ad secũda vota, nec etiam vsumfructum, cum ipsum perdiderit alienando. Vnde quæritur nunc quid iuris, Et primo, quis successerit & succedat dictæ Gentile. matri dictorum trium filiorum, & vxori ipsius Venant. & similiter dictis filiis mortuis. Deinde quæritur, an dictus Venan. pater prædictorum priuetur proprietate & vsufructu, ita quod emptor prædictus non consequatur, nec consequi possit proprietatem, nec vsumfructum in partibus dictorum filiorum alienatis, sed potius dictæ partes pertineant ad dictam Marchi. filiam primi matrimonij superstitem. Et vltra etiam quæritur, an dictus Castel. vel dicta Marchi. eius vxor petere potuerint contra dictum Venant. patrem dictæ Marchi. dotem aliquam: vel quomodo subueniatur pro dicta dote consequenda.

SVMMARIVM.

1 *Filij succedunt in bonis maternis ab intestato, sed eorum bonorum vsusfructus patri debetur.*
2 *Pater debet habere vsumfructum bonorum maternorum ad filiam peruentorum, etiam si filia sit nupta.*
3 *Pater quando habet consortium proprietatis, non habet vsumfructum in filij portione.*
4 *Pater quibus casibus non consequatur usumfructum in bonis ad filium peruentis.*
5 *Pater transiens ad secunda uota, priuatur proprietate bonorum ad eum peruentorum ob mortem filij, & apud eum remanet tantum usufructus, ad instar matris ad secunda vota transeuntis & hoc communiter tenetur.*
6 *Vsusfructuarius potest alienare usumfructum.*
7 *Intellectus. l. fœmina. C. de secun. nup.*
8 *Vsusfructus, quando ob alienationẽ de eo factam, redeat ad proprietatem, & cum ea consolidetur.*
9 *Circuitus est euitandus.*
10 *Remissio usufructus facta per patrẽ in bonis filiæ: valet.*
11 *Dotis declarandæ promissio valet, licet non sit expressa certa quantitas.*
12 *Dotis declaratio si cui committatur, & is ante declarationem factam pereat, recurretur ad iudicem loci, vt ipse tanquam arbiter declaret dictam dotem.*
13 *Bona patris sunt genero obligata pro dote filiæ, sibi matrimonio copulatæ.*
14 *Pater tenetur filiæ dotem congruam constituere, quando filia nupsit viro idoneo, & id ipsa filia a patre petere potest.*

CONSILIVM XLVI.

In nomine domini, Amen.

Pro prædictorum declaratione & pleniori consultatione dicendum est, quod cum dicta Genti. mater prædictorum filiorum decesserit superstitibus dictis tribus filiis, & dicto Venan. eius uiro, & patre dictorum filiorum, ipsi 1 † filii successerunt & succedunt in dictis bonis maternis. C. ad orfic. l. 1. & l. ab intestato. & insti. ad orfi. §. primo. sed licet succedant ab intestato, tamen pater consequetur & consequi debebit vsumfructum in dictis bonis maternis. C. de bon. matern. l. 1. & 2. & C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. & hæc quo ad successionem matris, Et cum post ipsam matrem decesserint dicti duo filij superstitibus dicto Vena. patre, & dicta Marchi. sorore vtrinque coniuncta, successit eidem dictus Venan. pater, succedendo primo loco morienti pro tertia parte, & secundo morienti pro medietate: quibus similiter successit dicta Marchi. succedendo, primo pro tertia parte, secundo pro medietate. C. ad Tertullia. authen. defuncto. & sic succedunt dictus Venant. pater in bonis dictorum filiorum pro medietate effectualiter, & similiter dicta Marchi. pro alia medietate, adeo quod consequetur dicta Narchi. & consequi debebit de ipsis bonis maternis: primo tertiam partem ex persona sua in qua tertia parte pater 2 † habet usumfructum, & habere debet, prout per prius habebat vt supra, quantumcunque sit nupta. C. de conditio. infer. l. si vxorem. De aliis filiis postea mortuis ipsa habebit & habere debebit medietatem, & sic aliam tertiam partem & aliam tertiam partem consecutus fuit & consequi debebit dictus Venant. & debuit habere tertiam partem. Sed tunc cadit dubitatio an dicta March. consequatur dictam tertiam partem quoad proprietatem & vsumfructum. Circa quod, prima facie videtur dicendum, vt consequatur quoad usumfructum quia pater prius habebat usumfructum in ipsis bonis maternis ut supra dictum fuit, tum etiam, quia pater habere debet vsumfructum in bonis, quæ peruenerunt ad filiam etiam nuptam vt d. l. si vxorem. Contrarium tamen de iure dicendum est, ut ipsa Marchi. consequatur & consequi debeat ipsam tertiam partem, succedendo ipsi fratri & sorori, vna cum patre, non solum in proprietate, sed etiam in usufructu, prout est expressum. C. de bon. quæ liber. authen. item hæreditas. Tunc 3 † enim pater in ipsa portione, quæ deuenit ad filiã ipsam, non consequitur vsumfructum, ut ibi expressum est, videlicet in d. authen. item hæreditas. quod ideo est, quia iure Codicis solus filius succedebat & præferebatur patri. ut C. de bo. quæ lib. l. quæcunq;. & C. de adul. l. fi. Vnde cũ per ius nouissimum grauetur, ut cũ eo pater defuncti hodie invirili uocetur, in alio eum reuelauit, ut in eius portione pater non habeat vsumfructum. argu. l. eum qui. in prin. ff. de iureiu. ut voluit Bar. de Sal. in d. auth. item hæreditas. post Iacob. de Aren. vnde propter dictam rationem hoc casu ipse pater non consequi 4 tur vsumfructum, quod † etiam est in pluribus aliis casibus not. per gloss. in auth. idẽ est C. de bo. quæ liber. Vnde in dicta tertia parte, quæ deuenit ad ipsam Marchi. ex morte fratris & sororis, consequitur & consequi debet ipsa Marchi. proprietatem & vsumfructum, vt est expressum ibi. Verum quia ipse pater postea, & post mortem dictorum filiorũ suorum, transiuit ad secunda vota, superstite ipsa

Mar-

5 Marchi.filia, ipse pater † priuatur ex tali transitu, ipsa proprietate spectante ad ipsum patrem in d. tertia parte ad eum deuoluto, vsufructu solum apud ipsum remanente, prout est expressum.C. de secun.nup. l.fœminæ.& clarius in auth.ex testamẽto. ibi posita & in corpo.vnde sumitur. uidelicet in auth.de nupt.§.si vero expectet.habet enim locum dispositio dictorum iurium, non solum in matre transeunte ad secunda uota, sed etiam in patre, prout voluit glo.in d. l. fœminæ. & est expressum in d.§.si uero expectet.ibi.& hæc communis est uiri & mulieris. prout dicit Bald. in d. l.fœminæ.vbi hoc idem tenet. quod & tenet etiam Bart. ibi. & communiter tenetur. Et cum postea ipse Vnant. pater alienauerit dictas partes ad ipsum spectantes ex morte dictorum suorum filiorum, & vsumfructum.& dubitetur an ipsa alienatio valeat, saltem quo ad usumfructum. Et circa hoc dicendum est, quòd sine dubio talis alienatio non ualuit nec valet, quo ad ipsam proprietatem, prout est expressum in d. l. fœminæ. pro quo facit, quia per talem transitum ad secunda vota, deuoluta est ipsa proprietas ad ipsam Marhi. Vnde ad eis præiudicium talis alienatio non valuit, nec ualet. ff. de reg. iu. l. id quod nostrum.& ut nota.ff. de contrahen.emp. l.rem alienam. Sed an valeat quod ad usumfructum, ad ipsum Venan.patrem ante dictam aliena-

6 tionem spectantem, & est dubium, cum † ususfructus alienare possit ipsum usumfructum.ff. de usu fru.l.arboribus.§. vsusfructarius institu.de usu.& habita. §. fi. sed licet verum sit ut vsusfructuarius alienare possit vsumfructum, vt in iuribus prædictis, tamen pater qui transiuit ad secunda uota, usumfructum apud eum remanentem alienare nõ

7 potest, sicut & nec mater transiens prout † videtur innuere. tex. d. l. fœminæ. dum tex. ibi dicit: nec quicquam fœminæ ex eisdem facultatibus alienandum in quamlibet extraneam personam, præsumãt, atque habeant potestatem possidendi tantum ac fruendi in diem uitæ suæ, non etiam alienandi facultate concessa. Videtur enim tex.ibi prohibere potestatem alienandi ipsas res, in quibus includitur ususfructus. ff. de usufruct. l.prima. & non solum potestatem alienandi ipsas res, sed potestatem alienandi ipsum usumfructum, cum dicat tex.ibi ꝙ possideat & fruatur in uita sua tantum, non cõcessa alienandi facultate: quod & maxime procedit hodie, cũ solummodo habeat usumfructum vt su-

8 pra patet. Imo † & alienando ipsum vsumfructum ipse redit ad proprietatem. insti. de usufru. §.fi. prout dicit Bald. in d.l. fœminæ. Vnde redit talis ususfructus ad dictam Marchi. proprietariam dictæ tertiæ partis, quod maxime procedit ĩ casu prædicto, in quo ipse Venan.se à loco absentauit, & in bonis suis ibi, vt nihil dicitur, nihil habet & est notorie non soluendo: adeo quòd d.Marchia.non poterit nec posset recurrere contra eum, & super eius bonis, prout & recurrere poterat pro dicta proprietate & usufructu, secundum quod habetur in d.l. fœminæ uer.nã si quid. imo & nec ipsa Marchi.nec dictus Castel.recurrere poterunt pro dote & pro aliis debitis dicti Castel. unde nimirum si tunc ususfructus consolidatur cum proprietate, ad hoc quod in simili nota. C. de pig.ac. auth.hoc si

9 debitor.& ff.si cer.pe.l.fi.& de † circuitu euitãdo. ff.de condict. inde.in l.dominus testamento.& de rescrip. in Cle.auditor. propter quæ dici potest, ꝙ ipse Venan. alienare non potuit ipsum vsumfructum, & proprietatem in præiudicium ipsius Marchi. & multominus potuit alienare ipsam partem obuenientam dictæ Marchi. de bonis fratris & sororis, nec usumfructũ ipsius patris. Imo & nec vsumfructum partis obuenientia dictæ Marchi. de bonis maternis, absque eius voluntate, cum non possit ipsa bona materna spectantia ad ipsam Marchi. alienare absque voluntate ipsius Marchi. nisi pro ære alieno hæreditario satisfaciendo prout no. C. de bo. quæ libe.l. cum non solum.§. ipsum autem. & ibi per Sali. & maxime cum ipse pater remiserit dictum usumfructum in dicta parte, permittendo quod ipsa Marchi. habeat partem sibi tangentem de dictis bonis, & eius usumfr.per xl.annos.& vl-

10 tra, cum teneat † talis remissio seu concessio facta per patrem.C.de bo.quæ lib.l.cum oportet.§. non autem & ibi per Bald. Vnde cum ipse Venan. pater non potuerit nec possit alienare partes sibi obuentas ex bonis dictorum suorum defunctorum, etiam quo ad vsumfructum, vt supra non consequetur nec consequi poterit dictus emptor proprietatem: imo & nec vsumfructum in dictis partibus alienatis, nec similiter in parte obuenta dictæ Marchi.in bonis suorum prædictorum fratrum: imo & multominus in parte sua per iura prædicta. & hæc circa primum & secundũ quæsitum. Circa tertium & ultimum quod est, an dictus.Castel.uel dicta Marchi. eius vxore petere potuerint, & possint contra dictum Venan. dotem aliquam, uel quomodo subueniatur eisdem. Dicen-

11 dum est, quòd cum promissio † talis facta de dicta dote declaranda per prædictos, valuerit & valeat, quantumcunque non sit expressa certa quantitas. ff.de iure do.l.cum post.§.gener.& habente declarare re uera nõ declarauerint quantumcunq; in instrumento asseratur ipsam dotem fuisse declaratã, tamen re uera declarata non fuerit: sed potius non obstante dicto instrumento, dictam declaratio-

12 nem in prædictos remiserint, & ipsi † postea decesserint ipsa dote per eos non declarata, recurrendum est, & recurri potest ad iudicem loci, ut ipse arbitretur declarare dictam dotem. ff. de verb.ob. l. si quis arbitratu. qua declarata consequetur & consequi debebit dictus Castel. dictam dotem cõtra dictum Venant. & super eius bonis, adeo quòd poterit agere hypothecaria, si dictus Venan.deti-

13 net bona & ea detinere poterit, cũ pro † ipsa dote bona ipsius Venant. sit obligata. C.de rei vxor. acti.l.prima.§.r.& C.qui po. in pig. ha.l.assiduis. & in c.ex literis. de pig. & sic per hanc uiam subuenietur dicto Castel.& si per hanc uiam non posset consuli dicto Castel.& consequenter dictæ Marchi. poterit & ipsa Marchi. petere contra ipsum Ve-

14 nan. eius patrem, ut constituat † dotem congruã, ut constituere tenetur, ex quo nupsit uiro idoneo. ff.de ritu nup. l. cui liberos.& ut no.32.q.3. hoc sanctum & hoc voluit Io. An.& do.An. in c.accedens.de Procura.ubi plenius de hoc p Io. de Imo. & do-

& domi. Nicol. de quo ff. de actio. & obl. l. obligamur. §. leg. & ibi per Bar. & C. communia de leg. auth. res quæ. Domi. Benedi.

THEMA CONSILII XLVII.

PVnctus. Quidam Massius Puccioli de Montefalco contraxit matrimonium cum quadã domina Vannucia, ex quo matrimonio nata fuit quædam filia, nomine Clarucia, quam ipse Massius tradidit nuptui Angelo Matheoli: ex quorum matrimonio nata fuit quædam Marina. Deinde decesserunt ipsi Mass. & Vannu. superstite dicta Claru. eorum filia. deinde decessit dictus Ang. maritus dictæ Claruc. superstite dicta Mari. eius filia, & dicta Claru. eius uxore. Deinde dicta Claru. transiuit ad secunda vota, nubendo se cuidam Antonio Castellani de dicta terra, & Mari. filia dictæ Claru. nupsit Petro filio dicti Ant. Castella. & ex dicto matrimonio contracto inter dictum Antou. & Claru. nati fuerunt duo filij, videlicet, quędã Catherina & quidam Iacobus. Deinde decessit dicta Clar. superstite d. Mari. filia primi matrimonij, & dictis Iac. & Catheri. filijs secundi matrimonij: qui filij secundi matrimonij decesserunt superstite Ant. Castel. eorum patre & d. Mari. eorum sorore Vterina. Deinde dictus Anton. & dictus Pet. maritus dictæ Mar. filiæ dictę Claru. ex primo matrimonio fecerunt quoddam compromissum in dominum Vale. & quẽdam Iacobum, qui tulerunt laudum, quorum compromissa & laudi instrumenta transmittuntur. Et antequam fuisset factum dictum compromissum dictus Anton. post mortem dictę Claru. eius uxoris, transiuit ad secunda uota, contrahendo matrimonium cum quadam Angelucia filia Narducij, ex qua habuit quendam filiũ nomine Nicolã. Deinde decessit dictus Anton. superstite dicto Nicola eius filio, qui detinet bona dictę Claru. quę in eius hęreditate remanserunt. Nunc vero dicta Mari. filia dictæ Claru. ex primo matrimonio vellet petere bona dictę Claru. eius matris, & in dubium reuocatur de duobus. Et primo, an bona dictę Claru. pertinuerint & spectauerint, & pertineant & spectent ad dictam Mari. filiam primi matrimonij, an ad dictũ Nico. filium dicti Anto. qui An. successit cum dictis suis filiis. Secundo, an non obstante dicto cõpromisso, & laudo d. Mari. petere potuerit & possit dicta bona dictę dominę Claru. eius matris, existentia apud ipsum Nicoa.

SVMMARIVM.

1. *Pater transeundo ad secunda vota priuatur proprietate & solum habet vsumfructum in bonis filio delatis, quẽadmodum & mater priuatur, si secundo nubat.*
2. *Vsusfructus finitur morte vsufructuarij, & consolidatur cum proprietate.*
3. *Maritus non potest compromissum facere nomine vxoris, nisi ad hoc ab ea mandatum habeat: & si de facto compromissum fecerit, laudum vxori non praeiudicat.*
4. *Maritus, licet pro vxore agere possit, tamen non censetur dominus, nec vxori potest praeiudicare, si ab ea mandatum non habeat.*
5. *Res inter alios acta alijs non praeiudicat.*
6. *Arbitri non possunt laudum suum ferre super non comprehensis in compromisso.*
7. *Arbitrorum potestas ab ipso compromisso dependet, nec maiorem habent potestatem, quam per compromissum eis detur.*

CONSILIVM XLVII.

In nomine domini, Amen.

Circa primum, quod est, de bonis dictæ Claru. ad quem pertineant: & si videatur prima facie dicendum, quod cum dicta Claru. decesserit superstitibus sibi dicta Mari. & Iac. & Catherina suis filijs, & filiabus, ipsi successerint eidem, quilibet pro tertia parte. C. ad orfi. l. 1. & l. ab intestato & instit. eodem titu. §. 1. & institu. de hæredi. quæ ab intesta. §. 1. & in auth. de hære. quæ ab intesta. §. 1. & cum postea decesserint dicti Iaco. & Catheri. eisdem successerit dictus Ant. eorum pater, exclusa dicta Mari. earum sorore Vterina. C. ad Tertullia. auth. defuncto. & C. de legi. hære. aut. cessante. & cum post ea successerit dictus Anto. eorum pater superstite dicto Nic. eius filio, eidem Anto. successit dictus Nicol. eius filius. C. de suis & legi. auth. in successione. propter quod videtur, quod ipse Nic. successerit, & succedat dicto Anton. suo patri. & ex persona dicti sui patris successerit & succedat dictus Nicol. dictis Iaco. & Cathe. succedentibus dictæ Claru. pro duabus partibus, de tribus. & ideo ipse Nicol. videtur succedere in duabus partibus de tribus in bonis dictæ Claru. Sed his non obstãtibus, contrarium de iure dicendum est. vt videlicet, in bonis dictæ Claru. successerit, & succedat dicta Mari. eius filia, & filia primi matrimonij in totum. quia licet dicti Iac. & Catheri. successerint eidem Claru. in duabus partibus de tribus, & eisdem successerit dictus Antonius eorum pater. vt d. aut. defuncto. Tamen non succedit integraliter, sed solũ quoad usumfructum, cum † transeundo ad secunda vota priuetur proprietate bonorum, quæ fuerunt dictæ Claru. C. de secundis nupti. l. fœminæ. & in auth. de nup. §. si vero expectet. Quod & locũ habet similiter, si successerit liberis eius. C. de secũdis nup. auth. ex testamento cum & similiter in ipsis bonis succedat quo ad vsumfructum d. Anto. ex testamento,

2 testamento, adeo † quòd eo postea mortuo extinguitur ipse vsusfructus. instit. de vsufr. §. finitur, & ipso finito, ipsa bona redeunt ad dictam Mari. filiam primi matrimonij vt d. l. fœminæ. & d. §. si vero expectet, habet enim locum dispositio dictorũ iurium, non solum in matre, quæ transit ad secunda vota, sed etiam in patre transeunte ad secunda vota, vt in aut. de nup. in d. §. si vero expectet: per quẽ text. gl. & etiam Bald. in d. l. fœminæ hoc tenent. & ita communiter tenetur. Vnde cum dispositio dictorum iurium locum habuerit in dicto Ant. viro secundo dictæ Clar. & patre dictorum Iaco. & Catheri. ipse dictis suis filijs non successit, nisi quo ad vsumfructum, sicut econuerso successisset mater. vt d. auth. ex testamento. ipsa proprietate spectante & pertinente ad ipsam dominam Mari. filiã primi matrimonij dictæ Claru. & ipse Ant. postea decessit, & sic cum fuerit finitus vsusfructus in bonis dictæ Cla. ipsa bona spectauerunt & pertinuerunt, spectant & pertinent ad dictam dom. Mari. filiam primi matrimonij, prout patet in iuribus prædictis: per quæ cõcluditur circa primum dubium, quòd bona dictæ Cla. matris dictæ Mari. filiæ primi matrimonij spectauerunt, pertinent & spectãt ad dictam do. Mari. & non ad dictum Nico. & per ipsum Nico. eidem restituenda sunt, ex quo ad eã pertinent. C. de alie. iudi. mutan. causa facta. l. vnica. pertinuerunt enim ad dictam do. Mari. & pertinent nõ solum pro tertia parte, pro qua successit, sed etiam pro duabus alijs partibus, in quibus successerunt filij dictæ Clar. ex secundo matrimonio, quibus successit dictus Ant. eorum pater, cum ipse eis priuatus fuerit, non solum quo ad proprietatem, quæ deuoluta fuit ad dictam Mari. filiam dictæ Claru. ex primo matrimonio. vt d. l. fœminæ. & d. §. si uero expectet. & d. auth. ex testamẽto. sed etiam vsufructu, ex quo decessit, cum eius morte finiatur vsusfructus, & redeat ad proprietatem. insti. de vsufru. §. finitur. Et hæc quo ad primum dubium. Circa secundum vero quod est, an dicta do. Mari. potuerit & possit, dicta bona dictæ Clar. existentia apud ipsum Nicol. repetere, non obstante dicto laudo, & compromisso. Et circa hoc dicendũ est, quòd ipsa potuit & potest bona petere, adeo quod eidem sunt restituenda, non solũ quo ad tertiam partem, in qua successit, sed etiã quo ad duas alias partes, ex quo ad eam ita fuerunt deuoluta ꝑ dictis duabus alijs partibus, prout supra dictũ fuit non obstante cõpromisso, & laudo prædictis, quia

3 † & si dictus Pet. compromiserit vna cũ dicto Anto. Nihilominus non compromisit nomine ipsius Mari. suæ vxoris, nec etiam compromittere potuisset si ab ea mandatum non habuisset, quia † & si vir

4 pro vxore agere possit. C. de procura. l. Maritus. tamen non censetur dominus. Vnde non potest eidẽ vxori præiudicare, si ab ea mandatum non habeat. ff. iudi. solu. l. 3. vnde cum non compromiserit nomine ipsius, nec compromittere potuisset absque mandato, tale laudum eidem do. Mari. non præiu-

5 dicauit, nec præiudicat, cum † res inter alios acta alijs non præiudicet. ff. de re iudi. l. sæpe. & C. res inter alios acta: per totum: Quod & clarius deducitur ex alio, quia & si compromisisset nomine dictæ Mari. quòd verum non est, prout apparet ex forma dicti compromissi, nihilominus tale compromissum non fuit factum de bonis, & rebus dictæ do. Claru. & ad ipsam Mari. spectantibus, prout appa-

6 ret ex forma compromissi. Vnde † ipsi arbitri super eis sententiare, & iudicare non potuerunt. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de officio & eo. tit. c. cum dilectus. Vnde cum non fuerit factum compromissum in & super bonis dictæ do. Clar. nõ potuerunt dicti arbitri se intromittere: nec super eis ferre sententiam suam, quia ipsa Mari. seu Pet. prædictus eius nomine non compromisit, & tum etiã, quia super dictis bonis non fuit factum compro-

7 missum. Potestas † enim arbitrorum ab ipso compromisso dependet: adeo quòd non habent maiorem potestatem, quam per cõpromissum detur ipsis arbitris. vt d. §. de officio. & d. cap. cum dilectus. Vnde cum non sit factum compromissum super bonis dictæ Claru. pertinentibus ad dictam do. Mari. nec per ipsam Mari. vel alium eius nomine, non potuerunt dicti arbitri dictum laudum, & sententiam ferre super eius bonis, & si tulerunt, dictæ Mari. non præiudicauit, nec præiudicat: per quæ concluditur, & concludi potest, quod dicta do. Mari. potuit & potest dicta bona repetere cõtra dictum Nico. adeo quòd eidem tenebitur ipsa bona restituere, non obstantibus dicto compromisso & laudo, cum non obstent, vt patet ex prædictis &c. Domi. Benedic.

THEMA CONSILII XLVIII.

PVnctus. Quidam Franciscus veniens ad mortem, condidit testamentum suum vltimum. In quo inter alia reliquit cuidã suæ filiæ iure institutionis certum quid, quod non ascendit vsque ad legitimam iure naturę debitam. Itẽ instituit certos alios in rebus suis certis, & quædam alia legata fecit. Demum quendam alium instituit suũ vniuersalem hæredem in omnibus alijs bonis suis, iuribus, & actionibus, quæ reperiuntur & reperiri possunt ipsius testatoris. Deinde iste vniuersalis hæres institutus condidit testamentum, in quo instituit quosdam in rebus certis, & quædam alia legata fecit. In omnibus autem alijs suis bonis instituit quendam alium suum hæredem vniuersalem: Mortuo isto hærede in primo testamento instituto, ipsa filia cui relictũ est minus in testamento primo legitima portione iure naturæ debita, vult agere ad supplementum ipsius legitimę, & quòd sibi suppleatur dicta legitima vsq; ad debitam portionem, de bonis ipsius sui patris, & sic primi testatoris, tam contra dictum hæredem vniuersalem in d. secundo testamento institutũ, quam cõtra alios legatarios, & institutos in

rebus

rebus certis. Excipiunt modo instituti in d. secundo testamẽto in rebus certis. se ad supplementum prædictum nõ teneri sed ad hoc teneri vniuersalem hæredem institutum in dicto secundo testamento. Quæritur modo quid iuris vtrum filia posit recurrere & agere, non solum contra vniuersalem hæredem in dicto secundo testamento institutum pro supplemento ipsius suæ legitimæ portionis. sed etiam contra ipsos institutos in rebus certis in d. secuudo testamento.

SVMMARIVM.

1. *Filius agens ad supplementum legitimæ an possit agere contra legatarios, vel institutos in re certa, an vero tantum contra hæredem vniuersalem in testamento institutum.*
2. *Legatarij possidentes corpus hæreditarium possunt pro rata conueniri pro supplemento legitimæ.*
3. *Instituti in re certa possunt dici hæredes.*
4. *Intellectus. §. cæterum. in auth. vt cum de appel. cogno. et numero. 11. & 12.*
5. *Conditio ex lege competit pro consequendo supplemento legitimæ filij, & Patroni in bonis liberti.*
6. *Condictio ex lege personalis est.*
7. *Actio personalis rem non sequitur.*
8. *Institutus in re certa, dato vniuersali hærede, habetur loco legatarij.*
9. *Hæres vniuersalis representat personam testatoris.*
10. *Intellectus l. si libertus. §. libertus. ff. de bonis libert.*
11. *Legatarij si conueniantur a filio pro supplemento legitimæ, et soluant, possunt habere recursum contra hæredes vniuersales.*
12. *Verba sunt debent potius proprie, quam improprie in materia exorbitanti.*

CONSILIVM XLVIII.

In nomine domini, Amen.

Et si videatur prima facie dicendum, quod pro supplemento ipsius legitimæ ipsa filia dicti testatoris recurrere posit, nõ solum contra hæredem vniuersalem in secundo testamento institutum, sed etiam contra dictos institutos in dicto secundo testamẽto in re certa, cum † [1] recurrere posit pro eius legitima, & eius supplemento, etiam contra legatarios pro rata. l. si libertus. §. libertus. ff. de bo. lib. p quá l. Bar. hoc voluit in l. in quartam. ff. ad l. Falci. p quá l. videtur hoc similiter tenere Ang. ibi. & Bald. in l. omnimodo. C. de inoff. test. dicens, hoc procedere, quando esset † [2] relictum corpus hæreditarium, cum tunc contribuant legatarij ad legitimam, sicut & hæres. argu. l. linea Margaritarum. ff. ad l. Fal. secus si esset relicta quantitas, vel aliquid aliud in genere, cum tunc non posit agi pro supplemento legitimæ contra ipsum legatarium. cum genus non sit in substantia bonorum testatoris, ex qua suppleri debet ista legitima. l. Scimus. §. repletionem. C. de inoffi. test. & plenius ibi per ipsum Bal. ita q ex his videtur, quòd pro supplemento legitimæ agi posit non solum contra hæredes, sed etiam cõtra legatarios, si posideat corpus hæreditariũ, & fortius contra hæredes institutos in rebus, certis † [3] cum & ipsi dici posint hæredes. iuxta not. ff. de hære. insti. l. ex facto. la grande. & in l. quotiens. C. eo. ti. & præcipue quo ad hoc, vt suppleant & supplere debeant ipsam legitimam: prout videtur velle tex. in auth. vt cum de appella. cogno. in §. cæterum. vbi loquitur etiam de hæredibus institutis in rebus certis. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, vt videlicet pro supplemento ipsius legitimæ agendum & recurrendum sit contra hæredem vniuersalem, & non contra ipsos hæredes institutos in re certa, nec contra ipsos legatarios, prout † [4] probat tex. in d. §. cæterum: non cauillando literam, prout uoluit Ioan. de Imo. in d. l. in quartam ad fi. per illum tex. Quod ex alio demõstratur, quia † [5] pro consequendo supplementum legitimæ competit condictio ex lege, prout patet ex l. omnimodo. C. de inoffi. test. & prout in simili dicitur. insti. de succes. liberto. in §. sed nostra. vbi gloss. in simili dicit, in iure agendi ad supplementum legitimæ Patroni. & vt voluit Bal. in d. l. omnimodo. & Ioan. de Imo. in d. l. in quartam, ad fi. ad hoc etiá quod no. ff. de condi. ex lege. l. vnica. & cum † [6] competat condictio ex lege, quæ personalis est. institu. de actio. §. sic itaque. Vnde cum sit personalis, non competit contra legatarios, cum actio † [7] personalis, non sequatur rem. ff. ad Trebel. l. 1. §. si hæres. Et hoc voluit Io. de Imo. in d. l. in quartam. ad fi. & hoc reperio fuisse consultum per excellentissimũ iuris Doctorem do. Io. de Montesperel. prout ipse refert in d. l. omnimodo. videlicet, quòd contra hæredem, & non contra legatarios sit agendum, maxime, per d. §. cæterum. & quia alias subuerteretur testamentum, & sic omnia legata pro rata, quod non videtur esse de mente iuris, vt plenius ibi per eundem do. Io. quod videtur similiter habere locum in institutis in re certa, vt similiter non competat contra ipsos institutos in re certa, sed contra hæredem vniuersalem, cum † [8] dato hærede vniuersali, institutus in re certa habeatur loco legatarij, & non hæredis, saltem quo ad onera hæreditaria, ut ea subire non teneatur: prout voluit glo. in ca. Rainutius. de test. ad hoc l. 1. C. si cer. peta. & vt not. in d. l. ex facto. la grande. & ibi per Bal. & per Cano. in c. Rainutius. de testa. & in c. si pater. eo. tit. in 6. Vnde cũ habeantur loco legatarij hæredes instituti in re certa, non poterunt nec possunt conueniri ad ipsum supplementum legitimæ. Quod & maxime procedit in casu prædicto, in quo non tractatur de iure agendi ad supplementum contra legatarios, seu institutos hæredes in testamẽto, in quo relictum est minus legitima dictæ filiæ, propter quod agitur ad supplementum ipsius legitimæ, quæ supplẽda est, vt supra. sed agitur cõtra hæredes institutos in certis rebus in testamento per hæredem institutũ condito, quo casu non videtur agendum contra eius legatarios, vel contra institutos in re certa, qui loco legatarij habentur dato cohærede vniuersali. vt supra: sed contra † [9] ipsum hæredem vniuersalem in d. testa-

d.testamento deputatum, qui repræsentat personã ipsius testatoris hæredis vniuersalis in d. primo testamento, contra quem agendum erat ad supplementum, prout patet ex prædictis, non obstantibus in 10 contrarium adductis, cum non obstent. Nõ† enim ob. d. §. Libertus, cum ad ea responderi possit, prout respondet Io. de Imo. & do. Io. de Montespe. in d. l. omnimodo. Nec ob. si dicatur, quod si relictum est corpus hæreditarium debeat suppleri per legatarios, seu per institutos in re certa, cum suppletio fieri debeat ex substantia testatoris. ut d. §. repletionem. Nam ad hoc respondetur, quòd & si suppleatur per hæredem, supplebitur ex substantia testatoris, ex qua supplẽda est, & non per legatarios, vel per hæredes institutos in re certa cum contra eos non competat condictio ex lege, quæ persona 11 lis est vt supra: & si contra † eos ageretur, habere possent recursum contra hæredes uniuersales iuxta no. in l. rem alienã. C. de leg. Nec ob. si dicatur, quòd suppleri debet ab hæredibus, vt dicit text. in d. §. cæterum. quorum appellatione veniunt etiam instituti in re certa, ut supra. Nam ad hoc respondetur, quòd dum tex. ibi dicit ab hæredibus, nõ loquitur de hæredibus institutis in re certa, sed ab hæredibus uniuersalibus, cum loquatur de hæredibus in re certa institutis, quibus minus legitima 12 est relictum. verba † enim sumi debent potius proprie, quam improprie in materia ista exorbitanti vt in regulis: quæ s iure: in 6. ad hoc l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gestis. Nec obstat tex. dum dicit ibi secũdum alias nostras leges, cum intelligatur & intelligi debeat vt suppleatur, & suppleri debeat ab ipsis hæredibus, prout disponunt aliæ leges, videlicet d. l. omnimodo & d. l. Scimus. §. repletionem. & non prout habetur in d. §. libertus. cum ibi non loquatur de legitima filiorum, sed Patronorum, & cũ non sit lex Imperatorum: sed iuriscõsulti. Vnde cũ non obstent, concluditur & concludi potest, pro prædicto supplemento legitimæ agendum esse contra ipsum hæredem vniuersalem in dicto secundo testamento institutum, & non contra legatarios & hæredes institutos in re certa, prout patet ex prædictis. Domin. Bene.

THEMA CONSILII XLIX.

PVnctus. Quidam Thomas de Fulgineo suum vltimum, & solenne condidit testamẽtum, in quo inter cætera, factis quibusdam legatis, in omnibus alijs & singulis suis bonis mobilibus, & immobilibus, &c. sibi hæredes vniuersales instituit, atque fecit Ioannem, Thomã, Marinum, Angelum, & Barnabeũ eius filios legitimos & naturales, æquali portione inter eos, cum hac conditione, quòd si aliquis dictorum suorum filiorum, & hæredum decesserit in pupillari ætate, vel postea quandocũque sine filijs legitimis de se natis, quòd pars dicti decedẽtis remaneat in alios, vel alium superuiuentem, & si omnes decesserint sine filijs legitimis de se natis, dicta hæreditas remaneat in dictis suis filiabus fœminis, & si omnes &c. Deinde decessit dictus testator superstitibus dictis suis filijs, & duabus filiabus in dicto testamẽto, iure institutionis certam quantitatem reliquit: Deinde decessit vnus ex filijs masculis, videlicet Mari. Ange. in pupillari ætate constitutus, superstitibus dictis Io. Tho. & Barnab. eius fratribus. Deinde dictus Io. Tho. nonnulla alia bona de dicta hæreditate alienauit, & deinde in infirmitate constitutus extra domum suam, condidit testamentum, in quo instituit hæredem alium quam Barna. eius fratrem, contra formam statutorum ciuitatis Fulginei, obtenta tamen licentia a Prætore Fulginensi per Procuratorem suum, ad hoc specialiter deputatum, videlicet, ad dictam licentiam petendam, & obtinendam, non citatis tamen interesse prætendentibus, & maxime substituti in dicto testamento paterno, & superstite dicto Barna. eius fratre, & in testamento paterno substituto, & superstitibus dictis filiabus fœminis, & ad præsens reuocetur in dubium de pluribus. Et primo, quis successerit & succedat Thomæ eorum patri. Secundo, quis successerit, & succedat dicto Mari. Ang. Tertio, an valuerit & valeat testamentum conditum per dictum Io. Tho. & quis successerit & succedat eidem, & in eius bonis, & quomodo, & an alienata per dictum Ioan. Tho. computentur in eius legitima, & Trebellianica.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum valet, in quo filij non sint hæredes vniuersales instituti, dummodo aliquid eis sit relictum iure institutionis.*
2 *Statuti dispositio in vltimis voluntatibus, vt ius commune, inter subditos seruanda est.*
3 *Licentia testandi contra dispositionem statuti a prætore obtenta, non citatis, nec requisitis interesse prætendentibus non valet.*
4 *Institutus in testamento valido succedit exclusis venientibus ab intestato.*
5 *Verba huiuscemodi. Si aliquis filiorum hæredum decesserit in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine filijs legitimis de se natis, pars decedentis deueniat in superuiuentem, vel superuiuentes, comprehendunt duplicem substitutionem, vnam de illo qui primo decesserit, cum eidem videantur substituti superstites, alia de illo, qui decesserit secundo loco, vt eidem videatur substitutus superstes.*
6 *Substitutio alicui facta de parte sua, videtur etiam facta de illa parte, quæ eidem sub quadam conditione est relicta, cum & hæc pars sua dici possit.*
7 *Substitutio alicui facta, an & quando trahatur non solum ad portionem eius bonorum, sed etiam aliorum vndecunque*

cunque ad eum peruenturam, etiam ex pupillari substitutione, vel fideicommissaria.

8 *Pupilli substitutio duplex inuenitur. s. pupillaris quo ad fratrem, et fideicommissaria, quo ad alium substitutum: & de vtraq; portione detrahetur legitima: & non venient in substitutione, nisi bona paterna.*

9 *Testator si aliquem grauet restituere portionem suã, dũmodo non dicat de portione hæreditatis: vel si dicat indistincte bona sua, cum idem sit ac si diceret de portione, veniet portio quæsita ex substitutione pupillari, vel fideicommissaria, ex quo & veniet prælegata.*

10 *Grauamen sequitur emolumentum.*

11 *Verbis sequentibus datur intellectus ad præcedentia, & econuerso.*

12 *Legitima & Trebellianica, quando non concurrunt eodem tempore, detrahi possunt.*

13 *Alienata omnia debent computari in legitima & Trebellianica detrahenda.*

CONSILIVM XLIX.

In nomine domini, Amen.

Ad primum respondetur, quòd idem Tho. successerunt dicti Mari, Ang. Io. Tho. & Barna. eius filii in d. testamento hæredes instituti, exclusis dictis filiabus præterquam in relictis eisdem factis iure in 1 stitutionis, cum tale † testamentum valuerit & valeat, quantúcunq; filiæ fœminæ non sint hæredes vniuersales institutæ, cum sufficiat quòd eis sit aliquid relictum iure institutionis, vt in auth. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum. & prout no. C. de inoff. testa. l. omnimodo & in auth. nouissima. C. eo. tit. Vnde dicti tres fratres filii masculi hæredes instituti successerunt, & succedunt in hæreditate dicti Io. Tho. ff. de hære. insti. l. quotiens. §. si duo & ff. de acqui. hære. l. quandiu. &. C. communia de successi. l. antequam. & hæc circa primum. Circa secundum, quod est, quis succedat dicto Mari. Ang. in pupillari ætate decedenti: & in hoc dicendum est, quod non solum si decessit non adita hæreditate per ipsum, seu non facta legitima immixtione in hæreditate dicti sui patris, ipsi Ioann. Thom. & Barna. successerunt, & succedunt & succedere potuerunt ex vulgari substitutione compræhensa in substitutione compendiosa, seu breuiloqua ita facta, iuxta no. ff. de vulg. & pupil. l. centurio. & in l. Lucius. sed etiam si decessisset adita hæreditate, successissent eidem ex substitutione pupillari, compræhensa in tali substitutione: iuxta no. ff. de uul. & pupil. in d. l. Lucius. & l. centurio. & C. de impu. & aliis substi. in l. præcibus. & in c. Rainutius de testa. & hæc circa secundum. Circa tertium, quod est, an valuerit & valeat testamentum conditum per dictum Ioan. Tho. circa quod uidetur dicendum, quod ex quo tale testamentum fuit factum per dictum Io. Tho. in infirmitate constitutum extra domum suam contra dispositionem dicti statuti, non valuit nec valet, vt in 2 ipso statuto disponitur, quod † vt ius commune inter subditos seruandum est. ff. de iusti. & iu. l. omnes populi & de constit. in c. 1. in 6. Vnde cum tale statutum ita disponat, vt tale testamentum ita conditum per talem infirmum extra eius domum non valeat, tale testamentum non valebit nec valet. C. de legi. l. non dubium. Quod tamen non procedit sine dubio, quia & si appareat tale testamentum fore factum per dictum Ioan. Tho. infirmum extra domum suam contra prohibitionem dicti statuti nihilominus ex quo, ut præsupponitur, interuenit licentia ipsius Prætoris, & ea obtenta fuit conditum d. testamentum, videtur ualere per ea quæ no. in simili. ff. de trans. l. cum hi. §. prætor. &. ff. solu. ma. in l. si cum dotem. §. ꝯ autem tempore. & ibi per Bal. & per Bar. in .l. 1. & in l. in coniunctione. C. de nup. per quæ videtur tale testamentum fore validum, ex quo fuit confectum obtenta licentia: 3 nisi dicatur, quod talis † licentia ita concessa non ualuerit nec valeat, ex quo fuit concessa non citatis nec requisitis interesse prætendentibus, prout videtur requiri, vt in simili no. ff. de mino. l. in causæ. §. causa cognita. & ff. de adopt. l. nam ita diuus. & ff. de re iudi. l. de vnoquoque: super quo tamen aliter non insisto nec me firmo, cum, ex præsuppositis, nõ appareat quomodo, & qualiter ipse Io. Tho. infirmus extra domum suum condiderit testamentum prædictum, & etiam quia non expedit super hoc insistere, quia etiam præsupposito, quod ipse Ioan. Tho. contra dispositionem dicti statuti faciendo dictum testamentum extra domum, non fecerit contra dispositionem dicti statuti, imo legitime, nihilominus nõ præiudicauit ipsi Barna. substituto, cum si quæratur, quis eidem successerit & succedat, prout & quarto loco in dubium reuocatur. Et in hoc dicendum est quod existente dicto 4 testamento valido, institutus † in ipso testamento successit, & succedit, exclusis venientibus ab intestato. ff. de acqui. hære. l. quandiu. &. C. communia de succes. l. antequam: sed licet institutus in ipso testamento successerit & succedat, nihilominus, cum in testamento Thomæ eius patris fuerit facta substitutio de dictis eius filiis, cum hac conditione, videlicet, quòd si aliquis dictorum suorum filiorum & hæredum decesserit in pupillari ætate, velpostea quandocunque sine filijs legitimis de se natis, quod pars dicti decedentis deueniat in alios, vel alium superuiuentem, & cum dictus Ioan. Tho. decesserit sine filiis superstite d. Barna. fuit & est locus substitutioni factæ de ipso Barna. ff. de ver. sig. l. cedere diem, propter quod dictus Barna. vocatus fuit ad dictam substitutionem, adeo quòd eidem Ioan. Tho. vt substitutus per fideicommissum successit, ex quo decessit post pupillarem ætatem, & hæreditate adita per ipsum Ioan. Tho. Vnde eidem Barna. restitui debet pars dicti Ioan. Tho. prout in ipso testamento disponitur. ff. ad Trebel. l. 1. §. 1. & C. de impu. & aliis substitu. l. post aditam. & C. de fideicom. l. eam quam, & in cap. Rainutius de test. sub qua parte venit, non solum illud quod ad ipsum Ioan. Tho. peruenit ex bonis, & hæreditate dicti Tho. eius patris; sed etiam illud, quod peruenit ad ipsum Ioan. Tho. ex substitutione vuulgari de parte tangente dicto Mari. Ang. cum & illud veniat in d. substitutione, quãcumcunque ipse Tho. testator substituerit in parte seu por-

ſeu portione ſibi tangente, prout tenuit Bartol. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebellia. quod & videtur tenendum per iura prædicta, quicquid dom. Ioann. de Imol. ibi dixerit, cum & illud dici poſsit eius pars, licet ſub conditione debita, vt plenius ibi per ipſum Barto. qui ad hoc adducit quòd not. in l. prima. §. ad quòd. & in l. in ratione. §. quæſitum. ff. ad l. Falci. quod videtur finaliter velle Ioan. de Imol. licet aliqualiter confuſe loquatur in dict. §. quidam liberis quod & videtur tenendum. Sub il5 lis † enim uerbis ſi aliquis dictorum ſuorum filiorum, & hæredum deceſſerit in pupillari ætate uel poſtea quandocunque ſine filiis legitimis de ſe natis, quòd pars decedentis deueniat in ſuperuiuentes, ſeu ſuperuiuentem comprehenſa videtur duplex ſubſtitutio: vna, de illo qui primo deceſſerit, cum eidem videantur ſubſtituti ſuperſtites: & alia de illo, qui deceſsit ſecundo loco, vt videatur eidē ſubſtitutus ſuperſtes, per ea quæ habentur. ff. de hæred. inſtitu. in l. hoc articulo. & in d. l. Lucius. & 6 in d. cap. Raynutius. Vnde in † ſubſtitutione facta dicto Ioan. Thom. de parte ſua, videtur etiam facta de illa parte, quæ eidem obuenit de parte dicti Mari. Angel. cum & pars ſua ſit, licet quodammodo, ſub conditione relicta, prout voluit ipſe Bartol. in d. §. quidam liberis. vbi plenius de hoc. Imo & idem dici poſſet in eo, quod perueniſſet ad dictum Ioann. Thom. ex pupillari ſubſtitutione, ut quia ſucceſsiſſet ex pupillari ſubſtitutione, vt ſupra, cum & illud veniat in dicta ſubſtitutione, cum attento ordine verborum & etiam intellectus, uideatur facta ſubſtitutio primo loco eidem Mari. Angel. adeo quòd videntur ſubſtituti eidem dicti Ioann. Tho. & Barnab. pupillariter, & poſt dictam ſubſtitutionem videtur ſubſtitutus dictus Barna. dicto Ioann. Thom. Vnde quod ad eum peruenit ex ipſa ſubſtitutione pupillari, videtur venire in d. ſubſtitutione facta eidem Ioann. Thom. de ipſo Barna. prout videtur velle Bartol. in l. ita tamen. §. qui ſuſpecta. ff. ad Trebellia. prout & refert Bald. in l. ex tribus. C. de inofficio. teſtamen. & in l. cum virum. C. de fideicommiſſ. quibus iuribus uidetur idem tenere, quando ſubſtitutio non fuiſſet facta ultimo morienti, ſed ſubſtituendo eis & cuilibet eorum, prout videtur velle ipſe Bald. in d. l. ex tri7 bus. dicens ita conſuluiſſe, quòd ſi teſtator † dixit ſubſtituo eis & cuilibet ipſorum, detrahitur legitima & Trebellianica totius hæreditatis. quia ſubſtitutus per fideicommiſſum, & ſubſtitutus utrique filiorum. uterque eſt generalis: & clarius in dicta l. cùm virum. Ita diſtinguendo, quòd aut pater ſubſtituit diſcretiue vltimo morienti, aut ſubſtituit collectiue, vel pluraliter, vt quia dixit, ſubſtituo eis: aut ſimpliciter, non dicendo ei uel eis. Primo caſu, quando eſt facta vltimo morienti ſubſtitutio videtur relata ſubſtitutio ad portionem eius, & nō ad portionem fratris, quam habere intelligitur iudicio fratris. argumen. ff. de inofficio. teſtamen. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. Sed in ſecundo & tertio caſu videtur facta ſubſtitutio vtrique filio, ſcilicet vtrinque per fideicommiſſum: in perſona 8 ergo pupilli † inuenitur duplex ſubſtitutio, ſcilicet pupillaris, quo ad fratrem, & fideicōmiſſaria, quo ad alium ſubſtitutum. & ſic de vtraque portione dētrahetur legitima, & non venient in ſubſtitutione niſi bona paterna, prout ipſe Bald. dicit ſe dixiſſe in d. l. ex tribus. & iſta opinio eſt æqua, & conſona voluntati teſtatoris, quam ſequi debemus, ut dicta l. cum virum. in fin. vt plene ibi per eum. Vnde cum in cauſa prædicta teſtator ipſe ſubſtituēdo, ita ſubſtituerit, quod ſi aliquis dictorum filiorum ſuorū & hæredum deceſſerit in pupillari ætate, uel poſtea quandocunque, ſine filiis legitimis de ſe natis, quod pars decedentis deueniat in alios, uel alium ſuperuiuentes, vel ſuperuiuentem, dici poteſt, attentis dictis Bald. quòd teſtator ipſe ita ſubſtituendo, ſubſtituerit primo ipſi Mari. Angel. & in eius parte dictos Ioann. Thom. & Barna. pupillariter, ita quòd ex pupillari ſubſtitutione ad ipſos pertinuerunt bona ipſius Mari. Angel. & poſtea mortuo Ioann. Thom. pars eius Ioann. Thom. ex fideicommiſſo pertinuerit ad dictum Barnab. & ſimiliter pars ipſius Mari. Angel. quæ ad dictum Ioann. Thom. peruenit vigore dicti fideicommiſsi, prout voluit ipſe Bald. in dictis locis. Imo & plus dici poteſt, quod ſit pars ipſius Ioann. Thom. illa quæ pertinet ad ipſum ex ipſa ſubſtitutione facta dicto Mari. Angel. licet ſub conditione ad ipſum pertinuerit, prout voluit ipſe Bart. in d. l. Marcellus. in §. quidam liberis. quòd & clarius voluit Ioann. de Imol. in d. §. qui ſuſpecta. vbi referendo quòd voluit Bartol. in d. §. quidam liberis. & in l. hæredes 9 mei. §. cum ita. dicit, quòd licet † teſtator grauet de reſtituendo portionem ſuam, dummodo non dicat de portione hæreditatis, vel ſi dicat indiſtincte bona ſua, cum & idem ſit, ac ſi diceret de portione, vt ipſe dicit in dicto. §. quidam liberis. quòd tunc veniet portio quæſita ex ſubſtitutione pupillari vel fideicommiſſaria, ſicut & venirent prælegata. ex quo ſaltem ſecundum ordinem intellectus, 10 † grauamen ſequitur emolumentum: & de hoc eſt caſus apertus, coniuncta gloſſ. in l. Lucius. ff. de legat. tertio. vbi gloſſ. vult cum text. quòd eo caſu, quo veniunt prælegata, veniat poſtea portio hæreditatis habita per fideicommiſſum & ſic eadem ratione debet venire habita ex pupillari. & hoc, quia ſi prælegata veniunt, de quibus ſecundum Angel. videtur fortior dubitatio, eadem ratione debet venire quæſitum ex pupillari ſubſtitutione, vel fideicommiſſaria ſecundum ipſum Ioann. de Imol. vbi plenius de his. Per quæ videtur dicendum, quòd in ſubſtitutione ita facta dicto Ioann. Thom. de dicto Barnab. veniat non ſolum portio ſeu pars, quæ deuenit ad ipſum Ioann. Thom. ex hæreditate dicti Thom. ſui patris, ſed etiam pars quæ peruenit ad ipſum Ioann. Thom. ex ſubſtitutione facta dicto Mari. Angel. de bonis paternis. Quod videtur etiam deduci alia ratione, nam teſtator ipſe, non ſolum ſubſtituit dictos filios maſculos adinuicem vt ſupra, ſed etiam ſubſtituit ipſis filiis maſculis decedentibus ſine filiis de ſe natis filias fœminas in dicta hæreditate: & per conſequens videtur velle, quòd ipſa hæreditas deueniat ad ipſum Barnab. vltimo decedentem, & conſequenter ad ipſas filias fœminas ipſo decedente ſine filiis: ad hoc quòd nota. ff. de legat. ſecundo. l. fina. §. Seio. & C.

de

11 de insti.& substi.l.pe.pro quo etiã facit, quia † ex verbis sequentibus datur intellectus ad præcedentia,& econuerso.ff.de le.1.l.si seruus pluriũ.§.fi.& l.qui filiabus.Ita q per hæc dici & concludi pōt circa quartũ, q licet dictus institutus ex testamēto dicti.Io.Tho.successerit,& succedat d.Io.Tho. in testamento dicti Io. Tho. successerit, & succedat d.Io.Tho. ex testamento, data validitate dicti testamenti,tamen ipse tenetur restituere iure fideicommissi, & ex fideicommisso partem tangētem dicto Io. Tho. & ad ipsum peruentam de bonis & hæreditate dicti Tho.imo & etiam partem sibi obuentã ex d.substitutione facta d.Mari.Ange. de bonis dicti Tho.p prædicta:Sed licet teneatur ita restituere d.Barna.tamen tenebitur restituere detracta legitima tangente eidem Ioa. Tho. ex persona dicti Mari. Ange.adeo q detrahet,& detrahere poterit medietatem tertiæ partis bonorum ipsius Tho. cũ alia medietas pertinuerit, & pertineat ad dictum Barna.ex persona sua,& ex persona dicti Mari. Ange.cum ipsa tertia pars sit legitima dictorum triũ filiorum, ipsis filiabus dotatis & exclusis ex forma statuti,si sit in loco tale statutum, prout no.ff.de inoffi. test. in l. Papinianus. §. vnde si quis & ibi per Bal.& per Ange.ff.de leg.j.in l.planè. §. si duobus. & ibi per Io.de Imol.& per ipsum Ange. in repe.l. nam & si parentibus.ff.de inoffi.test. Ac etiam detracta

12 Trebel.de residuo,prout † & detrahi potest, ex quo non concurrunt eodem tempore, prout cōmuniter tenetur,secundum quod no.ff.de inoffi.test.in d.l.Papinianus.§. meminisse & in l. quãquã. C.ad l.Fal.& in c.Rainutius.& in ca.Rainaldus. de testa.q verum intelligo vt detrahere possit ipse hæres institutus in testamento dicti Io. Tho. dictam legitimam,& Trebellianicam, nisi per ipsum Ioan. Thō. fuerint alienata tot bona, quot sufficiant pro

13 ipsa legitima & Trebel.cũ † ipsa imputanda sint in ipsa legitima & Treb.prout no.ff.ad Trebel.l.Marcellus.§.res q & C.fami.hercisc.l.familiæ herciscundæ.& in l.filium quem habentem.& C. communia de lega.auth.res quæ. Per quæ patet responsum ad quintum & vltimum dubium, ita quod per prædicta dicendum,& concludendum est,quòd dicti Mari.Ange.Io.Tho.& Barna.successerunt dicto Tho. testatori,& dicto Ang. Mari.in pupillari ætate defuncto,in eius parte successerunt dicti Io. Tho. & Barna.& eidem Io.Tho. successit institutus in dicto eius testamento, data validitate dicti testamenti.Et ipse institutus in dicto testamento Ioã. Tho. tenebitur restituere dicto Barna.superstiti substituto dicto Ioan.Tho.non solum partem sibi Ioan. Tho.obuētam de bonis dicti Tho.eius patris: sed etiam partem sibi obuentam ex substitutione facta dicto Mari. Ange.de bonis dicti Tho. detracta tamen legitima & Trebel.si per ipsum Io. Tho. nō fuerint alienata tot bona, quot sufficiant pro legitima & Trebel.alias si fuissent alienata,& tunc cum imputentur in ipsa legitima & Trebel. non detrahet ipse institutus,quatenus dicta bona ascendunt ad dictam legitimam & Trebel. per prædicta &c. Domine. Benedi.

THEMA CONSILII L.

PVnctus. Quidam Martinus habens tres filios, videlicet Lillũ, & Rigutium ex prima vxore:& Antoniũ ex secunda vxore:fecit testamētum,in quo,inter alia,dictos tres filios hæredes vniuersales instituit, fecit,cum hac conditione, quod si aliquis ipsorum filiorum in pupillari ętate,& postea quandocunque decederent seu decederet sine filiis legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis, vnum alteri substituit & hæreditas decedentis deueniat in superuiuentē. deinde decessit d. testator superstitibus dictis tribus filiis.Deinde decessit dictus Anto.in pupillari ętate constitutus, superstitibus dictis Lillo & Rigutio maioribus 25.an.& superstite matre dicti Anto.& ad præsens reuocetur in dubium de successione dicti Anto.

SVMMARIVM.

1 *Successioni ab intestato locus est, non data successione ex testamento.*
2 *Copulæ natura est,vt requiratur,quòd ambo copulata cōcurrant.*
3 *Reciproca substitutio si filijs fiat,qui non sint ætate,pares non comprehendit pupillarem,sed vulgarem, vel fideicommissariam.*
4 *Substitutio pluribus facta debet interpretari, vt congrua sit in omnibus.*
5 *Reciproca substitutio comprehendit pupillarem non tacitam,sed expressam verbis generalibus, quæ matrem excludit.*
6 *Substitutio simpliciter per hæc verba concepta : si hæres non erit,inuicem substituo: continet pupillarem omnino tacitam, quæ matrem non excludit. Secus si contineat pupillarem expressam,quæ matrem excludit etiam quo ad legitimam.*
7 *Copulatiua posita inter incompatibilia resoluitur in disiunctam.*
8 *Verba præcedentia et sequentia dant intellectum sequentibus, & econuerso.*
9 *Indefinita æquipollet vniuersali in materia fauorabili.*
10 *Testator substituendo unum alteri, intellexisse dicitur de superuiuente, vel superuiuentibus, cum in hac materia fauorabili indefinita æquipolleat vniuersali.*
11 *Reciproca seu breuiloqua substitutio resultat, si testator in testamento institutis duobus filijs dicat:vos inuicem, non addito verbo,instituo, uel substituo.*
12 *Substitutio non censetur incerta, quæ referri potest ad superuiuentem,vel superuiuentes,prout casus euenerit.*
13 *Nomen,res, vt generale comprehendit plures res.*
14 *Reciproca seu breuiloqua substitutio facta inter dispares,non continet pupillarem,sed vulgarem,& fideicommissariam,nisi aliud appareat fuisse de voluntate testatoris,cuius voluntati,etiam contra matrem fladũm est.*

15 *Reciproca substitutio continet pares substitutiones, nisi aliud appareat esse de uoluntate testatoris.*
16 *Pupillaris substitutio defert pupilli bareditatem in substitutum.*
17 *Vulgaris substitutio defert hæreditatem testatoris in substitutum, & non pupilli.*
18 *Pupillariter filiis substituere & matrem excludere voluisse testator uidetur, quando nõ e xtraneos sed fratres pupilli substituit.*
19 *Verbum substituo, & verbum, deueniat, sunt communia.*
39 *Substitutio facta per verba communia interpretanda est directa.*

CONSILIVM L.

In nomine domini, Amen.

Circa quod & si videatur prima facie dicendum, ꝙ
eidem An, successerit, & succedat dicta eius mater
ab intestato, ex quo decessit ea superstite, & supe
stitibus dictis suis fratribus ex latere paterno tã
tum coniunctis, C, ad Tertu. auth. defuncto, & C,
de suis & legiti, auth, cessante, Vnde ipsa mater videtur admittenda ab intestato, exclusis ipsis fratri
1 bus, vt in dictis iuribus, cum † locus sit successioni
ab intestato, non data successione ex testamento,
ff. de acquir, hære, l. quãdiu, & C, communia de suc
ces. l, antequã. Nõ enim videtur locus successioni
ex testamẽto, quãtũcunque pater ita substituerit,
vt ex pluribus videtur ostendi, & primo quia substituendo dixit, si decesserit in pupillari ætate, &
2 postea quandocunque. De natura † enim copulæ
est vt requiratur, ꝙ ambo cõcurrãt, ꝑut no. ff. de iuris & facti igno, in rub. & ff. de re. du, l, si is qui ducenta. §. verũ, ad hoc etiã l. si hæredi plures. ff, de cõ
di. insti. & ꝙ no, in c, 2, de rescri, Quod & secũdo videtur demõstrari alia ratione, qa testator substituẽ
do, substituit vnũ alteri, & nõ ambos, ꝓpter ꝙ videtur, ꝙ cum decesserit superstitibus dictis duobus
fratribus, neuter succedat, cum nõ appareat de quo
ipse testator senserit, ad hoc ꝙ habetur, ff. de te. tu.
te. l. duo sunt Titii. ff. de re. du, l, Paulus, Ad idẽ &
tertio facit, quia cũ dictus testator ita substituẽdo
vnum alteri, videtur breuiloque seu reciproce sub
stituere, ita quòd resultat reciproca substitutio, in
3 † qua si filii non sunt pares, ut quia duo sint adulti, seu majores quatuordecim annis & alter impubes seu minor quatuordecim, & tũc talis substitutio reciproca nõ cõprehendit pupillarẽ substitutio
nem sed vulgarẽ. ff, de vulga. & pupil. l, iã hoc iure,
& etiã fideicõmissariã, cũ tales substitutiones omnibus fieri potuerint, ꝑut voluit gl. in l. præcibus,
C, de impu. & aliis substi. & in l, centurio. ff. de vul,
& pupil. & Azo in summa huius tituli, prout refert
4 Bar, in d, l, præcibus. debet † enim talis substitutio
ita interpretari vt congrua sit omnibus vt d. l, iam
hoc iure. & in l, in testamento militis, & in l. hæreditatem, & in l. quamuis. C, de impu. & aliis substi,
& sic ut cõprehendat ipsam vulgarem & fideicommissariam, quæ potuerunt omnibus fieri: sed non
pupillarẽ, cũ nõ potuerit fieri, nisi vni. Vnde cũ nõ
censeatur facta ipsa substitutio pupillaris, qui dictã substitutionẽ, sed vulgaris & fideicõmissaria, si
ipse pupillus adiuit hæreditatẽ, non erit locus ipsi
substitutioni vulgari, sed fideicõmissariæ, quæ non
excludit uenientẽ ab intestato, l. cohæredi. §. cũ filiæ. & l. centurio. ff. de vulg, & pupil. per quæ videtur, ꝙ dicta mater succedat dicto Ant. ab intestato, & ipsa teneatur eius fratribus restituere hæreditatẽ, detracta tamẽ legitima & Trebe. secundũ ꝙ
no, ff, de inof. test, in l. Papinianus. §. meminisse. &
C, ad l, fal, l, quãquã, & de test. c. Rainutius, Sed his
nõ obstãtibus. cõtrariũ de iure dicendũ videtur, vt
videlicet, dicti Lillus & Rigutius successerint &
succedant in parte, in qua erat institutus dictus
Anto, si ipse decessit nõ adita hæreditate, uidelicet, ex vulgari substitutione compræhensa in tali
substitutione, ꝑut patet ex his quæ habẽtur in l. 1.
& in l, iã hoc iure. ff. de vul. & pupil. & in l. cũ proponas. C, de hære. insti, & succedũt ex dicta vulgari
exclusa matre, Si vero per dictũ Ant, fuit adita hæreditas paterna, & tunc eidem succedent dicti eius Fratres ex pupillari substitutione, compræhensa in tali substitutione reciproca, exclusa ipsa ma-
5 tre; cum † talis substitutio reciproca comprehendat ipsam substitutionem pupillarem non tacitam
sed expressam uerbis generalibus, quæ matrem ex
cludit, prout voluit Bar. in d. l. Lucius. & Bal, in l.
in testamento, C. de testa. mi. & Ang. in d. l. iã hoc
iure. & Ioan, de Imo. in d. c, Rainutius. in 35. car
ta: ad hoc quod no. per gl, in d. l, in testamento. & in
d. l, præcibus, quod locum habet, quando ipsa sub-
stitutio fuisset simpliciter concepta, prout fuit in
6 casu prædicto; alias † si fuisset concepta per illa ver
ba: si hæres non erit inuicem substituo: & tunc cum
contineat pupillarem omnino tacitam, non excludet matrem, prout voluit Bar, in d, l. Lucius. & Ian. de Imo, in d, c, Rainutius, vbi plenius de hoc:
ita quòd cum locus sit ipsi substitutioni pupillari,
succedunt ex ipsa pupillari ipsi fratres substituti. &
excludent ipsam matrem etiam quo ad legitimam,
ff. de inoffi, test, l. Papinianus, §. sed nec impuberis.
& in c. si pater, de test. in 6. vbi hoc est expressum.
Nec obs, in contrarium adducta: non enim ob. &
primo quod dicitur de substitutione facta sub duprici conditione, videlicet, si decesserit in pupil-
7 lari ætate, & postea quandocunque, quia talis † copulatiua, &, cum sit posita inter incompatibilia, resoluitur in disiunctam, ff. de vsufru. leg. l. si Titio. &
vt no, C. de codi, l. fi. & in d. §. utrum. & in d. cap. 2.
de rescrip, cum impossibile sit, quòd vnus decedat in pupillari ætate, & postea, Vnde cum resoluatur in disiunctam, sufficit alteram partem esse
veram, vt in regula; in alternatiuis. in 6. & sic sufficit, quod decesserit in pupillari ætate ipse Ant.
Nec ob, qđ & secundo in contrariũ adducitur, quia
licet substituerit vnum alteri, nihilominus vr̃ sub
stituere omnes superstites, qđ & denotatur per ver
8 ba sequentia, dũ subdit, ꝙ hæreditas decedẽtis deueniat in superuiuentes, ex uerbis † enim præcedentibus uel sequentibus datur intellectus ad sequentia: vel econuerso, ff, de leg, 1. l, si Seruus plurium. §. fi. imo & si uerbis sequentibus diceretur,
in superuiuentem in singulari, nihilominus idem
9 esset, cum sit † indefinita, prout & dici potest, ꝙ
sit dictio, unum, quæ æquipollet uniuersali in ma-

teria

testa fauorabili: ad hoc quod no. in simili. ff. de leg. 1. in l. qui filiabus. §. 1. Ad hoc etiam quod not. ff. de leg. 2. in l. si pluribus. & ibi per Bar. Ipse † enim testator ita substituendo unum alteri, intellexit & superuiuentes seu superuiuentem: cum talis indefinita æquipolleat vniuersali, & attribuat talem substitutionem ipsis superuiuentibus, non cuilibet insolidum: sed pro parte, cum materia ita suadeat, quæ est materia fauorabilis. ff. de te. tute. l. si quis ita. §. 1. & d. l. qui filiabus, per quæ iura Bar. hoc. uoluit in d. l. si pluribus. ad hoc etiam quod no. per Bar. in l. hoc articulo. ff. de hære. instit. circa fi. facit etiã ad hoc quod no. per Bal. in l.

11 in testamento. C. de testa. mi. vbi dicit † quòd resultat substitutio reciproca seu breuiloqua, si testator in testamento institutis duobus filiis dicat, uos inuicẽ, nõ adiũcto uerbo istituo uel substituo. Vnde fortius in casu prædicto, dũ dixit, unũ alteri substituo: nel deueniat in superuiuentem, vt uoluerit eos adinuicem substituere sicut & instituit: nec ta

12 lis † substitutio censetur incerta, cum referatur ad superuiuentem seu superuiuentes, prout casus euenerit: ad hoc quod no. ff. de hære. insti. l. quotiens. §. si quis ita. & ff. de re. du. in l. quidam. facit

13 etiam ad hoc quod no. † de una re ut comprehendat plures, prout no. per glo. 20. di. in summa. & per Io. An. in c. si pater. de test. in 6. Vnde non ob. quod secundo in cõtrariũ allegat: Nec ob. quod & tertio in contrariũ allegatur, quia licet uerũ sit, qđ substitutio breuilaqua seu reciproca facta personis, & inter personas dispares: vt quia una persona sit in pupillari ætate cõstituta, & alia uel aliæ non sint in pupillari ætate cõstitutæ, non cõtineat pupillarem substitutionem, sed vulgarem, & fideicõmissariam. ut d. l. iam hoc iure. & ut no. in d. l. præci-

14 bus. & ut supra plenius dictum fuit: tamen hoc † verum est, nisi aliud appareat de voluntate testatoris, cum tunc si appareat de ipsa uoluntate testatoris, standum sit dictæ eius voluntati, etiam contra matrem. ut d. l. in testamento, prout voluit Bartol. in d. l. præcibus. in v. col. in verb. quid dicemus. pro quo benefacit text. in dict. l. in testamento. in fi. vbi hoc videtur probari. & istud voluit etiam Bald. in d. l. testamento quod & clarius uoluit Ioan. de Imo. in repetitione d. c. Rainutius. in 35. cart. in uer. sed iuxta hoc quæritur. vbi dicit, quòd

15 substitutio † reciproca continet substitutiones pares, nisi aliter appareret de mente ipsius testatoris ad hoc d. l. in testamento, de qua in casu prædicto satis aperte apparet ex pluribus, quia non substitnit taliter, uidelicet, cum boc, quòd si aliquis ex ipsis decesserit in pupillari ætate, substituit vnum alteri, unde non potuit adaptari nisi ipsi Ant. talix substitutio, cum ipse solus esset in pupillari ætate constitutus. Ideo uidetur testator ipse eidem pupillariter substituere, cum talia verba ipsi pupillari substitutioni adaptentur: ad hoc quod habetur in l. 1. & in l. iam hoc iure. ff. de vul. & pupil. & insti. de pupil. subst. in prin. Ad idem etiam facit, quia ipse testator subiunxit substituendo, quòd hæreditas dicti decedentis deueniat in superuiuentem, quod & similiter adaptatur ip-

16 si pupillari substitutioni, cum per † pupillarem substitutionem hæreditas ipsius pupilli deuoluatur in substitutum iuxta not. in l. 2. & in l. sed & si plures. §. per substitutum. ff. de vul. & pupil. Quod

17 non est per vulgarem substitutionem, cum † per eam deuoluatur hæreditas testatoris, & non hæreditas ipsius pupilli: prout not. in d. l. 1. & hoc uoluit Barto. in d. l. in testamento. Ad idem & tertio

18 facit, quia † ipse testator substitnendo, substituit non extraneos, sed fratres ipsius pupilli, propter quod videtur pupillariter voluisse substituere, & ipsam matrem excludere, prout voluit glo. in d. l. precibus. & Bar. post. eam: & hoc est multum notandum: Ita quod attentis prædictis dicendum est & dici potest quod testator ipse substituerit dictos fratres dicti Ant. d. Ant. pupillariter, ex quo ipse pupillus erat, & eidem substituit, substituendo per talia uerba: si aliquis dictorum suorum filiorum decesserit in pupillari ætate, quod referri non potest, nisi ad ipsum cum ipse solus esset in pupillari ætate constitutus: ad hoc quod no. ff. de vulg. & pupilla. l. cohæredi. §. qui discretas. & ipse testator substituit per verba communia, prout est

19 verbum, substituo, prout voluit Barto. in d. l. centurio. & uerbum deueniat. prout voluit Bar. & similiter Ang. in d. l. centurio. per tex. c. t. §. & quia in ti. qui Feudum dare possint in 10. collatione. &

20 ipsa substitutio † ita facta per verba ipsa communia interpretanda est directa, adeo vt excludat matrem: ex quo conuenit verbis & personis, prout videtur esse de mente d. c. si pater. attenta eius ratione. prout voluit Ioan. de Imo. in d. l. centurio. & in c. Rainutius. vbi plenius de hoc. Per quæ concluditur & concludi potest, quòd dicti Lillus & Rignitius fratres dicti Ant. succedunt dicto Anto. ex tali pupillari substitutione, exclusa ipsa matre, si decesserit in pupillari ætate, & hæreditatem dicti sui patris adiuit, seu se immiscuit: alias ex vulgari succederent, matre ipsius exclusa. vt supra dictum est, prout no. in d. l. 1. & in l. fi. C. de impu. & aliis subti. & c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII LI.

PVnctus. Quędam Brigida habens tres filios suos, videlicet, quendam Cęsarem, & Rentiã ex primo matrimonio procreatos, & alium nomine Ioannem antoniũ ex secundo matrimonio procreatũ. q cũ esset infirmitate grauata, veniens ad mortem condidit suum vltimum testam entũ, in quo inter cætera reliquit dictis suis filiis primi matrimonij, videlicet, Cęsari & Rẽtiæ, eorũ legitimam, eos hæredes in ea instituendo, & quòd plus de bonis suis petere non possent. item reliquit Fenochio suo secũdo uiro iure legati ter plus quã uni ex dictis primi matrimonii. Itẽ reliquit & iussit restitui eidem expensas factas per dictũ Fenochiũ suũ virũ in eius infirmitate. In oibus aũt aliis suis bonis iuribus, & actionibus, &c. suũ hęredẽ vniuersalẽ instituit dictũ

Io.An.ſuũlegitimũ filiũ & naturalẽ ex d.Fen. ſuo ſecundo viro procreatũ. Modo dicti Ce. & Re.vellet cõſequi, petunt eorum legitimã eis relictam de bonis ipſius teſtatoris, petendo integrã legitimam abſq; detractione aliquorum debitorum, & expenſarum funeris & legatorum. Quæritur, & accidit dubitari, an dicti Ce. & Ren.debeant habere integre dictam legitimam de bonis teſtatricis, abſq; detractione debitorum, & funeris impenſa, & quomodo, & qualiter.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator pater poteſt relinquere in teſtamento plus vni ex filiis, quam alteri, & tale teſtamentum valet.*

2 *Legitima eſt detracta funeris impenſa, & ære alieno.*

3 *Aes alienum verum defuncti detrahitur de hæreditate, ante legitimam, non autem detrahitur relictum.*

4 *Maritus ſecundus æqualiter ſuccedit cum filiis primi matrimonii vxori, licet uxor ei plus, quã filiis reliquiſſet.*

5 *Statuto dictante quod mortua vxore vir lucretur tertiam partem dotis, ſi extent tres filii, ipſe vir nõ habebit niſi quartam partem, ne plus habeat, quam quilibet filiorũ.*

CONSILIVM LI.

In nomine domini, Amen.

Cum viſo, & conſiderato præfato puncto, & copia dicti teſtamenti tranſmiſſi, queratur, an dicti Ce. & Ren. debeant habere integre dictam legitimã abſque detractione debitorum & funeris impenſa, & quomodo, & qualiter. Et pro huius quæſiti pleniori declaratione aduertendum, & conſiderandum eſt ad dictum teſtamentum, & eius validitatem. & circa ipſum dicendũ eſt, quod dic. teſtamentum ualuit & valet, ex quo inſtituit hæredem vniuerſalem dictum Ioã. Anto. relinquẽdo dictis Ce. & Ren. ſuis filiis legitimam, & in ea eos hæredes inſtituit. vt in auth. vt cum de app. cog. §. aliud quoque capitulũ. potuit† enim ipſa teſtatrix relinquere plus vni ex filiis, quã alteri & valet tale teſtamentum. C. de ſecũ. nup. l. hac edictali. & in hoc non cadit dubitatio. Sed dubitatio cadit, cũ ipſa teſtatrix ipſis Ce. & Ren. eius filiis reliquerit legitimam, in ea ipſos inſtituendo hæredes, an ipſi agere potuerint & poſſint contra ipſum Io. An. hæredẽ uniuerſalem inſtitutũ, vt eis, & cuilibet ipſorũ aſsignet legitimam, quæ eſt tertia pars bonorum dictæ teſtatricis inter omnes tres filios, ex quo ſunt tres. C. de inoff. teſt. auth. nouiſsima. Et de ipſa legitima ipſe Cæſa. debuit & debet habere tertiam partem. & ſimiliter dicta Ren. aliam tertiam partem. alia tertia parte remanente apud dictum Ioan. Anton. pro ſua portione ut d. auth. nouiſsima. Vnde debuit, & debet ipſe Ioan. Anton. aſsignare dictam tertiam partem de dicta tertia parte dicto Ce. pro ſua legitima, & aliam tertiam ipſi Ren. detracta † de ipſa legitima funeris impenſa, ac etiã ære alieno, prout & detrahi debet. l. Papinianus. §. quarta: ff. de inoffi. teſta. nõ autem detractis legatis, & fideicommiſsis in d. teſtamento factis, cum non diminuant legitimam, prout patet in d. §. quarta. & in c. Rainutius. de teſta. & in c. Rainaldus. unde in d. legitima computabitur expenſa funeris, & ipſa detrahetur ante omnia de ipſa legitima. & ſimiliter† detrahetur æs alienum, ſi quod eſt in hæreditate dictæ Bri. ita quòd eſſet ſuum debitum: non tamen detrahetur ſuum debitum, cum ad ipſum ſpectet expenſa infirmitatis facta per dictũ Feno. ſuum uirũ, & non ad eius vxorẽ. C. de neg. geſt. l. quod in vxorem. Quod procedit quantumcunque ipſa teſtatrix eidem reliquiſſet dictas expenſas factas pro eius infirmitate, cum non cenſeatur debitum ſed relictum, quod ipſam legitimam non minuit. Vnde conſequenter dicti Ce. & Ren. & conſequi debebunt dictam legitimam, quæ eſt tertia pars pro quolibet bonorum ipſius Bri. teſtatricis, detracta per prius funeris impenſa, & ære alieno, & uero ære alieno. non autem detractis relictis, prout ſupra dictum fuit. Imo & plus † quia inquantum ipſa teſtatrix reliquiſſet dicto Feno. ſuo uiro ter plus quam vni ex filiis primi matrimonii, cui minus reliquit, debet adequare ipſe maritus ipſi filio, cui minus reliquit, ita quòd non habeat, nec habere debeat plus, quam reliquerit uni ex filiis primi matrimonii, cui minus reliquit, prout eſt expreſſum in d. l. hac ædictali. imo & quod plus eſt, quia ſi extaret ſtatutum in loco, quod diſponeret, quòd vir † mortua vxore lucretur tertiam partẽ dotis, hoc caſu, cum deceſſerit ipſa mulier ſuperſtitibus tribus filiis, nõ lucrabitur ipſe vir tertiam partem, ſed quartã, cum non potuerit ipſi uiro dare in dotem, ita q lucret plus quam lucrẽtur ipſi filii, & quilibet ipſorum, prout voluit Bal. in d. l. hac ædictali in lectura & in recollectis. ſuper quo aliter non inſiſto, cum de hoc non quæratur, nec de ipſo ſtatuto, vt ſit in loco, ſit mentio in puncto. Vnde circa punctum concludendum eſt, quòd Ce. & Ren. filij dictæ teſtatricis conſequi debebunt tertiam partem tertiæ partis pro quolibet, bonorum ipſius Bri. teſtatricis, detracta funeris impenſa, & uero debito ipſius teſtatricis, & non legatis per ipſam factis &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII LII.

PVnctus. Quidam Antonius Ioannis de Nurſia veniẽs ad mortem, deceſſit ab inteſtato, ſuperſtite Pierãgelo eius filio ex Domina Catheri. eius vxore, & ſuperſtite Ioanne eius patre quæ Catheri. vxor tutelam ipſius pupilli aſſumpſit. Deinde deceſſit dictus Ioa. teſtatus, ſuperſtite dicto Pierang. eius nepote ex dicto Ant. & Bernar. eius filio. Deinde deceſsit dictus Pieran. in pupillari ætate infra annum a tempore mortis aui, ſuperſtite dicta Cathe. eius matre. & dicto Bernar. eius Patruo.

Deinde

Deinde successit post mortem dicti Pieräg. pupilli, dicta Domina Cath. eius mater transiuit ad secundas nuptias, non reddita nec assignata ratione administrationis tutelæ dicti Pierang. sui filij. Accidit modo oriri quæstionem de successione bonorum dicti Pierange. pupilli inter dictum Bernar. patruum dicti Pierang. & dicam Catherin. eius matrem. Nam dictam Cathe. dicit dictam successionem ad se spectare, & vult succedere: Opponitur ex parte dicti Bernar. quòd non potest ipsa succedere, obstante statuto posito sub rub. quòd ad bona filiorum proximiores consanguinei admittantur, matre pœnitus exclusa: quod vobis Domino consultori transmittitur. Pro parte vero dictæ Cath. respondetur, quòd dato, sed non concesso, quòd ipsa excludatur a successione vigore dicti statuti: tamen ipsa non excluditur saltem a legitima iure naturæ sibi debita in bonis dicti sui filij. Respondetur, quòd imo & ab ipsa legitima etiam excluditur, & excludi debet propter transitum ad secundas nuptias, non reddita nec assignata ratione administrationis tutelæ dicti sui filij. Quæritur modo quis successerit, & succedat dicto Pierangelo, & in eius bonis, & an dicta Catherina propter dictum transitum ad secundas nuptias, non reddita dicta ratione priuetur eius legitima &c.

SVMMARIVM.

1 *Pater habet vsumfructum in bonis aduentitijs, ad filium peruenitis.*
2 *Mater, quæ est in primo gradu de iure communi succedit filio, excluso patruo, qui est in tertio gradu.*
3 *Verba statuti clara sunt attendenda, & ab eis non est recedendum.*
4 *Statutum potest ipsam matrem excludere a successione filij, non solum vltra legitimam, sed etiam a successione in legitima, cum & pater possit ex dispositione iuris substituendo, priuare matrem legitima.*
5 *Mater transiens ad secundas nuptias non petito tutore filio, nec reddita ratione administrationis ipsius tutelæ, priuatur successione filij.*
6 *Mater transiens ad secunda vota etiam post mortem filij priuatur eius successione, et si non quo ad vsumfructum, saltem quo ad proprietatem.*
7 *Mater transiens ad secunda vota non reddita ratione administrationis tutelæ, propter hoc non priuatur successione, non existentibus filijs ex priori matrimonio, non solum quo ad usumfructum, sed etiam quo ad proprietatem.*
8 *Pœna inducta ex transitu ad secundas nuptias sublata sunt per dictum Apostoli, & hoc quatenus tendunt in fauorem & commodum filiorum primi matrimonij.*

CONSILIVM LII.

In nomine domini, Amen.

Cum uiso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, ac etiam statuto prædicto, pro eius pleniori consultatione plura uidenda sunt. & primo cũ decesserit dictus Ant. superstite dicto Pierange. pupil. & Ioã. eius patre successit & succedit eidem ipse Pierang. excluso dicto Io. eius patre. C. de suis & legiti. auth. in successione. & in corpore, vnde sumitur, præterquam 1 † in usufructu, in quo ipse pater successit & succedit. C. de bo. quæ lib. l. cũ oportet circa prin. & cũ postea decesserit dictus Io. intestatus superstite ipso Pieran. eius nepote ex dicto Anto. eius filio & Bernardo eius filio, successerunt do. Io. videlicet, dictus Bernard. immediate, & dictus Pieran. in alia medietate, succedendo in locum Anto. sui patris, prout not. in d. auth. in successione. & in corp. unde sumitur. & insti. de hære. quæ ab intest. §. 1. Et cum postea decesserit dictus Pierang. in pupillari ætate infra annũ a tempore mortis aui, superstitibus dicta Catherina eius matre, & d. Bernardo eius patruo, si statutũ non staret, de iure 2 † communi successisset mater dicto Pieran. excluso ipso Bernar. eius patruo. C. ad Tert. authen. defuncto. & auth. cessante. & aut. post fratres. C. de legi. hær. ipsa enim mater est in proximiori gradu quam sit patruus, cum ipsa sit in primo gradu & patruus in tertio gradu: Sed licet de iure communi successisset, & succederet ipsa mater: tamen attenta dispositione statuti positi sub rub. ꝙ ad bona filiorum proximiores cõsanguinei admittantur, matre penitus exclusa, disponentis, ꝙ viro habente vxorem, & ex ea filios, decedente, nullo p eum condito testamento, si post mortem patris filius seu filij masculus vel fœmina decederent, seu decederet pupilli seu pupillus, seu maiores nullo per eum condito testamento, quòd eorum seu eius mater ad successionem filiorum eius seu filij masculi vel fœminæ, minime admittantur sed authoritate præsentis statuti pœnitus sit exclusa: saluo tamẽ ipsi matri iure legitimæ, in qua legitima quatenus de iure succedere debeat, succedere possit & valeat, Et ad bona dictorum filiorum, seu filii masculi uel fœminæ proximiores consanguinei filiorum prædictorum ex parte patris ipsorum filiorum admittantur, & eorum successio dictis proximioribus consanguineis deferatur, ut ipsi proximiores consanguinei ad successionem ipsorum filiorum admittantur, & admitti debeant quibuscunque in contrarium facientibus non obstantibus: Ipsa mater non uidetur succedere dicto suo filio: sed ipse Bernar. patruus proximior consanguineus, præterquam in legitima, in qua dicta mater succedere uidetur, attentis 3 † verbis dicti statuti, a quibus cum sint clara non uidetur recedendum. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de le. 3. Tale 4 † enim statutum potest ipsam matrẽ excludere nõ solũ a successione ultra legitimã: sed etiam a successione in legitima, cũ & pater possit ex dispositione iuris substi-

tuendo, priuare matrem legitima, prout not. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. sed nec impuberis, & in c. si pater. de testa. in 6. imo & videtur quod ipsa Catheri. mater non succedat dicto suo filio, etiam in ipsa legitima, ex quo transiuit ad secundas nuptias non petito tutore, nec reddita ratione administrationis ipsius tutelæ: propter † quod 5 priuatur successione, prout habetur C. ad Tertul. l. omnem. & in auth. ex eisdem pœnis. C. de secun. nup. & in auth. de nup. in §. si autem tutelam. per quæ videtur, quod ipsa excludatur, non solum ab ipsa successione, sed etiam a legitima. Imo & etiam 6 ex alio, quia si transeat † ad secunda nota, etiam post mortem filij, priuatur eius successione: & si non usufructu saltem quo ad proprietatem. C. de secundis nup. l. fœminæ. & in auth. de nup. §. sinautem. Sed his non obstantibus contrarium de iure dicendum est, ut & si mater excludatur ab ipsa successione, salua legitima, propter superexistentiam ipsius Bernar. consanguinei proximioris ipsius Pierange. ex parte patris: Tamen non excludetur ab ipsa legitima, quantumcunque transiuerit ad secundas nuptias, cum ex hoc non priuetur successione dicti Pierange. eius filii. Esto, quòd transiuerit ad secundas nuptias, non reddita ratione 7 administrationis, cum † ex hoc non priuetur successione, non existentibus filijs ex priori matrimonio. tunc enim succedit in ipsa, quantumcunque transiuerit ad secundas nuptias, etiam quo ad vsumfructum & proprietatem. C. de secundis nup. l. fœminæ. §. fin. & auth. ex testamento. & in auth. 6 de nuptiis. §. si uero expectet. Pœnæ † enim inductæ ex transitu ad secundas nuptias sublatæ sunt per dictum Apostoli, prout habetur in cap. fin. de secundis nup. & ibi per Inn. & hoc, nisi quatenus tendunt in fauorem filiorum primi matrimonij, cum sublatæ non sint quatenus tendunt in eorum fauorem, & commodum: prout nota. ibi. & in l. 1. C. de secun. nup. & ibi per Bal. Vnde cum hoc casu cesset fauor filiorum primi matrimonij, ex quo non supersunt, locum non habent dictæ pœnæ, prout in dictis iuribus not. adhoc quod habetur in cap. cum cessante. de appel. Ita quod per hæc dici & concludi potest, quod dicta mater, quantumcunque transiuerit ad secunda uota, non priuetur ipsa legitima, cum & non priuaretur hæreditate, si tale statutum non superesset. Nec obstat in contrarium adducta, cum loquantur, quando assumpsit tutelam, & transiuisset ad secunda vota superstite filio impubere seu pupillo, & sic pupillo uiuente, non petito ei tutore vel non reddita ratione administrationis, cum tunc priuetur successione, vt in d. l. omnem. & d. §. si autem tutelam. quod non cadit in casu prædicto, ex quo dicta mater transiuit ad secunda uota, dicto Pierange. mortuo. vnde non ob. Nec obstat quòd etiam si transeat post mortem filij priuatur proprietate: cum illud habeat locum, quando superest aliquis filius primi matrimonij, cum alias aliud sit prout patet in d. l. fœminæ. & in d. §. si uero expectet &c. Dominus Benedictus.

THEMA CONSILII LIII.

Punctus. Domin. Aluisia Iacobi de Tuderto habet maritũ suũ nomine Marcum, & isti duo habent vnam filiam nomine Antoniam, quam dictus Marcus pater maritauit & dotauit. Et deinde dicta Aluisi. venit ad mortem, & fecit testamentum, in quo certa legata fecit dictæ suæ filiæ, & in omnibus bonis suis &c. suum hæredem vniuersalem dictum Mar. eius maritum instituit, & post mortem ipsius Mar. substituit eidem dictam domi. Anto. eius filiam. Condito postea dicto testamento decessit dicta testatrix, & dictus Mar. hæres institutus adiuit eius hæreditatem in forma legitima. & in vita dicti Mar. decessit dicta Anto. eius filia, remanentibus ex ea duobus filijs masculis hæredibus suis, qui adiuerunt hæreditatem ipsius in forma. Deinde moritur Mar. prædictus sine filijs condito testamento, in quo fecit suum hęredem vniuersalem quendam suum nepotem nomine Baldum. Nunc dicunt filij dictæ Anton. præfato Bald. hæredi dicti Mar. quòd debetur legitima dictis filijs dictę Ant. in bonis dictę Alui. & non dotatę ab ea. Item dicunt aliam legitimam deberi sibi in bonis dicti Mar. eorum aui, quia ipsi sunt nepotes dicti Mar. nec superest alius filius dicti Mar. Quæritur modo, an dictæ duæ legitimæ debeantur eisdem filijs de bonis, & in bonis prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Patris testamentum non valet, nisi filijs aliquid relinquatur iure institutionis.*
2 *Filius & eius hæres potest agere ad supplementum legitimæ, si tantum relictum non sit, quod ascendat ad ipsam legitimam. quod procedit, etiam si filius prohibitus sit in testamento plus petere.*
3 *Filius transmittit ad eius hæredes querelam etiam non præparatam, & fortius ius agendi ad supplementum legitimæ.*
4 *Legitima non minus debetur filijs filij præmortui, quam debita fuisset ipsi filio, cum eius loco succedant.*
5 *Dos materna an imputanda sit in legitima debita filijs filiæ testatoris.*
6 *Pater si filiæ det dotem simpliciter non interueniente stipulatione cui ea debeat restitui, utrum nepotes eam sibi imputent in legitimam, eis ex persona filiæ debitam.*
7 *Pater si filiæ dotem dederit, & eam filiæ, aut hæredibus eius restitui stipulatus fuerit, vtrum hoc casu nepotes dictam dotem sibi in legitimam imputent.*
8 *Legitima vel eius supplementum per filios peti potest etiam si in testamento filij prohibiti fuerint plus posse petere.*

9 *Legitima*

9 *Legitima, vel eius supplementum peti a filiis potest, etiam si eis fuerit relicta dos materna, quæ eis relinqui non potuit, cum fuerit propria ipsorum, nec in ea ipsi grauari potuerunt, ex quo data fuit eorum matri.*

CONSILIVM LIII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, dubitatio consistat in duabus legitimis, an debeantur filiis dictæ do. Anto. & de eis quæratur & circa primam quæ est, an filiis dictæ do. Ant. & eius hæredibus debeatur legitima in bonis & de bonis dictæ domi. Alui. fiæ matris dictæ Ant. & cũ ipsa do. Alui. decesserit superstite dicta do. Anto. eius filia, cui in testamento reliquit certa legata, vt præsupponitur: si in ipsis legatis eam non † instituisset hæredem, tale testamentum non valuisset nec valeret, vt in auth. vt cum de appel. co. in §. aliud quoque capitulum. & §. cæterum. super quo non insisto, cum de hoc non quæratur: sed solum, an debeatur legitima filiis & hæredibus dictæ Anto. in bonis dictæ Alui. Et q a forte reliquit dictæ do. Ant. in eius testamento aliqua bona iure institutionis, vel in ipsis eã hæredem instituit. & tunc si non reliquit eidem Ant. tãtum quod sufficiat ad legitimam, ipsa † potuit agere ad supplementum legitimæ. C. de inoff. test. l. omnimodo. cum legitima eidem fuerit debita. C. eo. tit. auth. nouissima. & in cor. vnde sumitur: quod procedit, etiam si prohibitũ fuerit plus petere. vnde cum potuerit ipsa Ant. agere ad supplementum dictę legitimæ, poterunt similiter eius filii, & hæredes agere ad supplementum dictæ legitimæ, per id quod habetur. C. de inoffi. test. l. si quis filium nam & † querelam & non præparatam transmittit ad eius filios, fortius & transmittit ius agendi ad supplementũ ipsius legitimæ, prout ibi no. ad hoc qđ no. C. vt actio. ab hæte. & contra hęredes in l. vnica. Vnde si nõ fuit relictum dictæ Ant. tantum, quod sufficiat pro legitima, potuit ipsa, & similiter possunt omnes hęredes eius agere dictum supplementum, non autem potuerunt filii dictæ Anto. ex eorum persona petere legitimam in bonis ipsius Alui. ex quo decessit superstite ipsa Ant. eius filia, cum eidem debeatur legitima, cum eius sit prima causa successionis, & non filiorum dictæ Anto. & sic nepotum dictæ Aluisi. Vnde debita fuit legitima prædicta ipsi Anto. & non filiis ipsius, prout notatur in d. auth. nouissima. & in cor. vnde sumitur. & hæc quo ad legitimam debitam in bonis dictæ Alui. & sic circa primam. Circa secundã vero, an filiis dictæ Anto. debeatur legitima in bonis dicti Mar. eorum aui. & circa hoc dicendum est, quod si ipsa Anto. a dicto Mar. eius patre non fuisset dotata, sine dubio ipsis deberetur legitima, cum † nõ minus debeatur ipsa legitima filiis filię præmortuę, quàm & debita fuisset dictæ Ant. eorum matri, cum eius loco succedant prout notatur in d. auth. nouissima, & in cor. vnde sumitur: & in hoc non caderet dubitatio. Sed dubitatio cadit in hoc, quia vt præsupponitur. d. Mar. dictam Anto. dotauit. Vnde dubitatio est, & non parua, an dos data filiæ imputetur in legitimam filiorum dictę filię, & sic nepotum dicti Mar. cum eis debeatur ipsa legitima in bonis aui, cum successuri essent eidem ab intestato, si testamentum non fecisset. vnde debetur eis legitima prout patet in dict. auth. nouissima. & in cor. vnde sumitur. Sed an † ipsa dos materna imputetur & imputanda sit in dicta legitima debita filijs dictæ Ant. est dubium satis difficile, super quo doctores variauerunt, prout patet ex his quæ habentur. ff. solu. matri. in l. si cum dotem. & in l. post dotem. & ibi per Bar. & ff. ad l. Fal. in l. in quartam. & C. de inoff. test. l. quoniam nouella. & in l. Scimus. & C. de colla. l. illam. & cum ista Anto. decessisset superstite patre, & sic in potestate, & superstitibus dictis suis filiis, duo casus † erunt considerandi, quorum vnus & primus est, si ipse pater dedit ipsam dotem simpliciter, non interueniente stipulatione, ita quod non fuerit stipulatus eam sibi, vel dictę filię & eius hæredibus restitui, quod non puto, maxime si de ipsa dote appareat per instrumentum, & iste est casu satis dubius, cum Mar. Silimani. Iac. de Are. Iac. Bu. & Bar. in d. l. post dotem. & in d. l. in quartam. videantur tenere, quod hoc casu ipsi nepotes imputent ipsam dotem in dicta legitima, quod & similiter videtur tenere Bald. in d. l. quoniam nouella. & Rapha. & Paul. de Cast. & domi. Ludo. in d. l. illam. Sed alii, videlicet Iacob. de Bel. consulendo & Bald. in dict. l. illam. & Ang. in dict. l. in quartam videntur tenere, quod nõ imputet, per rationes per eos in dictis locis allegatas. & sic prout supra patet, sunt opiniones contrariæ: circa quas Bal. in dict. l. Scimus dixit, tene quod places. Sed ipse Bald. in dict. l. illam. distinguit aliter, distinguendo, quod aut ipsi nepotes concurrunt cum patruis, & concurrendo repręsentant matrem, & imputant in legitima. Si vero non concurrant cum eis prout in casu prædicto non concurrũt: & tunc ipsam dotem in legitimam non imputabũt, vt plenius ibi per Ioan. de Imol. in dict. l. in quartam, vbi dicit Bald. hoc idem tenuisse in quodam suo consilio. Quæ opinio, prout ipse dicit, est satis rationabilis. Pro quo facit, quia prout voluit Bald. in d. l. illam. & Ioan. de Imol. in dict. l. in quartam. & consuluit domi. Bened. de Plumbino ipsi filii habent ipsam dotem maternam nõ ex consuetudine, sed vt hæredes suæ matris, & sic non ab auo, sed a matre, propter quod imputare non debent: Quæ opinio pro nunc mihi videtur satis tenenda, cum non reperiatur hoc iure cautum, vt imputare debeat: super quo aliter non insisto, cum, vt puto, non expediat, cum in casu isto, vt puto fuit prouisum, cui dos dictę Anto. veniat restituenda. & iste est secundus casus: in quo † si ipse Mar. dando ipsam dotem stipulatus fuit pro Anto. & eius hæredibus dictam dotem sibi restitui, pront mihi dicitur, quod stipulatus fuit: & hoc casu non imputabunt ipsi filii in legitimam, ex quo habent vt hæredes matris, & vt ex eius bonis, & non vt ex bonis aui. & hoc sentit Bartol. in dicta l. post dotem. & Bald. in dicta l. quoniam nouella & in dicta l. illam: vbi Paulus de Castro hoc idem tenet, & similiter domi. Ludouic. quod & tenuit

tenuit etiam Iacob. de Bel. consulendo. & hoc idem tenuit dom. Ioann. de Montespe. in d. l. illam. & ita communiter tenetur, & cum ita communiter teneatur, dicendum est, & concludendum, quod in casu prædicto dicti filii dictæ Anton. non tenetur imputate in eorum legitimam dictam dotem maternam. Imo habere debebūt legitimam in bonis dicti Mar. seu supplementum ipsius legitimæ, si aliquid eis iure 8 institutionis fuerit relictum. Quod videtur † procedere etiam si in testamento ipso sit apposita clausula, quod plus petere non possint, cum hoc non obstante possint petere dictam legitimam. ut d. l. omnimo- 9 do. imo † & procedit, etiam si fuerit eis relicta dos materna, cum eis relinqui nō possit, cum fuerit propria ipsorum. l. res proprias. C. de leg. nec in ea potuerunt grauari, ex quo data fuit eorum matri, prout habetur. ff. ad Trebel. l. Lucius. §. maritus. & ibi per Bartol. & Io. de Imo. ubi plenius de hoc, prout habetur in l. fi. §. filiæ. ff. de leg. 2. &c. Dom. Ben.

THEMA CONSILII LIIII.

PVnctus. Quidam Angelus Alberti, veniens ad mortem, suū ultimum & solenne cōdidit testamentum, in quo, inter alia reliquit iure institutionis d. Matthææ suę filię Florenos centum, & quod plus de bonis suis petere non possit &c. In omnibus alijs autem suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus &c. Franciscum eius filium legitimum & naturalem, suum hæredem vniuersalem instituit, atque fecit. & casu quo dictus Francisc. decederet sine filijs, non facto per eum aliquo testamento, iussit quod bona sua dispensentur. & distribuantur amore dei, vbi, & sicut visum fuerit An. Bal. & Pet. Fran. & Andręę Putioli tutoribus, & curatoribus dicti sui filii, quos ad hoc commissarios, administratores, & executores fecit, & reliquit: Quo testamento condito dictus Angel. decessit. Deinde post mortem dicti Angel. & ante mortem dicti Francisc. sui filij, decesserunt & mortui sunt dicti executores. & sic dicti commissarii, uno superstite; videlicet, dicto Ange. Deinde decessit dictus Francisc. filius in ætate non adulta superstite domi. Thadæa eius matre, & do. Mar. eius sorore, non cōdito per eum aliquo testamento, quo casu euento dictus Angel. vnus ex executoribus prædictis uellet dispēsare, & distribuere dictā hæreditatē dicti An. amore dei, put ipse An. disposuitin suo testō ac ēt uellet concedere ptātem, & authoritatem distribuendi dictam hæreditatem Prioribus, & Rectoribus fraternitatis Sanctę Crucis de dicto loco, & eam concedere amore dei pro ipsa fraternitate, quæ secundum statuta loci, censentur locus pius; qui Priores, & Rectores prædicti volunt distribuere bona prædicta amore dei, & ea concedere cuidam spurio nepoti dicti Anto. & quibusdam puellis nepotibus dicti Angel. ac etiam dictus An. vellet distribuere de dictis bonis certam quantitatem ponendam in Monte ciuitatis Florentiæ, pro congruis dotibus dictarum suarum neptium, & pro ipsis maritandis, & etiam concedere aliqua ex ipsis bonis dicto spurio. Circa quod modo contingit de pluribus dubitari. Et primo qualiter, & pro quanta parte competat ius, & actio dictæ dom. Thadææ matri dicti Franc. in d. hæreditate, & in quanta parte succedat. Secundo an ipse Ant. executor, & in fideicōmissarius prædictus possit suam authoritatem, & potestatem concedere Prioribus dictæ fraternitatis. Tertio, an dictus Anton. executor & fideicommissarius prædictus cōcedere potuerit, & possit dictam hæreditatem pro ipsa fraternitate. Quarto, nunquid dicti Priores possint eligere dictas puellas, & eis concedere dicta bona dictæ hæreditatis, ac etiam dicto nepoti Spurio. Quinto, utrum dictus An. dicta bona distribuendo, possit dare ipsis suis neptibus pro earum congruis dotibus certam quantitatem ponendam super Monte ciuitatis Florentiæ, & nunquid possit aliquid de ipsis bonis concedere dicto suo nepoti Spurio.

SVMMARIVM.

1 *Mater succedit filio ab intestato decedenti sine filijs & parentibus.*
2 *Executoribus, seu fideicommissarijs testamentarijs omnibus præter vnum, decentibus, potestas omnium remanet apud superstitem, & officium suum libere potest exercere.*
3 *Episcopus loci non potest alios executores testamenti in locum mortuorum deputare, si vnus ex pluribus executoribus superfit, licet possit defectum, vel negligentiam executoris supplere.*
4 *Executor testamenti dici potest quodammodo hæres, vel etiam loco hæredis, vel fideicommissarius, cum hæreditas est restituenda.*
5 *Executor testamentarius habet vtiles actiones, & utilibus actionibus conuenire potest.*
6 *Filius in legitima grauari non potest.*
7 *Trebellianica non detrahitur de relictis ad pias causas, vt communiter tenetur, & seruari debet in practica.*
8 *Executor testamentarius non potest alij concedere authoritatem, & potestatem suam, cum electa sit industria personæ suæ.*
9 *Testator non potest facere executorem ad faciendū aliū executorem.*
10 *Fraternitas licet sit collegium approbatum, ex quo tendit ad opera pietatis, & charitatis, tamen non censetur proprie pius locus.*

Frater-

11 *Fraternitati relictum, non dicitur relictum ad pias causas, quia non est proprie pium collegium, quod maxime procedit, si fraternitas habeat bona, ita quod possit dici diues.*

12 *Liberam & plenam potestatem habens, tamen debet bona fide facere, & non malitiose.*

13 *Statutum licet disponat quod fraternitas sit locus pius, tamen non censetur locus pius, cum sit collegium Laicorum, & per statutum laicorum id statui non potest.*

14 *Hospitale fraternitatis, Laicalis, dicitur pius locus, & ei, vt pio loco potest relinqui hæreditas amore Dei, licet fraternitas ipsa, pius locus non censeatur.*

15 *Executor testamentarius, qui ex testamento debet certa bona in pauperes distribuere, potest eligere in pauperē, filium, dūmodo sit pauper, licet reperiatur alius magis pauper, & etiam ea poterit erogare in virum nobilem pauperem, licet non sit omnino mendicans.*

16 *Executor, qui ex testamento debet certa bona in pauperes distribuere, vtrum possit ex dictis bonis dotem suis neptibus constituere.*

17 *Aui onus est neptes ex filio maritare.*

18 *Executor, qui ex testamento debet aliqua bona in pauperes distribuere, non potest in seipsum vti pauperem dispensare, nisi sit in summa necessitate constitutus, cum tunc liceat eidem aliena rapere.*

19 *Executor potest tradere de bonis ex testamento in pauperes distribuendis, certam quantitatem pro dotibus filiabus vel nepotibus, vere sint pauperes & nubiles, & palam & bona fide faciat, cum hoc quod sibi non quæratur vsusfructus.*

20 *Executor potest eligere in pauperes, coniunctos suos, dū modo sint vere pauperes, & bona fide faciat: Vnde si sit virgo sibi coniuncta, in necessitate constituta, et potius, quam extraneæ tendere potest cum ad eam magis præsumatur misericordiæ affectio, & hoc casu quicquid ei datur dicitur ad pias causas errogari.*

21 *Bonafides, cum libera potestate semper intelligitur.*

22 *Executor testamenti si quid bona fide non faciat, vel dispenset, quod per ipsum factum erit, poterit per Episcopum, seu eius Vicarium retractari, cum ad ipsum spectet quod vltima voluntas fideliter exequatur.*

23 *Executor testamenti non potest eligere, seipsum in pauperem, nisi sit in summa necessitate.*

24 *Executor ex testamento dispensaturus nonnulla bona in pauperes, an possit ea distribuere in filium suum spurium, vel ipsius testatoris.*

25 *Spurius, existente aliquo ex legitima prole, nil bonorum consequi potest, secus si nullus ex legitima prole supersit.*

26 *Spurio vere pauperi potest ex causa eleemosynæ, & pro alimentis per executorem errogari de bonis distribuendis inter pauperes, siue extet legitima proles, siue non.*

CONSILIVM LIIII.

In nomine domini, Amen.

Circa primum quæsitum quod est, qualiter & pro quanta parte competat ius, & actio dictæ do. Thadeæ in d. hæreditate, & in quanta parte succedat. Dicendū est, quòd cum dictus Fran. decesserit adultus 1 non condito aliquo testamento, successit † & succedit eidem dicta eius mater ab intestato. C. ad Tertul. l. 1. & auten. defuncto. & hoc, nisi statutum aliud disponat, cum statuto aliter non disponente ipsa mater vti proximior succedat eidem Fran. decedenti sine filijs & fratribus, prout patet in dictis iuribus. Sed licet ipsa mater ab intestato succedat. Tamen cū dictus Angel. in suo testamento disposuerit, quòd si dictus Franc. eius filius decederet sine filiis, non facto per eum aliquo testamento, bona sua dispensentur, & distribuantur amore Dei, vbi, & sicut, visum fuerit dictis tutoribus, & curatoribus dicti sui filii: ubi, & prout visum fuerit dictis administratoribus, quos ad hoc administratores, & cōmissarios, & executores fecit, & reliquit, prout in ipso testamento communiter, & postea ante mortem d. Fran. & post mortem d. Ange. decesserint dicti fideicommissarii, & executores deputati, superstite solum vno, videlicet Ant. eius auo materno, potestas † ipsorum execu- 2 torum, & fideicommissariorum remansit & remanet apud dictum An. executorem deputatum, prout est expressum in cap. 2. de test. in 6. adeo quòd ipse tale officium libere exercere potest: nec † poterit Epi- 3 scopus loci alium, vel alios in locum mortuorum deputare, licet possit defectum, vel negligentiam executoris, aliis non super existentibus, supplere, vt in c. nos quidem. & c. tua. & cap. Io. de test. & cum ipse An. executor vniuersaliter deputatus possit tale officium exercere, poterit, Imo & debebit ipsa do. Tha. hæres dicti Fran. hæreditatem dicti Ang. & bona, quę remanserunt in eius hæreditate restituere, cum † dictus executor dici possit quodāmodo hæ- 4 res vel loco hæredis, prout voluit Specu. in tit. de instru. edic. §. nunc vero, ver. sed nunquid. Imo & dici potest fideicommissarius, cui hæreditas restituta, seu restituenda est. ff. ad Trebel. restituta. prout voluit Bald. † de fideicommiss. in authen. hoc amplius. 5 adeo quòd habet vtiles actiones, & vtilibus actionibus conuenire potest. vt plenius ibi per eum & in l. vnica. C. de his quæ pe. no. & C. de execu. rei iu. l. executorem. & in l. si quis ad declinandam. C. de Epis. & Cle. & cum dici possit talis executor quodammodo hæres, seu fideicommissarius, cui hæreditas est restituenda, seu constitutus loco hæredis. ff. ad Trebe. l. 1. §. fideicommissarius. poterit, imo debebit dicta do. Tha. hæres dicti Fran. & ex eius persona hæres dicti Ang. restituere hæreditatem dicti Ang. & bona quæ in eius hæreditate remanserunt, distribuenda amore dei prout ipse testator disposuit, detracta † tamen legitima, in qua dictus Fran. non potuit gra- 6 uari. C. de inof. test. l. omnimodo. & ff. de vulg. & pup. l. cohęredi. §. cum filiæ. Vnde dicta do. Tha. restituendo dictam hæreditatem, detrahet legitimam dicti Fran. quæ est tertia pars bonorum dicti Ang. detracto ęre alieno & funeris impensa. ff. de inoff. test. l. Papinianus. §. quarta. & hoc si dicta Ma. eius soror fuisset, & esset exclusa, adeo quòd non succederet existente masculo, prout no. in d. l. Papinianus §. vnde si quis. alias si non fuisset exclusa ab ipsa legitima dicta Ma. ita quod relictum eidem factum valeret & computaretur in eius legitima, & tunc legitima ipsius Fran. fuisset medietas tertiæ partis bonorum dicti Ang. cum alia medietas pertinuisset ad dictam Ma. C. de inof. test. authen. nouissima. in qua,

tum, vt puto, ipse Fran. successerit, & eius hæres, saltem beneficio restitutionis vt alias consului, succedet dicta do. Tha. mater & hæres dicti Fran. in ipsa legitima, adeo quòd eã detrahere poterit, & sic tertiam partem bonorum ipsius Ang. retinere poterit, & in ea succedet, non 7 † autẽ poterit detrahere Trebel. cum de relictis ad pias causas nõ detrahatur ipsa Treb. prout voluit Speculator in tit. de instru. edi. §. compendiose. ver. sed cum deductio. & Cin. in auth. similiter. C. ad l. Fa. & Bar. in l. Marcellus. §. quid autem. ff. ad. Treb. per tex. in authen. de Ecclesiasticis tit. §. sin autem. iuncto d. §. quid autem. & tenuit etiã Bal. in l. id quod pauperibus. & in d. l. si quis ad declinandam. & in d. §. executorem. & in auth. sed cum testator. C. ad l. Fal. & Io. de Imo. in d. §. quod autem. & ita communiter tenetur. Esto quòd Archi. & Io. An. in c. si pater de test. in 6. aliud tenuerit: & cum ita communiter teneatur vt non detrahatur. d. Trebellianica in relictis ad pias causas, in practica erit hoc seruandum, prout voluit Bar. de Sali. in authen. sed cum testator. ita quòd dici & concludi potest circa primum dubium, quod dicta do. Tha. effectualiter succedet in bonis d. Ang. solum in tertia parte pro ipsa legitima, quam retinere poterit, cum omnia alia bona d. And. quæ remanserunt in hæreditate, restituere teneatur dicto Ang. executori & fideicõmissario prædicto. Circa secundum vero, quod est, an ipse Ang. executor & fideicõmissarius p̃dictus, possit suã authoritatẽ & p̃tatẽ concedere Prioribus dictæ fraternitatis. Et circa hoc 8 † dicendum est, quòd nõ poterit concedere, cum electa sit industria personæ suæ. C. de Epi. & Cle. l. nulli. Vnde non poterit ipsam authoritatem & potestatem sibi attributam alteri concedere. & hoc uoluit Io. An. in c. 2. de testa. in 6. & hoc tenuit Oldra. in quodam suo consilio. & Bal. in l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tol. & clarius in d. l. nulli. imo & plus 9 † voluit Io. An. in c. 1. de procura. in 6. quòd testator non potest facere executorem, quod & voluit Bar. in l. quidam. ff. de re. du. & Bald. in l. captatorias. in 2. col. C. de test. mi. Vnde si executore non potest facere alium executorem, si testator eidem iniunxit, multo minus poterit facere per se, cum per se exequi debeat, & non per alium. ut. in c. tua. de test. & in. c. 2. Ita quod dici & concludi circa secundum quæsitum, quòd dictus An. non poterit ipsam authoritatem & potestatem concedere dictis Prioribus ipsius fraternitatis. Ex quibus infertur ad decisionem tertii quæsiti, quod est, an dictus An. concedere poterit & possit dictam hæreditatem dictis Prioribus pro ipsa fraternitate, nam cum, vt puto, ipsa fraternitas, sit quoddam collegium laicorum, prout est communiter in hac ciuitate Perusina, & ipsa fraternitas, seu eius Priores habeant distribuere relicta eis facta ad pias causas & amore dei nõ poterit ipse An. dictæ fraternitati, seu eius Rectoribus concedere dictam hæreditatem, ita distribuendo, cum non possit authoritatem seu potestatẽ sibi concessam alteri committere, prout & supra plenius dictum fuit, prout & faceret, si dictam hæreditatem concederet dictæ fraternitati. Vnde non poterit dictam hæreditatem ita distribuendo, concedere ipsis Prioribus pro dicta fraternitate: Quod & 10 alia ratione demonstratur, quia & si ipsa † fraternitas sit collegium approbatum, ex quo tendit ad pietatem, & ad opera pietatis & charitatis: & sic quæ religionis causa fiũt, prout nota. ff. de colle. illic. l. 1. §. religionis causa. & in l. fi. & ibi per Bartol. per Archi. 42. dis. si quis despiciat. Tamen ipsa fraternitas non censetur proprie pius locus, prout not. C. de sacros. Eccle. in l. illud. & ibi per Bald. vbi dicit, quod 11 illud † quod relinquitur fraternitatibus, non est ad pias causas, quia non est proprie pium collegium, vt ubi patet: Quod & maxime procedit, si ipsa fraternitas habeat bona, ita quod possit dici diues, cum dictus An. executor non possit ipsam eligere in pauperem, & ideo vt pauperi & amore Dei concedere ipsam hæreditatem, prout voluit Ioan. Andr. in addi. Specul. in tit. de instru. edi. §. nunc vero. ver. sed nunquid. Pro quo etiam facit, quia tunc non concedit vt bonus vir prout facere debet: Imo quodammodo maliciose, & non bona fide, videlicet, ad hoc, vt ipsi Priores cõcedant nepotibus, & aliis suis, 12 & ipsi suo spurio: quantumcumque † enim ipse habeat liberam & plenam potestatem, tamen debet bona fide facere, prout no. ff. man. l. creditor. §. Lucius: per quem §. Bartol. hoc voluit in l. Lucius. & in l. alio. ff. ad ali. & ciba. leg. non enim videtur bona fide facere dando dictam hæreditatem amore Dei ipsi fraternitati, vt eius Priores distribuant in ipsas neptes, & spurium, & etiam quia non dat amore dei ipsi fraternitati, quæ diues est, ad hoc quo no. C. de Episc. & Cleric. l. id quod pauperibus. & C. de sac. san. Eccle. l. illud: cum non censeatur locus pius ipsa fraternites, cum sit collegium laycorum, prout no. in d. l. fina. per Bartol. 13 Esto † quòd per statutũm ita disponatur, vt sit locus pius, cum non possit per statutum laicorum hoc statui iuxta no. in cap. Ecclesia. de constitu. Esto, quod si ipsa fraternitas haberet hospitale in quo sta14rent pauperes: tunc bene † posset ipsi hospitali, ut pio loco concedere ipsam hæreditatem amore dei, prout voluit ipse Bald. in d. l. si quis ad declinandam. & in l. orphanotrophos. C. de Episc. & Cler. & Petr. de Perusio in tractatu Canonicæ Episcopalis in 10. cap. Censetur enim tale hospitale pius locus, prout in dictis iuribus no. propter quod potest dictus executor in ipsum pium locum disponere, & distribuere, sed non in dictam fraternitatem vt supra dictum est. Ex quibus infertur ad decisionem quarti quæsiti. nam cum dictus Anto. non possit dare potestatem, & authoritatem distribuendi dictæ fraternitati nec eius Prioribus: nec possit dictam hæreditatem eis concedere, non poterũt dicti Priores eligere dictas puellas, & eis concedere bona dictæ hæreditatis: nec dicto nepoti spurio. vt in cap. quod autem. de iure patrona. Vnde restat vt deueniatur ad quintum, & vltimum quæsitum, quod duo continet, & primo, an dictus An. ipsa bona distribuendo possit dare ipsis suis neptibus pro earum congruis dotibus certam quantitatem ponendam super Monte ciuitatis Florentinæ? Circa quod etsi uideatur prima facie di15cendum, quod possit, cum executor † eligere possit in pauperem filium, dummodo sit pauper, licet reperiatur alius magis pauper, prout uoluit Bald. in dict. leg. id quod pauperibus.

per,

per id quod habetur in l.quidam.ff.de lega.2. Imo & plus, quia poterit eligere in pauperem virum no bilem,& idem, vt pauperi dare in subsidium vitæ, vel dotium,licet non sit omnino mendicans, prout voluit Bald.in d.l.si quis ad declinandam. ubi ple-nius de hoc. Sed his non obstantibus cōtrarium de 16 iure dicendum est, quòd non potuerit † nec possit ipsis neptibus ipsam dotem dare seu constituere, vt ex pluribus demonstratur. & primo quia ad ip-17 sum† spectat uubere &maritare dictas suas neptes cum ut puto, erant neptes ex filio, prout uidetur inuui ex puncto, licet hoc non exprimatur clare, prout habetur.ff.de ri.nup. l. qui lib. & sic dotare. vt Ibl.& ff.de in rem uer.l.nihil.& l.sequenti.& di-ci potest,quòd ipse ita dotaudo,sibi ipsi tradat,sibi 18 autem tradere † nō potest vt pauperi & amore dei. ff.man.l.si mandauero.§.si tibi.& hoc nisi sit in sum ma necessitate constitutus, cum tunc liceat eidem aliena rapere de fur.c.si quis propter necessitatem. Vnde & multomagis poterit sibi ipsi concedere, ipsas suas neptes dotando. & hoc uoluit Pau. de Lez.iu Cle.unica.de test. Quod & secundo demon stratur ex alia: quia posito quod non censeretur ei dare ita dotāda, sed de ipsis filiabus, seu neptibus, 19 tamen hoc† facere non poterit, nisi sint verè paupe res,& palam faciat:& cum hoc, vt sibi non quæra-tur vsufructus, prout voluit Bald.in l.tutor.§.1.ff. de excus.tuto.tunc enim bene posset ipsis suis ne-ptibus in dotem dare certam quantitatem, quando essent vere pauperes & nubiles, dummodo palam faceret,& bona fide, quod & uoluit similiter Bald. in d.l.id quod pauperibus. in ver. septimo quæro. 20 vbi dicit,quòd executor† potest eligere iu paupe-res cōinnctos suos,dummodo uere sint pauperes, & bona fide faciat, prout uoluit Iacob. de Are.se-cundum quod ipse Bald.refert ad hoc quod not.C. de sacrosanct.eccles.in l.illud.vbi Bald. notabiliter dicit,quòd quando persona coniuncta est in necef sitate constitura,ut si sit virgo pauper,& tunc ii ci-dem detur,cum causa pietatis congruat, quod sem per dicitur dari ad pias causas, imo potius eidem dari debebit,quam alteri extraneæ personæ, cum ad eam magis præsumatur misericordiæ affectio. C.de cap.l.liber raptus.ad hoc quod no.86. distin. non satis,ita quòd dici & concludi potest, quòd di ctus An.executor deputatus poterit dictas suas ne ptes,si uere sint pauperes dotare, & certam quanti tatem pro earum congruis dotibus dare: dummo-do hoc palam faciat,& bonafide.quia quantumcun que habeat plenā & liberam potestatem distribuen 21 di,tamen hoc bonafide facere debet, cum † semper intelligatur cum libera potestate bonafides.ff.mā. l.creditor.§.Lucius.prout uoluit Bart. in l. alio. ff. de ali.& cib.leg.adeo quòd, si non bonafide faciat, 22 poterit, quod per ipsum factum est retractari per episcopum,seu eius uicarium, cum ad ipsum spe-ctet vt vltima uoluntas fideliter exequatur. ut in c. tua.de test.ita quòd si ipse An. executor non fideli ter exequatur,talis executio nō habebit effectum: alias secus.qnod tamen bene discernere uon pos-sum cum uon appareat ex pūcto de ipsis neptibus, an sint neptes ex filio, & an sint vere pauperes: & cuius ætatis, quæ omnia consideranda sunt ad di-scernendum bonam uel malam fidem,iuxta not.C. de do.l.dolum. Nec obst. in contrarium adducta, quia licet executor eligere posit aliquem coniun-ctum in pauperem,alius sit magis pauper,& possit etiam eligere nobilem uirum in pauperem, ut su-23 pra.tamen non poterit† eligere seipsum in paupe-rem,nisi sit iu summa necessitate ut supra: nec po-terit eligere filias uel neptes, uisi vere sint paupe-res,& palam, & bonafide hoc faciat, prout supra plenius dictum fuit.& hoc circa primum. Circa se cundum uero quod est de ipso spurio, dicendum 24 est quòd dictus An.executor † non poterit ipsum spurium pauperem eligere,nec eidem ut pauperi aliquid amore Dei concedere, non solum si fuisset spurius ipsius testatoris, prout voluit Ioan. Andr. in additio.Speculat.in tit.de instrum.editio.§. nūc dicendum.uer.sed quid erit. vbi dicit referendo Ia co.de Aren.quòd commissarius seu executor, non potest disponere, quòd aliqua pars ueniat in spu rium defuncti,cum ille, nec filio mediante,capere possit.ff.de vulg.& pupilla.l. si pater. & l. si is qui. & C.de hæred. institueu. l. neque, quod & voluit etiam Bald.in dicta l. id quod pauperibus. in un-decima colum.sed etiam si fuerit spurius ipsius exe 25 cutoris,seu ex ipso executore natus,imo† & si fue-rit ipse spurius natus ex eius filio, cum non pos-sit in eum aliquid disponere, nec eidem aliquid concedere, existente aliquo ex legitima prole, pro ut est expressum.C.de uat.libe.l.si. alias si nou sub sisteret aliquis ex legitima prole, & tunc bene po-tuisset & posset is ipsum spurium disponere, & ei-dem relinquere prout no.in d.l. fina.& ff. de lib.& po.in l.Gallus.in §.quod si is, super quo tamen nō insisto,cum ex puncto non colligatur, an subsit le-gitima proles vel non. & ex quo dictus spurius fue rit natus,vel non,& in qua ætate sit vel non. Sed quicquid sit, dicendum est, ꝙ ipse An.ipsum in pau perem eligere non poterit, uec eidem , vt pauperi 26 concedere,nisi forte† vere sit pauper, cum tunc pos sit ex causa eleemosinæ & pro alimentis ipsius con-cedere prout voluit Io.An. in dictis addi.& Bal. in d.l.id quod pauperibus. per id quod habetur in c. cum haberet.de eo qui dux.in matri.quam pol. per adul.Quod locum habet non solum si ex dicto An. non subesset legitima proles, sed eriam si subesset: imo & si fuisset talis spurius ipsius Ang.testatoris, vt eidem pauperi concedi possit ex causa eleemosi næ,& aliquid pro alimentis.alias vero si non fuisset filius ipsius Ang.spurius:sed uepos ipsius An.spu-rius,& tunc non subsisteute legitima prole ipsius An.potuisset & posset dictus An.eidē spurio amo-re dei concedere certam quantitatem , dummodo fuerit & sit vere pauper, & bonafide faciat: prout & supra plenius dictum fuit.&c. Dom.Beu.

THEMA CONSILII LV.

Pvnctus.Franciscus Antonij de Firmo, suum condidit testamē tum, in quo post multa legata: in omnibus aliis suis bonis mo bilibus & immobilibus iuri-bus,

bus,& actionibus instituit, & fecit eius hære dem vniuersalem Antonium eius filium, & ventrem dom.Nicolosæ eius vxoris, si ad lu cem peruenerit: quod si erit masculus, instituit hæredem in æquali portione cum dom. Anton.& si erit fœmina, reliquit pro eius do te & cunctio 150. Ducatos auri. Et si dicti sui hæredes decederent sine hæredibus legitimis de eorum corporibus ex legitimo matri monio descendentibus, voluit & mandauit dictus testator, quòd de dicta hæreditate de beant fieri tres pa tes, videlicet, duæ partes dictæ hæreditatis perueniant, & peruenire debeant ad ecclesiam sancti Dominici de Firmo pro laborerio, & tertia pars dictæ hæreditatis deueniat & deuenire debeat ad hospitale sanctæ Mariæ Humilitatis de firmo pro laborerio &c. Post mortem autem dicti testatoris, ex ventre dictæ Nicolo. secundæ uxoris eiusdem nata est fœmina vocata Crechina. quæ primo loco mortua est, & infra pupillarem ætatem, superstitibus dicta Nicolo. eius matre, & dicto Anton. eius fratre ex latere patris tantum, quæ Nicolo, mater pred cta dictæ Cre. eius filiæ pupillæ dum viuebat tutorem dari non petiit: & si petiit, non petiit infra debitum tempus iuris, vel statutorum ciuitatis Firmi. Item ipsa Nicolo. post mortem dictæ suæ filię cessit dom. Anto. om ne ius sibi competens, & quod competere poterat in bonis & iuribus dictę suę filię, & in bonis hęreditatis dicti Franc. testatoris. Qui quidem Anton. in certis possessionibus dictę hęreditatis plantauit certas vineas ma gni prouentus, & vnam domum ędificauit, seu ędificari cępit valde meliorando dictas possessiones. Item fecit aliquas expensas in funere, & exequiis dicti testatoris sui patris. Demum mortuus est dom. Anton. sine filiis, & institutis certis hæredibus suis consanguineis de anno. 1467. circa finem Mensis Iunii. ita quòd ante mortem suam dictas Vineas la borare, fodere, & ligonizare fecerat, & certas alias possessiones dictæ hęreditatis arare fecerat. & successiue hęredes dicti An. post eius mortem fecerunt ligonizare dictas Vineas, & arare dictas possessiones, expensas necessarias in prędictis faciendo &c. Modo quęritur de pluribus. Et primo, quantum debeatur ipsis Anto.& Cre. de bonis patris pro eorum legitima. Secundo, quis succedat dictę Cre. tam in portione suę legitimę, quam in legato seu relicto dictę dotis & cunctii. Tertio, an hęredes dicti Anton. possint dedu cere ex bonis hęreditatis prędictę per fideicommissum restituendis: melioramenta facta per dictum Anton. in dictis possessionibus, & etiam expensas pro exequiis patris. Quarto, an hęredes dicti Anton. debeant ha bere seu retinere possint partem fructuum di ctarum Vinearum, videlicet medietatem secundum consuetudinem patrię pro laboritio, & cultura ipsarum: vel expensas factas pro cultura dictarum Vinearum pro arando dictas possessiones, si & in quantum fructus recollecti, & recolligendi post mortem dicti Anton. ad ipsos hęredes non pertineat. Quinto, an ipse Anton. & post eius mortem ipsius hęredes, cum debeant habere legitimá, possint ipsam legitimam detrahere, in quacunque re velint ex dictis bonis hęreditariis.

S V M M A R I V M.

1. *Legitima debetur filiis detracto ære alieno, & funeris impensa, tempore mortis patris, & post eius mortem.*
2. *Substitutio facta pluribus, uniformiter debet intelligi.*
3. *Mater infra annum non petens tutorem filio pupillo, ab eius successione excluditur, si tamen pupillus infra annum decedat, mater admittitur.*
4. *Relictum omne in legitima computatur, nec in eo grauari potest filius, nisi quatenus legitima transcendit.*
5. *Melioramenta an per hæredes deduci possit ex bonis hæreditatis restituendis per fideicommissarium.*
6. *Expensæ funeris, an & quando detrahantur ex bonis hæreditatis per fideicommissum restituendis.*
7. *Expensa facta pro fructibus recolligendis debent detrahi ex fructibus, vnde si illi substitutos pertineant, debebunt substituti ipsas expensas reddere, si in possessione bonorum fideicommisso subiectorum sint: alias si hæredes grauati sint in possessione, poterunt ipsos fructus retinere, donec de ipsis expensis eis satisfiat.*
8. *Expensæ utiliter facta in rebus ex fideicommisso restituendis debent per substitutos restitui.*
9. *Legitima an possit detrahi ex qualibet re bonorum hæreditatis.*
10. *Legitima a filio licet possit detrahi in qualibet re, non tamen debet detrahi in diuersis rebus, sed in re mediocri arbitrio iudicis.*
11. *Legitima filio potest detrahi in qualibet re, nisi eligat rem alteri specialiter legatam, cum eam eligere non possit.*

CONSILIVM LV.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato puncto, & casu, de pluribus quæratur. Ad quodlibet respondendú est, & primo ad primum, quód est, quantum debeatur ipsis An. & Cre. de bonis patris pro legitima. & in hoc dicendum est, quòd cum decesserit dictus Fra. superstitibus dictis duobus filiis, eis fuit debita † legitima, & pro ipsa legitima tertia pars, 1 put est expressum in anthen. de trien. & semis. §. 1. & C. de inofficio. testamen. authen. nouissima: detracto ære alieno, & funeris impensa. ff. de inoffic. testa.

testamen.l.Papinianus.§.quarta, & ipsis ipsa legitima fuit debita tempore matris ipsoru, & post eius mortem, prout habetur in c.Rainutius. in glo. magna. de testa.& prout not. in d.l.Papinianus.§.meminisse.& in l.quanquam.C.ad l.falcid.& hæc circa primum. Circa secundum quod est, quis succedat dictæ Cre.tam in portione suæ legitimæ, quam in legato, seu relicto dictæ dotis. Et circa hoc dicendum est, quòd quantumcunque ipse testator in dicto suo testamento ita substituerit: & si dicti sui hæredes decederent sine hæredibus legitimis de eorum corpore ex legitimo matrimonio descendentibus, voluit, & mandauit dictus testator, quòd de dicta hæreditate debeant fieri tres partes, videlicet duæ partes perueniant ad ecclesiam sancti Dominici, & tertia pars deueniat & deuenire debeat ad Hospitale sanctæ Mariæ. Et præsupponendo quòd dicta substitutio ita facta referatur, non solum ad dictum Anton.maiorem 14.anno. sed etiam ad dictam posthumam, ex quo insti ... hæredem ipsum ventrem, sub quo uentre ipsa posthuma erat. & cu† ipsa substitutio pariter & uniformiter debeat intelligi, ita quòd videantur substituta dicta ecclesia, & dictum Hospitale vulgariter & per fideicommissum, non pupillariter, & directò: ex quo adaptari non potest ipsi Anton. prout habetur. ff. de vulg. & pupilla.l.iam hoc iure: certe non erit locus substitutioni pupillari in persona dictæ posthumæ, ex quo talis substitutio ipsam pupillarem non continet, ut supra dictum est. Et cum non sit locus ipsi substitutioni pupillari, erit locus successioni ab intestato: ff. de acquiren.hæred.l.quandiu. & C.communia de succes.l.antequam & cum locus sit successioni ab intestato, eidem successisset & succederet dicta Nicola, eius mater, excluso dicto An.eius fratre ex latere patris tantum coniuncto. C. ad Tertullia.authen.defuncto: & hoc si dicta Cre. impubes decessisset in pupillari ætate infra annum, alias † si post annum a tempore mortis patris decessisset, & eidem dicta Nico.tutorem non petierit, vt in puncto præsupponitur, a dicta hæreditate exclusa fuisset ipsa mater, & delata fuisset ipsi An.eius fratri, vt not. ff. qui pe.tu.l.1.& C.de leg.hære.l.sciant cuncti. & hoc nisi ipsa mater fuisset minor 25.annis tempore mortis dicti Fran.cum tunc excusaretur. C.si aduer.delic.l.fina. super quo aliter non insisto cum non expediat, cum & ipsa mater successisset ipsa concessit sua iura ipsi An.vt præsupponitur. unde ad dictum An.spectauit & spectat hæreditas dictæ Cre.& eius bona, & iura, & per consequens eius legitima: imo & relictum eidem factum pro dote, si non transcendat legitimam, prout & non transcendit, vt mihi præsupponitur. Tale† enim relictum in eius legitima computatur, prout not. ff. ad l.Falci. l.in quarta.& C.de inofficio. testamen. l. quoniam nouella, nec in eo grauari potuit; si ipsam legitimam non transcendat iuxta not. ff. de vulga. & pupilla.l.cohæredi.§.cum filiæ. & C. de Inofficio. testamen.l.quoniam in prioribus.& in l.omnimodo: propter quòd in ipsa substitutione non est insistendum, ex quo ipsam legitimam non transcendit, & cum non transcendat, non venit in ipsa substitutione, sed remanet apud venientes ab intestato. & hæc circa secundum. Circa tertium vero, quod plura continet, & primo, an hæredes dicti Anto.possint deducere ex bonis hæreditatis restituendis per fideicommissum, melioramenta facta per dictum Anton.in dictis possessionibus. Et circa hoc dicendu est, quòd cum dicta† melioramenta fuerint facta per dictum Anton.in dictis possessionibus, plantando Vineas, & domum ædificando ad perpetuam vtilitatem, prout habetur. ff. de impen. in re. do. fac.l. quod dicitur. §. fina. poterunt ipsi hæredes ipsius An.ipsas expensas detrahere. ff. ad Trebellia.l.mulier. §. sed & ipse ad hoc quòd in simili dicitur de marito. ff. de impen. in re. do. fa.l.tertia.§. nec generaliter. quòd verum est pro rata, pro qua ipsa bona restituuntur, cum quatenus pro ipsis retinent, puta pro legitima, sibi imputare debeant ipsas expensas, & sumptus: prout voluit Raine. Bart. & Ioann. de Im.in l.vbi pure.§.fi. ff. ad Treb.& hæc circa primum tertij quæsiti. Circa secundum, quod est de expensis funeris, & hæc† expensæ si sint factæ de rebus hæreditariis, prout fieri debent, cum sit onus hæreditarium. ff. de inofficio. testamen.l. Papinianus.§.quarta.& ff. de reli.& sum.fu.l.hoc pro rata, & l.funeris. detrahi debent sicut æs alienum: ut d. §.quarta.& dicti hæredes non detrahent: si vero factæ sunt de bonis dicti An. & tunc detrahendæ erunt de bonis restituendis ipsis substitutis, quatenus ad eos perueniunt bona hæreditaria ipsius Fran. cum quatenus remanent apud ipsos hæredes, eis imputabuntur, prout ibi similiter dicitur de debitis hæreditariis in l.1.& 2.C. ad Trebell. & hæc circa secundum dicti quæsiti. Circa quartum autem quòd est, an hæredes dicti An.debeant habere, seu retinere possint partem fructuum dictarum Vinearum, videlicet, medietatem secundum consuetudinem patriæ pro laborerio, & cultura ipsarum, vel expensas factas pro cultura ipsarum vinearum, & pro arando dictas possessiones: si & inquantum fructus recollecti, & recolligendi post mortem dicti An.ad ipsos hæredes non pertineant. Et circa hoc dicendum est, quòd cum dictæ† expensæ factæ fuerint, & sint pro ipsis fructibus habendis & recolligendis, detrahi debent de ipsis fructibus, cum fructus intelligantur deductis expensis. ff. solut. matr. l.fructus.& C.de fru.& lit.expen.l. 1. vnde si & inquantum dicti fructus recollecti, & recolligendi post mortem dicti An.pertineant & spectent ad ipsos substitutos, debebunt hæredibus dicti Anton. expensas & sumptus factos reddere, & restituere, si dicti substituti sint in possessione dictorum bonorum: alias si dicti hæredes ipsius Anton.sint in possessione dictorum bonorum, poterunt ipsi hæredes An.ipsos fructus retinere, donec de ipsis expensis satisfiat, ad hoc quod not. ff. de cond. indebi.l.si non sortem.§.si centum.& ibi per Barto. & C.commo.in l.fina.& ibi per Bald. utiliter† enim gessit ipse Ant.seu eius hæredes negotia dictorum substitutorum, ipsas expensas faciendo pro ipsis fructibus habendis. unde restituere debent tales expensas ipsis hæredibus, & ipsi hæredes eas rehabere bent. ff. de negot.gest.l.quæ vtiliter. & C.eod.titu. l.fina. alias ipsi substituti lucrarentur cum aliena iactura, quod esse non debet. ff. de cond. indeb.l.nam &

& natura. & hoc sentit etiam gloss. in d. l. vbi pure. §. fina. dicens, quòd expensæ factæ ad temporalem vtilitatem pertinent ad hæredes, qui lucrantur fructus: alias si non lucrarentur fructus, expensæ pertinerent ad ipsos substitutos, prout sentit gloss. ibi. Circa quintum quod est, an ipse Anto. & post eius mortem ipsius hæredes, cum debeant habere legitimam, possint ipsam detrahere in quacunque re velint, ex dictis bonis hæreditariis. Et circa hoc dicendum est. quòd cũ hæredes † ipsius An. respectu

9 ipsius legitimæ, dici possint creditores sicut ipse Anton. prout voluit Iacob. de Aren. & Cin. C. communi. de leg. in authen. res quæ prout refert Bald. C. de inofficio. testamen. in l. sancimus. in 3. colum. poterunt eligere, & detrahere in qua re uolunt, prout voluit Guliel. de Cu. loquendo de ipso filio, allegando tex. in auth. neque virum quòd ex dote. §. 1. colum. 7. & ff. de bo. lib. l. Libertus qui soluẽdo: vbi est tex. expressus secundum quod refert Bal. in d. l. sancimus. pro quo facit quod habetur. ff. de distra. pig. l. creditores. per quam l. Ioan. de Imo. hoc idem voluit in d. l. Marcellus. §. res quæ. referendo

10 Iacob. de Aren. & Cin. Sed licet † ipse filius, & post eius mortẽ dicti sui hæredes potuerint & possint detrahere dictam legitimam in quacunque re uelint, tamen non debebunt detrahere ipsam legitimam in diuersis rebus: sed in re mediocri arbitrio iudicis. argum. l. 2. C. quando & qui. quar. pars debetur li. 10. prout voluit ipse Gui. secundum quod refert Bald. in d. l. sancimus. vbi cum hoc dicto uidetur transire: pro quo facit quod no. per ipsum Bal. in simili de Trebellianica in l. filium quem habentẽ. C. fam. ercis cun. & quod not. in l. non amplius. ff. de legat. primo. & per Angel. in d. l. secunda. C. quãdo & qui. quar. pars debetur. vbi hoc melius declarat,

11 quod verum intellige, nisi † velit eligere in re alteri specialiter legata, cum nõ possit: prout voluit Bal. ff. de re. diui. in rub. & hæc circa quintum dubium. &c. Dom. Bened.

THEMA CONSILII LVI.

PVnctus. Quædam Domina Lucia vxor Stephani Petrucii de Sarciano, veniens ad mortem decessit ab intestato, superstite sibi Menecutio eius filio legitimo & naturali ex dicto Steph. eius marito. Deinde decessit dictus Steph. pater dicti Menecutii, superstite sibi dicto Mene. eius filio legitimo & naturali. Demum decessit dictus Mene. ab intestato & sine filiis, superuiuentibus sibi Dom. Francisca & dom. Iacob. sororibus carnalibus vtrinque coniunctis dictæ Luciæ matris dictæ Menę. & superuiuente sibi Meo filio Colę fratris dom. Claræ matris dicti Stepha. patris dicti Mene. Nunc autem dubitatur quis successerit, & succedat dicto Menc. ita ab intestato decedenti, an succedat dictus Meus; an vero succedant dictæ Fran. & Iacoba.

SVMMARIVM.

1 *Filius succedit in proprietate bonorum matris: & pater in vsufructu.*

2 *Filius transmittit hæreditatem etiam non agnitam. et ita communiter tenetur.*

3 *Proximior in gradu succedit post fratres, & fratrũ filios, non habita differentia masculini, vel fœminini sexus.*

CONSILIVM LVI.

In nomine domini, Amen.

Pro pleniori declaratione præfati puncti, & eius decisione videndum est, & primo de patre & matre dicti Mene. quis eisdem successit, & cum, ut in puncto præsupponitur, decesserit primo ab intestato d. dom. Lu. mater dicti Mene. superstite Stepha. patre ipsius Mene. & marito dictæ Lu. & dicto Mene. eius filio, ipse Mene. † succedit eidem ab

1 intestato. C. ad orfi. l. prima. & C. de suis & leg. authen. in successione: succedente in proprietate & ipso Steph. patre in vsufructu propter patriam potestatem. C. de bon. quæ libe. l. cum oportet. circa princip. & l. non solum. §. vbi autem, & cum postea decesserit dictus Steph. pater dicti Mene. ipso Mene. superuiuente eius filio legitimo & naturali, ipse Mene. successit eidem, & in bonis & hæreditate.

2 ut dicta authen. in successione. adeo † quòd transmittit hæreditatem etiam non agnitam. C. de suis & leg. l. apud hostes. prout & communiter tenetur, secundum quòd ibi nota. Et cum postea decesserit dictus Mene. superstitibus sibi dictis Dominabus Franc. & Iacob. sororibus carnalibus vtrinque coniunctis dictæ Lu. matris dicti Mene. & Materteris dicti Mene. & superstite dicto Meo filio Colæ fratris dictæ Cla. matris dicti Stepha. patris dicti Mene. & sic filio Co. patrui magni dicti Mene. & ad præsens in dubium reuocetur, quis succedat d. Mone. ab intestato decedenti. Et in hoc dicendum est, quòd successerunt & succedunt dictæ dom. Franc. & Ia. materteræ dicti Mene. cum sint in tertio gradu. ff. de gra. l. iurisconsul. §. tertio gradu. excluso dicto Meo existente in quinto gradu. vt d. l. iurisconsultus. §. quinto gradu. post fratres † enim filiosque

3 fratrum succedit proximior in gradu. C. de leg. hæte. anthen. post fratres filiosque fratrum. & in cor. vnde sumit, nõ habita differentia masculini vel fœminini sexus, prout patet ibi. & in cor. unde sumitur. uidelicet, in authen. ut fratrum filii. §. primo. Vnde cum dictæ dominæ Franc. & Iacob. sint proximiores in gradu, non in vno, sed in duobus, quã sit dictus Meus. vt patet in dicta l. iurisconsultus. §. tertio gradu. & §. quinto gradu. & non sint fratres, nec filii fratrum, nec sorores, & filii sororum, in dicto casu successerunt & succedunt, cum sint proximiores, excluso dicto Meo non ita proximiore ut supra, in totum per iura prædicta &c. Domi. Bened.

THEMA CONSILII LVII.

PUnctus. Quidam Gaspar de Nursia veniens ad mortem, volens de bonis suis disponere, fecit scribi suam vltimam voluntatem per quendam dominum Iacobum suum plebanum, & praesbyterum Parrochialem, coram duobus testibus: in qua reliquit do. Sanctam eius vxorem cum dote sua dominam, & Massariam super omnia bona sua, tam mobilia quam immobilia, quae inueniuntur & inueniri possint: & quòd nemo ipsam expellere possit de bonis suis praedictis, disponendo etiam, quòd si quis dictorum suorum consanguineorum dictam San. expulerit, quòd non possit petere aliquid de dictis bonis: sed priuetur dictis bonis, prout apparet latius in dicta scriptura, quae transmittitur, modo uertitur quaestio inter dictam San. & consanguineos dicti Gaspa. qui uolunt succedere ab intestato in bonis dicti Gaspa. dicentes, dictam San. nō posse succedere, nec debere uigore scripturę dictae ultimae uoluntatis. quia dicta ultima uoluntas non probatur per dictam scripturam confectam manu dicti domini Iac. & coram duobus testibus, ex eo, quia non est confecta manu publici Notarij, nec cum debito numero testium, prout statutum loci disponit, quòd in testamentis debeat interuenire rogitus Notarii, & numerus septem testiū, quae minime interuenerunt, cum sit scriptura cōfecta per dictum dominum Iac. non existentem Notarium, & coram duobus testibus: & sic dicunt dictam scripturam ita confectam non probare de dicta ultima uoluntate dicti Gasp. & eius dispositione, nec etiam dicta scriptura fuit releuata postea in numero sufficienti ipsorum testium, & consequenter uolunt succedere ab intestato in dictis bonis, & dictam San. excludere. Queritur modo nū quid dicta scriptura ita cōfecta ualeat & probet, de dicta ultima uoluntate dicti Gasp. & eidem sit standum, uel non probet dictam voluntatem dicti testatoris, ita quod dicta San. non succedat in eius bonis.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum scriptum a Plebano, seu presbytero Parrochiano, praesentibus duobus testibus idoneis, valere videtur, non solum si id fiat ad pias causas, sed etiam ad nō pias causas.*

2 *Testator relinquens vxorem Dominam. & Massariam in omnibus eius bonis, & quod ipsa valeat omnia bona sua possidere sine aliquo impedimento, videtur eam instituere haeredem alio haerede non instituto in ipso testamento.*

3 *Scriptura priuata non facit fidem, nec probat vltimam voluntatem, licet dicatur scripta manu Plebani, qui non est tabellio, nec tabellionis officium exercere potest, sed est priuatus, & talis scriptura censetur ab eo facta, tanquam a priuato.*

4 *Scripturae priuatae non creditur, nisi testibus adiuuetur.*

5 *Scripturae scriptae, manu tabellionis, sed non in forma publica, fides non adhibetur.*

6 *Vltima voluntas per scripturam a priuato scriptam non probatur.*

7 *Intellectus c. cum esses. de test.*

CONSILIVM LVII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato praefato puncto, & dicta scriptura, in qua deducitur inter alia de quadam vltima voluntate facta per dictum Gasp. & reuocetur in dubium, an dictae scripturae sit standū, ita quòd probet dictam vltimam voluntatem dicti Gaspa. adeo quòd dicta San. eius vxor succedat in eius bonis. Circa quòd & si uideatur prima facie, dicendum, quòd tali scripturae sit standum, adeo quòd probet dictam ultimam uoluntatem dicti testatoris, cum vltra dictum d. Iac. Plebanum, & Rectorem praedictum, appareant descripti duo alii testes in dicta scriptura, quòd satis uidetur sufficere, 1 cum sufficiat † vt concurrant cum ipso presbytero Parrochiano, duo alij testes idonei ad validitatem testamenti, non solum in testamento condito ad pias causas, sed ēt ad non pias cās. prout est expressum in c. cum esses. de test. & ita communiter ibi tenetur: Propter quòd uidetur, quòd in casu praedicto cum concurrant duo testes cum dicto Plebano, satis videatur sufficere ad validitatem dicti testamenti, seu vltimae voluntatis, per ea quae habentur in d. c. cum esses. & in c. relatum. il 1. de testa. & in consequentiam uidetur, quòd cum sit locus dispositioni dicti testamenti, & vltimae uoluntatis ad successionem dicti Gasp. veniant d. San. exclusis venientibus ab intestato, cum quandiu locus est testamento, non est locus successioni ab intesta. ff. de acq. haer. l. quandiu. & C. communia de success. l. antequam. ipse enim Gasp. testando, non solum † 2 videtur relinquere dictam d. San. dominam, & Massariam super omnia bona sua: sed etiam vt & ipsa possit, & valeat omnia bona sua possidere, sine aliquo impedimento: propter quod videtur eam instituere haeredem alio haerede non instituto in dicto testamento, prout no. ff. de haer. institu. l. his verbis. & C. eo. ti. l. quoties. ita quòd per haec videtur, quòd dicta San. possit dicta bona retinere vt haeres dicti Gasp. & ipsos ab intestato succedentes excludere per iura praedicta. Sed his non ob. cōtrarium de iure dicendum est, ut etiam si appareat de dicta scriptura ita facta: nihilominus vigore dictae scripturae non poterit dicta San. praedicta bona tenere, & possidere: & ipsos venientes ab intestato excludere, 3 cum dicta scriptura fuerit, & sit † quaedam scriptura priuata, cui non creditur, nec fides faciat, quantum-

tumcunque dicatur scripta manu ipsius Plebani, cũ ipse Plebanus non fuerit nec sit tabellio, nec officium Tabellionatus exercere possit. ut in c. sicut, ne cler. uel mo. & prout not. in l. vniuersitas. C. de decurio. lib. 10. propter quod censetur persona priuata unde talis scripta censetur facta ab ipso, ut a 4 persona priuata. Vnde† non creditur eidem, nec fides est ei adhibenda, nisi adiuuetur testibus, prout not. C. de probat. l. instrumenta. & l. exemplo. & in c. 2. de fide instru. & prout no. ff. de iureiuran. in l'admonendi. & in l. ex hac scriptura. ff. de dona. & 5 C. qui potio. in pig. habeã. l. scripturas. imo † & plus, quia si esset scriptura scripta manu Tabellionis sed non in forma publica, non adhiberetur eidem fides, prout voluit gl. notabilis in d. l. scripturas. Vnde & fortius nõ valebit dicta scriptura, quã tumcunque appareat scripta manu dicti. dom. Iacob. cum & ipse officium Tabellionatus exercere non possit, & maxime cum non fuerit nec sit Notarius: nec officium Tabellionatus exercere possit, 6 ut supra ita quòd per hæc dici† & concludi potest, quòd si aliter non appareat de ultima uoluntate dicti Gasp. quam per dictam scripturam ita priuatã, & a priuata persona factam, non ualebit nec probabitur per dictam scripturam priuatam: non ob. in contrarium adducta, cum non obstent. loquitur 7 †enim d. c. cum esses. quando ipse presbyter Parrochialis, & alii duo testes deponerent dictam ultimam voluntatem: cum & tunc videatur sufficere ad probandum tale testamentum saltem in terris Ecclesiæ, prout habetur in d. c. cum esses. & clarius in c. relatum. il 1. eod. titu. quòd & locum haberet, non obstante tali statuto, cum stãte tali statuto forte dici posset, q̃ non sufficiat numerus trium testium: sed requiratur numerus septem testium, cũ rogitu Notarijsi fiat extra ciuitatem Nursiæ, & in eius comitatu: uel districtu, seu prout disponitur in ipso statuto, super quo aliter non insisto: Nam disponitur in ipso statuto in uer. excepto: quòd testamentum possit releuari, & si releuetur in numero sufficienti, ualebit, prout in ipso statuto disponitur: Sed in hoc similiter non insisto, cum vt præsupponitur, tale testamentum non fuerit, nec sit releuatum; nec de eius reuelatione constet: sed solũ de dicta scriptura, scripta manu, vt dicitur dicti d. Iacob. cui non est standum, nec fides adhibenda, si aliter non adiuuetur, prout patet per prædicta. Domi. Bened.

THEMA CONSILII LVIII.

PVnctus. Quidam Peronus domini Marci condidit testamentum, in quo, inter cætera eius heredes vniuersales instituit, & fecit in omnibus bonis suis Baptistam eius filium pro tertia parte, & Christophorum alterum eius filiũ pro tertia parte, & Bartholomæum & Franciscum nepotes carnales ipsius testatoris pro alia tertia parte, substituendo ipsos adinuicem, prout in dicto testamento continetur: in quo, inter alia ita substituit: & si aliquis ex dictis Barth. & Fran. moreretur in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine filiis legitimis, & naturalibus, substituit alium superuiuentem ex dictis Barth. & Fran. Item reliquit do. Eugeniæ vxori quondam Angel. filii dicti testatoris, restitui quingentos ducatos auri de Camera, occasione dotium ipsius dom. Euge. receptorum per dom. Angel. eius maritum, & in domo dom. Ang. delatorum. ac etiam reliquit restitui eidem d. Eug. alios suos pannos & res iocales & paraphernales ipsius d. Eug. quos quingentos duca. aureos pannos, & res iocales, & paraphernales extrahi reliquit, & mandauit, de bonis & portione dictorũ Bar. & Fran. Item reliquit ipsam do. Euge. usufructuariam patris & bonorum dictorum Bartho. & Fran. filiorum dicti Ang. quandiu caste, & honeste vixerit, & vitam uidualem seruauerit: & si aliam vitam elegerit, reliquit dari eidem dictos quingentos duca. pro dote sua, & prædictos pannos, & bona iocalia, & paraphernalia, ut supra habeat: & reliquit eidem dom. Euge. usumfructum centum duca. toto tempore vitæ suæ &c. Deinde decessit dictus testator superstitidus dictis Bap. Christopho. Bartho. & Franc. & dom. Euge. Dein de decessit dictus Bar. in pupillari ætate, superstite dicto Franc. fratre, & dicta Euge. matre. & dictis Christopho. & Bap. eius patruis. Et ad præsens reuocatur in dubium de tribus. & primo, quid consequatur & consequi debeat dicta Euge. vigore dicti testamenti, & relictorum eidem factorum. Secundo, an d. Euge. petere potuerit, & possit dictos quingentos duca. & dictos pannos, & res iocales, & paraphernales de præsenti, & antequam aliam uitam eligat. Tertio quis succedat dicto Bartho. in pupillari ætate defuncto.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris voluntas habenda est pro lege.*
2 *Testator si relinquat uxorem usufructuariam bonorum, quandiu caste, & honeste vixerit, & vitam uidualem seruauerit, vigore dicti relicti: non consequetur usumfructum, sed tantum alimenta Bauribus filiis, attenta consuetudine Bulgari, & ita communiter tenetur.*
3 *Vsufructuaris nomen interpretandum est fauore filiorũ, ut ad alimenta trahatur.*
4 *Relicta statim post mortem debent satisfieri, & adimpleri.*
5 *Dos saltem post annum a die soluti matrimonii, est restituenda.*
6 *Verba præcedentia declarantur ex verbis sequentibus.*
7 *Voluntas ultima, attendenda est, & seruanda unde attenditur quòd ultimo loco legatur, etiam si illud idem ulcimo loco legetur sub conditione, vel ad tempus.*

Dos

8 *Dos infra annum debet restitui, quando ex instrumento dotali petitur, secus si ex testamento, vel ex relicto in testamento, tale enim relictum non iudicatur vt dos, sed vt relictum.*

9 *Bona iocalia dicuntur esse viri, & eius hæredum, si per eos facta sint, & sint preciosa, & festiua, idem habet locum in Paraphernalibus relictis, nisi appareant fuisse vxoris.*

10 *Pupillaris substitutio excludit matrem, etiam quo ad legitimam.*

CONSILIVM LVIII.

In nomine domini, Amen.

Circa hæc dicendū est, ꝙ cū dictus testator reliquerit dictæ do. Euge. nōnulla bona, & inter alia vsūfructū centū ducatorū toto tpe vitæ suæ, talē vsumfructū cōsequet & cōsequi debebit. C. cōia de leg. l. t. in fi. & ipsum consequet & cōsequi debebit cū cōditionibus & modis, ꝓut ipse testator reliquit, 1 cū † eius volūtas habēda sit ꝑ l. in aut. de nup. §. disponat. & 13. q. 2. vltima volūtas: & in hoc nō cadit dubitatio. Sed dubitatio cadit, cū testator reliquerit eā vsufructuariā partis bonorū Bar. & Frā. filiorū d. Ang. quandiu ipsa caste & honeste vixerit, & vitā viduale seruauerit, & vigore d. relicti nō cōsequetur vsumfructū partis bonorū dictorū Bart. & 2 Fran. sed tm̄ † alimenta, stantibus ipsis filijs ipsorū Ang. & Euge. & nepotibus d. Pero. stāte cōsuetudine Bulgari, q̄ attendenda est, & cōsideranda prout voluit gl. C. si secundo nup. l. 1. hoc voluit Bar. ff. de le. 2. l. Titia. §. Titia. & in aut. ꝙ locū. C. si secundo nup. & C. de indi. vidui. l. fi. & ita cōiter tenetur, ꝓ- 3 ut in dictis iuribus no. tale. n. † verbum vsufructuariā interpretandū est fauore filiorū, vt ad alimenta trahatur, prout no. in d. l. t. & in d. l. Titia. Reliquit etiā dictus testator restitui quingētos ducatos auri de Camera occasione dotis ipsius d. Eug. & alios suos pannos, & res iocales, & paraphernales, vt in d. testō cōtinetur. Et circa alia relicta cadit dubitatio: an ipsa petere potuerit & possit dictos quingētos ducatos, & dictos pannos, & res iocales & paraphernales de p̄senti, & antequā aliā vitā eligat. Circa q̄, & si videatur prima facie dicendū ꝙ ipsa petere potuerit & possit statim post mortē d. Pero. ex 4 quo aliud tēpus nō fuit adiectum, cū statim † post mortem debeant satisfieri, & adimpleri relicta. C. cōia de leg. l. 1. ad fi. & C. de iu. delib. l. fi. §. & si p̄fatā. & C. ad l. Fal. ant. sed cū testator. ꝙ maxime vr̄ 5 procedere in ipsa dote relicta, q̄ † saltē post annū a die soluti matrimonij est restituēda. C. de rei vxo. acti. l. vnica. §. exactio. vnde cū solutū fuerit iā din matrimoniū inter dictū Ang. & dictā Euge. & ipse Pero, in d. suo testō reliquerit restitui post mortē dicti Ange. ad annū restitui debuit dictæ Euge. d. dos statim post mortē dicti Pero. ꝙ & similiter vr̄ procedere in dictis alijs bonis relictis, cum videatur reliquisse vt supra. ff. de au. & ar. leg. in l. quintus. §. argento. Propter quod videtur, ꝙ sint restituenda statim post mortem Pero. ad hoc ꝙ not. ff. de reg. iu. l. id ꝙ nostrū. & C. man. l. in re mandata. & sic vr̄ ꝙ possit de p̄nti petere dictos quingentos duca. & similiter dictas alias res relictas. Sed his nō obst. contrariū de iure dicendū est, ꝙ ipsa do. Eug. petere non potuerit, nec possit dictos quingentos duca. nec ēt dictos pānos, bona iocalia & paraphernalia, si adhuc aliā vitam non eligit: ipse. n. testator quantumcunq; reliquerit dictæ d. Eug. restitui dictos quingentos duca. auri de Camera occasione suarum dotium: & ēt reliquerit simpliciter restitui eidē d. suos pannos, res iocales, & paraphernales. ꝓut supra in testō est expressum: Tn̄ postea in eodem testamēto ipse testator designauit, qn̄ restitui debeant dicendo, ꝙ si aliam vitā elegerit, reliquit dari eidem dictos quingentos duca. pro dote sua, & p̄dictos pannos, & bona paraphernalia. ut supra: nō n. uoluit ea dari statim post eius mortem, sed in ca- 6 su quo aliā uitā quam uidualem elegerit. Ex istis n. verbis sequentibus declarātur uerba p̄cedentia. ff. de leg. 1. l. qui filiabus. & l. si seruus pluriū. §. fi. in 7 tantum, q̄d ista † ultima voluntas, per quam declarauit qn̄ dari & restitui uoluit, attendenda est & ipsa seruanda. ff. de leg. t. l. si mihi & tibi. §. in legatis. & ff. de leg. 3. l. si quis. in prin. & ff. de cōd. & dem. l. nā ad ea. vbi uidetur hoc expressum, ꝙ attendat illud, ꝙ ultimo loco legatur, etiā si illud idem ultimo loco legetur sub cōditione, uel ad tempus, ꝓut fuit & est in casu p̄dicto. unde d. quing. duc. & dicti pāni, & bona iocalia, & bona paraphernalia tūc dari debebūt, cū d. Eug. uitā aliā, quam vidualem elegerit, ꝓut denotāt verba illa vltima loco posita, ibi: & si aliā vitā. Ita ꝙ ꝑ hæc dici & cōcludi pōt, ꝙ d. do. Euge. nō poterit petere d. quing. duc. & dictos pānos, & bona, de p̄senti, quousque aliā uitā nō eligat, ꝑ p̄dicta: nō obst. in cōtrariū adductis, cū nō obstent. Nō. n. ob. & primo ꝙ in contrariū adducitur, ꝙ debuerūt statim dari & restitui, ex quo primo & simpliciter ita reliquerit restitui, quia licet primo ita reliquerit restitui simpliciter: tn̄ postea adiecit cōditionem, seu tempus, uidelicet si ui ā aliā &c. q̄d attendendū & obseruandū est, cū declaret p̄cedentia, & ultimo loco sit positū. ut supra. Nec ob. ꝙ & scd̄o in contrariū adducitur dicendo, ꝙ ex quo reliquit ita restitui d. quing. duc. pro dotibus, debuerūt restitui statim post annū a die mortis, ut supra. 8 quia nō † petūtur ut dos & ex instrumento dotali, sed ex ipso testō, & ex relicto in dicto testō facto, ꝓꝑ ꝙ tale relictū non iudicatur, ut dos, sed ut relictū. prout no. ff. de au. & arg. leg. l. qui uxori. & ibi per Bar. & per Bal. in l. 3. C. de fal. cau. adi. leg. unde nō obstat. Nec ob. quod & tertio in cōtrariū adducitur dicendo, ꝙ reliquit dictos pānos, & alia bona iocalia, vt sua: quia nō est verū, ꝙ dicti pāni fuissent & essēt ipsius do. si erāt p̄ciosi, & festiui, & similiter 9 alia bona iocalia, cū fuerint † ipsius Pero, & eius hæredū, si ꝑ ipsum facta sint & fuerint, ꝓut not. ff. de col. bo. l. 1. §. nec castrense. & ibi ꝑ Bar. C. fa. erc. l. filiæ cuius. Q̄d & similiter locū haberet ī bonis paraphernalibus ita relictis, si nō appareat aliter ꝙ fuerint ipsius do. Eug. iuxta not. in d. l. qui uxori. & in l. fi. ff. ad l. Falc. unde non ob. & cum non obstent, concluditur & concludi potest, ꝙ dicta d. Eug. non potuerit petere dictos quingentos ducatos, pannos, & bona, si aliam vitam nō elegit, & quousque eligat, & hæc circa secundum. Circa tertium ꝙ est, quis succedat dicto Bar. Dicendum est, ꝙ cum de-

cesserit in pupillari ætate, successit & succedat eidem dictus Fran.in omnibus eius bonis ex pupillari substitutione ita in dicto testamento facta, potuit enim ipse Pero;auus paternus dicto suo nepoti in eius potestate constituto ita pupillariter substituere, prout & substituit.ff.de vulg.& pupil.l.2. 10 adeo† q ex dicta pupillari substitutione succedit dictus Fran.exclusa matre etiam quo ad legitimã. ff.de inoff.test.l.Papinianus.§.sed nec impuberis. & in c.si pater.de test. in 6. & prout plenius in dictis iuribus not.& in l.centurio.ff.de vul.& pup.& in c.Rainutius.de test. Dom.Bened.

THEMA CONSILII LIX.

DVnctus. Quidam Matthæolus de Velle tupicio quatuor habuit filios masculos, uidelicet, Augustinum ex prima vxore: Franciscum,Bartholuciũ,&Angelum ex secunda vxore:decessitque postea dictus Mat. superstitibus dictis quatuor filiis masculis.Deinde decessit dictus Ang. superstite Ia.eius filio,qui hodie superuiuit.Deinde decessit dictus Fra. superstitibus ex eo quatuor filiabus,quarũ duæ sunt dotatæ, & duæ non sunt dotatæ, & superuiuunt. Decessitq. dictus Aug.superstite vnica filia nomine Margareta,quæ obiit superstite sibi vnica filia pupilla,nomine Allegrezza quæ viuit. Deinde decessit dictus Bart.superstitibus ex eo duobus filiis masculis,videlicet,Bartolo,& Piollo,qui decessit nullo ex eo remanente filio. Deinde decessit Bart. superstite una filia pupilla nomine Iacobutia, quæ demũ decessit superstite Angelina eius matre, & superstite Marina eius Auia paterna matre dicti Bart. sui patris,& superstitibus dicto Ia.Ang. & dictis filiabus Fran.& antequam decederet dicta Ia.dicta Ang.infra annum assumpsit tutelam,infra quem annum ad secunda uota transiuit,non petito tutore,& infra annum a transitu dictæ matris ad secunda uota dicta do. Mar.auia paterna petiit dictam tutelam, & assumpsit.Et ad præsens quæratur & in dubium reuocetur,quis successerit & succedat dictæ Ia.decedenti in pupillari ætate superstitibus prædictis,& attentis, & consideratis statutis dicti loci,& præcipue duobus statutis,vno posito sub rub.quod pximiores succedãt defunctis.& alio posito sub rub. quod mulier dotata sit contenta suis dotibus, & ad successionem ab intestato peruenire non possit.

SVMMARIVM.

1 *Mater transiens ad secunda vota, non petito tutore, nec reddita administratione tutelæ,priuatur successione filii.*
2 *Mater prior in gradu,licet priuetur successione filii propter non petitum tutorem,tamen sequens in gradu non priuatur,quantumcunque non petierit tutorem,nisi præcedens in gradu intereat, nam tunc sequenti incumbit onus petendi,adeo quòd priuatur successione, si non petat infra annum.*
3 *Mater licet excludatur a successione filii, tamen ex hoc non excluditur Auia paterna ex quo est auia paterna, & non materna,nec etiam excludetur soror.*
4 *Statuti verba si cessent,cessat etiam ipsum statutum.*
5 *Fœminæ non includuntur si statuto uocentur consanguinei in masculino genere.*

CONSILIVM LIX.

In nomine domini, Amen.

Circa quæ,& si uideatur, quòd de iure cõmuni successerit & succedat ipsa auia paterna, exclusa ipsa matre, quantumcunque infra annum assumpserit 1 tutelam,ex quo†transiuit ad secunda uota non petito tutore, nec reddita ratione administrationis. C.ad Tertul.l.omnem.propter quod priuatur ipsa successione:vnde ipsa successio defertur matri ipsius Bar.& sic auiæ paternæ dictæ pupillæ, ut proximiori post matrem.ff.de successo.edic. l. 1.§. sed uidendum.& ff.de gra.l. iurisconsultus. §. secundo gradu.& C.ad Tertul.auth.defuncto.Nec priuatur successione dicta auia ex eo, quia non petiit tutorem dari, ex quo mater ipsa ipsam tutelam assumpsit infra annũ,prout no.C.ad Tert. l. matres.& ff. 2 qui pe.tuto.l.2.& ibi per Bar. Præterea† & si prior in gradu priuetur successione propter non petitũ tutorem.ff.ad Tert.l.2.§.confestim.& §.si mater.& C.de leg.hær.l.sciant cuncti. tamen sequens in gradu non priuatur, quantumcunque non petierit tutorem,prout voluit gl.in l.nepotibus.C. qui pe.tuto.quod & videtur etiam velle Bar.ff. qui pe. tut.l. 2.& similiter Bald.in d.l.sciant cuncti. & C.de impu.& ali.subst.in l.precibus. Esto,quòd ipse Bart. voluerit aliud in d.l.nepotibus.cuius dictum procedere posset,quando ipse præcedens in gradu decessisset,cum tunc incumbat onus petenti ipsi sequenti,adeo quod priuatur successione,si non petat infra annum,prout uoluit Bal.ind.l.nepotibus, ubi plenius de hoc.de quo in d.l.precibus.unde cũ dicta mater non decesserit,sed superuiuat & priuata sit successione,ut supra. non tamen erit priuata ipsa auia,& maxime ex quo petiit tutorem dari infra annum:imo & ipsam tutelam assumpsit, ut supra, & hæc de iure communi, & non existentibus dictis statutis: Sed eis ita existentibus cum prout disponitur in statuto posito sub rubrica,quòd proximiores.&c.certe ipsa mater non successisset nec, succederet, etiam si fuisset tutrix,nec eius filii,prout disponitur in d.statuto: sed succedunt eidem Iacob. filiæ proximiores consanguinei eius patris prædefuncti per rectam lineam & paternam ex cippo domus descendentem, prout disponitur in ipso statuto. Circa quod cadit dubitatio & primo, quòd licet excludatur ipsa mater & descendentes 3 ex ipsa: tamen ex † hoc non excludetur ipsa auia, ex quo non est auia materna, sed paterna, cum non ueniat per matrem eam repræsentando, prout uoluit Bald. C.de collat.l.illam, ubi etiam dicit, quod similiter non excludetur soror, ex quo sta- 4 tutum de eis non loquitur, ubi † enim cessant

uerba

verba statuti, cessat ipsum statutnm, prout patet in d.l.illam.vbi plenius per ipsum Bal.& C. de suis & legi.l.si defunctus.vbi Bal. videtur tenere, quòd ēt ipsa auia excludatur a successione, ex quo superest mater, & veniant ipsi consanguinei vsque ad tertiũ gradum, propter quornm fauorem mater ipsa excluditur, propter quod, illud qnod auferitur a matre, eis applicatnr, & non auiæ. unde non uenit ipsa auia, nec ēt ueniunt ipsæ cõsanguineæ existentes infra tertiũ gradũ, cũ ta'e statutũ uocet consanguineos in masculino genere. quo casu † non includunt fœminæ in ipsa materia statutaria iuxta not. in l. 2. ff. de uerb. sig. propter quæ non fui ausus consulere pro ipsa auia, nec pro ipsis cousanguineis &c. Domi. Bened.

THEMA CONSILII LX.

PVnctus. Decessit quidam Bartholomæus testator superstite Nicolao eius filio hærede instituto in dicto testamẽto, in quo primo & ante omnia quædam legata, seu relicta fecit. Deinde instituit hæredem vniuersalem dictum Nicol. Sed si dictus Nico. decesserit sine filiis legitimis, seu naturalibus siue Spuriis, tunc & eo casu reliquit, & legauit, quòd fiat una tabula, & pingatur honorabiliter, & expendantur Floreni. C.L. pro dicta tabula, & ponatur ad altare maius dictæ ecclesiæ Sancti Augustini, & nonnulla alia legata fecit, in quibus apposuit communiter dicta verba in dicto casu, saluo quam in quodam relicto facto cuidam Petro & Nicol. eius filio relinquendo per hæc uerba. Item reliquit & legauit Petr. Angel. Ser Nicol. & Nico. eius filio vnum petium terræ &c. Item reliquit & legauit, quòd maritentur dictæ puellæ &c. Item reliquit et legauit dictę ecclesiæ Sancti Augusti. pro fabrica, et aptamento ipsius ecclesię Nouę Sancti Augusti. CC. Floren. auri. Item reliquit & legauit, quòd omne residuum dictæ suæ hæreditatis in d. casu perueniat, et peruenire debeat ad dictam suam Capellam. Deinde decessit dictus Nicol. superstite Mariota eius filia hęrede in eius testamento instituta. Et ad presens in dubium reuocetur de dictis relictis factis absque dictis uerbis, uidelicet, dicto casu an debetur.

SVMMARIVM.

1 *Conditio apposita in persona unius, in alio legato non uidetur repetita, secus si esset identitas rerum & persona[rum], quibus relinquitur.*

2 *C[onditio] in uno apposita, non uidetur in alio repetita, quãdo est diuersitas personarum, quibus relinquitur, & oratio est perfecta: licet aliud sit, quando oratio esset imperfecta.*

3 *Dictio, sed si, est aduersatiua.*

4 *Conditio, quod si filius, uel sed si filius decesserit sine filijs in una parte testamenti apposita, videtur repetita in sequentibus.*

5 *Verba præcedentia & sequentia dant intellectum verbis in medio positis.*

6 *Legatorum quantitas magna relicta per patrem in testamento, facit censeri, quod conditio, si filius decesserit sine filijs in principio testamenti apposita, censeatur in sequentibus repetita, cum non sit uerisimile, quod fecie[t] [?] tot tantaque legata soluenda in uita ipsius filii, uel si decessisset cum filijs, quos non creditur minus dilexisse, quam filium institutum.*

7 *Conditio seu clausula in principio vel in fine apposita, refertur ad omnia sequentia, uel præcedentia.*

8 *Qualitas adiuncta præcedenti, non intelligitur repetita in sequenti, uel e conuerso, quando apponitur in diuersis orationibus, nisi aliud appareat fuisse de mente ipsius testatoris, tum ipsa mens sit principaliter attendenda.*

9 *Conditio apposita in persona unius, non uidetur repetita in persona alterius, nisi aliud appareat fuisse de mente testatoris.*

10 *Conditio apposita in principio uel in fine, uidetur ad præcedentia referri.*

11 *Scriptoris culpa in testamentis non nocet.*

CONSILIVM LX.

In nomine domini, Amen.

Circa quòd uidetur prima facie dicendum, quòd dicta relicta debeantur, quantumcunque sit apposita dictio, item: cum conditio † apposita in persona unius in alio legato non videatur repetita. ff. de cõditio. & demonsttatio. l. quæ conditio. & ff. de leg. 2. l. fi. §. Seio. esto, ꝙ aliud sit, quando esset identitas personarum uel rerum, cum intelligatur repetita, prout volunt communiter doct. in l. in repetendis. ff. de lega. 3. ipsam legem ita intelligendo. pro quo etiam facit, qnia cum testator ipse in aliis legatis factis in d. testamento post ipsam institutionem hæredis, apposuerit dictam conditionem d. casu, & non in prædictis relictis, uidetur fuisse de intentione ipsius testatoris, ꝙ non intelligatur repetita in aliis. qnia si uoluisset, expressisset, prout fecit in aliis relictis, ad hoc ꝙ not. in c. ad audientiam. de deci. & ff. solu. mat. in l. si cum dotem. & ff. de lib. & posth. in l. commodissime. Pro quo etiam facit, quia cum orationes fuerint perfectæ quantũcunque fuerit apposita dictio, item, non uidetur conditio in aliis apposita, repetita. ex † quo est diuersitas personarum quibus relinquitur & oratio est perfecta. esto, ꝙ aliud sit, si oratio esset imperfecta prout voluit Bar. in d. l. in repetendis. & per no. in d. l. quæ conditio. Per quæ vr̃ ꝙ relicta facta dictis Pe. & Nic. eius filio, & dictis puellis maritandis, & similiter d. ecclesiæ sancti Aug. in quibus nõ fuit adiecta d. conditio, debeantur & adimpleri debeant, quãtumcunq; dictus Nic. decesserit cũ filiis, cum ꝓdicta cõditio, si decesserit sine filiis, nõ intel

legatur repetita, per ea quæ habentur in dictis iuribus. Sed his nõ ob. cõtrariũ puto de iure dicẽdũ esse, vt videlicet d. relicta ita facta non debeantur dictis Pe. & Nic. eius filio, nec dictis puellis maritandis. imo & nec dictæ ecclesiæ Sancti Augusti. cũ talia relicta non fuerint facta pure, sed sub cõditione, videlicet, si dictus Nico. decesserit sine filiis vt colligitur ex aduersatiua 3 † sed si dictus Nico. &c. quæ cum aduersetur præcedentibus importat in se quãdam orationem, quasi dicat, filium meum plus nõ grauo, si vixerit, quam si decesserit &c. vt probat ff. de libe. & posthu. l. si ita, vbi illa verba, si vero filia nascetur &c. important hoc scilicet ita ꝙ non filius. ad hoc l. hoc amplius. §. de his aũt. ff. de dam. infec. & quòd ibi no. Vnde in proposito illa oratio subintellecta, filiũ viuentẽ nõ grauo, refertur ad omnia sequentia. ff. de le. 1. l. talis scriptura. in fi. & l. si ita. prout voluit Bar. formaliter in d. l. in repetẽdis, in ver. quæro pone. vbi videtur velle, 4 ꝙ † talis conditio, ꝙ si filius, uel sed si filius decesserit sine filiis, uideatur repetita in sequentibus, ut ibi plenius per eum. Quod ex alio demõstratur, 5 nam ex † verbis præcedentibus & sequentibus datur intellectus ad verba in medio posita, & eum detur intellectus ad ipsa verba in medio posita, videtur ipse testator intellexisse, & de eius mente fuisse, quòd dicta relicta debeantur, & solui debeant post mortem dicti Nico. si decesserit sine filiis, prout & ĩ aliis relictis fecit, Quod & satis videtur persuaderi attenta quantitate dictorũ relictorũ, non 6 † enim fecisset uerisimiliter tot legata, & tantæ quãtitatis in uita ipsius filii uel si decessisset cũ filiis arg. ff. de iudi. l. sed & si susceperit. §. pe. præterea sicut nõ grauauit ipsum filiũ suũ in uita: ita & verisimiliter nõ regrauasset eius filios, cũ nõ videat̃ eos minus deligere: ad hoc ꝙ no. C. de fideicõ. l. cũ acutissimi. & C. de insti. & substi. in l. generaliter in fi. 7 q̃d ex alio demonstratur, nam † cũ clausula seu cõditio apposita in prin. vel in fi. referat̃ ad omnia sequẽtia, vel præcedentia, prout no. ff. de le. 1. l. talis scriptura. & de appell. c. secũdo requiris. clausula seu cõditio illa, sed si d. Nico. decederet in prin. ipsius substitutionis apposita, refertur ad omnia sequentia. & similiter clausula illa circa fi. posita videlicet. Itẽ reliquit & legauit, ꝙ omne residuum dictæ suæ hæreditatis in d. casu, in fi. apposita refertur similiter ad omnia præcedentia: ad hoc etiã ꝙ not. ff. de fun. instr. l. Seia. §. Gaio. & ibi p Bar. vbi dicit inter 8 alia, ꝙ licet † qualitas adiuncta præcedenti nõ intelligatur repetita in sequenti, vel econuerso, quãdo apponitur in diuersis orationibus. tamen hoc est uerum, nisi aliud appareat de mente ipsius testatoris, cum ipsa mens sit principaliter attendenda ff. de cõdi. & demon. l. in cõditionibus. Vnde in casu prædicto satis videtur apparere de mente testãtis, quòd voluerit ita relinquere sub dicta conditione, ex quo apposuit dictã cõditionem in prin. & in fi. prout patet ex notatis in d. l. talis scriptura & in d. c. secundo requiris: & etiã attenta dicta cõditione posita p dictionẽ aduersatiuã, sed si: quasi voluerit, vt relicta per prius & ante ipsam substitutionẽ debeantur, etiã in uita dicti hæredis, sed relicta post ipsam substitutionẽ, debeant post mortẽ dicti hæredis instituti, & si & in quantum decesserit sine filiis, prout in ipso testamento disponitur: alias sequeret̃, ꝙ si dicta relicta facta dicto Pe. & filio, & pro puellis maritandis, & etiam dictæ ecclesiæ Sancti Aug. debita fuissent in uita dicti Nico. quòd, prout puto, nullus diceret, nec ꝙ fuerit vehẽmens voluntas ipsius defuncti seu testantis, a qua recedendum non est; ut d. l. in cõditionibus. de cõdi. & demon. & l. non aliter de leg. 3. Ita quòd per hæc dici & concludi potest, ꝙ cũ dicta legata facta dictis Pe. & Nico. eius filio, & pro dictis puellis maritandis, & dictæ ecclesiæ Sancti Augustini, fuerint relicta sub dicta conditione, videlicet, si & inquantũ dictus Nico. decessit sine filiis legitimis siue naturalibus, siue Spuriis, & ipse decesserit cum filiis, videlicet, superstite dicta Mariota eius filia, & sic non venerit cõditio in dictis relictis subintellecta & repetita, non debentur dicta relicta. vt l. cedere diem. ff. de verbo. signi. & l. 1. C. de condi. inser. nõ obstãtibus in contrariũ adductis, cum nõ obstent: Nõ enim ob. & primo ꝙ in contrariũ ad9 ducitur dicendo ꝙ conditio † apposita in psona; vnius nõ videtur repetita in alio legato. ff. de cõdi & domõ. l. quæ conditio. & maxime qñ apponit̃ in diuersis orationibus, & in diuersis personis quibus relinquitur, prout no. in d. l. in repetendis. per Bar. pñt vltimo loco in contrarium, vt supra adducitur. Nam ad istud respondetur, ꝙ istud est verũ, nisi aliud appareat fuisse de mente ipsius testantis, prout uĩ apparere in casu prædicto ex aduersatiua, sed si prout voluit Bar. in d. l. in repetendis, per id ꝙ habetur in d. l. si ita. unde non ob. Quod & colligitur etiam ex alio, quia dicta conditio, seu qualitas fuit apposita in primo relicto facto post institutionem de hærede factam, & in ultimo relicto, 10 propter ꝙ videtur repetita in sequentibus, nã † apposita in princ. & apposita in fi. vĩ ad præcedentia referri. vt d. l. talis scriptura. & d. c. secundo requiris. propter ꝙ vĩ referri ad dicta relicta in medio facta, ex uerbis enim præcedentibus & sequentibus datur intellectus ad media, vt in dictis iuribus & in d. l. si seruus plurium. §. fi. & vt supra. dictum fuit. vnde non ob. Nec ob. ꝙ & secundo loco in cõtrarium adducit̃, ꝙ nõ intelligatur repetita in alijs, quia si voluisset, expressisset, prout & fecit in aliis. Nã ad hoc respõdet, ꝙ quantumcunq; in dictis relictis non expresserit, pout in aliis, ut puto, hoc eue11 nit potius † culpa scriptoris, quã ex voluntatẽ ipsius testatoris, vnde nocere non debet. C. de testa. l. errore. Præterea nõ fuit necesse, ꝙ in omnibus repeteretur, ex quo fuit apposita in prin. & in fi. Vñ vĩ etiã in istis relictis similiter apposita, attẽta dispositione ipsius testãtis, & eius mente quæ colligitur ex aduersatiua sed si, prout supra patet, & ex ipsa cõditione apposita in prin. substitutionis, & in fi. pout supra patet, & etiã quia est eadẽ rõ, imo & maior, ex quo ipsa relicta nõ sunt paruæ quãtitatis, alias debita fuissent in vita ipsius Nic. ꝙ p certo in mente alicuius verisimiliter, vt puto, nõ cadit prout supra dictum fuit. Vnde non obstãt, & cũ nõ obstent concluditur & concludi põt, ꝙ dicta relicta nõ debeantur, ex quo talis conditio non euenit, prout supra plenius dictum fuit. Domi. Bene,

THEMA

THEMA CONSILII LXI.

PVnctus. Quidam Butius Nicolelli veniens ad mortẽ suũ vltimum ac solenne cõdidit testamentum, in quo suum vniuersalem hæredem instituit Ioannẽ eius filium legitimum & naturalem, relinquendo etiam d. Lellæ suæ filiæ dotatæ nonnulla bona, seu quantitates iure institutionis, & si decesserint Petrus & Paulus filij dicti Io. & nepotes dicti Butij, & eorum descendentes sine filijs, tũc in certis bonis substituit eis suam Capellam in ecclesia Sancti Francisci constitutam, & de alijs bonis iussit fieri vnum Hospitale. Deinde decessit dictus Ioan. superstitibus sibi dictis Pet. & Pau. eius filiis legitimis & naturalibus, nullo condito testamento. Deinde decessit dictus Pet. superuiuentibus sibi tribus filijs masculis videlicet, Iordano, Fran. & Alexãdro nõ condito aliquo testamento. Post vero decesserunt dicti Francisc. & Alex. superstite dicto Iorda. eorum fratre & proximiore consanguineo ab intestato. Deinde decessit dictus Pau. filius dicti Io. remanentibus ex eo Matthia eius filio, & Iulia & Catherina eius filiabus, & dicto Iorda. eius nepote ex dicto Pet. eius fratre, condito testamento solemni, & etiam codicillis, quæ transmittuntur. in quo testamento inter alia dictas Catheri. & Iul. eius filias hæredes instituit in certis rebus, substituendo eisdem, ꝙ si dictæ eius filiæ moriantur sine filijs legitimis & naturalibus in pupillari ætate, vel postea quandocunq. moriantur dicto Mat. si superuixerit, & si non superuixerit filijs masculis ipsius tantum si habeat, & si morerentur dictæ suæ filiæ fœminę non viuente dicto Mat. nec eius filijs masculis, tunc voluit ꝙ bona prædicta deueniãt ad dictum Iorda. in omnibus suis bonis hæredẽ vniuersalem instituit atq. fecit dictum Mat. eius filium, & si dictus Mat. decesserit sine filiis legitimis & naturalibus masculis, superuiuentibus filiabus fœminis dicti Mat. habeant & capiant de bonis ipsius Paul. testatoris dotes quæ conuenientes essent ipsis filiabus, prout conuenit inter pares. Reliqua vero bona sint & remaneant dicto Iorda. nepoti suo si vixerit &c. prout plenius in dicto testamento continetur, ꝙ videre potestis, & in ipsis codicillis, in quibus apposuit certã conditionẽ in persona dicti Iorda. videlicet, si dictus Iord. fecerit similem dispositionem &c. vt in ipsis codicillis plenius patet. Demum, decessit dictus Mat. in adulta ætate, nõ superstitibus ex eo aliquibus filijs masculis, nec ẽt filiabus fœminis, nullo per eum condito testamento, sed superstitibus & superuiuentibus sibi dictis sororibus, videlicet Iul. & Catheri. & superstite etiã dicto Ior. Ad præsens vero mortuo dicto Mat. modis quibus supra narratur, vertitur disceptatio, & quæstio super bonis & hæreditate dicti Pau. testatoris inter dictum Ior. & dictas Catheri. & Iuliam sorores dicti Mat. vigore dictę substitutionis factę dicto Mat. in testa. dicti Pau. eius patris de dicto Ior. Et in dubium reuocatur quid, & quantum de dictis bonis, & quo iure debeatur dicto Ior. & similiter quid, & quantũ de dictis bonis debeatur dictis Iul. & Catheri. sororibus dictæ Math. & filiabus dicti Pauli, attentis præsuppositis supra narratis. & su per hoc consilium postulatur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum patris valet, si in eo aliquid iure institutionis filio relinquatur.*
2 *Hæreditas adita ad hæredes transmittitur.*
3 *Hæreditas adita fit patrimonium hæredis, & amplius non dicitur patrimonium defuncti.*
4 *Hæreditaria bona an per testes probari possint.*
5 *Ablatiuus absolute positus, conditionem importat.*
6 *Conditio in forma impleri debet, ad hoc vt locus sit dispositioni.*
7 *Conditiones plures, quando sunt appositæ, ad hoc vt locus sit dispositioni, requiritur ut omnes dictæ conditiones concurrant.*
8 *Reliquorum appellatione veniunt omnia bona.*
9 *Copulatiua quando cadit inter duo adiectiua neutraliter posita, non respectu eiusdem substantiæ, ad veritatem eius, non requiritur utrunque esse uerum, licet aliud sit, quando duo copulantur respectu eiusdem.*
10 *Conditio diuidua si pluribus apponatur, sufficit vt alter impleat ipsam conditionem, vt cõsequatur partem suã.*
11 *Conditio, si decesserit sine filiis masculis, quando fuerit necessaria ad substitutionem, & eius effectum, & porrigatur ad casum similem.*
12 *Non refert quid ex aequipollentibus fiat in conditione necessaria ad effectum actus.*
13 *Mors omnia soluit.*
14 *Non refert quid ex aequipollentibus fiat, quando testator considerauit de ipso effectu.*
15 *Filiabus institutis in certis rebus, si substituatur in casu, si dictæ filiæ morientur sine filiis legitimis, quando sit substitutioni locus.*
16 *Conditio debet impleri in forma, & si non impleatur, non erit locus dispositioni.*
17 *Intellectus l. si heredi plures, et l. Mæuius. ff. de conditio. & demonstra.*
18 *Prouisum satis dicitur de casu aequipollenti, quando conditio apposita fuit & erat necessaria ad actum, & effectum actus, tunc enim non refert quid ex aequipollentibus fiat.*

 19 *Reliquo-*

19 *Reliquorum appellatione omnia ueniunt, etiam relicta filiabus, ut ibi.*
20 *Filius in legitima granari non potest.*
21 *Legitimæ in computatione, ueniunt relicta filio facta.*
22 *Trebellianica est quarta eius, quod est restituendum.*
23 *Legitima, & Trebellianica est detrahenda de bonis restituendis et qui est granatus postmodum restituere ad pias causas tum statim non restituatur piæ causæ, quo casu non esset detrahenda, sed vltimo loco.*
24 *Impotentia uitiat substitutionem.*
25 *Voluntas captatoria est inualida.*

CONSILIVM LXI.

In nomine domini, Amen.

Cum uisis, & consideratis dictis testamentis, & codicillis, & præfato puncto, principaliter quæratur q d, quantum, & quo iure debeatur dictis Iul. & Catherin. filiabus dicti Fau. & sororibus dicti Mat. pro pleniori prædictorum declaratione uidendum est. Et primo de bonis dicti Butii quis succeßerit, & succedat in eius bonis. Et cum ipse deceßerit superstitibus sibi dictis Ios. & Lel. eius filiis condito testamento, in quo hæredem vniuersalem dictum Iord. instituit, relinquendo dictæ eius filiæ dotate nonnulla bona seu quantitates iure institutionis, propter † q tale testamentum valuit, & valet vt in auth. vt cum de ap. cog. in §. aliud quoq; capitulum, & prout not. ff. de mino. in l. 3. §. minorem. & ibi per glos. & ff. ad Trebel. l. si quis priore. & verisimiliter per dictum Ior. adita fuit hæreditas dicti Bu. propter † q transmissa fuit hæreditas eius ad eius hæredes. C. de iur. delibe. l. si auia. imò & si non fuisset adita, per eum, transmissum fuisset ius adeundi, seu immiscendi, ad eius hæredes, prout communiter tenetur secũdum quòd not. C. de suis & legi. in l. apud hostes. & ff. de acquir. hære. l. ventre. & C. de his qui ante aper. tab. l. vnica. & cum deceßerit postea dictus Ior. superstitibus dictis Pet. & Pau. eius filiis, ad eos fuit hæreditas deuoluta dicti Iorda. vt C. de suis & legiti. au h. in succesſione. Imò & nõ solum eius hæreditas, sed etiam hæreditas dicti Bu. siue fuerit per dictum Ior. adita, siue non cum ad ipsos transmittat ius adeundi siue immiscendi, beneficio suitatis, vel saltem beneficio de his qui ante aper. tabu. prout in dictis iuribus plenius no. & cum fuerit deuoluta hæreditas dictorum Bu. & Iorda. ad dictos Petr. & Pau. & per eos adita, cum vt puto, ipsi Pet. & Pau. tenuerint & possiderint bona hereditaria dicti Ior. effectũ fuit † vnũ patrimonium ipsis hæreditatibus aditis. C. de pac. l. debitori. & C. de iur. delibe. l. fin. §. donec. & C. ad l. Falc. auth. sed cum testator. Nec dici potest quòd hæreditas dicti Ior. delata fuerit ad dictos Petr. & Paul. vigore alicuius substitutionis viso, & considerato testamento dicti Bu. cum non substituerit ipsos dicto Ior. attentis verbis ipsius testamenti, nec ipsos ad inuicem substituit, nec cũ aliquo onere, saluo, nisi cum onere, vt si deceßerint ipsi Petrus & Paulus, & eorũ descendentes sine filiis, cum tunc substituerit dictã Capellam in aliquibus bonis, & de aliis bonis iusserit fieri hospitale, quod cum adhuc non euenerit talis conditio, ex quo non deceßerunt omnes filii, & nepotes sine filiis, non est locus dictæ substitutioni. nec de ipsa substitutione tractandum, ex quo conditio adhuc non euenit. l. cedere diem. ff. de verb. sig. ita quòd cum non appareat de aliqua substitutione facta inter dictos Petr. & Paul. adinuicem, propter quod non potest dici quod bona dicti Ioan. peruenerint ad dictos Petr. & Paul. vigore alicuius substitutionis ex quo de ipsa substitutione non apparet, ad hoc. l. commodissime. ff. de liber. & posthum. & quod ibi not. & in l. si cum dotem. in princip. ff. solut. matrimo. de ipsis substitutionibus non est tractandum, & maxime, quia cum deceßerit forte dictus Butius iam sunt centum anni & vltra, de eius bonis, & quæ bona in eius hæreditate remanserint, 4 non potest haberi certa notitia, cum † per testes probari non posſit. C. de sacr. sanct. eccles. l. fina. & cum non posſit probari per ipsos testes de ipsis bonis, & quæ bona remanserint in hæreditate dicti Butii.

Nec apparet aliqua substitutio facta a de Iorda. ad dictos Petr. & Paul. nec inter ipsos: super prædictis nõ est insistendum. Nec super hæreditate dicti Petr. ex quo decesſit superstitibus, superuiuentibus dictis tribus filiis masculis. videlicet, Iorda. Francis. & Alexand. cum hæreditas ipsius Petr. deuoluta fuerit ad dictos Iorda. Francis. & Alexand. eius filios institutio. de hæredit. quæ ab Intesta. §. primo. & C. de suis & legiti. authentic. in succesſione. Et cum postea deceßerint dictus Francis. & Alexand. superstite ipso Iorda. eorum fratre, & proximiore consanguineo, ad ipsum hæreditas dictorum suorum fratrum fuit deuoluta. C. de legiti. hæred. authentic. ceßante. & in cor. vnde sumitur & cum postea deceßerit dictus Paul. superstitibus Matthia eius filio, superstitibus Iulia & Catherina eius filiabus, & dicto Iorda. eius nepote, & condito testamento, in quo inter alia, in omnibus suis bonis hæredem vniuersalem instituit, atque fecit, dictum Matth. & si dictus Matth. deceßerit sine filiis legitimis & naturalibus masculis, superuiuentibus filiabus fœminis dicti Matt. quòd dictæ filiæ dicti Matt. habeant & percipiant de bonis ipsius testatoris dotes, quæ conuenientes eßent ipsis filiabus, prout conuenit inter pares. reliqua vero bona sint, & remaneant dicto Iorda. suo nepoti si uixerit: & si non vixerit &c. prout in dicto testamento continetur, & in ipsis codicillis, in quibus apponitur certa conditio in persona dicti Iorda. videlicet, si dictus Iorda. fecerit similem dispositionem, vt in ipsis codicillis apparet. super qua non insisto, cum prout puto, fecerit & si non fecerit, faciet: sed insistendo super eo, de quo principaliter quæritur uidendum est: & primo quis succeßerit & succedat dicto Matt. adulto decedenti non condito aliquo testamento: dicendum est, quod eidem succeßerunt, & succedunt dictæ sius sorores, cum ipsæ fuerint, & sint proximiores consanguinei non existente matre, vt dicta authentic. ceßante. & si existeret, cum eis succederet. ut d. authen ceßante.

cessante.& C.ad Tert.auth.defuncto. Sed licet dicto Matt. successerint & succedant dictæ eius sorores ab intestato. tamen an sit locus substitutioni factæ de dicto Iorda.dubium est,& non paruum.Circa quod, & si videatur prima facie dicendum, quòd locus non sit dictæ substitutioni,cum dicta substitutio fuerit facta sub duplici conditione, videlicet, si dictus Mat.eius filius decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus masculis: & hoc euenerit, & superuiuentibus filiabus fœminis dicti Matth. & sic sub conditione,si decesserit superstitibus filiabus, fœminis. cum

5 ablatiuus † absolute positus conditionem importet. ff.de condi.& demonstra.l.a testatore.& ff.de euic.l. euictis. tunc substituit dictas filias in dotibus, & in reliquis bonis dictum Ior. & cum decesserit absque filiis masculis,imo & fœminis: defecit ipsa conditio: propter quod non videtur locus ipsi substitutioni.ff.

6 de verb. signif.l.cedere diem. debet enim † conditio impleri in forma ad hoc vt locus sit dispositioni. ff. de condi. & dem.l. si hæredi. & l.Mæuius. Quod ex alio videtur deduci,quia testator ipse dicto casu quo decederet dictus Matth. absque filiis masculis,& fœminis, non videtur prouidisse, sed tantum in casu quo decederet sine filiis masculis, & cum filiabus fœminis: propter quod talis casus videtur remanere in dispositione iuris communis.ff.de libe. & posthu. l.commodissime. & prout not. ff.solut. mat.l.si cum dotem.circa prin. Vnde cum remaneat in dispositione iuris communis, non videtur locus dictæ substitutioni:Imo potius videtur,quod sorores dicti Mat. successerint,& succedant in dictis bonis relictis dicto Iord. prout patet in dictis iuribus. ex quo in dicto casu non videtur facta ipsa substitutio,vt in dictis iuribus:Quod ex alio videtur demonstrari,& tertio,

7 quia quando sunt † appositæ plures conditiones, ad hoc vt locus sit dispositioni,requiritur vt dictæ conditiones concurrant.ff.de conditio.instit.l.si hæredi plures. Vnde in casu prædicto, cum substitutio fuerit facta sub duplici conditione, videlicet, si dictus Matt. decesserit sine filiis masculis, & sub alia, videlicet,si decesserit superstitibus filiabus fœminis, cũ ablatiuus absolute positus conditionem inducat, vt supra.& ambæ ipsæ conditiones non euenerint, tali dispositioni, & substitutioni non videtur locus. vt dict.l.si hæredi plures.per quæ videtur, quòd dictus Ior.ad reliqua bona nõ admittatur, nec sit locus substitutioni factæ de ipso ex quo non superuixerunt ipsæ filiæ fœminę, in cuius casu fuit facta substitutio, per iura prædicta.Sed his minime obstantibus contrarium de iure dicendum est, vt locus fuerit & sit dictę substitutioni, ita, vt restituantur, restituenda sint reliqua bona dicto Ior. imo & hæreditas dicti Paul.deuenta ad dictum Matth.non detractis ip-

8 sis dotibus, cum appellatione † reliquorum veniant omnia bona, non existentibus ipsis filiabus fœminis dotatis in certis bonis. C. de hæret. institut. libr. 2. & vt ibi not. fuerunt enim si bene ponderetur tale testamentum factæ dictæ substitutiones, videlicet, de ipsis filiabus fœminis, cum eis fuerint relictæ dotes: & alia substitutio fuit facta de ipso Iordan. & tales substitutiones fuerunt factę sub duplici conditione: quarum vna respicit ipsas filias fœminas, quæ est, si superuiuerent, quæ cum non euenerit, defecit earum substitutio. vt dict.l. cædere diem. alia uero substitutio fuit facta de ipso Iorda.sub ipsa conditione, uidelicet, Matt. decesserit sine filiis masculis, quæ conditio euenit, ex quo decessit sine filiis masculis. unde locus fuit dictæ substitutioni,ut d.l.cedere diẽ. substituit enim ipse testator dicto Mat. si moreretur sine filiis legitimis & naturalibus masculis, superuiuẽtibus filiabus fœminis, dictas filias in earum dotibus, & dictum Ior.in reliquis bonis. Vnde fuerunt duæ substitutiones, videlicet, filiæ fœminæ, & dictus Ior. sub duabus conditionibus, uidelicet, dictæ filiæ fœminæ si viuerent, & ista fuit vna conditio, quæ respicit ipsas filias,alia uero conditio fuit, si decederet sine filiis masculis, & ista respicit ipsum Iord. substituit enim ipsum Iorda. in casu quo dictus Matt. decederet sine filiis masculis,etiã si superuiuerent filiæ fœminæ, quem & fortius substituisset, si filiæ fœminæ non superstarent, prout & quilibet diceret, ad hoc quod not.C. de insti. & substit. l. generaliter.§. fi.& C.de fideicom. in l.cum acutissimi. Vnde cum dictę duæ conditiones respiciant ipsas duas substitutiones, & quælibet conditio respiciat suam substitutionem, certæ su bstitutioni factæ de ipso Iorda. esset locus. ex quo dictus Mat. decessit sine filiis masculis, in quo casu substituit dictum Iord. sed non erit locus substitutioni factæ de ipsis filiabus indotatis, ex quo decessit ipsis filiabus non superuiuentibus,cum,quo ad ipsas, non euenerit ipsa conditio, ad hoc quod no.ff. de leg. 3.in l. ea tamen adiectio. per quam l.Bar.ibi & in l.si is qui ducenta.§. verum,

9 dixi, in versi. quarto opponitur.quòd quando † copulatiua cadit inter duo adiectiua neutraliter posita, non respectu eiusdem substantiæ, ad veritatem copulatiuę nõ requiritur utrunque esse uerum, esto, quòd aliud sit quando duo copulantur respectu eiusdem ubi plenius per enm,ad hoc etiam quod no.per Bald. in l. si plures. C. de condit. inser. in 5.colum.

10 ubi dicit, quòd si conditio † apponatur pluribus, & sit diuidua,& tunc sufficit, ut alter adimpleat ipsam conditionem,ut consequatur pa tem suam.ff.de cõdi. & demon. l. si quis legatum. §. fin. Ita quod dici potest, quod locus sit substitutioni factæ de ipso Ior. in reliquis bonis, ex quo dictus Mat. decessit sine filiis masculis, & sic euenit conditio, quæ respicit ipsum Mat.ut d.l.cedere diem. Quod & secundo demonstratur ex alio. nam conditiones istæ appositæ in dictis substitutionibus, non fuerunt voluntariæ sed potius necessarię ad ipsum actum,seu ad eius ef-

11 fectum. Conditio † enim,si dictus Matth.decesserit sine filiis masculis, fuit necessaria ad ipsam substitutionem factam de ipso Ior. seu ad eius effectum, cũ ipsum Ior. inuitauerit post mortem dicti Mat.ad reliqua bona cum copiose substituendo,& in casu quo decesserit sine filis masculis, vnde comprehendit casum, in quo unum porrigitur ad casum similem, prout in simili dicitur de substitutione vulgari in l. 1.ff.de vulg.& pupil. & in l.cum proponas. C.de hære. insti. Nec † refert tunc quid ex æquipollentibus

12 fiat, prout & dicitur in conditione necessaria ad effectum actus prout no. ff. ad Trebellia. in l.mulier. & C.de insti.& subst.in l.mater. Cõsiderauit enim ipse testator ita substituendo, de effectu, vt ipse Iord.

consequatur bona sua post mortem ipsius Mat. & in casu quo decesserit sine filiis masculis, vnde verificatur talis conditio, si decedat sine filiis masculis, non solum si decesserit superstitibus filiabus fœminis, prout si testator expresit, sed etiam si decedat ipsis fœminis non existentibus, & multo fortius, prout & supra dictum fuit: similiter & conditio illa inducta per ablatiuum absolute positum, superuiuentibus filiabus, vnde fuit necessaria ad ipsam dispositionem factam de ipsis filiabus, relinquendo dotes eisdem, cum ipsis non superexistentibus, non sint 13 dotandę, cum mors † omnia soluat, in authē. de nup. §. disponat. C. Considerauit etiam ipse testator ita disponendo de ipsis filiabus, dotando eas, casu quo viuerent, ita quòd si viuerent essent dotandæ prout ipse testator disposuit, vnde talis conditio non fuit voluntaria, imo & potius necessaria, propter quod non refert. Et forte dici posset, quòd si dictus Mat. decessisset etiam superstitibus filiis masculis, dictæ 14 filiæ fœminæ essent dotandæ, cum † nō referat quid ex equipollentibus fiat, quando testator ipse considerauit de ipso effectu, vnde habebit locum talis dispositio de filiabus dotandis, siue viuat, siue decesserit dictus Mat. non superstitibus filiis masculis, siue etiā eis superstitibus, cum considerauerit ita substituendo de effectu, vt ipsę filiæ, si viuerent consequantur & consequi debeant dotem, siue non superstiterint filii masculi, siue etiam superstiterint: cum talis conditio superuiuentibus filiabus fœminis referatur & referri debeat ad dispositionem factam de ipsis filiabus dotandis, ad hoc quod plene no. per Bartol. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. ita quod per hæc dici & concludi potest, quòd sit locus substitutioni factæ de ipso Ior. ex quo dictus Ma. decessit sine filiis masculis. Quod persuaderi potest & alia ratione, nam testator † ipse instituendo dictas 15 Iuliam & Cathe. in certis rebus, & substituēdo eisdē si dictæ filiæ morientur sine filiis legitimis & naturalibus in pupillari ætate, vel quandocumque moriantur, dictum Mat. si superuixerit, & si non superuixerit, filios ipsius masculos tantum, si habeat, & si morientur dictæ suæ filiæ, non viuente dicto Mat. nec eius filiis masculis, tunc voluit quòd bona prædicta deueniant ad dictum Iord. quod similiter voluit substituendo dicto Mat. in casu, quo moreretur sine filiis legitimis masculis, prout in codicillis ipse testator asseruit ibi: & similiter: vnde si dicta Iulia & Cathe. decessissent sine filiis: non superstite dicto Mat. nec eius filiis masculis, locus fuisset substitutioni factæ de dicto Ior. in dictis bonis, siue superstitissent filiæ fœminæ dicti Mat. siue non, prout patet ex conditione: ad hoc quod nota. in c. cum Ecclesia. de causa pos. & proprieta. fortius si non superstitissent & filiæ fœminæ dicti Ma. vt & quilibet diceret. Vnde & pariformiter locum habet in substitutione facta dicto Ma. in casu, si decederet sine filiis masculis de dicto Ior. vt locus sit ipsis substitutioni: non solum si supersint filiæ fœminæ, prout ipse testator disposuit, sed etiam si non superfuissent, & fortius, prout & de substitutione facta ipsis filiabus dictum est, prout videtur fuisse, & esse de mente ipsius testatoris ita disponentis circa ipsas filias fœminas: ad hoc quod no. ff. de li. & posth. in l. Titius. §. 1. & C. de posthu. hære. insti. l. fi. & per Bar. in d. §. & quid si tā-tum. ita quod locus erit substitutioni factæ de ipso Ior. Non ob. in contrarium adductis, cum non obstent. Non enim ob. & primo quod in contrarium 16 adducitur, quod conditio † impleri debet in forma, & si non impletur non erit locus dispositioni. vt d. l. cedere diē. & d. l. si hęredi. & d. l. Mæuius. Quia ad dici p̄t, qđ imo talis cōditio euenit in forma, ex quo decessit dict. Mat. sine filiis masculis: talis enim conditio, si decesserit sine filiis masculis, refertur & referenda est substitutionem factam de ipso Iord. & non illa conditio, si decesserit superuiuentibus ipsis filiabus, cum illa referatur & referenda sit ad dispositionem factam de ipsis filiabus, eas dotando, prout 17 supra dictum fuit: Præterea † d. l. si hæred. & d. l. Męuius loquitur de conditione voluntaria, & non de cōditione necessaria ad actum, vel ad effectū actus, cum talis non sit necessaria vt impleatur in forma vt patet in d. l. mulier. & in d. l. si mater. & in d. l. cum proponas. & prout plenissime not. in d. §. & quid si tantum. vnde non ob. Nec. ob. quod & secundo in contrarium adducitur dicendo, quòd prouisio facta in casu quo dictus Mat. decesserit sine filiis masculis, & superstitibus filiabus, non compræhendit casum, in quo decesserit nō superstitibus filiabus ipsis, ex quo de eo non est prouisum. vt d. l. commodissi-18 me. Nam adhoc respondetur, quòd imo † & satis dici potest prouisum de ipso casu equipollenti, ex quo talis conditio apposita fuit, & erat necessaria ad actum, & effectum eius actus: non enim refert quid ex equipollentib. fiat, prout patet ex no. in d. l. si mater: & in l. mulier. & plenius in d. §. & quid si tātum. Esto, quòd aliud sit in conditione voluntaria vt d. l. commodissime: Præterea dici potest, quòd talis conditio superuiuentibus filiabus, non referatur ad dispositionem factam de ipso Ior. sed ad dispositionē factam de ipsis filiabus, prout plenius supra dictum fuit, vnde non obstant: Nec ob. quod in contrarium adducitur tertio loco dicendo, quòd fuerunt appositæ duæ conditiones in casu prædicto, vnde est necesse, quòd ambę verificentur vt d. l. si hæredi plures. quod non euenit in casu prædicto. Nam adhoc respondetur, quòd licet fuerint appositæ dictæ conditiones, non fuerunt appositæ vt respicerent idem, sed diuersa & ad diuersum effectum: conditio enim, si decesserit sine filiis masculis, refertur ad substitutionem factam de ipso Ior. Alia vero conditio apposita in persona filiarū, si uixerint, refertur ad substitutionem factam de ipsis filiabus, prout supra plenius dictum fuit: propter quod non requiritur, quòd ad ipsam dispositionem concurrant ambæ dictæ conditiones. imo & sufficit, quoad substitutionem factā de ipso Ior. quòd eueniret conditio in persona ipsius Mat. ꝙ decedat sine filiis masculis, prout decessit, prout & plenius supra dictū fuit. Vnde non ob. Et cū non obstent, cōcluditur & concludi potest, quòd cum locus sit substitutioni factæ de ipso Ior. consequatur & consequi possit vigore dictæ substitutionis bona ipsius Pauli testatoris, peruenta ad dictum Mat. eius filium, & hæredem, cum appellatione 19 reliquorum † veniant etiam relicta ipsis filiabus dicti Mat. ex quo decessit nullis filiabus relictis. vt dict. l. secunda. C. de hæredit. instit. Sed licet veniant

niant bona dicti Faul. peruenta ad dictum Mat. hære ditario iure, prout no. ff. ad Trebel. in l. Marcellus. §. quidam liberis. & l. hæredes mei. §. cum ita. & C. de fideicommiss. l. cum virum. & hæredes seu succeden tes eidem Mat. ab intestato, ex quo vt præsupponitur, decessit non condito testamento, restituent & restituere debebunt eidem Ior. hæreditatem, & bona hæreditaria, quę pertinuerunt ad ipsum Mat. de-
20 tracta tamen legitima dicti Mat. in qua † grauari nō potuit. C. de inoff. test. l. omnimodo & l. quoniam in prioribus. quæ legitima est tertia pars tertiæ partia bonorum ipsiua Pau. detractis debitis & funeris impensa. ff. de inoff. test. l. Papinianus. §. quarta. cum di ctus Pau. decesserit superstitibua dictis Mat. Iulia. & Cathe. quibus filiis tribua pro legitima debetur tertia pars totius hęreditatis dicti Pau. detractis tamen debitis & funeris impensa. C. de inoffi. test. auth. no
21 uissima. In quarū filiarum † legitima computabuntur relicta eis facta. vt auth. vt cū. de app. cog. §. aliud quoque capitulum. & in auth. de triente & semisse. §. j. de quibus duabus partibua est trahenda tertia de bita dicto Mat. quæ afrendit ad tertiam partem eius quod comuniter ab intestato esset habiturus. C. de inoff. testa. l. cum quæritur. & auth. nouissima. & etiā
22 detracta Trebellianica † quæ est quarta residui, qđ restituendum est, prout no. ff. & C. ad Treb. quæ secundum communem opinionē detrahitur nec confunditur in ipsa legitima, ex quo non concurrit eodem tempore, prout communiter tenetur secūdum quod no. ff. de inoff. test. l. Papinianus. §. meminisse. & C. ad l. Fal. l. quanquam. & in c. Rainutius. de test.
23 & prout cōmuniter tenetur, detrahetur enim † hoc casu non solum ipsa legitima, sed etiam Trebellianica, quantumcunque post mortem Mat. Ior. & filiorum ipsorum ipsa bona applicanda sint ad pias causas, cum post mortem ipsius Mat. non sint applicanda ad pias causas, sed ipsi Ior. restituenda, propter quod ab eo detrahi potest ipsa Trebellianica, quantumcunque non trahatur nec detrahi possit de relictis ad pias causas, prout cōmuniter tenetur, secundum quod no. ff. ad Trebe. in l. Marcellus. §. quod autem. & C. ad l. Falc. auth. similiter. & in c. si pater. de testa. in 6. cum non veniant restituenda statim ad pias causas post mortem dicti Mat. Sed vltimo loco ipso Mat. Ior. & ciua filiia masculis mortuis. prout voluit Bald. C. de fideicom. in l. cum virum. in uer. sed pone. vbi plenius de hoc. de quo per domi. Ludouic. Pont. in dict. auth. similiter. Ita quòd per hæc diri & concludi potest, quòd dictus Ior. non potuit petere ner potest contra dictas Iuliam & Cath. duas partes de tribus, sed mėdietatem dictæ hæreditatis dicti Paul. Quod & locum haberet, non solum si dictus Ior. in vita dicti Mat. similem substitutionem fecisset, substituendo dictum Mat. si viueret: & si nō viueret, filios legitimos & naturales masculos ipsius Mat. substituendo eos filiabus dicti Ior. & masculis ipsius prout ipse testator iniunxit in dictis codicillis, iniungendo & disponendo, vt similem dispositionem & iniunctionem & substitutionem faciat, prout in dictis codicillis plenius continetur: Sed etiam si dictus Ior. similem substitutionem non fecisset, ex quo dictus Mat. decessit sine filiis mascu-
24 lis: propter quod talis substitutio † locum habere non potest propter impotentiam. ff. de condit. insti. l. quę sub conditione. §. quoties. & vt ibi no. & C. de insti. & substi. l. 1. Vnde consequitur quod relictum est, quantumcunque non faciat talem substitutionē, ex quo propter impotentiam locum habere non po-
25 test. vt d. iuribus not. Imo † & dici potest quòd talis voluntas fuerit captatoria in codicillis facta per dictum Paul. erga dictum Iord. in dictis codicillis, & sic inualida. ff. de hære. instit. l. ille. auth. & l. captatorias. & prout d. iuribus plenius not. Super quo aliter non insisto, cum non expediat. quia & si non esset captatoria, idem esset, ex quo non facit deficere substitutionem in dicto testamento factam de dicto Iord. nec ipsam annullat, vt supra patet ex prædictis. &c. Domi. Bened.

THEMA CONSILII LXII.

Pvnctus. Andreas Mei duxit in vxorem dominam meam, ex qua habuit filiū nomine Ioānem, quę vxor decessit, superstitibus sibi dom. Andrea eius marito, & d. Ioāne eius filio. Deinde do. Andreas aliam duxit vxorem nomine Antoniam, ex quorum matrimonio natę sunt duæ filię, videlicet, Matthęa & Leona, a qua d. Antonia d. Andreas recipit nomine dotis libras octingentas. Cōtigit quòd d. Anto. decessit superstitibus sibi dict. Andrea eius viro, & dictis Matthæa & Leona filiabus dictorum Andreæ & dict. Antoniæ & dict. Ioanne filio primi matrimonii, & priuigno. d. dom. Antoniæ. Deinde d. Andreas ad tertia vota transiuit, duxitque in vxorem do. Luciam, ex qua plures habuit filios. Deinde decessit d. Andreas condito testamento, in quo inter cętera reliquit iure institutionis Leonæ & Matthęæ & Geneuciæ filiabus ipsius testatoris legitimis, & naturalibus, Leonæ & Matthęę videlicet ex secundo matrimonio, & Geneuciæ ex tertio matrimonio, libras octingentas denariorum incontantis cuilibet ipsarum pro dotibus earū, quas habeant & habere debeant, cum nupserint: Mandans, & percipiens dictis filiabus, & cuilibet earum, quòd sint & esse debeant contentę, & tacitę prædictis, & vltra plus aliquid nō petant, vel habere possint de bonis, & hæreditate sua, iure legitimę portionis, seu alia quacunque ratione, vel causa, superstitibus sibi d. do. Lucia eius vxore tertia & domi. Ioan. ex primo matrimonio & dictis Leona & Matthæa filiabus ex secundo matrimonio & Bernardino & Geneucia filiis ex tertio matrimonio: Nupserunt dictæ duæ filiæ, videlicet, Leona & Matthęa filiæ olim domi. Andręę & d. domi.

Antoniæ

Antoniæ ex secundo matrimonio Petro & Rigoni fratribus, & filijs Lampi Nechini: Leona, videlicet Petro, & Matthia, Rigoni prædictis, nulla facta mentione de dote. Deinde d. Leona peperit filiũ nomine Colam & deinde decessit, superstitibus sibi d. Petro eius viro. & d. Cola communi filio & d. Matthia eius sorore vtrinque coniuncta, & dicto Bernardino fratre d. Leonę ex parte patris tantum. Deinde decessit d. Mathia superstitibus d. Rigone eius viro, & d. Bernardino eius fratre ex latere patris tantum, & aliquibus nepotibus filijs fratris pur ex latere patris. & d. Cola filio d. do. Leonę eius sororis vtrinque coniunctæ. Modo quæritur primo, an dictam do. Leonam & Matth. debeant habere libras octingentas sibi relictas a d. Andream in testamento, & libras octingentas pro dotibus & iuribus dotalibus dominę Antoniæ carum matris. An vero dictum relictum censeatur relictum animo compensandi. Secundo, an dicta domi. Leona transmiserit ius adeundi, vel petendi dictum relictum dic. Colę eius filio. Tertio, an dicti Petius & Rigo, vel alter eorum aliquid lucrati fuerint, stante dispositione statuti, sub rubrica, de restitutione dotis &c. Quarto quæritur stantibus prædictis, ad quem pertineat hæreditas dictę Matthię.

SVMMARIVM.

1 *Dos data vel relicta a patre filiæ, vtrum censeatur tradita de patris bonis, an vero animo compensandi cum dote materna, ipsi filia per patrem debita, cum debitum dotale sit voluntarium, & maxime si sit addita clausula, quod plus de bonis suis petere non possit.*

2 *Hæreditas est quid vniuersale, continens debita, & credita.*

3 *Verba debent aliquid operari.*

4 *Filius transmittit fideicommissum vniuersale etiam non agnitum, & fortius relictum particulare, cum, quo ad transmissionem, cedat a die mortis.*

5 *Legatum acquiritur legatario etiam ignoranti.*

6 *Argumentum a contrario sensu valet, etiam in statutis.*

7 *Filius fratis, vel sororis vtrinque coniuncta, præfertur fratri coniuncto ex vno latere tantum. & fortius filius ipsius fratris coniuncti ex vno latere tantum.*

8 *Statutum disponens de fratre, non habet locum in sorore maxime in materia exorbitanti a iure communi.*

9 *Statutum disponens quod masculinum concipiat fœmininum in omnibus casibus in volumine statutorum descriptis, non habet locum in his, in quibus attributa sunt diuersa nomina, vt frater, & soror, sed bene habet locum in his, quæ sunt einsdem nominis, in quibus distinguitur masculus a fœmina, vt filius & filia, nepos, & n. ptis: secus si sint diuersi nominis, & correlatiua.*

10 *Masculinum concipit fœmininum ex quadam interpretatione, quæ locum non habet in statutis, maxime quãdo materia est exorbitans, & & contra ius commune, nam tunc non sit extensio, sed potius restrictio.*

11 *Lex vna per aliam declaratur. & interpretatur, adeo quod ad concordiam sunt reducenda.*

CONSILIVM LIIII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, ac etiam visis & consideratis statutis, & aliis scripturis transmissis, de pluribus quæratur. Ad quodlibet respondendum est. & primo ad primum, quod est, an d. do. Le.ona & Matthis debeant hsbere libras octingentss sibi relictas a d. Andrea in testamento, & libras octingentas pro dotibus & iuribus dotslibus do. Antonia earum matris: An vero dictũ relictum censeatur relictum animo compensandi. 1 Et circa hoc dicendum est, quòd si dictis † dominabus Leonæ & Matthiæ fuissent simpliciter relictæ dictæ octingente libræ, non censerẽtur relictæ animo compensandi in dubio, maxime ex eo, quia debitum dotale est voluntarium iuxta. nota. ff. solu. ma. l. si cũ dotem. §. si pster. & C. vnde vir & vxor. authen. præterea. adhoc etiã quod hsbetur. C. de rei uxor. actio. l. vnica. §. sciendum. quod videtur procedere, etiam si testator ipse in teltsmento apposuerit illam clausulsm. & quòd plus de bonis suis petere non possit, cum tunc petant, non vt de bonis suis sed vt bona materna & vt æs alienom, cum bona intelligantur deducto ęre alieno. ff. de verbo. signi. l. subsignatum. §. bona. & hoc voluit Bartol. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de op. liber. vt videlicet, tunc non videstur relictum animo compensndi. & ita dicit se consuluisse, vt plenius ibi per eum. Quod procederet, quãdo dixisset de bonis suis, prout & voluit Bald. in l. quonism nouella. C. de inoffi. testa. & in l. liberti liberteque. C. de operi liberto. Secus si dixisset, super bonis suis, prout voluit ipse Bald. in l. quoniam nouella, circa finem. & similiter secus esset si dixisset, super hęreditate sus prout & ooluit ipse Bsl. in d. l. 2 liberti liberteque. pro quo facit, quia hærediras † est quid vniuersale continens debita & eredits. l. hæreditas ff. de peri. hære. Vnde in casu prædicta, cũ ipse testator dixerit, quòd plus petere non possint in bonis, & hæreditare ipsius, satis videtur relictum animo compensandi, prout videtur velle iple Bal. in dictis iuri. quod & clarius demonstratur ex alio. quia ipse testator subdit, ex quacunque alia de causa talis 3 † enim verbs debent aliquid operari. ff. de leg. I. l. si quando. & hoc voluit ipse Bal. in d. l. liberti. dicendo, quòd si dixisset simpliciter, quòd plos petere nõ possit videretur relictum animo compensandi, vt verbs aliquid operentur. ut d. l. si qusndo. Ita quòd circa hoc primum quæsitum dicendum est, quòd videantur relictæ animo compensandi per prædicta. Circa quod tamen sduertendum est, quis si dictæ octingente libre relictæ pro dotibus compensatis dictis debitis dotalibus matris, non sufficerent pro legitima, quatenus non sufficerent, tale onus remoueretur. C. de inoffic. testa. l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. Circa secundum quod est, an dicta do. Leona transmiserit ius adeundi vel petendi dictom relictum dicto Cole eius filio. & in hoc dicẽ

dum

4 dum est, quòd transmisit † ad dictum Colam eius filium, etiam si in vita eius non acceptauerit. Nam, prout communiter tenetur, transmittit fideicommissum vniuersale etiam non agnitum: vnde fortius relictum particulare, cum quo ad transmissionẽ cedat a die mortis prout no. ff. de le. 1. l. cū filio. & ibi 5 per Bart. acquiritur † enim ipsi legatario legatū etiā ignoranti. l. cū pater. §. surdo. ff. de lega. 2. ad hoc etiā quod ... ff. de fur. l. a Titio. & C. de fideicommiss. l. si in personam. & hæc quo ad secundum. Circa tertium, quod est, an dicti Petrus & Rigo, vel alter eorum fuerint lucrati aliquid, stante dispositione statutorum, super rubrica, de restitutione dotis. Et circa hoc dicendum est, quod aut loquuntur de dote d. domi. Leon. & ipse Pet. nihil lucratur de eius dote: ea quo. d. Leon. decessit cum filio, prout colligitur ex dispositione d. statuti. in verb. & si matrimonium. a cō 6 trario sensu, cum tale † argumentum validum sit in iure, ea quo consonat cum iure communi, quo iure nihil lucratur, prout habetur in cap. fin. de dona. inter virum & vxorem. & hoc voluit Bart. l. omnes populi. ff. de instit. & iure. & ita communiter tenetur, prout not. ibi & in l. conuenticulā. C. de Episc. & Cle. & ibi per Bald. & in cap. cum Apostolica. de his quæ fin. a prælat. & ibi per Ioan. de Imol. Aut loquuntur de dote dictæ dom. Matthiæ, & cum ipsa decesserit sinæ filiis, lucrabitur tunc d. Rigus eius vir medietatē dictæ dotis, prout disponitur in d. ver. quod derogat iuri communi vt d. l. omnes populi. & hæc quo ad tertium. Quoad quartum vero quod est, ad quem pertineat hæreditas dictæ d. Matthiæ. Circa quod dicendū est, quod cum ipsa decesserit superstitibus d. Rigone eius viro, & d. Bernardino eius fratre ex latere patris, & aliquibus nepotibus filiis fratris pu. ex latere patris, & d. Cola filio d. do. Leonæ eius sororis vtrinque coniunctæ, de iure communi succesit & succedit d. Cola filius d. Leonæ sororis vtrinque cōiunctæ. C. de legi hære. authē. cessante, exclusis dictis Bernardino, & dictis nepotibus, cum filius † fra- 7 tris vel sororis vtrinque coniunctæ præferatur fratri coniuncto ex vno latere tantum, & fortius filiis ipsius fratris coniuncti ex vno latere tantum, prout est capressum in d. authen. cessante. & in corp. vnde sumitur: quod videtur procedere, quantumcūque statutum ita disponat, disponēdo, quòd mortuo fratre ab intestato, sorores succedere non possint, si remāserit vnus frater carnalis ex latere paterno, cum tale statutum loquatur de fratre, & non de sorore. Vnde 8 cum † circa sororem non disponat, nec de ea loquatur, non est ad eam extēdendū, & maxime in hac materia exorbitanti a iure communi. ff. de acquir. hære. l. si seruum. §. non dixit & C. de col. l. illam. & in cap. ad audientiam. de decimis. Si enim statutum voluisset disponere de ipsa sorore, quòd eidem succedat frater carnalis, & non soror, disposuisset, prout & disposuit de fratre, vnde remanet casus iste in dispositione iuris communis. ff. so. ma. l. si cum dotem. circa prin. & ff. de libe. & posthu. l. commodissimę & ff. de condi. ob. causam. l. si extraneus. quod videtur procedere, quantumcumque statutum disponat quòd masculinum concipiat fœmininum in omnibus casibus in volumine statutorum discriptis: cum tale † statutum non cadat in casu prædicto, videlicet quando statutum loquitur de fratre, vt concipiat sororem, cum locum non habeat in his, in quibus attributa sunt diuersa nomina, vt frater, & soror: sed bene locum habet in his, quæ sunt eiusdem nominis, in quibus distinguitur masculus a fœmina, vt filiis, & filia, nepos & neptis, cum tunc in istis bene masculinum concipere possit fœmininum, ea quo sunt eiusdem nominis: secus si sint diuersi nominis, & correlatiua. l. fi. C. de indi. vidu. vt frater & soror, cum tunc masculinum non possit concipere fœmininum, prout videtur esse de mente Bald. in l. quicunque. C. de ser. fugi. vnde tale statutum non 10 ob. Quod & ex alio demonstratur, quia † & si conciperet fœmininum, conciperet ex quadam interpretatione, quæ locum non habet in statutis, prout no. in l. 1. ff. de verb. signi. & per Io. de Imo. in cap. in generali. de elec. in 6. & maxime quando materia est exorbitas, & contra ius commune, cum tunc non fiat extensio, sed potius restrictio, vt in regula. odia. & in regula: ea quæ, de reg. iu. in 6. Quod & locum habet maxime in casu prædicto, in quo non subest eadem ratio: emanauit enim tale statutum positum in ver. mortuo fratre, ad conseruationem cippi domus, quod non cadit in ipsis fœminis, in quibus cippus domus non conseruatur vt in cap. 1. de succes. Feu. & ad hoc quod not. in l. 1. ff. de ven. inspi. & in l. maximum vitium. C. de lib. præteri. vnde cum subsit eadem ratio, non fiet, extensio. vt in authen. quas actiones. C. de sac. san. eccl. & in cap. 1. de temp. ordi. in 6. & in cle. 1. de elec. Vnde tale statutum non ob. Quod & persuaderi potest & alia ratione, quia in alio statuto posito sub rub. de restitutione dotium videtur, circa finem aliter disponi in uer. & si mulier. uidelicet, frater carnalis non præferatur sorori. Vnde non præferetur hoc casu, in quo tractatur principaliter de dotibus maternis. una 11 † enim ex interpretatur & declaratur per aliam: adeo quòd ad concordiam sunt reducendæ vt in l. unica. C. de inoffi. do. & in cap. cū expediat. de elec. in 6. & prout not. in l. 2. §. erit autem. ff. vi. bon. rap. & ibi per Bar. Per quæ dici & cōcludi poterit, quòd d. Cola admittetur ad successionem d. Matthiæ, & eidem succedet, exclusis dictis Bernardino fratre carnali d. Matthiæ, & dictis nepotibus ex fratre carnali, non obstantibus in contrarium adductis cum non obstent, prout patet ex prædicta Domin. Benedic.

THEMA CONSILII LXIII.

PVnctus. Magister Ioanes de Caniculo deposuit apud Magistrum Iacobum, & Andream ...ius fratres carnales mille quingentos ducatos, & postea fecit testamentum, & hæredes instituit magistrū Bartholomeum, & magistrum Benedictum suos nepotes, videlicet, filios dicti Iacobi sui fratris, & magistrū Angelū filiū magistri Luciæ nepotis transuersalis dicti testatoris & iure

& iure prælegati reliquit medietatem dicti depositi dictis magistro Bartholomęo, & magistro Bened. & aliam medietatem magistro Ange. Post hęc d. magister Iacob. fecit testamentum, & instituit hęredes magistrum Bartholomęum, & magistrum Benedictum suos filios legitimos & naturales æquis portionibus, & eos inuicem substituit casu, quo sine filiis decederent, & demum mortuus fuit: & dicti filii immiscuerunt se in eius hæreditate. Item voluit d. magister Iaco. quòd si dicti magister Bartholomęus, & magister Benedictus decederent sine filiis &c. & ante mortem magistri Ioann. eius fratris, quòd dictus magister Ioan. haberet vsumfructum omnium suorum bonorum: Et post mortem d. magistri Ioannis voluit d. testator, quòd Matthia, Ciechina, Marina, & Gentilesca sint vsufructuariæ omnium suorum bonorum in uita ipsarum. & etiam uoluit d. magister Iac. testator quòd post mortem dictarum filiarũ suarum, dictus vsufructus sit & esse debeat pro mensa & uita conuentus prædicti Angeli. Postea decessit d. magister Io. & ei extiterunt hæredes supradicti nepotes, uidelicet, magister Bartholomæ. & magister Benedic. & magister Angelus. Postea decessit d. magister Bartholomæ. & ei extitit hæres d. magister Benedictus eius frater carnalis. Post hæc decessit d. Andreas frater d. magistri Ioan. & magistri Iacobi prædicti, & ei extitit hæres d. magister Angelus. Demum decessit d. magister Benedictus, & reliquit suum hęredem d. magistrum Angelum, qui eius hęreditatem adiuit, cum quo etiam communiter viuebat, & omnia simul possidebant pro indiuiso. Qui magister Angelus remãsit in possessione omnium dictorum bonorum post mortem dicti magistri Benedicti. Modo dictę mulieres filię d. magistri Iaco. dotatæ propria authoritate inuaserunt dicta bona contra uoluntatem dicti magistri Angeli possidentis: & de facto ipsum spoliauerunt. Modo ex hoc Themate quæruntur plura. & primo, an bona prędictorum spectent ad dictũ magistrum Angelum. Secundo, an totum dictũ depositum per magistrum Ioan. magistro Iacobo & Andreę factum, competat de iure dicto magistro Angelo, ita quod possit retinere. Tertio, an dictę mulieres ceciderint a iure suo, si quod habebant in dictis bonis, propter dictam inuasionem.

SVMMARIVM.

1 *Verba testamenti sunt inspicienda, & ab eis, quando sunt clara, non est recedendum.*

2 *Hæredis creditum contra testatorem confunditur, quando adit hæreditatem non confecto inuentario: quod procedit quo ad actiones & obligationes, secus quo ad retentionem, ut ibi.*

3 *Quod fit lege permittente, & iuris authoritate, pœnam non meretur.*

4 *Hæreditaria bona per hæredem adita non possunt propria authoritate occupari per alium, nec etiam per eũ, cui dictorum bonorum usufructus relictus fuit.*

5 *Nemo priuari debet bonis suis absque eius consensu, nec eius bona auferenda sunt.*

6 *Prædo etiam non est spoliandus, sed in sua possessione tuendus.*

CONSILIVM LII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso & considerato præfato puncto, & contẽtis in eo, De tribus principaliter quæratur, ad quodlibet respondendum est. Et primo ad primum, qđ est, an bona prædictorum trium fratrum pertinuerint & spectauerint, & pertineant & spectent ad dictum magistrum Angelum. Circa quod, non seruãdo ordinem successionum, sed effectum dicendum est, cum decesserint dicti tres fratres conditis testamentis, non incipiendo a primo, sed vltimo qui decesserit videlicet, a d. Andræa, & in hoc dicendum est, quòd cum ipse instituerit in suo testamento magistrum Angelum, & ipse adiuerit & apprehenderit hæreditatem eius, eius bona pertinuerunt & spectauerunt, & pertinent & spectant ad d. magistrum Angelũ hæredem ipsius Andrææ. ff. ex qui. cau. in poss. ea. l. apud Iulianum. §. fin. & C. de hære. act. l. 1. & 2. & C. vt actio. ab hær. & cõtra hær. l. vni. & in hoc non cadit dubitatio. Nec similiter cadit dubitatio in hæreditate magistri Ioan. nam cum decesserit condito testamento, institutis dictis magistro Bartholomæo & magistro Benedicto, & magistro, Angelo, æquis portionibus, qualibet ex eis succedit pro tertia parte. ff. de hære. insti. l. interdum. & prout plenius no. ff. de leg. 3. l. re conuncti. & ibi per Bar. Sed in ipso deposito non succedunt pro tertia parte, cum d. magister Angelus succedat pro medietate & d. magister Bartholomæus, & magister Benedictus pro alia medietate, ex quo ita reliquit, relinquendo medietatem dicti depositi dictis magistro Bartho. & magistro Benedicto & aliam medietatem d. magistro Angelo, ut denotant

1 uerba testamenti, a quibus † cum sint clara, non est recedendũ. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. ff. de le. 3. ita quòd bona d. magistri Ioannis pertinuerunt & spectauerunt ad d. magistrum Barth. & magistrum Benedictum, uidelicet, ad quemlibet pro tertia parte præterquam dictum depositum, cum pertineat ad d. magistrum Angelum pro medietate & ad d. magistrum Barthol. & magistrum Bene. pro alia medietate. C. de leg. l. ex legato. Et cum decesserit etiam d. magister Iacobus condito testamento, in quo instituit hæredes d. magistrum Bart. & magistrum Bened. eius filios, & ipsi eius hæreditatem adiuerunt, seu se immiscuerunt, eius bona ad eos spectauerunt

uerunt & pertinuerunt. Et cum postea decesserit. d. Bartholomæus condito testamento: in quo hæredem instituit d. magistrū Benedi. eius bona ad ipsum pertinuerūt & spectauerunt tam vigore dicti testamenti, quā vigore substitutionis factæ, ex quo eos adinuicem substituit. Et cum postea decesserit d. magister Ben. omnia eius bona pertinuerunt & spectauerunt ad d. magistrum Angelum, ex quo, vt præsupponitur, eū hæredem instituit, & ipse eius hæreditatem adiuit, ita quòd ad d. magistrum Angelum spectauerunt & pertinuerunt, spectāt & pertineut, non solum bona propria ipsius magistri Bene. sed etiam bona ipsius magistri Bartho. ex persona d. magistri Bene. imo & bona d. magistri Io. quatenus deuoluta fuerunt ad dictos magistrum Bar. & magistrum Bene. cum hæres hæredis &c. C. de hære. instit. l. fi. Imo & etiam bona d. Andrææ p tinuerunt & spectauerunt ad d. magistrum Angelū hæredem institutum, ita quòd omnia bona dictorum magistri Iac. magistri Io. & Andrææ pertinuerunt & spectauerunt, & pertinent & spectant ad d. magistrum Ang. ex personis prædictorum & hæc circa primum quæsitum. Circa secundū uero quæsitum, quod est de d. deposito dicendum est, quòd dictum depositum pertinuit & spectauit, & pertinet & spectat ad d. magistrum Angelum in una manu pro medietate, ex quo d. magister Ioan. medietatē dicti depositi sibi dereliquit, & non solum pertinuit & spectauit pro medietate ad d. magistrū Angel. in una manu ex causa dicti relicti: sed in alia manu spectat & pertinet ad ipsum, vt hæredem dictorum magistri Bart. & magistri Bene. quibus relicta fuit in alia manu, & pertinet & spectat ad d. magistrum Angelum, ex eo quia dicta alia medietas relicta fuit d. Barth. & magistro Benedi. quibus fuit relictum, & quibus ipse magister Angelus successit, succedendo primo d. magistro Ben. & deinde ex psona d. magistri Bene. d. magistro Bart. Sed tunc cadit dubitatio, nam cum d. magister Angelus sit creditor in dicto deposito, & sit etiam debitor, cum ipse sit hæres dictorum magistri Bene. & magistri Bar. hæredum d. magistri Iac. debitoris, tale creditum uidetur confundi, ex quo adiuit hæreditatem non confecto inuentario l. si debitori. C. de pac. Sed, licet confundatur tale creditum quo ad actiones & obligationes, tamen non confunditur quo ad retentiōem: & quin ipse magister Angelus retinere possit bona ipsius mahistri Iaco. hipothecata & obligata pro dicto deposito, prout voluit Bal. in d. l. si debitori, per id quòd habetur. C. ad l. Fal. l. debitor. & l. si pater. vt plenius p ipsum Bald. ibi & hæc circa secundum quæsitum. Circa tertiū, quod est, an d. do. Ciechina, & Marina potuerint & possint occupare dicta bona dictorū Andrææ magistri Ioan. & magistri Iac. & dictorū magistri Bar. & magistri Benedicti, possessa & detenta per dictū magistrum Ang. Circa quod videtur dicendum prima facie, quòd dictæ mulieres potuerunt, & possunt dicta bona occupare, cum fuerint & sint sorores dictorum magistri Bar. & magistri Bene. & proximiorum consanguineorum: adeo quòd successissent & succederēt ipsi magistro Benedicto vltimo loco decedenti, si non appareat de eius testamento

2

valido. C. ad Tertul. auth. defuncto. & C. de legi. hære. auth. cessante. Vnde videtur quòd d. mulieres licite capere potuerint bona d. magistri Bene. & per consequens bona ad d. magistrum Bene. deuoluta. ff. de acquir. poss. l. cum hæredes. & C. vnde vi. l. fin. Quod & ex alio videtur deduci, quia & si appareret, quòd d. magister Bart. decessisset testatus, nihilominus, cum ipsæ mulieres debuerint & debeāt habere vsumfructum in bonis d. magistri Iaco. ex eius testamento, prout pro parte ipsarum asseritur, potuerunt licite dicta bona ratione dicti vsufructus capere. C. de dona. l. quisquis, & C. de vsufruc. l. vsufructu constituto. & ita occupando non perdidissent iura earum, quia † quod fit lege permittente, & iuris authoritate non meretur pœnā. C. de adul. l. Gracchus. per quæ videtur quòd potuerunt occupare dicta bona, & occupando non perdiderunt earum iura. Sed his non ob. Contrarium de iure dicendum est, ut d. mulieres non potuerint † occupare & apprehendere propria authoritate & per uioleutiam, non solum ipsa bona ipsius Andrææ, quæ fuerunt & sunt propria ipsius magistri Angeli, sed nec etiam bona, quæ fuerunt ipsius magistri Ioannis, pro parte spectante ad ipsum magistrum Angelum, sed etiam bona quæ spectauerunt ad d. magistrū Iacobum, & ad dictos magistrum Bartholomæum, & magistrum Bene. ex pluribus: & primo: quia dicta bona pertinuerunt & spectauerunt, & pertinent & spectant ad d. magistrū Angelum ex testamentis prædictis, prout plenius dictum fuit supra circa primum quæsitum. Nemo † enim priuandus est bonis suis absque eius consensu, nec eius bona auferenda sunt. ff. de regu. iur. l. id quod nostrum. Quod & secundo deducitur ex alio, quia & si dicta bona non pertinuissent nec spectarent ad d. magistrum Angelum, quod uerum est prout supra patet: nihilominus, ex quo ipse fuit & erat in possessione dictorum bonorum per annum & vltra, non potuerunt d. mulieres cum propria authoritate expellere, & ipsa bona occupare, cum ē prædo † non sit spoliandus, imo & in sua possessione tuēdus. ff. de vi & vi. arm. l. 1. §. qui vi a me: & de resti. spo. c. in literis. & prout plenius not. in d. iu. & C. vnde vi. l. si quis in tantam. & l. fi. imo & ipsæ mulieres spoliātes perdunt dominium, si quod habēt in dictis bonis, & ita perdere debent. vt d. l. si quis in tantam. & non solum dominium, sed etiam iura si qua in ipsis bonis habent. ff. quod me. causa. l. extat. & ut ibi not. & c. fi. e. ti. ita quòd d. mulieres ita occupantes per vim vel violentiam dicta bona, perdiderunt dominia, & iura si qua habebāt in dictis bonis, prout patet in d. iuribus. Ita quòd per hæc dici & concludi potest, quòd d. Ciechina, & Marina non potuerunt dicta bona, ita per uim & uiolētiam occupare: imo & ita occupando perdiderunt dominia, & etiā iura, si qua in ipsis bonis habebāt, per dicta iura non ob. in contrarium adducta, cum non obstent. Non enim ob. & primo, quod in contrarium adducitur, q d. Ciec. & Marina potuerunt dicta bona occupare, cum fuerint & sint sorores dicti Magistri Benedic. Quia licet sint & fuerint sorores: tamen non successerunt nec succedunt e. denr, cum ipse fecerit testamentū, & testando inst. tuerit ipsum

3

4

5

6

ipsum magistrum Angelum hæredem posfidentē: vnde non potuerunt ipsa bona capere & appræhēdere, quia qnandiu locus est successioni ex testamento, non est locus successioni ab intestato. ff. de acquiren. hæred. l. quandiu. & C. communia de successi. l. antequam. Præterea, & si ipse succederent vt quia non fecisset testmentum, vel esset inualidū: nihilominus, ex quo, vt præsupponitur d. magister Ang. hæreditatē d. Magistri Bene. adiuit, & apprehendit tenendo, & posidēdo dicta bona, nō potnerūt ipse mulieres ipsa bona appræhendere propria authoritate, & per violentiam: imo perdiderunt omnia eorum inra prou supra plenius dictum fuit. vnde non ob. Nec ob. quod & secundo in contrarium adducitur dicendo, ꝙ ipsæ mulieres fuerunt vsufructuariæ, & vsufructum habere debuerunt super bonis dicti magistri Iacobi, vigore eius testamenti. ex quo omnes filii dicti magistri Ioco. decesserunt sine filiis. Nam hoc forte non est uerum: quia, prout mihi dicitnr, non euenit illa conditio: super quo aliter non insisto, cum nō expediat. Sed posito ꝙ ipse deberent habere usumfructū in bonis dicti magistri Iacob. uigore dicti testamenti: nihilominus non potuerunt dicta bona occupare propria authoritate, & per violentiam, & per uim cum vsufructuariæ† non consequantur, nec consequi debeant vsumfructnm contra voluntatem hæredis, non præstita idonca cautione, pront habetur. C. de vsufructu. l. 1. Præterea & alia ratione nam cum d. magister Ang. teneret & posideret dicta bona integraliter, non potuerunt ipsa bona occnpare etiā ratione ipsius vsufructus: imo perdiderunt omnia iura quæ habebant in ipsis bonis ratione ipsius vsufructus, propria authoritate & per vim, & violentiam occupando. vt d. l. si quis in tantam. & d. l. extat. & C. de legi. non dnbium. vnde non ob. quod & secundo in contrarium adducitur. Et cum hæc non obstent, concluditur & conclndi potest, quòd d. Ciechina, & Marina non potuerūt dicta bona propria authoritate & per vim & uiolentiam occupare: imo quod perdiderunt omnia iura, quæ in eis habebant, per prædicta iura. Domi. Bened.

7

THEMA CONSILII LXIIII.

PVnctus. Quidam nomine Antonius veniens ad mortem, suum solenne, & vltimum condidit testamentum, in quo inter alia reliquit dominam Constantiā suam vxoiem dominam & vsufructuariam omnium suorum bonorum, donec honeste & pudice viuere vellet, & Ang. eius filium legitimum, & naturalem vniuersalem hæredem sibi instituit, prętereundo. d. Angelam eius filiam legitimam & naturalē iam dotatam. cui in testamēto nihil reliquit, apposita tamen in dicto testamento clausula codicillari, ꝙ si non valeat &c. quod vobis transmittitur. Quo testamento cōdito decessit d. An. superstitibus. d. Ange. eius filio. & d. do. Constātia eius vxore. Qui Ang. post mortē dicti testatoris hæreditatē adiuit, & deinde decessit, superstitibus sibi d. Pet. eius filio legitimo & naturali. & d. Angela eius sorore. & d. Constantia eius matre: Post quæ d. do. Cōstantia decessit, superstitibus do. Ang. eius filia. & do. Pet. eius nepote ex filio, condito testamento, in quo inter alia ita disposuit, quia reliquit d. dominæ Ange. suæ filiæ vnum petium sodi &c. Item reliquit d. Pet. quandam domum positam in contrata Castri Noui iuxta rem hæredum Paulippi. Item reliquit Pet. prædicto partem sibi tangentē de quadā domo, vbi ipsa testatrix habitat, & cū hac conditione, ꝙ si d. Pet. eius nepos moreretur in pupillari ætate, ꝙ dictę duę domus dictæ testatricis remancāt Angelæ eius filię, & ꝙ de dictis domibus extrahātur 12. florenі. Et medietas dictorū 12. Florenorū remaneat præsbyteris ecclesiæ sancti Io. Castri p̄dicti. & alia medietas remaneat fratribus ecclesiæ sancti Francisci Castri Capian. pro anima sua. Item reliquit Pet. suo nepoti prædicto vnum petium terræ &c. Item reliquit dictæ Ang. vnum petium prati pro indiuiso cū hæredibus Mennarelli &c. Item reliquit dictæ Ange. vnam caldariam capacitatis duarum Aquariarum. Item reliquit d. do. Ange. vnam caldarellam, & unam concam. Item reliquit Pet. eius nepoti vnam caldarinam magnam, & vnam caldarellam, & vnam aliam caldarinam capacitatis vnius Aquariæ, & vnam concam. Item reliquit Angel. suæ filiæ prædictæ vnum petium Canapinæ. In omnibus autem suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, præsentibus & futuris, vbicunq; sint, & inueniri poterint, Pet. suum nepotem & Ange. eius filiam hæredes vniuersales instituit. Et si aliquis dictorū suorū hæredum mori contigerit in pupillari ætate, vel sine filijs legitimis, ꝙ alter alteri succedat &c. Demum postea decessit & mortuus est d. Pet. post pupillarem ætatem, videlicet 15. anno. intestatus, superstite d. Angel. eius zia seu amita & superstitibus auo: & auia maternis. Et modo in dubium reuocatur de pluribus. Et primo, quis successerit & succedat d. Anto. & inquantum, & nunquid testamentum per dictum Ant. conditum, in quo dicta Angela eius filia est præterita valuerit, & valeat, vel sit nullum. & posito quòd nō ualeat, an dicta Angel. possit succedere ab intestato, stante dispositionc statuti positi sub rubrica, de illis qui decedunt intestati, quod transmittitur. Secūdo, quis successerit & suc

cedat

cedat d. Ange. & inquantum. Tertio, quis, & inquantum successerit & succedat d. do. Cōstantiæ prout supra dictum fuit. Quarto, quis successerit & succedat d. Petro post pupillarem ætatem decedenti, & inquantum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens filias fœminas a successione extantibus masculis, habet locum quando pater decessit intestatus, seu non condito testamento: secus si testatus decessisset, & testamentum non valuisset.*

2 *Statutum exorbitans a iure communi, et correctiuum iuris communis, non est extendendum, nec ad alium casum trahendum, etiam si subsit eadem ratio.*

3 *Paria sunt testamentum non fuisse factum, vel fuisse factum, & esse inualidum, & nullum.*

4 *Statuto disponente, quod filia dotata non succedat ab intestato existentibus filijs, vel descendentibus defuncti, si filia præterita fuerit in testamento, poterit dicere testamentum nullum, quia statutum habet locum in casu intestati, non in casu testati.*

5 *Intestatus decedere dicitur, non solum qui decedit nullo condito testamento, sed etiam ille, qui decedit condito testamento, sed inualido, ita, quod ex eo hæreditas adiri non potest.*

6 *Ius impugnandi testamentum, & dicendi de nullitate regulatur a successione ab intestato.*

7 *Is potest rumpere, & annullare testamentum, qui potest succedere ab intestato.*

8 *Statuto stante, quod filia fœmina dotata non succedat, quandiu vixerit masculus, si pater condidit testamentum, & filiam præterijt, tunc ipsa filia testamentum impugnare non poterit, imo interim erit in pendenti, & filius erit hæres in solidum ex testamento, sed eo mortuo redibit ad causam intestati ex præteritionis defectu.*

9 *Hæres desinere esse hæres vnus potest, & alter incipere esse hæres ex dispositione statuti.*

10 *Statuto disponente, quod extantibus agnatis vsque ad quartum gradum filia fœmina non succedat, si factum sit testamentum, in quo filia sit præterita, & in eo instituti sint agnati, excludetur ex toto ipsa filia a iure rumpendi, vel dicendi nullum ipsum testamentum.*

11 *Testamentum si quis inualidum conficiat, proprie dicitur intestatus decedere.*

12 *Testatus quis testamento valido dicitur, cum tale testamentum fecerit, quod impugnari, nec nullum dici potest a filia præterita, ex quo exclusa est per statuta a successione.*

13 *Testamentum, quod ob præteritionem filij inualidum est, quo ad institutionem, tamen quo ad relictum in eo descriptum valet, cum, præter institutionem, cætera firma maneant.*

14 *Vxor relicta Domina & vsufructuaria omnium bonorum non consequitur dominium nec vsumfructum bonorum stantibus filijs, sed tantum alimenta, attenta consuetudine Bulgari.*

15 *Testamentum ob præteritionem filij inualidum quo ad institutionem, valet quo ad clausulam codicillarem in eo insertam, & ea, data inualiditate testamenti, verificatur.*

16 *Dos computatur in legitima: cum qua legitima confunditur Trebellianica, quando eodem tempore concurrunt.*

17 *Proximiores in gradu succedunt exclusis remotioribus in gradu.*

18 *Statutum, vt lex, in loco est seruandum, cum iuri communi deroget.*

19 *Episcopus distribuit relicta ad pias causas: & pro anima testatoris, quando alius ad hoc non est deputatus.*

20 *Conditio est implenda in forma.*

21 *Alternatiua sufficit alteram partem existere.*

22 *Legitima, & Trebellianica tunc detrahantur ambæ, quando eodem tempore non concurrunt.*

23 *Prælegata facta hæredibus adinuicem substitutis vulgariter, & per fideicommissum, vtrum in restitutione fideicommissi veniant restituenda, necne, an uero computentur in legitima, & Trebellianica.*

24 *Legari sibi a seipso non potest.*

25 *Legitima in computatione venit quicquid peruenit ad filium, & in Trebellianica computatur omne, id quod percipitur ab ipso cohærede.*

26 *Legitima, & Trebellianica ascendunt ad dimidiam bonorum ad filium grauatum peruentorum.*

CONSILIVM LXIIII.

In nomine domini, Amen.

Viso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, & præcipue testamento d. Antonii: & testamento d. do. Constantiæ, & statutis transmisis, ac etiam consiliis hinc inde redditis, licet de eis in pūcto non fiat mentio: ac etiam alijs cōsideratis, quæ consideranda fuut, pro declaratione contentorum in dicto puncto, & præcipue circa successionē ipsorum defunctorum, quis eis succedat: & inquantum, plura videnda fuut. & primo de ipso Anto. & quis eidem successerit, & de validitate eius testamenti: & an valuerit dictum testamentum. Circa quod & si videatur prima facie dicendum, φ tale testamentūm in quo fuit institutus hæres vniuersalis d. Angelus eius filius, præterita eius filia d. Angela legitima & naturali, non valuerit, nec valeat dictum testamentum quo ad institutionem, ex quo ipsa Angela fuit præterita, nec aliquid eidem iure institutionis relictum fuit, prout est expressum in aut. vt cum de appe. cogno. in §. aliud quoq; capitulum. & in auth. ex causa. C. de libe. præteri. & in l. filio præterito. ff. de iniu. testa. & prout in d. iuribus plenius nota. Ex quo infertur, φ cum tale testamētum non valuerit, nec valeat, successerunt & succedant ab intestato, seu non existente aliquo valido testamento d. Angelus & Angela eius filij legitimi & naturales. C. de suis & le. auth. in successione. Quod videtur procedere, quantumcunque talia 1 † statuta excludant & excludere videantur filias fœminas a successione existentibus masculis, cum statuta loquantur & locum habeant, quando pater decessisset intestatus, seu non condito testamento, quod nō est in hoc casu, cū decesserit cōdito testamento: vnde non videntur habere locum ipsa statuta

tuta

tuta in casu prædicto, videlicet, quando decessisset testatus, cum de tali casu statuta non loquantur: sed quando decessisset intestatus. vnde ad istum casum non videtur extendenda, nec extendi debere, ex quo materia est a iure communi exorbitans, 2 imo & correctiua iuris cōmunis, propter † quod non sunt extendenda, nec ad alium casum trahenda, etiam si subsit eadem ratio, prout no. in regula. quæ a iure in 6. & C. de testa. l. Sancimus. & C. de appe. l. præcipimus. & ff. de lib. & posthu. l. commodissime. & ff. so. ma. l. si uero. §. de viro. vnde cum talia statuta non uideantur habere locum in hoc casu, ita quòd in eo excludatur ipsa Angela ab ipsa successione, ex quo decessit testatus & non intestatus, ut supra. & tale testamentum fuerit & sit inualidum, propter quam præteritionem videtur ipsa Angela succedere d. Antonio, prout & d. Ange- 3 lus, cū pariasint † ipsum Antonium non fecisse testamentū, vel fecisse & inualidum & nullum, prout habetur ff. de suis & legi. l. 1. & ff. de uerbo. signi. l. intestatus. & insti. de hære. quæ ab intesta. §. 1. pro quo etiā facit & facere videtur quod voluit Bal. C. de col. in l. si emancipati. vbi videt velle, quòd tunc ipsa filia hoc casu quando est factum testamentum licet sit in eo præterita non videatur venire ab intestato, quod & uidetur etiam uelle ipse Bal. ff. de lib. & posthu. in l. Gallus. §. & quid si tantum. di- 4 cens, quòd stante † statuto Florentino disponente quod filia dotata non succedat ab intestato existentibus filiis vel descendentibus defuncti, si filia præterita fuit in testamento, poterit dicere testamentum nullum, quia istud statutum locum habet in casu intestati, & non in casu testati, vt ibi plenius per eum: propter quæ videtur quòd ipsa filia dicere possit de nullitate dicti testamenti, & successerit & succedat. Sed hic non ob. contrarium de iure decendum est, ut ipsa do. Angela non succedat nec succedere pos it d. Antonio, cum ipsa non successerit nec succedat eidem ab instato: sed solum in eius dote, prout disponitur in dictis statutis, videlicet, in statuto posito sub rubri. de illis qui decedunt intestati, disponendo, quòd quicunque habitator dictorū castrorum decesserit intestatus, omnia eius bona remaneant filiis masculis, si habuerit, & si nō habuerit, filiabus fœminis. Vnde ipsæ filiæ ita demū vocantur ad ipsam successionē, si non sint filii masculi. Quod & clarius disponit in seq. ca. disponendo, ꝙ si quis habitatorū dictorū castrorū habuerit filios & filias maritatas, vel non, & moreretur intestatus, quòd filia vel filiæ seu tam maritatæ, quam maritandæ non habeant, neque succedant in bonis dicti defuncti intestati, nisi tantū in dotes suas, prout in ipso statuto disponitur. ita ꝙ attentis dictis statutis d. Angela non successit nec succedit ipso Angelo existente. Emanauit enim tale statutū principaliter in fauorem ipsorum masculorum & ad conseruandum cippum domus prout not. ff. de ven. inspi. l. 1. Vnde ipsi masculi succedunt exclusis ipsis filiabus maxime dotatis: ad hoc quod no. C. de suis & legi. l. si defunctus, ita quòd attentis prædictis ipsa d. Ange. non succedit, nec succedet attenta dispositione dictorum statutorum, cum ipsa non succedat d. Anto. defuncto intestato, seu ab intestato, prout & dici potest in casu prædicto, tenendo, quòd tale testamentum quo ad ipsam institutionem in eo factam, non ualuerit nec valeat, cum ex eo, non potuerit nec possit adiri hæreditas, ex quo non valet propter ipsam præteritionem, propter quod dici potest, quòd deces- 5 serit intestatus, cum dicatur † decedere intestatus, seu ab intestato non solum qui decedit nullo condito testamento, sed etiam ille qui decedit cōdito testamento, sed inualido existente, ita quòd ex eo hæreditas adiri non potest. ff. de suis & legiti. l. 1. & ut ibi not. ff. de verb. sign. l. intestatus. & insti. de hære. quæ ab intesta. circa princ. ita quòd tenendo quod tale testamentum non valuerit nec valeat, propter ipsam præteritionē, non successit nec succedit d. Angela, sed tantū d. Angelus, attenta dispositione dictorum statutorum, cum dicatur & dici possit ipso testamento existente inualido propter ipsam præteritionē, ꝙ d. Ant. decesserit intestatus: propter quod succedunt masculi, & non fœminæ, attenta dispositione dictorum statutorum, prout supra plenius dictum fuit: & sic non succedit d. Angela. Quod ex alio clarius deducitur. nam cum ipsa non successerit nec succedat ab intestato, attenta dispositione statutorum prædictorum, ipsa non potuit, nec potest tale testamentum impugna- 6 re, seu de nullitate dicere: cum ius impugnandi testamentum, & dicendi de nullitate reguletur a successione succedendi ab intestato. C. de inoffi. test. l. cum quærit. & ff. de cōtra tabul. l. 1. §. pe. is enim 7 potest rumpere † & annullare testamentum, qui potest succedere ab intestato. ut in d. iuribus. & hoc voluit Bart. ff. ad Tert. in l. filius. dicens quòd stante statuto, quòd filia fœmina dotata non succe- 8 dat, quandiu vixerit masculus, ꝙ si † pater cōdiderit testamentum, & præterierit ipsam filiam, quòd tunc ipsa filia non poterit impugnare dictum testamentum, imo erit interim in pendenti, ut ibi plenius per eum, de quo per Bald. in d. l. 2. C. de lib. præte. & ibi post multa uidetur tenere ꝙ interim testamētū sit ualidū, adeo ꝙ interim filius erit hæres insolidū ex testamento, & non filia, sed mortuo filio rediet ad causam intestati ex præteritionis defectu, cū possit ex dispositione statuti, vnus 9 desinere esse hæres & alter † incipere. ff. de vul. & pup. l. in substitutione filij, ad hoc etiā quod not. ff. de mino. l. si fine. §. sed quod Papinianus. ut plenius per Bald. in d. l. 2. & in l. si quis posthumos. §. si filiū. ff. de lib. & posthu. vbi videtur idem tenere quod procedet, quando ipsa filia fuisset tēporaliter exclusa, ut quia statutū diceret, ꝙ filia dotata nō succedat, quousque superuixerit masculus, prout loquitur Bar. in d. l. si filius. & Bal. in d. l. 2. Alias si statutum excluderet simpliciter filiam dotatam existente masculo, prout videtur excludere in casu prædicto, disponendo, quòd omnia bona remaneant filiis masculis, si habuerit, & si non habuerit, filiabus. uel disponendo, quòd existentibus filiis, & filiabus maritatis, vel non, quòd filia uel filiæ non succedant in bonis defuncti intestati, nisi in dotibus: & tunc si superuiuat filius masculus tempore mortis defuncti, & per eum sit adita hæreditas non erit amplius de hæreditate patria tractā-

dum,

dum, cum ipsa applicetur ipsi filio masculo: adeo quòd amplius ad ipsam filiam non reuertitur: prout voluit Bar. in d. l. si filius. & clarius. Bal. in d. l. si quis posthumos. §. si filium. ita quòd attentis prædictis tale testamentum erit validum, adeo quòd ipse Angelus filius ex eo succederet, si viueret, prout & succeßit, exclusa ipsa Ange. quod & clarius voluit Ioan. de Imo. in d. §. & quid si tantum. dicens quòd stante statuto disponente † quòd extantibus agnatis usque ad quartum gradum, filia fœmina non succedat, si factum sit testamentum, & filia sit præterita, & in ipso testamento sint Instituti agnati, tunc ex toto ipso ipsa filia a iure rumpendi vel dicēdi nullum. Quod & tenet ipse dom. Ange. per rationes ibi assignatas. vt plenius ibi per ipsum dom. Angel. & Io. de Imol. Ita quòd attentis prædictis domina Angela non poterit dictum testamentum impugnare, nec de nullitate dicere, & consequenter non succedet nec succedere poterit, sed ipse Ange. qui, cū superuixerit post mortem d. Anto. & hæreditatem adiuerit, ipsam hæreditatem transmisit ad d. Petr. eius filium. C. de iur. delib. l. si auia. immo & si non adiuisset, nec se immiscuisset, sed ea non adita decessisset, ad Petrum eius filium transmisisset, prout no. C. de suis & legi. in l. apud hostes. C. de his qui ante aper. tab. l. vnica. Nō obstantibus in contrarium adductis, cū non obstet, cum dici † posit, quòd ipse Antonius decessit intestatus, & proprie, data tamen præteritione ipsa valida, ex quo eius hæreditas ex testamento adiri nō potest, prout not. in dict. l. 1. de suis & legit. & dict. l. intestatus. & institu. de succes. ab intest. in prin. vnde cum decesserit intestatus & proprie, locum habebunt dispositiones dictorum statutorum, & cum locum habeant, non succeßit nec succedet d. Angela. Quinimmo † & dici potest, quòd decesserit testatus testamento val. do, ex quo per ipsam Ange. non potest tale testamentum impugnari, nec de nullitate dici, ex quo est exclusa ab ipsa successione per dicta statuta, prout & supradictum fuit, & prout not. plenius per ipsum Angel. & Ioan. de Imol. in dict. §. & quid si tantum. Nec Bal. uidetur velle contrariū. in d. §. & quid si tantum. & in d. l. emancipati. immo & idem videtur velle in d. §. & quid si tantum. si bene ponderetur, & clarius in d. l. 2. de liber. præte. ita, quòd prout patet ex prædictis, dici potest, quòd tale testamentum do. Antonii fuerit, & sit ualidum, etiā quo ad institutionem: propter quod d. Angelus succeßit, & succedit exclusa d. Angela eius filia: immo & etiam valuit & valet tale testamentum quo ad relictum factum d. dom. Constantiæ eius vxori, relinquendo eam dominam & vsufructuariam omnium suorum bonorum, ex quo tale testamentum valet: immo † si non valuisset propter ipsam præteritionem quo ad institutionem, tamen quo ad ipsum relictum in ipso testamento descriptum ualuit, cum præter institutionem cætera firma maneant. vt d. §. aliud quoque capitulum. & in d. authen. ex causa. C. de liber. præter. & prout plenius no. in dict. iuribus. & in l. filio præterito. de iniusto testamen. Sed licet valuerit tale relictum. Nihilominus ipsa † Constantia non debuit consequi ipsum vsumfructum & dominium, sed tantum alimenta, ex quo supererant filii, & descendentes, attenta consuetudine Bulga. de qua per gloss. C. si secundo nupser. autem. Quod locum. & ibi per Bald. & per Bar. in l. Titia. §. Titio. ff. de lega. secundo. immo & plus, quia si tale testamentum nō valuisset propter ipsam præteritionem quo ipsam institutionem, prout in dictis iuribus not. tamen † valuisset & valeret quo ad clausulam codicillarem in eo insertam, ex quo cætera in eo descripta valent & tenent, prout no. in dicta authen. ex causa. & ibi per gloss. & docto. & per Bar. in l. 2. C. de iur. codicillo. & in l. fina. C. eodem titu. & ibi per Bald. Immo, verificatur dicta clausula si non valeret iure testamenti, data inualiditate propter ipsam præteritionem, prout no. in dictis iuribus. Vnde data inualiditate propter ipsam præteritionem, succesissent dicti Angelus & Angela ab intestato, quolibet succedente pro medietate. C. de suis & legi. authen. in successione. & hoc, nisi statutum aliter disponeret, prout disponit in casu prædicto: prout & supra plenius dictum fuit. Sed si statutum ita non disponeret, tunc succesissent dicti Angelus & Ange. quolibet succedente pro medietate. vt dicta auth. in successione. Sed licet data inualiditate testamenti propter ipsam præteritionem, successerit d. dom. Ange. tamen ex dicta clausula codicillari in dicto testamēto appofita, fuit obligata ad restituendum medietatem dictæ hæreditatis, detracta † tamen legitima, in quo computatur dos sibi data. C. de inofficio. testamen. l. quoniam nouella. Non autem detrahetur, nec detrahi potuit quarta pro Trebellianica, cum confundatur cum ipsa legitima, ex quo concurrunt eodem tempore, secundum quod no. ff. de inofficios. testamen. l. Papinianus. §. meminisse. & in l. quanquam. C. ad l. Falci. & ibi per Bar. ubi formaliter hoc voluit: quod uoluit etiam Bald. in l. filium quem habentem. C. famil. hercifcun. & prout plenius no. per Cano. in cap. Rainutius. de testib. super quo aliter non insisto, cum non expediat, ex quo, prout supra patet domin. Angel. non succeßit nec succedit attenta dispositione dictorum statutorum. Immo & dici potest, quòd tale testamentum fuerit validum, nec ipsa Angela dicere posit de eius nullitate, prout supra plenius dictum fuit, & hæc quo ad successionem domini Antonii, & eius hæreditatē, cum per prædicta appareat quis successerit, & succedat in hęreditate d. Antonii: Verum quia post ipsum Antonium decessit domin. Angel. superstite domi. Petro eius filio & domina Constantia eius matre, & dict. Angela eius sorore, & sine dubio succeßit dominus Petrus in hæreditate domini Angeli, exclusis matre, & sorore. ut d. authen. in successione. & hæc circa hæreditatem Angeli. Et quia post mortem d. Angeli decessit dicta domina Constantia superstitibus d. Angela eius filia & d. Petro eius nepote ex filio, condito testamento, in quo inter alia, ita disposuit, quia reliquit Angelæ suæ filiæ unum petium sodi. &c. Item reliquit Petro suo nepoti unam domum, positam in contrata Castri Noui iuxta rem hęredum Paulippi. &c. Item reliquit Petro prædicto partem sibi tangentem, de quadam domo vbi dicta testatrix habitat, cum hac conditione, quòd si dominus Petrus eius nepos moreretur in pupillari ætate, quòd dictæ duæ domus d. testatricis remaneant Angel. eius filiæ, & quòd de dictis domibus

extrahantur 12. Floreni, & medietas dictorũ 12. Florenorum remaneat presbyteris Ecclesiæ Sancti Ioãnis Castri prædicti: & alia medietas remaneat fratribus ecclesiæ Sancti Francisci Castri Caprani pro anima sua. Item reliquit Petro suo nepoti prædicto vnum petium terræ, &c. Item reliquit Angelæ vnam caldarinam capacitatis duarum Aquariarum. Item reliquit dictæ dominæ Angelę vnam caldarioam, & vnam concam. Item reliquit Petro eius nepoti unã caldarinam magnam, & vnum caldarellum, & vnam aliam caldarinam capacitatis vnius Aquariæ & vnã Concam. Item reliquit Angelæ suæ filiæ prædictæ vnum petium Canapinæ. In omnibus autem bonis suis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, præsentibus, & futuris, vbicunque sint, & inueniri poterint, Petrum suum nepotem, vel Angelam eius filiam sibi hæredes vniuersales instituit. & si aliquis dictorum suorum hæredum mori contigerit in pupillari ætate, vel sine filiis legitimis, quòd alter alteri succedat. &c. Dictæ dominæ Constantiæ successerunt dictus Petrus pro medietate & dicta Angela pro alia medietate: ex quo ita fuerunt institu. ff. de acquirend. hæredit. l. quandiu. Imo & si non fecisset testamentum, ab intestato ita successissent, insti. de hæred. quæ ab intesta. §. 1. & in hoc non cadit dubitatio. Nec in prælegatis, quia quilibet eorum consequetur, & consequi debuit pręlegata sibi facta. ff. de hęredit. instit. l. ex facto. & prout no. ff. ad l. Falcid. l. Titia. & in hoc similiter non cadit dubitatio: Sed dubitatio cadit, quia Petrus, post ea decessit post pupillarem ætatem, videlicet, in 15. anno, vt præsuponitur, superstite dicta Angela eius zia seu amita, & superstitibus auo & auia maternis, & in dubium reuocatur quis succedat eidem. Et in hoc dicendum est, quòd de iure communi successissent, & succedunt auus & auia, cum auus & auia sint in secundo gradu. ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. secundo gradu. exclusa ipsa Angela amita, cum sit in tertio gradu. ut dict. l. iurisconsultus. §. tertio gradu. & sic cum 17 auus & auia sint proximiores, & propinquiores † in gradu successerunt, & succedunt, exclusis remotioribus in gradu. C. ad Tertu. authen. defuncto. Quod procedit & procedere poterit de iure communi: vt patet in dictis iuribus. Verum quia in statutis transmissis, est quoddam statutum positum, sub rubrica, de illis qui dece. intest. in quo, inter alia disponitur, quòd si aliquis non habuerit filios, neque filias, medietas suorum bonorum remaneat propinquioribus consanguineis suis, quos habuerit usque ad tertium gradum, tam de patre quam de matre. & alia medietas detur pro anima sua. Certe attenta dispositione dicti statuti, successerunt & succedunt dicti auus & auia pro medietate, ex quo sunt propinquiores consanguinei infra tertium gradum consanguinitatis. propter quod successerunt & succedunt dic. Petro pro medietate: alia medietate distribuenda pro anima, seu ad pias causas, prout in ipso statuto 18 disponitur: quod † vt lex seruandum est, adeo quòd iuri communi derogat. ff. de iusti. & iur. l. omnes populi. & in cap. 1. de constitu. in textu. Sed licet dicti auus & auia ita successerint & succedant ab intestato dicto Petro pro medietate: & alia medietas veniat distribuenda ad pias causas, ut supra uidelicet, 19 per Episcopum, cum per † eum distribuenda sint pro anima, ex quo alius ad hoc non est deputatus, iuxta no. in c. Ioannes. & c. tua nos. de testa. & in c. 2. eo. titu. in 6. & C. de episcop. & cleric. l. si quis ad declinandam. tamen cum decesserit dictus Petrus sine filiis, & post pupillarem ętatem, superstite dicta Angela: talis successio ab intestato non pręiudicat substitutionibus factis in testamento dictæ dominę Cõstantię. Vnde uidendum erit an locus sit substitutionibus factis in dicto testamento de ipsa domina Angela. Et circa hoc dicendum est, quòd cum in dicto testamẽto fuerint factę duæ substitutiones post mortem dicti Pet. de d. dom. Angela, quarum una fuit de ipsis duabus domibus, si decesserit in pupillari ętate, non erit locus tali substitutioni, ex quo non euenit conditio. ff. de uerbor. significa. l. cedere diem. & ff. de heredit. institu. l. post si quis. & ut plenius no. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. est enim conditio 20 implenda in forma. ff. de condit. † & demonst. l. qui hered. Alia uero substitutio fuit facta inter ipsos, ut videlicet, alter alteri succedat si decesserit in pupillari ętate, vel sine filiis & tunc cum dictus Petrus decesserit sine filiis, licet decesserit post pupillarẽ ętatem, locus fuit & est ipsi substitutioni factę post mortem ipsius Petri de dicta domina Angela, adeo quod consequetur & cõsequi debebit hereditatem ipsius dominę Constantię deuolutam ad ipsum Petrum, ex quo euenit dicta conditio alternatiue apposita, cum 21 † sufficiat alteram partem existere. ut in regula: in alternatiuis. in 6. & prout no. C. de insti. & substit. l. generaliter. & C. de uerbor. signif. l. cum quidam: & cum locus sit ipsi substitutioni factę de ipsa Angela post mortem ipsius Petri, dicti auus & auia, & Episcopus pro ipsa pia causa succedentes ut heredes dicti Petri ab intestato, restituere debebunt medietatem dictę hęreditatis dominę Constantię obuenientem dicto Petro ex testamento dominę Constantię, detracta tamen legitima tangente dicto Petro, quę est tertia pars dictę medietatis. C. de inofficio. testameo. autheo. nouissima. & detracta Trebellianica, 22 quę est quarta pars residui, † & uenient detrahendę, ex quo concurrunt eodem tempore, prout not. ff. de inofficios. testamen. l. Papinianus. §. meminisse. & C. fam. hercisc. l. filium. & C. ad l. Falc. l. quanquam. & in c. Rainutius. de testi. & ita communiter tenetur, prout in d. iuribus no. Sed tunc cadit dubitatio, & non parua, an pręlegata dicto Petro veniant restituenda in restitutione fideicom. Et circa 23 hoc dicendum est, quod † aut dicta testatrix pręlegauit dictis hęredibus institutis hinc inde, quasi omnia bona, ita quod quodammodo diuisit suum patrimonium inter eos, ita quòd modicum est, & eos equaliter substituit, & cum portio, quam vnus habet iure pręlegati succedat loco portionis, quam haberet iure hęreditario, & tunc uenit in restitutione fideicommissi, ut est casus in l. quid ergo. ff. de legatis primo. secundum Barto. in dict. §. quidam liberis. ut hoc uoluit. pro quo facit quod not. ff. de uerborum obligatio. in l. qui Romę. §. duo fratres. unde in ipso casu prędicto si ipsa testatrix diuisisset quasi totum suum patrimonium inter dominum Petrum, & dominam Angelam, in restitutione fideicommissi ueoirent legata facta

ta facta Petro, cum consequatur luce hæreditario, ex quo succedunt inco portionis, quam consecutus fuisset de legatis factis d. do. Ang. vnde veniūt in ipsa restitutione, ex quo dici potest, quod veniat iure hæreditario. prout voluit gloss. in d. l. quid ergo. & Barto. ibi. & in d. §. quidam liberis non obstante d. §. & quod glos. voluit ibi, cū loquatur quando sue tunt instituti ex disparibus partibus: aut ipsa testatrix non diuisit in totum suum patrimonium: sed plus legauit vni, quam alteri & tunc quatenus peruenit ad ipsum grauatum de ipsis prælegatis, potest & dici potest, quatenus est hæres institutus, cum 24 a seipso † sibi legari non potest. ff. de legatis 1. l. plane. §. si coniuncti. & tunc quatenus ad ipsum peruenit iure hæreditario venit in restitutione fideicommissi, sed non quatenus peruenit iure prælegati, prout not. in d. §. quidam liberis. & in l. in fideicō missa. §. fin. Vnde in casu prædicto si d. testatrix testando prælegauerit dicto Petro plusquam d. dom. Angelæ: in restitutione fideicommissi veniet medietas eius, quod plegauit, cum dicta medietas ueniat ad ipsum iure hæreditario, sed quatenus vltra ad ipsum peruenisset iure prælegati non veniret in restitutione fideicommissi per prædicta, quod videtur procedere etiam si prælegauerit dictas domos, in quibus d. testatrix substituit d. do. Angelam eidē Petro si decesserit in pupillari ætate, pcoptet quod expirauit ipsa substitutio, vt supradictū fuit: adeo quòd tale prælegatum remanserit apud eius hæredes. C. de cadu. tol. l. vnica. §. pro secundo. & §. finau tem sub conditione: tamen quatenus ad ipsum Petrum peruenit de ipsis domibus iure hæreditario, pcout est medietas ipsarū, ex quo eft institutus hæres pro medietate, illud veniet in restitutione fidei commissi: sed non quatenus peruenit ad ipsum iure prælegati, quantumcunque ipsa testatrix substituerit primo d. dominam Angelam in dictis domibus, si d. Petrus decesserit in pupillari ætate, & postea substituerit eidem simpliciter d. dominam Angelam, si decesserit in pupillari ætate, vel sine filiis, cum in tali vltima substitutione veniat portio hæreditaria prouenieus ad d. Petrum de dictis domibus, cum ipsa sibi acquisiuerit iure hæreditario, ex quo a seipso sibi ipsi legari non potest, prout supradictum fuit, sed non ueniet in restitutione fideicōmissi quatenus ad ipsum peruenit iure prælegati, prout supradictum fuit. Sed licet non veniat in restitutione fideicommissi, tamen computabitur in 25 eius legitima, cum quicquid † perueniat ad ipsum filium, seu nepotem ex bonis ipsius do. Constantiæ computetur in eius legitima. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. test. & prout not. in l. in quartam. ff. ad l. Fal. & ibi pet Bar. immo in ipsa Trebelliani ca computatur totum, quod percipitur ab ipso cohærede, prout plenissime not. pe ipsum Bac. in d. l. in quartam. Per quæ patet, quòd cum dictum prælegatum computetur in ipsa legitima, & Trebellianica, non erit insistendum, an veniat in restitutione fideicommissi, uel non, cum hæredes d. Petri restituere debeant, quod peruenit ad d. Petrū de bonis, & hæreditate d. do. Constantiæ, detracta ipsa legitima & Trebellianica, in quibus computantur & prælegata, ut supradictum fuit, ita quòd restituere debebunt medietatem dictæ medietatis prouenientis ad ipsum Petrum, retenta alia medietate pro ipsa legitima & Trebellianica, cum prout communi 26 ter tenetur, ipsa legitima † & Trebellian. ascendit ad medietatem eius, quod ad ipsum Petrum peruenit ex bonis d. dom. Constantiæ, prout not. in d. c. Rainutius. non insistendo an hæredes d. Pet. detrahere possint ipsam legitimam, & Trebellianicam in vna, vel pluribus rebus, cum hoc locum habeat, quando ipsa: dictæ res fuissent, alienatæ, & superextarent ipsi filii, vel nepotes, in quorum priuilegiū hoc est inductum, prout not. in Patrono in d. §. res quæ, cum in isto non superstit ipse filius, uel nepos volens detrahere, prout plenius de his not. in d. §. res quæ. & ibi per Ang. & Io. de Imol. & per Bart. in d. l. in quartam. in fin. & per Iaco. de Are. & Cin. in l. scimus. C. de inoffi. testa. & ibi per Bald. & per ipsum Bal. in l. suus quoque. ff. de hæred. instit. Nec etiam insistendo, an dicta ultima substitutio facta d. Petro, trahatur ad bona, & domos quæ venerunt in ipsa prima substitutione facta d. Pet. de ipsis domibus, cum quatenus peruenerunt ad ipsum Petr. iure hæreditario, ueniant in restitutione fideicommissi, & computentur, in ipsa legitima & Trebellianica, prout supra plenius dictum fuit: Nec etiam insistendo in pluribus aliis quæ tacta non fuerunt in ipso puncto. Sed insistēdo in his, de quibus quæritur declaratio, dicendum est, prout supra plenius dictum fuit: Ex quibus appatet quis succedat dicto Anto. & in quantum, & quis succedat d. Angelo, & quis succedat d. dom. Constantiæ, & inquantum, & similiter quis successerit, & succedat dicto Pet. non extantibus statutis præmissis, & eis extantibus, de quibus miror, quòd in consiliis nō est facta aliqua mentio, saluo quod in consilio domini Ioannis in quadam apostilla &c. Dom. Benedict.

THEMA CONSILII LXV.

Punctus. Dominus Angelus Coradi habēs quatuor filios legitimos & naturales, videlicet, Stephanū, Ioannē, Felicianū, & Antoniū, condidit testamentum, in quo suos legitimos & vniuersales hæredes instituit d. suos quatuor filios, in omnibus bonis suis. & si d. sui filij decesserint sine aliquibus filiis masculis legitimis, & naturalibus, substituit Nicolaū Petri Ioannis, & eius nepotē carnalē, & Patriciū eius filiū naturalem, in equali portione: si d. Nicolaus & Patricius similē substitutionem fecerit de filiis d. do. Angeli. & si d. Nicolaus & Patricius omnes decesserūt sine aliquibus filiis masculis, substituit eis quendam Bartholomæum, & Annibalem. Deinde post conditum dictum testamentū d. do. Ange. ex una parte & d. Nicol. ex alia deuenerunt ad certum compromissum, & conuētionē, quia cōpromiserunt in duos

viros,videlicet,Ser Ludouicum Georgij,& Bartholomæum Ser Ioannis, præsentes, & acceptantes,de omni lite,& quæstione vertente inter dictas partes,occasione diuisionis fiendæ inter dictas partes bonorũ,& hæreditatis d.quondam Plancatij, & filiorũ d. Plancatij ex testamento vel ab intestato, & nonnullorũ aliorũ bonorum, & etiam aliorum cuiuscunque successionis, & quorumcunque pactorũ fiendorum inter prædictas partes, occasione dictorum bonorum, pro ipsis & eorum filiis; & nepotibus & aliis masculis per lineam rectam ex eis legitime descendentibus, prout de dicto compromisso latius cõtinetur,manu publici Notarii: Qui Ludouicus,& Bartholomæus arbitri prædicti tulerunt laudum, & iudicauerunt & sententiauerunt inter alia, ꝙ quicunque d. do. Ange.& Nicolai decesserint sine filiis decedentibus sine filiis masculis legitimis & naturalibus,nepotibus, vel pronepotibus masculis per lineam rectã ex eis,seu altero eorum legitimę natis.& nasciturisꝙ succedat & succedere debeat sine aliqua diminutione alter eorum,qui superuixerit,vel eius filij,& nepotes, & pronepotes masculi prædicti,qui tunc extabunt seu extarent in omnibus & singulis bonis suis,tã mobilibus,quã immobilibus,tam præsentibus,quã futuris, & ex nunc prout ex tunc:& ex tũc, prout ex nunc,constituit se talis sic decedens p.ræcario nomine possidere, prout latius in dicto laudo continetur,qđ laudum approbatum, & emologatũ fuit per partes prædictas, qđ transmittitur,vna cum compromisso: decessitque post d. d.Ang.superstitibus sibi dictis eius filiis,qui omnes postmodũ decesserunt sine filiis superstitibus d.Nico. do. Patricio præmortuo.Deinde decesserit d.Nic.sine filiis masculis,relictis certis hæredibus.Nũc autem prædicti Bar.& Annibal agunt, & petunt restitutionem fideicommissi, & substitutionis de eis factę d.Nic.& Patricio de bonis d.dom.Io.modo, quo in suo testamento continetur,contra hæredes,& bonorũ possessores d.Nicolai: Respondetur per hæredes d.Nicolai,ꝙ prędicti Annibal,& Bartholomæus non possunt se niti, nec agere contra eos vigore dictę substitutionis ad restitutionem dicti fideicommissi, cum dictũ testamentum fuerit,& sit reuocatũ per d.do.Angelum,propter compromissum & laudũ inde secutum,factum per d.do.Angelũ & Nicolaum, & substitutionem in dicto laudo factam,cuius vigore ipsi tenent,& possidẽt dicta bona: Modo refricatur in dubium, vtrũ per dictũ compromissũ, & laudũ inde secutum,& substitutionem in eo factam,sit reuocatum,& reuocatũ uideatur p d.do.Angelũ eius testamentũ,& substitutio in eo facta de d.Annibale,& Bartholomæo,in tantum qđ ipsi petere nec agere possint ad restitutionẽ dicti fideicommissi contra dictos hæredes d.Nicolai,in Dei nomine consulitur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum,in quo grauatus est quis per fideicõmissũ restituere alteri hæreditatem, vtrũ sit reuocatum per subsequens cõpromissum,& laudum unde secutũ inter ipsum testatorẽ,& grauatum,qui adinuicem, & vnus alteri se substituerunt:quolibet prædecedẽte sine filijs, usque adeo ut fideicõmissarius petere non possit restitutionem fideicommissi in dicto testamento facti.*

2 *Laudum iuncto compromisso dici potest quoddam testamentum, quando continet dispositionem omnium bonorum.*

3 *Testamentum secundum, seu secunda dispositio reuocat primum testamentum,seu primam dispositionem, etiã si de priori testamento mentionem non faciat.*

4 *Laudi emologatio, & approbatio inducit quandam donationem causa mortis,seu quoddam testamentum.*

5 *Legitima & Trebellianica ascendunt ad medietatem bonorum restituendorum.*

6 *Substitutus grauari potest, non solum si ad eum peruenerint bona uigore legati,vel fideicommissi, sed etiam si ad eum peruenissent bona dicti testatoris ex causa donationis causa mortis.*

7 *Laudum iuncto compromisso non inducit testamentum perfectum,ut requiritur,ad hoc,ut secundum tollat & rumpat primum.*

8 *Testamentum secundum ad hoc ut tollat primum, oportet quòd sit perfectum, & tale, quod ex eo possit adiri hæreditas.*

9 *Testamentum non potest dici perfectum, in quo non interuenit filiorum institutio,sed solum substitutio.*

10 *Testamenti perfectio est hæredis institutio, quæ in eo est necessaria,præcipue ut in eo fieri possit substitutio.*

11 *Testamentum debet habere legitimum numerum septẽ testium:& codicilli & alia ultima uoluntas numerũ quinque testium.*

12 *Testes tres, uel quatuor non sufficiunt ad solennizandũ testamentũ,uel codicillũ, aut aliã ultimam uoluntatẽ.*

13 *Arbitramentum habet uim transactionis.*

14 *Gabella si debeat solui de quacunque alienatione, ex dispositione statuti,an debeat etiam solui de laudo.*

15 *Alienatione a statuto prohibita,uidetur & prohibita alienatio inducta p trãsactionẽ, et p ultimã uoluntatẽ.*

16 *Alienatione a lege prohibita, non uidetur prohibita alienatio,quæ fit instituendo,sed legando, uel fideicommittendo.*

17 *Testator si primo in testamento solemni aliquem hæredem instituerit: & deinde aliud testamentum condiderit,in quo alium in certis rebus instituerit, licet secundum testamentum ualeat, adeo quod scripti in eo hæredes habeantur ac si rerum certarum mentio facta non esset: tamen hæres scriptus in secundo testamento,retentis ipsis rebus & quarta ex lege Falcidia hære-*

hæreditatem restituet his, qui in priori testamento hæredes scripti sunt.
18 Casus omissus in laudo, seu arbitramento remanet in dispositione iuris communis.
19 Laudum est quædam transactio, & ideo super certis rebus factum, non extenditur ad alias res.
20 Fideicommissarius, cui restituta est hæreditas, non detrahit aliquam Trebellianicam, si aliquando restituat, uel restituere debeat hæreditatem.
21 Conditio, cuius euentus nihil operatur, expectanda non est.
22 Pactum de futura successione non ualet, ne inducatur uotum captandæ mortis.
23 Grauari quis potest non solum in his, quæ ad eum perueniunt uigore testamenti, sed etiam in his, quæ ad eum perueniunt uigore donationis causa mortis, immo & si perueniant ex donatione inter uiuos morte confirmata.

CONSILIVM LXV.

In nomine domini, Amen.

Etsi viso, & considerato præfato puncto, seu facto, videatur dicendum, quòd dicti Bartholomæus & Annibal non potuerint nec possint agere contra hæredes d. Nicolai ad restitutionem dicti fideicommissi, & quòd ipsi hæredes non teneantur restituere fideicommissum dictis Bartholomæo & Annibali, quantumcunque d. do. Angel. fecerit testamentum, & in dicta restitutione instituerit hæredes vniuersales, Stephanum, Ioannem, Felicianum, & Antoniũ, eius filios legitimos & naturales, & eis substituerit, si omnes sui filii masculi decesserint sine aliquibus filiis masculis, legitimis & naturalibus, Nicolaum, Petri, Ioannis, eius nepotem carnalem. Et Patricium eius filium naturalem, in equali portione: & si d. Nicolaus, & Patricius omnes decesserint sine aliquibus filiis masculis, substituerit dictos Bartholomæũ, & Annibalem. Et si dicti filii dicti do. Angeli masculi, omnes decesserint sine filiis masculis, superstite dictis Nicolao, & Patricio, & si d. Nicolaus & Patricius decesserint sine filiis masculis, superstitibus dictis Bartholomæo & Annibale: nihilominus non fuit, nec est locus dictæ substitutioni factæ de dictis Bartholomæo & Annibale, ex pluribus: & primo 1 quia † dictum testamentum dom. Angeli fuit & est reuocatum, per dictum compromissum factum inter d. do. Angelum ex vna parte, & d. Nicolaum eius nepotem ex altera, in dictos Ludouicum & Bartholomæum, præsentes, & acceptantes, de omni lite, & quæstione vertente inter dictas partes, occasione diuisionis fiendæ inter dictas partes, bonorum hæreditatis dicti quondam Plancatii, & filiorũ dicti quõdam Plancatii, ex testamẽto, vel ab intestato, & non nullorum aliorum bonorum, & etiam aliorum cuiusque successionis, & quorumcunque pactorũ fiendorum inter prædictas partes occasione dictorum bonorum, pro ipsis, & eorum filiis, & nepotibus, & pronepotibus, & aliis masculis per lineam rectã et eis legitime descendentibus, prout de dicto cõpromisso latius continetur, manu publici notarii, iũcto laudo postea subsecuto, in quo dicti arbitri iudicauerunt, & sententiauerunt, inter alia, quod quicunque dictorum dom. Angeli & Nicolai decesserit sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, nepotibus, vel pronepotibus masculis per lineam rectam ex eis, seu altero eorum legitimæ natis, & nascituris, quod succedat & succedere debeat sine aliqua diminutione alter ipsorum, qui superuixerit, vel eius filii, nepotes uel pronepotes masculi prædicti, qui tunc extabunt seu extarent in omnibus, & singulis bonis suis, tam mobilibus, quam immobilibus, tam præsentibus, quam futuris, & ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, constituit se talis sic decedens, præcario nomine dicti superuiuentis & filiorum, & nepotum præcario nomine possidere, prout in dicto laudo plenius continetur: Per quod laudum in iuncto dicto compromisso, tale testamen 2 tum videtur reuocatum, cum tale † laudum iuncto dicto compromisso dici possit quoddam testamentum, ex quo continet dispositionem omnium bono- 3 rum. ff. de test. l. t. Vnde secundum † testamentum, seu secunda dispositio reuocat primum testamentũ, seu primam dispositionem, etiam si de priori testamento mentionem non faciat. institu. qui. mo. testa. infir. §. posteriore. & ut ibi no. ff. de leg. 3. l. si iure. & l. si quis. in princ. Quod & uidetur secundo deduci ex alio, quia non solum fuit factum compromissum prædictum, & laudum inde secutum, talibus verbis, sed ẽt ultra hoc, fuit emologatum & confirmatũ tale laudum, propter quod uidetur quòd dictus do. Angelus ita emologando, & confirmando, talem dispositionem vltimam fecisse, per quam videtur primũ testamentum reuocasse, ad hoc quod nota. per glos. C. communia utri. iudi. l. 2. Quod videtur procedere, quantumcunque in dicto laudo nõ fuerit expresse dispositum de institutione hæredis, sed solummodo de ipsa substitutione, cum per ipsam substitutionem seu dispositionẽ factam de certis rebus uideatur sublatum primum testamentum, prout patet ex no. insti. qui. mo. test. infir. in §. sed si quis priore. Ita quòd attentis prædictis uidetur dicendum, quod d. Bartho. & Annibal non potuerint, nec possint dictum fideicommissum petere, cum per secundam dispositionem uideatur totum primum testamentum reuocatum, per prędicta: Quod videtur etiam tertio deduci ex alia ratione, quia dictus do. Angelus testando, non simpliciter substituit d. Nicolaum dictis filiis: sed ita demum, si & inquantum d. Nicolaus similem substitutionem fecerit de filiis dicti d. Angeli, quod minime fecit: & si fecit, reuocauit, propter quod uidetur, quòd ipse Nicolaus nõ fuerit vocatus ad ipsam substitutionem post mortem filiorũ dicti dom. Angeli, cum conditio effectualiter in testamento apposita de substitutione facienda, nõ euenerit effectualiter, ad hoc quod no. ff. de uerbor. signif. l. cedere diem. Vnde cum uigore dicti testamẽti non fuerit consequutus d. Nicolaus bona dicti d. Angel. non potuit per fideicommissum grauari. C. de fideicommis. l. ab eo. Ad idem & quarto facit, quia dict. Nicolaus non fuit consecutus bona dicti domini Angeli uigore dicti testamenti: sed potius uigore substitutionis factæ in dicto laudo, eum, prout præsupponitur, ipse uigore dicti laudi acceperit tenutam & possessionem bonorum

d.quondam do. Angeli vigore dicti laudi,& sentẽtiæ:& non vigore d.testamenti. Propter quod nõ potest dici,ꝙ dicta bona teneat,& possideat vigore d.testamenti: sed vigore dicti laudi,in quo laudo,non fuit grauatus post eius mortem.Vnde nõ potuit nec potest vigore dicti fideicommissi grauari,nec contra ipsum,& eius hæredes agi, vt restituat dictum fideicom.ex quo non detinuit, nec detinet dicta bona vigore d.testamenti:sed ipsius laudi,in quo nulla substitutio, nec grauamen fuit appositum,prout patet ex nota.in d.l.ab eo. Imò 4 dici potest,quod hinc,ex quo fuit dictum † laudũ approbatum,videatur facta quædam donatio causa mortis, seu quoddam testamentum, ad hoc qđ nota.C.de pact.in l.licet.& ff.de test.in l.hæredes palam.§.fi.Per quæ videtur ꝙ d.Barth.& Annibal agere non possint contra hæredem d.Nicolai nec petere tale fideicommissum restitui. Sed his non obst.contrarium de iure dicẽdum est, vt videlicet d.Barth.& Annibal agere potuerint & possint cõtra hæredes d. Nicolai ad restitutionem dicti fideicommissi,& vt restituant dictis Barthol.& Annibali hæreditatem d.domi.Angeli peruentam ad dictos eius filios masculos: & post eorum mortẽ ad d.Nicolaum,cum d.do.Angelus condiderit dictum testamentum suum solenniter,in quo hæredes instituit dictos suos filios masculos: & cum dicti sui filij masculi decesserint superstite d. domino Nicolao mortuo & per prius d.Patritio,locus fuit substitutioni factæ de d.Nicolao, ex quo decessit sine filijs masculis.ff.de verb.sign.l.cedere diem. Ad quem Nicolaum deuoluta fuit hæreditas d.do. Angeli, ipso Patritio excluso, ex quo decessit ante mortem dictorum filiorum do. Angeli, vel saltem vltimi decedentis sine filijs, cum eius portio accrescat d.Nicolao. C.de cad.toll.l. vnica.§.in nouissimo.& §.sinautem, sub cõditione. Propter quod ad d. Nicolaum deuoluta fuit hæreditas d. do. Angeli, peruenta ad dictos suos filios masculos: detracta tamen legitima & Tre-5 bellianica, quæ † ambæ ascendũt ad medietatem, prout cõiter tenetur secundùm quod notat. ff.de inoffi.test.l.Papinianus.§.meminisse.& C.ad leg. Falc.l.quanquam.& de test.c.Rainutius.Et cũ ad d.Nicolaum deuenerit dicta hæreditas d.do.Angeli,detracta ipsa legitima & Trebellianica, & ipsam detinuerit quousq; vixit,& decesserit ꝑ prius d.Patritius:& postea d.Nicolaus,& ambo sine filijs masculis, locus fuit substitutioni factæ de dictis Barth.& Annibale:adeo ꝙ vigore dictæ substitutionis consequentur, & consequi debebunt bona d.do.Angeli peruenta,& quę peruenire debuerunt ad d.Nicolaum vigore dictæ substitutionis,cum euenerit conditio in d.substitutione apposita.vt d.l.cedere diem.Ita ꝙ dici põt, ꝙ hæredes d. Nicolai tenebuntur restituere dicta bona, cum d.Nicolaus, ad quem peruenerunt & peruenire debuerũt dicta bona d.d.Angeli grauari potuerit per d. substitutionem ita factam post eius mortem.C.de fideicõ.l.ab eo.& C.cõia de leg.l.j. 6 ad finem. potuit † enim grauari ipse substitutus non solùm si ad eum peruenerint bona vigore legati vel fideicommissi: sed etiam si ad eum peruenissent bona dicti testatoris ex causa donationis causa mortis, prout colligitur à cõtrario sensu in d.l.ab eo.vbi Bal.hoc voluit. Ad hoc etiam quod not.ff.de leg.2.in l.sequens quæst. & in l.vt hæredibus. eo.tit. Ita ꝙ attentis prædictis hæredes d. Nicolai restituere tenentur & debent bona d. do. Angeli peruenta ad d.Nicol. cum potuerit d.Nicolaus grauari & eidem substitui, nõ solum, si ad eum peruenerint bona prædicta vigore legati vel fideicommissi.vt d.l.1.ad fin.& d.l.ab eo.sed etiã si peruenissent ex donatione causa mortis: vel ex donatione, quæ morte confirmaretur, prout voluit Bal.in d.l.ab eo.per d.l. & per id quod habetur in d.l.sequens quæstio. & in d.l.vt hæredibus. Vnde in casu prædicto, cum ad d.Nicolaum peruenerint bona d. do. Angeli vigore dictæ substitutionis, vel etiam si causa mortis peruenissent, potuit d.Nicolaus grauari, imò & si peruenissent ad d. Nicolaum ex substitutione facta in dicto laudo seu arbitramento, idem esset: cum dici posset dicta bona ad ipsum peruenisse ex quadam vltima voluntate d.domini Angeli, prout infra patebit: propter quod potuit grauari in dicta substitutione,prout & grauatus fuit in dicto testamento, ad hoc quod not.in d.l.sequens quæstio. & in d.l.vt hæredib. Ita quod per prædicta dici & concludi potest, quod hæredes d. Nicolai tenebuntur restituere dictis Bartholomæo & Annibali, dictum fideicommissum,seu bona d.domini Angeli ad dictum Nicolaũ peruenta, vigore dictæ substitutionis factæ in dicto testamento.Imò & si vigore dictæ substitutionis factæ in dicto arbitramento iam ratificato peruenissent,vt hæredes restituere tenerentur, prout infra patebit,non obstantibus in contrarium adductis, cum non obst. Non enim obst.& primò quod in contrarium adducitur dicendo,quod per tale laudum, in quo fit talis substitutio iuncto dicto compromisso videatur renocari, & tolli primum testamentum ipsius do.Angeli. Nam ad hoc respondetur,quòd nõ est verum,quòd tale testamentum per tale laudũ tol-7 latur:cum † per tale laudum etiã iuncto dicto cõpromisso, non inducatur testamentum perfectũ, prout & requiritur, ad hoc vt secundũ rumpat & 8 tollat primũ. vt d.§.posteriore. requiritur † enim vt secundum testamentum sit perfectum, & tale quod ex eo possit adiri hæreditas, vt patet in d.§. posteriore.& prout not. ff.de lib.& posthu.in l.si filius qui in potestate.& C.de testamen. in l.sancimus. vbi similitea hoc est expressum, videlicet, ꝙ ad hoc vt primum tollatur, requiritur vt secundũ testamentum sit perfectum: imò prout dicit text. ibi,requiritur,quòd secundi testamenti perfectissima sit confectio: quod non cadit in casu prædicto.Quia & si dicatur & forte dici possit, quod ꝑ tale laudum iuncto dicto compromisso,imò & etiam secuta emologatione, inducatur quoddam testamento, seu quædam vltima voluntas, seu dispositio: nihilominus tale testamentum, seu talis dispositio non rumpit primum, nec ipsum tollit, cum non fuerit perfectissimum, imò nec perfectum, prout ex pluribus apparet. Et primò, quia in tali laudo non interuenit institõ filiorum

tum dicti domini Angeli, nec dicti Nicolai, sed solum quædam substitutio facta adinuicem, uidelicet, quòd in casu quo decesserit dictus dominus Angelus sine filiis, uel cum filiis decedentibus sine filiis masculis, quod tunc succedat & succedere debeat ipse Nicolaus, uel eius filii, & nepotes, & econuerso: prout in dicto laudo plenius continetur. Vnde

9 † cum interuenerit solum ipsa substitutio, & non institutio de filiis, tale testamentum non potest dici perfectum, prout patet ex notatis in l. prima. ff. de test. & ff. de his quæ in testa. delen. in l. proxime. & C. de fideicommiss. in l. eam quam. ad perfectionem

10 † enim testamenti ipsa hæredis institutio est necessaria. ut d. l. 1. & præcipue, ut in dicto testamento fieri possit substitutio: prout patet ex notatis in d. l. proxime. & in dic. l. eam quam. ad hoc etiam quod not. ff. de uulga. & pupilla. l. 1. Quod & secundo deducitur ex alio, quia in dicto laudo etiam ratificato non

11 interuenit legitimus numerus testium, prout † & requiritur in ipso testamento, secundum quòd not. in l. hæredes palam. ff. de testamen. & in l. hac consultissima. C. eodem titu. Et cum non interuenerit numerus septem testium, prout de iure requiritur: prout patet in dictis iuribus. immo & nec numerus quinque testium, prout & requiritur in codicillis, & in ultima uoluntate: prout not. in l. fin. C. de codicil lis. & in l. fin. C. de donatio. causa mor. sed solum numerus trium testium uel quatuor interuenit in ipso

12 laudo ita ratificato, & emologato, qui † numerus nõ sufficiat ad solennizandum testamentum. immo & nec ad solennizandum codicillum, uel aliam ultimã uoluntatem, prout patet in dictis iuribus: propter quod dici poterit quod testamentum tale, ex dicto arbitramento inductum, non fuerit perfectum & solenne: adeo quòd potuerit & possit primum testamentum reuocare, ut patet per iura supra allegata.

13 Quod & tertio ostenditur ex alio, nam cum † dictum arbitramentum habeat uim transactionis. C. de iudic. authen. si uero contigerit. ut in authentic. vt differentes iudices. §. primo. & inducat alienationem, cum transferat bona dicti domini Ange. in d. Nicolaum, ipso dom. Angelo decedente sine filiis masculis, uel cum filiis masculis, & ipsis decedentibus sine filiis masculis: adeo quod in ipsum Nicolaum transeunt & transire debent uigore dictæ substitutionis, bona ipsius domini Angeli & filiorum ipsius, & eorum dominium. ff. de acquiren. possess. l. cum hæredes. & ff. de legat. 1. l. 1. & C. communia. de leg. l. 1. & de ipso laudo non fuerit soluta aliqua

14 gabella, prout & solui debet, cum † & solui debeat de quacunque alienatione, prout disponitur in statuto loci, quod vt lex seruandum est in loco. ff. de iusti. & iu. l. omnes populi. tale laudum uidetur fuisse & esse nullum, attenta dispositione dicti statuti, cũ prohibita ipsa alienatione, prout prohibetur in ipso

15 statuto, uideatur prohibita † alienatio, etiam inducta non solum per ipsam transactionem, sed etiam per vltimam uoluntatem, prout uoluit glo. in c. Rainaldus. de testamen. vbi de hoc, de quo per Bar. in l. ita si quis. §. ea leg. ff. de verb. obligatio. & in l. 1. ff.

16 de fun. dota. Nam & si † prohibita alienatione a lege, non prohibeatur alienatio, quæ fit instituendo ut d. l. 1. & per Bart. in d. §. ea leg. Tamen alienatio quæ fieret legando uidetur prohibita, prout gloss. in d. c. Rainaldus. de testi. Quod & similiter locum habet in alienatione, quæ fit fideicommittendo, seu per fideicommissum, cum legata & fideicommissa æquiparata sint. ff. de legat. primo. l. prima. Vnde cum talis alienatio per fideicommissum uideatur prohibita, si non soluatur gabella, ea non soluta red deretur talis transactio, seu fideicommissum inualidum, & ipso iure non ualebit, attenta dispositione dicti statuti: Propter quod tale primum testamentum non reuocabitur, nec annullabitur propter dictum arbitramentum, seu transactionem: ad hoc quod not. in regula: non præstat in sexto. Quod & clarius deducitur & demonstratur ex alio, quia & si ualuisset & ualeret dictum arbitramentum etiã in uim testamenti, adeo quòd etiam reuocaret primũ, nihilominus nõ reuocaret nisi quatenus in ipso laudo, seu arbitramento continetur, prout no. ff. de adimen. lega. in l. 3. §. si Titio. & prout ibi no. & in l. alumnæ. §. qui filias. Vnde cum in dicto laudo, seu arbitramento nulla fiat mentio de substitutione facta dictis Nicolao, & Patricio, ipsis decedentibus sine filiis masculis, cum ipse domi. Angel. in dicto suo testamento substituerit dictos Bartholomæum & Annibalem: certe remanebit talis substitutio ita facta de ipsis Bartholomæo & Annibale, adeo quòd ipsi succedent uigore dictæ substitutionis, prout in dicto testamento domini Angeli fuit dispositum, & consequenter fideicommissum eis relictum, & bona ad ipsum Nicolaum vltimo decedentem, post mortem filiorum dicti domini Angeli deuenta vigore substitutionis factæ de eo, dictis filii domini Angeli, prout & supra dictum fuit, ad hoc quod not. ff. de testamen. milita. in l. quærebatur. & institu. quib. mo. test. infir. §. sed si

17 quis. ubi patet quod si testator fecit † primo testamentum solemne, in quo quendam hæredem instituit, & deinde fecit aliud testamentũ, in quo quendam hæredem instituit in certis rebus: tunc licet testamentum, etiam secundo loco factum valeat, & teneat, adeo ꝙ hæredes scripti in eo habeantur, ac si mẽtio rerum facta non esset nihilominus ipse hæres scriptus in secundo testamento, retentis ipsis rebus, & quarta ex leg. Falcid. hæreditatem restituet his, qui in priori testamento scripti sunt hæredes, prout est ibi expressum. ipse enim testator ita instituendo in secundo testamento aliquem in certis rebus, videtur voluisse hæreditatem restitui instituto in primo testamento, detractis ipsis rebus, & Falcidia, prout ibi patet, Ita quòd conseruatur primum testamentum, & si non directo, saltem per uiam fideicommissi, attenta mente ipsius testatoris, quæ principaliter attendenda est in l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstra. Vnde si in casu prædicto conseruatur primum testamentum saltem in uim fideicommissi: multo fortius conseruabitur ipsum primum testamentum, quo ad substitutionem factam de dictis Bartholomæo & Annibale substitutis in primo testamento, de quibus nulla facta est mentio in dicto laudo, seu arbitramento, ita quòd per dictum arbitramentum non fuit derogatum dictæ substitutioni factæ de dictis Bartholomæo & Annibale, ex

quod de ipsa nulla est facta mentio in ipso laudo, seu 18 arbitramento. talis enim † casus omissus in ipso laudo, seu arbitramento, remanet in dispositione iuris communis. ff. solut. matri. l. si cum dotem. in prin. ff. de liber. & posth. l. commodissime. secundu quod remanet testamentum validum in his, in quibus non apparet mutatum in dicto laudo seu arbitramento, ad hoc quod habetur in d. l. Sancimus: quod enim non mutatur, quare stare prohibetur: vt ibi. Vnde cum quo ad hoc, & quo ad dictam substitutionem factam, de dictis Nicolao & Patricio non appareat aliquid dispositum in ipso laudo, seu arbitramento, remanebit dicta substitutio facta post mortem dictorum Nicolai & Patricii, de dictis Bartholomæo & Annibale: sicut & remansit institutio facta in testamento d. Angeli de filiis dicti d. Angeli. Imò & remansit substitutio facta in testamento de ipsis filiis adinuicem, ex quo in dicto laudo nulla fuit facta mentio de ipsa institutione filiorum, & substitutione adinuicem. ut d. l. sancimus. & d. §. sed & si quis. & prout no. in l. 3. §. si Titio. & in d. l. alumnæ. §. qui filias, ad hoc etiam quod no. ff. de transac. in l. si decre 19 ta: laudum † enim cum sit quædam transactio, super certis rebus factum, non extenditur ad alias res. vt d. l. si decreta. ita quòd per hæc dici & concludi potest, quòd substitutio facta de dictis Bartholomæo & Annibale post mortem dictorum Nicolai & Patricii remanserit & remanet valida: adeo quòd dicti Bartholomæus & Annibal agere potuerunt, & possunt contra hæredes dicti Nico. vltimo loco decedentis sine filiis masculis, vt restituant fideicommissum, & bona, quæ ad ipsum Nicolaum peruenerint de bonis, & hæreditate dicti dom. Ange. & post eius mortem ad filios dom. Ange. & ad filium dicti dom. Ange. vltimo decedentem: cum ipse vigore dicti testamenti dicti dom. Ange. successerit aliis suis fratribus, ex quo adinuicem fuerunt substituti, & post mortem vltimo decedentis vigore dictæ substitutionis, successerit dominus Nicolaus, adeo quòd ad ipsum peruenerunt, & peruenire debuerunt bona dicti domini Ange. etiam quæ peruenerunt ad filium dicti dom. Ange. ex substitutione facta de ipso aliis suis fratribus, cum & illa etiam veniant in restitutione fideicommissi, iuxta not. ff. ad Trebelli. & l. Marcellus. §. quidam liberis. & l. ita tamen. §. qui suspectam. & ibi per Ioan. de Imol. detracta tamen legitima & Trebellianica, quæ remansit, & remanere debuit apud hæredes filiorum dicti domi. Ange. iuxta not. ff. de inofficio. testamen. in l. Papinianus. §. meminisse. & C. ad l. Falcid. in l. quanquam. & in c. Rainutius. de test. Sed licet hæredes filiorum dicti dom. Ange. detrahant ipsam legitimam & Trebellianicam: tamen hæredes dicti Nicolai non detrahunt aliquam legitimam: imo & nec aliquam Tre- 20 bellianicam, cum fideicommissarius † cui restituta est hæreditas, non detrahat Trebellianicam aliquã, si aliquando restituat seu restituere debeat. C. ad Trebellia. l. Sancimus. §. fin. & vt ibi no. unde attentis prædictis non obst. quod & primo in contrarium adducitur. Nec obst. quod & secundo in contrarium adducitur dicendo, quòd non solum fuit latum tale laudum, sed etiam fuit emologatum: Nam nihilominus non tollit primum testamentum factum per dictum dominum Angel. prout patet ex prædictis, vt de non obst. Nec etiam obst. quod & tertio in contrarium adducitur dicẽdo, quòd dictus dominus Angelus non simpliciter substituit dominum Nicolaum dictis suis filiis, sed sub conditione, si similem substitutionem fecerit, nam, prout in puncto præsupponitur, similem substitutionẽ fecit: propter quod euenit conditio. Nec obst. si dicatur, quòd reuocauit, quia & si appareat de ipsa reuocatione, potuit eam reuocare, ex quo mortui erant filii ma- 21 sculi dicti dom. Ange. non enim est † attendenda & expectanda conditio, cuius euentus nihil operatur, prout not. ff. de adimen. lega. l. eum qui. & ff. de condi. & demonstra. l. 2. & l. obtinuit. vnde non ob. Nec obst. quod & quarto in contrarium adducitur dicendo, quòd d. Nicol. consecutus fuit dicta bona non uigore dicti testamenti domini Angel. nec vigore substitutionis in eo factæ, sed potius vigore dicti laudi, in quo grauatus non fuit de restituendo. Nam ad hoc respondetur, quòd licet non fuerit adeptus possessionem bonorum dict. dom. Angel. vigore dictæ substitutionis, sed vigore dicti laudi. Nihilominus non potuit, nec debuit uigore dicti laudi, quantumcunque emologati, cum dictum laudũ non ualuerit, nec ualeat, inquantum continet ipsas substitutiones, quæ sapiunt ultimas uoluntates, nec valuerit, nec valeat quoad ipsas substitutiones dictum laudum: prout patet ex pluribus supra deductis: & 22 etiã quia tractat de futura successione, super † qua paciscí non potest, ne inducat votum captandæ mortis, prout not. C. de pact. & in l. licet & l. fina. & in l. stipulatio hoc modo conceptа. ff. de verbor. obligat. Præterea & si uigore dicti laudi consecutus fuerit dicta bona dicti domini Ang. & consequi potuerit, nihilominus poterit grauari de dictis bonis, prout & grauatus fuit in dicto testamento, cum grauari 23 † possit etiam quis, non solum in his quæ perueniunt ad eum vigore testamenti: sed etiam in his, quæ perueniunt vigore donationis causa mortis: immo & si perueniant ex donatione inter viuos morte confirmata: prout patet ex notatis in dict. l. ab eo. & ibi per Bald. Vnde & multo fortius, si peruenit ad ipsum uigore dicti laudi ita emologati, cum videantur peruenisse ex quadam vltima voluntate ita in laudum deducta: prout patet ex not. in dict. l. licet. & ibi per Bald. ad hoc etiam quod not. in l. hæredes palam. §. fina. ff. de testamen. Vnde cum peruenerint dicta bona dict. dom. Angel. ad dictum Nicolaum uigore substitutionis factæ in dicto testamento, prout & peruenire debuerunt, cum ualuerit dictum testamentum, nec fuerit nec sit sublatum per dictum laudum, prout & supra deductum fuit, saltem quo ad dictam substitutionem factam de dictis Bartholomæo & Annibale ueniunt restituenda per hæredes dicti Nicolai dictis Bartholomæo & Anniball: immo & si peruenissent uigore dicti laudi, cum perueniant uigore cuiusdam ultimæ uoluntatis prout & supra dictum fuit, ueniunt restituenda uigore dictæ substitutionis factæ in dicto testamento, cum non fuerit per dictum laudum sublata, prout supra plenius dictum fuit &c.

THEMA

THEMA CONSILII LXVI.

Punctus. Quidam Bernardus ier Andreæ habens vnam filiã nomine Gemmam ex domina Ioanna sua vxore venius ad mortem, suum vltimum & solenne condidit testamentum, in quo inter cętera ita disposuit, videlicet, quia in omnibus bonis suis instituit hæredem dictam Gẽmam eius filiam, subdendo in fine dicti testamenti. & si dicta Gemma filia legitima & naturalis, & hæres dicti testatoris, decesserit in pupillari ætate, non peruenientibus ad ętatem 25. annorum filijs legitimis, voluit dictus testator, quòd prętiũ vnius domus per ipsum venditę, & omnia sua bona, quæ repeririuntur mobilia, & stabilia, dispensentur & dentur pro anima ipsius testatoris, & patris, & matris, & aliorum suorum mortuorum, vt suis fideicommissarijs videbitur & placebit. Item reliquit & voluit, quòd post mortem dictę Gẽmę dos habita a dicta domina Ioãna sua vxore iam præmortua, restituatur & restitui debeat hæredibus Ser francisci, ex eo, quia dictus testator habuit dictam dotẽ de domo dicti Ser Francisci, & de eius bonis. Quo testamento facto ipse Bernardus suum diem clausit extremum, superstite sibi domina Gemma eius filia, & hærede instituta. Deinde ipsa Gemma in nubili ætatæ constituta contraxit matrimonium, & se maritauit cuidam Ciechoantonio filio Ser Ioãnis Balducij: pro cuius dote, & nomine dotis, promissi fuerunt ducenti ducati a domina Bella dona vxore Ioannis Cinelli. Ex quo Ciechantonio suo viro ipsa Gemma procreauit, & habuit vnam filiam, nomine Helisabeth. Deinde d. Gemma existẽs ętatis. 24. annorum cum dimidio, vel 25. in infirmitate constituta, dubitãs mortis euentum, condidit testamentum, in quo inter alia iudicauit d. Ciechoantonio eius viro totam, & integram suam dotem, videlicet, ducatos ducentos, qui promissi fuerunt dicto Ciechoãtonio a do. Belladona vxore Ioannis Cinelli: & reliquit eidem Ciechoantonio omnes, & singulos fructus suarum possessionum, & pensiones domorum: instituendo & faciendo d. Ciechumantonium eius virum in his heredem. Et in omnibus alis suis bonis dic. Helisabeth eius filiam hæredẽ instituit quæ Helisabeth decessit post dictum testamentum, & ante mortem dictę Gemme suę matris, superstite etiã d. Anto. eius patre. Deinde decessit d. Gemma superstite d. Ciecoantorio eius viro. Demum mortuus est d. Ciechusantonius ab intestato relicto d. Ioanne eius patre, & proximiore cõsangoineo, qui nunc tenet bona & hereditate d o. Bernardi, tanquam successor d. Gemmæ filię & heredis dicti Bernardi: Contra quem dicti fideicommissarij ad pias causas petunt bona dicti Bernardi dicentes, conditionem in testamento appositam, & substitutionem dictę Gemm(factam, locum habere: ex quo mortua est, non in pupillari ętate, sed in ętatæ 24. annorum cum dimidio, vel 25. & sine filijs legitimis & naturalibus. & propterea volũt dicta bona distribuere ad pias causas prout testator disposuit. Modo reuocatur in dubium, ad quem pertineant dicta bona, vtrum locus sit dictę substitutioni factæ ad pias causas. Secundo dubitatur, dato quod veniant distribuẽda ad pias causas, & locus sit dictę substitutioni, vtrum d. Gemma vel eis hęres possit detrahere aliquam Falcidiã, vel Trebellianicam. Tertio, vtrũ dictus Bernardus potuerit grauare d. Gemmam, vt restituat post eius mortem dictam dotem materna m dictis heredibus Ser Francisci. Quarto, quis successerit & succedat d. Gemmę, & ad quem pertineant eius bona.

SVMMARIVM.

1 *Hæres suus, hæreditatem etiam non aditam ratione suitatis ad suos hæredes transmittit.*

2 *Substitutio si sit facta filiæ sub his verbis, si decesserit in pupillari ætate non peruenientibus ad ætatem 25. annorũ, sine filijs legitimis, voluit ipse testator &c: vtrũ illud verbum. non peruenientibus, referatur ad filios. vel ad ipsam filiam institutam.*

3 *Testamenti verba ita sunt intelligenda, & construenda, vt resultet bona latinitas.*

4 *Oratio imperfecta supplenda est ex sequentibus & præcedentibus verbis.*

5 *Substitutio facta per hæc verba: & si decesserit sine filijs &c. communiter adaptatur post pupillarem ætatem, cum regulariter ante filios quis non procreet.*

6 *Oratio soluta accipitur pro disiuncta, vel cõiuncta, prout magis conuenit materiæ, attenta eius qualitata, & iuris dispositione.*

7 *Grauamen si per modum conditionis iniungatur, soluta accipitur pro disiuncta in fauorem hæredis: secus si per modum dispositionis, nam tunc in fauorem legatarij seu fideicommissarij accipitur pro coniuncta.*

8 *Soluta oratio posita inter duas conditiones casuales, ponitur pro disiuncta, ita vt sufficiat alteram euenire.*

9 *Coniunctio apposita inter incompatibilia, resoluitur in disiunctam: & multo fortius soluta, quæ accipitur secundum subiectam materiam.*

10 *Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiã.*

Testamenti

11 *Testamenti dispositio, ita est intelligenda, vt valeat, & effectum habeat, maxime quando tendit ad pias causas.*

12 *Falcidia, aut Trebellianica non detrahitur de relictis ad pias causas.*

13 *Legitima detrahitur per filium de relictis ad pias causas, nec venit in restitutione fideicommissi, cum in ea filius grauari nequieuerit, & non minus fauendum sit filio, quam piæ causæ.*

14 *Actiones & iura non veniunt appellatione bonorũ mobilium, & immobilium.*

15 *Filius de restituendo grauatus non detrahit legitimam, si apud eum remaneant tot iura, & actiones, quot sufficiant pro ipsa legitima.*

16 *Filius de restituendo grauatus, non solum detrahit eius legitimam, sed etiam dotem maternam, si de ipsa dote & eius quantitate liquido appareat: & omnia alia bona ad eum vndecunque peruentam: & omne id quod sibi debetur, tametsi inuentarium non confecerit.*

17 *Dotis relictum non valeat, non expressa certa quantitate, si de dicta dote non appareat.*

18 *Institutio hæredis fit caduca, si institutus moriatur ante instituentem, & locus est successioni ab intestato, quando cohæres, vel substitutus datus non est.*

19 *Institutus in certis rebus, iure accrescendi omnia percipit, si non reperiatur alius vniuersaliter institutus: quod procedit non solum si filius, vel alius descendens sit in re certa institutus, sed etiam si sit institutus extraneus.*

20 *Paria sunt, aliquid a principio non esse, vel postea deficere.*

21 *Instituo verbum, est verbum directum.*

22 *Hæres in re certa institutus, cui cætera accrescũt, nõ dato cohærede vniuersali, aditã hæreditatem trãsmittit: vel si non adierit, sed notitiam habuerit de morte testatoris, & de hæreditate ad se delata, ius deliberandi ad hæredem transmittit, qui infra annum dictam hæreditatem consequi poterit.*

23 *Relictum transmittitur ad hæredem legatarij, licet legatarius ignorauerit, cum cedat dies a tempore mortis testatoris.*

24 *Clausula codicillaris operatur, quod quando testamentum non valet iure testamenti ob defectum hæredis institutionis valet saltem iure codicillorum.*

25 *Dotis dimidium si ex statuto præmoriente vxore vir lucretur, an in dicto lucro, relictum ei per vxorem factũ computari debeat.*

CONSILIVM. LXVII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato puncto, & narratis in eo, quæratur de pluribus inuolutæ, tamen pro eorum declaratione de quolibet particulariter videndũ est & primo de hæreditate d. Ber. ad quẽ pertinuerit & spectauerit, & pertineat & spectet. Et in hoc dicendũ est, quod cũ d. Bernar. decesserit superstite d. Gẽma eius filia, conditio testamento, in quo inter cætera ita disposuit, videlicet, quia in omnibus bonis suis instituit hæredem dictam do. Gemmam eius filiam, subdendo in fine dicti testamenti: & si d. Gemma filia legitima & naturalis, & hærea dicti testatoris decesserit in pupillari ætate, non peruenientibus ad ætatem 25. annorum, sine filiis legitimis, voluit dictus testator, quòd prætium dictæ domus superius venditæ, & omnia sua bona, quæ reperiuntur stabilia, & mobilia dispensentur, & dentur pro anima dicti testatoris, & patris, & matris, & aliorum suorum mortuorum, vt suis fideicommissariis videbitur & placebit. dicta hæreditas d. Bernardi pertinuit, & deuoluta fuit vigore dicti testamenti ad d. Gemmam eius filiã, ex quo eam hæredem instituit, & est hæredes ex ipso testamento. ff. de acqui. hære. l. quandiu. & C. Communa de succes. l. antequam: adeo quòd

1 † eam transmisisset ad eius hæres, etiam si decessisset ea non adita, ex quo fuit, & erat filia legitima & naturalis, & sic sua: & sic ratione suitatis transmisisset, prout communiter tenetur, secundum quòd no. C. de su. & legiti. l. apud hostes. & ff. de acqui. hære. l. ventre, & in hoc non cadit dubitatio. Sed dubitatio cadit, quia dicta do. Gemma decessit non in pupillari ætate, sed postea in ætate 24. annorum cum dimidio vel 25. & sine filiis legitimis & naturalibus, vtrum locus sit substitutioni factæ ad pias causas, in quantum ipse testator disposuit, quòd si d. Gemma decesserit in pupillari ætate, non peruenientibus ad ætatem 25. annorum, sine filiis legitimis, voluit dictus testator, quòd prætium dictæ domus, & omnia sua bona stabilia, & mobilia dispensentur & dẽtur pro anima dicti testatoris, prout in ipso testamento disponitur: Circa quod & si videtur

2 † prima facie dicendum, quòd non sit locus dictæ substitutioni: ex quo non decessit in pupillari ætate, prout videtur requiri, attẽtis verbis illis: si decesserit in pupillari ætate. ff. de hære. insti. l. potest quis. & ff. de uerb. signi. l. cedere diem. Quod & clarius videtur deduci ex alio: quia, prout allegatur pro parte ipsius Ser Ioannis, ipsa decessit post ætatem 25. annorum propter quod videtur: quòd non sit locus dictæ substitutioni referendo verbũ, non peruenientibus, ad ipsam Gẽmam, ita quòd voluerit dicere, quòd si decesserit in pupillari ætate, & non peruenerit ad ætatem 25. annorum, bona ipsa dispensentur. Vnde cum peruenerit ad ætatem 25. annorum, non videtur locus ipsi substitutioni. vt d. l. cedere diem. Imo & si non peruenisset ad ætatem 25. annorum, non videtur locus ipsi substitutioni, ex quo non decessit in pupillari ætate, prout videtur requiri: ex quo est apposita talis conditio, quæ debet verificari, vt locus sit ipsi substitutioni, cum sub ista cõditione, saltem videtur facta ipsa substitutio. ff. de condit. instit. l. si hæredi plures: per quæ videtur quòd non sit locus ipsi substitutioni factæ ad piam causam. Sed his non ob. contrarium tamen puto de iure dicendum, vt videlicet, locus sit ipsi substitutioni factæ ad pias causas, adeo quod veniunt restituenda, & dispensanda ad pias causas pretium dictæ domus, & bona mobilia, & immobilia, prout ipse testator disposuit, disponendo, vt dispensentur & dentur pro anima dicti testatoris per ipsos fideicommissarios, & prout eis videbitur, prout ipse testator disposuit. Testator enim ita substituendo videtur ita substituisse, videlicet, post mortem dictæ d. Gemmæ, in casu quo decesserit in pupillari ætate, vel post

pupil-

larem ætatem sine filiis legitimis non peruenientibus ad ætatem 25. annorum, ut denotant uerba alia si decesserit in pupillari ætate non peruenientibus ad ætatem 25. annorum sine filiis legitimis, cum 3 dicta † uerba intelligant ad hoc ut resultet bona latinitas, sine filiis legitimis peruenientibus ad ætatem 25. annorum, & ita construetur & construi debebit, ad hoc ut resultet oratio perfecta & bona latinitas, prout & construi debet, cum ex sequentibus 4 † & præcedentibus suppienda sit ipsa oratio imperfecta. ff. de lega. 2. l. cum pater. §. cum imperfecta. & ita ut puto quilibet Iudex arbitrabitur de ipsis uerbis ita dubiis, ut Ipse testator ita uoluerit substituere post mortem d. Gemmæ, quòd uoluerit dicta bona distribui & dispensari in casu, quo decesserit in pupillari ætate, uel postea, sine filiis non peruenientibus ad ætatem 25. annorum ut denotant uet- 5 balla: sine filiis: quæ † adaptantur communiter post pupillarem ætatem: ad hoc quod not. C. de impub. & ali. substi. in l. precibus. & ibi per gloss. cum regulariter ante, filios non procreet, prout no. in cap. 1. & c. puberes. de desponsat. impube. Vnde ita addendo, sine filiis, uidetur uelle substituere in casu, quo filios hebere possit, & sic post pupillarem ætatem, ut si decedat, & filios non habeat, uel habeat, & non peruenerint ad ætatem 25. annorum, bona ipsa distribuantur, & dentur, ut patet ex illis uerbis, non peruenientibus ad ætatem 25. annorum, sine filiis legitimis, construendo, sine filiis legitimis non peruenientibus ad ætatem 25. annorum, prout & construi debet, ut resultet perfecta dispositio, ut patet in d. §. cum imperfecta. Vnde cum euenerit talis conditio, quia d. Gemma decessit sine filiis, locus est tali substitutioni. Et si dicatur hoc dici non potest, cum non sit apposita hic disiuncta, ex quo in Ipso testamento dicitur, quòd si d. Gemma decesserit in pupillari ætate, non peruenientibus ad ætatem &c. uidetur verificari talis conditio: imo uidetur requiri, quòd decedat in pupillari ætate & sine filiis legitimis, prout euenire potest: Certe ad hoc respondetur, quòd si bene ponderentur uerba, talis substitutio fuit facta sub dnplici conditione, una est, si decesserit in pupillari ætate, & alia est, si decesserit sine filiis legitimis non peruenientibus ad ætatem 25. annorum, & non copulatiue nec disiunctiue: sed solutæ: quæ soluta 6 † accipitur pro disiuncta uel coniuncta, prout magis conuenit materiæ, attenta eius qualitate & iuris dispositione. l. sæpe. ff. de uerbo. signi. ubi de hoc 1mo. ubi uerba coniuncta nõ sunt, sufficit alterum esse factum. ff. de regu. iur. l. in eo. §. ubi uerba. per 7 quam l. Bartol. In d. l. sæpe. uoluit quòd si per † modum conditionis iniungatur grauamen, tunc soluta accipitur pro disiuncta in fauorem hæredis, secus si per modum dispositionis, cum tunc In fauorem hæredis, secus si per modum dispositionis, cum tunc in fauorem legatarii seu fideicommissarii accipiatur pro coniuncta. l. cum de Lanionis. §. si plures. ff. de fun. instruc. prout ipse Bartol. ibi ita distinguit, cuius distinctio parum facit ad casum prædictum, cum in casu prædicto non apponatur soluta inter onera iniuncta per modum dispositionis, 8 uel conditionis, sed apponatur inter † duas conditiones casuales, uidelicet, inter conditionem, si decesserit sine filiis legitimis non peruenientibus ad ætatem 25. annorum: quo casu uidetur dicendum, quòd ponatur pro disiuncta, ita ut sufficiat alterum euenire. ut d. §. ubi uerba, maxime attenta ipsa materia, in quo apponitur, cum dici possit quodã modo, quòd apponatur inter incompatibilia, cum decedere in pupillari ætate uideatur præsupponere filios non habuisse, nec habere potuisse, prout patet ex his, quæ habentur in d. cap. 1. & In d. cap. puberes. & decedere sine filiis non peruenientibus: uidetur præsupponere filios habere potuisse, pro- 9 pter quod forte dici posset, quod si esset apposita † cõiuncta resolueretur in disiunctiuam, prout no. ff. de ususfru. lega. l. si Titio fundus: ad hoc etiam quòd no. C. de condi. insi. l. fi. per quam l. Bartol. hoc uoluit in l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de re. du. Vnde si coniuncta resolueretur in disiunctam, fortius & ipsa soluta, quæ accipitur per coniunctam uel disiunctam, attenta ipsa materia, in qua profertur, se- 10 cundum † quam uerba intelligenda sunt. ut d. l. sæpe. & l. plenũ. §. equitii. ff. de usu & habit. Fuit enim apposita in tali substitutione tendente ad piam causam, deficientibus filiis, quæ fauorabilis est, prout not. in l. 1. C. de sacr. sanct. eccles. & in capit. cum esses. & cap. relatum. de test. ita quòd attenta ipsa materia accipietur ipsa soluta pro disiuncta, adeo quòd sufficiet ut altera ex ipsis conditionibus subsistat, & sic quòd decesserit sine filiis, ut locus sit tali 11 dispositioni ad pias causas: intelligi † enim debet dispositio testamenti taliter ut ualeat, & effectum habeat. ut l. quoties. ff. de re. du. & maxime quando tendit ad pias causas. de testa. cap. cum tibi: Ita quòd per hec dici potest, quòd locus sit dictæ substitutioni factæ ad pias causas: adeo ut preciũ dictę domus, mus, & ipsa bona mobilia, & immoblia dari & dispẽsari debeant per ipsos fideicommissarios ad pias causas, prout ipse testator disposuit. Sed licet locus sit tali substitutioni, adeo quòd per heredem. d. Gemmę. dicta bona, & precium assignari debeant ipsis fideicommissariis, ut ea dent & distribuant ad pias causas, prout ipse testator disposuit, etiam non detra- 12 cta aliqua Falcidia uel Trebellianica, cum † de relictis ad pias causas non detrahatur Falcidia. ut C. ad l. Fal. authen. simiiiter: imo & nec Trebellianica, prout communiter tenetur, secundum quòd no. in d. authen. similiter & ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. ꝗ autem. & ibi per Bart. & Moderniores & per Cano. 13 in cap. si pater de test. in 6. tamen detrahetur † & detrhenda ueniet legitima debita dictę do. Gemmæ, quæ est tertia pars bonorum Ipsius Bernardi, detractis debitis & funeris impensa. C. de inoffic. test. authen. nouissima. & ff. de inoffi. testamento. l. Papinianus. §. quarta. quę legitima non uenit in ipso fideicommisso uel relicto: imo remaneat & remanere debet apud d. Gemmam, seu eius hęredes. ff. de uul. & pupil. l. cohæredi. §. cum filiæ. in ipsa enim testator eam grauare nõ potuit nec onerare. C. de inof fic. testamen. l. quoniam in prioribus. & l. omnimodo dummodo non remaneant tot iura, & actiones apud d. Gemmam, seu eius heredem, quot sufficiant pro eius legitima, cum sub tali relicto precii dictę domus, bonorum mobilium, & immobilium,

14 mobilium, non veniant iura & actiones. Nam † appellationa ipsorum bonorum mobilium, & immobilium non veniunt iura & actiones. ff. de pecu. l. quam Tuberonis. §. pe. prout voluit Ia. de Are. in l. mouentium. ff. de ver. sig. & Spe. in tit. de fruc. & interes. §. 1. in uersicu. secundo not. & Bartol. ff. de vul. & pupil. in l. Centurio. in 6. colu. vbi dicit, quòd tunc non censentur substituti vniuersaliter, sed in certis bonis, vt plenius ibi per eum. Vnde † si in di-15 cta hæreditate d. Bernardi remansissent iura & actiones & tot, quot sufficerent pro legitima, alia legitima non detrahetur de ipsis relictis ad pias causas: alias detrahetur, & detrahenda veniret ipsa legitima, cum non minus sit fauendum ipsi filiæ quam piç causæ prout not. C. de Episc. & Cleri. l. si quis ad declinandum. & 17. q. 3. c. vlti. vnde detrahetur & detrahenda veniet ipsa legitima, in qua non potuit grauari vt supra. & detrahetur & detrahēda veniet etiā de relictis ipsis ad pias causas: adeo quod hæres dictæ do. Gemme, ipse retinebit, & retinere poterit, nō solum ipsam legitimam sed etiam bona propria ipsius do. Gemme. † imo & etiam dotem eius matris 16 cum ista non veniant in dicto relicto. vt d. §. cum filię. & etiam quia non fuerunt bona ipsius Bernardi, cum bona sua mobilia, & immobilia reliquerit, vt patet ex verbis dicti testamenti, sub quibus non veniunt bona propria ipsius d. Gemme siue sint materna siue aliunde ad eam peruenerint, ex quo non fuerunt nec erant sua videlicet, ipsius Bernardi, ad hoc quod not. ff. de au. & ar. lega. in l. Quintus §. argento. quod procedit, etiam si dicta d. Gemma non confecisset inuentarium, vt ipsa, seu eius hæres detrahere possit, non solum bona propria & eius legitimam. sed etiam quod sibi debetur prout voluit Bald. C. de pactis. l. debitori. per id quod habetur in l. debitor. & l. si pater. ff. ad l. Falcidiam. Ex quibus infertur ad decisionem alterius quæsiti, quod est de relicto facto per dictum Bernardum relinquentem post mortem d. Gemmæ dotem, quam habuit a Ioanna sua vxore: vt post mortem d. Gemmæ restituatur hæredibus ser Francisci, ex eo quia dictus testator habuit dictam dotem de domo d. ser Francisci. & de eius bonis. Nam si dicta dos fuit matris dictæ do. Gemmæ & ad ipsam Gemmam pertinuit prout & pertinere debet si do. Ioanna aliter de ea non disposuit. C. de rei vxor. acti. l. vnica. §. 1. & ipse testator eidem sic relinquendo, non potuit eam grauare, nec eidem præiudicare, ita quod ipsa d. Gemma non consequatur, nec consequi aliqualiter debeat de bonis d. Bernardi, & super eius bonis dictam dotem maternam, ex quo consequitur, & consequi potest solum legitimam de bonis ipsius Bernardi, cum non possit in ipsa legitima grauari, nec aliquod onus imponi, vt dict. l. quoniam. & dict. l. omnimodo. & multominus in rebus suis propriis. C. manda. l. in re mandata. & ff. de regul. iur. l. id quod nostrum. & C. de fideicommis. l. ab eo. Quod procedit si de ipsa dotæ appareat, & de eius quantitate, adeo quòd ad ipsam filiam pertinuisset & pertineret, si non fuisset defuncta. alias uero si non appareat de ipsa dotæ & eius quantitate, & tunc d. do. Gemma non potuisset, nec posset, nec eius hæres posset d. dotem retinere, nec hæredes dicti ser Francisci, uigore dicti testamenti eā petere. C. de fals. caus. adiect. leg. 17 l. 1. & l. si non designata. cum † non ualeat relictum factum de dotæ, non expressa certa quantitate, si de dicta dotæ non appareat. ut d. l. si non designata. & l. fin. eod. titul. super quo aliter non insisto, cum de hoc principaliter non quæratur. sed de hæreditate d. Bernardi, ad quem pertineat, cum prout ex prædictis apparet, pertinuerit & spectauerit ad do. Gemmam, & eius hæredem. ita tamen quod eius hęres, detracta eius legitima, & ea retenta, & retentis bonis propriis ipsius domi. Gemmæ, & aliis bonis ipsius matris, uel aliunde ad ipsam Gemmam peruentis, tenetur restituere, & assignare precium dictæ domus, & bona mobilia, & immobilia ipsius Bernardi, dictis fideicommissariis, ipsa legitima sibi retenta ut supra, cum locus sit ipsi substitutioni: non obstantibus in contrarium adductus, cum non obstēt. Non enim ob. quòd & primo in contrarium adducitur dicendo, quod substitutio fuit facta in casu, quo d. Gemmam decessetit in pupillari ætate, uel non peruenerit ad ætatem 25. annorum. Quia licet uerum sit, quòd fuerit facta substitutio, si decesserit in pupillari ætate: tñ nō fuit facta sub cōditione, si non puenerit ad ætatem 25. annorum, cum uerbū, non peruenienti bus, non referatur ad ipsam Gemmam, sed ad eius filios prout supra plenius dictum fuit, Sed bene fuit facta ipsa substitutio sub alia conditione, si decesserit sine filiis non peruenientibus ad ætatem 25. annorum. quæ conditio euenit, propter quod locus fuit ipsi substitutioni factæ de relictis ad pias causas, prout supra plenius dictum fuit. & hæc quo ad hæreditatem domi. Bernardinus. Restat modo ut deueniatur ad hæreditatem dictæ domi. Gemmæ, ad quam pertineat. Nam cum ipsa decesserit condito testamento, in quo inter alia iudicauit Ciechoantonio eius viro totam & integram dotem suam, videlicet, ducatos ducentos, qui promissi fuerunt d. Ciecroantonio pro dotæ dictæ do. Gemmæ, a d. Belladonna uxore Ioannis Cicelli, & reliquid eidem Ciechoantonio omnes & singulos fructus suarum possessionum, & pensiones domorum, instituendo. d. Ciechumantonium eius uirum in his hæredem, & in omnibus aliis suis bonis Helisabeth eius filiam hæredem instituit, & cum † domi. Helisabeth decesserit ante mortem 18 domi. Gemmæ, talis institutio de ea facta, effecta fuit caduca. C. de cadu. tolen. l. unica. §. pro secundo. & §. in nouissimo, propter quod locus fuisset & esset successioni ab intestato, ex quo in dicto testamento non fuit datus eidem Helisabath aliquis substitutus, uel cohæres: propter quod uidetur, quod locus non sit ex testamento: sed ab intestato deficiente dicto testamento, prout no. in d. §. pro secundo. & in d. §. in nouissimo. ff. de acqui. hære. l. quandiu & C. communi. de succef. l. antequam. Nisi forte dicatur, prout pro parte d. Ser Ioannis patris d. Ciechoantonii, dicitur quòd quantumcumque non sit locus institutioni factæ de domi. Helisabeth. ex quo talis institutio est effecta caduca, nihilominus fuit & est locus institutioni factæ de d. Ciechoantonio instituto in certis rebus, cui

accresci

19 † accrescit & accrescere debet tota hæreditas dictæ d.Gemmæ, ex quo non reperitur alius vniuersaliter institutus.ff.de hæred.insti.l.1.§.ex fundo. & l.quoties.§.si duo.vbi Bar.hoc formaliter voluit: quòd & sentit gl.in l.ex facto.ff.eo.ti.vbi Bar. hoc idẽ tenet, quod procedit, non solum si sit institutus in re certa filius,vel alius descendentes,prout tenuit Martinus Silimanni,& communiter tenetur, sed etiã si in
20 stitutus sit in re certa extraneus: cum paria † sint,in iure aliquid a principio non esse , vel postea deficere,per id quod habetur.ff.de ritu.nup.in l. si quia in senatorio.& l.eos qui,ꝑut voluit Bar. in d.§.si duo. & in d.l.ex facto.& in l.quoties. C.de hære.instit.& istud communiter tenetur,prout dicit Bal. in d.§. si duo.Et sic ꝙ hæc opinio non sit omnino clara, vt ibi plenius per eum,& Io.de Imo.qui hanc opinionẽ videtur tenere,quam & tenuit Ang.in d.§.si ex fundo, vbi & ipse Io.de Imo.idem videtur tenere: & similiter in c.Rainutius.de testa.in 10.carta,& eum communiter teneatur dicendum est , ꝙ d. Ciechoantonio in instituto in certis rebus, accreuit tota hæreditas ipsius d.Gemmæ , & maxime cum fuerit institutus
21 per uerba † directa, videlicet instituit, ꝑut plenius no.in d.§.si ex fundo.& ibi per Ange. & Io.de Imo. propter quòd ad ipsum tota hæreditas dic. Gemmæ fuit delata,quam si ante eius mortem adiuisset, sine dubio eam transmisisset ad eius hęredem,videlicet, ad d.Ser Ioannem eius patrem,cum vt præsupponitur,hæreditas d.Ciechantonii ad ipsũ,vt proximiorem pertineat,& deuoluta sit.C. ad Tertu.auth.defuncto. & in consequentiam hæreditas dictæ dom. Gemmæ si per d. Ciechumantoniũ fuisset adita. C.
22 de iu.delib.l.si auia,si vero † non fuisset adita,& tũc si ipse Ciechusantonius notitiam habuisset de morte d.Gemmæ,& de hæreditate sibi delata,ante eius mortem , & tunc trãsmisisset ad d.ser Ioannem eius patrem,& hæredem ius deliberãdi:adeo quod d.ser Ioannes ex dicto iure transmisso potuisset & posset hæreditatem d. Gemmæ adire infra annum , & sic eam consequi,prout habetur.C.de iure delibe. l. cũ antiquioribus.& ibi plenius no.Immo & plus, quia & si non accreuisset nec accresceret hęreditas d.Gẽmæ d.Ciechoantonio & in consequentiam dict. ser Ioanni eius patri , nec ad eum fuisset deuoluta ex iure deliberandi,nihilominus transmisisset dict. Ciechusantonius relictum sibi factum ad d. ser Ioannẽ eius patrem , & hæredem , adeo quòd ipsum petere & consequi posset a succedente ab intestato d. dom. Gemmæ,ex quo decessit post d.Gemmam dict. Cie
23 chusantonius.Vnde † transmittit tale relictum etiã si ignorauerit , eum cedat dies a die mortis ipsius d. Gemmæ.C.de fideicom.l.si in personã.& C. de cadu.tol.l.unica.§.in primo.& C.quando dies leg. cedat.l.fi.vbi hoc est expressum de ignorãte, & de eo, quod debetur ab intestato vigore codicillorum. Quod procedit quantumcunque tale testamentum non valuerit,nec valeat per defectum hæredis: nihilominus valet iure codicillorum,propter clausulam
24 codicillarem in eo insertam. talis.n.clausula † operatur quando tale testamentum non ualeret ex defectu hæredis instituti. C. de fideicom.l.eam quã.per quã l.Bal.hoc voluit in l.t.in fi.C.de codici.Ita ꝙ ꝑ hæc dici & concludi potest,quòd d.Ser Ioannes cõsequetur seu consequi poterit hæreditatem d. Gemmæ,non solum si d. Ciechusantonius eam adiuit ante mortem, sed etiam si eam non adiuit , sed notitiã habuit de hæreditate sibi delata,& vigore iuris deliberandi d. ser Ioannes adiuerit vel adeat infra annum,ut supra,imo, & si ipsam hæreditatem dict.ser Ioannes ut hæres d. Ciechiantonii non consequatur nec consequi posset , saltem consequetur relictũ
25 factum Ciechoantonio,quod † cõputabitur in medietate sibi debita vigore statuti ꝑ lucro dotis, ꝑut communiter tenetur,ad hoc quòd no.ff.so. ma.in l. si cum dotem. §. si pater. & auth præterea. C.unde vir & vxor. Quod lucrum consequetur , & consequi poterit,etiam si non consequatur hæreditatem , vel relictum,ex quo d.Gemma decessit ante, prout disponitur in statuto,quod ut ius seruandum est. ff.de iusti.& iur.l.omnes populi.&c.

THEMA CONSILII LXVII.

PVnctus. Mariotus Baldi habens quinque filios: duos ex domina Lucia prima sua vxore,& tres ex do.Francisca sua secunda vxore , venit ad mortem,inrestatusque decessit, superstitibus sibi dictis quinque filiis,& do. Fran. eius vxore.quæ do. Fran. assumpsit tutelam suorum filiorum,& eorum bona administrauit. Deinde decessit vnus ex dictis filiis d.do. Franciscæ superstitibus sibi aliis fratre & sorore vtrinque coniunctis,& d.Francisca eius matre, & duobus fratribus ex matrimonio primo ex vno latere tantum coniunctis,& superstitibus auo materno , & auia materna, & dicta Anna auia paterna. Deinde post mortem dicti pupilli d.do. Francis. cupiens transire ad secunda uota,habito tractatu de nubendo,contraxit matrimonium per uerba de præsenti , & post contractũ matrimonium, petiit & protestata fuit & prouidit de tutore dictis aliis duobus suis filiis,& antequam traduceretur ad domum viri,non tamen reddita ratione administrationis , decessit alius filius infra pupillarem ætatem, superstite sibi ipsa matre,& sorore vtrinque coniũcta,& superstitibus sibi dictis auo materno & auia materna & d. Anna auia paterna,& superstitibus sibi dictis duobus fratribus ex primo matrimonio ex vno latere tãtum coniunctis , uidelicet , ex parte patris. Modo dubitatur de successione istorum , & quis succedat in eorum bonis , & primo quis successerit & succedat domino Mariotto ita ab intestata defuncto , superstitibus prædictis. Secundo, quis successerit & succedat in parte & portione bonorum dicti filii pupilli ex secundo matrimonio nati, primo

primo decedentis superstitibus prædictis. Tertio, quis successerit & succedat dicto alteri filio, & in eius bonis infra pupillarem ætatem secundo morienti superstitibus prędictis.

SVMMARIVM

1 *Filij decedentes transmittunt ad eorum hæredes beneficio suitatis hæreditatem non aditam.*

2 *Filijs ex primo, & secundo matrimonio extantibus, si vnus ex filijs secundi matrimonij decedat, mater superstes, & fratres secundi matrimonij vtrinque coniuncti admittuntur ad eius hæreditatem, exclusis fratribus primi matrimonij ex vno latere tantum coniunctis, & excluso auo materno, & auia materna & paterna.*

3 *Mater transiens ad secunda vota priuatur proprietate bonorum filij defuncti, in quibus tantum succedit quo ad vsumfructum quousque vixerit.*

4 *Mater transiens ad secunda vota priuatur successione filij, si non petierit ei tutorem dari, & non fecerit illum dari, & ordinari, & reddiderit rationem administrationis suæ ipsi tutori, & reliqua restituerit, antequam contrahat matrimonium per uerba de præsenti.*

5 *Protestatio verbalis non sufficit, vbi opus est facto.*

6 *Soror vtrinque coniuncta vtrum excludat auum maternum, & auiam maternam & paternam a successione fratris, ipsa matre exclusa propter non petitum tutorem.*

7 *Auus paternus, & auia paterna, & materna, vtrum priuentur successione nepotis pupilli, quando mater transiuit ad secunda vota, non petitio tutore.*

8 *Pœnæ non petiti tutoris quando, & in quibus personis locus sit.*

CONSILIVM. LXVII.

In nomine domini, Amen.

cum viso, & considerato pręfato puncto, de pluribus fiat mentio, pro ipsorum declaratione plura videnda sunt. Et primo, quis successerit & succedat domi. Marioto decedenti superstitibus dictis quinque filiis, duobus ex primo, & tribus ex secundo matrimonio, nullo conditio testamento. Et circa hoc dicendum est, quòd omnes dicti filii, & filiæ successerunt d. Marioto, quolibet & qualibet succedent pro quinta parte, prout est expressum. C. de suis & leg. authē. in successione. & in cor. vnde sumitur, non habita differentia sexus, & hoc nisi statuto aliter disponatur. Imo 1 † & ipsi filii decedente transmittunt ad eorum hæredes beneficio suitatis hæreditatem nō aditam, prout & communiter tenetur, per id quòd habetur ff. de acqui. hære. l. venire. & ff. de re. dubi. l. qui duos. §. 1. & C. de suis & legi. l. apud hostes. Secundo videndum est, cum post ipsum Mariotum patrem decesserit vnus ex filiis secundi matrimonii infra pupillarem ætatem, superstite matre, & superstitibus fratre & sorore vtrinque coniunctis, & superstitibus dictis duobus fratribus primi matrimonii, & superstitibus auo materno & auia materna & paterna. Et isti ita 2 † decedenti succedit mater, ex quo assumpsit, vt præsupponitur, tutelam infra tempus debitum. C. ad Tertu. aut. defuncto & frater & soror vtrinque coniuncti. C. de legi. hære. authen. cessante & d. authen. defuncto. & authen. & cum filia. C. ad Tert. viriliter succedendo, exclusis dictis duobus fratribus ex primo matrimonio, & ex vno latere coniunctis, prout patet in d. iur. exclusis ipsis auo & auiis. ut d. authen. defuncto. cum prior in gradu succedat & sic mater, quæ cum 3 † postea transiuerit ad secunda vota, priuatur proprietate dictæ tertiæ partis, in qua successit, ea remanent apud fratrem & sororem vtrinque vixerit, prout habetur C. de secun. nup. l. fœminæ. vt in authen. de nup. §. si vero expectet. quorum si vnus decedat, dicta proprieras pertinebit ad eius hæredes, & successores, saluo si non interuenisset pactum de lucrando dotem, cum tunc redeat ad matrem ipsa proprieras, prout disponitur in authen. sed cum liberis. C. de secun. nup. vbi plenius de hoc habetur. Et cum postea dicta mater transiuerit ad secunda vota, post habitum tractatum de nubendo, & post matrimonium contractum per uerba de præsenti, prouiso de tutore, antequā trāsduceretur ad domum secundi uiri, non tamen reddita ratione, nec reliquis restitutis, decesserit alius eius in pupillari ætate. & dubitetur cuius eidem successerit, & succedat, cum decesserit ipse filius superstite ipsa matre, & sorore vtrinque coniuncta, & superstite auo materno, & auia paterna, & materna, & superstitibus dictis duobus fratribus ex vno latere coniunctis, ex parte patris. Et circa hoc dicendum est, quòd eidem successit & succedit d. soror vtrinque cōiuncta. vt d. authen. defuncto. & d. authen. cessante. exclusa ipsa matre, cū ipsa excludatur a successiōne, ipsa trāseunte ad secūda vota, ex pluribus. Et primo, quia 4 † non petiit tutorē dari antequā cōtraheret matrimoniū per uerba de præsenti, prout requiritur. C. ad Tertu. l. omnem. vbi Bal. hoc formaliter voluit in secunda col. in ver. quæro, quid si ista mulier contraxit matrimonium per uerba de præsenti. Quod & secundo deducitur ex alio, quia & si petiisset ipsum tutorē dari, non fecit illū dari, & ordinari antequam ad secunda vota transiret, & sic matrimonium contraheret, prout de iure requiritur, vt d. l. omnes. Ad idem & tertio facit, quia & si fecisset dari & ordinari tutorem ante ipsas secundas nup. tamen non reddidit rationem administrationis ipsi tutori, nec restituit reliqua antequam matrimonium contraheret, prout requiritur. vt d. l. omnem. propter quæ ipsa successione priuata fuit & est. d. l. omnem. vbi hoc expressum est. Nec ob. quod ipsa fuit protestata, quia 5 † non sufficit protestatio, & verba protestationis, ubi est opus facto, prout no. in c. relatū. de Cler. non resi. & per gl. in c. aquam: de conse. eccl. uel alta. & prout no. ff. de no. oper. nun. l. nō solū. §. morte. fuit enim in casu prædicto opus facto, cū requiratur, quod antequam transeat ad secunda uota, ipsa non solū petat, uel protesteiur, sed etiam ut faciat dari & ordinari ipsum tutorē. ut d. l. omnē. & nō solū dari & ordinari, sed etiam rationem reddi. Imo. & quod

plus

plus est,solui & restitui.vt d.l.omnem.in fi. Vnde non sufficit protestatio, prout patet ex prædictis & C.de usu.l.acceptã.sed cum ipsa fuerit & sit priuata ipsa successione dicti pupilli, & successerit & succedat soror utrinq; coniuncta, exclusis ipsa matre,& fratribus cõiunctis ex latere patris. vt d. aut.cessante & dicta aut.defuncto : si decesserit dictus pupillus superstitibus prædictis auia paterna,& auo,& auiæ maternis. Videndum est † quis succedat,an videlicet d.auus & auia simul cum ipsa sorore utrinque coniuncta,uel sint exclusi, ipsa sorore succedẽte. Et circa hoc videtur dicendũ, ꝙ succedat ipsa soror utrinq; coniuncta,exclusis ipso auo , & auijs, cũ ipsa succedat eũ parentibus in gradu proximis. ut d. aut.defuncto in qua quidã hoc tenuerunt , prout dicit Bart.ibi, sed ipse dicit alios tenere contrarium,vt videlicet, ipsi auus , & auia,succedant una cũ sorore vtrinq; cõiuncta, cũ proximus dicatur, quẽ nemo præcedit,prout dicit Bart.ibi, qui hanc opinionem tenet : quã ẽt tenet Bal.ibi,& ita cõiter tenetur,prout dicit Bart.in d. aut.defuncto,ita ꝙ per hæc dici & concludi poterit,quod dicta soror utrinq; cõiuncta succedat d. eius fratri una cum d.auo,uidelicet,succedẽdo ipsa pro tertia parte, & auia paterna pro alia tertia parte. Et d.Auus & auia materni ꝑ alia tertia parte,prout patet in d.aut.defuncto: ꝙ verum intelligo nisi ipsi auus & auiæ excludantur,propter non petitũ vel datũ tutorem,cum tunc nõ succederẽt , prout habetur.ff.qui pe.tu.l.1.& 2. & ibi per Bar. & C.de legi.hære.l.sciant cuncti.Circa ꝙ,pro huius declaratione,vtrum † ipsi auus & auiæ priuentur successione pp non petitum tutorem . dicendum est,ꝙ cum d.mater transiuerit ad secunda vota non petito tutore,prout supra dictum fuit, locus fuit tutori legitimo,& non datiuo, prout uoluit Bar.ff.de testa.tute.l.sub cõditione.ꝑ aui.hoc sacramentum.C.qñ mul.tut.off.fun.pos.& in aut. matri,& auiæ eo.ti.Vnde cum fuerit & sit locus legitimo,& ipse legitimus,videlicet, auus assumpserit tutelam infra annum postquam transiuit mater ad secunda vota,imo & forte post paucos dies,nõ est locus † pœnæ nõ petiti tutoris , ex quo fuit petitus & datus infra annum,prout no.C.ad Tertul. l.matres.& ibi per glo.& Bal. Ita ꝙ ex hac ratione non solum ipse auus non incurrit ipsam pœnam non petiti tutoris:sed etiam ipse auiæ non incurrunt dictam pœnam:ꝙ ex alio demonstratur & clarius,pœna enim nõ petiti tutoris locum habet solum in existente in primo gradu,& sic in matre, & nõ in aliis existentibus post matrem, prout voluit gl.C.qui pe.tutor. in l. nepotibus. Qđ & æquius est,videlicet,vt pœna nõ petiti tutoris locũ nõ habeat in sequentibus,& sic in ipsis auo & auiis , licet Bar.aliud ibi voluerit,& nõ bene , cum & ipse Bar.contrariũ voluerit.ff.qui pe.tu.in l.2.circa.fi. & Bal.in d.l.sciãt cuncti.& ipse Bal.in l.precibus. in 5.col.C. de impub. & alijs substit. & ita cõiter tenetur,ꝙ ipsa pœna non habeat locum in aliis sequentibus in gradu : & sic in auo & in auiis : est enim hæc materia pœnalis,vnde non est extendenda,sed potius restringenda,vt in regula: in pœnis in 6.Ita ꝙ per hæc dici & cõcludi põt,ꝙ auus maternus,causa paterna , & materna non fuerunt nec sunt exclusi a successione ipsius nepotis vltimo loco decedentis , imo successerunt & succedunt simul cum sorore vtrinque coniuncta , ipsa sorore succedente pro tertia parte , & auia paterna pro alia tertia parte,& ipsis auo , & auia maternis pro alia tertia parte , prout & supra plenius dictum fuit.Domi.Ben.

THEMA CONSILII LXVIII.

PVnctus. Quidam Angelus Antonij de Castro Collectani cõdidit testamentum,in quo inter alia ita reliquit. Item reliquit d. Antoniam eius matrẽ vsufructuariam,& vsumfructũ omniũ bonorum ipsius testatoris mobiliũ, & immobiliũ toto tẽpore vitæ suæ : & in his hęredem instituit,& fecit,ꝙ plus petere non posit.In omnibus aũt aliis suis bonis mobilibus,& immobilibus,iuribus,& actionibus, vbicunq; sint & reperiri possint, eius vniuersales hæredes infrascriptas ecclesias,& Hospitale instituit & fecit,videlicet, ecclesiam Sancti Nicolai, & ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalenę,& Hospitale Sancti Angeli,quẽ libet ꝑ tertia parte, & dictam hẽreditatem reliquit d.testator pro fabricatione , & aptatione & reparatione supradictarum ecclesiarum,& Hospitalis: & in casu quo dictus Episcopus ciuitatis Narn. peteret aliquam portionẽ de dicta hæreditate a supradictis suis hæredibus,voluit ipse testator,ꝙ dictæ hęreditati succedat ecclesia S. Mariæ de Auro de Pier.in.cum omnibus iuribus,& actionibus dictis suis hæredibus pertinentibus & spectantibus.Deinde decessit d.testator superstite d.Antonia eius matre, & superstitibus dictis duabus ecclesiis & Hospitale hæredibus institutis:quę ecclesiæ & Hospitale, eius hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij adiuerũt d.d.Antonia vsufructuaria relicta occupauit bona hęreditaria dicti Angeli,ex causa & occasione d. vsufru. & nonnulla legata soluit. & quidam Carolusfranciscus cui d.testator legauerat certam quantitatem ferri existentis in dicta domo dicti testatoris, propria authoritate & contra voluntatem dictæ dominæ Antoniæ accepit , & occupauit. Et ad præsens de pluribus reuocetur in dubiũ. & primo,quia cũ dicta d. Antonia vsufructuaria relicta venit cõsequi, non solum ipsum vsumfructũ,sed etiam legitimam a dictis hęredibus contradicentibus & dicentibus eam non debere dictam legitimam, si vult consequi dicum vsumfructũ, imo

imo vsusfructus computandus est ipsa legima, & quòd vltra legitimam ipsa debet cauere de vtendo & fruendo arbitrio boni viri. Vnde videndum est an d. Antonia consequatur, & consequi debeat ipsam legitimã.

SVMMARIVM.

1 *Legitima parentum hodie ita est aucta, sicut est aucta legitima filiorum & descendentium,*

2 *Mater nõ potest in legitima grauari, nec ei aliquod onus imponi, nec ipsa potest diminui.*

3 *Mater, cui a filio relictus est vsusfructus omnium bonorum, an possit vltra vsumfructum, petere & consequi legitimam sibi debitam in bonis filij defuncti, an vero vsusfructus in ea computetur.*

4 *Legitima regulatur a successione ab intestato.*

5 *Legitima debetur detracto are alieno, & funeris impẽsa.*

6 *Vsusfructus computetur in legitima, si facta eius æstimatione, æstimatio ascendat ad quantitatem debitam pro legitima alias agere poterit ad supplementum ipsius legitimæ.*

7 *Intellectus authen. nouissima. C. de inoffic. testa.*

8 *Vsufructuarius cauere debet de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & de restituẽdo ipsa bona finito vsusfructũ, & hæc cautio per testatorem remitti nõ potest.*

9 *Hæres, qui adiuit hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij, vtrũ possit de legatis in testamento factis extrahere Falcidiã: & quid de relictis ad pias causas.*

10 *Falcidia regulariter non detrahitur de relictis ad pias causas.*

11 *Loca pia instituta in aliqua hæreditate, si eam adiuerint & inuentarium non confecerint, possunt petere restitutionem in integrum aduersus omissionem confectionis inuentarij, sicut & minor.*

12 *Legatarius occupans rem legatam propria authoritate, an perdat dictam rem legatam.*

13 *Intellectus l. non est dubium. C. de legatis, communiter approbatus.*

CONSILIVM LXVII.

In nomine domini, Amen.

Circa quòd, & si videatur prima facie dicendum, quòd ipsa consequatur & consequi debeat ipsam legitimam, quæ hodie videtur esse tertia pars, detracto ære alieno, & funeris impensa, sicut olim erat quarta pars. ff. de inoff. testa. l. Papinianus §. quarta. 1 cum hodie † aucta sit legitima parentum, sicut est aucta legitima descendentium, prout not. C. de inoffi. testa. authen. nouissima. & ibi per Barto. & in auten. de trien. & semis. §. 1. & ibi per gl. & doc. vnde cum sit aucta, & sic, sit tertia pars ipsorum bonorum, videtùr dicendum, quòd ipsa do. Antonia habeat, & habere debeat ipsam legitimam, & sic tertiam partem, non in vsufructu tantum, sed in vsufructu & proprietate, cum † in ipsa legitima grauari 2 non possit, nec onus aliquod imponi, nec ipsa diminui. C. de inoffi. testa. l. quoniam in prioribus & l. omnimodo Imo & videtur, quòd in vsufructu solummodo relinqui non possit: sicut nec econuerso non potest legitima relinqui, ita quòd ille cui relinquitur vsufructu defraudetur. vt d. authen. nouissima in fin. & in cor. vnde sumitur propter quę videtur, quòd dicta domina Antonia petere possit ipsam legitimam, vltra relictum sibi factum. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est: quòd ipsa vltra relictũ sibi factum non potuit, nec potest petere legitimam ex pluribus. Et primo quia ipsa non succedit nisi in medietate vsusfructus, prout disponitur in statuto transmisso, in uersicu. si qua mulier. vnde si ipsa non succedit nec succedere potest, nisi in medietate vsusfructus, per tale relictum consecuta fuit non solum ipsam medietatem, sed totum: ita quòd consecuta fuit plus, quam legitima, cum † legitima reguletur a successione ab in- 3 testato. C. de inoffic. testamen. l. cum quæritur. & prout no. in d. authen. nouissima & ff. de inoffi. testamen. in l. nam & si parentibus. Vnde ex quo fuit consecuta, vsumfructum totius hæreditas sibi relictum, non potuit, nec potest amplius petere dictam legitimam, ad hoc quod habetur in regula plus in 6. Quod tamen procedit & procedere posset, quando ipsa Antonia ab intestato non fuisset successura: ut tunc habeat & habere debeat medietatem ipsius vsusfructus, prout disponitur in dicto statuto. quòd tamen non procedit sine dubio, cum hoc casu non tractetur de successione ab intestato, sed ex testamento: ex quo dictus Angelus testamentum condidit: super quo non puto necessario insistendum, ex quo non datur aliquis, qui successurus esset ab intestato, ipsa domina Antonia exclusa. Sed circa hoc dicendum est, prout plenius no. per Bald. in l. emancipati. C. de collatio. & in lege maximum vitium. C. de liber. præte. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. & ibi per Bald. & Ioan. de Imol. & per dominũ Angelum in consilio 101. Alias si ipsa fuisset successura ab intestato, & successisset, si dictus suus filius testamentum non fecisset, etiam stante dicto statuto. & tunc legitima eius esset tertia pars eius, in quo esset successura ab intestato. vt no. in d. authen. nouissima. & in d. l. cum quæritur. & ipsam legitimam consequetur, & consequi debebit sine onere, detracto tamen ære alieno, & funeris impensa. vt d. §. quarta. Sed licet ipsa consequatur & consequi debeat ipsam legitimam, & tertiam partem pro ipsa legitima, nihilominus computabitur & computari debebit relictum sibi factum de ipso vsufructu omnium bonorum, cum non solum fuerit sibi relictus ipse vsusfructus, sed etiam ipsa in eo fuerit instituta hæres: vnde computabitur in ipsa legitima, vt in authen. de trien. & semis. §. 1. & in authen. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum: per quæ iura Bartol. hoc uoluit in l. in quartam. circa fi. tertiæ colum. ff. ad l. Fal. Imo & non solum fuit Instituta hæres in dicto vsufructu, sed etiam ipsum vsumfructum acceptauit, & ex causa dicti usufructus possessionem dictorum bonorum apprehendit & occupauit, propter † quod in dicta tertia par- 6 te sibi debita ex causa dictæ legitimæ computabitur Ipse usufructus. ff. de leg. 2. l. neminem. & prout no. in c. officii. de testa. Vnde cum dictus usufructus relictis cõputetur in ipsa legitima, & ipsa acceptauerit nõ potuit petere amplius ipsam legitimã, cũ solutione eius q debetur omnis tollatur obligatio, instit.

qui.

qui,mo.tol.ob.in prin.& ff.de sol.l.1.& l. cum res. §.aream. Saluo nisi facta æstimatione de ipso usufructu,prout æstimari debet.ff.ad l.fal.l.t.§.si ususfructus & l.precia rerum.eius æstimatio non ascendat ad tertiam partem sibi debitam pro ipsa legitima,agere poterit ad supplementum ipsius legitimæ,prout habetur in d.l.omnimodo. Ita quòd tūc non poterit petere ipsam legitimam: sed solū agere ad supplementum legitimæ,quod non esset,si ita vsusfructus & eius æstimatio ascenderet, ad ipsam legitimam,cum tunc vltra vsumfructum sibi relictum,legitimam ipsam petere non posit, vt patet per prædicta:non obstantibus in contrariū adductis,cum non obstent.Non enim obst. & primo quod in contrarium adducitur dicendo, quod ipsa d. Antonia debeat habere tertiam partem pro legitima sine aliquo onere: Quia licet hoc verum sit, quando do. Angelus decessisset non superstite aliquo ipsam excludente ab intestato,etiam considerato tali statuto:tamen dici potest,quòd ipsa cōsequatur ipsam tertiam partem pro ipsa legitima, si talis vsusfructus ascendat ad tertiam partem bonorum ipsius testatoris, & ad tertiam partem æstimationis bonorum ipsius,detracto ære alieno, & funeris impensa,prout & mihi dicitur,ascendere, attenta qualitate ipsius do.si non ascendat,consequetur & consequi poterit supplementum ipsius legitimæ,vt supra dictum est.Nec ob. si dicatur ꝙ non debet defraudari proprietate ipsius legitimæ, sicut nec vsufructu.ut d.auth.nouissima.in §.quia licet ibi† prohibitum sit,vt non defraudetur usufructu ipsius legitimæ, vt ibi. tamen non prohibetur

7 ibi,ꝙ non posit relinqui vsusfructus omnium bonorum:imo potius ibi permittere videtur vt relinqui posit ipse vsusfructus,dummodo relinquatur tantum,quod sufficiat pro ipsa legitima, cum alias agi posit ad supplementum.ad hoc quod not. in l. vxori.ff.de vsuf.leg. Sed licet ipsa do. consequatur & consequi posit dictum vsumfructum, ex quo ita acceptauit.& dictus vsusfructus imputetur i ipsa legitima: Nihilominus † ipsa do. Antonia usufru

8 ctuaria cauere debet de utendo & fruēdo arbitrio boni viri:& de restituendo ipsa bona finito usufructu iuxta no.ff.usuf.quemad.caueatur.l.1. & C.de vsuf.l.1.hæc enim cautio præstanda est: adeo quòd per ipsum testatorem remitti non potest. vt d. l.t. & hæc circa primum dubium. Dubitatur & secundo, quia, prout præsupponitur, dictæ ecclesiæ & Hospitale hæredes instituti adierūt hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij, & inuentarium confecerunt. & ipse testator vltra dictum usumfructum eidem d. Ant.relictum,nonnulla legata fecit: An ipsi hæredes posint detrahere Falcidiam. Et circa hoc dicēdum est,ꝙ† si dicta hæreditas ita gra

9 uata est relictis,legatis, quòd apud ipsos hæredes non remanet quarta pars,detractis debitis,& funeris impensa,& legitima debita ipsi matri,poterunt ipsi hæredes detrahere quartam partem pro falcidia de ipsis relictis, seu quatenus deficit pro ipsa quarta parte,prout habetur.ff.& C.ad l.Falc. præcipue in authen.sed cum testator.eod. titu. Imo & etiam cum sint ecclesiæ & loca pia,ipsi hæredes instituti detrahere poterunt ipsam Falcidiam etiam

10 de relictis ad pias causas, esto † quòd regulariter de relictis ad pias causas non detrahatur ipsa falcidia,C.ad l.falcid.authen.similiter. cum priuilegiatus no vtatur priuilegio suo contra pariter priuilegiatum,prout consuluit Francisc. de Albergo: secundum quòd refert d.Nicol.in c. in præsentia. de prob.vbi hoc idem tenet:ad hoc quòd no. in auth. quas actiones.C.de sacros. eccl. Ita quòd dicta loca pia ita hæredes instituta poterunt detrahere ipsam Falcidiam.& hoc si adiuerint hæreditatem cū beneficio legis & inuentarii,& inuentarium legitime confecerint.ut d.auth.sed cum testator. alias si adiuissent hæreditatem inconsultæ, vel inuentariū legitimæ non confecissent: & tunc, licet teneantur præstare integra legata, ità quòd non gaudeat beneficio inuentarii,prout uoluit gl.in c.1.de sol. & in c.1.de test.& in c.Episcopus qui filios. 12. q.2.

11 tamen ipsa iuuantur † & iuuari possunt beneficio restitutionis in integrum,cum posit petere restitutionem in integrum aduersus omissionem confectionis inuentarii,sicut & minor,prout voluit Io an.And.& do.Anto.in d.c.t. de test.& Io.de Imo. ibi,per id quod habetur in auth.de hær.& Fal.in §. pupillus.ut plenius ibi per eum. Ita quòd dictæ ecclesiæ & Hospitale poterunt detrahere ipsam Falcidiam si adiuerint hæreditatem cum beneficio legis & inuentarii,& inuentarium fecerint, alias poterunt petere se restitui,prout & minor. prout supra plenius dictum est.& hæc circa secundum. Dubitatur & tertio de ipso legatario, qui occupauit relictum sibi factum contra uoluntatem dictæ do. Anto.vsufructuariæ,& absque requisitione dictorum hæredum institutorum, an perdat ius, quod habebat in ipsis rebus sibi relictis. Et in hoc dicen

12 dum† est,quòd aut ipse occupauit propria authoritate dictas res relictas, antequam esset adita hæreditas, vel appræhensa possessio per ipsos hæredes:vel per ipsam dom. Antoniam usufructuariam, & sic procuratricem dictorum hæredum,prout notā.in l.prima.ff.vsufru.quemad.ca. & tunc non perdit ipse legatarius ius,quod habet in ipsis rebus relictis,Esto quòd teneatur ipsis hæredibus restituere,si contra ipsum per ipsos hæredes agatur interdicto quorum bonorum, vel quorum legatorum, prout not.C. de lega. in l. non est dubium. Sed si occupasset dictas res relictas contra uoluntatem dictorum hæredum, & dom.Antoniæ, & post appræhensam possessionem per dictos hæredes seu per dictam dom. Antoniam, & tunc perderet ius quod habebat in ipsis rebus relictis, & occupatia

13 per ipsum,vt est casus † in dicta l. non est dubium: secundum intellectum gloss. quem sequitur Barto.& communiter doc.& prout ibi plenius no.&c. Domin.Bened.

THEMA CONSILII LXIX.

PVnctus. Quidam Andræas Mãgiauacche de ciuitate Tuscanelle condidit testamētum,in quo inter cętera ita dispoſuit & reliquit,videlicet.Itē reliqt d.Lisaninaorem

vxorem dicti testatoris in domum suam toto tempore vitæ suæ, dummodo caste & honeste vixerit. Item d. testator reliquit suos vniuersales hæredes Mangiauaccham, Gabrielam, Paulam, & Franciscam suos filios legitimos & naturales: quibus Gabrielæ Paulæ & Franciscæ d. testator reliquit vnicuiq. pro dote earum, & pro qualibet ipsarum, videlicet 125. ducatos aureos, & vestimenta, & alia bona paraphernalia secundum cõsuetudinem ciuitatis Tuscanellæ, & in his fecit eas contentas ne super bonis suis aliqua amplius petere possint ex quacunque causa, & occasione, aut alio quouis quæsito colore, titulo vel iure eisdem suis filiabus, aut earum cuilibet, quomodocunque, & qualitercunq. suffragante. quia dixit & asseruit dictus testator fuisse & esse suæ mentis, & voluntatis, quod dictæ eius filię, & earum quęlibet sint, aut sit, & esse debeant, aut debeat, contentæ, aut contenta prædictis 125. ducatis, & aliis rebus, vt supra nominatis pro qualibet, pro eo, & toto eo, quod eis, & cuilibet earum cõpeteret, aut competere posset, de iure, aut consuetudine, quomodolibet, in præsens, vel in futurum: & quod de cætero nulla causa vel occasione possint molestare, aut inquietare hæredem, legatarios, aut legata ad pias causas ipsius testatoris. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, præsentibus, & futuris, quibuscunque, & vbicunque sint, & reperiri possint, & quomodocunque, & qualitercunque ad ipsum spectantibus, & pertinentibus de iure, vel consuetudine suum vniuersalem hæredem instituit, atque fecit d. testator Mangiauaccham ipsius testatoris filium legitimum & naturalem: Et casu quo dictus Mangiauaccha hæres moriatur in pupillari ætate, voluit d. testator, & reliquit Gabrielæ Paulæ & Franciscæ filiabus ipsius testatoris, vnicuique ipsarum filiarum vltra 125. duca. supra nominatos. videlicet, alios ducatos 25. Item d. testator reliquit, quòd casu quo d. Paula Gabriela & Francisca morientur in pupillari ætate, moriatur vnaquæque ipsarũ supradicto Mangiauacchæ filio & hæredi d. testatoris. Et casu quo omnes videlicet, Mãgiauaccha, Gabriela, Paula, & Francisca, supra dictæ morerentur sine filiis legitimis & naturalibus, voluit testator, quòd in dicta hęreditate succedat Ioannes frater carnalis: & d. Anna mater d. testatoris. Itẽ reliquit d. Lisæ vxori suæ, supra dotem suam ducatos 80. aureos. Item d. testator voluit, si dictus casus de dictis suis filiis, ut supradictum est, eueneRit, reliquit supradicto Hospitali Sanctę Crucis in totum ducatos 100. aureos pro fabrica dicti Hospitalis. Tutores autem & executores dicti testamenti d. testator reliquit, fecit & instituit do. Annam matrem, & Ioannem fratrem dicti testatoris, & nobilem virum Henricum Montis de ciuitate Tuscanellę, qui tutores, & executores, nullus sine altero aliqua supradicta relicta per d. testatorem possint aliquo modo vendere, alienare, vel pignorare sine licentia uniuscuiusq. ipsorũ. Et si quis ipsorum in omnibus relictis aliqua sine licentia ipsorum pertractaret, omnia frustratoria habeantur. & hoc voluit esse suum vltimum testamentum suamque vltimam voluntatem, quod & quam valere voluit iure testamenti: & si iure testamenti non valeret, valere voluit iure codicicillorum, dona. causa mortis, vel alterius cuiuscunque vltimæ uolũtatis, quibus melius, & ualidius de iure ualere potest. Cassans & irritans, & annullans, omne aliud testamentum, omnemque aliam suam ultimam uoluntatem, manu cuiuscũque Notarii hactenus per eum factam, uel factum, & hoc uoluit cęteris aliis pręualere. Deinde decessit do. Andręas superstitibus dicta dom. Anna matre d. testatoris & d. Lisa eius uxore, & Mangiauaccha. Gabriela, Paula, & Francisca suis filiis pupillis, & Ioanne eius fratre. Deinde decessit d. Paula in pupillari ætate, superstitibus supradictis aliis. Deinde decessit Ioannes prędictus, superstitibus prędictis aliis. Deinde decessit d. Francisca in pupillari ętate, superstitibus aliis prędictis viuentibus. Deinde decessit d. Mangiauaccha in pupillari ętate, superstitibus predictis d. Anna, Lisa & Gabriela eius sorore. Et ad pręsens reuocetur in dubium, quis succedat in bonis & hereditate d. Andręę, & dictorum suorum filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ pupillæ si in certis rebus fuerint hæredes institutæ, & eidem in pupillari ætate morientibus fuerit substitutus filius masculus hæres vniuersaliter institutus: & eidem in pupillari ætate decedenti, dictæ filiæ in certa quantitate substitutæ. Et postea generaliter facta fuerit substitutio alijs morientibus quandocunque sine filijs, de fratre carnali & matre testatoris. Vtrum morientibus prædictis in pupillari ætate, & vltimo loco hærede vniuersali, superstitibus matre testatoris, & vna ex dictis filiabus, succedat ipsis morientibus ipsa filia, exclusa matre testatoris, an vero simul succedant.*

2 *Certæ res si filiabus relinquantur, ipsæ filiæ dici possunt in dictis certis rebus hæredes institutæ.*

3 *Testamentum patris ualet, in quo filiabus certa res relicta*

cta sunt, quantumcunq; non reperiantur aliter hæredes institutæ, cum dici possit, quod fuerint institutæ in dictis relictis, & non præteritæ.

4 *Ius Canonicum seruandum est in terris ecclesiæ.*

5 *Filiæ, quibus relictæ sunt certæ res, & prohibitæ plus petere, poterunt agere ad supplementum legitimæ, quando dictæ certæ res relictæ ad summam legitimæ non ascendunt.*

6 *Pater testans potest pupillariter substituere, non solum filio hæredi vniuersaliter instituto, sed etiam instituto in re certa, dummodo fuerit in eius potestate. cum & exhæredato filio in potestate existenti possit pupillariter substituere.*

7 *Legatarij morte ante testatorem morientis relictum efficitur caducum, quando non est datus substitutus, nec coniunctus, nec ad eius hæredem transmittit.*

8 *Dictio, omnis, est collectiua.*

9 *Substitutus ex præsumpta voluntate defuncti excluditur superstite existente aliquo ex eius liberis.*

10 *Substitutio facta per verbum succedat, quod est commune, intelligitur directa.*

11 *Testatoris verba sunt consideranda in substitutionibus, et multum perpendenda.*

12 *Substitutio pupillaris in certis rebus fieri non potest.*

13 *Substitutio pupillaris non valet, si ob eam pupillus in legitima grauetur.*

14 *Substitutio in dubio debet intelligi facta omnibus vniformiter, & pariter de omnibus.*

15 *Bonorum possessioni, de qua in l. si quis instruitur. ff. de hæredib. institu. quando locus sit.*

16 *Curator quando detur bonis defuncti, & hæreditati iacenti.*

CONSILIVM LXIX.

In nomine domini, Amen.

Pro huius dubii declaratione pleniori uidendum est, de quolibet ex ipsis. & primo de ipso Andræa quis successerit eidē, & in eius bonis. Et circa hoc dicendum est, quòd † & si testator ipse reliquerit 1 suos uniuersales hæredes Mãgiauaccham: Gabrielam, Paulam, & Franciscam, suos filios legitimos & naturales, relinquendo dictis Gabrielæ, Paulæ, & Franciscæ, unicuiq; earum pro earum dotibus centum 25. ducatos aureos, & uestimenta, & alia bona, secundum consuetudinem ciuitatis Tuscan. & in his fecerit eas contentas, prout in d. testamento continetur: nihilominus postea ipse testator in eodem testamento, in omnibus aliis suis bonis suum uniuersalem hæredem instituit, atque fecit d. Mangiauaccham. Ita quòd dicendum est, quòd eidem testatori, & in eius hæreditate, successerit & succedere debuerit d. Mãgiauaccha hæres uniuersaliter institutus, exclusis dictis filiabus, præterquam in relictis eisdem factis. Nam licet ipse testator reliquerit a principio dictos suos quatuor filios hæredes uniuersales: tamen postea ipse testator quodammodo diuisit dictam suam hæreditatem, assignando & relinquendo cuilibet ex ipsis filiabus certam quantitatem, & bona, & in omnibus aliis substituendo hæredem d. Mangiauaccham: Ita quòd d. Mangiauaccha potest dici hæres uniuersaliter institutus, attentis uerbis ipsius testamenti posterioribus, quæ consideranda sunt. ff. de leg. 1. l. si mihi & tibi. §. in legatis. & ff. de l. 3. l. si quis. in prin. & ibi no. & ff. de codi. & demõ. l. nã ad ea. Vnde cũ d. Mãgiauaccha fuerit uniuersaliter hæres institutus ipse successit in ipsa hæreditate ex ipso testõ. l. quã diu. ff. de acqui. hære. & C. cõia de succes. l. antequã ipsis filiabus succedentibus in relictis eisdem fa- 2 ctis, in quibus † dici possunt hæredes institutæ, attentis illis uerbis: reliquit ipsos uniuersales hæredes: a quibus non uidetur recedere, nisi quatenus postea detrahit: & sic ab ipsa institutione non uidetur recedere: sed potius eam confirmare, quatenus postea reliquit. ut d. l. nam ad ea. Ita quòd per hæc uerba uidetur ipse testator reliquisse ipsos hæredes in ipsis relictis: Quod colligitur etiã ex alijs uerbis, dũ subdit: pro dote earũ: & in his fecit eas contentas, ita ꝙ de bonis suis plus petere nõ possint: ad hoc quod no. C. de hær. act. l. si adulta. & ibi per Bald. & C. de inoffi. testa. in auth. unde si pa- 3 rens. & ibi per Bar. & Bal. Per q̃ uidetur, ꝙ tale † testamentum ualuerit & ualeat, quantumcunq; tales filiæ nõ reperiantur aliter hæredes institutæ, cũ & dici possit; ꝙ fuerint institutæ in dictis relictis, & nõ p̃teritæ: ad hoc ꝙ habetur in aut. ut cum de app. cog. in §. aliud quoq; capitulũ. Quod & maxime uĩ procedere, attenta æquitate iuris Cano. prout ple- 4 nius no. in c. Rainutius de testa. ꝙ ius † seruandũ est in terris ecclesiæ. prout no. in c. si duobus. de appel. & in c. 1. de no. oper. nunci. & in ca. 2. de arbi. Ita quod per hæc dici potest, quòd tale testamentum ualuerit & ualeat quantumcunq; non fuerint aliter dictæ filiæ hæredes institutæ, & ꝙ uigore dicti testamenti d. Mangiauaccha successerit in hæreditate d. Andrææ, & dictæ filiæ in dictis relictis, ꝓ ut not. ff. de hære. instit. l. quoties. §. si duo. & C. eo. 5 titul. leg. quoties. & si pro † earum legitima non sufficiat, agere poterunt, & possent ipse, & earum hæredes ad supplementum legitimæ, quantumque prohibitæ sint plus petere. C. de inof. test. l. omnimodo. & l. si quando. §. 1. & prout in dictis iuribus no. & hæc quoad successionem d. Andrææ. Et cũ post mortem dicti Andrææ decesserit d. Paula in pupillari ætate, superstite d. Mangiauaccha, & dictis aliis suis sororibus, & d. Testator in dicto testamento ita disposuit, videlicet. item reliqui, quòd casu quo dicta Paula, Gabricla, & Francisca morerentur in pupillari ætate, moriatur vnaquæque ipsarum d. Mangiauacchæ filio & hæredi, d. Testatoris: Certe hæreditas d. Paulæ ex tali substitutione ita facta, deuoluta fuit ad d. Mangiaccham, adeo quòd ipse successit & succedere potuit dictæ Paulæ decedenti in pupillari ætate ex ipsa pupillari substitutione ita facta per verbum moriatur, prout est expressum in c. si pater. de testa. in vi. Et successit ipse Mangiauaccha d. suæ sorori ex dicta pupillari substitutione, exclusa ipsa matre, prout est expressum in d. c. si pater. & prout no. ff. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. Potuit enim ipse testator pupillariter substituere, non solũ filio hærede vniuersaliter instituto: sed etiam instituto in re certa, dũmodo fuerit in eius potestate, cum & exhæredato filio in po-

N 2 testate

testate existenti potuerit pupillariter substituere. ff. de vul. & pup. l. 2. & vt ibi plene not. unde & fortius ipsi institutæ in re certa, prout plenius no. ibi. & in d. c. si pater. & in c. Rainutius. de testa. & ibi per Ioann. de Imol. in eius repetitione prope fin. Deinde decessit Ioannes frater dicti Testatoris, & eidem quis succedat non quæritur: sed an admittatur ad substitutionem, de hoc dicetur infra, dum tractabitur de substitutione de d. Anna, & ipso. Deinde decessit d. Francisca in pupillari ætate, & eidem successit d. Mangiauaccha ex ipsa pupillari substitutione eidem facta, sicut & successit d. Paulæ, prout & supra dictum fuit, cum substitutus fuerit cuilibet ipsarum, prout patet ex illis verbis: moriatur vnaqueque earum: ad hoc quòd not. ff. de hære. inst. l. hoc articulo. vbi plenius de ipso distributiuo not. Deinde decessit d. Mangiauaccha in pupillari ætate, superstitibus Gabriela eius sorore, & d. Lisa eius matre, & d. Anna eius auia & in dicto testamento substituta, defuncto per prius ipso Ioãne similiter substituto: & quis succedat d. Mangiauacchæ dubium est, cum testator ipse ita substituerit: & casu quo d. Mangiauaccha hæres moriatur in pupillari ætate, voluit d. Testator, & reliquit Gabrielæ, Paulæ, & Franciscæ filiabus ipsius testatoris, vnicuique ipsarum 125. ducatos. Et reliquit alios ducatos 25. subdendo postea: & casu quo omnes, videlicet, Mangiauaccha, Gabriela, Paula, & Francisca supradictæ moriantur sine filiis legitimis & naturalibus, voluit d. Testator, quòd in dicta hæreditate succedat Ioan. frater carnalis, & domina Anna mater dicti Testatoris. Circa quòd dubium, & pro eius declaratione videndum est: an locus sit substitutioni factæ in dicto testamento post mortem dicti Mangiauacchæ. Et in hoc est dicendum, quòd quo ad 25. ducatos relictos post eius mortem, & in casu quo decesserit in pupillari ætate relictis cuilibet dictarum Paulæ, Gabrielæ, & Franciscæ, est locus tali substitutioni, & relicto in persona ipsius Gabrielæ, ita quòd ipsa consequitur & consequi debuit vltra dictos 125. ducatos relictos in ipso testamento 25. ducatos, prout ipse testator reliquit. C. commun. de leg. l. 1. ad fi. sed non erit locus substitutionibus, & relictis factis de 25. ducatis relictis dictis Paulæ, & Franciscæ, ex quo decesserunt ante mortem d. Mangiauacchæ, cum ta-

7 le † relictum fuerit effectum caducum, seu quasi. C. de caduc. tollen. l. unica. §. sinautem aliquis. adeo quòd remanserũt dicti 25. ducati relicti dictis Paulæ, & Frãciscæ apud Mangiauaccham, & eius hæredes, cum in eis non fuerit datus substitutus nec cõiunctus, ex quo reliquit cuilibet ipsarũ dictos 25. prout patet in d. §. sinautem aliquis. & ff. de leg. 3. l. re coniuncti. & in his no. cadit dubitatio magna. Sed dubitatio cadit in hæreditate ipsius Mangiauacchæ, an locus sit ipsi substitutioni factæ de dicta dom. Anna superuiuente, cum d. Ioannes frater testatoris, ex quo decessit ante mortem ipsius Mãgiauacchæ, non uocetur ipse ad dictam substitutionem, nec eius hæres: cum talis substitutio quo ad eum fuerit effecta caduca, seu quasi, adeo, quòd ad eius hæredes non transmittit, prout no. in d. §. sinautem aliquis. Imo eius portio accrescit d. do. Annæ coniunctæ. ut d. §. sinautem aliquis. Vnde uidẽdum est an dicta d. Anna successerit & succedat vigore dictæ substitutionis d. Mangiauacchæ, & in eius hæreditate. Circa quòd dicendum est, quòd cum ipsa fuerit substituta in casu quo oẽs, videlicet, Mãgiauaccha, Gabriela, Paula, & Francisca morientur sine filiis legitimis, & naturalibus, & omnes adhuc non decesserint, cum supersit d. Gabriela: non est locus adhuc dictæ substitutioni, quantumcunque decesserint d. Paula, Francisca, & Mangiauaccha sine filiis legitimis & naturalibus: ex quo omnes non decesserunt, sed superest ipsa Gabriela, non solum secundum propriam significationẽ uocabuli, ex quo

8 † vsus est uerbo collectiuo, videlicet, omnes l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & l. pe. C. de impu. & aliis subst. Sed etiam secundum interpretationem, quæ colligitur ex mente ipsius defuncti, ex quo su-

9 perest aliquis ex liberis, qui † substitutum ex præsumpta uoluntate ipsius defuncti excludit: ut d. l. pe. & d. §. cum ita. vbi Bar. hoc formaliter noluit: & ita communiter tenetur ibi, & Bal. in d. l. pe. vbi similiter idem communiter tenetur: Ita quòd attentis prædictis d. do. Anna ex dicta substitutione nõ admittitur nec succedit, ex quo superest d. Gabriela, non tamen excluditur perpetuo a dicta hæreditate: sed quousque vixerit & uiuat d. Gabriela: nam si d. Gabriela, postea decedat sine filiis ante mortẽ ipsius d. Annæ, si in pupillari ætate admittetur ipsa d. Anna ad hæreditatem ipsius Mangiauacchæ, & eidem succedet ex ipsa pupillari substitutione, ex-

10 clusa ipsa d. Lisa matre, cum in dubio † talis substitutio ita facta per uerbum succedat, quòd est commune, prout no. ff. de fideic. lib. l. non tantum in prin. & ff. ad Treb. l. restituta. §. fi. cum l. seq. & in c. Rainutius. de test. intelligatur directa, & sic pupillaris, prout est expressum in d. c. si pater, & vt ibi plenius not. & in d. c. Rainutius. & ibi per Io. de Imo. & in l. centurio. ff. de vulg. & pup. quòd & similiter habebit locum in hæreditate ipsius Gabrielæ, cum & in ea videatur similiter substituta pupillariter, decedendo in pupillari ætate, per not. in d. c. si pater. quantumcunque substituerit simpliciter in d. eius hæreditate, cum videatur substituisse, non solũ in hæreditate d. testatoris, quæ peruenit ad ipsam Mangiauaccham immediate ab ipso testatore: sed etiam in hæreditate, quæ peruenit ad ipsam Mangiauacchã ex pupillari substitutione facta de eo dictis Paulæ & Frãciscæ prout no. ff. ad Treb. l. Marcellus. §. quidam. & ibi per Bar. & in l. ita tamen. §. qui suspectã. & ibi per Io. de Imo. sed etiam in hæreditate d. Gabrielæ ita substituendo in d. hæreditate, cum dici possit quòd ẽt in eius hæreditate censeatur substituta, vel saltem simpliciter, ad hoc quòd no. ff. de vul. & pup. l. 1. & per Bal. in l. ex tribus. C. de inof. test. vbi

11 dicit inter alia, quòd † verba testatoris sunt consideranda, si substituit in tota hæreditate, tota hæreditas venit, vt ibi plene per eum. & in l. cum vtrum. C. de fideic. in 2. col. Quod tamen non procedit sine dubitatione, videlicet, in persona ipsius Gabrielæ, ex quo fuit instituta solum in rebus certis: propter quòd videtur substitutio facta eidẽ in ipsis rebus:

12 vnde si † censeatur facta in ipsis rebus, non erit substitutio pupillaris, & directa; ex quo non fuit

facta

facta per uerbum directum, sed commune, prout uolnit Bar.in l.centurio.in 8.col.in uersicu.quæro si substitutio pupillaris fiat in re certa.& Bald.in l. precibus.C.de impub. & aliis substitu. & Ioan. de Imo.in d.c.Rainutius.prope finem. ad tres cartas. Imo & tunc,cum ut præsupponitur, dictæ res non 13 ascendāt ad eius legitimam,talis† substitutio,quo ad ipsam Gabrielam,non valebit, cum in legitima grauari non potuerit.ff.de vulga.& pupilla.l.cohæredi.§.cum filiæ.& C.de inof.test.l. quoniã in prioribus. Vnde quantuncunque euenerit casus ipsius substitutionis,ex quo omnes decesserũt sine filiis, fuit & est locus ipsi substitutioni, adeo quòd, & si dicta domi.Anna non successerit nec succedet in dictis relictis factis d.Gabrielæ,tamen succedet in hæreditate d.Mangiauacchæ, & consequenter in hæreditate dictarum Paulæ,& Franciscæ, & sic in hæreditate dom.Andreæ:Si vero d.Gabriela decedat post pupillarem ætatem, & sine filiis legitimis & naturalibus, & tunc locus erit similiter ipsi substitutioni ita factæ, ex quo euenit conditio ita in substitutione apposita: ex quo omnes decesserunt sine filiis.ff.de verb.sig.l.cedere diem. adeo quòd erit locus in persona ipsius Mangiauacchæ ipsi substitutioni directæ,ex quo decessit in pupillari ætate per iura prædicta:Quod tamen non procedit si- 14 ne dubio, cum substitutio † debeat intelligi facta uniformiter,& omnibus pariter.ff. de uul. & pup. l.iam hoc iure.& l.Lucius. & prout plenius not. in d.iuribus & in l.in testamento.C.de test.mi. Vnde ut omnibus conueniat, uidetur fuisse & esse fideicommissaria in persona omnium, per iura prædicta:quod tamen non affirmo,nec in hoc insisto,cũ non expediat,ex quo adhuc uenit casus ipsius substitutionis, & talis casus sit maiori consideratione dignus. Sed si decessisset dicta d. Gabriela cum filiis legitimis & naturalibus, & tunc non esset locus ipsi substitutioni,ex quo d. Gabriela decessit cum filiis,& sic omnes non decesserunt sine filiis. Vnde non euenit conditio.vt l.cedere diem.& prout no. in d.l.hæredes mei.§.cum ita.& d.l.pen. C. de impub.& aliis substitu.Quod & similiter locum haberet,si dicta d.Anna decessisset ante mortem ipsius Gabrielæ,cum tunc talis substitutio efficiatur caduca,uel quasi,adeo quod expirat ut d.l.unica.§.sin autem aliquis. Vnde remaneret ipsa hæreditas apud uenientes ab intestato: ex quo locus non est ipsi substitutioni testamentariæ.Ab intestato uero succederent d.Mangiauacchæ d.Gabriela, & do.Lisa eius mater.C.ad Tert.auth.defuncto.& C. de legiti.hære.authentico cessante. & dictæ dominæ Gabrielæ decedenti post mortem d. Dominæ Annæ, & non condito testamento succedet domina Lisa mater.C.ad Tert.l.1.& d.aut.defuncto.Circa quæ tamen cadit dubitatio, quis interim succedat in bonis & hæreditate d.Mangiauacchæ uiuente ipsa Gabriela. Et circa hoc dicẽdum est,quòd ex quo adhuc non euenit conditio substitutionis ex quo omnes non decesserũt sine filiis,superstite ipsa Gabriela.nec est locus successioni ab itestato,ex quo potest euenire conditio, & locus esse successioni ex testamento.ut l.quandiu.ff. de acquir.hær.tunc 15 † locus erit bonorum possessioni, de qua habetur.ff.de hær.inst.in l.si quis instituatur.quam bonorũ possessionem agnoscere potest hæres institutus sub conditione,& si eam agnouerit, & decreta fuerit per ipsum iudicem,ipsa tribuet eidem legitimã administrationem,sicut esset,si fuisset datus curator bonis & hæreditati:adeo quod facere poterit omnia, quæ facere potest curator datus ipsi hæreditati & bonis.ut d.l.si quis instituatur. vbi Bar. & communiter doc.hoc tenent per d. l. si quis instituatur.ut videlicet,ipse hæres institutus sub conditione,possit pendente conditione, agnoscere ipsam bonorũ possessionem quæ tribuit administrationem legitimam,sicut & curator datus bonis & hæreditati. Vnde dicta domina Anna directo substituta ipsi Mangiauacchæ sub dicta conditione,poterit pendente dicta conditione agnoscere ipsam possessionẽ bonorum,quæ agnita & cognita tribuet eidem legitimam administrationem bonorum ipsius Mangiauacchæ,sicut & fuisset decreta curatrix ipsius hæreditatis,prout plenius no.in d.l.si quis instituatur. Imo & si non esset locus ipsi bonorum possessioni hæreditate ipsa iacente, erit locus dationi curato- 16 ris,qui† dandus est hæreditati, & bonis defuncti, ipsa hæreditate iacente.ff.de curato.bo.dan.l.1.& per totũ,& prout no.in d.l.si quis instituatur. &c. Domi.Benec.

THEMA CONSILII LXX.

PVnctus. Quidam Catinus condidit testamentum, in quo inter cætera multa relicta, reliquit dominam Lucentinã eius vxorem in domo dominam,ad ministratricem,vsufructuariam omnium suorum bonorum, donec honestam, & castam vitam duxerit.Item reliquit eidem iure legati ducentos ducatos monetæ currentis:& in alia manu reliquit ducatos quinquaginta, vnam colariam argenti,& omnia vestimenta eidem do.facta per ipsum testatorem, prout ex ipso testamento plenius apparet.Et in omnibus aliis suis bonis instituit sibi hæredem dominam Baldinam filiam suam ex dicta d. Lucentina:Et si dicta sua filia in pupillari ętate decesserit substituit &c. Demum mortuo ipso testatore,superstite dicta Baldina eius filia & pupilla,dicta Lucentina non aliter assumpsit tutelam dictæ suæ filię,sed tanquam tutrix administrauit eius bona per aliquos menses. & deinde infra annum a tempore mortis ipsius Catini sui viri transiuit ad secunda vota, & secundum matrimonium contraxit, non petito, nec aliter dato tutore dictæ suæ filiæ, nec reddita ratione administratæ tutelæ:Et in dicto secundo matrimonio permansit, & permanet. Modo dom. Lucentina petit, & consequi uellet relicta sibi facta a dicto Catino in dicto suo

 testa-

testamento. Opponitur sibi, quòd ipsa non potest petere nec consequi debet dicta relicta, cum sit eis priuata, propter transitum ad secunda uota infra annum luctus dicti sui uiri. propter quòd effecta est infamis, & priuata dictis relictis vt per iura disponitur. Respō detur pro parte dictæ Lucentinę, quòd dictę pœnæ, licet inductæ sint olim a iure Ciuili: tamen per ius Canonicum in totum sublatæ sunt per dictum Apostoli. Respondetur sibi, quòd ius canonicum in hoc casu non habet locum maxime stante statuto in loco disponente, quòd in ciuilibus causis decidēdis ius Ciuile sit seruandum, plus quam ius Canon. Item ex alio venit etiam priuanda dictis relictis, ex eo quia transiuit ad secunda uota nō petito, nec dato aliquo tutore dictæ suę filię, nec reddita ratione administratione tutelę. Vnde his præsuppositis quæritur, utrum dicta Lucentina petere possit, & consequi debeat dicta relicta sibi facta in dicto testamē to, uel sit priuata dictis relictis, propter dictum transitum ad secunda uota.

SVMMARIVM.

1. *Mulier transiens ad secunda vota infra annum luctus, nō solum efficitur infamis, sed etiam perdit omnia sibi relicta a primo viro: Quæ tamen infamia hodie per ius Canonicum est sublata: & cæteræ pœnæ remanent, & num. 10.*
2. *Statutum in loco, vti ius commune, est seruandum, cum iuri communi deroget.*
3. *Matrimonio in contrahendo, licet sit ius Canonicum seruandum, tamen in successionibus, & quo ad successiones seruandum est ius ciuile.*
4. *Mulier transiens ad secunda vota non videtur vitam castam ducere, nec casta viuere, cum anima primi viri ex tali matrimonio contristetur.*
5. *Dictio Item, est repetitiua.*
6. *Mater non petens infra annum tutorem filio suo pupillo nec tutelam assumens, uel si bona administrauerit, & non reddita aliqua ratione, ad secunda vota transiuerit, successione filij priuatur. Non tamen priuatur relictis sibi per testatorem factis.*
7. *Voluntas vltima implenda est, & executioni mandāda.*
8. *Intellectus. l. pen. C. de leg. & l. neminem. ff. de leg. 3.*
9. *Qualitas, seu conditio in uno relicto addita, non uidetur in aliis repetita, quando alia relicta non sunt facta in eadem oratione, sed in diuersis.*
10. *Pœnæ iuris Ciuilis impositæ mulieri secundo nubenti infra annum luctus, vtrum per ius Canonicum sint sublatæ. & quid si nubet infra tres primos menses.*
11. *Pœnæ impositæ mulieri secundo nubenti fauore filiorū, utrum dicantur sublatæ per ius Canonicum.*
12. *Statutum disponens, quòd ius Ciuile debeat seruari, intelligi debet de iure Ciuili non sublato, nec correcto per ius Canonicum cum ipso sublato non duret amplius ipsum ius Ciuile: & de ipso, quòd non est, ipsum statutum intelligendum non est.*
13. *Iura abrogata, & sublata in decisionibus causarum non sunt alleganda, nec de ipsis intelligendum est.*
14. *Ius ciuile per ius canonicum correctum, etiam in foro sæculari non est seruandum, sed ius canonicum, etiam in terris Imperij.*
15. *Statutum debet intelligi, vt minus quam potest deuiet a iure communi.*
16. *Matrimonium & eius causa non pertinet ad forum sæcularem, pari modo nec eius pœna.*
17. *Principale cui non competit, nec competit accessorium etiam pœnale.*
18. *Imperator non habet potestatem interdicendi matrimonium ad tempus, uel apponendi pœnam, per quam tollatur indirecte libera facultas contrahendi matrimonium.*

CONSILIVM LXX.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, videatur dicendum, quòd ipsa Lucentina petere non potuerit, nec possit relicta eidem facta in testamento dicti Catini ex pluribus. Et primo, 1 cum† ipsa nupserit infra annum luctus, ipsa non solum efficitur infamis, sed etiam perdit omnia sibi relicta a primo uiro. C. de secun. nup. l. 1. & prout ibi est expressum: Quod videt procedere, quantumcunque in c. pe. & in c. fi. de secundis nupt. per ius Cano. sit sublata infamia, quæ imponitur propter ipsam festinautiam. Vnde de quo ad alias pœnas ius ciuile non uidetur sublatum. ff. sol. matrim. l. si vero. §. de uiro. & hoc videtur tenere gloss. quòd quo ad alias pœnas non sit sublatum in l. decreto. C. ex qui. cau. infa. irrog. & etiam gl. in d. c. fi. quòd & voluit Bal. in d. l. 1. C. de secun. nupt. loquens de nubente infra tres menses. Quod ex alio persuadetur, quia prout disponitur in ipso statuto loci, in causis ciuilibus decidendis ius ciuile est seruandum, plus quam ius cano. & cum de iure ciuili incurrat dictam pœnam priuationis. ut d. l. 1. Certe attenta dispositione dicti statuti uidetur ipsa Lu- 2 centina priuari ipsis relictis, tale † enim statutum in loco seruandum est, prout & ius commune, adeo quòd derogat iuri communi. ff. de iust. & iu. l. omnes populi. & in c. 1. de const. in 6. Vnde cum disponat de ipso iure ciuili seruando, ipsum ius ciuile eam priuans dictis relictis erit seruandum in ipso loco, & non ius canon. attenta dispositione dicti 3 statuti. Pro quo etiam facit, quia licet quo ad† matrimonium contrahendum, & in matrimoniis sit seruandum ius canon. tamen in successionibus, & quod ad successiones, seruandum est ius ciuile, prout uoluit gloss. nota. institu. de gradibus. in §. sexto gradu. Ita quòd per prædicta videtur, quod d. Lucentina fuerit & sit priuata dictis relictis. Quod & secundo uidetur deduci ex alio, quia d. Catinus non simpliciter reliquit dictæ dom. Lucentinæ dicta relicta, sed reliquit ipsam d. Lucentinam dominam, vsufructuariam, & administratricem, donec honestam & castam duxerit uitam. Vnde cum secū- 4 do nubendo non duxerit uitam castam, † prout ducere debuit, perdidit, & perdere debet tale relictū eidem taliter factum. ff. de condit. & dem. l. quibus diebus.

diebus. §. Termilius. non enim caste viuere uidetur, ex quo cōtraxit matrimoniū cum secundo, & cū eo cohabitauerit: cum anima primi uiri ex tali matrimonio cōtristetur. ut in auth. de secundo nu ben. §. ergo. ver. perspeximus. & hoc voluit Bal. in d. l. Deo nobis. C. de Epi. & Cleri. loquendo de relicto taliter facto ipsi vxori per primum uirum: ꝙ & uoluit similiter Ange. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Tre. prout refert ibi Io. de Imol. hoc idem tenens. Vnde attenta prædicta ratione, non consequitur nec consequi debebit tale primum relictū eidem factum. Quod & uidetur similiter locum habere in secundo relicto, & in aliis relictis eidem factis, cum uideantur relicta sub eadem cōditione, uidelicet, donec castam & honestam vitā

5 &c. ut patet † ex dictione, Item quæ est repetitiua. ff. de lega. 3. l. in repetendis: Ita ꝙ attentis prædictis, uidetur, quòd ipsa Lucentina dicta relicta petere nō potuerit nec possit. Ad idē etiam facit, quia & si non fuisset repetita dicta qualitas, nihilominus non uidetur, ꝙ ipsa relicta petere potuerit

6 & possit ex eo, quia ipsa † nō petiit tutorē, nec tutelam assumpsit, prout assumere debuit, cū ex his, priuetur successione. ff. qui pe. tu. l. 1. & ff. ad Tertu. l. 2. §. confestim. C. de legiti. hære. l. sciant cūcti. C. de leg. l. pe. & ff. de leg. 3. l. neminē. Quod ex alio deducitur quia cū ipsa admistrauerit bona ipsius pupillæ, & pro tutrice se gesserit, & non reddita aliqua ratione ad secunda uota transiuerit, priuatur & priuanda uenit successione. C. ad Ter. l. omnem. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum, vt & si forte ipsa dō. Lucentina petere non potuerit, nec possit dictum relictum sibi factum, in quantum dictus Testator reliqui ipsam in domo dominam, vsufructuariam, & administratricem. tamen, quia ipsa in ipsa domo non vult stare: & etiā quia dici potest, quòd ipsa non uixerit, nec uiuat caste, prout ipse vir testando iniunxit, ex quo secundum matrimonium contraxerit, prout & supra dictum fuit, tamen talia relicta eidem facta petere potuit & potest dicta Lucentina, uidelicet, in vna manu ducatos cc. monetæ currentis: & in alia manu, quinquaginta prout testator reliquit: & etiam vnam cōlariam argenti: ac etiam omnia vestimenta eidem dominæ facta per testatorem, & eidem relicta, prout habetur. C. communia de leg. l. 1. circa fi. cum si

7 milibus. ipsa † enim vltima voluntas implenda est, & executioni mādāda. vt d. l. 1. & 13. q. 2. vltima volū tas. Ita quòd petere potuit, & potest dicta relicta eidem facta, quantumcunque ipsa contraxerit secundum matrimonium, cum ex hoc non priuetur relictis sibi factis, prout habetur in c. pe. & fi. de secun. nup. & ibi not. Nec ex eo, quia ipsa non petiit tutorem dari, vel non assumpsit tutorem, & transiuit ad secunda vota non petito tutore, nec reddita ratione. Quia, licet per prædicta priuetur successione filiorū, si non petat, uel assumat infra annum ipsam tutelam. ut d. l. 1. & d. §. confestim & d. l. sciant cuncti: uel non reddat administrationem ante transitum ad secunda uota. ut d. l. omnem. Tamen non priuatur relictis sibi factis per ipsum testatorem, prout habetur. ff. qui pe. tu. l. credendum in ucr. hic autem. & ibi per Bartol. vbi hoc vult: quòd voluit etiam Bal. post Ci. in l. sciant cuncti. C. de leg. hære. Ita quòd, & si priuetur successione filiæ decedentis post annus, si infra annum non petiisset tutorem uel assumpsisset tutelam, & non dato tutore, vel non reddita ratione, transiuisset ad secunda uota priuaretur successione filiæ per d. iura: tamē nō priuatur relictis sibi factis per ipsum testatorem, per iura prædicta: Imo & nec ipsa hæreditate ex quo dicta tutela fuit assumpta infra annum, si testator non prouidisset de successore, prout & substituendo prouidit, iuxta nō. in d. l. 1. qui pe. tu. & C. ad Tert. l. omnē: supra quo non insisto: cū non expediat. Nec ex eo, quia non assumpsit tutelam, prout habetur in d. l. pe. & in d. l. neminem. quia, si bene ponderetur dictū testamentū, ipse testator in ipso testamento, nec in aliquo legato eidem facto, tale onus assumēdi tutelā iniunxit: pro-

8 pter † ꝙ nō habet locū d. l. pe. & d. l. neminē. unde hæc nō obstant. Nec ob. si dicatur, ꝙ & in aliis relictis videtur repetita dicta qualitas, donec castā & honestam &c. ex dictione, Item. quæ est repetitiua ut supradictum fuit. quia cū talia relicta sint apposita in aliis orationibus, & nō in prima oratione facta de relicto facto eidem, inquantum ipsam reli-

9 quit dominā, Massariam & c. talis † qualitas non videtur repetita in aliis relictis, quantumcunque sit apposita dictio, Item, prout uoluit Bar. in l. in repetendis per. l. qui fundū. ff. de contrahen. emp. & ita similiter ipse tenuit in quodam suo consilio quòd incipit, Testator reliquit. quod & voluit similiter Bal. in l. fi. circa fi. C. de indic. vidui. tollen. Vnde in casu prædicto cum talia relicta non sint facta in eadem oratione, sed in diuersis, dicta qualitas seu cōditio non uidetur repetita, per prædicta: ad hoc etiam quod no. ff. de fun. instru. l. Scio. §. Gaio. & ibi per Bar. unde non ob. Nec ob. quòd primo loco in contrarium adducitur dicendo, ꝙ ex quo dicta domina Lucentina infra annum luctus transiuit ad secunda uota, ipsa nō solum efficitur infamis, sed etiam priuatur omnibus relictis. l. 1. C. de secun-

10 dis nup. Nam ad hoc respondetur, quòd licet † de iure Ciuili, propter talem transitum efficeretur infamis, & priuaretur ipsis relictis. vt d. l. 1. Tamen hodie. & secundum hæc tempora, nō efficitur infamis, imo & nec incurrit alias pœnas, quæ imponuntur, propter transitum ad secūdas nup. infra annum luctus, prout est expressum in d. c. penul. & fi. Ita quod per prædicta iura sublatū est ipsum ius Ciuile, non solum quoad ipsum infamiam, de qua dicta iura expresse loquuntur, sed etiam, quoad alias pœnas: per dictum Apostoli, disponentis, quòd mortuo viro vidua, cui vult, nubat in domino, put habetur de significatione horum uerborum 31. q. 1. c. quomodo. & c. ꝙ si dormierit. Et hoc, quod tale ius Ciuile sit correctū quoad dictas pœnas, voluit gl. in l. liberorum. ff. de his qui no. infa. & in l. 1. C. de secun. nup. & hoc tenuit Inno. & post eum Ho. & Io. An. in d. c. fi. vt dictæ pœnæ, quæ imponebantur propter ipsam festinantiam matrimonii

11 sint sublatæ: Esto, quod aliud † sit in pœnis appositis fauore filiorū ipsi mulieri transeunti ad secūdas nup. post annū. vt plenius ibi p eos. Et hāc opi. sequit Bar. in d. l. liberorum. & in d. l. 1. quā opi. fuit

ſecutns Rical.Mal.prout refert Bal.in d.l.1.ubi finaliter videtur tenere,quòd ſi nubat.infra menſem & tunc hodie priuatur dictis pœnis:ſed ſi poſt tres menſes de æquitate Canonica non puniatur,remittendo finaliter ad no.per eum d.l.decreto.& ibi ipſe Bal.videtur tenere cum dicto ipſius Inn. & cum eo tranſire.cum quo etiam tenet in d.l.liberorum. Vnde attento dicto ipſius Bal.ipſa Lucentina non priuatur ipſius relictis,prout & tenuit Innocen.& maxime,quia nõ nupſit infra tres menſes:imo poſt nouem menſes,poſt quod tempus non poterat cadere turbatio ſanguinis & ſeminis:& hanc opinio. quòd non priuetur propter d. tranſitum infra annum,tenuit dom.Anton.in d.cap.fina.dicens finaliter,tales leges pœnas imponentes propter feſtinantiam tranſitus ad ſecundas nuptias infra annũ, correctas eſſe per Canones:quod & tenuit Petr.de Ancha.in repet.cap.Canonum. de conſtitu. prout & refert dom.Nicol.in d.ca.fina.hoc idem tenens: dicens, dictas leges correctas eſſe,non ſolum quo ad dictam infamiam, de qua loquuntur d.c.corrigentia:ſed etiam quo ad alias pœnas, attenta ratione in litera poſita,quæ vniuerſalis eſt, quo ad omnes pœnas,ad hoc quòd not.C. de ſacroſanct.eccl. in auth.quas actiones.& in cle. t. de elec. Pro quo etiam facit,cum tex.dicat, quòd ipſa mulier poteſt libere infra tempus luctus contrahere matrimonium,poterit in qualibet parte ipſius anni licite cõtrahere matrimonium.Vnde ſi poteſt licite contrahere matrimonium infra ipſum annum,non poteſt incurrere aliquam pœnam: cum non debet deludi authoritate legis:ad hoc l.Gracchus. C.de adul.ut plenius ibi per eum. Per quæ videtur concludere quòd non ſolum poſt tres menſes: ſed etiam infra tres menſes poteſt contrahere ſecundas nuptias, nec incurrit infamiam,nec alias pœnas a iure Ciuili impoſitas,ex quo leges ſunt correctæ per dictum Apoſtoli ſequens:Ita quòd per h.● dici & concludi poteſt,quòd d. Domina non fuerit,nec ſit priuata dictis relictis, quantumcunque tranſiuerit ad ſecundas nuptias infra annum; ex quo dictæ leges, quo ad ipſas pœnas,ſunt ſublatæ. Non obſtãtibus in contrarium adductis,cum non obſtent:cum prout patet ex prædictis,non ſolum quo ad infamiam: ſed etiam quo ad alias pœnas,ſint ſublatæ. Nec obſtant glo.in contrarium allegatæ,cum tales gl.non procedant,cum aliæ gloſſ.ſint in contrarium, uide licet in d.l.prima.& in d.l.liberorum. & communiter per omnes doctores tenetur contrarium,prout ſupra plenius dictum fuit. Vnde dictis gloſſ. contrariis ſtandum non eſt,& ſic non obſtant, dictæ leges.& gloſſ.contrariæ, cum d.leges ſint ſublatæ & correctæ,quo ad ipſas pœnas, & ipſe gloſſ.communiter reprobare,ita quòd d.dom.Lucentina non incurrit,nec incurrere potuit pœnas a d.legibus impoſitas.unde non ob.Nec ob.ſtatutum prædictum diſponens,quòd ius Ciuile ſit ſeruandum, cum ta12le† ſtatutum intelligatur & intelligi debeat de iure Ciuili non ſublato nec correcto per ius Cano.cum ipſo ſublato non duret amplius ipſum ius Ciuile. vnde de ipſo,quòd non eſt, ipſum ſtatutum intelligendum non eſt.ff.de iniuſto teſtamen. l. nam & ſi ſub conditione.§.rumpendæ. ad hoc etiam quod not.in regula: non præſtat in 6. Pro quo etiam fa13cit,quia talia iura† abrogata & ſublata non ſunt alleganda,nec de ipſis intelligendum eſt, ad hoc quod not.C.de vete.iure enucle.l.vnica.§. hæc omnia.& in proœmio.C.& Decretalium.& quòd nota.in c. nouit.de iud.ſecundum dom.Nic.qui notat,quòd in deciſionibus cauſarum iura abrogata non ſunt alleganda, adducens,ad hoc glo.no.7.diſt.in c.fuerunt.Vnde cum non ſint alleganda, de eis intelligi non poteſt tale ſtatutum de iure Ciuili mentionẽ faciens:ex quo ipſum ius ciuile eſt abrogatum, ut patet per prædicta, ita quòd tale ſtatutum de tali iure Ciuili abrogato,& ſublato non intelligendum eſt,quod & alia ratione perſuadetur, quia & ſi tale ſtatutum taliter non diſponeret, nihilominus tale ius Ciuile dictas pœnas imponens,non fuiſſet,nec 14eſſet ſeruandum,etiam in foro Ciuili, ex quo † ius Cano.tale ius Ciuile in cauſa matrimoniali, & ſic ſpirituali corrigit,cum ius Cano.& non ius Ciuile in foro etiam ſæculari ſit ſeruandum,non ſolum in terris eccleſiæ.vt in c. ſi duobus. de appellatio. ſed etiam in terris Imperij,prout uoluit gloſſ. in c.ſecundo.de arbitr.in 6. & in regula: poſſeſſor. eo.li. Vnde ſi tale ius Ciuile non eſſet in foro ſæculari ſeruandum,ſtatutum diſponens de ipſo iure Ciuili nõ intelligeretur de tali iure:ſed de illo iure,quòd 15in foro ſæculari eſt ſeruandum:debet enim† ſtatutum intelligi,vt minus,quam poteſt,deuiet a iure communi:prout not.C.de noxa.in l. ſi ſerui ueſtri.& de conſue.in c.cum dilectus.Ad idem etiam 16facit, quia cum† ad forum ſæcularem nõ pertineat matrimonium,& eius cauſa, ut in c.tuam.de ordi. cognit.non pertinebit eius pœna.Vnde ius Ciuile non poterit apponere pænam in ſuo matrimonio, 17nam† cui non competit principale, nec acceſſoriũ etiam pœnale.ff.ad l.Fal.l.Seius & Augerius. & in regula:acceſſorium in 6.facit etiam quod notat.in cap.ſtatutum.de hær.in 6.per Ioann. Andr. in nouella.& hoc voluit Bald.in d.l.decreto.pro qua facit quòd not.Ioann.Andr.in c.ſtatutum. de hære. 18in 6.quòd Imperator † ex defectu poteſtatis non habet poteſtatem interdicendi matrimonium ad tempus,vel apponendi pœnam, per quam tollatur indirecte libera facultas contrahendi matrimoniũ, prout & refert dom.Nicol. in d. cap. fina. ubi hoc idem videtur tenere.Vnde cum Imperator non potuerit nec poſsit ita ſtatuere, multominus poterit ipſa Ciuitas ſtatuere, quod in ſeruetur ius Ciuile, etiam ſi expreſſe hoc diſponeret. Vnde non intelligetur tale ſtatutum de tali iure Ciuili,in quo ſtatuere non poteſt, ad hoc quòd notat. in d.regula: non præſtat. Vnde tale ſtatutum non obſt. ſtantibus prædictis.Nec obſt.quòd habetur per gloſſ.in d.§.ſexto gradu, cum in caſu prædicto ſit ſeruandum ius Canon.& non Ciuile, cum non tractetur de ipſa ſucceſsione,ſed potius de pœnis, quæ imponuntur propter feſtinantiam matrimonii: Vnde de ipſis iudicandum eſt,prout & de ipſo matrimonio, ex quo acceſſoriæ ad matrimonium ueniunt, & propter feſtinantiam matrimonii, ut patet ex prædictis,&c.

THEMA

THEMA CONSILII LXXI.

Punctus. Decessit quidam Pucciarellus condito testamento, in quo inter alia reliquit Hælisabeth filiæ suæ legitimæ & naturali, & vxori Bonifacij, sex Florenos pro vna tunica viduali fienda tempore mortis ipsius testatoris,& in his,& doti bus ipsius instituit sibi hæredem: & voluit, & iussit quòd plus de bonis suis petere vel habere non posit:In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus,& immobilibus,iuribus,& actionibus,præsentibus,& futuris, vbicunq; sunt & inueniri possunt,& poterunt in futurum egregios ac doctissimos viros magistros Iacobum,Antonium, & Sebastianum suos filios legitimos,& naturales hæredes instituit atque fecit,pro æquali portione.quòd testamentum voluit & iussit valere iure testamenti: & si iure testamenti non valeret, vel valebit:saltem valere voluit, & iussit, iure codicillorum, & iure cuiuscunq. alterius vltimæ voluntatis, quo melius de iure valere, & tenere potest. Decessitque dictus testator, superstitibus sibi dictis quatuor filijs. Et dicti tres filij masculi hæredes instituti eius hæreditatem adiuerunt,seu se immiscuerunt. Deinde decessit dictus magister Antonius nullo condito testamento,& sine filijs, superstitibus dictis Hælisabeth.Iacobo, & Sebastiano: deinde decessit d. Sebastianus similiter non condito testamento, & sine filijs,superstitibus dicta d.Hælisabeth, & magistro Iacobo:qui magister Iacobus postea decessit cōdito vt dicitur,testamento,sed inualido, & sine filijs: superstite d. Hælisabeth eius sorore vtrinque coniuncta, & proximiori consanguinea, Et ad præsens sit factum compromissum inter dictam do. Hælisabeth ex vna parte,& quendam Nicolaum fratrem consobrinum d.magistri Iacobi,& eius assertum hæredem,in quosdam arbitros & arbitratores,super rebus & bonis dicti Pucciarelli, & dictorum suorum filiorum:& reuocetur in dubiū, an dicta d. Hælisabeth successerit & succedat in bonis dictorum suorum fratrum, maxime attenta dispositione statuti disponentis, quòd si qua mulier fuerit vel erit dotata a patre,vel matre, vel fratre, vel auo materno,aut zio:ipsa mulier dotata, aut descendētes ex ea, reuerti nō posit nec debeat ad hæreditatem, vel successionem prædictorum, vel alicuius eorum omnium supradictorum dotantiū,vel non dotantium, vel descendentium ab eisdem, vel aliquo eorum omnium supradictorum non dotantium per lineam masculinam, quousque superuixerit aliquis masculus de prædictis,quoquo modo, iure, vel causa,

SVMMARIVM.

1. *Filia fœmina, decedente aliquo ex suis fratribus sine filijs masculis,numquid possit eidem de iure succedere,nō obstante statuto disponente,quòd mulier a patre,matre, fratre,auo materno,aut zio dotata, aut descendētes ex ea, reuerti non possit, nec debeat ad hæreditatem, vel successionem prædictorum, vel alicuius eorum omnium supradictorum dotantium,vel non dotantium,nec descēdentium ab eisdem,vel aliquo eorum omnium supradictorum non dotantium per lineam masculinam, quousque superuixerit aliquis masculus de prædictis quo quo modo,iure vel causa.*

CONSILIVM LXXI.

In nomine domini, Amen.

Pro declaratione præfati dubii dicendum est, φ cū dictus Pucciarellus decesserit, decesserintque postea dicti eius filii, non superstite aliquo filio masculo,vel descendente a prædictis vel aliquo prædictorum, dicta do. Hælisabeth successit,& succedit, 1 primo † in bonis & hæreditate dicti magistri Antonij,videlicet,pro tertia parte: ex quo ipse decessit nullo condito testamento, superstitibus dictis Sebastiano,magistro Iacobo,& do. Hælisabeth sorore,vtrinque coniunctis, cum pariter eidem succedant, ex quo sunt utrinque coniuncti, & in eodem gradu.ff.de suis & legiti.l.1.ad fin.& C.de legi.hære.l.consanguinitatis. & auth. cessante.& in corpore unde sumitur, cum non habeatur differentia an sint masculi uel fœminæ, prout in dictis iuribus no.quod & locum habet, quantumcunq; dicta do. Helisabeth per tale statutum fuerit exclusa, cū non fuerit exclusa perpetuo,sed temporaliter, videlicet,quousque superuixerint masculi. Vnde eis deficientibus admittitur.& hoc tenuit Bar.ff.ad sena.consul.Tertu.in l.si filius,alias est.l.fi.dicens, φ hoc est ipsa ueritas, adducens ad hoc quod not. ff. de ventre in pos.mitten.l.1.§.fi.& ff. de condi. fur. l.siue.§.tandiu.vt plenius ibi per eum.& per Bal.in l.si quis posthumos.§.si filium.vbi hoc idem tenet: quòd tenet etiam ipse Bal.in l.2.C.de lib.præte. dicens,collegium Florentinū ita consuluisse, & Franci.Tigri.vt ibi plenius per eum.& ita communiter tenetur. Vnde cum dicta do. Helisabeth fuerit exclusa ab hæreditate ipsius magistri Iacobi ad tempus, videlicet quousq; superuixerit aliquis masculus,ipsis masculis deficientibus admittitur ad successionem,& succedit in bonis dicti magistri Antonij pro tertia parte. Et similiter succedet in bonis, & hæreditate ipsius Sebastiani, non pro tertia parte, sed pro dimidia:ex quo dictus Sebastianus decessit superstite ipsa do.Helisabeth, & dicto magistro Iacobo vtrinque coniunctis:ipsa enim,si statutum

tutum non extaret, successisset pro dimidia tempore mortis d.l.1.& d.l.consanguinitatis & d.aut.cessante eum similibus, vnde succedit ad præsens pro dimidia, ex quo non super est aliquis masculus, cũ fuerit temporaliter exclusa, attenta dispositione dicti statuti, prout patet ex no. in iuribus prædictis. Et cum postea decesserit dictus magister Iacobus, superstite dicta d. Hælisabeth sorore vtrinque coniuncta, & proximiori consanguinea, & dicto Nicolao fratre consobrino dicti magistri Iacobi, certe, si dictus magister Iac. non fecisset testamentũ, uel fecisset & esset inualidum, tunc locus esset successioni ab intestato, & succederet ipsa domina Hælisabeth, cum fuerit & sit proximior consanguinea, si statuto aliter non disponatur. vt d.l.1. in fin.ff.de suis & legiti.& d.auth.cessante.& in corpore vnde sumitur. Si vero decessisset condito testamento valido, & locus esset successioni ex testamento. ff. de acqui.hære.l.quandiu.& C.communia de success.l. antequam &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII LXXII.

PVnctus. Quidam Michael Angelus ser Nutij in infirmitate existens, de qua mori verisimiliter dubitabat, condidit suum vltimum & solenne Eulogium seu testamentum, in quo inter cætera, quæ eo disposuit, reliquit iure institutionis cuilibet suarum filiarum, & posthumis ipsius testatoris, & dominæ Piæ suæ vxoris, ex eorum matrimonio procreatis, pro dote cuiuslibet earum, Florenos trecentos de sigillo ad Montem Florentinum. Iubens & mãdans ipsas, & quamlibet earum stare debere tacitam, & contentam, dictæ institutioni, & plus petere non posse de bonis suis, nec ratione legitimæ, nec alia quacunque ratione, iure, modo, vel causa. In qua quantitate quãlibet earum dotauit, & vt eius filias tractauit, & mandauit. Pro quibus etiam filiabus tẽpore suæ vitę dictus Michael Angelus posuit in Monte Florentino certam pecuniæ quantitatem pro earum dotibus, cum erunt nubilis ætatis. Quarum filiarum ipse testator reliquit d. dominam Piam suam vxorem tutricem, & curatricem, si acceptare voluerit. Itẽ reliquit eandem dominam Piam suam vxorem maiorem dominam, Massariã, & usufructuariam omnium suorum bonorum, uidelicet, si & donec castę & honestę uixerit, & uidualem uitam seruauerit, & ad secunda uota non transiuerit, & in domo dicti testatoris familiariter steterit, & habitauerit: Alias si stare noluerit, dictus testator mandauit ei restitui dotes suas in eisdem bonis, & pro eadem extimatione, quibus ipse accepit à Petro Paulo patre dictæ dominæ Piæ suę uxoris, uidelicet, illa bona, quæ sunt sita in uocabulo de Vigneto &c. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus &c. instit. suos hæredes Nicolaũ suum filium legitimum & naturalem ex primo matrimonio: & Balthassarem suum filiũ alium ex secundo matrimonio, uidelicet. ex dicta domina Pia, & posthumos, quemlibet pro rata. In casu autem quo aliquis eorũ quãdocunque decesserit sine filijs, uno uel pluribus, tunc tali decedenti sine filijs substituit pupillariter, uulgariter, & per fideicommissum &c. Decessitque dictus testator condito dicto testamento, & superstitibus omnibus prędictis. Deinde post paucos dies decessit dictus Balthassar in pupillari ętate. Modo accidit de aliquibus multum dubitari. Et primo quia dictus Balthassar decessit in pupillari ætate, quis ei dem successerit, & succedat in eius portione, & pro qua rata. Secundo dubitatur, an dicta tutela prędictarum filiarum dari & decerni debeat dictæ dominę Piæ earum matri, si eam acceptare uelit, ita quòd ipsa tanquam tutrix filiarum possit pe tere relictum eis factum statim, non expectato alio tẽpore, non obstante statuto transmissio. Tertio quæritur, quid importet dicta uerba in testamento posita, uidelicet, maiorem dominam, Massariam, & usufructuariam omnium bonorum &c. Quarto, an dicta domina Pia stando, & habitando in dicta domo prædicti testatoris, possit repetere dotes suas cum ipsa nunc in iudicio repetat ipsas. Quinto, an dictæ puellę adueniente nubili ætate petere possit dotes eis in testamẽto relictas & ultra ipsas, etiam dotes in Monte Florentino descriptas, ita quòd de omnibus quæritur quid iuris: & in Christi nomine consulatur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio vulgaris non tollit suitatem.*
2 *Pupillaris substitutio excludit matrem etiam a legitima.*
3 *Legatum pro dote factum filiabus, quibus non est aliud relictum, censetur purum, adeo quod statim post mortem patris peti potest, cum alias testamentum non valeret.*
4 *Relictum factum filia pro dote censetur conditionale, quando extaret statutum, quòd filia dotata nõ possit hæreditare, et quòd in nullo præiudicet testamento patris, matris, vel auiæ, mulieris dotatæ, quo casu petere possit quòd relictum est tantum, & debito tempore, & non vltra, ratione cuiuscunque legitima sibi debita iure naturæ: ex quo per tale statutum exclusa est ipsa filia dotata a successione.*

5 *Relictum*

5 *Relictum pro dote seu dotis nomine, est conditionale, & requirit quod matrimonium sit contractum, cum dos sine matrimonio esse non possit.*

6 *Legitima potest minui in quantitate, ergo & in tempore, vt ante tempus legitimum non petatur.*

7 *Relictum dotis factum filiabus impuberibus, & prohibitis plus petere, vtrum peti possit, non expectato tempore nubilis ætatis.*

8 *Conditio vsque ad legitimam reijcitur, quando statutum disponeret, quòd filia dotata sit contenta dote.*

9 *Filiæ impuberes solum dotatæ, vbi & apud quem, & de quibus bonis alimentari debeant ante euentum nubilis ætatis.*

10 *Filiæ impuberes apud matrem stare, & alimentari debent, nisi mater transeat ad secunda vota, quo casu stare debent apud alias personas, apud quas iudex decreuerit.*

11 *Vxor relicta Domina m tior, Massaria, et vsufructuaria in bonis viri, institutis filijs communibus eius, & testatoris, vtrum possit petere vsumfructum, vel alimenta tantum. Et quid si filij instituti non sint communes, sed puta sint vxoris priuigni, an hoc casu sonsequi debeat vsumfructum tantum.*

12 *Conditio debet impleri in forma, & si apponantur plures conditiones copulatiuæ, omnes implendæ, & verificandæ sunt.*

13 *Habitare familiariter nō dicitur mater, si habitet in parte domus cum suis filiabus, si potest commode, & honeste stare vna cum tota familia ipsius testatoris.*

14 *Vxor, quæ a testatore simpliciter relicta est domina, Massaria, & vsufructuaria, filijs hæredibus institutis, percipiet & percipere debebit alimenta, vbi percipiebat viuente marito, & sic cum filiis, si ibi honeste morari possit.*

15 *Vxor operari debet viro, operibus obsequialibus, non fabrilibus vel artificialibus, cum stare non debeat in domo sicut corpus mortuum.*

16 *Vxor vidua relicta in domo per suum virum vsusfructuaria bonorum, vtrum sibi, an hæredibus ipsius viri operari debeat.*

17 *Testator relinquens vxorem Dominam, Massariam, & vsufructuariam omnium bonorum in domo, institutis filiis hæredibus, videtur eidem reliquisse quandam præeminentiam in domo, & ipsa alimenta, prout habebat viuente viro: & sic victum & vestitum, considerata qualitate personæ, quantitate, patrimonii, & consuetudine testatoris.*

18 *Vxor vidua relicta a testatore Domina, Massaria, et vsufructuaria bonorum, si ipsa acceptet alimenta, & stare velit familiariter in domo testatoris iuxta dispositionē ipsius viri vna cum filiis, an possit ita stando, & habitando dotes suas repetere.*

19 *Dictio, alias, et dictio, Alioquin, faciunt conditionem contrariam præcedenti.*

20 *Vxor vidua, quæ habet instrumentum dotale, et cui etiā per virum in testamento relictæ sunt eius dotes, potest dotes suas repetere, vel virtute testamenti, vel virtute instrumenti dotalis, sed non potest petere, & instrumentum & testamentum exequi debere, cum censeatur quodammodo sibi contrariari, & inepte petere, vt ibi plene.*

21 *Pater dotando in vita filias suas, & postea in testamento relinquendo dotes, an videatur reliquisse animo compensandi vel vtrumque habere debeant.*

22 *Pater videtur de proprio patrimonio filias suas dotasse, & non de patrimonio filiarum, nec animo compensandi cum eis.*

23 *Dotes censentur proprium patrimonium filiarum, quantumcunque ex pecunia paterna dictæ dotes sint præfectæ, cum pater possit ex causa dotis donare, & ipsas dotes filiabus concedere.*

CONSILIVM LXXII.

In nomine domini, Amen.

Cum, vuo, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, de pluribus, imo de multis quæratur: ad quolibet respondendum est. C. de transf. l. vt responsum. & primo ad primum, quod est, quis succedat in parte & portione dicti Balthassaris, & pro qua rata. Et pro huius declaratione aduertendum est, quòd cum dictis Michael Angelus pater dictorū Nicolai & Balthassaris decesserit condito testō, in quo hæredem instituit d. Balthassarem, & Nic. & posthumos: & decesserit superstitibus dictis Nicolao & Balthassare, ipsi eidem successerunt, quolibet succedēte pro medietate, prout ipse testator disposuit, ita quòd hæreditas dictæ Mich. Ange. delata fuit pro medietate ad dictum Nico. & pro alia medietate ad dictum Baltha. Et cum decesserit postea dictus Balthassar ad paucos dies in pupillari ætate, locus fuit substitutioni factæ in ipso testamento, cum ipse testator ita substituerit & in casu quo aliquis eorum quandocunque decesserit sine filiis uno, uel pluribus, tūc tali decedenti sine filiis substituit pupillariter, vulgariter, & per fidei commissum. & si dictus Balthassar hæreditatem dicti Micha. Angeli non adiuerit, ipse uel alter pro eo legitimæ, sed decesserit ea non adita potuit & potest dictus Nicolaus ex vulgeri substitutione eam adire, & apprehendere, iuxta not. ff. de vul. & pupil. l. 1. Si uero eam adiuit, & eam transmisit, prout & transmittere potuit beneficio suitatis secundum quod no. in l. apud hostes. C. de suis & legiti.

1 cum talis † substitutio ita facta non tollat suitatē, prout uoluit notabiliter Bal. C. ad Tert. l. non instam. & tunc poterit dictus Nico. ex ipsa pupillari substitutione adire hæreditatem dicti Balthassaris: adeo quòd ipse in dicta hæreditate succedit ex ipsa pupillari substitutione. ff. de vul. & pup. l. 2. &

2 ut ibi plenius notatur: & succedet † ita & taliter, quòd excludet matrem ipsius Baltha. etiam a legitima, prout not. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. & in c. si pater, de testa. in 6. & hæc circa primum quæsitum. Circa secundum, quod plura continet. & primo an dicta tutela dari & decerni debeat dictæ do. Pie. Dicendum est, quòd dicta tutela dari & decerni debebit dictæ do. Pie. ex quo eam acceptauit, & petiit eam sibi decerni, & ipse Micha. An. in eius testamento reliquit eam tutricem & curatricem, si acceptare voluerit. ff. de test. tute. l. si quis sub conditione. & per totum. & si dicta tutela eidem per iudicem decernatur, ipsa habere debebit curam, non solum ipsarum, filiarum, sed bonorum etiam, cum detur principaliter perso-

personis. ff. de test.tute. & in l.& quia personæ.& institu.e.ti.§.sed certe.& ut in dictis iuribus plenius notatur. Vnde si detur tutrix, prout & dari debet, ipsa debebit habere curam de personis ipsarum pupillarum, & de earum bonis, prout patet in dictis iuribus & ff.& C.& insti. de tute.per totum. Circa quod cadit triplex dubitatio.& primo, cum testator ipse reliquerit iure institutionis cuilibet dictarum filiarum,& posthumis ipsius testatoris, & dictæ do.Piæ ex eorum communi matrimonio, pro dote cuiuslibet earum Florenos trecentos de sigillo ad Montem Florentinum: Iubens & mandans ipsas, & quamlibet earum stare debere tacitas & contentas dictæ institutioni, & plus petere non posse de bonis suis, nec ratione legitimæ, nec alia quacunque ratione, iure, uel modo, uel causa in qua quantitate quamlibet earum dotauit & ut eius filias tractari mandauit. Videndum est, an talia relicta pro dote valuerint,& valeant,& ea consequantur & consequi debeant. Et circa hoc

3 dicendum est, quod & si relictum pro † dote factũ filiabus, quibus aliud non est relictum, censeatur purum: adeo quòd statim post mortẽ peti potest, cum alias testamentum non ualeret, prout uoluit Bar. in l. Titio centum.§.Titio genero.ff.de condi. & demon. tamen hoc uerum est, quando statutum

4 † ipsas filias dotatas non excluderet a successione, alias si statutum disponeret, prout disponit in dicta Ciuitate disponendo, quod filia dotata in nullo possit hæreditare, & vltra disponendo, quod in nullo præiudicet testamento patris, & matris uel auiæ mulieris dotatæ: in quo casu petere possit quòd relictũ est tantum, & debito tempore, & non ultra, ratione cuiuscunque legitimæ portionis sibi debitæ iure naturæ.& tũc, cũ tale statutũ uideatur excludere ipsam filiam dotatam a successione disponendo, quòd non possit hæreditare, & sic succedere, tale relictum censebitur conditionale, & non purum: ex quo per tale statutum exclusa est ipsa filia dotata a successione, prout voluit Barto.in d.§. Titio genero. Quod & ex alio videtur demonstrari, quod tale statutum disponat, quòd ipsa filia dotata possit petere quòd est sibi relictum tantum, quòd & denotat, ut vltra illud petere non possit, prout not. in cap. cum eccle.de causa pos. & proprie. Imo & plus dici potest quod ex quo statutum ita disponit, vt petere possit tale relictum debito tpe, &

5 sic tempore matrimonii contracti: relictũ † enim pro dote seu dotis nomine est conditionale, & requirit quòd matrimonium sit contractum, cũ dos sine matrimonio esse non possit, prout voluit Bar. in d.§.Titio genero. Vnde debitum ipsius erit tempus contracti matrimonii, quod & demonstratur ex alio, cum in tali statuto, subdatur: & non ultra ratione cuiuscunque legitimæ portionis sibi debitæ iure naturæ, per talia enim uerba denotatur, quod etiam si fuisset relictum minus legitima, poterit illud tantum petere, & debito tempore, & non ultra ratione ipsius legitimæ. tale enim statutum uidetur disponere, ut & ipsa legitima diminui possit: ita quòd si non relinquatur ipsa legitima, sed minus non possit ipsa filia dotata ultra petere. po-

6 test enim † ipsa legitima diminui i quãtitate: ergo & in tempore: ut ante tempus legitimum non petatur, insti.de actio.§.plus. pront voluit Rai. secundum quod refert Bart. in d.§.titio genero. vbi plenius de hoc: de quo per Bald. in d. l. in lege. C.de Episc. & Cleri. & per Cano. in c. si pater. de test. in

7 6.& in regula. indultum. eo.li. Ita † quòd attentis uerbis dicti statuti, dictæ filiæ non possunt petere dictas dotes ante matrimonium contractum: cum talia relicta censeãtur conditionalia, & non pura. Ex quo sequitur quòd dicta Pia tutrix decreta nõ poterit dictas dotes petere, nec administrare: imo remanere debebunt apud hæredes, ex quo peti nõ possunt ad hoc quòd habetur. ff. de uerb. obli. l. de

8 cem. Esto quòd aliud esset quando † statutum disponeret, quòd filia dotata sit contenta dote, cum tunc reiiciatur ipsa conditio usque ad legitimam, pront voluit Ia.Bu. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi.testam. vbi de hoc per Bald. & per Io.de Imo. in d.§.Titio genero. Secundo cadit alia dubitatio de alimentis ipsarum filiarum. Et in hoc dicẽ

9 dũ est, quòd † dictæ filiæ dotatæ interim debebũt alimentari de bonis ipsius testatoris, & tractari vt filiæ, prout ipse testator disposuit, & attenta qualitate personarum, & patrimonij arbitrio boni uiri, ad hoc quod habetur. ff. de lega. 3. in l. si filiæ. & l. cum filiæ circa principium, & ff. de eis qui sed & si susceperit. Imo & si testator ita non disposuisset debuissent & deberent per hæredes alimentari interim, prout voluit Bald. in l. qui filium. ff. vbi pup. edu. debe. & C. de bonis quæ libe. in l. nõ sinc. Tertio cadit alia dubitatio, quæ est, apud quem stare debebunt dictæ filiæ in pupillari ætate existentes: & in hoc dicendum est, quod debent stare, & alimentari in domo ipsius testatoris: & hoc si mater

10 ibi persistat, cum † apud matrem stare debeant. C. vbi pupillus educari debeat. l. 1. & hoc si non transeat ad secunda uota: alias apud ipsam stare non debent: sed apud alias personas, apud quas Iudex decreuerit, pront not. in d. l. 1. Si vero ipsa mater non transeat ad secũda vota, sed recedat de ipsa domo, ita quod ibi stare nolit: & tunc dictæ filiæ stare debebunt similiter apud ipsam matrem, & apud ipsã alimentari, tamen de bonis ipsius testatricis. vt supra & hoc nisi ex causa Iudici videatur aliud: cum arbitrarium sit apud quem stare debeant vt d. l. 1. & ff. eod. tit. l. 1. & hæc circa secundum quæsitum, Circa tertium, & quartum, quæ cũ dependeant ex verbis testamenti, & secundum uerba testamenti ueniunt decidenda simul, & tractanda, & decidenda, per ordinem tamen: & primo tertium, quòd est quid importent dicta verba in d. testamento apposita, videlicet, maiorem, dominam, Massariam, & vsusfructuariam: reliquit enim dictus testator dictam dominam Piam dominam Maiorem, massariam, & vsusfructuariam, omnium bonorum suorum, videlicet, donec honesta, & casta vixerit, & vitam vidualem seruauerit, & ad secunda uota non transiuerit, & in domo dicti testatoris familiariter steterit, & habitauerit: & ad præsens reuocetur in dubium, an vigore dicti relicti, dicta domina Pia consequi debeat vsumfructum uel alimenta. Et cir

11 ca hoc dicendum est, quòd † consequi debebit, nõ vsumfructum, sed alimenta ex quo ipse testator instituit

instituit eius filios, & pro tempore quo vixerunt eius filij hæredes instituti, prout & voluit glo. in l. vnica. C. si secundo nupserit, dicens, ex consuetudine Bulgari hoc seruari in eius Curia scripta, quòd & voluit etiam Bart. ibi & in l. Titia. §. Titia. ff. de lega. 2. & Bal. in auth. hoc locū. C. si secundo nupserit. C. de indic. vidu. l. fin. & ita cōmuniter tenetur. Quod procedit stātibus ipsis filiis, videlicet, ex primo, & secundo matrimonio: Sed stante dicto Nicolao filio primi matrimonij, & sic priuigno, tunc an debeat habere alimenta, vel vsumfructum Bald. in d. auth. hoc locum circa finem, videtur tenere, quod tunc non debeat habere alimenta, sed vsumfructum; cum consuetudo illa habeat locum in filijs communibus, prout voluit Bal. in d. aut. hoc loco circa finē, prout refert excellentissimus Doc. do. Io. de Monte Sperello in d. l. fi. vbi tenet contrarium cum hoc inductum sit fauore filiorum, & consuetudo loquatur indistinctè, vnde locū habet etiā in ipsis filijs non communibus, & sic in priuignis, vt plenius ibi per eum. Præterea Bald. in d. aut. hoc locum, non dicit, quòd debeat habere vsumfructū: sed dicit, quòd habere debebit alimenta extra domum, si ibi honestæ stare non possit, vt ibi plenius per eum: ita quòd per hæc dici, & concludi potest, quòd dicta do. Pia non habebit nec habere debebit vsumfructum, sed tantum alimenta: attētis prædictis. Sed tunc cadit dubitatio, vbi ipsa domina Pia debeat alimentari, & si possit stare in parte dictæ domus de per se vna cum dictis filiabus. Et in hoc dicendum est, quòd ipsa debuit & debet stare familiariter in domo dicti testatoris, & ibi habitare, si vult consequi dicta alimenta: cum testator nō reliquerit eam simpliciter dominam, Massariam, & vsufructuariam: sed sub cōditione, si & donec honeste vixerit, & vitam vidualem seruauerit, & ad secunda vota non transierit: & in domo dicti testatoris familiariter steterit, & habitauerit. vnde si in ea non stet, & habitet familiariter, & sic eum familia dicti testatoris, non consequetur, nec consequi

12 debebit ipsum relictum, seu alimenta: cum † conditio impleri debeat in forma. ff. de condit. & demō. l. qui hæredi. & si apponantur plures conditiones copulatiuæ, omnes implendæ, & verificandæ sunt. ff. de condi. institu. l. si hæredi plures, alias non consequetur, nec consequi debebit tale relictū ita conditionaliter factum. ff. de verbo. signi. l. cedere dies.

13 Nec dicitur † familiariter habitare si habitet in parte domus cum suis filiabus, si potest commode, & honeste stare cū familia ipsius testatoris, & eius filio & hærede. ff. de libe. agno. l. 1. §. permittitur. & ff. de his qui deie. vel effude. l. 1. § si filiusfamilias. & §. habitare. & vt ibi plenius notatur: ad hoc quòd etiam notatur, C. de verb. sig. in l. fi. ibi enim dicitur propriè quia habitare, vbi habitat eius familia, prout notatur in dictis iuribus, & maxime in d. l. si quis a liberis. Imo & si testator simpliciter

14 † reliquisset eam dominam, & Massariam, & vsufructuariam filijs hæredibus institutis, percipiet & percipere debebit tunc alimenta, vbi percipiebat viuente marito, & sic eum filijs, si ibi honeste morari possit, argumento l. sed nec. ff. de vsu. & habi. & ff. de lega. 3. l. qui concubinam, §. penul. secus si ibi honeste morari non possit: quia tunc alimi præstabuntur alimenta arg. l. si cum dies. §. quòd si. ff. de arbi. & C. de instit. & substituti. l. reprahendenda. & ff. vbi pupi. edu. deb. l. si disceptetur: prout voluit Bal. in d. auth. hoc locum. vbi plenius de hoc, de quo per Bar. in l. diuortio. ff. solu. matrimo. circa principium, vbi videtur idem velle. Circa quòd cadit tunc dubitatio, cui debeat operari. Circa q;

15 dicendum est, quòd † operari debet viro pro tempore quo vixit, l. sicut. ff. de oper. liber. uidelicet, operibus obsequialibus, ut facere lectum & coquinam & c. non fabrilibus, vel artificialibus: cum non debeat stare in domo sicut corpus mortuum, prout uoluit Bal. C. de lega. l. 1. & C. de condic. inserta. l. si uxorem: ubi uidetur idē uelle. Si uero quæratur de operibus post mortem uiri, uidelicet, an ipsa debeat & possit operari pro se, uel pro hæredibus ipsius uiri operari teneatur. Circa quod dicen

16 dum est, quod † si alimenta debentur ex dispositione iuris, prout est infra annum post matrimonium solutum: & tunc operari debet, ubi habet & habere debet alimenta, ut d. l. diuortio, ubi Bar. hoc uidetur uelle. Sed si alimenta debeantur ex dispositione hominis: & tunc secus erit, prout uoluit ipse Barto. in reportatis antiquis in d. l. diuortio per l. libertis. §. 1. ff. de alimē. & ciba. lega. Sed certe hoc non dicit ibi, nec notatur: nec ipse Barto. in d. l. diuortio, in reportatis nouis hoc dicit: sed simpliciter dicit, quod mulier infra annum ali debet ab hæredibus uiri: & quod ipsa debet operari, ubi debet alimentari. Bal. in d. l. diuortio, dicit, quod ipsa tenetur operari hæredibus, prout uoluit glo. in d. l. si cut: & si non fuerit operata, tanto minus percipiet, quantum est prætium operarum. ff. solu. matrimonio. l. si maritus. Quod uidetur etiam uelle. Io. de Imo. ibi, dicens, quod ipsa mulier debet operari ad utilitatem hæredum, prout uoluit gl. singulariter in l. si ut patronus. ff. de operibus libertorum: non aliter distinguendo, an alimenta debeantur ex dispositione legis uel hominis prout distinxit ipse Bar. in ipsis reportatis antiquis. Circa quod puto dicendum, quod in casu prædicto, quantumcunque debeantur alimenta ex dispositione hominis, nihilominus debebit operari ipsis hæredibus uiri ipsa domina Pia: cum testator ipse non reliquerit uictum & uestitum, prout reliquit in d. l. libertis, §. 1. nec reliquit simpliciter alimenta: Sed reliquit ipsam Piam dominam, Massariam, & usufructuariam: quo casu † uidetur reliquisse eidem quādam

17 præeminentiam in domo, & ipsa alimenta, prout habebat uiuente uiro, prout uoluit Bart. in d. §. titia & Bal. in d. aut. hoc locum. & clarius ipse Bal. in d. l. fi. dicens, quòd habere debebit tale dominum, & talem usumfructum, quale seu qualem habebat uiuente marito: unde debebit habere uictum & vestitum eo modo, quo habebat uiuente marito, cōsiderata qualitate personæ, quantitate patrimonii, & consuetudine testatoris. ff. de testa. l. hæredes palam. §. sed si notam. & ff. de lega. 1. l. si seruus plurium. §. fi. unde sicut viuente marito dicebatur vulgariter, & quodam respectu domina, & vsufructuaria bonorum mariti: ita & dicetur post eius mortē per uerba prædicta ipsam uxorem habere qualitatem

tem quandam dot[illegible]i,& usufructus eo mortuo: & ita interpretata est consuetudo, ut ibi plenius per eum. Vnde cum habeat,& habere debeat ipsa vxor præminentiam, & uictum & vestitum,& sic alimenta, prout habebat tempore uitæ mariti, ita & operari debebit pro ipsis hæredibus, sicut & operabatur tēpore uitæ mariti, pro ipso marito. Ex quo consequitur & consequi debet ipsa alimēta, sicut & consequebatur tempore vitæ mariti. Et ita uidetur fuisse de mente Barto. & Bal. in dictis iuribus: cum ipse operæ regulentur ab ipsis alimētis, prout patet ex prædictis. Sed tunc cadit alia dubitatio, de qua principaliter quarto quæritur, an ipsa domina Pia, si acceptet ipsa alimenta,& in domo ipsa stare & habitare familiariter uelit, an poterit, ita stando & habitando, dotes suas repetere.

18 Et in hoc dicendum est, quod poterit † & potest ipsas dotes repetere post annum a morte uiri, si dotes ipse fuerint in rebus mobilibus seu se mouentibus, uel in corporalibus: Alias si in rebus immobilibus uel stabilibus, & tunc poterit ipsas statim repetere, prout notatur. ff. solu. ma. l. diuortio & C. de rei vxo. ac. l. vnica. §. exactio. Vnde poterit ipsa domina Pia, ipsas dotes repetere debito tempore, quantumcunque ipse testator reliquerit eandem dominam Massariam, & vsufructuariam, donec honeste vixerit &c. & in domo dicti testatoris familiariter steterit & habitauerit, non enim videtur ita reliquisse cum hoc, ut dotes ipsa non repetat, ex quo non expressit nec mentionem fecit eo casu, quo ipsa stare & habitare voluerit familiariter, ff. de acqui. hæred. l. si seruum. §. non dixit, & c. ad audientiam, de deci. Nec in dubio uidetur reliquisse animo compensandi, prout notatur. ff. solu. matri. l. si cum dotem. §. si pater & C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. sciendum. Circa quæ aduertendum est, quia hæc procedunt & locum habent, quando ipsa domina Pia vellet stare & habitare familiariter in domu dicti testatoris: Alias si non vellet sta-

19 re, prout denotat † dictio, alias, apposita in ipso testamento, nam faciat conditionem contrariam præcedenti, sicut & dictio, alioquin, cum resoluatur in si non, prout nota. ff. de nego. gest. in l. diuortio. circa principium. & ff. de iureiur. l. alias. & tunc

20 poterit † ipsas dotes repetere in eisdem bonis, & pro eadem extimatione, quibus ipse accepit a Petropaulo patre dictæ dominæ Piæ suæ vxoris, videlicet, illa bona sua in vocabulo &c. cum illa mandauerit restitui. Vnde illa restituenda sunt, prout testator mandauit: & ita repetenda erunt, & nō eorū extimatio, quantumcunque fuerint data pro extimatione & certo precio in instrumento dotis, prout narratur in petitione. & hoc si uelit petere vigore dicti testamēti, prout testator disposuit, ad hoc quod habetur C. de Falc. cau. adiec. leg. l. si nō designata. & ita petere poterit ipsam executionem dicti testamenti, petendo ipsa bona, prout in testamento fuerunt relicta. Alias si petere velit ipsam dotem, & executionem ipsius instrumenti dotalis, & tunc non poterit petere ipsa bona, sed ipsam extimationem & prætium, prout instrumentum dotale cantat, cum tenor instrumenti dotalis considerandus sit, & prout dicit, erit exequendum ipsum instrumentum dotale. C. de iure dotium. l. si inter virum, & l. ad probationem. C. de probatio. Et si instrumentum dotale cantet de æstimatione seu prætio reddendo, & testamentum de ipsis bonis restituendis, non poterit peti instrumentum dotale & instrumentum dotis exequi & executioni mandari, cum censeatur quodammodo contrariari, & inepte petere, propter quod talis petitio pro parte ipsius Piæ producta, non erit admittenda: imò potius repellenda iuxta notata. in l. æditē. C. de eden. & in l. 1. C. de fur. cum similibus. & hæc quoad tertium, & quartum quæsitum. Restat modo vt deueniatur ad quintum, & vltimum quæsitum, quod est an dictæ pupillæ aduenientetempore nubilis ætatis petere possint dotes eis relictas, & vltra ipsas dotes etiam dotes in Monte Florentino descriptas. Et circa hoc dicendum est, quòd

21 † licet pro decisione præfati quæsiti recurrendum esset ad ipsum Montem, qualiter & quomodo in ipso Monte sunt descriptæ ipsæ puellæ uel earum pater. tamen si sint ita descriptæ, vt videlicet, dictæ duæ puellæ habere debeant aduenienté nubili ætate consequentur & consequi debebunt non solum ipsas dotes in Monte descriptas, sed etiam dotes per ipsum testatorem relictas; ex quo de ipsis dotibus in Monte descriptis nullam mentionem fecit,

22 sed simpliciter ipsas reliquit: de proprio † enim patrimonio videtur eas dotasse, & non de patrimonio filiarum, nec animo compensandi cum eis. C. de dotis promissio. l. fina. vbi videtur hoc expressum, de quo plenius ibi. Censetur enim esse de patrimonio ipsarum filiarū, si ipse descriptæ sint pro dotibus ipsis consequendis, ita quòd earum dotes

23 censentur earum proprium † patrimonium. ff. de mino. l. 3. §. sed vtrum: quantumcunque ex pecunia paterna dictæ dotes sint descriptæ: cum pater possit ex causa dotis donare, & ipsas dotes filiabus cōcedere. ff. Famil. hærci. l. Pompóius Philadelphus. & hoc si appareant in ipso Monte descriptæ ipsæ filiæ, ita quòd consequantur & consequi debeant ipsarum dotes: Alias si appareat descriptus pater pro creditore, ita quòd ipse pro ipsis filiabus consequi deberet ipsas dotes: & tunc eius hæredes consequentur & consequi debebunt ipsas dotes. C. de dot. promissio. l. si pro te. super quo aliter non insisto, ex quo non apparet, nec nihil præsupponitur, qualiter in ipso Mōte descriptæ sint ipsæ filiæ, seu earum pater &c. Domin. Benedic.

THEMA CONSILII LXXIII.

PVnctus. Quidam Petrus Bartellæ habens tres filios, duos masculos, & vnam fœminam, videlicet, Paulum, Barnaleum, & Margaretam, quam in vita sua maritauit, & dotauit: venit ad mortem & decessit ab intestato, superstitibus prædictis tribus filijs. Deinde decessit vnus dictorum filiorum, videlicet, Paulus, superstite sibi domina Susanna matre, & dictis

Barna-

Barnalęo & Margareta, nullo per eum condito testamento. Postmodum dictus Barnalęus etiam mortuus est intestatus, superstite sibi dicta Susanna eorũ matre, & dicta Margareta sorore vtrinque coniuncta. Demum dicta domina Susanna mater prædictorum venit ad mortem, & condidit testamentum, in quo inter cætera reliquit dictæ Margaretæ filiæ suæ iure & titulo institutionis certa bona, quæ non ascendunt ad legitimam: iubens & mandas eam esse tacitam & contentam, & quod plus de bonis suis petere non posśit. In omnibus autem alijs suis bonis instituit &c. Modo dubitatur, & quæritur, quis successerit & succedat dicto Petro decedenti ab intestato: cum dicta Margareta succedere intendat dicto suo patri vna cum fratribus, non obstante statuto loci, quod vobis transmittitur. Secundo quæritur, quis successerit & succedat dicto Paulo decedẽti ab intestato, superstitibus dictis Barnalęo, Margareta, & Susanna matre. Tertio quæritur, quis admittatur ad succesśionem dicti Barnalæi. Quarto quæritur, an dicta Margareta agere posśit ad supplementum legitimę in bonis dictæ Susannę eius matris, non obstante testamento per eam condito.

SVMMARIVM.

1 *Soror dotata vna cum fratribus succedit patri de iure cõmuni, conferendo tamen dotem.*
2 *Statutum seruandum est in loco pro iure, adeo quod derogat iuri communi.*
3 *Statutum loquẽs simpliciter de muliere dotata, vt excludatur a succesśione, intelligitur de succesśione dotantis.*
4 *Statutum excludens a bonis patris, vel matris, vel patrui, non dicitur excludere a bonis fratris, etiam si in bonis fratris sint bona paterna: cum talia bona tunc non sint amplius bona paterna, sed ipsius fratris, cum in ipsum fratrem adeuntem, seu se in hæreditate immiscentem translatum fuerit dominium, et eius patrimonium sit effectum. Et de his, tanquam de patrimonio fratris est iudicandum.*
5 *Statuti verba non sunt amplianda, imo restringẽda, quando exorbitat a iure communi, & eidem derogat, & odiosum est.*
6 *Fratri ab intestato decedenti succedit soror, & mater æquali portione de iure communi.*
7 *Legitimæ supplementum an ille petere posśit, cui in testamento aliquid ad legitimam non ascendens relictum est & prohibitus fuit plus petere de bonis testatoris.*
8 *Legitima filiorum quanta sit.*

CONSILIVM LXXIII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato puncto, de quatuor quæratur: ad quodlibet respondendum est. Et primo ad primum quod est, quis succedat dicto Petro ab intestato, & circa hoc dicendum est, quòd cum decesserit superstitibus dictis tribus filijs, videlicet Barnalæo, Paulo, & do. Margareta nupta & dotata, de iure communi succesśissent & succederent prædicti tres filij. C. de suis & legi. 1 aut. in succesśione adeo q; † successisset & succedere debet de iure communi dicta domina Margareta, vna cum dictis suis fratribus, conferendo tamen dotem. C. de colla. l. filiæ dotem. & aut. ex testamento. Verum quia, ut præsupponitur, in loco stat statutum disponens, q; nulla mulier dotata, uel in futurum dotanda a patre, matre, fratre. uel sorore, nepote, uel patruo, posśit uel debeat habere regressum ab intestato, ad bona paterna, uel matris, 2 uel patrui: sed sit dote contenta: & tale † statutum sit seruandum in loco pro iure: adeo quòd derogat iuri communi. ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. & in c. 1. de constit. in 6. ipsa domina Margareta non succedit in bonis ipsius patris, sed debet esse contenta doto: prout disponitur in ipso statuto. Vnde succedent dicti Bar. & Paulus filii dicti Petri, ex quo superstiterunt ex dicto patre, & post ei us mortẽ, prout in dicto statuto disponitur: quod, vt dixi, seruandum est pro iure: ad hoc quod notatur. ff. ad Tert. l. fi. & ibi per Bart. & ff. de liber. & posthu. l. si quis posthumos. §. si filium & ibi per Bal. & hæc circa primum. Circa secundum uero quæsitum, quod est, quis succedat dicto Paulo decedenti ab intestato, superstitibus dictis Barnalæo & Margareta, & Susanua matre. Dicendũ est quòd eidem successerunt & succedunt dicti Barnalæus frater, & Margareta soror vtrinque coniuncti, & Susanna mater: quolibet succedente pro tertia parte. C. ad Tert. auth. defuncto. & aut. & cum solis: & ipsi succedunt, quantumcunque in loco stet dictum statutũ, & superstit dictus Barnalæus masculus: propter quod videbatur excludi dicta Margareta ab hæreditate ipsius Pauli, cum in eius hæreditate uideatur esse hæreditas ipsius patris pro parte sibi tangente. Sed certe non excluditur ab ipsa hæreditate ipsa mater, cum de ea non loquatur dictum statutum, Nec excluditur dicta Margareta 3 soror, cum statutum loquens † simpliciter de muliere dotata, ut excludatur a succesśione, intelligitur de succesśione dotantis, prout notatur. C. de legi. hæred. l. 1. Vnde non excluditur dicta Margareta soror ab hæreditate ipsius Pauli: ex quo non 4 fuit ab eo dotata: & etiam quia † statutum prædictum, licet excludat a bonis patris, vel matris, uel patrui, tamen non excludit a bonis fratris, etiam si in bonis fratris sint bona paterna pro parte dicto Paulo tangente: cum talia bona non sint amplius bona paterna, sed ipsius Pauli fratris: cum: in ipsum fratrem translatum fuerit dominium, ipsam hæreditatem adeundo, uel se immiscendo: adeo quòd sunt effecta bona ipsius fratris, & non sunt amplius bona patris. ff. de acqui. posś. l. cum hæredes. & prout notatur. ff. de acqui. hære. l. necessariis & C. si se ab hæreditate abstineant. l. 1. & 2. patrimonium eum vadit & non reddit C. de dona. l. si auia. Vnde cum sit effectum tale patrimonium

ipsius

ipsius fratris, de eo, vt de bonis fratris iudicandũ est: adeo quòd ab ipso non excluditur domina Margareta: cum censeantur bona fratris, & non patris. Vnde tale statutum ipsam nõ excludit: & maxi
5 me: quia uerba † ipsius statuti non sunt amplianda, imo potius restringenda, cum exorbitet a iure communi, & eidem deroget, & odiosum sit, ut patet ex his quæ habentur in regula: quæ a iure. & in regula: odia in 6. & ff. sol. matr. in l. si uero. §. de viro. & hæc circa secundum. Circa tertium uero, quod est, quis admittatur ad successionem dicti
6 Barnalei: Et circa hoc dicendum est, quòd † cum dictus Barnaleus decesserit superstite dicta Susanna eius matre, & dicta Margareta sorore vtrinque coniuncta, successerunt & succedunt dicta Susanna pro medietate, & dicta Margareta pro alia medietate, vt d. auth. defuncto. & dicta auth. & cum solis, & hoc clarum est de iure communi, ut patet in dictis iuribus: Nec statutum prædictum in aliquo habet obstare, cum hoc casu non loquatur de hæreditate fratris, prout patet in præcedenti: & quia non superest aliquis filius masculus, prout tale statutum requirit. & hæc circa tertium. Circa quartum quod est, an dicta domina Marga. agere possit ad supplementum legitimæ in bonis dictæ Susannæ matris, non obstante testamento per eam
7 condito: Circa quod † & si uideatur, quòd ipsa domina Margar. possit petere tantum bona sibi relicta in dicto testamento, ex quo fuerunt relicta titulo institutionis, cum tale testamentum ualuerit & ualeat. ut in auth. ut cum de appella. cogno. in §. aliud quoque capitulum. nec possit plus petere, ex quo ipse testator ita prohibuit, cum eius uoluntas pro lege sit seruanda. ut in auth. de nup. §. disponat. Tamen contrarium de iure dicendum est, ut ipsa domina Marg. habere & consequi debeat relicta sibi facta, ex quo non ascendunt ad eius legitimam, ut præsupponitur, sine aliquo onere. C. de inoffi. testa. l. quoniam in prioribus. Et non solum poterit, seu consequi debebit dicta relicta eidem facta sine aliquo onere: sed ultra hoc consequetur & consequi debebit supplementum ipsius legitimæ quatenus deficit. C. de inoff. testa. l. omnimodo, quod procedit, quantumcunque sit prohibita plus petere, cum hoc non obstante, prout est expressum ibi, & prout plenius ibi not. ipsa consequetur & consequi debebit sine alioquo grauamine seu onere ipsam legitimam, ut patet ibi, & in d. l. quoniam. & in l. si quando. §. illud & §. generaliter. C. eo. ti. & ut in dictis iuribus plenius not. Est enim legitima ipsius do. Mar. tertia pars bonorum ipsius testatoris. C. de inoffi. test. auth. nouissima. detracto ære alieno, & funeris impensa. ff. de inoff. test. l. Papi. §. quarta. & hoc si ex ipsa Susanna supersit tantum ex descendentibus ipsa Margare.
8 alias si superessent plures descendentes. & tunc † si essent duo tres uel quatuor, erit tertia inter omnes diuidenda: & si essent quinque uel plures erit medietas, prout habetur in d. authen. nouissima. & hoc circa quartum, & ultimum quæsitum Domin. Bene.

THEMA CONSILII LXXIIII.

Punctus. Domina Philippa olim filia cuiusdam Federici de Boschis contraxit matrimoniũ cum quodam nomine Ricardo ex quorum matrimonio natus est filius nomine Marianus: Et post ea mortuus est ipse Ricar. superuiuente d. Mariano eius filio & d. do. Philippa, quæ postea transiuit ad secunda vota, nubendo cuidam magistro Felici, cui constituit amplam dotem, & vltra dotem prædictam secũ asportauit Florenos centum pro vestibus fiendis, & multa alia bona paraphernalia suis parentibus tradita. Qui magister Felix promisit & se obligauit restituere dictam dotem dictæ dominæ Phi. & suis hæredibus, eueniente casu restitutionis dotis. Quo matrimonio durãte dictus magister Felix secundus vir fecit d. do. Phi. nõnullas vestes vt moris est, Accidit postea, quòd post quam plurimos annos dicta domina Philippa diem suum clausit extremum, & defuncta est ab intestato, nullis ex ea remanentibus filijs ex ipso magistro Felice suo secundo viro, sed superstite ipso Mariano suo filio ex primo eius marito: Qui vt filius & hæres dictæ suæ matris successit eidem, & eius hæreditatem adiuit: Qui cum euenerit casus soluti matrimonij inter dictum magistrum Felicem, & dominam Philippam, & sic casus restituendę dotis, & aliorum bonorum dictę suæ matris, petita dicto magistro Felice secũdo uiro dictæ Phil. suæ matris dotes prædictas, & quantitatem centum Florenorum, & nonnulla alia bona paraphernalia spectantia ad eius matrem prædictam: & etiam eius vestimenta contra dictum secundum uirum. Cui pro parte dicti magistri Fœlicis excipitur, & respondetur dicendo, talem restitutionem fieri non debere, & se ad id minime teneri, attenta dispositione statutorum dicti loci, & maxime statuti positi sub rubrica: De muliere decedente infra quinquennium &c. quod uobis domine consultor transmittitur: in quo inter alia disponitur, quòd ipsa muliere decedente post quinquennium sine filijs, uir lucretur dotem totam, & nihil restituere debeat, prout est in hoc casu, cum ipsa decesserit post quinquennium, & sine filijs communibus. Ac etiam alio statuto attento posito sub rubrica: De muliere habente filios ex primo matrimonio, quod etiam uobis transmittitur. Vnde attentis prędictis statutis, ipse magister Fœlix secundus uir dicit se non

se non teneri, nec cogi ad dictam restitutionem faciendam, nec ad aliquam eius partem. Modo stantibus his, ut prædictum est, dubitatur, & quæritur. Et primo de dote prę dicta, uidelicet, quantum lucretur dictus secundus uir de dicta dote, an uidelicet totã, uel partem, & quantum teneatur restituere dicto Mariano filio dictæ dominæ Philippæ & hæredi. Secundo, de dictis cẽtum Florenis, & aliis uestibus, & aliis bonis paraphernalibus, an, & quid, & quantum restitui debeat dicto filio primi matrimonii.

SVMMARIVM.

1 *Vestes festiuæ, & pratiosæ factæ per uirum uxori, ea defuncta, ad ipsum uirum spectant, quia istæ uidentur potius commodatæ, quam donatæ.*

2 *Vestes uiles, & ad usum uxoris necessariæ, sunt uxoris propriæ, & in eis a principio donatio tenuit, & ad eã, seu eius hæredem spectant.*

3 *Bona paraphernalia, ut & bona propria, pertinent ad uxorem.*

4 *Statuto disponente, quod vxore prædecedente sine filijs in matrimonio, uir lucretur totam dotem, an admittatur filius dictæ uxoris ex primo matrimonio ad successionem in dicta dote, excluso secundo uiro, & quomodo, & pro qua parte succedat.*

5 *Statuti uerba sunt attendenda, & ab eis, quando sunt clara, non est recedendum.*

6 *Maritus promittens restituere uxori, & suis hæredibus dotem, in casu dotis restituendæ, intelligitur & intelligi debet promisisse, nisi quatenus retinet, & retinere possit uigore statuti pro lucro dotis disponentis.*

7 *Statutum disponens, quod uxore decedente superstite uiro, dos remaneat ipsi uiro, intelligendum est, nisi ipsa uxor decedat cum filijs etiam primi matrimonij, ne alias uideatur ipsos filios dote priuare, & sic eos quodammodo exhæredare.*

8 *Exhæredatio hominis non trahitur ad illum, de quo expressa non est facta mentio, ita & non uidetur trahi exhæredatio legis, cum pariter utraque sit odiosa.*

9 *Vxor dando dotem secundo uiro non potest pacisci quod uir lucretur plusquam habeat unus ex filijs primi matrimonij, unde nec id poterit per statutum disponi.*

10 *Statutum uidetur esse quoddam tacitum pactum.*

CONSILIVM LXXV.

In nomine domini, Amen.

Cum uisis, & consideratis præfatis statutis, & puncto de duobus quæratur. Et primo de dote prædicta, videlicet, quantum lucretur dictus secũdus uir. Secundo de dictis cẽtum Florenis, & aliis uestibus, & bonis paraphernalibus, & quid, & quantum restitui debeat dicto filio primi matrimonii, cum diuersimode decidantur, & terminentur, de quolibet uidendum est: & primo, omisso ordine, de ipsis cẽtum Florenis, & aliis bonis paraphernalibus, & uestibus.

1 Et circa hoc dicendum est, quòd si sint † uestes festiuæ, & factæ per ipsum uirum, & prætiosę, ipsę pertinuerunt & spectauerunt, pertinent & spectant ad ipsum virum, & hoc uoluit Bart. in l. 1. §. sed nec castrense. ff. de collatione bonorum. & Bald. in l. filiæ cuius. C. famil. hercis. & in l. cum te. C. de dona. ante nup. & Io. de Imo. in l. pen. ff. sol. mat. & ita communiter tenetur, per ea quæ habentur. ff. de dona. inter uirum & vxo. in l. mortis causa. §. fi. & ff. de peculio. l. id uestimentum. pro quo facit, quia istæ uidentur potius commodatæ quam donatæ. ff. commo. l. si ut

2 certo. §. sed interdum. Si † uero sint uestes uiles, & ad usum ipsius mulieris necessariæ, & istæ sunt proprię istius mulieris: adeo quòd in eis tenuit & tenet donatio a principio. ff. de donatio. inter ui. & uxo. l. ex annuo in principio, prout uoluit Bar. in d. §. sed nec castrẽse. & Bald. in d. l. filiæ cuius. & ita cõiter tenetur in dictis iuribus. & in d. l. cum te. & in d. l. pe. vnde cum pertineant ad ipsam mulierem, pertinebũt ad hæredem eius, prout in dictis iuribus notatur.

Quod & fortius locum habebit in dictis centũ Florenis datis pro uestibus. & aliis bonis paraphernali-

3 bus: cum † & ipsa bona paraphernalia, ut & bona ꝓpria, pertinuerint et spectauerint ad ipsam mulierẽ, iuxta notata ff. ad l. Falc. l. fin. et C. de pactis conuentis super dote. l. pe. & C. de procura. l. maritus. et cũ pertinuerint dictæ uestes ad ipsam, pertinebunt ad dictum Marianum eius filium, si decessit non condito testamento, cum in eis succedat eius filius, si aliter de bonis suis non disposuit. C. ad orsi. l. 1. et l. matri. et hæc de iure communi, cui standum est, si statuto aliter non disponatur, cum super ipsis bonis propriis ipsius mulieris ipsa statuta non prouideant. unde succedit filius attenta dispositione iuris cõis, quæ consideranda et attendenda est. ff. so. ma. l. si cum dotem. in prin. et l. commodissime. ff. de libe. et posth. et prout plenius notatur. ff. de iusti. et iure. l. omnes populi. et ff. ad munici. l. constitutionibus. Itaque in bonis paraphernalibus, et quibuscunque aliis bonis propriis dictæ mulieris succedet dictus filius, si aliter ipsa non disposuit: et hæc pręter dotem. Circa dotem uero, et sic circa primum quęsitum, dubitatio

4 cadit et non parua, cum, prout † disponitur in ipso statuto posito sub rubrica, De muliere decedente infra quinquenniũ, videtur dicendum, quòd dicta dos remaneat & remanere debeat apud ipsum secundũ uirum, adeo quod nihil restituere debeat dicto filio primi matrimonii, ex quo decessit sine filiis communibus. tale enim statutum videtur procedere in duobus casibus: & primo, quando ipsa mulier decederet in matrimonio infra quinquennium, & sine liberis communibus quo casu remanet & remanere debet medietas dictæ dotis eius filio, si superuiuit, alias patri uel fratribus, prout in statuto disponitur: & alia medietas dictæ dotis remanet & remanere debet apud ipsum uirum, prout in ipso statuto plenius disponitur, super quo non insisto, ex quo nõ est casus noster. ex quo ipsa decessit post quinquenniũ, quo casu in ipso statuto disponitur, quòd ipsa muliere decedente post quinquẽnium, relicto uiro, nihil de dote restituatur, propter quod videtur, & dicto casu ipse uir lucretur totam dictam dotem, attentis uer-

5 bis dicti statuti, a quibus † cum sint clara non videtur

O

detur recedēdum.ff.de leg.3.ille aut ille.§. cum in verbis. Qđ vr procedere quantumcunq; dicta mulier decesserit superstitæ filio primi matrimonii, cū etiā dicto casu videatur locum habere tale lucrum statutarium, prout videtur disponi in statuto proposito sub rubrica, De muliere habente filios ex primo marito. circa finem. Vnde cum talia statuta circa dictum casum pronideant, ipsa videntur seruanda & seruari debent, ex quo prouident in dicto casu, & non ius commune, cui per statutum derogatur.vt dict.l.omnes populi. & ita etiam disponitur in statuto posito sub rubrica, ꝙ omnes officiales. Ita quòd per hæc videtur dici posse, quòd dicta dos remaneat, & remanere debeat apud ipsum secundum virum, quod videtur 5 procedere † quantumcunq; ipse secundus vir promiserit restituere d.do.Phi. & suis hæredibus dictam dotem in casu restituendæ dotis, cum intelligatur & intelligi debeat, nisi quatenus retinet & retinere posset vigore statuti ꝓ lucro dotis, prout not.C.ad l.Fal.l.fi.Sed his non obstantibus, cōtrarium de iure dicēdum est, videlicet ꝙ integra dos non remaneat, nec remanere debeat apud ipsum virum: imo ꝙ ipsi filio primi matrimonii hæred. d.do.Phi.restitui debeat integra d.dos, vel saltem dimidia, computatis in ipsa dimidia bonis proprijs & parapbernalibus d.do. Phil. peruentis ad ipsum Mari.eius filium, prout ex pluribus deducitur. Et primo, quia de iure communi, si aliter pacto vel statuto prouisum non sit, dos integra restituenda est, & restitui debet hæredi ipsius mulieris.C.de rei vxo.actio.l. vnica, circa principium. C.sol.matr.l.fi.& extra de donat. inter vir. & vxo. c.fi.§.fi. Vnde cum in casu prædicto dici posit, ꝙ tale statutum nō prouiderit de tali casu, videlicet, quando ipsa mulier decederet post quinquenniū, talis casus remanet in dispositione iuris communis, vt d.l.si cum dotem, in principio. & d. l. commodissimæ.& in l.si extraneus.ff.de cōd.ob.caus. 7 tale enim † statutum ita disponens, videlicet, ꝙ muliere ipsa decedente relicto viro, dos remaneat ad ipsum virum, intelligendum est & intelligi debet, nisi ipsa mulier decedat cū filiis etiā primi matrimonii, cū alias esset priuare ipsos filios ipsa dote, & sic ipsos quodāmodo exhæreditare a patrimonio ipsius mulieris, quæ exhæredatio nō videtur facta, nisi expressæ & nominatim sit facta.ff.de 8 libe.& posth.l.1.& 2. vnde sicut † exhæredatio hominis non trahitur ad illū, de quo nō est facta mētio expressa: Ita & non videt̄ trahi exhæredatio legis, cum pariter vtraq; sit odiosa.ff.de ven. in pos. mir.l.1.§.quare.prout voluit Bal.in simili.in l.illā. C.de coll.in l.defunctis.C.de legi.hæred.Propter quod videtur ꝙ tale statutum locum habeat eo casu, quo decederet cū filio etiā primi matrimonii. Quod tamen non videtur ꝓcedere sine dubio, attento principio dicti statuti, & attento alio statuto posito sub rubric.De muliere habēte filiū. Sed posito ꝙ tale statutum videatur disponere etiā eo casu, quo mulier decederet, relicto viro, & relicto filio primi matrimonij: nihilominus dici potest ꝙ tale statutum non tollat, quin dictus filius primi matrimonij succedat in ipsa dote simul cum ipso 9 viro: nam & ipsa † mulier dando dotem ipsi secundo viro, non potest pacisci, quod vir lucretur plusquam habeat unus ex filiis primi matrimonii, prout habetur in l.hac edictali.C.de secundis nupt. Vnde cum non posit expresse pacisci, non poterit per statutum ita disponi vt lucretur ipse vir plusquam fi- 10 lius primi matrimonii habeat: statutum † enim videtur esse quoddam tacitum pactum.arg. ff.de pac. l.item quia.& l.non impossibile.& prout not. C.de decre.decu.l.1.lib.10.& ff.de reg.iur. l. nam nec ex prætorio. Vnde cum cēseatur esse tacitum pactum, non est maioris potentiæ quam expressum: & hoc tenuit Iaco.Butr.& Bar.in d.l.hac edictali. & dom. Francis.de Albergo.disputando, tali ratione: nō potest alienare per pactum: ergo & debet facere & curare ne alienetur ea dispositione legali.ff.de lega.2. l.codicilli.§.pen. Vnde ista mulier non debuit dare tantum in dotem, quod ea forma statuti transcenderet legalem mensuram, & quod vltra dedit, quo ad hunc effectum lucrandi, non valet. vt l.hac edictali. ad hoc glo.notabilis.in l. si ita quis. §.ea lege. ff. de verbo.oblig.secundum Bald. in d.l.hac edictali.vbi hoc idem uidetur tenere, ut latius ibi per eum. Vnde in casu prædicto non remanebit, nec remanere debebit apud ipsum uirum de ipsa dote, ultra quam consequatur & consequi debeat ipse Marian. filius primi matrimonii: Vnde de ipsa dote remanebit & remanere debebit apud ipsum uirum medietas, & ultra ipsam medietatem tantum, quantum haberet & habere debebit d.Maria. filius primi matrimonii ea propriis bonis paraphernalibus d. do. Phil. eius matris: ita quòd diuident, & diuidere debebunt ipsam dotem, & alia bona ipsius mulieris: & apud ipsum uirum remanebit medietas dictæ dotis, & tantum ultra medietatem, quantum filius primi matrimonii habet de bonis ipsius mulieris: cum ipse filius habere debeat medietatem dictæ dotis, computatis aliis bonis propriis dictæ mulieris ad ipsum spectantibus per d.l.hac edictali. Per quæ concluditur & concludi potest, quòd apud ipsum uirum non remanebit integra dos: immo restituere debebit de ipsa dote dicto Maria. tantum, quod ipse Maria. consequatur medietatem bonorum dictæ Phi. eius matris, computatis in ipsa medietate dictis aliis bonis eius matris: non obst. in contrarium adductis, cum non obstent, ut patet ea prædictis &c. do. Bene.

THEMA CONSILII LXXV.

PVnctus. Iacobutius, & Bartolus Nasii de Rauenna toto tēpore eorum uitæ steterunt in communione ad unum panē & unum uinum quousque uixerunt: & dictus Barto. tempore Iubilei fecit quoddam testamentum, in quo inter alia hæredem instituit dominam Drudam filiam suam legitimam dicti testatoris, & uxorem magistri Petri Brochi de Baldinetis de Rauenna, in libris centum & quin-

quindecim Rauennatensibus, quas habuit tempore matrimonii ab ipso testatore. Iubens eam de his fore tacitam,& contentam de ipsa sua hæreditate. In omnibus autem aliis suis bonis hæredem instituit dictum Iaco.suum fratrem.Iam sunt duo anni, vel circa decessit dictus Barto. superstite dicta domina Dru.eius filia legitima & naturali, superstitibus Pagano,Sancthæ,& Apollinare, eius nepotibus,& filiis dicti Iacob. Qui post mortem dicti Bar. omnia eius bona occupauerunt & detinuerunt, & detinent & possident: Post ea pro parte dictæ dominæ Dru. vt hæredis dicti Bart. ab intestato, fuit motum iudicium contra dictos Paganum & fratres,coram Potestate ciuitatis Rauennæ, & causa ipsa fuit compromissa secundum formam statutorum in duos arbitros, & arbitratores: in quos fuit factum compromissũ de iure & de facto,vel de iure tãtum, uel de facto tantum,prout ipsis uidebitur, & placebit:tam in procedendo,quam in sententiando: Coram quibus inter alia fuit oppositũ, quod dictus Barto.pater d. dominæ Dru.in rure,vbi erat pestis, fecerat aliud testamentum, in quo instituerat Paganum & fratres eius coram Parrochiano, & pluribus aliis, coram quibus arbitris inter alia fuit articulatum,quòd de anno præsenti dictus Barto. mortuus fuit,& est:& antequam moreretur in præsentia plurium fide dignorum testiũ, cognoscens se moriturum, dixit & asseruit, seu expresse voluit dictos Paga. Sancthem & Apollinarem eius nepotes,esse eius hęredes vniuersales, & eos sic hæredes instituit in eius hæreditate: subiungendo, quòd dictam Dru.solum hæredem faciebat in dotibus suis,quas ei dederat, quia videbatur sibi,quòd eam bene tractasset: & qđ nil aliud volebat,quod habere deberet ex eius hæreditate.Item quòd uiuente dicto Barto.ante & post mortem dicti Iacobutii, d.Bart.pluries & pluries,in præsentia plurium & diuersorum testiũ dixit, quòd volebat quòd omnia bona sua deuenirent post eius mortẽ ad ipsos Paga. Sanct. & Apollinarem nepotes suos:& quod dicta domina Dru.eius filia habuit ab ipso libras centum quindecim pro dote,& quòd uidebatur ipsi, ipsam habuisse partem suam condecẽtem. Et coram dictis arbitris & arbitratoribus fuerunt inducti nõnulli testes pro parte dictæ dominæ Drudæ ad probandum, quòd ipsa fuit & est filia legitima & naturalis dicti Barto. & ita probatum fuit:& quod dictus Paga.& fratres tenuerunt, & tenent ac possident bona dicti Bart.Pro parte vero dicti Paga. & fratrũ fuerunt inducti nonnulli testes ad probandum de voluntate dicti Bartol.& quòd ipse condidit testamentum in quo hæredes instituit dictos Paga.& fratres: & quod de voluntate ipsius fuit,quod bona dicti Bart. essent dictorum Paga.& fratrum: quorũ copia transmittitur.Vnde quæritur quid iuris,& an per dictos testes probatum sit ita & talitẽr, ꝙ d. do.Dru.non succedat:sed succedant d.Pag. & fratres in hæreditate, & bonis dicti Bart.

SVMMARIVM.

1 *Hærede instituto decedente ante mortem testatoris, testamentum fit caducum.*
2 *Testamentum primum per secundum reuocatur, etiam si de primo non fuerit facta mentio.*
3 *Testes septem regulariter requiruntur in testamento cõficiendo,& ad illud probandum.*
4 *Testamentum factum coram presbytero Parrochiali, & duobus testibus idoneis ualet etiam si non fiat ad pias cãs,& per ipsos probatur,saltẽ in terris ecclesiæ.*
5 *Testes septem non requiruntur, quando testamentũ ruri fit, propter penuriam testium, sicut & quando fit in carcere.*
6 *Testamentum factum tempore pestis, & in rure solum coram quinque aut tribus testibus, interueniente presbytero Parrochiali,ualet.*
7 *Mulieres in testamento an possint dici testes idoneæ, prout masculi.*
8 *In ore duorum uel trium testium stat omne uerbum, de iure diuino, & an hoc procedat ad probandum testamentum.*
9 *Testamentum per duos testes idoneos uidetur posse probari,quando causa est deducta coram arbitris,& arbitratoribus,quibus data fuit potestas procedendi & sententiandi de iure,& de facto.*
10 *Arbitri & arbitratores, quibus fuit data potestas procedendi & sententiandi de iure, & de facto, possint manu Regia procedere,& sententiare, omissa omni iuris solennitate.*
11 *Clausula derogatoria primi non uidetur requiri in secundo testamento,quod in scriptis non fit.*
12 *Filia,cui pro dote relinquitur, censetur in relicto hæres instituta.*
13 *Filiæ relictum pro benedictione,uidetur relictũ pro parte seu legitima, adeo quòd tunc uidetur iure institutionis relictum.*
14 *Testes in cortice verborum uarij, & non in substantialibus rei,admittuntur,& probant.*
15 *Testes singulares licet plene non probent, tamen coadiuuant.*
16 *Hærede instituto prædefuncto,institutio de eo facta efficitur caduca & inualida,adeo quòd totum accrescit instituto in re particulari.*
17 *Testis super capitulo deponens, & dicens,se tantum scire, prout testificatus est, & quod nil aliud dictum fuit, si postea subdat,in interrogatorius sibi factis,uel in aliqua alia parte sua depositiõis,quòd aliud, præter ea quæ testificatus est,fuit dictum uel factum,tanquam*

sibi ipsi contrarius, non probat, nec ei est credendum.

18 *Testes duo deponentes de hæredis institutione, & differentes solum in modo instituendi, ut quia unus deponat hæredem fuisse institutum per uerba directa, alius per uerba communia, non dicuntur contestes, sed dicuntur singulares, & inter se non parum discrepantes, & num. 21.*

19 *Testis, qui cum aliis testibus non concordat, non probat.*

20 *Testis dicens in principio, se id tantum scire, & postea aliud ultra id, deponens, dicitur sibi ipsi contrarius, & uarie deponere, nec ei creditur.*

21 *Testis dicens nil aliud fuisse dictum, quod ipse recordetur, excusatur a uariatione & contrarietate, si postea, vltra id, etiam alia deponat, cũ possit postea recordari de eo, quod prius non recordabatur.*

22 *Verbum habeat, pertineat, uel remaneat, est commune, non directum.*

23 *Verba communia multum differunt a directis.*

24 *Hæreditas per uerba directa defertur, ita quod hæres sua manu accipit, nec ad alterius factũ trahitur: quod non faciunt uerba communia, cum non denotent, quod quis manu sua accipiat, sed alterius.*

25 *Testes inter se in aliquibus discrepantes, an in cæteris probent, quando agitur de testamento probando.*

26 *Testes ad probandum testamentum inducti, & inter se differentes in quantitate relicta, & in modo relinquẽdi, non probant, licet in aliquo sibi ipsis consonent.*

27 *Testes discordantes in circunstantiis, et in his, in quibus fuerunt ad cautelam interrogati, non probant.*

28 *Testes producti ad probandum testamentum, & hæredis institutionem, & uarij circa uerba prolata per testatorem, non probant, tanquam singulares. Quod procedit non solum si fuerint inducti ad probandum ipsa uerba formalia, sed etiam si non fuissent inducti ad probandum ipsa uerba formalia.*

29 *Clausula, non se astringens &c. quæ solet apponi in articulis, quid operetur.*

30 *Testes non deponentes uniformia, & consona in modo, forma, mente, & effectu, non probant in materia testamenti probandi, tanquam singulares.*

31 *Testes redduntur singulares, si uariant in forma, modo, qualitate, uel quantitate, imo & redduntur contrarij, si seipsos referant, & dicant, se tantum scire.*

32 *Testes non deponẽtes uniformiter de omnibus deductis in testamento, & de relictis in eo, non probant testamentum, maxime quando aliqui deponunt plus, & aliqui minus.*

33 *Testes nisi probent totum tenorem testamenti, nihil probant. Nam si aliqui probent plus, & aliqui minus, illi, qui minus deponunt, non uidentur esse testes legitimi, ex quo totum nesciunt, prout requiritur, propter quod non probant etiam illud, quod deponunt: quia non uidentur interfuisse toti testõ, ex quo totum nesciunt.*

34 *Testes singulares, etiam si sint multi, nihil probant, cum pro uno reputentur.*

35 *Testes in testamentis debent esse idonei.*

36 *Mulieres in testamentis testis esse non possunt, non solum de iure ciuili, sed nec etiam de iure canonico.*

37 *Intellectus c. cum esses. de testa.*

38 *Verba sunt intelligenda & interpretanda secundum subiectam materiam.*

39 *Legatarius non est integer testis in testamento, nisi in omnem euentum ualiditatis, uel inualiditatis testamẽti non esset consecuturus legatum.*

40 *Secundum testamentum primum non tollit, quando in secundo non est apposita clausula derogatoria, prout requiritur ad hoc ut tollat primum: quod habet locũ non solum in testamento in scriptis facto, sed etiam in nuncupatiuo, dummodo neutrum sit scriptum manu testatoris, sed notarij, & primum sit magis fauorabile liberis, quam secundum.*

41 *Verbum relinquo, uel simile adiectum certe quantitati, etiam si relictum fuerit filio uel filiæ, non trahitur ad institutionem de iure ciuili, secus de iure Canonico.*

42 *Testamentum etiam de iure diuino posse per duos testes probari, communiter non tenetur.*

43 *Arbitri & arbitratores, qui procedere possunt de iure, & de facto, prout eis uidebitur, non debent procedere & sententia, ita quod ius alterius lædatur contra naturalem æquitatem, nec possunt omittere processum, sed bene modum procedendi.*

44 *Relictum factum pro dote, an uideatur relictum iure institutionis. Et quid si relicta sit pro benedictione parua quantitas.*

CONSILIVM LXXV.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfato puncto, uideatur dicendum, quòd d. do. Dru. non successerit nec succedat dicto Bart. eius patri, sed successerint & succedant dicti Paga. & fratres: ex quo probatur & probari uidetur per dictos testes de testamento dicti Bar. ita in rure, & tempore pestia facto, quantumcunque per prius fecerit aliud testamentum, in quo instituit 1 hæredem dictum Iaco. eius fratrem, cum tale † testamentum fuerit caducum, ex quo dictus Iacobus decessit ante mortem dicti Bartho. propter quod dictum testamentum, quoad dictum Iac. effectum fuit nullum, & non ualuit nec valet. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. 1. & §. in nouissimo. Immo & si fuisset vali-2 dum, per tale secundum † testamentum videtur fuisse reuocatum, etiam si de primo non fuerit facta mẽtio, prout no. ff. de lega. 3. in l. si quis priore. & C. de testa. l. sancimus. & insti. quibus mod. test. infir. §. posteriore: adeo quòd tale testamentum ultimo loco factum uidetur ualuisse & valere, quantumcũque probetur solum per tres testes: cum tres testes uideantur sufficere ad probandum testamentum, quantum-3 cunq; † regulariter requirantur septem testes in ipso testamento & ad ipsum probandum. ff. de testi. l. hæredes palam. & ut ibi no. & C. eo. tit. l. hac consultissima. Quia, licet regulariter uerum sit, ut requirã-4 tur † septem testes ut supra. tamen hoc uerũ est, nisi fiat coram presbytero, & duobus testibus idoneis, cum tunc valeat etiam si non fiat ad pias causas, & per ipsos probetur, saltem in terris ecclesiæ. ut in c. cum esses. de testa. & ita cõiter tenetur. Quod maxime procedit, quando tale testamentũ in rure fieret, 5 cũ † tunc numerus septẽ testiũ non requiratur. C. de testa. l. 2. & præcipue quando fieret tpe pestis, cum tunc pp penuriã testium, non requiratur numerus septem testiũ, sicut & in simili dicitur, quãdo fieret in Carcere, prout & uoluit Bal. in l. fi. C. de testa. Vn-6 de † in casu prædicto, cum tale testamentum fuerit factũ tpe pestis, & in rure, uidetur fuisse & esse valiuum,

dum, quantumcunque non interuenerit numerus septem testium, sed quinque, prout & ipsi testes deponentes super tali testamento, attestatur interfuisse. Immo & si interfuissent solummodo ipsi tres testes interueniente ipso presbytero Parrochiali, tale testamentum fuisset & esset ualidū, & per ipsos tres testes probari potuisset. ut d.c.cum esses. Quod uidetur procedere 7 † etiam si interuenerint duæ mulieres, cum & ipse dici possint idoneæ testes, prout & masculi attenta dispositione.d.c.cum esses: quod innititur dispositioni iuris diuini, & sanctorum patrum, quod uoluit dominus Nicolaus in d. c. cum esses. in fin. in sua lectura. Immo & plus dici potest, 8 † quòd & si interuenissent duo testes idonei, & per ipsos probaretur ipsum testamētum, sufficeret, adeo quòd locus est successioni ex testamēto, cum in ore duorum aut trium stet omne uerbum, ut iure diuino dispositum est, prout est expressum in d. c. cū esses. Quod ipsi iuri diuino innititur: & hoc uoluit domi. Anto. de Butr. in d. c. cum esses. ubi latius de hoc per eum. Immo & ex alia ratione uidetur dici posse, 9 † quòd sufficeret si tale testamentum fuisset factum coram duobus testibus idoneis, & per ipsos duos testes fuisset probatum, cum causa ipsa de dicta sit coram ipsis arbitris & arbitratoribus, & eisdem data fuerit potestas procedendi, & sententiandi de iure & de facto, propter quod 10 † verbum, uidetur concessum eisdem, ut manu Regia procedere & sententiare possent. ut l. 1. in principio. ff. de origine iuris. & sic omissa omni iuris solennitate, prout uoluit Bar. in extrauaganti ad reprimendum in uerbo, uidetur. circa finem. Non tamen omisso iure naturali, uel gentium. Vnde cum & de iure naturali & diuino in ore duorum uel trium stet omne uerbū, sufficeret quòd constet dictis arbitris & arbitratoribus per duos testes idoneos, prout uoluit Bart. ff. de dona. l. filiusfamilias. per id quod habetur. ff. de testa. mili. l. 1. & l. diui. Per quæ uidetur, quòd tale testamentum ita factum ualuerit & ualeat, si de eo cōstet coram ipsis arbitratoribus per duos testes idoneos: adeo quòd potuerint & possint iuxta illud terminare & sententiare, quantumcunque in eo nō sit apposita clausula derogatoria, prout uidetur requiri ex dispositione iuris, prout habetur in auth. hoc inter liberos. C. de testamen. & quantumcunque in dicto testamento non appareat, quòd dicta domina Dru. non fuerit instituta hæres, prout & institui debuit, prout habetur in authen. ut cum de appella. cogno. in §. aliud quoque capitulum. ex quo fuit & est relaxata solennitas iuris ciuilis per talia uarba, prout supradictum fuit. immo 11 † & dici posset, quòd talis clausula derogatoria non requiratur, ex quo tale testamentum non fuit factum in scriptis, de quo uidetur loqui d. auth. hoc inter liberos. Et ultra etiam dici potest, quòd in casu prædicto censeatur instituta, ex quo 12 † pro dote fuit relictum, ad hoc quod no. in c. Rainutius. de testamentis. & C. de hered. actio. l. si adulta. & ibi per Bal. & etiam quia fuit relictum pro benedictione. Quod 13 † uidetur denotare pro parte, seu pro legitima. Adeo ꝗ uidetur tūc iure institutionis relictum, prout in simili dicitur in authentic. unde si parens. C. de inoffic. testamen. Ita quòd per hoc uidetur dicendum & dici potest, ꝗ dicti Paga. & fratres non sint cōdemnandi ad restitutionem dictorū bonorū imo potius absoluēdi, attētis dictis probationibus dictorum testium: Qui 14 † & si in verbis uideantur aliqualiter variare, tamen nō uidentur variare in substantia: & satis videtur sufficere, prout ex his, quæ habentur. C. de pœnis in l. qui sententiam. & in c. dudum de conuer. coniug. & in c. nihil. de verbo. signi. Et non solum attentis dictis probationibus dictorum triū testium, sed duorum quoq; aliorum, qui videntur similiter deponere de voluntate dicti Bart. videlicet quòd fuerit, relinquere dicta bona dictis Pa-15 gano & fratribus quantumcunque † dicti testes sint singulares. tamen coadiuuant, vt patet ex his quæ habentur in c. fi. de successionibus ab intesta. Ita quòd per hæc videtur dici posse, quod dicto Paga. & fratres non sint condemnandi, sed potius absoluendi per dictos arbitros & arbitratores a petitis pro parte dictæ domi. Dru. Sed his non obstātibus contrarium de iure dicendum est, vt videlicet, dicti Pag. & fratres fuerint & sint nō absoluendi, sed potius condemnandi per dictos arbitros & arbitratores, seu per eos, qui in locum eorum successerunt, præsupposito quòd ꝑ parte d. do. Dru. fuerit & sit probatum, ꝗ ipsa fuerit & sit filia legitima & naturalis, & quòd bona ipsa remanserint in bonis & hæreditate dicti Bart. Cum his probatis ipsa bona reddenda, & restituenda sint eidem dominæ Dru. hæredi dicti Bar. ff. de pet. hæredi. l. legitima. & l. regulariter. & l. licet minima. & ꝑut nota. ff. de eden. l. 1. §. 1. delata enim fuit hæreditas dicti Bart. ad dictam do. Dru. non solum ab intestato, si ab intestato adire voluerit. C. de suis & le. auth. in successione. sed etiam ex testamento, si ex testamento adire voluerit: quantumcunque in ipso testamento facto tempore Iubilei ipsa non fuerit vniuersaliter instituta, sed in dotibus suis vniuersaliter instituto hærede dicto. Iac. nam cum, vt præsupponitur, dictus Iaco. decesserit ante mortē 16 d. Bar. institutio † de eo facta, effecta fuit caduca & inualida: adeo quod accreuit dictæ do. Dru. hæredi institutæ in dictis dotibus. ff. de hære. insti. l. 1. §. si ex fundo. & prout plenius no. ibi & in l. quoties. C. eodem. tit. Cum ergo dicta hæreditas dicti Bart. fuerit deuoluta ad dictam dominam Dru. ex testamento, vel ab intestato, potuerit eam adire, & eidem se immiscere, & bona, quæ sunt seu remāserunt in ipsa hæreditate, petere contra dictos Paga. & fratres possidentes dicta bona, vt patet in iuribus supra allegatis: nō obstantibus in contrariū adductis, cum non obstante. Non enim obstat, & primo qd' in contrarium adducitur dicendo, quod nō fuit nec est locus successioni ex testameto, vel ab intestato in persona d. do. Dru. cum dictus Bartho. in infirmitate grauatus, condiderit testamentum in quo hæredem instituit dictum Paga. & fratres, instituendo dictam Drudam in dotibus suis, prout inducitur in secundo capitul. propter dicti Paga. & fratrum producto, & prout conantur probare dicti testes, videlicet, dominus Bart. & domina Cathe. & do. Gui. inducti testes ꝑ parte dictorū Pag. & fratrū. Nā ad hoc rńdetur pluribus modis. Et primo, quia dicti testes non probauerunt, nec

probant dictum testamentum & vltimam voluntatem: ipse enim dominus Bartholo. si eius dictum bene consideretur, nihil probat; ipse enim deponendo super secundo capitulo prædicto, sibi ipsi contradicit. Dicit primo, quòd ідctus Bartho. dixit infrascripta verba, videlicet, (Vedete che è poco tempo, a la mia vita: voi sarete testimonii, ch'io voglio, che la mia robba rimanga in casa, & si voglio, che Pagano, Santo, & Apolli. miei nepoti, & figliuoli di Giacobuccio mio fratello, sieno miei heredi di tutta la mia robba: & cosi loro instituisco miei heredi: Et a la Druda mia figliuola io lascio cento quindeci libre, che le ho date per dota; & si mi pare che ella stia bene, & si le lascio cinque soldi per benedittione; Et dixit interrogatus, quod super prædictis nihil aliud dixit, Dicens prædicta scire, quia præsens fuit, vidit, & audiuit prædicta, vt prædixit tempore prædicto, in villa Raconcellanæ comitatus Rauennæ, in domo dicti olim Bartoli, & suorum consortum, in Caminata dictæ domus, ipso Barto. sedente super lecto, præsentibus se teste, & prænominatis. Ipse vero testis interrogatus super interrogatorio dixit infrascripta verba, videlicet. Item dixit interrogatus, quod dictus Bartholo. reliquit dictæ ecclesiæ sancti Blasii, cuius est Rector, vnam petiam terræ. Item dixit, quod obligauit, quòd dicta eius uxor possit stare & habitare in domo, & habere victum & uestitũ, donec uellet stare in eadem domo, Vnde [17] † ipse testis, si eius dicta bene ponderentur, sibi ipsi contradicit. Dicit enim primo, se tantum scire prout & testificatus est, subdendo, quod dictus Bar. super prædictis nil aliud dixit. Vnde si nil aliud dixit, subdendo, se tantum scire: dicendo postea, quod ille Barth. reliquit ipsi ecclesiæ sancti Blasii; & similiter dictæ suæ vxori, uidetur sibi contradicere, cum & aliud sciuerit, & alius dixerit dictus Barto. ad hoc quod not. in c. cum ecclesia: de causa possess. & proprieta. Propter quod uidetur eidem non credendum. ff. de testib. l. qui falsa, prout not. per gloss. in c. in nostra. de testib. Præterea ipse testis: si eius dictum bene ponderetur, non consonat se cum dicta Catherina alia teste. Ipse enim dicit, quod dictus Bart. dixit: (io voglio Pagano, Santo, & Apolli, sieno miei heredi di tutta la mia robba: e cosi loro instituisco miei heredi,) quod non deponit dicta Catherina cum ipsa dicat, quod ipse dixit (Pagano, Santo, & Apol. voglio che habbiano tutta la mia robba: eos aliter non instituendo, nec declarando, quod velit ipsos esse suos [18] hæredes, prout & dixit dom. Barth. ista † enim duo dicta inter se differunt, & non parum, cum differant in modo instituendi, cum dictus dominus Barthol. videatur deponere de institutione facta, per uerba directa; & dicta Catheri. per verba communia, quæ longe differunt, prout infra patebit. Ita quod non potest dici, quod dictus dominus Barth. & Cather. sint contestes: Nec etiam in alio, quia dictus domi. Barth. dixit, quod Barth. testando dixit. (alla Druda mia figliuola io lascio cento quindeci libre, che io li ho dato per dota, & si me pare che ella stia bene, & si le lascio soldi cinque per benedittione. Et ita dixit, dicendo se tantum scire, ut prædixit. Vnde ipse testis non deponit, nec deponere uidetur, quod dictus Bartol. dixerit, (& non uoglio che ella habbia piu altro del mio,) prout & uidetur deponere d. do. Catheri. & similiter dicta domina Guida: ita quod dictus dominus Barth. non deponit de ipsa prohibitione, & quod uoluerit dictus Bart. quod dicta dom. Druda nihil aliud habeat, prout deducitur in dicto capitulo, & prout conantur testificari dicta domina Catherina & Guida & alii testes. Itaque ex hoc apparet, quod dicti testes non sunt contestes: Sed etiã ex alio, quia dicit d. Bar. quod tempore institutionis ipse erat propinquior ipso Barth. cæteris aliis testibus: quod non dicit dicta domina Catherina immo dixit quod erat dicta domina Guida propinquior dicto domino Bartho. Ipsa uero domina Guida dicit, quod ipsa testis, & dictus dom. Bartho. erant propinquiores, ita quòd ipsi testes in hoc quis sit proximior non concordant, prout ex dictis apparet. & cũ [19] † ipse dom. Barth. se non concordat cum aliis testibus, non inducit aliquam probationem, nec probat, prout infra plenius patebit. Quod & similiter videtur dicendum in dicta domina Catherina. Ipsa enim & si dicat, quòd dictus Barth. dixerit hæc verba, videlicet, (siate miei testimonii, che se bisognasse mai ai miei nepoti: io uoglio che la Druda mia figliuola habbia cento quindeci libre, che le ho dato in dota, quando io la maritai: & cinque soldi piu per benedittione: & si non ueglio che ella habbia piu altro del mio: perche mi pare, che habbia hauuto assai: & Pagano, Santo, & Apollina, uoglio che habbiano tutta la mia robba. Dicens prædicta scire, quia fuit præsens, uidit, & audiuit: subdendo interrogata si dixit alia uerba, quam prædicta, dixit, quòd non, quòd ipsa testis recordaretur: Et postea dicta testis dicit interrogata super interrogatorio, quòd dictus Barto. etiam reliquit ecclesiæ sancti Blasii certam petiam terræ: & etiam quantitatem denariorum pro reparatione campanilis dictæ ecclesiæ, & nil aliud reliquit, quod ipsa recordetur. Ipsa enim domina Cather. si eius dicta bene ponderentur, nõ probat ex pluribus. & primo, quia sibi ipsi uidetur [20] contradicere, dicendo se tantum scire † & quòd dictus Bartolus non dixit alia uerba, quòd ipsa testis recordetur. & deinde interrogata super interrogatorio dixit, quòd d. Barto. reliquit etiam ecclesiæ sancti Blasii; & nihil aliud reliquit, quod ipsa recordetur, Cum ita deponendo, videatur deponere, quòd alia uerba dixerit, cuius contrarium supra dixit. propter quod uidetur uariare & uarie deponere. unde non uidetur eidem credendum. ut dic. l. qui falsa. & [21] prout not. in d. c. in nostra. Nisi forte † excusetur ex eo, quia dixit, quod non recordetur, cum possit postea recordari de eo, quod prius non recordabatur, iuxta no. in c. literæ. de dila. & in c. cum causam. de testi. Sed licet ipsa dom. Catherina ab hac uariatione & contrarietate excusetur, nihilominus non probat, Quia licet ipsa consonet se cum dicta Guida inquantum ipsa dixit, quòd dictus Bart. dixit, (& si non uoglio che la d. Dru. habbia piu altro del mio. prout & deposuit d. do. Guid. nihilominus ipsa non consonat se cum d. do. Bart. & d. do. Gui. Ipsa enim non dicit deponendo super dicto capitolo, quod dictus Barthol. dixerit, (& Pagano, Santo, & Apol. voglio che habbiano tutta la mia robba.) Non enim dixit, quòd dixerit, quòd uoluerit, quod sint hæredes, nec

des,nec quod instituerit ipsos hæredes,prout attestā tur dicti do.Bart.& do. Gui. ipsi ambo deponunt de institutione facta de dictis Pag. San. & Apol. & sic de hæreditate eis relicta per verba directa.ff.de ver bor.significa.l.abutuntur.& ff.de hæred.institu.l.1. & per totum.& prout no.per glo.in l.in verbis ciuilibus.ff.de vulga.& pupillar.per quæ verba non deponit dicta domina Catheri. cū dicat quòd dixit. & Pag.San. & Apol.(voglio che habbiano tutta l'altra

22 mia robba:)cū † tale verbum,habeat, non sit verbū directum,sed commune, prout est verbū pertineat, vel remaneat,prout voluit Barto.in l.centurio.ff.de vulga.& pupilla.per id quod habetur.C.de donatio. ante napt.in l.si cum ante.quod & voluit etiam Bal. in l.fina.C.de sacr.sanct.eccles.& Ioan.de Imo.in c.

23 Rainutius. de testamen. verba † enim communia multum differunt a directis, prout patet ea nota. in d.l.centurio.& in l.verbis ciuilibus.& in d.c.Rainutius.& in c.si pater.eo.tit.in 6. Vnde cum differant, non potest dici,quod dicta dom.Cathe. consonet se cum d.do.Barth.& d.do.Gui.in illis verbis,per quę deferatur ipsa hæreditas, & sic in modo instituendi.

24 cum per † directa verba deferatur hæreditas, ita qd' sua manu accipit & accipere potest, nec ad alterius factum trahitur,prout not. in l.eam quam. C. de fideicom.quæ non faciunt verba communia, cum nō denotent,quod quis manu sua accipiat,sed de manu sua alterius, prout not. in d. iuribus. Vnde non consonat dicta domina Catheri.dicto dom.Bartho. nec cum eius dicto, & similiter cum dicta Gui. Nec etiam in alio,quia d.dom.Cather. dixit,quod dictus Bartho. reliquit dictæ ecclesiæ Sancti Blasii dictam quantitatem denariorum pro reparatione campanilis, de quo non deponit dictus do. Bartho. sed bene dicta d. Gui. Vnde in hoc non consonat dictum dictæ d. Cathe. cum dicto domino Bartho. immò & in alio non consonat,cum dicto dom. Bart.cum ipsa do.Cathe.dicat,quod dictus dom. Barth.dixit,quod non volebat,quod dicta Dru. haberet plus de bonis suis, de qua prohibitione non deposuit dictus dominus Bar. cum ipse dixerit,quod dictus Bartho.dixit, (& alla Druda mia figliuola lascio cento quindeci libre che le ho dato per dota: & si pare che ella stia bene:)non autem dixit,quod volebat,quod plùs nō

25 peteret. Ita quòd et his † non consonant isti duo testes: nec in relicto facto ipsi ecclesiæ sancti Blasii de certa quātitate prò reparatione campanilis: de quo dictus do. Bar.nihil deposuit: nec etiam consonant in eo quod dixit. quod d. do. Gui. erat propinquior dicto Bar.quam d.do. Bart. cum ipse hoc deponat contrarium:propter quæ dicta Catheri.non probati prout & infra patebit: Quod & locum habet similiter in d.do.Gui.ipsa enim dicit, quod dictus Barth. vocauit & rogauit ipsos testes, & ita disposuit, & in hunc modum,& sub his verbis:(Vol farete testimonii,& cosi vi prego:io lascio alla Druda mia figliuola libre cento quindeci:che io le dedi, quando la maritai, & cinque soldi di beneditione: & si non voglio che habbia altro nelli mei beni:& in tutti gli altri mei beni,io lascio miei heredi, Paga,Santo & Apolli: miei nepoti: perchè loro sono assaigati con meco.)& etiam reliquit ecclesiæ sancti Blasii, vnam petiam terræ:& libras decem pro fabrica dictæ ecclesiæ:& etiam disposuit,quod ipsa testis haberet victū & vestitum condecentem de bonis suis,(volēdo stare & habitare)in domo ipsius testatoris: Ipsa enim testis, & si concordet cum d. do. Bart.inquantum d. do. Bart.similiter dixit, ꝙ d.dom. Bar. instituit hæredes dictos Paga.San. & Apol. tamen ab eo discordat

26 in pluribus. Et primo,quia † d. do. Bar.dixit,quod d. do.Bar.protulit hæc verba,uidelicet: (io uoglio che Paga.San.& Apol.miei nepoti:& figliuoli di Giacomo mio fratello, sieno miei heredi di tutta la mia robba:& cosi loro instituisco miei heredi:& la Druda mia figliuola lascio cento quindeci libre, che io le ho date per dota: & si me pare che ella stia bene, & si lascio cinque soldi per beneditione:) ita quod attentis dictis verbis ipse Bar. reliquit primo dictis Paga. & fratribus totam robbam, relinquendo postea dictæ Dru. dictas quantitates, quod non asserit dicta d.Gui.dictum Bart.ita reliquisse:immo dicit, quòd dictus Bart. vsus fuit his verbis: (io lascio a la Druda mia figliuola libre cento quindeci, che io le ho date,quando la maritai, & cinque soldi de benedittione:& si non voglio, che habbia altro ne li mei beni:& in tutti gli altri miei beni lascio heredi Paga.San.& Apol.) Ita quòd secundum hæc verba primo reliquit d.do.Dru.dictas quantitates, & de residuo instituit d.Paga.& fratres, ita quod dici potest, ꝙ in quantitate,vnum dictum differat ab alio, & in

27 modo relinquendi.Secundo discordat in eo,† quod dicit:quod dictus Barth. dixit:(io non uoglio che la Druda habbia altro de li miei beni:)cum de hoc dictus do.Barth.nihil dicat: talis enim prohibitio non est parui effectus prout patet ea no.in l.liberti liber tæque.C.de oper.liber.& in l.ui iurisiurandi.§.si liberi.ff.eod.ti.& in l.quoniam nouella.C.de inoffic. testa.& in l.si adulta.C.de hæred.actio. per Bald. Itē discordat ab eo, cum ipsa dicat quòd reliquit libras decem pro fabrica dictæ Ecclesiæ,de quo d.do. Bar. nihil dixit. Vnde non concordat, nec est contestis cum dicto do.Bar.Et etiam in eo,quia ipse dicit, ꝙ ipsa testis & d.do.Bart.erant propinquiores: Cum prout dicit ipse d.Bar.ipse erat propinquior. Discordat etiam ipsa do.Guida. & do.Cather.in pluribus. Et primo in eo,quòd dicit,quòd dictus Bar.instituit hæredes dictos Paga.San.& Apol.in omnibus aliis bonis vtendo verbis directis, de quo non deponit dicta domina Catherina cum dicat,quod d.domino Bart.dixerit:(& Paga.San. & Apol. uoglio che habbiano tutta l'altra mia robba,) deponendo per verba communia, quæ differunt a directis prout supra patet. Differt etiam ab ea in alio:quia dicta domina Guida dixit,quod reliquit libras decem pro fabrica dictæ ecclesiæ, & dicta Cather. dixit de certa quantitate pro reparatione campanilis. immo & in alio, quia ipsa domina Guida dixit, quod dictus Bartho. eidem reliquit uictum & uestitum condecentem, uolendo stare in domo.de quo dicta domina Cathe. nihil disposuit: imo etiam in hoc discordat a dicto do.Barth cum ipse dicat qd' d. Bar.legauit, ut d.eius vxor posset stare & habitare in domo. de quo d.do. Gui.nihil dixit.Sed dixit quòd dictus testator dispo suit, quòd haberet uictum & uestitum condecentem,uolendo stare in domo. & sic in casu quo velit stare & habitare, non autem secundum eius dictum

reliquit ipsam stantiam & habitationem præcise, prout disposuit dictus domi. Bart. Ita quod dicti testes, si eorum dicta bene ponderentur, non consonant in eorum dictis: Imo vnus ab altero & alter ab altero variant non solum in circunstantijs seu in his, in quibus fuerunt ad cautelam interrogati, prout & interrogari potuerunt, prout & not. in d. l. testium. & ibi per gl. & Bal. prout est in eo, quis esset propinquior dicto Bart. tempore dictæ institutionis. Et in relictis factis per ipsum Bart. 28 sed etiam in † verbis prolatis per ipsum Bar. per ipsos testes relatis, propter quod redduntur contrarij, seu singulares, prout voluit do. Anto. in d. c. nihil. de verb. sign. dicens, ita fuisse iudicatum per d. c. nihil. Quod procedit non solum si fuerint inducti ad probãdum ipsa verba formalia, prout volunt domi. Nico. ibi & communiter tenetur. & in c. cum ecclesia. de causa possessio. & proprie. Sed etiam si non fuissent inducti ad probandum ipsa formalia verba, seu se non astrinxissent, prout videtur velle do. Anto. ibi indistincte & generaliter 29 loquens, & dicens ita fuisse iudicatum, cum † prout & de præsenti, & ab antiquo, communiter in articulis apponatur illa clausula, non se astringens &c. quæ forte in dicta causa fuerat apposita verisimiliter, ex quo ita fuit practicatum & practicatur. super quo nõ est necesse insistere, cum in casu prædicto testes ipsi referentes dictum ipsius Bart. testatoris, circa ipsum testamentũ varient, non solũ in ipsis verbis: sed etiam in substantia, & mente, seu effectu ipsorum verborum, prout & præcipue apparet ex verbis relatis per ipsum dominũ Bart. verba enim prolata ad ipsum Bar. testatorem relata per ipsum do. Bar. denotant, ꝙ ipse Bart. testator voluit, ꝙ ipsi San. Paga. & Apol. sint eius hæredes in tota eius robba: & ita eos instituit. Quod & denotãt similiter verba relata per dictam Gui. 30 licet nõ ita formaliter. Per quæ verba apparet † ꝙ dictus Bar. voluit quòd manu & authoritate propria, & nõ ministerio alterius caperent ipsam robbam, seu bona, quod non denotant verba ipsius Bar. relata per dictam d. Cathe. cum non denotẽt, vt manu propria, seu alterius capiant, seu capere possint, ex quo sunt communia, prout supra dictũ fuit. Ita ꝙ non ea forma, seu modo, quo delata fuit dicta robba, seu hæreditas dictis Paga. & fratribus, per verba dicti Bar. relata ꝑ dictos do. Bar. & dictã Gui. delata fuit ꝑ verba relata per d. Cathe. propter quod testes ipsi adinuicem se non consonant: Nec verba eos relata sunt conformia in effectu, cum longe differant verba communinia a directis, prout supra dictũ fuit item verba dicti testatoris relata per dictũ do. Bar. denotant, quod dictus Bart. testator voluit, quod dicti Paga. & fratres essent hæredes de tota robba ipsius, & ꝙ dicta do. Dru. haberet 15. libras, quas eidem dedit pro dote dicendo: *& si me pare che ella stia bene, & figlie lascio soldi 5. per la beneditione*. Ita quòd primo reliquit secundum ipsa verba, totam robbam dictis Paga. & fratribus. Deinde reliquit dictæ d. Dru. dictas quantitates. non tamen solui voluit, nec dixit quòd ipsa plus non baberet. Ita quod attentis his verbis non fuit de intentione sua, quod ipsa non posset habere plus de bonis suis, vel in bonis suis, prout denotant verba illa relata per dictas do. Gui. & do. Cathe. sed verba relata per dictam do. Gui. non denotant, ꝙ dictus testator reliquerit per prius, & ante ipsa bona dictis Paga. & fratribus. sed primo reliquit dictæ do. Dru. dictas quantitates, videlicet 15. libras & 5. solidos: & in omnibus aliis bonis reliquerit hæredes dictos Paga. & fratres, ita ꝙ prius reliquerit dictæ do. Dru. quantitates: & in omnibus aliis instituit hæredes dictos Paga. & fratres. Vnde differunt verba ipsa ita relata in quantitate & modo quantitatis relictæ, cum per verba relata per ipsum do. Bart. tota robba fuerit relicta dictis Paga. & fratribus, & postea relicta ipsa quantitas dictæ do. Dru. ꝙ non denotant verba relata per ipsam d. Gui. Per quæ uidetur dici posse, quod verba ita relata per ipsos, & ab ipso testatore prolata, non fuerint vniformia & consona in effectu, ex quo non consonant in forma & in modo. Imo & nec in mente: ex quo secunda verba prolata per do. Testatorem fuerunt, vt dicta do. Dru. non haberet plus: quod non denotãt verba relata per ipsum d. Bar. Propter quæ ipsi testes redduntur singulares: ad quod no. per Bal. in 31 d. l. testium. vbi dicit † ꝙ testes redduntur singulares, si variant in forma, modo, qualitate, vel quantitate, vt plenius ibi per eum. Vnde si testes non consonent in forma: & mente redduntur singulares, & non probant, prout & communiter tenetur, imo & per omnes, prout babetur in d. c. nihil. ad hoc ꝙ notatur in d. c. dudum. de conuer. coniu. & d. c. cum Ecclesia. & C. de pœnis. l. qui sententiam. Imo & dici potest, quòd reddantur contrarii, si se ipsos referant, & maxime si dicant, se tãtum scire. 32 ad hoc quod no. in d. c. cum Ecclesia. Quod † & secundo deducitur ex alio, quia ipsi testes non deponunt vniformiter de omnibus deductis in ipso testamento, & de relictis, vt dicitur, in eo factis, prout supra plenius patet. Vnde non probant nec probare videntur dictum testamentum, ex quo aliqui deponunt plus, & aliqui minus, prout voluit Bal. in l. cum antiquitas. de testa. per illum tex. per quẽ 33 tex. videtur probari, quòd † nisi testes probent totum tenorem testamenti, nihil probent. Nam si aliqui probent plus, & aliqui minus, illi, qui minus deponunt, non videntur esse testes legitimi, ex quo totum nesciunt, prout, requiritur. propter quod non probant etiam illud, quod deponunt, quia non videntur interfuisse toti testamento, ex quo totum nesciunt, prout requiritur, vt illud probent, prout voluit Bal. in d. l. cum antiquitas, per illum tex. quem sequitur ibi Paul. de Cast. & d. Ioã. de Montesperel. pro quo etiam facit ꝙ no. ff. de infami. l. Lucius. & ff. de testa. l. si is qui. & ibi ꝑ Bal. Vnde cum dicti tres testes fuerint & sint singulares, ipsi non probant dictum testamentũ. ff. de test. l. vbi numerus: & C. eo. tit. l. iurisiurandi. & in c. li- 34 cet vniuersis. eo. tit. testes † enim singulares, etiã si sint multi, nihil probant, cũ pro vno reputentur, prout patet ex not. in c. licet causam. de proba. & in c. super hoc de renun. & ff. de arbit. l. diem proferre. §. si plures. Quod & locum habet in duobus aliis testibus, videlicet, in Guarnerio, &

Gaspa-

Gaspare, cum & ipsi fuerint & sint similiter singulares, nec consonent ad inuicem, nec cum aliis tribus, vt ex eorum dictis aperte apparet: Propter quæ dici & concludi potest, non fuisse, nec esse probatum de dicto asserto testamento dicti Bar. Vnde non ob. Quod in contrarium allegatur de dicto asserto testamento Bar. cum non probetur, prout patet ex prædictis. Ad idem & tertio facit, quia, & si testamentum fieri possit coram præsbytero Parrochiali, & duobus vel tribus testibus idoneis, etiam ad non pias causas, & valebit, & per eos probari possit præcipue in terris Ecclesiæ, prout communiter tenetur, secundum quod no. in d. c. cum esses. de testamen.

35 tamen † dicti testes debent esse idonei, prout patet ibi in tex. Quales non fuerunt, nec sunt ipsa do. Ca-

36 the. & do. Gui. cum mulieres † in testamentis testes esse non possint, non solum de iure Ciuili. ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier. & insti. eo. tit. §. testes. Sed etiam de iure Cano. prout videtur expressum in c. forus. ad fi. de uerbo. signi. iuxta gloss. quæ hoc uult: ad hoc glo. 15. q. 3. cap. ex eo. quæ hoc similiter uult: quòd & uoluit similiter Specul. in tit. de test. §. 1. uer. item quod est mulier. iuncto uer. seq. & Federi. de Senis in consil. 217. & do. Ludouicus Pontanus in repetitione authen. similiter. in uersi. 16. & Ioan. de Imol. in d. capit. cum esses. in notabilibus. Quod & uidetur tenendum, licet aliud uoluerit ibi do. Nicolaus Siculus, quem alias legendo refutaui,

37 & non bene, cum † tex. in d. c. cũ esses. requirat testes idoneos in materia testamenti, in qua mulier non censetur idonea, prout supra patet. nec text. ibi habuit respectum solum ad ius diuinum, cum si haberet respectum, non requisiuisset ibi præsentiã præsbyteri ultra numerum duorum, aut trium testium, requirit, secundum quòd communiter ibi tenetur.

38 Pro quo etiam facit, quia uerba † intelligenda sunt, & interpretanda secundum subiectam materiam, prout no. ff. de usu & habi. l. plenum. §. æquitii. & ff. loca. l. si uno. In prin. Ita quòd attentis prædictis tale testamentum, ut dicitur, ita factum coram dicto præsbytero & dictis mulieribus non valuit, nec valet, ea quo non interuenerunt duo, vel tres testes idonei, vltra ipsum præsbyterum: Nec per ipsas mulieres probari potuit attentis prædictis: & præcipue per dictam Guidam, nam, prout ipsa testificando asserit, & dictus do. Bartho. fuit & est legataria, propter

39 † quòd non fuit nec est Integra testis, si in omnem euentum validitatis vel inualiditatis testamenti, non erat cõsecutura legatũ, prout voluit Io. An. & d. An. in c. insuper. de testibus. & Ita cõmuniter ibi tenet. Vnde cum non sit integra testis: & Idonea, imo & etiam dicta domina Cathe. mulier, tale testamentum non probatur per testes tres idoneos, prout & requiritur vt supra patet. vnde non habet obstare: Super quibus duobus testibus ego non insisto aliter, cum nõ expediat, cum de his plenissime dictum sit per excellentissimum: V. I. doc. dominum Alexandrum Tartagnum fratrem honorandum in consiliis suis. vnde non debet obstare dictum ipsarum mulierum. Quod & quarto deducitur ex alio, nam cum in primo testamento fuerit instituta ipsa domina Dru. in dictis suis dotibus, & eidem accreuerit hæreditas dicti Bartol. adeo quòd censetur instituta hæres vniuersaliter in tota hæreditate, ex quo dictus Iacob. hæres institutus in eo decessit ante mortem dicti Barthol. tale testamentum secundo loco factum non valuit nec välet, ita quòd deroget ipsi primo. Et si appareret quòd secundum esset probatum per

40 testes idoneos, ex quo † in secundo non apparet apposita clausula derogatoria, prout requiritur ad hoc vt tollat primum, prout est expressum C. de testamen. authen. hoc inter liberos. quæ locum habet non solum in testamento in scriptis facto: sed etiam in nuncupatiuo, prout & voluit ibi Bald. post Iaco. de Are. dicendo d. authen. locum habere, quando neutrum testamentum scriptum est manu testatoris: sed non cum scriptum est manu Tabellionis, cum tunc non valeat testamentum secundum si non habeat clausulam derogatoriam. Nam si præualet primum testamentum de iure speciali, ergo & multo fortius præualet, si est factum de iure communi. ff. de testamen. mili. l. eius militis. §. militia Quod verum est, quando primum testamentum est magis fauorabile ipsis liberis, prout voluit Bald. ibi prout est in casu prædicto ea quo per primum testamentum tota ipsa hæreditas deuoluitur & deuoluta fuit ad ipsam do. Dru. eius filiam. Quod & quinto demonstratur ex alio, vt dictum testamentum, vt dicitur vltimo loco factum per dictum Bartol. non valuerit nec valeat, cum in eo dicta domina Dru. non fuerit instituta nec in certa re, vel quantitate, prout requiritur, ad hoc vt testamentum valeat. vt in anthen. ut cum de appel. cogno. in §.

41 aliud quoque capitulum. verbum enim † relinquo uel simile adiectum certæ quantitati, etiã si relictum fuerit filio, vel filiæ non trahitur ad institutionem: propter quòd tale testamentum ita factum non ualebit, prout communiter tenetur, per id quòd habetur in d. §. aliud quoque capitulum. & ff. de hæredi. institu. l. his verbis. & ff. ad Trebel. cogi. §. generaliter. & C. de inoffi. testa. in authen. vnde si parens. Quod procedit de iure Ciuili, cum de iure Canonico & eius æquitate forte aliud sit, cum & valeat etiam si alius fuerit vniuersaliter institutus hæres, prout & sustineri potest per text. d. c. Rainutius. & per no. in d. c. si pater. eod. tit. In fexto. Et quòd tutius sit quod iure institutionis relinquatur, prout plenissime not. in d. c. Rainutius. & in d. c. si pater. & in d. l. his verbis. & in auth. vnde si parẽs & in l. fi. C. fami. hercil. super quo nõ puto necessario insistendũ cum, vt præsupponitur, Ius Ciuile in illa ciuitate seruetur, & seruandũ sit: prout disponitur in statuto dictæ ciuitatis, super quo, quia nõ vidi, nõ insisto. Vnde si seruetur ius Ciuile tale testamentum, in quo dicta do. Dru. nõ fuit Instituta hæres, non valeret: propter quòd non tolleret primum, nec successionem ab intestato. vt in regula: non præstat in 6. Vnde, cũ nõ probetur tale testamentum, & si probetur nõ valeat, locus est successiuni in persona dictæ do. Dru. & succedit & succedere potest in ipsa hæreditate dicti Bartholi. non solum ex testamento: sed etiam ab intestato, si ab intestato succedere velit, prout patet ea prædictis, per quæ patet, quod ipsa obtinet & obtinere debuit, non solum si egerit ex testamento, sed etiam ab intestato contra dictos Paga. & fratres, non obstantibus in contrarium adductis,

ctis, cum non obstent. Non enim ob. & primo, quòd dicit de dicto testamento facto coram presbytero, & quatuor aliis testibus: Quia si de tali testamento constarent, non fuisset, nec esset validum, ex pluribus, prout & supra dictum fuit. vnde non ob. Nec obstat si dicatur quòd attenta dispositione iuris diuini probari potest per duos testes prout voluit do.

41 Anto. in dict. c. cum esset. Quod hoc † communiter non tenetur, prout patet ex not. in dict. cap. cum esset. Præterea, & si teneretur, non obstaret, cum non fuerit hoc casu probatum per duos testes prout supra dictum fuit, vnde non ob. Nec obstat quod causa ipsa est coram arbitris & arbitratoribus, vel succedentis in eorum locum, prout est

42 iudex appellationis, cum † & si procedere, & sententiare possint de iure & de facto, prout eis videtur prout & in compromisso deductum est, tamen non debuerunt, nec debent procedere & sententiare ita quod ius alterius ledatur contra naturalem æquitatem, prout voluit Bartol. in d. verbo. videbitur: & in d. l. filiusfamilias. pro quo facit quod no. in cle. pastoralis. de re iudi. Imo & tunc omittere non possunt processum: sed bene modum procedendi, cum non teneantur seruare solemnitatem iudiciorum, prout voluit Bald. ff. de eui&lo. l. 1. ar. l. 1. & l. diuus. ff. de mi. resti. Vnde cum dictum assertum testamentum, vt dicitur factum coram ipso presbytero, non valuerit nec valeat prout & supra dictum fuit, & consequenter bona dicti Bartol. pertinuerint & pertineant naturaliter ad dictam Dru. eius filiam. ff. de libe. & posthum. l. in suis & C. de libe. præte. l. maximum vitium. non potuerunt, nec debuerunt dicti arbitri & arbitratores dicta bona do. Dru. tollere. Et maxime, quia non fuit nec est probatum de dicto testamento etiam per duos testes contestes, prout supra dictum fuit: vnde non ob. Nec ob. si dicatur, quòd clausula derogatoria non videtur requiri, cum non sit locus dispositioni d. authen. hoc inter liberos. Quia prout & supra dictum fuit, videtur requiri, nec est necesse in hoc insistere, ex quo de dicto testamento non est probatum: Nec etiam super aliis allegatis in contrarium,

44 videlicet, de relicto † facto pro dote, vt videatur relictum iure institutionis, cum hoc non sit verum, prout voluit Sali. in d. l. si adulta. & Ioan. de Imo. in d. cap. Rainutius. & multo fortius si esset relictum pro benedictione: & maxime ipsa parua quantitas, cum hoc iure cautum non reperiatur, nec super his necesse est insistere, ex quo de dicto testamento non fuit nec est probatum. vnde non habent obstare: Et cum non obstent non cõluditur & concludi potest, quòd d. do. Dru. obtinet, & obtinere debet in dicta causa: adeo quod per ipsos arbitros, & arbitratores, & vel succedentes in eorum locum, constitutio quòd ipsa fuerit & sit legitima filia dicti Bartol. & eius hæreditas ad ipsam sit delata ex testamento, uel ab intestato ut supra condemnari debent dicti Paga. & fratres ad reddendum, & restituendum dictæ do. Dru. bona dicti Bartol. si appareat ipsos dicta bona possidere &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII LXXVI.

Punctus, Quidam Antonius Lacustanus, cum haberet quamplures filios masculos videlicet, & fœminas, inter quas habebat quãdã nomine Monnam, eam ipse maritauit: & eidem condecẽtem dotem dedit, ex cuius Monnæ matrimonio nati sunt plures filij: Accidit postea, sicut diuina dispositione sancitum est, quòd dictus An. debitũ vniuersæ carnis exsoluit, & sic decessit: tamen antequam decederet ipse testatus est: & in suo testamento inter cętera fecit dictæ Monnæ suæ filiæ dotatæ vltra eius dotẽ, vnũ relictũ iure institutionis relinquendo: & eam in his instituendo hæredẽ: & in omnibus bonis suis instituit hæredes suos filios masculos. Qui post mortẽ dicti Anto. eorũ patris decesserũt omnes, præterquã Martinus vnus ex his, qui tenuit & possedit omnia bona dicti Anto. Deinde dicta do. Monna viuẽte dicto Martino mortua est, remanentibus ex ea dictis eius filijs, & superstite dicto Mar. eius fratre, & filio dicti Anto. qui postmodum decessit sine filijs ex eo descendẽtibus. Nunc autẽ filij dictæ do. Mon. aduertentes, quod relictum factum dictæ do. Mon. eorum matri non ascendit ad legitimam sibi debitam de iure naturæ, computata etiã dote sibi data, petunt in bonis dicti Anto. suppleri dictam legitimam: & id quod deficit pro supplemento dictæ legitimæ debitæ dictæ Mõ. eorũ matri. Verũ quia in loco stat statutũ loquẽs & disponẽs, quòd filia dotata non succedat dotanti quousque superuixerit aliquis filius masculus ab ipso dotante, quòd statutũ transmittitur: Merito dubitatur, & in dubiũ reuocatur, an filij dictæ domi. Mon. possint petere dictum supplementum legitimæ. Item dubitatur, an filij dictæ d. Monnæ petere possint dimidiã hæreditatis D. Man. eorum amitæ, & filiæ Marculi fratris Antonij patris dictæ D. Monnæ, quum dicta D. Man. obierit superstitibus sibi fratre suo & filio dicti Marculij, & filijs dictæ D. Monnæ, suis proximioribus consanguineis: & super hoc petiit consiliũ pro parte dictorum filiorum dictæ Monnæ.

SVMMARIVM

1 *Filia dotata exclusa successione paterna existentibus masculis. videtur exclusa a petitione supplementi ipsius legitimæ, cum ipsa legitima regulariter a successione ab intestato.*

2 *Dos succedit loco legitimæ, & in ea computatur.*

Filia

3 *Filia dotata propter ipsam dotem videtur quodammodo a residuo, & sic a petitione supplementi legitimæ exhæredata: vel saltem videtur ipsam legitimam fuisse diminutam, & ad ipsam dotem reductam.*
4 *Legitima quid sit.*
5 *Filius decedens ius incertum, & sic sub conditione vel in diem, ad eius hæredes non transmittit.*
6 *Iuri agendum ad supplementum legitimæ præscribitur quinquennio, sicut ipsi querelæ inofficiosi.*
7 *Filia dotata transmittit ad eius hæredem ius petendi legitimam, seu eius supplementum, & ea consequendi in bonis dotantis, licet extet statutum, quod filia dotata non succedat dotanti, quo vsq; vixerit aliquis masculus ex dotante descendens.*
8 *Exclusus a successione ad tempus, post tempus ad eam admittitur.*
9 *Filia dotata non succedit, stante statuto eam simpliciter excludente a bonis dotantis masculis existentibus, si filij masculi supersint tempore mortis dotantis, quan tumcunque postea decedant.*
10 *Legitima, & eius supplementum regulatur ab ipsa successione ab intestato.*
11 *Impedimentum temporale diuersum est a perpetuo, cum cursu temporis tollatur.*
12 *Nepotes an & quando possint agere ad legitimam vel ad eius supplementum eorum matri debitum in bonis aui, & quando ex eorum persona.*
13 *Filia dotata præterita in testamento patris, si prædecedat, testamentum remanebit validum, cũ tale ius rum pendi, non transmittat, ex quo est conditionale.*
14 *Filia an transmittat ius petendi legitimam seu eius supplementum.*
15 *Iura, quæ competitura sunt alicui per mortem alterius, & non ante, siue sint vniuersalia, siue quasi vniuersalia, siue simpliciter particularia, interim non recipiunt transmissionem ad hæredes.*
16 *Mortis causa capio non transmittitur ad hæredes.*
17 *Persona, cui debetur legitima, quãdo non impeditur in ipsa propter defectum intrinsecũ iuris sui, sed propter defectũ extrinsecum alterius personæ, quæ sufficit hoc ius, & illud differt, interim moriens transmittit.*
18 *Defectus vbicunq; non est in iure deferendi, sed est suspẽsio in iure agnoscendi, ibi lex dispensat, vt fiat transmissio: & impedimentum, quod est temporale, & suspensiuum, fit præcisum & perpetuum.*
19 *Hæres suus quotiens habet impedimentum accidentis, vel in potentia iuris, vel facti, eo casu, interim moriens transmittit.*
20 *Ius, quando per alicuius mortem non quæritur alteri, sed retro quæsitum potest interpretari, interim moriens transmittit.*
21 *Impedimenti amotio retrofingit impedimentũ nõ fuisse.*
22 *Intellectus l. si exhæredatus. ff. ad Sillania.*
23 *Filia dotata exclusa totaliter & simpliciter a successione patris ab intestato, consequi non potest ipsam legitimam, nec eius supplementum.*
24 *Ius conditionale non transmittitur, quod procedit in trãsmissione regulari, secus in transmissione irregulari, & anomala.*
25 *Ius agendi ad supplementum legitimæ, an succedat loco querelæ, & in eius locum subrogetur, & præscribatur quinquennio.*

CONSILIVM LXXV.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & cõsiderato pfato pnncto, & contentis in eo, de duobus quærat, ad quodlibet rñdendum est. Et primo ad primum, quod est, an dicti filij d. do. Mon. possint petere dictũ supplementum legitimæ. Circa qđ, & si videatur prima facie dicendũ, q dicti filij d. do. Mon. non possint petere dictum 1 supplementum ex pluribus. & primo, quia † cum filia dotata exclusa sit a successione bonorũ paternorum, existentibus masculis, videt exclusa a petitione supplementi ipsius legitimæ, cum ipsa legitima reguletur a successione ab intestato. C. de inoffi. test. l. cũ quærit. Vnde si ab intestato non successisset, stãtibus masculis ipsa filia dotata, nõ potuisset nec possset petere ipsam legitimã petere. Quod ex 2 alio videt deduci, quia ipsa † dos successit & succedit loco legitimæ: adeo q in ea cõputatur. C. de 3 inof. test. l. qm nouella. Imo † & pp ipsam dotẽ videtur duodãmodo a residuo exhæredata. arg. ff. de hær. inst. l. qui volebat. vel saltẽ ipsa legitima diminuta, & reducta ad ipsam dotẽ. C. de nup. l. Sancimus. & ibi p Ci. arbitrat. n. statutũ dotem esse con 4 gruã portionem mulieris dotatæ: & legitima † nõ est aliud nisi quædã cõgrua portio taxata legis arbitrio, quibus iure naturæ vel causæ debet successio. C. de inof. test. aut. nouissima. Ita q p hæc videtur, q dicta filia dotata nõ potuerit ipsam legitimã petere, nec ipsius supplementũ. Quod & vř vel le Bar. in l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de cond. & dem. Vnde si ipsa Mon. nõ potuit, multo minus eius filii & hæredes, vt in regula: si quis ĩ iua de re gu. iu. in 6. Qđ & ex alio videt demonstratiuã & si eidẽ filiæ fuisset debita, & eidẽ deberet dicta legitima, & supplementũ legitimæ: tñ non fuit debita nec eã petere potuit quousq; vixerũt ipsi filii masculi: & sic quodãmodo sub cõditione seu in diem incertũ, put voluit Bar. ĩ d. §. Titio genero. & Bal. 5 in l. 2. C. de libe. pret. Propter † quod vř, q ipsa filia interim decedens, tale ius ad eius hæredes non transmittat. ff. de cõd. de. l. hæres meua & l. quibus diebus. §. quidã. & C. de cad. tol. l. vnica. §. in nonissimo. & §. sinautẽ sub cõditione. Ad idẽ & tertio facit, quia si d. do. Mon. in quinqnẽniũ nõ egerit ad supplementũ legitimæ nõ potuit postmodũ ipsa, nec eius hæredes agere, cũ † ipsi iuri agẽdi ad supplementũ præscribat quinquẽnio, sicut ipsi qrelæ, put voluit Bar. in l. si quis filiũ. C. de inoffi. test. & ita ipse cõsuluit. Vnde cũ ipsa nõ egerit ad supplementũ infra quinquẽniũ, nec eius filii & hæredes, nõ potuerũt amplius ipsi filii ad ipsum supplementũ agere. Ita q per prædicta vř q dicti filii d. do. Mon. nõ potuerũt, nec possit agere ad supplementũ ipsius legitimæ. Sed his nõ ob. contrariũ de iu 7 re dicendũ videlicet † q filiæ d. do. Mon. potuerũt & possint ad supplementũ ipsius legitimæ agere, & petere cõtra hæredes dicti Ant. put & poterat d. do. Mon. in eius vita Si. n. d. do. Mon. non fuit relictũ, tantũ qđ sufficeret p ipsa legitima, ipsa potuit ad supplementum ipsius legitimæ agere, si in

eius vita oẽs dicti masculi descendẽtes ex ipso An. decessissent, cũ tũc fuisset eidẽ debita ipsa legitima sicut & ipsa tunc successisset & succederet ipsi Ant. ab intestato decedẽti, quantũcunque fuerit dotata, cũ tale statutũ ipsam non excludat simpliciter ab ipsa successione: sed tẽporaliter, videlicet, quousque superuixerit aliquis masculus ex ipso An. dotãte de-
8 scendens. & cum † eam ita tẽporaliter excludat, deficientibus ipsis masculis, ipsa succedet & succedere poterit, prout voluit Barto. & ff. ad Ter. l. si filius. & Bal. i l. si quis posthumos. §. si filiũ ff. de lib. & posth. & C. de lib. præ. l. 2. Isto † φ aliud esset, si statutũ eã
9 simpliciter excluderet masculis existentibus, cũ tũc ipsa filia dotata nõ succedat, si filij masculi superstĩt tẽpore mortis dotãtis, quãtuncũque post ea decedãt, prout voluit ipse Bar. in d. l. si filius. & Bal. in d. §. si filiũ. Quod & vr ẽt esse de mente Bal. in d. l. 2. licet formaliter ita nõ distinguat. vbi plenius de his. Vnde sicut ipsa do. Mõna ita dotata admitteretur ad successionẽ deficientibus ipsis masculis, ita vt admissa fuisset ad petẽdũ ipsum supplementũ legitimæ, cũ le-
10 gitima † ipsa, & eius supplementũ regulẽtur ab ipsa successione ab intestato: vt d. l. cũ q̃ritur. & prout no. in d. aut. nouissima. & ita cõsuluerũt nõnulli Doctores Imo & Collegium Florentinũ, prout refert Bal. in quodã suo consilio, quod incipit: Antiquũ statutũ: vbi hoc eidẽ tenet, videlicet, φ ipsa filia dotata possit petere ipsum supplemẽtũ legitimæ. non enim est ipsa prorsus exclusa ab ipsa legitima, propter existentiam masculorũ, & a petitione supplementi ipsius legitimæ, ex quo statutũ eã simpliciter non excludit ab hæreditate paterna: sed certo modo ỹpter existentiã ipsorũ masculorũ, & eorũ cõtẽplatione, & fauore, ad tẽpus impedit, vt denotant verba illa: quousque superuixerit aliquis filius masculus, vnde ipsis masculis deficiẽtibus petere poterit ipsam legitimã, seu eius supplementũ, prout dicit Bal. in d. consilio, dicẽs, φ hæc est ipsa veritas. Nec Bar. voluit cõtrariũ in d. §. Titio genero. si bene aduertaẽ, imo vr idẽ dicere, dũ ducit, quòd tale statutum minuit ipsam legitimã tẽpore, & nõ in quãtitate. & sic ius purũ facit in diẽ, seu differre ad tẽpus. ff. ad l. Fal. l. in lege Falcidia nõ habeẽ pro puro. Et sic inducit impedi-
11 mentũ tẽporale, quòd † diuersum est a perpetuo, cũ cursu tẽporis tollaẽ, vt plenius p ipsum Bal. in d. cõsilio. Vnde cũ cursu tẽporis tollatur tale impedimẽtũ, admittetur ipsa filia dotata ad ipsam legitimã, & supplementũ ipsius legitimæ, sublato tali impedimẽto propter mortẽ masculorũ, prout voluit ipse Bald. in d. consilio. nec Bart. in d. §. Titio genero. videtur aliud velle. Imo & idẽ. Ita φ per hæc dici & cõcludi potest, quid d. d. Mon. si superuixisset post mortẽ masculorũ descẽdẽtiũ a dicto An. ipsa potuisset petere ipsam legitimã, seu supplemẽtũ, si non fuisset eidẽ relictũ tantũ, φ sufficeret pro ipsa legitima. vt d. l. omnimodo. Verũ quia, vt præsupponitur in pũcto, dicta Mon. decessit superstitibus filiis ante mortẽ dicti Mar. descendẽtibus ex ipso An. Et circa hoc cadit dubitatio, & nõ parua, an filii d. do. Mõ. agere potuerũt & possint ad supplemẽtũ ipsius legitimæ. Et circa hoc † dicẽdũ est, φ si ipsis filii fuerũt nati tẽpore
12 mortis dicti An. eorũ aui, vel saltẽ cõcepti, qui nõ p natis habẽtur. ff. de sta. ho. l. qui in vtero, & potuerũt & poterũt petere dictum supplemẽtũ, & si nõ ex persona Monæ eorũ matris, saltẽ ex persona eorũ, cũ & ipsi dicto casu successissent & succederent, si dictus An. intestatus decessisset, prout voluit Bar. in l. si filius. ff. ad Tertu. in ver. quæro quid si filia. per l. 2. §. si quis posthumos. ff. vnde cogna. Sed si filii dictæ Mon. nõ fuissent nati, nec concepti tempore vitæ dicti An. & tunc ipsi nõ potuissent, nec possent ex eorũ persona ipsam legitimã, seu eius supplemẽtũ petere, cum & ipsi non succederent, ex quo nõ agnoscuntur ipsi An. eorũ auo, nec ex persona d. do. Mon. eorũ matris, cũ ipsa nõ trãsmittit tale ius, ex quo est conditionale, nec ẽt ius deliberãdi. C. de iure delibe. l. cũ antiquioribus, prout voluit ipse Bar. in d. l. si
13 filius. vbi ipso Bar. etiã videtur velle, quod † si ipsa filia dotata præterita in testamento paterno pdecedat, testamentũ remanebit validũ, cũ tale ius rũpendi, non trãsmittat, ex quo est cõditionale, vt plenius ibi per eũ. Quod & videtur ẽt velle Bal. C. de inoff. test. l. si quis filiũ, ver. Itẽ quæro, loquẽdo de iure rũpendi, seu dicendi nullũ. Sed ipse Bal. in d. l. 2. C. de libe. præte. ver. 2. videtur velle cõtrarium, videlicet, quod & sidubiũ sit, an ipsa filia transmittat ius dicẽdi nullum, super quo, cũ de hoc nõ quæratur, non pu-
14 tõ necessario insistendũ. tamẽ an † ipsa filia non præterita transmittet ipsam legitimã seu ius petẽdi supplementũ legitimæ. Et circa hoc dicit, φ aqua videtur opinio, quod transmittat in posteros, ea interim decedentẽ, quia ius cõmune non aufert sed suspẽdit ad tẽpus, & licet tẽpus sit incertũ, nõ tamen debet haberi pro cõditione, sed pro dilatione fauore filiæ ar. C. quãdo dies lega. cedat. l. ex his verbis. & φ no. ff. ad Trebel. l. Seius Saturninus. & ita de facto fuit cõsultũ p quosdã Doctores subtiles. Cõmuniter tamẽ
15 doctores cõtra opinantur, quia † iura quæ cõpetitura sunt alicui per mortẽ alterius, & nõ ante, siue sint vniuersalia, siue quasi vniuersalia siue simpliciter particularia, interim nõ recipiũt transmissionẽ. C. de
16 cadu. tollẽ. l. vnica. §. sin autẽ aliquid: Nõ enim † põt negari, φ nõ sit similis mortis causa capioni, vnde nõ trãnsmittat. vt d. §. sin autẽ. vt plenius p ipsum Bal. ibi, de quo plenius per eũ in d. eius cõsi. φ incipit. Antiquũ statutũ. ubi vr tenere, φ ipsa filia dotata transmittat ipsam legitimã seu ius petendi supplementũ ipsius legitimæ per plures rationes. & ma-
17 xime pura quando † persona cui debetur legitima, nõ impedit in ipsa propter defectũ intrinsecũ iuris sui, sed propter defectũ extrinsecũ alterius personæ, quæ suspendit hoc ius, & differt ipsum, & interim moriens trãsmittit. C. de inoff. test. l. si quis filiũ. vbi est hoc expressum, φ & contingit in casu prædicto, cũ ordinato iuris cõmunis procedẽs circa legitimã, eã, defertur ipsi filiæ. & ipsum ius cõmune nõ sit correctũ per statutũ in substantia legitimæ, nec in eius quãtitate, sed dilatum in tẽpus, propter extrinsecã personã masculorũ. Vnde merito istud ius cũ sua suspensione transmittitur ad filios filiæ ad hoc l. vnica C. de his qui ante apertas tab. Pro quo etiã facit, quia
18 † vbicunque non est defectus in iure deferendi, sed est suspensio in iure agnoscendi, ibi lex dispensat, vt fiat transmissio, & impedimentũ, φ est temporale & suspensiuũ, fiat præcisum & perpetuũ. vt ff. de acqui. hære. l. ventre. & ut ibi patet in gl. & in prima regula quam

la quã ibi sumit Bar. in regulis Iac. de Belu. in 2. re
19 gula, quæ est, quoties † suus hæres hēt impedimētũ accidentis, vel impotentiæ iuris, vel facti, eo ea su interim moriens trãsmittit, & istã regulã tenet ibi Bar. p quã vr qõ sopita. ad idem ff. ad syllan. l. si quia in graui. §. fi. cũ l. sequenti. & ff. de cõtratabu.
20 l. illud. §. vlt. & ꝙ ibi no. ad idem, quia † qñ p mortem alicuius non quærit alteri ius, sed retro quæsitũ põt interpretari, interim moriens trãsmittit. ut C. qñ dies le. ced. l. ex his verb. & ita est i hoc casu, quia mors masculorũ tēdit ad interpretationē, nõ aũt differt legitimã, sed ius cõe iã detulit. Vnde dici põt ꝙ vita masculorũ faciat interim dormire, sed non expirare, nec eradicare legitimã filiarum. Merito filia, interim moriens trãsmittit ius istud, ꝙ habet habien licet non actu, ar. ff. de mil. tes. l. ex militari. §. fi. & l. sequenti. ff. de stipu. seruo. l. liber homo. §. vlt. & C. de cura. furio. l. fi. §. t. & ff. de iure fisci. l. Lucius. Pro quo etiã facit ꝙ consuluit Bart. in cõne Io. Bartholucciæ. cõsulendo, ꝙ amoto impedimento masculorũ ex impensorum obitu, ita
21 † amotio impedimenti retro fingit impedimentũ nõ fuisse, alias filia præterita secundũ eum non posset succedere, nec esset ista factio. cũ ergo succedat, ergo lex fingit, & istud ponit ipse p constanti in d. cõsilio. vnde mors ipsius successiue nõ impedit istã fictionem. Imo lex fingit non obstante morte eius, qui si viueret, succederet, & mortuum fingit retro dominum & hæredem. vt ff. ad silla. l. si
22 exhæredatus, ergo † amoto impedimento, quamquã filia interim decesserit, nihilominus retro fingetur domina & hæres, & trãsmittit tale ius p dictam l. si exhæredatus. quæ est vnica ad hoc, vt notabilis secundũ Bal. in d. cõsi. Qui ex his videt concludere & tenere quod dicta filia interim moriens transmiserit ipsam legitimã, seu ius petendi ipsam legitimã ad eius filios & hæredes, respõdendo ad contraria, prout plenius patet in d. cons. Quod & similiter videtur velle Bar. de Sali. in d. l. 2. si teneatur opinio quã tenuit Bar. in d. cõs. videlicet, ꝙ testamentum censeatur retro nullum, put tenuit ipse Bar. ꝙ & similiter videtur tenere ipse Bald. in d. suo consi. aliaa alius esset, vt plenius p ipsum Bar. in d. l. 2. Ita ꝙ attenris prædictis dici põt, ꝙ dicti filii & hæredes d. do. Mon. petere potuerint & possint dictum supplementũ legitimæ ea eorũ persona, non obstantibus in contrariũ adductis, cũ non obstent. Non. n. obstat ꝙ & primo in contrariũ adducitur, dicendo, ꝙ ea quo d. do. Mon. dotata, fuit exclusa a successione extantibus masculis, videtur exclusa etiã ab ipsa legitima, quæ regulatur a successione ab intestato. Nam ad hoc rñdetur, ꝙ non est verum, ꝙ fuerit exclusa totaliter, & simpliciter
23 a successione ab intestato, cũ † tunc non cõsequeretur nec consequi deberet ipsam legitimam. nec eius supplementũ vt d. l. cũ quæritur. & prout voluit Bar. in d. l. si filius. sed fuit exclusa temporaliter, videlicet, quousq; superuixerit masculus. vnde eo mortuo admittetur ad successionem, & p cõsequens ad eius legitimã & eius supplementũ. put patet ea not. in d. l. si filius. & i l. si quis filiũ. & in l. ex trib. C. de inof. test. & in d. l. 2. C. de lib. pte. Vnde cum nõ censeatur totaliter exclusa ab ipsa successione, sed quãdiu superuixerit masculus, nõ vr exclusa a legitima, nisi quãdiu supersit ipse masculus, ea quo regulat ab ipsa successione ab intestato. vt d. l. cũ quæritur. Vnde mortuo masculo admittetur ipsa ad ipsam successionē, & similiter ad ipsam legitimã. ea quo ab ea regulariter, & similiter eius filiis, cũ & ipsi ad tẽpus sint exclusi, prout & ipsa filia, cũ & ipsi similiter exclusi sint tẽporaliter, prout patet in ipso statuto, vnde non obstat. Nec obstat quod & secundo in cõtrariũ adducitur, quod, ex quo fuit dotata, & dos succedit loco legitimæ, vr ipsa legitima proportionata ad ipsam dotē, adeo quod plus petere nõ possit, vt supra. Nã ad hoc respondetur, ꝙ quãtũcũque ipsa filia fuerit dotata, & ipsa dos cõputetur in ipsa legitima, & similiter relictũ eidē Mõnæ factũ iuxta no. ff. ad l. Falci. l. in quartã tamē, ea quo nõ vr a residuo ipsius legitimæ eahredata ipsa legitima diminuta, & ad dotē ipsam reducta. vt supra, cũ ipsa filia dotata non fuerit simpliciter ab ipsa successione exclusa sed tẽporaliter, & quãndiu superesset masculus: vnde, cũ nõ superexistente masculo, nõ sit ab ipsa successione exclusa, nõ erit ab ipsa legitima exclusa, & per cõsequens potuisset ipsam legitimã petere integrã, quatenus defecit vltra dotē, & relictũ sibi factũ, & ita similiter petere poterunt eius filii, cũ eius loco succedant, prout & supra dictũ fuit: vnde nõ obstat. Nec obstat ꝙ & tertio in cõtrariũ adducitur, dicendo, quod ius succedēdi, & similiter ius petēdi ipsam legitimã, seu ius supplementũ, est conditionale, & cũ sit conditionale nõ trãsmittitur. Nã ad hoc re-
24 spondetur, quod † nõ est propriæ conditionale, ex quo a iute cõmuni est ita dispositũ, vt ipsa filia succedat simul cũ filio in hæreditate, & sic similiter in ipsa legitima, sed dilatũ in tẽpus nõ existentiũ filiorũ masculorũ. vnde tale ius trãsmittitur & transmissum est, prout & supra plenius dictũ fuit. Præterea illud habet locum in regulari transmissione. nõ autē in transmissione irregulari, & anomala, & de qua supra, prout voluit Bal. in d. suo cõsilio, dicens per hoc d. l. cũ antiquioribus. nõ obstare. Præterea d. l. loquitur de iure repudiato, quod nõ est in casu prædicto, cũ sit ius sui hæredis, qđ transmittitur cũ sua qualitate & causa. ff. de hær. acti. l. si quis filiũ, & plenius per eũ in d. suo cõsilio. Nec obstat ꝙ & quarto in cõtrariũ adducitur, dicēdo, ꝙ dicti filii d. do. Mon. agere nõ potuerũt, nec possunt ad supplemẽtũ dictæ legitimæ, ea quo elapsum est quinquēniũ, cũ tali iuri præscribatur quinquēnio, sicut & querelæ prout voluit Bar. in d. l. si quis filiũ. & vt ipse consuluit, prout supra p d. l. Nã ad hoc respõdetur, & primo, quod hoc nõ est verũ, quod sit elapsum quinquenniũ a tẽpore, quo potuit agi. cũ, vt præsupponitur masculus post cuius mortē admittitur dict. do. Mõ. decesserit nõdũ elapsis duobus annis: vnde, cũ interim nõ possit agi ipsum supplemẽtũ, nõ currit tẽpus. C. de annali exc. l. 1. & prout no. in c. cũ nõ liceat de præscrip. Prætere-
25 rea non † est verum, quod ipsi iuri agendi ad supplementũ præscribatur quinquēnio, cũ nõ sit uetũ, quod succedat loco querelæ, & in eius locum subrogetur, prout voluit Bal. in d. l. si quis filiũ. & in auth. presbyteros. C. de epis. & Cle. vbi plenius p ipsum Bald. super quo aliter non insisto, cũ nõ expediat, ex quo nõ superuenit potestas agẽdi ante bieniũ, sed post.

Circa

Circa secundū vero qđ est, an filij d. do. Mon. petere possint dimidiā hæreditatis d. do. Man. decedētis superstitibus sibi d. filio d. Marculij & d. do. Mon. suis proximioribus consanguineis, & etiam filiis d. do. Mon. Et circa hoc dicendum est, quod si non staret statutū pdictum, sine dubio successisset ipsa Mon. d. do. Man. vna cū dicto eius fratre quolibet succedente p medietate. C. de leg. here. l. consanguinitatis, & aut. cessante. Verū quia vt præsupponit, est statutū disponens, q filia dotata nō succedat in bonis dotantis, nec in bonis descendētiū ex dotāte, donec superuixerit aliquis masculus descendens ex linea masculina ex ipsa persona dotantis. vnde attento d. statuto ipsa Mon. non successit d. do. Man. sed licet non successerit, nec forte transmiserit tale ius succedendi ad eius filios, adeo q non potuerunt succedere, nec ex persona d. Mon. prout voluit Bar. in d. l. si filius. tñ eius filij superuiuentes tempore mortis d. Mon. succedent & succedere poterunt, cum non solum ipsa Mon. sed et eius filii fuerint exclusi ab hæreditate d. Man. descendentes ex d. Marculio dotante, vnde mortuo ipso masculo filio, succedent filii d. do. Mon. ex eorum persona, sicut & successisset ipsi Man. succedēdo in locū d. Mon. simul cū d. filio Marculii fratris d. Mon. vt d. aut. cessante & in corpore vnde sumitur. Vnde cū non solum ipsa Mon. sed etiā eius filij sint exclusi a d. successione, quousq; superuixerit masculus, eo mortuo succedent ipsi filij dictæ Mon. d. Man. & in eius bonis, prout voluit Bar. in d. l. si filius. ff. ad Tertul. in ver. quæro quid si filia. Imo. & forte dici pōt, qđ successerint & succedāt ex persona d. Mon. tenendo, quod talis successio trahatur retro, super quo non insisto, cū non expediat, ex quo ipsi succedunt & succedere possunt ex eorum persona, vna cum filio d. Marculij, eorum patruo, adeo quod consequentur, & consequi potuerunt dimidiam bonorum d. do. Man.

THEMA CONSILII LXXVII.

Pvnctus. Casus talis est, videlicet, Quidam Pandulphus cōmisit homicidiū, pp quod in eius absentiam pcessum fuit cōtra ipsum, & capitaliter ad mortē fuit condemnatus. Propter qđ eius bona fuerūt cōfiscata. Deinde postea ipse Pandulphus sic condemnatus, & absens a dicto loco veniens ad mortem, cōdidit testamentum in forma de iure valida. In quo inter cętera ordinauit, & disposuit, quod domina Gerunda eius soror nubat, & nuptui tradat dominam Lauretam filiam dicti testatoris, infra tempus quinq; annorum proximæ futurorum, & eidē det & assignet, & dare & assignare debeat, medietatem omnium bonorū, tam mobilium, quā immobiliū hæreditatis dicti testatoris. In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus & immobilibus &c. do. Laure. eius testatoris filiā legitimam & naturalem, & do. Gerun. eius sororem ipsius testatoris, & qualibet earū sibi hęredes vniuersales instituit, fecit & voluit æqualiter, & æqualibus portionibus, &c. Post modū d. Pandulpho mortuo, d. Laur. & Gerun. sic hæredes institutę, videtes d. bona hęreditaria d. Pandul. taliter esse cōfiscata, impetrauerūt a summo Pōtifice p Apostolicū rescriptū restitutionē dictorū bonorū se occupatorū p ipsum fiscū, eidē hæredibus fiendā. In quo rescripto Papa mandauit d. bona integraliter restitui executoribus, & hæredibus d. testamenti. & ita d. bona fuerunt restituta dictis hæredibus. Et post prædictam restitutionem sic factā d. Laure. & Geru. venerunt ad diuisionem dictorum bonorū, & hæreditatis d. Pandul. Iam sunt decem anni & vltra: diuidendo pro medietate p qualibet ipsarum nulla facta nec habita mentione dicti prælegati facti d. do. Laure. in d. testamento: Quam Lau. postea tradidit nuptui, & maritauit nulla assignatione sibi facta de d. medietate bonorum mobilium & immobilium sibi prælegata. Nunc autem hinc orta materia quæstionis, fuit motum iudicium contra ipsam Gerun. pro parte d. Laur. Contra quā d. Laure. petiit executionem d. prælegati sibi facti in testamento d. Pan. eius patris. Cōtra quā Laure. & petitionem pro eius parte propositā fuit oppositam inter alia, quę opponuntur, q ipsa non debet audiri, obstante eidem d. diuisione iam facta sunt 10. anni, & vltra: cum ipsa ita diuidendo & acceptando partem suam videatur renuntiasse d. prælegato. Itē oppositum fuit, qđ imo ipsa nō debet audiri, imo a iudicio repelli, cum ipsa inepte petat, incipiendo ab executione, & q fiat executio dicti prælegati, cum ab executione incipi non possit, nec debeat. Replicatum fuit pro parte d. Laur. qđ opposita non habent obstare: & primo de d. diuisione, quā dicit non obstare, cū in ea nō veniat d. prelegatū sibi factū, quia diuisit d. bona hæreditaria nō visis nec cognitis ipsius testamēti verbis. Nec ēt obstare dēt, qđ dicitur de inepta petitione, cū secundū formā statutorū, nō attendatur qđ petitur, sed postea probatur, in ipsis iudiciis attēditur, merito nō dēt repelli, nec inepte petit, sed debet audiri, & dictū prælegatū consequi. Modo his psuppositis petitur pro parte d. Laure. quid iuris, videlicet, Nunquid ipsa Laureta petere potuerit, & possit executionem d. prælegati seu legati, & ipsum cōsequi debeat, & sup hoc postulatur sanū cōsiliū, in Dei nomine cōsulatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Paternam dans eius sorori, vt filiam ipsius testatoris nuptui tradat, & ei medietatem omnium suorum bonorum in dotem assignet: easque postea haeredes in omnibus eius bonis instituat, an videatur primo dicta filia praelegasse medietatem omnium bonorum: adeo quod filia habere debeat medietatem bonorum tanquam praelegatum, & medietatem reliquae medietatis tanquam cohaeres instituta vna cum ipsa sorore testatoris.

2 Legatum sibi ipsi a se ipso fieri non potest, sed dicitur inutile.

3 Quem non honoro non onero.

4 Renunciari praelegato an videatur per aequalem haereditatis diuisionem inter cohaeredes factam.

5 Renuntiare iuri suo quilibet potest.

6 Praelegato suo renuntiare quilibet potest.

7 Praescriptio 10. annorum an currat contra non petentẽ praelegatum.

8 Condẽnatus capitaliter non potest facere testamentum, & si fecerit, est inualidum.

9 Testamentum si non valet, non valent relicta, & praelegata in eo facta.

10 Ab executione non est incipiendo.

11 Officium iudicis implorari, vel actio ex testamento intẽtari potest contra haeredem institutum, pro relictis in testamento factis consequendis.

12 Testator, quibus verbis vtatur, aut ad quem verba dirigat, non refert, dummodo, appareat de eius mente, & voluntate.

13 Dictio, alius, denotat diuersitatem a praecedentibus.

14 Relictum factum filiae pro dote, dicitur relictum quodãmodo ob piam causam.

15 Iura & actiones non veniunt appellatione mobilium, & immobilium.

16 Diuisione simplici bonorum haereditariorum non videtur renuntiatum iuri fideicommissi.

17 Iuri quod quis ignorat sibi competere, non videtur quis renuntiare contrafaciendo.

18 Actio ex testamento non finitur decem. annis, sed 30.

19 Testamentum condemnati capitaliter valet, si is fuerit in absentia condemnatus.

20 Bãniti nostri temporis hodie facere possunt testamentum de iure communi, & non secundum statuta, & iura propria ciuitatis.

21 Papa restituens bona confiscata haeredibus condemnati, censetur eis illa restituere, prout quilibet fuit institutus haeres a condemnato, cum onere soluendi legata & praelegata, & sic videtur quodammodo reconualidasse testamentum dicti condemnati inualidum, & eius vigore dicta bona restituisse.

22 Statuto stante, quòd non attendatur quid petitum fuerit, sed quid probatum, an tunc agens incipere possit ab executione, & non a causae cognitione, maxime si petat executionem testamenti.

CONSILIVM LXXVII.

In nomine domini, Amen.

Et si uiso, & considerato praefato puncto, & deductis in eo, videatur dicendũ de iure, quòd d. d. Laur. non potuerit nec possit petere executionem dicti legati, nec etiam ipsum praelegatum petere ex pluribus. & primo quia dici potest, quòd ipse † testator ita disponendo, & ordinando in dicto suo testamento, quòd dicta do. Gerun. nubat & nuptui tradat supradictã Lau. filiã dicti testatoris, infra tẽpus quinque annorũ proxime futurorum, & eidẽ det & assignet, & dare & assignare debeat medietatẽ omniũ suorũ bonorũ tã mobiliũ quã immobiliũ haereditatis dicti testatoris, nõ videtur reliquisse nec praelegasse eidẽ Laure. medietatem dictorũ bonorũ, ex quo eã haeredẽ instituit in medietate dictorũ bonorũ suorũ. Imo potius videatur mandasse eidẽ do. Gerũ. vt dictã medietatẽ, in qua est instituta haeres sibi assignet, eã ita excitãdo, vt nuptui tradat & dictã medietatẽ assignat cohaeredi, cũ a seipso † legari nõ possit. ff. de leg. 1. l. plane. §. si duobus. Imo tale praelegatũ efficitur inutile, quatenus legatur ipsi haeredi, prout no. ibi & in l. cũ virũ. C. de fideicõmissis. & ibi per Bal. Quod & secũdo vr̃ deduci ex alio, q̃a cũ dictae Ger. nihil fuisset relictũ, anteq̃ esset instituta haeres, nõ potuit grauari, q̃a † quẽ nõ honoro nõ onero. C. de fideicõ. l. ab eo. Ad idẽ & tertio facit, q̃a & si naluisset, & valeret tale praelegatũ, dici põt, q † dict. do. Lau. illud renũciauerit, diuidẽdo dictã haereditatẽ, & bona ipsius haereditatis cũ d. do. Gerũ. p mediũ. põt .n. † quis iuri suo renunciare. C. de pactis. l. si quis in cõscribẽdo. de fo. cõpe. c. si diligẽti. & de regul. c. Ad apostolicã & e statuimus. Imo & cõtra faciẽdo vr̃ q̃s iuri suo renũciare de his quae fiũt a mo. par. c. ex ore. & de trans. c. ex literis. & de praebẽ. c. dilecto. fatis. n. nr̃ fecisse eo ipso, q diuisit dicta bona in haereditate remanentia per mediũ, vbi debebat ante partẽ, vigore praelegati medietatẽ cõsequi, & de residuo aliã medietatẽ: ita qd' ita diuidẽdo, vr̃ tali praelegato, renunciare, & renũciasse, prout † renũciare poterat. ff. de lega. 2. si duobus & C. de pactis. l. 1. Ita q per haec nidet, q dic. Lau. dictũ praelegatum petere nõ possit. Imo & dici põt, q, ex quo diuiserũt iam sunt 10. anni & vltra, nõ † possit amplius peti tale praelegatũ, sed obstet praescriptio, per id, quòd habetur. C. communi diui. l. si maior. & prout plenius ibi no. Quod ex alio uidetur posse deduci, nam cum dictus Pan. capitaliter fuerit condemnatus, non † potuit facere testamentum. & testamentum per eum factum non valuit, nec ualet. ff. de testa. qui a latronibus. §. si quis capitali. Vnde cum non ualeat tale testamentum, non † ualeant relicta & praelegata in eo facta, prout patet ibi, & in l. 1. eo. tit. Propter quod uidetur, quod tale praelegatum peti non posit, quantuncunque appareat, quòd Papa mandauerit dicta bona restitui executoribus & haeredibus: & ita fuerint restituta. Quia & si fuerint ita restitua, non potuit nec potest executionem dicti praelegati in dicto testamento contenti petere, cum non ex testamento, sed ex concessione Papae ipsa bona debeantur, ita

quòd

ꝙ si peti possint nõ possint peti ex testõ, cũ fuerit in ualidũ, sed ex ipsa concessione Papæ quæ cũ nõ videatur intẽtata in tali iudicio, d. do. Lau. ex tali iudicio obtinere nõ poterit. ff. de negotiis gest. l. si pupilli. §. videamus. Præterea, si nõ possint peti ex ipso te stamento, nõ potuit agere via executiua, & petendo

10 dictũ relictũ exequi, cũ † ab executione incipi nõ debeat. C. de execu. rei iudi. l. 1. Ita ꝙ attẽtis prædictis, vl̃ dicẽdũ, ꝙ d. do. Lau. petere nõ potuerit, nec possit executionẽ dicti pręlegati, seu relicti nec ẽt dictũ relictũ seu prælegatũ, sed petere poterit diuisionem bonorũ nõ diuisorũ. ff. fami. herci. l. 1. cum similibus. Sed his nõ ob. cõtrariũ de iure dicẽdũ est, vt dict. La. petere, & cõsequi possit dictũ prælegatũ factũ eidẽ de medietate oium & singulorũ bonorũ, tã mobiliũ q̃ immobiliũ &c. cõtra dictã Gerũ. videlicet, quatenus nõ fuit cõsecuta, & sic pro medietate medietatis prouenientis ad dictã Gerun. cum aliam medietatẽ ipsius hæreditatis, & sic bonorum mobilium & im

11 mobilium fuerit consecuta: prout † enim ipsa cõtra ipsam Gerun. executricem in dicto testamento datam, Imo & hæredem institutam, pro medietate ex testamento agere, vel saltem officium iudicis implorare. Si enim bene ponderetur dictum testamentũ dictæ Lau. fuit prælegata medietas, non hæreditas, sed medietas bonorum mobilium & immobilium dictæ hæreditatis: ex quo ipse testator voluit, quòd pro eius dote dari debeat medietas omnium & singulorum bonorum tam mobilium quam immobilium dictæ hæreditatis: ponendo tale relictum & legatũ, inter alia legata & relicta, quantũcunque direxerit ver

12 ba ad dictam do. Gerun. non † enim refert quibus ipse testator vtatur, & ad quẽ verba dirigantur, dũmodo appareat de eius mente & voluntate. ff. de leg. 1. l. si seruus. §. margaritã. l. a. C. communia de leg. Satis enim apparet, quòd ipse testator voluerit ipsam medietatem prælegare ex præcedentibus & sequentibus. ff. de lega. 1. l. si seruus plurium. §. fi. & etiam quia postea instituendo, instituit dictas Lau. & Ser.

13 in omnibus aliis bonis ponendo † dictionem, aliis, quæ denotat diuersitatẽ ab aliis bonis relictis, prout no. de maio. & obed. in cap. solitæ uer. non autem. & in c. sedes. de rescrip. & In c. 2. eo. tit. in 6. Vnde cum uideatur testator ipse prælegare dictã medietatẽ dictæ Lau. ipsam medietatem consequetur & cõsequi debebit, tam de parte sua, ex eo quòd confunditur, quo ad partem suã, ex quo pro medietate fuit hæres instituta. C. de pac. l. si debitori: propter ꝙ tale relictũ, quo ad partẽ suã, redditur inualidũ. ut d. §. si duo, quã de parte dictæ do. Gerũ. cũ quo ad ipsam, ualeat, prout not. In d. uer. idẽ dicit, & ibi ꝑ Rapha. ex quo ambo fuerunt hæredes institutæ. ff. de hæredi. insti. l. ex facto & ff. de lega. 1. l. plane. §. si duobus uer. idẽ & ibi no. Ita quòd potuit & poterit petere conta dictam Ber. ut asignet medietatem dictæ medietatis dictorum bonorum. Quod & ex alio uidetur deduci, nam ipse testator, non solum dictæ Lau. prælegauit dictam medietatem, sed ultra hoc, mandauit dictæ dominæ Gerun. ut nuhat & nuptui tradas ipsam dominam Lau. Imo etiam det & asignet dictam medietatem, eam postea deputando executricem in dicto testamento, & in solidum, prout & in ipso testamento continetur: ut ex quo ipsam Lan. nuptui tradidit, asignet, & consignet me dietatẽ medietatis ipsorum bonorum mobilium & immobilium: ex quo aliam medietatẽ fuit consecuta, prout voluit gl. in l. nulli. C. de Epis. & Cle. & in Specu. in tit. de instr. edi. §. nũc vero. ver. quia autẽ. & Bar. ff. de leg. 2. l. 1. in 3. col. & Bal. in auth. hoc amplius. C. de fideicommis. ipse enim testator ipsi Gerun. imposuit & mandauit, vt ipsam Lau. traderet nuptui, & medietatem omniũ bono rũ asignaret: vnde ex quo ipsam tradidit nuptui, debuit sibi ipsam medietatem asignare, prout ipse testator iniunxit. vt d. l. 1. ff. de leg. 2. & d. l. nulli. & de testamen. c. si hæredes. & c. tua nos & c. Ioannes: non enim minus adimplendum fuit istud relictum, quam alia relicta in ipso testamento facta:

14 Imo & multomagis, cum sit † relictum filiæ ꝑ dote, & sic quodammodo ob piam causam. ff. de condi. inde. l. cum is. & C. de Sacrosanct. Eccle. authe. multomagis. vnde cum fuerit adimplendum & nõ fuerit adimpletum, ex quo d. do. Laur. non fuit cõsecuta ante omnia medietatem dictorum bonorum, prout & consequi debuit, ex quo testator ipse ipsam medietatem prælegauit: Certe poterit ipsa Laur. agere, seu officium Iudicis implorare cõtra dictam Gerun. vt, videlicet, consignet & asignet medietatem suæ medietatis, cum ipsa medietas bonorum mobilium & immobilium exigi debeat de hæreditate prædicta sicut & alia relicta. Vnde erit satisfaciendum tale relictum medietatis bonorum mobilium & immobilium, non solum de medietate hæreditatis relictæ d. do. Gerũ. Sed etiam de alia medietate, in qua fuit instituta ipsa Lau. sicut & alia relicta, ad hoc quod nota. ff. de hæred. instit. d. l. ex facto. & d. §. si duobus. & C. communia de lega. l. 1. ad fi. Et cum non fuerit pro parte ipsius Gerun. asignata medietas extrahenda de eius medietate, poterit pro ipsa medietate agere, & petere vt supra medietas asignetur. Ita qđ per hæc dici & concludi potest, quod dicta domina Lau. attentis verbis dicti testamenti, & mente dicti testatoris, quæ his verbis satis colligitur, consequatur & consequi debeat ipsam medietatem dictorum bonorum mobilium & immobilium, prout ipse testator disposuit, adeo quòd ipsa petere potuit & potest contra dictam Gerun. dictam medietatem medietatis, ex quo aliam medietatem fuit consecuta consequendo medietatem hæreditatis, prout & supra dictum fuit, non obstantibus in contrarium adductis, cum non obstent. Non enim obstat quod & primo in contrarium adducitur, dicendo, quod ipse testator non videtur ipsam medietatem prælegasse, sed potius, vt ipsa Gerun. asignet medietatem ipsius hæreditatis, ex quo pro medietate fuit hæres instituta, cum & ei legari non posit, vt supra. Nam ad hoc respondetur. quod non est verum, quod ipsa Gerun. videatur excitata, ex quo fuit ipsa Laur. hæres instituta pro medietate. nam quantumcunque dicta Laur, fuerit hæres instituta pro medietate. nihilominus fuit instituta hæres

15 in omnibus alijs bonis, adeo † quod veniunt iura & actiones, cum non veniant appellatione mobilium & immobilium. ff. de peculio. l. quam Tuberonis.

beronis.§.penul.per quam l.Bald. hoc uoluit in l. centurio.in sexta colum.ff.de vulga.& pupilla. ita quod fuit eidem Lau. prælegata ipsa medietas ipsorum bonorum mobilium & immobilium, & in medietate aliorum bonorum hæres instituta. Vnde debuit ipsa medietas dictorum bonorum mobilium & immobilium de ipsa hæreditate detrahi, & eidem assignari per hæredes, quantumcumque ipse testator direxerit verba ad ipsam Gerun.quia licet direxerit verba ad eam, nihilominus de hæreditate tale prælegatum est detrahendum.ut d.l. ex facto.& vt ibi nota.& in d.l.plaue ver.& inde. & d.§. is qui Margaritam. & per ipsam dominam Gerun. potuit,vt executricem non solum generaliter, sed specialiter ad boc deputatam, assignari dicta medietas ipsorum bonorum mobilium & immobiliũ sicut & potuit alia prælegata executioni mandare. Adeo quod potuit & potest contra eam agi, quatenus non fuit dicta medietas extrahéda de dicta hæreditate sibi assignata, prout supradictum fuit. Vnde non fuit mere excitata, imo potius eidem mandatum, vt executrici, vt ipsam medietatem de ipsa hæreditate,& sic de portione sua, dictæ Lau. assignet, prout assignari debuit,& satisfieri reliqua legata. vnde non obstat. Nec obstat & quòd & secundo in contrarium adducitur, dicendo, quòd dicta Gerun. non potuit grauari, ex quo nihil fuerat relictum.ut d.l.ab eo. Nam ad hoc respondetur, quod & ipsa nõ fuit grauata, ut assignet, nisi quatenus fuit hæres instituta,& sic pro medietate talis relicti, in qua medietate fuit hæres instituta, unde potuit grauari.vt d.l.ab eo. Sed pro alia medietate non fuit grauata, cum extrahenda ueniat de medietate hæreditatis, in qua fuit hæres instituta ipsa Lau. sed bene vt executrix potuit aliam medietatem bonorum assignare, ex quo insolidum fuit deputata executrix, imo & specialiter ad hoc quod no.ff.de alimen.& cib.leg.l.alio.& ibi per Bal.& in c.tũa.& c. Ioannes.de testamentis.& in c.2.eo.tit. in 6. unde non ob. Nec obstat & tertio in contrarium adducitur, quòd diuidendo ipsa bona Lau. uidetur renunciasse iuri suo, & ipsi prælegato, cui renunciare potest.vt d.l.si quis in conscribendo:& renunciare videtur ut d.c. ex ore. de his quæ fi.a maio. par. ca. cum similibus. Nam ad hoc respondetur, quod quãtumcunque diuiserit ipsa bona, nihilominus non uidetur renunciasse huic iuri, quod habebat contra ipsam dominam Gerun. uigore dicti prælegati, cum ipsa Gerundia, etiam si diuisisset dicta bona, teneatur vigore dicti prælegati, medietatem bonorum mobilium & immobilium de parte sibi obueniente, assignare dictæ Lau. prout in simili dicitur de fideicommisso in l. cum pater. §.hæreditatem.el 2.ff.de leg.2.& in l.qui Romæ.§. duo fratres.ff.de uerb.ob.& ibi per Bar.ubi tenet, dicens, 16 per omnes teneri, quod per † simplicem diuisionẽ non uidetur renunciatum iuri fideicommissi per d.§.hæreditatem. Vnde & similiter non videt renũciatum dicto prælegato, cum hæc adinuicem bene concurrere possint, cum ex quo hæredes ambæ erant institutæ,& quælibet pro medietate, quælibet debuit diuidendo consequi medietatem bonorum mobilium & immobilium, iurium, & actionum.C.famil.ercifcun.l.bona & l.quotiens. & facta ipsa diuisione, nihilominus, tenetur quælibet ipsa prælegata soluere, & adimplere pro rata sua. C.famil.ercifcun.l.non ambiguum.& ff. si pars hæredi.peta.l.1.§.1.& l.2.Ita quod diuidendo nõ potest dici, quod videatur renunciatum iuri sibi Lau. competenti in portione spectante dictæ Gerun. ad hoc quod not.ff.de act.emp.l. Iulianus. §. idem Celsus. Vnde cum non videatur renunciasse per ipsam diuisionem, non tollitur ius petendi & consequendi dictam medietatem ipsorum bonorum mobilium & immobilium in parte tangente dictæ Gerun. Quod & ex alio deducitur, quia, vt præsupponitur, dicta Lauren. ignorauit de tali prælegato sibi facto. Imo & non uisis verbis ipsius testamenti ad ipsam diuisionem deuenit: propter quod sibi 17 non præiudicauit.ff.de transac.l.de his.iuri† enim quod quis ignorat sibi competere nõ uidetur quis renunciare contrafaciendo.ff.de iu.omn.iudic.l.si per errorem. & ff. de inofficio. testamen.l. fina. & prout not.in c.ex literis.de transactio. & in d.c.ex ore. Nec ob.si dicatur, quod, ex quo diuiserunt iã sunt decem anni & ultra, non potest amplius peti ut diuidatur, cum tali diuisioni standum sit. ut d.l. maior.C.communi diuidundo. Nam hoc respondetur, quod licet standum sit dictæ diuisioni, adeo quod dicta Lau. non impugnat nec impugnare po18 test dictam diuisionem: Nihilominus † petere potuit ipsa, ut eidem assignet per dictam Gerun. medietas suæ medietatis bonorum, non iure hæreditario, sed iure prælegati, & vigore dicti testamenti, quæ actio non finitur. decem annis. sed 30. C. communia de leg.l.1.in fi.& C.de præscr.30. annorum.l.cum notissimi.& l.sicut.& l.omnes.unde nõ ob. Nec ob. quod & quarto in contrarium adducitur, dicendo, quòd tale testamentum nõ ualet nec tenet, ex quo dictus Pan. fuit condemnatus ad mortem,& eius bona confiscata: adeo quòd & si dicti hæredes,& legatarii cõsequantur bona sibi relicta, non consequentur bona ex ipso testamento, sed potius ex ipso indulto Apostolico. Nam ad hoc re19 spondetur, quòd † cum dictus Pan. non fuerit condemnatus in præsentia, sed potius in absentia, ualuit & valet eius testamentum.C.de donatio. inter vi.& uxo.authen.hodie.per quam authen. Bartol. hoc uoluit. ff. de testamen.l. eius qui. §. 1. dicens ex hoc, quòd banniti nostri temporis hodie facere possunt testamentum de iure communi, & non secundum statuta, & iura propria ciuitatis, ut plenius ibi per eum:& in eius quæstione quæ incipit, Lucanæ ciuitatis statuto.& per Bal.in l. 1.C.de hæred.institu.ubi uidetur idem uelle. Vnde si tale testamentum ualuit & valet, poterit & potest vigore dicti testamenti ipsa Lau. dictam medietatem medietatis petere contra dictam Geru. super quo aliter non insisto, cum non expediat, quia & si testamentum non ualuisset, nec ualeret, nihilominus 20 † ipse Papa mandauit ipsa bona executoribus dicti testamenti hæredibus antedictis, realiter & cũ effectu restitui & assignari: & ita fuerunt restituta & assignata. Vnde cum fuerint ita restituta, censentur restituta & assignata ipsis hæredibus, prout instituti sunt hæredes,& ipsis legatariis, ex quo

ipsis executoribus similiter fuerunt restituta, cum & ipsis executoribus restituantur, non pro ipsis executoribus, sed pro legatariis, cum ipsa legata habeant exequi, & executioni mandare, secundum quod not. in d.l. alio. & in d.c. tua & c. Ioannes. Vnde cum fuerint dicta bona ita restituta ipsis hæredibus: potuerunt ipsi hæredes ipsa bona adinuicē diuidere, prout diuiserunt: & ipsa d. Lau. & prælegataria petere vigore dictæ restitutionis iuncto testamento, cum ipse Papa videatur ipsa reintegrare & restituere, prout in dicto testamento continetur: quia alias si simpliciter restituisset ipsa bona hæredibus dicti Pau. certe ipsa bona pertinuissent & pertinerent ad ipsam Lau. cum ipsa successisset & succederet ab intestato, exclusa ipsa Gerun. C. de suis & legi. authen. in successione. Vnde dici potest, quòd ipse Papa ita restituendo, & reassignando dicta bona dictis hæredibus, videtur restituisse ipsis, ut hæredibus ex testamento, executoribus & ipsis legatariis: & sic quodammodo reconualidasse dictum testamentum, & eius vigore dicta bona restituisse, ad hoc quod not. ff. de libe. & posthum. l. Gallus. §. & quid si tantum. & in l. fi. C. de senten. passis. & in c. quamuis. de rescr. in 6. Vnde potuit & potest dicta Lau. petere dictam medietatem medietatis uigore dicti testamenti ita approbati & confirmati. Ad quod not. in simili. ff. de iniusto testamento in l. filio prætetito. unde nō obstat: Nec similiter obstat si dicatur, quòd ipsa inepte petit, petendo executionem, cum forte petere potuerit, attenta dispositione statuti disponentis, quod testamenta sunt exequenda & executioni mandanda, prout communiter disponitur in statutis. Sed 21 † posito quod in statuto ita non disponatur. tamen ex hoc non succumbet nec succumbere debebit ipsa domina Lau. cum, prout disponitur in alio statuto, ut præsupponitur, non attendatur nec attendi debeat quod petitur, sed quod probatur. Vnde si forte petitio dictæ dominæ Lau. dicta de causa, uel ex eo, quia petiit executionem dicti testamenti fuisset inepta. adeo quòd non posset ita petere: Certe attenta dispositione dicti statuti, ipsa non succumbet nec succumbere deberet, cum, prout in ipso statuto disponitur, nō quod petitur sed quod probatur attendi debeat, prout in ipso statuto est expressum: quod vt ius commune in loco seruandum est. ff. de iustit. & iure. l. omnes populi. & in c. primo. de constitut. in sexto. Vnde non obstat: Et cum prædicta non obstent, concluditur & concludi potest, quod dicta dom. Lau. petere potuerit & poterit contra dictam Gerun. executionem dicti prælegati, seu legati, & ipsum prælegatum consequi, & habere debebit, ut patet per prædicta &c. Domi. Bened.

THEMA CONSILII LXXVIII.

Punctus Bucciarellus Dominici habens duos filios, videlicet, Iacobum & Amitum ex domina Maria eius legitima vxore: & dominam Sanctutiā eius filiam illegitimam. Qui licet sanus mente & intellectu, corpore tamen eger & infirmus, timens futurum casum instantis mortis, suū supremum eulogium, seu testamentum solēniter ordinauit. In quo, post nonnulla legata, & alia relicta in eo facta, suos hæredes instituit, & esse voluit dictos eius filios masculos, videlicet, Iaco. & Ami. & si aliquis ex eis moriatur in pupillari ætate, vel sine filiis, voluit, vt vnus moriatur alteri. & si ambo dicti sui filii mori contigerit sine filiis legitimis & naturalibus, quòd omnia bona dicti testatoris, tam mobilia quam stabilia uendantur, & distribuantur in ædificio, & operæ ecclesiæ sancti Eusenii de dicto loco, Ad quod faciēdum deputauit certos executores eueniente dicto casu: & mortuus est dictus Bucia. superstitibus dictis Iacob. & Ami. eius filiis & hæredibus institutis: Qui eius hæreditati se immiscuerunt, & eam adiuerunt absque beneficio legis & inuentarii: & dicta bona hæreditaria, ut hæredes dicti Bucia. administrauerunt. Deinde postea decessit dictus Ami. sine filiis, superstite d. Ia. eius fratre, & cohærede, superstite dicta Maria eius matre, & d. Sāctutia eius sorore illegitima. Deinde decessit d. Ia. alter filius, & hæres dicti Buc. sine filiis, condito per eum prius testamento, in quo hæredes instituit Paulum Antonium, & Ioannem filios dictæ dominæ Sanc. qui hæreditatem eius adiuerit sine inuentario: & dictam hæreditatem possiderūt. Demum mortui sunt dicti Pau. Ant. & Io. filii dictæ San. & hæredes instituti in testamēto dicti Ia. & substituti ipsis Ami. & Ia. filiis dicti Bucci. Nunc his præsuppositis dubitabitur, quis successerit & succedat dicto Buccia. & eius filiis, & nepotibus, & vltimo de ipsa ecclesia Sancti Eusenii, an successerit & succedat dictis filiis & nepotibus, & qualiter. & in quibus eis succedat &c.

SVMMARIVM.

1. *Legitima & Trebellianica, quando eodem tempore non concurrunt, simul detrahi possunt per grauatum, & an id procedat, si vltimo loco, grauatus fuisset restituere pia causa.*
2. *Fideicommissi in restitutione venit illud, quod obuenit ex pupillari, & fideicommissaria substitutione.*
3. *Vltima uoluntas omnino est exequenda.*
4. *Filii in legitima grauari non possunt.*
5. *Trebellianica detrahitur de relictis ab ipsis filiis in nepotes, licet ea alias detrahi non possit de relictis ad pias causas.*
6. *Voluntas testantis est implenda, & adimpleri debet, ac si a lege prouenerit, cum pro lege habeatur, maxime si ad pias causas emanauerit.*

Iura

7 *Iura et actiones non ueniunt appellatione mobilium, aut stabilium, nec in relicto de eis facto & nu. 16.*

8 *Legatarius habet obligata & hypothecata omnia bona testatoris pro consecutione sui legati & actione ex testamento agere potest contra haeredem.*

9 *Haeredes tenentur ex testamento adimplere legata & fideicommissa in eo contenta, idque integraliter, & in solidum, si haereditatem adiuerunt absque beneficio legis, & inuentarij.*

10 *Filius grauatus de restituendo an detrahat semper legitimam indistincte, & omni casu.*

11 *Iura & actiones non comprahenduntur in relicto bonorũ stabilium et mobilium, sed ea remanent apud haeredem & in eius legitima computantur, cum indicio testatoris habeantur, & apud eum remaneant.*

12 *Filius immiscens se in haereditate paterna absque beneficio legis & inuentary, integra legata & fideicommissa praestare tenetur, licet legitima ei debita in his absumatur, quam ante omnia detrahere hoc casu non potest.*

13 *Inuentarium bonorum haereditatis nisi per haeredem fiat, praesumitur tot bona in haereditate fuisse, quot sufficiant pro ipsis relictis, & fideicommissis.*

14 *Legitima, aes alienum in iure appellatur: unde filio haereditatem patris inconsultae, & sine beneficio legis & inuentarij adeunte, confunditur ipsa legitima, sicut et confunditur aes alienum, secundum unam opinionem disputabilem.*

15 *Filius adeundo absque beneficio legis et inuentarij quemadmodum damnificatur, quod de proprio praestare tenetur credita, & legata insolidum, propter non confectum inuentarium, ita & fortius videtur teneri praestare de eius legitima, quae ab ipso testatore peruenit.*

16 *Filius grauatus de restituendo, detrahit legitimam, licet bonorum inuentarium non confecerit, & haec est communis opinio.*

17 *Alienata per filium in legitima computantur, Quod procedit si alienet in vita, secus si testando.*

18 *Filius eligere potest suam legitimam, sicut creditor, in quacunque re voluerit: & hoc est specialiter in ipsis filijs indultum.*

19 *Legitimae in computatione quae venire debeant Iudicis arbitrio relinquitur.*

20 *Falcidia non detrahitur de legatis, si adita sit haereditas non confecto inuentario.*

21 *Trebellianica non detrahitur de relictis certis, sed de fideicommisso vniuersali.*

22 *Fideicommissarius secundus rogatus restituere non detrahit Trebellianicam.*

23 *Falcidia vel Trebellianica non detrahitur de relictis, aut fideicommissis factis ecclesiae, vel pio loco.*

24 *Falcidia, aut Trebellianica non detrahitur, non solum de relictis factis ecclesiae immediatae, sed nec etiam de relictis factis mediate interposita extranei persona.*

25 *Trebellianica siue Falcidia vtrum possit prohiberi.*

26 *Omne dicens nihil excludit.*

27 *Trebellianica prohibita videtur, si testator disponat, quod omnia bona tam stabilia, quam mobilia vendantur, & distribuantur: vel quando testator de omnibus bonis disposuit.*

CONSILIVM LXXVIII.

In nomine domini, Amen.

Cum uiso, & considerato praefato puncto, & contentis in eo, de duobus principaliter quaeratur, ad quodlibet respõdendum est: & primo ad primum, quod est de dicto testamento, & eius validitate, dicti Buccia. Videndum est quis successerit & succedat dicto Buccia. & eius filiis & nepotibus, & ultimo loco de ipsa Ecclesia Sancti Eusenij an successerit & succedat dictis filiis, & nepotibus, & qualiter, & in quibus bonis, ea per ordinem tractando. & primo de ipso Buccia. Et cum ipse condiderit ipsum testamentum, in quo instituit haeredes Iaco. & Ami. eius filios ipsi Iaco. & Ami. successerunt dicto Buccia. & in eius bonis, & haereditate: Et cum post dictum Bucc. decesserit ipse Ami. superstite dicto Iacobo eius fratre sine filijs, si decessit ipse Amitus in pupillari aetate, successit eidem dictus Iacob. ex ipsa substitutione ita facta. videlicet, ut unus moriatur alteri, si decesserit in pupillari aetate, uel sine filiis, cum euenerit casus dictae substitutionis, ex quo decessit dictus Ami. in pupillari aetate. vnde fuit locus ipsi pupillari substitutioni. ff. de vul. & pupil. l. 2. & de test. in capitu. si pater. in 6. adeo quod succedit Iaco. eidem, exclusa etiam matre, prout patet in dicto capitu. si pater. & prout not. l. centurio. ff. de vulga. & pupil. Sed si decessisset dictus Ami. post pupillarem aetatem, non condito testamento, & tunc successisset eidem ab intestato ipse Iaco. dicta eius mater, & ipsa Sanc. si legitima fuisset, quolibet succedente pro tertia parte. C. ad Tertu. authent. defuncto. & in authent. & cum solis. Sed licet successerint dicti Iaco. mater, & Sanc. ab intestato: tamen ipsa mater, & Sanc. uigore substitutionis tenetur restituere d. Iaco. partem eis obuenientem, detracta legitima † ipsius Ami. ff. de vulga. & pupil. l. cohaeredi. §. cum filiae. Imo & Trebellianica, ex quo eodem tempore non concurrunt, prout communiter tenetur, secundum quod not. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. meminisse & C. ad l. Fal. l. quamquam. & in cap. Rainutius. de testa. Quod locum habet si non fuissent grauati restituere piae causae, alias si vltimo loco essent grauati restituere piae causae, & tunc an detrahatur ipsa Trebellianica dubium est ibi, de quo infra dicetur, quae legitima & Trebellianica communiter ascendnut ad medietatem eius quod fuit relictum dicto Ami. prout not. in d. iu. & praecipue in dicto capit. Rainutius. Vnde uigore dictae substitutionis dictus Iaco. consequetur & consequi debebit medietatem eius, quod obuenit dicto Ami. uigore d. testamenti paterni, & aliam medietatem diuident inter se dicti Iacob. San. soror, & dicta mater. Adeo quòd quaelibet ex his consequetur tertiam partem: & haec de haereditate ipsius Ami. Verum quia, vt praesupponitur, decessit dictus Iaco. sine filijs superstite dicta Maria eius matre, & superstitibus Pau. An. & Io. filijs dictae Sanc. eius sororis, & ipsis haeredibus in-

ſtitntis in teſtamento dicti Ia.& ſubſtitutis iu d.teſtamento dicti Bucc. ipſi Pan.Ant.& Ioannes ſucceſſerunt & ſuccedunt dicto Iacob. ex inſtitutione facta de eis in dicto teſtamento dicti Iacob. & ſucceſſerunt & ſuccedunt vigore dictæ ſubſtitutionis iu bonis dicti Ia.& per eum acquiſitis aliunde, quam ex hæreditate dicti Bucci.eius patris, & dicti Ami.eius fratris,cum in bonis dicti Bucci.peruentis ad ipſum Ia.ex inſtitutione de eo facta,ſucceſſerint & ſuccedant dicti filii dictæ Sanc. pro medietate,pro legitima & Trebellianica debita dicto Ia.& pro alia medietate vigore ſubſtitutionis factæ de eis poſt mortem dicti Iac. in teſtamento dicti Bucia.Imo etiam uenient ad filios dictæ San.vigore dictæ ſubſtitutionis,ea quæ obuenerunt do. Iacob.de bonis peruenientibus ad dictum Ami.vigore ſubſtitutionis factæ de d.Iac.poſt mortem dicti Ami.ſiue obuenerint dicto Iaco.ex ſubſtitutione pupillari,ſiue ex fideicommiſſaria:cum illud qđ

2 obuenit † ex ipſa pupillari uel fideicommiſſaria, veniant in reſtitutione fideicommiſsi: prout uot.ff. ad Trebellia.l. Marcellus. §. quidam liberis & in l. ita tamen.§.qui ſuſpecto.ubi Ioa.de Imo.hoc plene proſequitur hoc tenendo per l.ſi Titius, iuncta gloſſ.ff.eo.titu.vbi pl. nius per eum. Verum quia, pront præſupponitur, deceſſerunt poſtea ipſi Ioa. Anto.& Pan.ſine filiis, videndum eſt, an locus ſit ſubſtitutioni factæ poſt mortem prædictorum de Eccleſia ſancti Euſenii. Et dicendum eſt, quod locus eſt tali ſubſtitutioni, ex quo euenit dicta conditio,cum deceſſerint ſine filiis.ff.de uerbo. ſignifica o.l.cedere di.m. adeo quod ipſi executores, vel eorum hæredes in dicto teſtamento depntati, uel aliter ipſorum,poterunt vendere & diſtribuere bona dicti teſtatoris pro ædificio,ſeu operæ dictæ Eccleſiæ,prout ipſe teſtator diſpoſuerit, iuxta notata in c.2.de teſtamen.in 6.& in hoc uon cadit dubitatio,cum † vltima voluntas omnimodo ſit exe-

3 qnenda. 12.quæſtio.2.vltima voluntas. & C.de ſacroſ.eccl.l.1. Sed dubitatio cadit de ipſis bonis ipſius teſtatoris mobilibus & immobilibus, quæ veniant vendenda, & vendere poſsint ipſi executores, cum teſtator ipſe diſpoſuerit, quòd ſi dicti filii vel filiæ dictæ dominæ Sanc.omnes mori contigerit ſine filiis legitimis & naturalibus, qnòd omnia boua dicti teſtatoris,tam mobilia,quam ſtabilia vendantnr & diſtribuantur in ædificio uel operæ dictæ Eccleſiæ. Circa quod, & ſi videatur prima facie dicendum,quod ipſa bona uendenda & diſtribuenda ſint,detracta tamen legitima ipſorum filiorum,& ſic tertia parte,cum † in ipſa legitima teſta-

4 tor ipſe eius filios grauare non potuerit.C.de inofficio.teſtamen.l.quoniam in prioribus. & l.omnimodo, cum ſimilibus. Imo & Trebellianica, quia & ſi non detrahatur, nec detrahi poſsit Trebellianica de relictis ad pias cauſas, pront communiter tenetur,ſecundnm quod not.C.ad l.falcid.in auth. ſimiliter.& in c.ſi pater.de teſta.in 6.tamen † de re-

5 lictis ab ipſis filiis iu nepotes detrahitur & detrahenda eſt,pront nota.ff.de inofficio.teſtam.l.Papinianus.§.memiuiſſe.& C.ad l. falcid. l. quanquam. & de teſtamen.cap. Rainntius. Per quæ uidetur, quòd hoc caſu detrahatur ipſa legitima & Trebellianica,& ſic medietas.ut in d.ca. Rainntius. & ibi not. Sed his non obſtantibus, contrarium de iure dicendum eſt,vt videlicet,pro executione dicti teſtamenti omnia bona dicti teſtatoris, tam mobilia quam ſtabilia ſint vendenda, & diſtribuenda in dicto ædificio & operæ, prout ipſe teſtator iuſſerit,

6 cuui † voluntas eius ſit implenda & adimpleri debeat,ac ſi a lege emanauerit, cum pro lege habeatur,in authen.de nuptiis. in §. diſponat. & ipſa ſit adimplenda & executioni mandanda, & maxime, ex quo emanauit ad pias cauſas.C.de ſacroſan. eccleſ.l.1.de teſta.c.relatum.& 13.q. 2. ultima voluntas. Quod & deducitur ex alio, nam ſi bene p onderetur teſtamentum dicti Buccia. ipſe vltimo loco non ſubſtituit dictam Eccleſiam uniuerſaliter, ſed mandauit uendi & diſtribui pro ædificio & operæ dictæ Eccleſiæ omnia bona ipſius teſtatoris, tam mobilia quam ſtabilia:quo caſu,non uidetur ſub-

7 ſtituere uninerſaliter, cum † nou ueniunt iura & actiones,cum non ſint mobilia uel ſtabilia. l.qnam Tuberonis.§.pen.ff.de peculio. Sed cenſeatur facta ipſa ſubſtitutio in certis bonis, prout uoluit Iacob.de Are.ff.de nerborum ſignificati.l.moueatinm.& Specnlat.in tit.de fruc.& intereſſe.§.1.uerſicu.quæro.& Bartol.iu l.centurio. in 6. colum. ff. de uulga.& pupilla. Vnde cum ſit ipſa eccleſia ſubſtituta in certis rebns,uidelicet, in bonis mobili-

8 bus & ſtabilibus ipſius Buccia:potuit † & poteſt ipſa eccleſia recurrere ſuper ipſis bonis ipſius Buccia. tam mobilibus quam ſtabilibus, cum eidem eccleſiæ dicta bona ſint hypothecata & obligata pro executione dicti relicti.C. communia de leg.l.1.ad fi. Imo & agere poterit actione ex teſtamento ipſa eccleſia, ſeu eius Prælatns, & adminiſtrator contra hæredes dictorum Ioan.& Pan.Anto.filiorum dictæ Sanc.& hæredum dicti Iac. hæredis dicti Ami.& hæredis ex ſua perſona. & dicti Ami.dicti Bucceia.ipſo Ami.in pupillari ætate de-

9 cedente,prout & ſupra dictum fuit,cum † hæredes teneantur ex teſtamento adimplere ipſa legata & fideicommiſſa.ut l.1.ad fi.& ipſa legata & fideicōmiſſa adimplere tenentur integraliter, & in ſolidū, & ſi hæreditatem adiuerunt abſque beneficio legis & inuentarii.C.ad l.falc.auth.ſed cnm teſtator. & in corpore vnde ſumitnr.& pront nolnit glo.C. de iure delib.l.fi.in uerbo,ſacramento. Vnde cum hæredes ipſi adeuntes ipſam hæreditatem,abſque beneficio legis & inuentarii, teneātur integraliter ſatisfacere,& ſoluere ipſis creditoribus,& legatariis inſolidum, præſtare tenebuntur hæredes dictorum Ioannis & Pau.Auto.& ipſa bona dicti Bucc. aſsignare dictæ eccleſiæ ſancti Euſenii, tam bona mobilia quam ſtabilia ipſis executoribus in ipſo teſtamento deputatis,ut ipſa vendant & diſtribuant, prout ipſe teſtator diſpoſuit per iura prædicta, & prout not.ff.de alimen.& ciba.lega.l.alio.& C. de epiſcop.& cleric.l.ſi quis ad decliuandum. & in c. ſecundo.de teſt.in ſexto.& in c.Ioannes.de teſt.nō ob.iu contrarium adductis,cum non obſtent. Nō n.obſtat quod & primo in contrarium adducitur, dicendo,quod & ſi omnia boua ipſius Buccia. teſtantis tam mobilia quā immobilia fuerint & ſint uendenda,alienanda,& diſtribuenda pro ipſo ope

re

re & ædificio. Tamen detrahi debet legitima debita ipsis filiis, cum ipsi filij in legitima grauari non possint.vt d.l.quoniam in prioribus.& in d.l. omnimodo. & prout communiter tenetur, vt filius 10† grauatus de restituēdo detrahat & detrahere possit legitimam,prout notat.in dicto §.meminisse. & in d.l.quanquam & in d.c.Rainutius.de testamen. Nam ad hoc respondetur pluribus modis. & primo,quia dicti filii dicti testatoris, & similiter filii dictæ Sanctu. non fuerunt grauati de restituendo vniuersaliter bona dicti Bucc. testatoris dictæ Ecclesiæ,sed certa bona, videlicet, bona mobilia & 11 stabilia ipsius testatoris:quo casu† non ueniunt iura & actiones:imo ipsa iura & actiones, prout & supradictum fuit,remanebunt, & remanere debebunt apud ipsos filios dicti testatoris: & filios dictæ dom. San. hæredes filiorum dicti Buccia. & in eorum legitima computabitur, cum iudicio dicti testatoris apud ipsos filios dictæ San. remaneat & remanere debeant.vt in authen.vt cum de appella. cogn.§.aliud quoque capitulum. & in authen. de triente & semis.§.primo. Ita quod attenta prædicta ratione, nō detrahetur legitima ipsa quatenus summaut dicta iura & actiones. Quod & secundo 12 ex alio deducitur,quia† cum dicti filii dicti Bucc. adiuerint hæreditatem ipsius absque beneficio legis & inuentarii, & similiter filii hæredes dictæ San.absque beneficio legis & inuentarii, hæredes ipsorum, ipsi præstare debebunt ipsa legata,& fideicommissa insolidum.vt d.authen. sed cum testator.& in corpore unde sumitur. Vnde si præstare tenentur insolidum, non potuerunt detrahere ipsam legitimam,cum ex quo† inuentarium non 13 fecerunt, præsumitur fuisse & esse tot buna in bonis hæreditariis, quod sufficiant pro ipsis relictis & fideicommissis,prout & voluit Bald.C.famil.erciscun.in l.filium quem habentem in sexta carta. vbi plenius de hoc.Quod & persuaderi potest alia 14 ratione. Nam† ipsa legitima quasi æs alienum in iure appellatur.ff.de inofficio. testamen. l. Papinianus.§.si quis impubes.& ff.de adoptio.l.si arrogator.versicu.sed an impuberi. secundo respon. Vnde si indicatur æs alienum, ipsis filiis hæreditatem iu consultæ adeuntibus, confunditur ipsa legitima,sicut & confunditur æs alienum.C.de iure deliberan.l.fina.§.in computatione. Ad idem quod not.C.de pac.l.si debitori. Pro quo etiam facit, 15 quia si filii† adeundo absque beneficio legis & inuentarii damnificantur, ita quod de eorū proprio præstare teneantur credita,imo & legata insolidum propter ipsam non confectionem inuentarii. ut d. authen.sed cum testator.fortius tenentur præstare de ipsorum legitima,quæ ab ipso testatore peruenit.Per quas rationes dom. Ludou. Ponta. in authen.similiter, in eius repetitione in vigesimatertia carta cum dimidia.C.ad l.falcid. dicit hanc opinionem sustentabilem esse, & sustineri posse legendo & disputando. Sed licet hæc opinio sustentabilis sit,& sustineri possit per dictas rationes: quod & non procedit sine dubio, cum communis opinio sit in contrarium, super prædicta non puto ad præsens insistendum necessario,& maxime ex eo,quia & si omnia bona debeant præstari,& distribui pus

testator disposuit, nihilominus detrahetur & detrahenda erit ipsa legitima de iuribus & actioni-16 bus. Tamen † cum communis opinio sit in contrarium, prout not.in d.l.fina.C. de iure deliberan.& in d.§.si quis autem.& in authen. de hæred. & falcid.§.si uero nō fecerit,ab ea,cui ad præsens non insisto,non puto recedendum,prout & dicit ipse do. Ludou.ibi. Vnde dicendum est, quòd & si omnia bona dicti Buccia. vendenda, & distribuenda sint pro dicto ædificio & operæ, nihilominus, detrahenda erit ipsa legitima in iuribus & actionibus, cum illo non veniant in tali relictō, seu fideicommisso,prout supra dictum fuit. Sed licet dicti filii dicti Buccia.& hæredes eorum, & hæredes filiorū dictæ San.detrahant, & detrahere possint legiti-17 mam de tali relicto,tamen † in ipsa legitima computabitur & computari debebit illud, quod alienatum est per filios dicti Buccia. in eorum vita, si ipsa Ecclesia annuerit & consenserit. Imo & ea quæ ecclesia inuita,si iudici videatur, prout & voluit Bartol.in l.Marcellus.ff.ad Trebel.Imo & ipse 18 iudex ita arbitrabit & arbitrari debebit,cum † & ipse filius eligere possit suam legitimam, sicut & creditor.ff.de distractio.pign.l.creditoris arbitrio.& hoc voluit Bartol.ff.de hæred.institu. l. suus quoque,& in l.sancimus.in tertia colum.C. de inoffic. testamen. Est enim hoc specialiter inductum in ipsis filiis,vt eligere possint legitimam in quacūque re voluit, prout voluit Bald.in d.iuribus.& Ioann. de Imol. in d.l. Marcellus. circa finem.Quod procedit si alienent in vita cum si restentur, & testādo disponant de ipsis rebus, non computabuntur in eorum legitima prout voluit Bal.in d.l. filiū quem habentem.C.fam. erciscun.per c.Raynaldus uersicu.adiiciens.de testa. Vnde relicta per filios dicti Buccia.& multominus relicta per filios dictæ San. imo & per eos alienata non computabuntur in ipsa legitima, sed uenient restituenda ipsi ecclesiæ, ut & alia bona, saluo quatenus de ipsis bonis esset detrahenda ipsa legitima,prout uoluit Bald.in d.l. filium,quem habentem, & saluo si iudici aliud ui-19 deretur,cum † iudicis arbitrio relinquatur,quæ bona ueniant computanda in ipsa legitima, prout uoluit ipse Barto.in dicto.§.res quæ.ad hoc quod nota.institu.de offic. iudi.circa medium. Vnde attentis prædictis,& si ueniat detrahenda ipsa legitima de dictis bonis vendendis & distribuendis, nihilominus non erit detrahenda, nec detrahi poterit ip-20 sa falcidia, cum † non detrahatur ipsa falcidia, si adita sit hæreditas non confecto inuentario, prout est expressum in d.authen. sed cum testator. Imo 21 † nec erit detrahenda ipsa Trebellianica, cum non detrahatur de relictis certis, sed de fideicommisso uniuersali.vt notat. ff. de vulga. & pupilla. in l. 22 cohæredi.§.cum filiæ.& etiam † quia fideicommissarius secundus rogatus restituere non detrahit. C.ad Trebellian. l. Sancimus. §. cum autem. & ut 23 ibi notat. Ad idem etiam facit, quia † de relictis ecclesiæ, uel pio loco non detrahitur, nec detrahenda est falcidia, ut dicta authen. similiter. & similiter nec Trebellianica, prout & communiter retnetur,secundum quod no.in d.auth.similiter.& in d.c.Raiuutius.& in d.c.si pater.Et si dicatur,quòd &

& si dicta falcidia, uel Trebellianica non detrahatur, nec detrahenda ueniat de relictis factis a filiis dictæ Sanci. & post eorum mortem dictæ Ecclesiæ sancti Eusenii, Nihilominus detrahitur & detrahenda uenit de substitutione facta dicto Ami. & de dicto Iacob. in casu, quo decesserit sine filijs, & post pupillarem ætatem, & similiter de substitutione facta dicto Iacob. de filiis dictæ Sanc. cum, prout supra dictum fuit, de talibus substitutionibus detrahatur & detrahenda ueniat non solum legitima; Sed etiam Trebellianica, prout supradictum fuit, & hoc voluit Bald. in l. eam quam. in versicu. sed pone. C. de fideicommissis. Sed ipse Bald. contrarium uoluit in l. auia. §. Titio. ff. de con

24 dictio. & demonstratio. dicens, per illum text. & recte, quod † non solum intelligitur prohibita detractio Trebellianicæ, cum piæ causæ est fienda restitutio in medietate, sed etiam cum medietate, puta, quia primus hæres restitutus erat extraneo, secundus vero extraneus piæ causæ tantum: & tunc secundum eum, nec ab extraneo hæres restituens poterit Trebellianicam detrahere, prout & refert dictus dominus Ludo. Ponta. in repetitione dictæ authen. similiter. in vigesimasecunda carta. in uer. item attenditur. adducens ad hoc text. notabilem. ff. ad l. falcid. l. cum dotem. ibi. vt omissa interpositi, capientis persona spectetur. Quod & secutus fuit similiter recolendæ memoriæ dominus Ioan. de Montesperello in dicto. §. Titio. Ita quod attentis prædictis dici & concludi potest, quòd dicta omnia bona dicti Buccia. ex quo decesserunt filii dicti Buccia. sine filiis. & similiter filii dictæ Sanctu. erunt vendenda & distribuenda tam mobilia quam stabilia in dicto ædificio dictæ Ecclesiæ, seu operæ, prout ipse testator Bucc. disposuit, per prædicta. Pro quibus etiam facit, quia dici potest, quod censeatur prohibita ipsa Trebellian. quoad ipsa bona stabilia & mobilia, ex quo ipse testator voluit & disposuit, quod omnia bona tam mobilia quam stabilia uendantur & distribuantur, attenta

25 opinione illa, quæ habet, ut † ipsa Trebellianica prohiberi possit sicut & Falcidia, de qua. ff. ad Trebellian. in l. Marcellus. §. quod autem. & in authen. sed cum testator. C. ad l. falcid. & in authen. de hæred. & falcid. in §. si vero. cum per talia verba, ex quo testator ipse dixit, quod nolebat, quod omnia bona tam mobilia quam immobilia ipsius testato-

26 ris, vendantur. qui † enim omne dicit nihil excludit. cap. solite. de maiori. & obedien. & hoc uoluit Bartol. in simili quando testator disposuit de om-

27 nibus bonis, vt † uideatur prohibita Trebellianica, per dicta uerba in dicta l. centurio. & Bald. in l. precibus. C. de impube. & aliis substitu. & Angel. in authen. de hæredi. & falcid. in §. si uero. dom. Ludou. Ponta. in dicta authen. similiter. uidetur enim hoc fuisse de mente ipsius Buccia. testatoris, ut omnia bona tam mobilia quam stabilia dicti testatoris uendantur & distribuantur in dicto operæ: quæ satis uidetur colligi ex uerbis ipsius, & coniecturis, ad hoc quod not. ff. de leg. 1. in l. licet imperator. &c. Dom. Bened.

THEMA CONSILII LXXIX.

PVnctus. Quidam Titius fecerat testamentum: in quo fecit multa legata diuersis personis & in omnibus aliis suis bonis &c. Instituit hæredes uniuersales quendam Magistrum Marianũ Antonii Paulucii de Gassia: & Dominam Ciecam filiam ipsius testatoris &c. & post ipsa legata facta dictus testator adiecit, & appposuit hæc verba, videlicet, quòd prædicti, quibus facta sunt ipsa legata, non possint nec debeãt petere, nec habere dicta legata, vsque ad obitum magistri Mariani. Ant. Pau. de Cassia co hæredis filiæ dicti testatoris, & Petruciç uxoris eiusdem: vel post mortem omnium prędictorum: accidit & euenit casus, quod dicti legatarii, & quibus facta sunt dicta legata, omnes mortui sunt, antequam mortui sint dicti Maria. & dicta Ciecha. Nunc dubium uertitur inter hæredes dictorum legatariorum, & dictorum magistri Mariani & Ciechæ. an ipsi legatarii, quibus fuerunt facta dicta legata particularia. & mortui sunt ante mortẽ dictorum magistri Maria & Ciechę transmiserint ius petendi dicta legata &c.

SVMMARIVM.

1 *Tempus adiectum legato interdum non uidetur facere cõditionem, sed potius dilationem, adeo quòd legatarij morientes tunc transmittit. quod procedit quando legata essent filijs relicta, non item extraneis.*

2 *Tempus adiectum legato, si sit certe ætatis, facit dilationem non conditionem, secus si apponatur tempus incertum, vt tempus mortis, nam tunc facit conditionem, & legatarii non transmittunt.*

3 *Legatarij particulares, quibus fuit per testatorem prohibitum petere, & habere legata, ante mortem hæredum institutorum, vtrum transmittant ad eorum hæredes, si decedant ipsi ante mortem hæredum ipsius testatoris & per totum.*

4 *Legitima & Trebellianica possunt detrahi, quando eodẽ tempore non detrahuntur, & ita de consuetudine seruatur tam in foro canonico quam ciuili.*

5 *Decisioni iuris canonici standum est etiam in iure ciuili, quando inter legistas varia, seu contrariæ sunt opiniones.*

6 *Trebellianica non detrahitur de relicto ad pias causas, sed tantum detrahitur legitima. Et ita est communis opinio.*

CONSILIVM LXXIX.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato puncto, & consilio per famosissimum V. iuris doct. Do. Thadæum fra-

fratrem honorandum, super dubiis ex eo elicitis, sit, ita elegantissime dictum. quod nihil vltra, ui deatur posse dici. Nihilominus, circa primũ dubium, quod est, an illi legatarij, quibus fuerunt relicta legata particularia, & mortui sunt ante mortem magistri Mariani, & Cieche transmisserint, cadere uidetur vna dubitatio, quia tempus mortis dicti magistri Mariani, & Cieche uidetur appositum potius petitioni & præstationi, quam substantiæ ipsorum relictorum: Testator enim post ipsa legata facta adiecit hæc uerba, videlicet: quòd prædicti legatarii non possit nec debeant petere. nec habere usque ad obitum magistri Mariani: An. Paulutiæ. & Cassiæ cohæredis filiæ testatoris prædicti: & Petr. vxoris eius, vel post mortem omnium prædictorum: quo casu, tempus † adiectũ non videtur facere cõditionem: sed potius dilationem: adeo ꝙ legatarii tunc transmit tunt, prout habet. C. quando dies lega. cedat. l. ex his uerbis. & ff. ad Trebel. l. Seius Saturninus. Sed certe ad hoc respódetur pluribus modis. & primo, quia illud habet locum, quando talia relicta fuissent facta filiis: secus si extraneis, cum in fauorem filiorum non faciant conditionem, sed potius dilationem, vt dixerunt quidam prout in d. iuribus no. Vel dici potest † & melius, ꝙ illud habet locum, quando apponitur tempus certe ætatis: secus si tempus incerti m, vt tempus mortis, vt in casu prædictorum, cum tunc faciant conditionem. ita & taliter, ꝙ ipsi legatarij non transmittunt, prout uoluit Ci. in d. l. ex his uerbis. circa fi. quod uoluit etiam Ang. in l. cũ testator. ff. de manu. test. secũdum quod refert Io. de Imo. in d. l. Seius Saturninus. Vel potest dici & & tertio, quod in casu prædicto non fuerunt adiecta talia uerba solum petitioni & præstationi: sed etiam substantiæ, cum dixerit, quòd non possint nec debeant petere, nec habere. ad hoc quod no. ff. de uerb. sig. l. nomen filiarum. §. habere & in l. habere & ff. de uerbo. obli. in l. stipulatio ista habere licere. & in capit. si tibi concessa. de præben. in 6. & 3 ibi per Io. Ita quòd † dici potest, ꝙ dicti legatarii decedentes ante mortem dicti magistri Mari. & dictæ Ciechæ non transmittant, prout & supra elegantissimæ cõsultum est, & dictum. Vnde idẽ dico quod in dicto cõsilio dictum est circa primam dubitationem. Et circa alias dubitationes: & maxime circa illud, in quo concluditur, quòd hæredes dictæ, d. Cieche. detrahere debent legitimam & Trebellianicam de hæreditate dicti Britii. detrahere 4 † enim possunt dictam legitimam: & etiam Trebellianicam. ex quo eodem tempore non detrahuntur: & ita est expressum in d. c. Rainutius: & similiter in c. Rainal. de testa. & ita de consuetudine seruatur, prout dicit Bal. C. ad l. Falci. l. quamquam & in l. iubemus. C. ad Treb. & do. Nico. in d. c. Rainutius. dicens secundum hanc opi. pluries fuisse consultum. Quod obseruandum erit, non solum in foro Cano. ex quo ita iura Cano. statutum est: sed in foro Ciuili. Esto quòd inter 5 legistas sint opi. contrariæ: vnde recurrendum † est ad decisionem iuris Can. & eidem est standum. vt no. in c. per venerabilem. qui filii sint legitimi: prout uoluit do. Ant. de Flore. & d. Nico. in d. c. Rainutius. Quod procedit, nisi quatenus fuisset reli- 6 ctum ad pias causas, quia † licet detrahatur legitima: tamen non detrahitur Trebellianica, prout in prædicto consilio dictum fuit: & ita communiter tenetur per legistas, prout no. in d. §. quod autem. & in auth. similiter. C. ad l. Fal. & in c. si pater. de testa. in 6. & d. c. Rainutius. &c. Dom. Ben.

THEMA CONSILII LXXX.

Punctus. Quidã Rainaldutius, qui videns se carere filiis, adoptauit sibi quendam Io. in filiũ & in adoptiuum filium eum assumpsit: & dum vixit tractauit, eum ut filium: qui Io. post adoptionem aliqua bona aduentitia quæsiuit, quæ ad ipsum patrem adoptiuum peruenerunt. Deinde dictus Rainal. veniens ad mortem condidit testamentum, in quo omnibus suis bonis instituit hæredem d. Nicolutiam eius neptem ex filio præmortuo, non instituto in aliquo, nec exhæredato dicto Ioann. filio adoptiuo: imo potius præterito, nulla iusta causa exhæredationis, siue præteritionis inserta in ipso testamento: propter quod dictus Io. filius adoptiuus dicere, & opponere intendit de nullitate dicti testamenti, & succedere vult ab intestato dicto suo patri adoptiuo. Quæritur modo de duobus: & primo, an dictum testamentum valuerit, & valeat. Secundo, quid, & quantum petere potest, & poterit dictus Io. filius adoptiuus in bonis dicti Rainaldutii.

SVMMARIVM.

1 *Adoptiuus filius, nulla iusta causa apposita præteritus, non rumpit testamentum patris, sed illud est validum, secus est in filio legitimo & naturali.*

2 *Clausula codicillaris efficit, ut testamentum alias inualidum ob filij præteritionem, valeat iure codicillorum.*

3 *Adoptiuus filius in testamento patris præteritus quid, & quantum petere possit pro sua legitima.*

4 *Legitima filij adoptiui quanta sit.*

5 *Legitima filij adoptiui an hodie sit aucta, sicut legitima filij legitimi & naturalis.*

6 *Adoptiuus filius præteritus in testamento patris, non solum petere potest ipsam legitimam, sed etiam omnia eius bona aduentitia, quæ ad patrem adoptiuum obuenerunt post adoptionem, seu per ipsum filium adoptiuũ fuerunt ei quæsita, quorum commodum & usufructus ad ipsum patrem adoptiuum pertinent.*

CONSILIVM LXXX.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato puncto, & contẽtis in eo, de duobus principaliter quæratur. Et primo,

mo, an dictum testamentum valuerit & valeat. Circa quod, & si videatur prima facie dicendum, quod non valuerit nec valeat: ex quo dictus filius adoptiuus non fuit in aliquo institutus hæres: nec exhæredatus ex causa: sed potius præteritus nulla iusta causa apposita, prout & in filio legitimo & naturali est expressum in auth. ut cum de appella. cogn. in §. aliud quoque capitulum. Contrarium tamen 1 † de iure dicendum est, vt tale testamentum ualuerit, & valeat, quantumcunque dictus filius adoptiuus fuerit præteritus, prout voluit gloss. in verbo, exhæredauerit, iuncto text. Institut. de adoptionibus in §. item non aliter. in ver. sed & si decedens. & ita not. ibi docto. Non enim hoc reperitur iure authenticorum correctum, prout patet i d. §. aliud quoque capitulum, qui loquitur de filiis legitimis & naturalibus. unde stare non prohibetur. C. de testamen. l. sancimus. & C. de appellat. l. præcipimus. Præterea, & si ex causa præteritionis tale testamentum 2 tum redderetur nullum: tamen, cum † in dicto testamento, utputo sit apposita clausula codicillaris cõsueta apponi, quæ est, vt si non valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum: tale testamentum remanebit validum iure codicillorum. Adeo quod ipse Ioann. succedens ab intestato simul cum dicta dom. Nicol. quantumcunque non sint in eodem gradu, iuxta notat. institu. de hæred. quæ ab intesta. in §. cum filius. restituet, & restituere debebit medietatem dictæ hæreditatis sibi obuentam, & ad eum obuenientem ab intestato: detracta tamen legitima sibi debita, prout not. ff. de inofficio. testamen. l. Papinianus. §. meminisse. & C. ad l. Falcid. l. quanquam. & per Cano. de testamen. in cap. Rainutius. & cap. Rainaldus. quota autem sit ipsa legitima infra patebit. Secundo videndum est, quid, & quantum petere potuerit, & possit dictus Ioann. filius adoptiuus. Et circa hoc dicendum est, quod 3 ipse † non solum poterit retinere apud se quartam partem medietatis dictæ hæreditatis, si apud eum ipsa sit, pro sua legitima: sed etiam petere poterit ipsam quartam partem dictæ medietatis, si apud eum non sit, cum eius legitima sit quarta pars suæ partis, quæ est medietas: ex quo dictus Rainaldus decessit superstitibus dictis dom. Nicol. eius nepte ex filio, & Ioann. filio adoptiuo. est † enim ipsa 4 legitima filii adoptiui quarta pars partis, quæ sibi ab intestato obueniret, prout voluit notabiliter gloss. in dicto. §. item non aliter. versicu. sed & 5 si decedens. Nec † ipsa legitima est hodie aucta in ipso filio adoptiuo, prout & in filio legitimo & naturali, prout voluit gloss. in authen. de trien. & semiss. in §. si vero vltra quatuor uersicul. hoc obseruando. in verbo. omnibus. & Bartol. ff. de adoptio. in l. si arrogator. Et non solum petere poterit ipsam legitimam ipse Ioann. sed etiam omnia eius bona aduentitia, quæ ad ipsum Rainald. obuenerunt post ipsam adoptionem, seu per ipsum filium adoptiuum sunt quæsita: quorum commoda, seu vsusfructus ad ipsum patrem adoptiuum pertinuit, adeo quod eius lucro cessit, prout voluit gloss. in d. ver. sed & si decedens. Ad hoc quod notat. ff. de vulga. & pupilla. in l. sed & si plures. §. in arrogato. Ita quod poterit ipse Io. ipsam legitimam petere: & similiter eius bona, quæ ad ipsum patrem adoptiuum peruenissent, vsufructu remanente apud eius patrem, cum eius lucrum cedat in bonis aduentitijs qualitercunque per ipsum Ioannem acquisitis, iuxta not. in l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. Domi. Bene.

THEMA CONSILII LXXXI.

PVnctus. Domina Blasia filia quondam Melchioris, cum esset vidua, & vnicam filiam haberet, nomine Aluisiam ex precedenti matrimonio: quæ tunc temporis nupta erat, donauit omnia bona sua videlicet, vnam petiam terræ, & omnes massaritias, & res mobiles, cuidam Simoni, exceptis & reseruatis sibi 13. Florenis: quæ res & bona sic donata ascendebant ad quantitatem. 120. Florenorum: Quã donationem dixit, & asseruit dicta do. Blasia fecisse pro bonis meritis, & gratis seruitijs, quæ confessa fuit habuisse, & impensa fuisse a dicto Simone: & quia sibi placuit &c. Cum quo Simone paruo interuallo temporis interposito post ipsam donationem ita factam ipsa do. Blasia matrimonium contraxit, & ipsum in suum legitimum virum accepit, & dictos 13. Florenos sibi, vt supra, reseruatos, eidem in dotem dedit & assignauit. Accidit post modum, quòd dicta do. Bla. mortua est, nullis remanentibus filijs ex ea, & dicto Simone, sed superstite d. Alui. sua filia ex primo viro. Deinde decesit dictus Simon, relictis certis hæredibus. Contra quos hæredes dicta d. Alui. agit ad reuocationem dictæ donationis factę per dictam do. Aluisiam dicto Simoni, repetendo ab eis dictam petiam terræ, & dictas Massarias, & alias res mobiles sic donatas dicto Simoni, dicẽdo dictam donationem non tenere in sui præiudicium, cũ ipsa Blasia dicto Simoni secundo viro nõ potuerit donare in pręiudicium filij primi matrimonij: Cui pro parte hæredis dicti Simonis respondetur, quod imo dicta donatio valuit & tenuit: quia non fuit facta dicto Simoni secundo viro: imo, antequam esset contractum matrimonium per dictum Simonem cum dicta Blasia: vnde hoc non habet obstare eidem: Nunc quæritur quid iuris, videlicet, an dicta do. Alui. petere potuerit: & possit contra dictum hæredem dicti Si. dictam petiam terræ, & dictas massarias & alias res mobiles sic donatas dicto Simoni?

SVMMARIVM.

1 *Quilibet de rebus suis ad eius libitum disponere potest.*
2 *Vxor non potest relinquere viro, nec titulo dotis, vel donationis propter nuptias ei conferre plus, quam uni filio vel filiæ primi matrimonij, alias reducuntur ad æqualitatem.*
3 *Intellectus l.hac edictali.C.de secundis nup.& ibi per totum bene examinatur.*
4 *Filius primi matrimonii potest petere medietatem bonorum donatorum secundo viro per matrem, quæ transiuit ad secunda vota: licet dicta donatio per eam facta fuisset, antequam secundum matrimonium esset contractum.*
5 *Donatio omnium bonorum in dubio præsumitur in fraudem facta.*
6 *Mulierum genus est auarissimum, adeo quod mulier in dubio non uidetur uelle suum dilapidare.*
7 *Fraus & simulatio per coniecturas præsumitur, & probatur.*
8 *Mater non potest in præiudicium filij, maxime primi matrimonij. pro libito disponere de rebus suis in secundum virum.*
9 *Merita præcise non probantur per verba apposita in instrumento donationis, quod donabat pro bonis meritis & gratis seruitijs, maxime quando fit ab eo, qui alias donare non poterat.*

CONSILIVM LXXXI.

In nomine domini, Amen.

Et si videatur prima facie dicendum, viso dicto pũcto, & bene considerato, vt dicta do. Aluisia petere non potuerit, nec possit contra hæredem dicti Simonis dictam petiã terræ, & dictas Massaritias, & res mobiles donatas dicto Simo. antequam cum eo matrimonium contractum esset, cum † quilibet de rebus suis ad eius libitum disponere possit. C. man. l. in re mandata, & cum potuerit disponere, potuit ipsi Simo. libere donare, prout & donanit, non obstante, quod postea matrimonium contraxerit, cum donatio ita perfecta ex superueniẽtia matrimonii non irritetur, ut in regula, factum legitimæ. de regulis iu. in 6. unde non poterit petere dicta Aluisia dictas res donatas. Imo & medietatem dictarum rerum ex dispositione l. hac edictali. C. de secun. nup. disponentis, quod † vxor non possit plus relinquere viro nec titulo dotis, uel donationis propter nuptias conferre, plusquam uni filio, uel filiæ primi matrimonii, alias reducuntur ad æqualitatem, prout est expressum in d.l. hac edictali quæ † in casu prædicto non uidetur habere locum cum non dederit, nec donauerit ipsi secundo viro imo potius ipsi Simo. qui non erat tunc vir secundus, cum adhuc non esset contractum matrimonium: propter quod dispositio d.l. hac edictali, locũ non uidetur habere, & maxime cum sit pœnalis, propter qnod non uidetur extendenda: imo potius restringenda, ut in regula. odia. & in regula in pœnis in 6. Ad. idẽ & tertio, facit, qnia d.l. hac edictali si bene ponderetur, loquitur in dispositione facta per mulierem in maritum ex titulo lucratiuo quod non est in casu prædicto, cum non donauerit liberaliter, sed pro bonis meritis, quæ fuit confessa, habuisse & recepisse: ad hoc quod no. ff. de dona. l. Aqnilius Regulus & ff. de castren. pecu. l. si forte. & ibi per Bar. & in l. si donationem. C. de colla. & C. de sac. san. Eccle. l. illud. & ibi per Bald. Vnde cum non fuerit donatio facta ex causa mere liberali: nec titulo lucratiuo: sed propter bene merita, quæ videntur propter dicta verba probari, prout & no. in d. iuribus, non videtur habere locũ dispositio dictæ l. hac edictali: & per consequens videtur quod dicta d. Alnisia nõ potuerit nec possit dictas res donatas, imo & nec earum medietatem, petere. Sed his † non ob. contrarium de iure pnto dicendum, videlicet, vt dicta d. Alui. & si petere non possit dicas res ita donatas integraliter & in totnm, nihilominus poterit petere saltem ꝓ medietate eius quod plus donauit dicto Simo. quam dictæ d. Alui. attenta dispositione d.l. hac edictali. Cum attentis prædictis, & narratis in puncto dici possit, q̃d dicta d. Bla. contulerit, imo & donauerit dicto Simo. secundo viro, plusquam dictæ Alui. filiæ primi matrimonij: cum donauerit dicto Simo. omnia bona sua exceptis 13. Florenis, quos postea in dotem dedit, quæ bona ascendebant ad quantitatem. 120. Florenorum. vnde cum donauerit omnia bona, exceptis 13. Florenis quæ ascendunt ad dictam summam, videtur donasse dicto Simo. vltra dictos 13. Florenos, omnia eius bona: propter quod talis donatio venit reuocanda, & annullanda, quatenus vltra contulit dictos 13. Florenos. non enim potuit ipsa do. Bla. plns conferre, & donare dicto Simo. vltra dictos. 13. Florenos remanentes, vt puto, apud dictam Alui. cum successerit & succedat dictæ d. Bla. ab intestato, cum decesserit non condito testamento, ut puto, superstite ipsa do. Alui. eius filia: licet in puncto non fiat mentio. vnde successit & succedit d. Alui. dictæ suæ matri. l. 1. ad Tertul. quæ succedendo succedit eidem in dote ipsa, si statuto aliter non disponatur. vnde quatenus vltra dictos 13. Florenos donatum est, reducitur, & reduceudum est, ad æqualitatem, vt æqualiter succedat dicta d. Alui. cnm dicto Simo. seu eius hæredibns, prout disponitur in d.l. hac ædictali. cum eius dispositio habeat locum in casu prædicto, quantumcunq; tempore dictæ donationis dictus Simon non esset maritus: cum dispositio dictæ legis habeat locum cessante omni circumscriptione, si qua per interpositam personam, vel alio modo fuerit ex cogitata. In casu enim prædicto, & si non fuerit facta talis donatio dicto Simo. per interpositam personam: fuit tamen facta alio modo fraudulenter, videlicet, donando ante tempus, ad euitandum dispositionem d.l. hac edictali. vnde dicta fraus ita excogitata, & ad actum ita deducta, non tollit dispositionem d. l. hac ædictali ut patet ex tex. ibi omni circumscriptione cessante. si enim in aliquo casu fuit facta ipsa circumscriptio ad fraudandam dispositionem d.l. hac ædictali. fnit in casu prædicto, attenta primo breuitate temporis qua secutum est matrimoniũ ad hoc qnod not. ff. de priui. cre. l. si ventri. §. in bonis. & etiam quia donauit

cepit,& acceptauit,& de ipsa se bene contentum vocauit, & dixit,cum omni iure,& actione dictis Bar.& Ma.iu ea ipsa,vel pro ipsa secunda portione, aut ipsi secundæ portioni modo aliquo pertinente & spectante: Ab habendum, tenendum,& possidendũ,fructuandum, & quicquid dicto Io. & suis hæredibus deinceps placuerit de ipsa secunda portione perpetuo faciendum, & quòd dictæ duæ aliæ portiones dictorum bonorum, videlicet,prima portio, & tertia portio bonorum, prout supra designatæ sunt, sint & esse debeant dictorum Bar.& Ma. & ipsam primam portionem, & tertiam portionem bonorum dicti Bart. & Ma.de præsentia,cõsensu,& voluntate dicti Io.in ipsorum Bar.& Ma.parte, & portione pro suis partibus, & portionibus dictorum bonorum elegerunt, vocauerunt, & acceptauerunt: & de ipsis prima, & tertia portionibus, se bene contentos esse uocauerunt, & dixerunt, cum iure, & actione dicto Io.& in ipsis,& pro ipsis prima, & tertia portionibus,modo aliquo pertinente & spectante,ad habendum, tenendum, & possidendũ, fruendum,& alienandum, & quicquid dictis Bar.& Ma.& eorum hæredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum &c. prout in contractu latius cõtinetur:Postea vero dicta diuisione sic facta, & vnoquoque fratrum de per se maneute, dictus Ioann. habebat duas filias fœminas, videlicet, Luciam & Bellam, quas maritauit, & eisdem dotes cõgruas dedit.Deinde decesserunt dicti Bart.& Ma. superstitibus ex vtroque ipsorum filijs masculis legitimis & naturalibus,q fuerunt & sunt hæredes,videlicet,Bar.Et filij dicti Ma. fuerunt & sunt heredes dicti Ma.Deinde decessit dictus Io.sine filijs masculis, superstitibus sibi dictis suis filiabus fœminis dotatis, quæ eius bona tenent, & possident, & eidem Io. eorum patri ab intestato successerunt, & succedunt. Nunc autem filij dictorum Barto.& Ma. nituntur inquietare dictas filias, & hæredes dicti Io.petẽdo ab eis dictas domos emphitheuticas,concessas dicto. Fa. quę obuenerum in partem dicto Io. asserentes se in illis succedere vigore dictę concessionis, cum dicant se esse masculos,& in successione prę dictę emphiteusis pręferendos esse, attenta dicta concessione, quę generationem masculinam præferre videtur ipsi generationi fœminę,ac etiam attenta dispositione statuti disponentis,& excludentis filias dotatas a patre,non solum si superest masculus descendens ex dotante,sed etiam si superest masculus descendens ex patruo non dotãte, quod vobis transmittitur vna cum alijs contractibus.Modo quęritur quid iuris,& nunquid filij masculi dictorum Barto.& Ma.succedant & succedere debeant in dictis domibus liuellarijs, & emphitheuticarijs obuentis in partem dicto Io.patri dictarum Bellę & Lucię,eis exclusis.

SVMMARIVM.

1 *Emphitheutæ diuidere possunt inter se,sine cõsensu domini res in Emphitheusim concessas, quantumcunque ipsi promisserint eas non alienare.*

2 *Verba inuestitura sunt attendenda, & ab eis, cum sunt clara non est recedendum.*

3 *Filij quando veniant ad emphitheusim iure parentum, & quando ex proprio eorum iure, vigore stipulationis in instrumento apposita & in eorum persona concepta.*

4 *Statutum excludens mulierem dotatam a bonis dotantis habet locum etiam in bonis emphitheutis.*

5 *Filiæ fœminæ, vtrum in bonis in emphiteusim concessis alicui stipulanti pro se, & vsque in eius tertiam generationem masculinam, & fœmininam legitimæ finitam, vnum alteri succedendo, procedente semper generatione masculina,succedant,& succedere possint, si sint natæ ex generatione masculina, videlicet, cum filio primi stipulantis, stantibus filijs masculis ex alijs filijs ipsius stipulantis.*

6 *Dictio, vsque, est repetitiua, maxime cum apponitur dictio, in.*

7 *Generans dicitur persona,genus dicitur parentela, generatio dicitur illa qualitas in abstracto,id est,intellectualiter sumpta in omni persona,in quam representatur generans.*

8 *Generatio masculina dicitur, quando persona generans, quæ representatur in persona est masculus.*

9 *Statutum præferens in successione generationem masculinam fœminæ,intelligitur eam præferre,quando concurrunt, masculi & fœmina descendentes ex eo, de cuius successione & hereditate tractatur, secus si masculi ex alio stipite descendentes concurrant cum fœminis descendentibus ab eo, de cuius hæreditate agitur & nume.17.*

10 *Diuisione inter fratres facta de rebus in emphitheusim eorum patri concessis in qua dictum est, quod quilibet & eius hæredes possint ipsas res diuisas, & sibi in partem obuentas,habere,tenere,& possidere, & de eis disponere ad eorum libitum: non possunt postea filij masculi vnius fratris prædefuncti, contra filias alterius fratris mortui petere res ita vt supra diuisas,ex eo quia in eorum concessione in emphitheusim dictum sit, quod generatio masculina præferatur fœmininæ.*

11 *Diuisione de qua supra facta,si in ipsa conuentum fuerit, quod qualibet portionum sit libera & exempta ab omni iure & actione alteri competente,tam ratione successionis testamentariæ, quam conductionis emphitheuticæ,an dicta bona,quæ tradita sunt pro liberis,& expresse conuentum est, quod pro liberis habeantur, tanquam emphitheutica possint auocari.*

12 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, vt ibi in materia diuisionis annotatur.*

13 Obligatio

masculus de prædictis, uel aliquo prædictorum. Vnde cum filiæ dicti Io. fuerint dotatæ a dicti Ioan. eorum patre, uidentur excludi ab eius successione, ex quo supersunt filii masculi patruorum, & non solum quo ad bona propria patrimonialia ipsius Io. sed etiam quoad bona emphitheutica, 4 attenta dispositione dicti statuti. cum † dispositio dicti statuti locum habeat in bonis emphitheuticis, prout voluit Bar. ff. de ope. libe. l. & iusiurandi. §. si liberi. & sic uidetur quòd filii masculi dictorū Mar. & Bar. succedant, & succedere debeant in dictis emphitheuticis domibus peruentis ad dictū Io. & ad eas vocari, exclusis dictis filiabus dicti Ioan. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum 5 est, ut dictæ † domus in parte obuentæ dicto Io. apud dictas eius filias remanere debeant, nec possint filii masculi dictorum Ma. & Bart. ad eas recurrere, ex pluribus: & primo, quia cum dictus Facius recipiendo dictas domos, receperit eas, stipulatus fuerit eas pro se, & vsque in eius tertiam generationem masculinam & fœmininam completam, unum alteri succedendo, ex uerbis prædictis: quia si illa verba non fuissent in dicta stipulatione addita, ipse stipulatus fuisset, & dictam emphitheusim recepisset, non solum pro se, sed ꝓ filiis & filiabus, nepotibus & neptibus adeo ꝙ finita prima generatione, uenit secunda, & deinde tertia: imo & finita in personavnius uenit alia, seu uidetur de nouo cōcessa seu renouata persona alterius, prout denotat 6 † dictio, vsque, quæ est repetitiua. ff. qui. mod. usufru. ami. l. repe. & l. sicut in annos prout uoluit Bartol. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. quod præcipue procedit, quando apponitur dictio, in dicendo, usque in tertiam generationem, prout voluit Bal. in C. quando non peten. part. l. vnica. circa fin. Vnde in casu prædicto ad ipsas domos emphiteuticas post mortem ipsius Fa. venerunt ex dicta stipulatione dicti Io. & Ma. & Bart. filij ipsius Fac. Et cum postea decesserint dicti Ma. Bar. & Io. superstitibus dictis filijs masculis Bar. & Ma. veniunt & venire debeant ad ipsas domos emphiteuticas, si diuisæ non essent filij dicti Ma. pro tertia parte, filij dicti Bar. pro alia tertia parte: & filiæ dicti Io. in alia tertia parte: cum sint omnes prædicti de secunda generatione ipsius Fa. & masculina, non solum dicti filij masculi, sed etiam dictæ filiæ fœminæ Ioan. cum sint de generatione masculina, ex quo ex masculis descendunt, prout voluit Bal. in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. dicens: & nota. † ꝙ ge-7 nerans dr̄ persona, genus dicit parentela, generatio dicitur illa qualitas in abstracto. i. intellectualiter sumpta in omni persona, in quam repræsentatur generans, uelut fons quidā memoriæ. ut ff. de uer. 8 signi. l. pronunciatio. §. familiæ. Ita † quòd cum in generatione repræsentetur persona generans, & persona generans est masculus: dicitur generatio masculina, prout voluit ipse Bal. ibi ad hoc quod no. in c. statutum el. 2. de Hæret. in 6. & in c. vbicunque. de pœnis eo. lib. Imo & inclusisset etiam natos ex fœminis cum & ipsi de generatione dicantur, licet fœminina, prout no. in dictis iuribus. C. de fideicommisis. l. cum acutissimi, & ibi per Bal. & in l. 2. C. de iure emphi. adeo quòd & ipse filiæ fœminæ ueniunt, si ipse recipiens non præposuisset generationem masculinam, cum præponendo generationem masculinam, non veniant nati ex fœmina, cum non sint de generatione masculina, sed fœminina: Sed bene ueniunt filiæ natæ ex masculis, sicut & venirent filii nati ex masculis, & sic neptes & nepotes, quantumcunque ipsæ recipiens prætulerit masculinam generationem, cum & ipsi sint de generatione masculina, pront & supra patet. Ita quòd dici & concludi potest, quòd dictæ filiæ dicti Io. venissent, & venirent ad dictam emphitheusim, videlicet, ad dictas domos emphitheuticas pro tertia parte, si nō fuissent diuisæ, sicut & veniunt & venire debent filii masculi dicti Ma. ꝓ tertia parte: & filij masculi dicti Bar. ꝓ alia tertia parte: ex quo omnes sunt in pari gradu, & de generatione masculina, quantumcunque ipsæ recipiens ꝑtulerit ipsam generationem masculinam. includuntur enim dictæ filiæ dicti Io. sub illa generatione, prout includuntur masculi, cum sub tali vocabulo generationis, quod commune est, pariter includantur, iuxta not. ff. de verb. sign. l. 1. & in c. generali. de elec. in 6. Ita quòd pariter venirent dictæ filiæ dicti Io. pro tertia parte ad omnes dictas domos emphitheuticas, sicut & uenirēt filij dicti Ma. pro tertia, & filii dicti Bart. pro alia tertia parte, si diuisæ non fuerint. Vnde cū fuerint diuisæ, & in parte obuenerint dictæ domus dicto Io. poterāt dictæ filiæ Io. ipsas domos retinere, cum etiam in ipsis iure suo habeant tertiam partem, quod & locum habet, quantumcunque dictus Facius recipiens prætulerit ipsam generationem masculinam, cum, prout dictum fuit, & istæ censeatur esse de generatione masculina: alias uero duas partes da istis duabus domibus retinere poterunt ex eo, quia filii dicti Mar. & Bar. retinuerunt & retinent tertiam partem tangentem dictis filiabus Ioan. de domibus emphitheuiticis, obuentis in partem dicto Ma. & similiter obuentis dicto Bart. Nam & si filii dicti Ma. & similiter filii dicti Bar. anocent, & anocare velint duas partes de tribus de dictis duabus domibus obuentis in partem dicto Io. poterunt dictæ filiæ Io. eos reconuenire, & petere ab eis, videlicet, ab hæredibus dicti Mar. tertiam partē de domibus obuentis in partem dicto Ma. & aliam tertiam partem de domibus obuentis dicto Bar. cum ipsæ filiæ Io. pariter succedant pro tertia parte in dictis domibus obuentis dicto Ma. & similiter dicto Bar. sicut & succedunt filij masculi ipsorū Ma. & Bar. cum omnes sint in eodem gradu, & de secunda generatione, & masculina, Quod procedit etiā si dictæ filiæ Ioan. & filii dictorūm Bar. & Ma. non sint hæredes: ex quo ita pariter succedunt ex dicta stipulatione. Imo, & si dictæ filiæ Io. fuissent & essent de generatione fœminina, nihilominus † forte 9 non præponeretur generatio masculina dictorū Ma. & Bart. ipsi generationi fœmininæ ipsius Io. cū generatio masculina præponatur generationi fœmininæ ipsius Ioan. adeo quòd si in parte tangente dicto Ioan. concurreret generatio masculina & fœminina, ipsa generatio masculina ipsius Ioan. præponeretur ipsi generationi fœmininæ ipsius Ioan. non autem præferretur generationi fœmininæ ipsius

fius Io. generatio masculina aliorum fratrū ipsius Ioan. ad hoc quod in simili no.in usi.Feu.in tit.de duobus fratribus inuest.circa principium . & ibi p Bal.Ita quòd attentis prædictis dicti filij dictorum Bart.& Ma. non poterunt dictas domos auocare a dictis filiabus Io.Quod ex alio demõstratur,quia, vt præsupponitur,filij dicti Mar.fuerūt & sunt hæredes dicti Ma. & similiter filij dicti Bart. fuerunt & sunt hæredes dicti Ioan.'non potuerunt nec pos sunt dicti filii dicti Ma.& filii dicti Bar. dictas domos obuentas in parte dicto Ioan.a dictis filiabus auocare,nec ipsas domos petere contra ipsas filias dicti Io. attento præcipue dicto contractu diuisionis.in tali enim contractu diuisionis assignatis & affectatis partibus,fuit inter alia conuentum,q ipsa secunda portione contentus sit & esse debeat ipse Io. & ipsam secundā portionem ipse Io. de præsentia, & consensu dictorum Bar.& Ma.præsentiū & consentientium, in Ipsius Io.portionem & partem,pro sua portione & parte supradictorū bonorum elegit,recepit,& acceptauit,& de ipsa se bene contentū vocauit,& dixit,cum omni iure, & actione dictis Bart. & Ma. ex ipsa uel pro ipsa secunda portione,aut ipsi secundæ portioni, modo aliquo pertinente, & spectante: Ad habendum, & tenendum,possidendum,fruendum,& quicquid dicto Ioan. & suis hæredibus placuerit deinceps de ipsa secunda portione perpetuo faciendum: & quod dictæ duæ aliæ portiones dictorum bonorum,videlicet, prima portio , & tertia portio dictorum bonorum,prout supra designatæ sunt, sint & esse debeant dictorum Bar.& Ma. & ipsam primam portionem,& tertiam portionem bonorum dictorum Bartol.& Mar.de præsentia & consensu & uoluntate dicti Ioan.& ipsorum Bart.& Ma.parte.& portione, pro suis partibus & portionibus dictorum bonorum elegerunt,cæperunt, & acceptauerunt, & de ipsis prima & tertio portionibus se bene contētos esse vocauerū:,& dixerūt,cū oī iure,& actione dicti Io.in ipsis & pro ipsis prima, & tertia portionibus,modo aliquo pertinente & spectante:Ad habendum,tenendum.& possidendum,fruendum & alienandum: & quicquid dictis Bart. & Mar. & eorum hæredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum.Ita,quòd attentis prædictis † dictæ partes voluerunt,& expressæ consenserunt, uidelicet, quòd in portione & parte & tangente ipsi Io.veniant portiones spectantes in dictis dominibus d. Bar. & Ma. & sic econuerso in portionibus dictorum Ma.& Bar.neniat portio ipsius Io.non solum de rebus propriis & allodiis: sed etiam de bonis liuellariis:cum super ipsis fieri possit dicta diuisio etiam non requisito domino, ut voluit Bar.in d.§. si vni.& Bal.in d. l. voluntas. Vnde cum dictæ domus uenerint in partem dicto Io.cum possessionibus, seu iuribus & actionibus dictorū Bar. & Ma. non simpliciter,sed cum hoc,ut ipse Io. possit ipsas habere,tenere,& possidere , & de eis disponere ad eius libitum.Imo & eius hæredes:non potuerunt dicti filii masculi dictorum Bar.& Ma.uenire contra ipsam diuisionem, & conuentionem ita factam ex quo repræsentant personam dictorū Bar. & Ma.sicut & nō potuissent ipsi Bar.& Mat.in uita ff.de diner. & temporali. præscript.l.cūm hæres.& in regula:si quis in ius in 6. & hoc ēt uoluit glo. in l.fin.§.in computatione.C.de iure deliber.cum, vt præsupponitur, adiuerint,seu se immiscuerint dicti filii in hæreditate eius absque beneficio inuentarii: vnde non possunt venire contra dicti hæredes, quia si possent uenire contra , non potuisset ipse Ioan.& eius hæredes de bis domibus ad libitum disponere,prout & conuentum fuit de portionibus in eis assignatis & concessis. Quod ex alio deducitur:nam fuit † in dicto instrumento expresse conuentum inter ipsos Io.Bar.& Ma.uidelicet, q qlibet dictarum portionum bonorū sit libera & exempta ab omni iure , & actione competenti & pertinēte alteri,uel aliis ipsorum,tam ratione successionis testamentariæ , quam conductionis emphitheuticæ prædictæ,& alia quacūque ratione & causa:imo quilibet dictorum diuidentium promisit,cessit, quietauit, transtulit, & mandauit,omne ius omnemque actionem , realem & personalem, vtilem & directā , quod & quā haberet & sibi competeret & expectaret,in portione alii,uel aliis ipsorum obuenta, tam dictis actionibus , quam aliis quibuscunque : quia sic uoluerunt , & sic inter eos pactum & conuentum extiti. Ita q attentis prædictis verbis, voluerunt dicti diuidentes,quòd portio dicti Ioan.sit libera & exempta ab omni iure & actione, competenti & pertinente alteri, vel aliis, etiam ratione conductionis emphitheuticæ: unde inter ipsos fuit conuentum , quòd quantumcunq; dictæ domus obuentæ in partem dicto Ioan. sint emphitheuticæ, tamen habeantur pro liberis: & hoc ut essent libere ab omni iure,& actione, competenti & pertinenti alteri,vel aliis ipsorum etiam respectu cōductionis emphitheuticæ:vel alia quacunque de causa. Vnde si habenrur pro liberis respectu conductionis emphitheuticæ , nec potuerunt nec poterūt uenire cōtra hæredes Bart.& Ma. & reuocare, & petere etiam tanquam bona emphitheutica, ex quo fuerunt tradita ut libera , quia si fuissent libera in personis dictorum Bart.& Ma.& quo ad personas eorum , prout & tradita fuerunt pro liberis, & ut libera respectu ipsius emphitheusis,non potuissent nec possent ipsorum filij ea auocare & petere,etiam ex personis eorum,ex quo effecta sunt libera ex dispositione dictorum Bart. & Ma. quia licet talis conuentio dictis filiis, ut filiis non noceat,prout patet ex not.ff.de interdic. & rele.l. 1.ubi per Bar.tamen ex quo sunt hæredes , eis nocebit in tantum,quòd non poterunt uenire cōtra,ex quo conuentionem defunctorum seruare tenentur,ut supra,ad hoc quod in simili not.per Bal. C. de fideicom.l. voluntas . Imo & plus, quia † in dicto instrumento unusquisque ipsorum Io. Ma. & Bart. asserens pro se seu facto suo, bona alterius ipsorum inde obuenta ut supra non esse alteri obligata,neque alienata, & si quo tempore huius contrarium appareat , promisit ipsa bona redimere & recuperare,reintegrare,& disobligare ipsi,cui obuenta sunt,omnibus ipsius,cuius facto obligata essent,sumptibus & expensis. Si uero aliter quam facto alicuius diuidentium essent obligata, tunc cōmunibus expensis,& sumptibus ipsorum diuidentium

tium disobligare, redimere, & recuperare promiserunt. Et circa hoc dicendum est, quòd si & in quantú appareat dictas domos fore obligatas, seu alienatas in dictos filios prædictorum Barto. & Ma. ex stipulatione, seu receptione in emphitheusim facta per dictum Fatium recipientem dictas domos in emphitheusim pro se, & vsque in eius tertiam generationem masculinam & fœmininam: etiam dici potest talis obligatio & alienatio facta facto ipsorum filiorum Bar. & Ma. cum fuerit facta ex stipulatione ipsius Fatii, & sic ex eius facto, & in consequentiam ex facto Bart. & Mar. hæredum ipsius Fatii: imo etiam ex facto filiorum & hæredum ipsorú Bar. & Ma. cum ipsi repræsentent personam ipsius Fatij, cuius sunt hæredes. C. de hære. insti. l. fi. Vnde cú dici possint, quòd sint hipothecatæ seu alienatæ ex eorum facto, & ipsi debeant redimere omnibus sumptibus, & expensis eorum, prout in dicto instrumento deducitur, non poterunt contravenire, cum sic teneantur de euictione. ff. de euic. l. vendicantem. Quod & locum habet, etiam si non dicerentur alienatæ, obligatæ, seu alienatæ facto ipsorum, sed facto alterius, cum & debeant disobligari, redimi & recuperari communibus expensis & sumptibus ipsorum filiorum Bart. Ma. & Io. prout promiserunt. vnde cum debeát eorum sumptibus & expensis redimi, non poterunt pro partibus eis tangentibus ipsas domos auocare, & repetere per d. l. vendicantem. & multominus pro parte tangente ipsis filiabus, cum dicta pars pertinuerit & pertineat ad ipsas filias, prout & supra plenius dictum fuit. Nec ob. si dicatur, quòd instrumentum loquitur, quando essent obligatæ facto alterius, quod non cadit in casu prædicto, cum non appareat de aliqua obligatione, quòd sint obligatæ filiis ipsorú Bart. & Ma. sed potius quòd ad ipsos pertinent ex 13 stipulatione facti, cum † obligatio non cadat regulariter in re propria. ff. de re. iu. l. neque pignus. licet aliquando aliud sit, prout no. C. de iure do. l. in rebus & C. communia de leg. l. j. Nam ad hoc respódetur, quòd hoc casu non capitur obligatio ꝓprie & stricte, sed generaliter pro obligatione & aliena 14 tione, prout † denotát uerba præcedétia, ibi. Nec alicui alij obligata uel alienata: & ex sequentibus, ibi, disobligare, & redimere, quod adaptatur obli- 15 gatis: & recuperare, quod adaptatur alienatis † ex uerbis enim præcedentibus & sequentibus datur intellectus ad media. ff. de leg. 1. l. qui filiabus. & l. si seruus plurium. §. fi. & ita, ut puto, quilibet arbitraretur, quòd de intentione ipsorum contrahentium fuerit, quòd non solum si fuissent alii obligata, sed etiam in alium alienata, recuperarentur & recuperari deberent sumptibus communibus: quod & sa eis conuenit iuri, prout not. ff. fami. erc. l. si familiæ: & æquitati. iniquum enim esset, quòd filii dictorum Bar. & Mar. haberent domos emphitheuticas & in partem obuentas d. Bart. & Ma. & filiæ dicti Io. de ipsis bonis nihil haberent, Ita ꝙ attentis ꝓdictis, nó poterunt dicti filii & hæredes dictas domos auocare & repetere. Quod demonstratur ex 16 alio. ipsi † enim Io. Bar. & Mat. diuidentes, per se ipsorumque hæredes conuenerunt inuicem vna pars alteri pro se suisque hæredibus stipulanti referendo singula singulis, & promittendo iurauerunt in iudicio, & extra, uera esse & fuisse ea omnia, quæ semper rata, & grata & firma habere, tenere, attendere, & obseruare, sine petitione, datione libelli: & in nullo contra facere uel uenire, per se neque per alium, aliqua ratione uel causa, de iure nec de facto: prout in dicto iuramento plenius cótinetur. Vnde cum dicti diuidentes promiserint non uenire contra dictam diuisionem per se, nec per eorum hæredes, promittendo vna pars alteri stipulanti & recipienti pro se & eius hæredibus, filij & hæredes dictorum Bart. & Mat. non poterunt venire contra dictam diuisionem, auocando dictas domos obuentas in partem dicto Io. Quia, & si nó veniant ipsi Bar. & Mat. per se, ueniunt per eorum hæredes, quod facere non potuerunt nec possunt: ex quo ita promiserunt non uenire contra per eorum hæredes. Vnde si ita agant contra dictas filias Io. poterit contra eas opponi de tali conuentione: cum ita agendo ueniant contra per eorum hæredes, quod facere non possunt ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista habere licere. & ibi habetur, & plene notatur. Ita quòd dici & concludi potest, quòd filij & hæredes dictorum Bart. & Ma. non poterunt dictas domos emphitheuticas filiabus dicti Io. in partem obuentas, dicto Io. auocare, nec eas in eis inquietare, non ob. quod supra primo loco in contrariú adducebatur, prout patet ex prædictis. Nec ob. quod & secundo loco inducitur de ipsis filiabus dotatis, vt non admittantur ad successionem ipsius Io. sed potius filij masculi, prout disponitur in statuto, de dotibus & dotatis mulieribus. Nam si bene ponderetur, tale statutum non excludit ipsas filias fœminas, licet sint dotate ab ipso I. Nam licet † tale statutum excludat ipsas filias dotatas a 17 patre a successione ipsius patris, quando supersunt aliqui masculi, seu aliquis masculus descendens ab ipso patre: vt in dicto statuto disponitur. Imo excludat tale statutú ab hæreditate matris, aui materni, uel patrni & auiæ: uel fratris carnalis, vel etiam patrui: quantumcunq; non dotauerit. Tamen hoc est uerum quando tractaretur de successione ipsorum non dotantium, & superesset aliquis masculus descendens ab ipso, de cuius hæreditate tractatur, cum descendens masculus ab ipso, de cuius successione tractatur, excludat ipsas mulieres dotatas: emanauit enim tale statutum in fauorem ipsorum masculorum descendentium ab ipsa persona, de cuius hæreditate tractatur, vt alias plenissime consului in dicta ciuitate Camerini: quod non cadit in casu isto, cum hoc casu tractetur de hæreditate ipsius Io. ex quo non superest aliquis filius masculus, ad hoc quod no. in l. 1. C. de legit. hæred. Vnde dictæ filiæ fœminæ propter existentiam ipsorum masculorum non excluduntur ab hæreditate dicti Io. & multominus † a dictis bonis emphi- 18 theuticis, cum statutum in eis locum non habeat, cum de ipsis non fiat mentio, prout voluit Bald. in l. liberti liberteque. C. de oper. liber. vbi plenius de hoc, de quo in d. l. ut iurisiurandi. §. qui liberi. & ibi per Bart. & in c. potuit: de locato, & ibi per Io an. de Imo. super quo aliter nó insistam, cú nó oporteat, prout patet ex prædictis. &c. Domin. Bened.

THEMA

THEMA CONSILII LXXXIII.

PVnctus. Ciptianus de Fulgineo condidit solenne testamẽtum, in quo inter cętera instituit suos hæredes vniuersales Hieronymum, Andreã, & Thadęum suos filios legitimos & naturales, æquis portionibus: & si aliquis ex dictis suis filijs & hæredibus decederet in pupillari ætate, vel alias quandocunque sine filijs legitimis & naturalibus & masculis: tunc eo casu substituit superuiuentem, vel superuiuentes filios masculos ipsius, seu ipsorum hæredis seu hæredum, pleno iure in quolibet dictorum casuum: Et voluit, & mandauit dictus testator, quòd non obstante dicta substitutione prædicti sui filii & hæredes, & quilibet prædictorum, & eorum, & cuiuscunque ipsorum filij masculi, de parte sibi tangente pro euidẽtissima & probabili necessitate sua, & pro bono communi, & pro redimendo p̃sonam suam, possit & valeat sine contradictione cuiuscunque, vendere & alienare, pro ut sibi placuerit, quando erit vel erunt legitimæ ætatis. Et deinde adiecit clausulam codicillarem per verba, si non valeret iure testamenti &c. Decessit deinde d. Cip. testator, superstitibus sibi dictis suis filijs hæredibus institutis, qui hæreditatem paternam ex testamento delatam adiuerunt. Deinde decessit mundo dictus Tha. ingrediendo religionem Fratrum Minorum sancti Fran. cõdito testamento ante professionem. In quo quidem testamento instituit suum hæredem vniuersalem dictum An. eius filium, & fratrem Hiero. & Thadęi. Et dicto Hiero. legauit certa bona, cum onere, ꝙ liberaret dictũ An. eius fratrem a dicto onere dictæ substitutionis. Dictus vero Hier. vult potius agere ad iura sibi competentia vigore substitutionis de eo factę per dictum Cipr. eius patrem, quam eõ sequi dictũ legatum. Hinc surgit dubitatio, ꝙ portio cõpetat dicto Hier. vigore dictę substitutionis: Nam dictus An. dicit, quod ipse tanquam hęres debet detrahere legitimam dicti Tha. & Trebellianicam: Ex aduerso dictus Hier. dicit, quod Trebellianica non debetur, quia est prohibita per illa verba, pleno iure. Primo quęritur, an debeat expectari mors naturalis, ad hoc vt sit locus substitutioni. Secundo, posito quod sit locus substitutioni, quęritur modo, an dictus And. debeat seu possit detrahere dictam Trebellianicam, nec ne.

SVMMARIVM.

1. *Ingressus religionem Fratrum Minorum S. Francisci, & in ea professionem faciens, dicitur mortuus mundo. Et tali morte eius testamentum prius conditum confirmatur, & hæredes in eo instituti statim poterunt hæreditatem adire.*
2. *Mors ciuilis habet eundem effectum, quem habet mors naturalis.*
3. *Fratres Minores S. Francisci non possunt bona capere in particulari, nec in communi.*
4. *Professio facta in religione Fratrum Minorum San. Frãcisci, testamentum ingredientis confirmat, ac si naturaliter, mortuus esset: & similiter confirmatur substitutio eidem facta, si moriatur.*
5. *Filius grauatus restituere hæreditatem, utrum legitimã, & Trebellianicam detrahere possit.*
6. *Trebellianica quando uideatur in ipsa legitima computari, & quando una cum legitima detrahi non possit.*
7. *Falcidia sicut prohiberi potest, ita & Trebellianica, & hæc est communis opinio. quæ tamen non procedit sine dubio, ut ibi.*
8. *Grauatus restituere hæreditatem pleno iure, an uideatur per dicta uerba prohibitus detrahere Trebellianicam.*
9. *Trebellianica, per quæ uerba uideatur prohibita, adeo ut a grauato detrahi non possit.*
10. *Verba pleno iure, cum possint intelligi respectu proprietatis, & usufructus, uel respectu directi dominii, non inducunt prohibitionem falcidiæ, nec Trebellianicæ.*

CONSILIVM LXXXIII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato poncto, & contentis in eo, de duobus principaliter quæratur. Ad quodlibet respondendum est. Et primo ad primũ, quod est, an debeat expectari mors naturalis dicti Thad. ad hoc vt locus sit dictæ substitutioni. Et 1 circa hoc dicendum est, quod cum † dictus Tha. fuerit, non solum ingressus religionem dictorum Fratrum Minorum, sed etiam professionem fecerit in dicta religione, censetur mortuus mũdo: adeo ꝙ tali morte eius testamentũ confirmatur. in tantũ quòd hæredes instituti in eo potuerunt statim hæreditatem adire & consequi, & legatarii legata pe- 2 tere, cum † talis mors ciuilis habeat eundem effe- 3 ctum, quem habet mors naturalis, ex quo † fratres Minores non possunt bona capere in particulari, nec in communi: ad hoc l. deo nobis. C. de episc. & cle. & quod ibi no. & in c. suspectum. de rescript. in 6. in cle. exiui. de verb. significa. & hoc voluit Bar. in l. t. ff. de testa. & in auth. si qua mulier. C. de sac. san. eccle. & etiam Bal. ibi. & in auth. ingressi. C. eo. tit. & dom. Anto. Io. de Imo. & do. Nicol. in c. in præsentia. de proba. & ita communiter tene- 4 tur. Vnde † cum talis mors ciuilis habeat per omnia eundem effectum, sicut & mors naturalis, erit locus substitutioni eo ipso, quòd professionem facit in tali religione: adeo quòd non erit expectanda amplius mors naturalis, p̃ dicta iura. & hæc circa primum. Circa secundum, quod est, posito ꝙ sit

locus

locus dictæ substitutioni, an dictus An. detrahere possit dictam Trebellianicam, Circa quod dicen- 5 dum est, quòd † & si dictus An. hæres institutus a dicto Thad, cui fuerat substitutus dictus Hier, in testamento dicti Cipriani, hæreditatem dicti Cip. delatã dicto Tha. restituendo d. Hier, pro rata sibi tangente, detrahere possit legitimam debitam dicto Tha. de bonis dicti Cipri. cum fuerit debita dicto Tha. nec potnerit per dictum Cip, ea priuari. C. de inoffi, testa. l. quoniam in prioribns & l. omnimodo. & auth, nouissima. C. eo, titu. & prout uot, in c, Rainutins & in c. Rainaldus. de 6 testa. † Tamen ipsam Trebellianicam detrahere nõ poterit, cum uideatur computari in ipsa legitima, ex quo vtraqne iure institutionis habetur: unde illa nidetur compntari in Ipsa legitima, ex quo utraqne inre institutionis hsbetur, unde nna uidetur cõputari in alia, prout no. in l. Papinianus. §. meminisse. ff, de inoffi. test. & in l. qnamquã. C. ad l. fal. & in d, c. Rainutius. ad hoc quod in simili no, in c. certificari, de sepultu. unde cum nna uideatur confundi in alia non detrahitur ipsa Trebellianica, cum minor sit quam legitima, prout in d. iuribus no.

7 Quod & secundo uidetur ex alio deduci. nam † sicut & falcidia prohiberi põt. C. ad. l, fal. auth. Sed cum testator. ita & Trebellianica, prour uoluit gl, insti. de fideicom. hære. §. sed quia. Et in auth. de hære. & fal. §. si uero expressit. & Iac. de Are. prout refert Ci, in authenti. sed cum testator. ubi hoc idem tenet. quod & tenuit etiã Bar. in d. auth. sed cũ testator. & in l. Marcellns. §. quod autẽ. ff. ad Trebelli. per regulam positam ibi in text. per quã Bal, in l. silinm qnem habentem. C. fami. hærcis. uideaur idem tenere dicens, hoc æquius esse, & ita se cõsuluisse: & hæc est communis opi. prout dicit Io, de Imo. in d. §. qnod autem. & do. Ludo. Pontanus in repetitio, auth. similiter. C. ad. l. falci. Tamẽ hæc opinio non procedit sine dublo, cum contrarium noluerit glo. in d. auth. sed cum testator. & Ioan, de Imo. in d. §. quod autem. dicens hanc opi, ueriorem esse, cum tex. in d. §. quod autem. non probet dictam regulam. & hoc idem voluit dictus do. Ludo. in d. auth. similiter. hanc opi. ueriorem esse per plnres rationes per cum ibi assignatas. Vnde si dicta opi, uerior est. ut non possit prohiberi ipsa Trebellianica, potuit dictus An. detrahere dictam Trebellianicam, non ob. quòd dictus testator usns fuerit dictis uerbis, pleno iure. Nam si non potest expresse prohiberi, multominus tacitæ. ut in d. auth. multomagis. C. de sac. san. eccl. Sed posito, qnòd ipse testator ipsam Trebellia. prohibere potuerit & possit, prout communiter tenetnr. Tamen an in hoc casu videatur prohibita per talia uerba, ita ut detrahi non possit. Et dicendum 8 † uidetur, quod per talia uerba potuerit & possit. prohiberi, & prohibita uideatur, cnm uideatur sufficere, qnod prohibeatur: & si non per nerba expressa, ut requiritur. secundum quod noluit do. Ange. in d. auth. sed cum testator. & in corpore vnde snmitur. tamen sufficit † quod prohibeatur 9 per uerbs æquipollentia, vt si mandet testator legata integraliter solui. ar. l. fi. C. ad l. fal. & hoc uoluit Bar. in l, centurio, in 3. q. principali. loquendo de compendiosa facta per uerba æquipollẽtia, ut si testator reliquat omnia bona. Quod & clarins uoluit Bal, in l, præcibns, C. de impu. & aliis substi. dicens, quòd talia uerba non faciunt substitutionem directam, sed inducnnt prohibitionem Falcidiæ per l, decem. in fin. ff. de fideicommis. liber. dicens idem esse in similibus uerbis, ut si dicat lego fundum pleno iure uel lego fundum totum, ut plenius per ipsum Bal. ibi. & in l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de rei. uendi. ubi uidetur idem tenere: Ita quòd per hæc uerba, pleno iure, uidetur prohibita ipsa Trebellianica, Sed certe hoc non uidetue uerum imo potius nidetur esse tenendum contrarium, cum talia uerba, pleno iure, non uideantur 10 inducere prohibitionem ipsius Trebel, cum † possint alio modo intelligi, videlicet, respectu proprietatis & vsusfructus, vel respectu directi dominii, pront not. in d. l. Iulianus. & C. ad Tertul. l. mater, & C, de bon. quæ libe. l. fi. §. similique modo. prout voluit Panl. de Castr, in d. anthentic. sed cnm testator, dicens, quod cum hæc quæstio esset de facto Florentiæ, & eius consilio esset remissa, ipse ita consuluit per rationes prædictas. Quod & videtur similiter tenere do. Ludo. Ponta. in d. authen. similiter dicens, quosdam ita consuluisse, & in hanc partem inclinasse: & præcipne quendam doctorem, cuins consilio fuit transmissa, vt & fuit ipse Panl. de Castro secundum quod ipse refert per plures rationes per ipsum do. Ludo, assignatas in d. authentic. similiter, circa fin. Quod & tenuit etiam excellen. doctor. do. Ioan. de Montespe. in d. aur. similiter. in lectura, & in repet. per plures rationes, & maxlme per rationem prædictam, ut plenins ibi per eum. Ita quod per hæc dici & concludi potest, quòd licet prohiberi possit ipsa Falcidia, vel Trebellia. per verba æquipollentia, tamen uon videtur prohibita per dicta verba, pleno iure. ex quo possunt aliud importare non ob. in contrariũ adductis, cum non ob. Non enim ob. quod voluit ipse Barto. in d. l, centurio, Quia licet sufficiant verba æquipollentia, vt supra, tamen tale verbum, pleno iure, non inducit prohibitionem Falcidiæ vel Trebelliani. Nec contrarinm nolnit ipse Bart. in d. l. centurio, si bene inspiciantur uerba Bartol. Imo faciunt in contrarium, quia pront ipse dicit, talia verba, omnia bona, faciunt substitutionem esse directam. Nam si esset obliqua, detraheretur falcidia non ob. dictis uerbis, prout voluit ipse Paul. de Castr. in d. authentic. sed cum testator. Nec ob. quod voluit Bald, in d, l. præcibus. & in d. l. Iulianus. cum hoc non sit verum, quod talia verba inducant prohibitionem ipsius Falcidiæ, vel Trebellia. ex quo possunt aliud operari, prout supra patet, & communiter tenetur &c. Do. Benedi.

THEMA CONSILII LXXXIIII.

PVnctus. Fuit quidam Philippus de Spoleto, qui habebat duos filios, vnum masculum nomine Petrum, & aliam fœminam nomine Rosanam, ex domina Angelica legitimaeius

vxore: & ueniens ad mortem suum supremum & solenne ordinauit testamentum: in quo inter alia reliquit dictæ Ro. eius filiæ in pupillari ætate constitutę Florenos ducentos quinquaginta pro eius dotibus cum maritabitur. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus & immobilibus, iuribus, & actionibus &c. dictum Pet. eius filiū, & posthumos hæredes vniuersales instituit, fecit, & esse voluit, & si tam dictus Pe. quam nasciturí morerētur in pupillari ętate, uel postea, quādocunque sine filiis legitimis de eorum corporibus procreatis, uel nasciturís, substituit eos, seu superuiuentes ex eis, uel altero ipsorum. Et si omnes dicti sui filij, & hæredes masculi, tam nati quam nasciturí, morerentur quandocunque sine filiis de eorum corporibus procreatis, in omnibus bonis suis uniuersaliter substituit eis pro una parte Masteotum suum patruum, & eius hæredes masculos: & Iacobum eius fratrem vterinum pro alia parte: & Cæsarem, & Georgium pro alia parte. Et in fine dicti testamenti idem testator inseruit consuetam clausulam codicillarem, quia dixit dictus testator, hoc vltimā suam voluntatem, & testamentum esse velle: quam & quod valere voluit & iussit, & si iure testamenti non ualeret, & saltem valere voluit & iussit iure codicillorum, & iure & fauore cuiuslibet ultimę uoluntatis, prout de iure melius tenere & ualere potest &c. Quo facto decessit ipse testator, superstitibus sibi dicto Pe. eius filio, & dicta Rosa. eius filia. qui Pe. eius hæreditati se immiscuit &c. & deinde dictus Pe. pupillus decessit, superstite sibi dicta Ro. eius sorore, & domina And. eius matre, & dictis substitutis eidem. Et post decessit dicta Ro. in pupillari ętate existens, superstitibus prędictis. Deinde dicti substituti dicto Pe. eueniente conditione ipsius substitutionis factę dicto Pe. apprehenderunt dicta bona hæreditaria dicti Phili. vigore ipsius substitutionis de eis factę, & dicta bona communiter possiderunt & possident, unusquisq; ipsorum ꝑ rata sua, uidelicet, dictus Masc. seu eius heredes masculi ꝑ tertia parte. do. Iaco. pro tertia parte. & Cę. & Ge. pro alia tertia parte. Quæ bona possiderunt pacificę & quietę ꝑ 30. annos & ultra. Nunc vero insurgit dictus Ioann. contra dictos Mas. seu eius hæredes, & contra dictos Cę. & Ge. seu eorum hæredes, petendo omnia bona, & hæreditatem dicti Phi. dicendo eam ad se spectare, & pertinere ut proximiorē consanguineum dictæ Ro. succedentis ab intestato dicto Phili. Dicens testamentum conditum per dictum Phili. fore nullum, & non ualere: ex quo in eo dicta Rosa. fuit præterita, nec in aliquo hæres instituta, nec aliquod eidem relictum iure institutionis: propter quod dictum testamentum redditur nullum, & ex consequenti esse locum successioni ab intestato, & non ex testamento, & per consequēs ipsum ut proximiorem succedere dictæ Rosa, decedenti post dictum Pet. & ad se bona spectare, & pertinere. Item præsupponitur quod in dicta ciuitate Spoletana uigeat statutum disponens, quod filia dotata non succedat dotanti, stantibus masculis: [3] quod transmittitur: Quæritur nunc pro parte dictorum substitutorum, seu eorum hæredum, & tenentium dicta bona & hæreditatem dicti Phili. Nunquit dictus Iac. possit dicere & opponere de nullitate dicti testamenti, & ipsum impugnare, & hæreditatem dicti Phili. & ad se pertinere & spectare, dicere.

SVMMARIVM.

1. *Filiæ si a patre multa relinquantur, non tamen iure institutionis, testamentum ipso iure non potest aliquomodo valere.*
2. *Filia, cui a patre quid relinquitur non pure, sed sub conditione, puta, casu qua nuptui uiro quoquam tradatur, præterita certo dici potest.*
3. *Hæreditas ab intestato, non extantibus filijs legitimis et naturalibus, ad proximiorem consanguineum deferri potest.*
4. *Sicut non potest dici nupta virgo aliqua ante matrimonium, ita non fieri vllo pacto potest vt dos absque matrimonio sit.*
5. *Statutum, quod filia dotata non succedat dotanti stantibus masculis, an habeat locum in filia infante, cui in testamento a patre relicta est certa quantitas pro ipsius dotis æqua quantitate & portione.*
6. *Filia, cui certa quantitas pro dote in testamento relicta est, dicitur dotata, ut excludatur a statuto excludente filiam dotatam a successione dotantis.*
7. *Filia dicitur, dotata, quando pater in eam uerum actum dotandi exercuit, quantum ipsius uires propriæ possunt se extendi.*
8. *Ius dicendi nullum regulatur a iure succedendi ab intestato.*
9. *Testamentum inexpugnabiliter & absque aliquo dubio tenet, quando tempore mortis patris, is qui uellet impugnare, & dicere testamentum omnino nullum, non erat talis, qui deberet institui, uel exhæredari.*
10. *Statuto simpliciter disponente, quod filia dotata, extante legitimo filio masculo non succedat, an ipsa filia post obitum mortem quæ ipsius masculi possit dicere testamentum esse omnino irritum, nulliusque ualoris & momenti: quando per masculum fuit ipsa hæreditas adita. Et quid dicetur si dictum statutum eam excludat tēporaliter?*

valiter: an post tempus & sic post ultimi spiritus exalationem dici possit de ipsius irritatione atque nullitate.

11 *Exclusus a successione ab intestato, dicitur exclusus a iure dicendi nullum.*

12 *Statuto disponente, quod stantibus agnatis usque ad quartum gradum, filia foemina non succedat, an ipsa filia praeterita excludatur a iure rumpendi, & dicendi nullum, si instituti sint agnati infra quartum gradum. Et quid si sint instituti extranei.*

13 *Testamentum licet non valeat quo ad ipsam institutionem, tamen valere potest quo ad substitutionem pupillarem.*

14 *Substitutio in dubio censetur directa, licet fuerit facta per verbum commune.*

15 *Pupillaris substitutio non vitiatur, quantumcunque vitietur ipsa institutio, attento iure nouissimo. Et quomodo, & quibus casibus id procedat.*

16 *Testamentum nullum is dicere non potest, qui illud approbauit, & in eius executione bona diuisit, & ea pro rata sua diuisim ab alijs possedit, patiendo, & consentiendo alios substitutos pro eorum ratis possidere, secus si ipse insolidum possedisset.*

17 *Testamentum approbare dicitur is, qui acceptat partem suam sibi relictam in dicto testamento.*

18 *Testamentum an approbari dicatur per eum, qui per annum tacuit, nec ei contrauenit.*

19 *Iuri dicendi nullum praescribitur 30. annis: quod communiter tenetur.*

20 *Mater praefertur patruo in successione filij.*

21 *Ius dicendi nullum non competit ei, cuius non interfit, & ei agenti opponi potest exceptio, tua non interest, quae ipsum excludet.*

22 *Testamentum, quod non ualet vt testamentum, valet vt codicillus, si in testamento addita fuerit clausula codicillaris, & haereditas per succedentem ab intestato debebit restitui substitutis in dicto testamento: ex quo valere voluit iure codicillorum.*

CONSILIVM LXXXIIII.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato praefato puncto, & contentis in eo, videatur prima facie dicendum, quod dictus Iaco. dicere potuerit, & possit haereditatem dicti Philip. ad se spectare & pertinere, cum testamentum per dictum Philipp. conditum non ualeat, quantumcunque ipse reliquerit dictae Rof. suae filiae pro dotibus suis Florenos ducentos quinquaginta, cum † nun reliquerit eidem iure institutionis, prout relinquere debuerit, ad hoc ut testamentum ualeat & teneat, ut in authentic. ut cum de appel. cognosc. in §. caeterum. & §. aliud quoque capitulum. & ut notatur C. de inofficioso testamento l. omnimodo. & in authentic. nouissima. Quod & secundo deducitur ex alio, quia † non reliquit eidem pure, sed sub conditione scilicet casu quo maritabitur: propter quod dici potest praeterita, ex quo reliquit eidem dictam quantitatem non pure, sed sub conditione casuali seu mixta: propter quod habetur pro praeterita. Vnde testamentum non valet, prout not. C. de institut. & substitut. sub condi. factis in l. si pater. & l. Sancimus. §. cum autem. C. de inoffic. testam. ubi de hoc. de quo plenius in dic. l. si pater. Vnde cum fuerit tale testamentum propter ipsam praeteritionem in ualidum: imo & nullum, & decesserint dictus Pe. & Rof. ipso Iaco. existente proximiore consanguineo post ipsos, ad eum videtur delata haereditas dicti Philip. propter quod dicere poterit de nullitate dicti testamenti, ex quo redditur nullum, & dicendo consequetur & consequi poterit bona, & haereditatem dicti Phili. vt proximior consanguineus ipsius, cum † ad proximiorem consanguineum deferatur ipsa haereditas, & eius bona. C. de legi. haered. authent. cessante. & authenti. post fratres. Non ob. dicto statuto, cum non videatur obstare, cum dici possit, quod dicta Rof. non fuerit dotata, cum † dos sine matrimonio esse non possit. C. de donat. ante nupt. l. fin. in princ. & in capit. & si necesse. de donat. inter uirum & uxor. Praeterea sicut & non potest dici nupta ante matrimonium. ff. quando dies lega. ce. l. quod pupille: Ita & non potest dici dotata, propter † quod videtur quod tale statutum in ea non nupta: imo & in infante locum non habeat, Sed his non obst. contrarium de iure dicendum est, ut uidelicet, dictus Iaco. dicere non poterit nec possit de nullitate dicti testamenti, & consequenter nec dictam haereditatem consequi: prout ex pluribus deducitur. Et primo, quia † cum dicta Rosa. fuerit dotata ab ipso patre, ex quo eidem dictus pater reliquit pro dotibus suis dictos ducentos quinquaginta Flurenos in eius testamento ar. ff. de ritu nupt. l. non est matrimonium. & ff. de adulte. l. qui pupillam. in principio. & hoc videtur tenere gloss. ff. de administr. tutor. l. cum plures. §. poen. videtur enim † dotata, ex quo pater actum dotandi in ea exercuit quantum in eo fuit. ut l. mulier. ff. de condi. institu. & l. Stichus si haeredi. ff. de statu. liberis. per quae iura Barto. hoc voluit in l. Titio. centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. vnde cum censeatur dotata dicta Rosa. ipsa fuit & est exclusa a successione attenta dispositione statuti, Propter quod † uidetur exclusa a iure dicendi nullum, cum tale ius reguletur a iure succedendi ab intestato. l. cum quaeritur. C. de inofficio. testamen. & cum reguletur a successione ab intestato, & ipsa † tempore mortis patris non esset talis, ut succederet ab intestato, & sic non esset talis, quod deberet institui uel exhaeredari, merito tale testamentum inexpugnabiliter tenet per l. fi. quis filio exhaeredato, in princip. ff. de iniusto testa. & hoc tenuit. Raine. de Forli. & collegium Senense, prout, refert Bald. in l. si auus. C. de liber. praete. Quod & proceeit † quando statutum simpliciter loqueretur, ut filia dotata non succedat stante masculo, & non temporaliter, prout est in casu praedicto, cum tunc tale testamentum ualeat inexpugnabiliter: adeo quod ipsa filia non poterit dicere de nullitate, etiam post mortem ipsius filij masculi existentis tempore mortis patris: dummodo per eum adita sit haereditas, prout voluit Bart. in l. fin. in uerb. sed ponamus. ff. ad Tertul. & Bald. ff. de liber. & posthu. in l. si quis posthumos.

mos.§.filium.& C.de inoffi.testa.in l. si quis filium & An.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff. de liber. & posthu. Alias vero si statutum loquatur temporaliter, & an posit tunc dicere de nullitate post mortem ipsius filij, super hoc fuerunt opiniones. Quidam enim tenuerunt, quòd non posit dicere de nullitate tempore vitæ ipsius filij: sed quòd post mortem ipsius filii ipsa filia dicere posit de nullitate dicti testamenti tanquam retro nulli per d. l. si quis filio exhæredato.prout tenuit Bart.in d.l. fin. ff.ad Tert.& in consilio quod incipit. Proponitur quòd pater. Alij uero, vt fuit Franciscus Tigrini, & collegium Florentium fuerunt in alia opinione tenendo, quod filius erit hæres insolidum, donec viuit, sed post mortem ipsius filii masculi, si filia dicat nullum, & ex tunc auocabit dimidiam hæreditatis, & erit hæres anomala, quoad istud statutum. & hoc sequitur Bal.in d.l.cum auus & in d.l.si quis filium. & in consilio quod incipit. Antiquum statutum. prout & refert excellentissimus doctor do. Ioan.de Montesperello in di.l.si auus. & hoc idem videtur tenere Sali. & similiter Paul. de Cast. & sic communiter tenetur, quod ipsa filia post mortem ipsius masculi dicere posit de nullitate testamenti vt ex tunc, super quo aliter non insisto, cum uon expediat, cum statutum prædictum nou loquatur tēporaliter, sed simpliciter, quo casu ipso filio existente tempore mortis patris, ipsa filia dicere non poterit de nullitate dicti testamenti, etiam post

11 mortem ipsius filii, ex quo † excluditur a successione ab intestato: vude excluditur a iure dicendi nullum. Quod & tenuit etiam Bal.in d. §. & quid si tantum. ubi Ioan. de Imo. hoc idem argueudo pro & contra in quæstione statuti disponentis, quod stan

12 tibus † agnatis usque ad quartum gradum filia fœmina non succedat, concludit quod si sint instituti in testameuto agnati infra quartum gradum, & tūc filia excluditur, quantumcunque præterita, a iure rumpendi vel dicendi nullum, prout & tenet ibi Ang. Sed si essent instituti extranei, aliud erit, vt ibi plenius per eum: super quo non insisto, cum in casu prædicto institutus fuerit filius, attenta forma ipsius statuti, quod ipsam filiam a successione excludit: Ita quod per hæc dici & concludi potest, quod tale testamentum valuit & valet, quantumcunque dictæ filiæ fuerit ita relictum, & quodammodo præterita, nec poterit de nullitate dici per ipsam. Vnde & fortius nec poterit dici per ipsum

13 Iaco. Ad idem & secundo facit, quia † & si tale testamentum non ualuisset nec ualeret quo ad ipsam institutionem, per id quod habetur in authent. vt cum de appell.cogn.in §. aliud quoque capitulum. & §. cæterum. tamen ualuit & ualet quo ad ipsam substitutionem pupillarem inclusam in substitutione facta dicto Pet.de dicto Mas. eius patruo, & eius hæredibus masculis pro tertia parte & de dicto Iaco. pro alia tertia parte: & de Ce. & Georg. pro alia tertia parte: substituit enim dictus testator taliter, videlicet, quòd si tam d.Pe.quam filii nascituri morerentur in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine filiis legitimis de eorum corporibus procreatis, uel nascituris, substituit superuiuentem, seu superuiuentes ex eis, uel altero ipsorum: Et si omnes dicti sui filii & hæredes masculi tam nati, quam nascituri morerentur quandocunque sine filiis legitimis de eorum corporibus procreatis, in omnibus suis bonis vniuersaliter substituit eis pro una parte Mas. suum patruum & eius hæredes masculos.& Ia.pro alia parte.& Ce.& Geor.pro alia parte, prout in dicto testamento continetur: Talis enim substitutio ita facta tali Pet. impuberi, & aliis posthumis. quantumcunque sit facta per verbum commune, nihilominus compre

14 hendit directam substitutionem, cum † in dubio censeatur directa, prout habetur in.ca.si pater.de testa.in 6.& sic pupillaris, ex quo est facta ipsi pupillo: & cum contineat pupillarem substitutionem

15 ipsa † pupillaris substitutio non uitiatur, imo remanet ualida, quantumcunque uitietur ipsa institutio, attento iure nouissimo, videlicet d.§.aliud quoque capitulum, & in auth. ex causa.C.de liber. præter. & hoc uoluit glo. in l. 1.ff. de vulga.& pupilla.quam ibi sequitur Bar. & in d.auth.ex causa. & Io. de Imo. ibi dicens in d.l. 1. hoc procedere, quando præteritus fuisset alius, quam ille, cui fuit facta ipsa substitutio pupillaris facta in fauorem ipsius filii non præteriti: sed potius instituti: imo & nec tacita vulgaris, ut ibi plenius per eum, & ita cōiter tenetur. Esto quòd Din. & Bald.in d.l. 1.& in.d.aut.ex causa.aliud voluerint, & non bene, pro ut cōiter tenetur, vt ipsa substitutio pupillaris nō uitietur, maxime per text.in d. auth.ex causa.& in corpor.unde sumitur, per quem patet, quòd tabulæ remanēt firmæ, & hoc tenuit etiam Ioan.de Im. in c. Rainutius de testa.vbi etiam hoc legendo tenui. Vnde cum non uitietur ipsa pupillaris substitutio, & ex ipsa pupillari successeriut dicti substituti, non potuit nec poterit talis substitutio impugnari, nec quo ad ipsam tale testamentum redde tur nullum: Propter quod dictus Ia. tale testamentum effectualiter impuguare non poterit, nec de eius nullitate dicere. Quod & ex alio demonstra

16 tur, nam † cum prout præsuppōitur, dicti Mas. seu eius hæredes masculi, & dictus Ia. & dictus Ce.& Geor. tenuerint & posiderint dicta bona hæreditaria dicti Phi. communiter pro parte sibi delata quolibet posidente, & certe ex hoc uidentur tale testamentum approbasse, & præcipue dictus Iaco. propter quod de nullitate dicti testamenti dicere non poterit nec potest, cum approbando testamētum, in quo filius est præteritus, confirmetur ipsum testamentum, & reddatur validum; prout est expressum. ff. de iniusto testa.in l. filio præterito. satis enim videtur ipse Iaco. approbare, si pro rata sua possedit, patiendo & consentiendo alios substitutos pro eorum ratis posidere: esto quod aliud esset, si posidisset ipse insolidum, prout vide

17 tur velle Bartol. in d.l. filio præterito, satis † enim uidetur tunc ipse Iaco. tale testamentum approbaš, acceptando partē suā & sibi relictā in dicto testamēto: ad hoc qđ habetur. ff. de inoffi.testa. in l. pe.p quā.l.hoc uidetur uelle ipse Barto.& Ioan.de Imo.in d.l.filio præterito. Sed posito, quod non videatur per hunc actum tale testamentum approbare nec impugnare. Nihilominus dictus Iacob. non poterit dicere de nullitate, ex quo tacuit non

solum

18 solum per annum, per quam † taciturnitatem anni videtur approbare, prout uoluit gloss. in l. si impubes. §. fin. ff. de Carbo. edic. cum postea detur bonorum possessio secundum tabulas, quod & uidetur satis rationabile, ut uoluit Bart. in d. l. filio. Quod tamen non procedit sine dubio, cum Bald. & Angel. ibi aliud, velint, super quo non insisto, cum ut præsupponitur, tacuerit dictus Iac. non solum per annum, sed per triginta annos, & ultra: 19 per quod tempus † præscribitur iuri dicendi nullum. C. de iure delibe. l. licet & C. de præscrip. 30. annorum. l. omnes & l. sicut. per quæ iura Bart. hoc uoluit in d. l. filio præterito. vbi Bal. licet hoc aliqualiter impugnet, tamen cum hac opinione uidetur se tenere dicens, eam communiter teneri: quam tenet etiam Ang. & similiter Ioā. de Imo. ut plenius ibi per eum. Per quæ dici & concludi potest, quod dictus Iaco. cum tacuerit non solum per annum, sed & per 30. annos & vltra, non potuit nec potest de nullitate dicti testamenti dicere, nec ipsum impugnare. Quod & deducitur alia & quarta ratione. quod dictus Ia. non possit dicere de nullitate dicti testamenti, nec dicendo de nullitate bona dicti Phi. petere & auocare. Nā cum dictus Phi. decesserit superstitibus dictis duobus filiis, ipso testamento existente nullo, successerunt & succedunt dictus Pet. pro medietate, & dicta Rof. pro alia medietate. C. de suis & legiti. authen. in successione. & in corpore unde sumitur. Et cum postea decesserit dictus Pe. superstite dicta Ro. sorore utrinque coniuncta, & d. Angeli. eius matre, dicto Pe. successit & succedet de iure ipso testamento inualido existente quoad institutionem & substitutionem, dicta Ro. soror vtrinque coniuncta pro medietate, & dicta Ange. mater pro alia medietate. C. ad tertu. anthen. defuncto. & auth. & cum solis. & d. authen. cessante. & in corpore unde sumitur. Et cum postea decesserit dicta Ro. superstite dicta Ang. eius matre, ipsa eidem. successit & succedit. ut d. auth. defuncto. & non dictus Ia. quantumcunque fuerit & sit fratre dicti Phi. vterinus, & sic patruuus dictæ Rof. cum 20 † ipsa mater existens in proximiore gradu eidem præferatur, ut patet in dictis iu. & in auth. post fratres. C. de legit. hære. Vnde dicto temento existente inualido hæreditas dicti Phi. delata fuisset ad dictam Ange. ex personis dictorum filiorū suorum, & non ad dictum Ia. Et cum non deferatur ad dictum Iaco. non potuit nec potest de ipsa nullitate dicere cum sua non interfuit: ex quo ipse non successit, nec succedit, ad hoc quod not. ff. de inoffi. testa. l. posthumus. §. si quis ex his. in c. super his. de 21 accusa. Potuit † enim & potest eidem opponi exceptio, tua non interest, quæ ipsum excludet prout in d. iu. no. & C. de seruis fugi. l. cum seruus quis piam. Ita quòd ex hac ratione non potuit nec poterit de nullitate dicti testamenti dicere, nec ipsum impugnare, ex quo sua non interest. An idem & quinto facit, quia si tale testamentum fuisset & esset nullum, & ipse Ia. succederet, quod uerum non est supra patet, cum in dicto testamento fuisset & sit apposita clausula condicillaris, uidelicet, quia dixit dictus testator, hoc ultimum suam uoluntatem, & testamentum esse uelle quam & quod ualere uoluit & iussit iure testamēti: & si iure testi nō ualeret saltē ualere uoluit & iussit iure codicillorum, & fauore cuiuslibet ultimæ voluntatis, pro ut de iure melius tenere & ualere potest. &c. Vn- 22 de † si non ualuit nec ualet iure testamenti, quod non puto, ut supra patet, ualuit & ualere debuit iure codicillorum, seu vltimæ uoluntatis: propter quod debebit per dictum Iac. succedentem ab intestato dicta hæreditas restitui dictis substitutis ex quo ualere uoluit iure codicillorum, prout habetur ff. de iure codicillorum l. 1. & ibi per Bar. in l. fi. C. de codicil. & ibi per Bal. Super quo tamen vltimo non insisto, cum uerum non sit, quod non ualeat iure testamenti, cum ualuerit & ualet iure testamenti: ex quo dicta Rof. dotata nō successit nec succedere poterit attenta forma statuti: & etiam quia dictum testamentum fuit approbatum, prout supra dictum fuit, & si non ualet quoad institutionem, saltem ualuit quoad substitutionem pupillarem, per quam dicti substituti successerunt, prout supra dictum fuit &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII LXXXV.

PVnctus. Fuit quidam testator Iulianus nomine, qui timens mortis euentum, nolens decedere intestatus, suum solenne ordinauit testamētum, in quo hæredes suos fecit, & esse voluit, suum filium seu filiam, vel filios ex domina Iacoba sua vxore nascituros seu nascituram, & domi. Frāciscam eius proneptem, videlicet, natam ex filio fratris sui: Et si dicti hæredes decesserint in pupillari ætate, vel quandocunq; sine filiis legitimis de eorum corporibus descendentibus, substituit eisdē Antonium, & Mariotum fratres ipsius testatoris &c. deinde decessit dictus testator, superstite dicta Fran. & dictis Anton. & Mario. dicta vero Io. eius vxor postea non peperit filium neque filiam, sed dicta Fran. solum remansit hæres, & hæreditatem dicti Iulia. adiuit. Quę cum esset in pupillari ętate constituta multi quęrebant eam disponsare in uxorem, cum esset ditissima, unde multę rixę & contentiones oriri poterant. Potestas dictę terrę pro ipsius securitate, posuit dictā Fran. in monasterio sanctę Clarę de dicto loco, ut ibi staret, & bene & secure uiueret, quousquę perueniret ad perfectam ętatem, in qua contrahere posset legitimę matrimonium. Deinde, cum dicta Fran. esset nudum ętatis 12. annorum, infirmata est in d. monasterio, & in eo condidit suum testamentum, in quo heredem instituit dictum monasterium in omnibus eius bonis, nulla facta mentione de

Baldino eius auo, nec de Francefchina eius auia: Imo eos fine caufa præteriuit, & ibidē finaliter deceffit. Nunc autem orta eft lis q̄ftio & differentia inter dictum monafterium fanctæ Claræ, & dictos Ma. & Ant. Qui dicūt dictam hæreditatem dictæ Fran. ad fe fpecta re & pertinere vigore dictæ fubftitutionis fa ctæ in teftamento dicti Iu. & confequenter eius hæreditatem petunt. Ex parte autē monafterij dicitur dicta bona ad fe fpectare cū dicta Fran. fecerit teftamentum in d. monafterio morando, & ipfum in omnibus bonis fuis hæredem inftituendo: propter quòd dicta bona d. monafterium dicit ad fe fpectare. Quæ bona & hæreditatem dicti eius auus & auia tenuerunt & poffiderunt poft eius mortem, & nunc tenent & poffident. Modo quęritur de pluribus. & primo, quis fucceflerit & fuccedat dicto Iu. ita decedenti, condito d. teftamento, fuperftite dicta Fran. eius nepte, vt dicitur in d. teftamento inftituta, & fuperftitibus dictis Ant. & Ma. fubftitutis. Secundo quæritur, ad quem deuoluta fuerit & fit hæreditas dictæ Fran. poft eius mortem, an videlicet, ad dictum monafterium, vel ad dictos Anto. & Ma. eius proximiores confanguineos & fubftitutos. tertio, fi dicti auus & auia reftituent hæreditatem dictæ Fran. verū poffint retinere aliquam legitimam, vel Trebellianicam: & quid de fructibus perceptis per dictam Fran. in eius vita, & poft eius mortem per dictos auum & auiam, an computentur in ipfa Trebellianica.

SVMMARIVM.

1 *Succeffioni ab inteftato tamdiu locus non eft, quamdiu locus eft fucceffioni ex teftamento.*

2 *Ingreffi monafterium bona videntur ad monafterium delata, & ad ipfum pertinere.*

3 *Teftari quilibet de rebus fuis poteft, & de eis ex arbitrio difponere.*

4 *Teftamentum neptis, in quo auia, vel auus funt præteriti non valet.*

5 *Bona puellæ, pupillæ quæ iuffu d. Poteftatis ciuitatis pofita fuit in aliquo monafterio pro eius fecuritate, fi in eo moriatur, virum fpectent ad ipfum monafterium, maxime fi illa dictum monafterium hæredem inftituerit, non perfecta ætate 12. annorum: an vero fpectent ad fubftitutum, el per teftatorem, qui eam in bonis inftituit, datum.*

6 *Poteftas ciuitatis curare debet ne inter fubditos ad arma deueniatur.*

7 *Monafterio debentur bona eius, qui illud ingrediendo, obtulit fe & fua, & in eo profeffionem fecit, mutando habitum & vitam.*

8 *Ingrediens puella monafterium ante perfectam ætatem an. 12. licet habitum affumat, & profeffionem faciat, talis introitus, & profeffio non valet: adeo quod poteft ad fæculum redire: & bona per talem ingreffum ad dictum monafterium non deuoluuntur.*

9 *Teftamentum puellæ minoris 12. annis, etiam ad pias caufas factum, non valet.*

10 *Teftamentum neptis, in quo aliquid non eft iure inftitutionis relictum auo, vel auia, redditur nullum, ficut & dicitur de teftamento parentum nihil relinquentium filijs iure inftitutionis.*

11 *Auus vel auia, tanquam proximiores, ab inteftato nepti fuccedunt, exclufo patruo.*

12 *Statutum ciuitatis, prævalet, & prævalere debet in loco ipfius iuris communi.*

13 *Extraneus non poteft fubftituere pupillariter extraneo hæredi inftituto.*

14 *Trebellianica regulariter debetur grauatis de reftituendo, & in ea computantur fructus percepti.*

CONSILIVM LXXXV.

In nomine domini, Amen.

Cum vifo, & confiderato præfato puncto, & contētis in eo, de pluribus q̄ratur, & primo quis fucceflerit & fuccedat dicto Iul. ita decedenti condito teftamento præfato, fuperftite dicta Franci. eius nepte in dicto teftamento, vt dicitur, inftituta, & fuperftitibus dictis Anto. & Ma. & pro huius quæfiti declaratione dicendum eft, quod & fi dicto Iu. fucceffiffent & fuccederent forte ab inteftato dicti Ma. & An. attenta difpofitione ftatuti, vt præfupponitur, nihilominus cum ipfe Iul. deceflerit non ab inteftato, fed condito teftamento, in quo inftituit inter alia, hæredes fuum filium vel filiam, vel filios ex dicta eius vxore nafciturum fiue nafciturus, & Fran. proneptem eius, videlicet, natam ex filio fratris fui, Et cum, vt præfupponitur filij & filiæ non fuerint nati & natæ ex dicta Ia. eius vxore, dicta fubftitutio facta de dictis filijs & filiabus dicti Iul. effecta fuit & eft caduca, adeo quòd dicti filij & filiæ non nati non fucceflerunt, nec fuccedūt. C. de cadu. tol. l. vnica. §. pro fecundo & §. in nouiffimo. & cum ipfi non fucceflerint nec fuccedant, eorum portio accrefcit & accreuit d. Fran. hæredi inftitutæ in d. teftamento, prout not. in d. iu. & C. quando non petent. partes. l. vnica. Ita quod dicta do. Fran. fucceffit & fuccedit dicto Iul. uigore d. teftamenti, exclufa fucceffione ab inteftato, cum 1 † quandiu locus fit fucceffioni ex teftamento, non fit locus fucceffioni ab inteftato. l. quandiu. ff. de acqui. hære. & C. communia de fucceff. l. antequam ita quod dici poteft, quod dicta do. Fran. remanfit & remaneat hæres uigore dicti teftamēti, & ita fucceflerit: & fi in eius vita adiuit hæreditatem, ipfa hæreditas pertinuit & fpectauit ad ipfam. Et cū poftea ipfe deceflerit fine filiis in dubium reuocetur, ad quem dicta hæreditas deuoluta fuerit & fit poft eius mortem, an, videlicet, ad dictum monafterium, uel ad dictos An. & Ma. eius proximiores confanguineos & fubftitutos. & de hoc fecundo quæratur. Circa quod & fi videatur prima facie dicendū, quod hæreditas dictæ do. Fran. pertinuerit

uerit & spectauerit, & pertineat & spectet ad dictum monasterium ex duplici capite. Et pro, quia ex quo † dicta Fran. ingressa fuit dictum monasterium, eius bona uidentur dclata ad dictum monasterium, adeo quod ad dictum monasterium uidentur pertinere. C. de sac. sanc. eccle. auth. ingressi. & de probatio. c. in præsentia. & 17. q. 4. c. si. Quod & secundo uidetur ex alio deduci, quia & si non appareat, quod fuerit ingressa dictum monasterium, & sic appareat, quod nõ tenuerit nec teneat talis ingressus. Nihilominus ex alio capite videtur dicta hæreditas ad dictum monasterium pertinere: quia, vt in puncto deducitur, ipsa fuit testata, & testando hæredem instituit dictum monasterium, propter quod uidetur, quòd talis hæreditas uigore dicti testamenti fuerit & sit deuoluta ad dictum monasterium vigore dicti testamenti. potest † enim quilibet de rebus suis testari, & disponere ad eius libitum. C. de sac. sanc. eccle. l. 1. & C. mandati. l. in re mandata. Ita quod ex his uidetur, quod hæreditas dictæ Fran. pertinuerit & spectauerit, & pertineat & spectet ad dictum monasterium. Imo & plus, quia & si non pertinuerit nec spectauerit, nec pertineat nec spectet ad dictũ monasterium uigore dicti ingressus, uel vigore d. testamenti. Nihilominus non videtur spectare ad dictos Ant. & Mat. sed potius ad dictos auum & auiam, quos dicta Fran. testando præteriit, ut in pũcto præsupponitur, cum ipsi sint proximiores consanguinei. C. ad Tertu. authe. defuncto. & si † in testamento prætereantur, non valuit nec valet ipsum testamentum, prout not. in auth. ut cum de appel. cogno. in §. aliud quoque capitulum & §. cæterum & C. de libe. præte. authen. ex causa & ff. de iniusto testa. l. filio præterito. & in aut. de hæredi. & falci. §. exhæredatos. Sed his non ob. contrarium de iure dicendũ est. uidelicet, quod hæreditas † dictæ d. Fran. & consequẽter hæreditas dicti Iul. nõ partinuerit nec spectauerit, nec pertineat nec spectet ad dictum monasterium ex pluribus. Et primo quia, & si ipsa per ipsum Potestatem fuerit posita in d. monasterio pro eius securitate, prout & ipse potestas † fecit, & bene ad hoc ut ad arma non deueniretur. ff. de usufru. l. equisimum. Nihilominus p tale introitum nõ fuerunt acquisita d. bona ipsi monasterio, cum † ipsa bona nõ detulerit, nec concesserit dicto monasterio, offerendo se & sua, prout requiritur, secundum quod not. in d. aut. in gressi. & in d. c. in præsentia. Nec etiam in professionem fecerit, prout requiritur, ut ipsa efficiatur monacha, & transeat in potestatẽ ipsius monasterii, & eidem efficiatur subdita, iuxta not. in c. porrectum. de regula. Imo & quod plus est, non solum non fecit professionem, sed nec etiam mutauit habitum, nec uitam, pront & requiritur, ad hoc vt effecta fuerit monacha, prout & not. in d. c. porrectum. & in c. constitutionem de regu. in 6. & in cle. fin. de regula. Ita quod ex tali ingressu dicti monasterii non fuit translata hæreditas dictæ Fra. in d. monasteriũ. Quod ex alio deducitur. quia ut præsupponitur, quando † ipsa intrauit d. monasterium, imo & quousq; ibi stetit usque ad eius mortẽ, non fuit nec erat 12. annorũ ætatis, propter qđ & si etiam in d. monasterio intrasset, & habitum assumpsisset, & etiam professionem fecisset, non valuisset nec ualeret talis introitus & professio: adeo quod potuisset interim ad secundum redire, prout est expressum in c. 1. de regular. in 6. vnde ex tali ingressu bona non fuerunt deuoluta, nec deuolui potuerunt ad dictum monasterium. & maxime, quia non intrauit voluntarie, ibi animo profitendi: sed potius ex mandato potestatis, ut ipsa libere posset pfecta ætate matrimoniũ cõtrahere. Vnde ex tali introitu non fuerunt bona ipsa translata in ipsum monasterium. ad hoc quod nota. in c. t. quod metus causa. vnde ex tali introitu tale monasterium fundare se non potest ad obtinendum hæreditatem d. Franc. & eius bona, & consequenter bona dicti Iuli. testatoris. Nec etiã ex testamento dictæ Fran. cum dictum testamentum non ualuerit nec ualeat ex pluribus. Et primo, quia † tempore dicti testamenti, ut dicitur facti per ipsam dominam Fran. ipsa non erat in ætate 12. annorum perfectorum, prout requiritur ad hoc, ut potuerit & possit facere testamentum. ff. de test. l. qua ætate. & prout ibi not. & insti. quibus non est permissum facere testamen. §. præterea. Vnde testamentum per eam factum non valuit nec valet, etiam si factum fuerit ad pias causas, prout voluit Barto. in l. si quæramus. de testa. & etiam Angc. ibi per id quod habetur. in l. fi. C. de test. mili. & Pe. de Ancha. & Io. de Imo. in c. 2. de testa. Ita quod tale testamentum per dictam Fran. factum non ualuit nec ualet. Quod & ex alio deducitur, quia ut præsupponitur, in d. testamento ipsa non instituit hæredes, nec † aliquid inre institutionis reliquit auo & auiæ, propter quod tale testamentum redditur nullum, prout econuerso dicitur in parentibus nihil relinquentibus filiis iure institutionis, secundum quod not. in authen. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoque capitulum & §. cæterum. & in authen. de hæredi. & falci. §. exhæredatos. & ibi per glos. & in l. filio præterito. ff. de iniusto testamen. & in authen. ex causa. C. de libe. præteri. & prout not. ff. de inoffi. testamen. l. nam & si parentibus. Quod & videtur procedere, etiam si sit factum ad pias causas, ad hoc quod no. 17. quæstio. 4. c. fine. C. de epi. & cle. l. si quis ad declinandam. Ita quod, prout patet ex prædictis tale testamentum non ualuit nec valet: Vnde eius vigore hæreditas d. do. Fran. non fuit, nec est deuoluta ad dictum monasterium: & per consequens nec hæreditas dicti Iuliani per eam adita, ad hoc quod habetur in regula, non præstat in 6. Sed tunc cadit dubitatio ad quem fuerit & sit deuoluta hæreditas dictæ Franci. ea decedente non condito alĩ quo testamento valido: Et circa hoc dicendum est, quod fuit & est deuoluta ad eius proximiorem consanguineum seu attinentem: vnde † fuit & est deuoluta ad ipsum auum & auiam, cum & ipsi de iure proximiores sint, quam dicti Anto. & Mat. patrui. C. ad Tertu. Anthen. defuncto. & C. de legiti. hære. anthen. cessante. & authentico post fratres. Quod uerum intelligo, nisi statuto loci aliud disponatur. Nã si statuto loci prouideret, qđ ipsi patrui succedant, exclusis auo & auia, & tũc

ipsi patrui succeßissent & succederent, exclusis ipsis auo & auia, non solum in hæreditate dictæ Franciscæ, sed etiam in hæreditate dicti Iul. adita per ipsam Fran. Propter quòd de substitutione facta in testamento dicti Iul. non esset tractandum, cum esset confusa. C. de pac. l. si debitori: cum † tale statutum præualeat & præualere debeat ipsi iuri communi, prout not. ff. de iu. & iure. l. omnes populi & in c. 1. de constitu. in 6. Super quo tamen aliter nõ insisto, quia non uidi statutum: Sed posito quod ipse auus & auia succeßissent & succederent ab intestato dictæ do. Fran. & in eius hæreditate, tamen cum euenerit cõditio in d. testamento apposita, cũ decesserit dicta Fran. absq; filijs, & in pupillari ætate non fuit locus pupillari substitutioni, cum † extraneus non poßit substituere pupillariter ipsi extraneo hæredi instituto, prout no. ff. de vulga. & pupil. l. 2. & insti. de pupilla. substi. §. extraneo. sed locus erit substitutioni fideicommissariæ comprehensæ in ipsa compendiosa, ex quo decessit dicta Fran. adita hæreditate dicti Iulia. Propter quod tenebuntur ipsi auus & auia restituere hæreditatem dicti Iuli. dictis Anto. & Ma. non detracta aliqua legitima, cum non fuerit debita aliqua legitima dictæ Fran. in bonis & hæreditate dicti Iu. cum ipse Iuli. non fuerit de ascendentibus, nec de descendentibus, quibus debetur ipsa legitima. C. de inoffi. testa. aut. nouissima. & ut no. ibi & in d. l. nã & si parentibus. Sed bene detrahent & detrahere poterũt quartam partem pro Trebellianica, quæ debetur † grauatis de restituendo regulariter prout not. ff. & C. ad Trebe. In qua Trebellianica computabuntur fructus percepti per ipsam Fran. in eius uita, & per dictos auum & auiam post eius mortem. ff. ad Trebel. l. in fideicommissariam & C. eod. tit. l. iubemus & in c. Rainutius. de testa. &c. Domi. Bene.

12 13 14

THEMA CONSILII LXXXVI.

PVnctus. Quidam Ser Coradus de Eugubio, tempore quo in d. ciuitate Eugubij vigebat pestis siue mortalitas, infirmatus est ex peste, & cum sic infirmus esset, timens casum instantis mortis, voluit de bonis suis disponere & testamentum suum ordinauit, & fecit, in quo fecit multa diuersa legata ad pias causas, & multis & diuersis alijs priuatis personis: Et deinde in omnibus suis bonis instituit & esse voluit suos hæredes vniuersales, Fratres sancti Benedicti de Eugubio ordinis Mõtis Oliueti. Item etiam in d. testamento disposuit & voluit, quia dixit in præsentia prioris dicti monasterij, verba ista uidelicet, Io uoglio che quarantaquatro Fiorini d'oro che vi ho prestati sieno vostri se io moro: & se io scampo, voglio che me gli rendiate quando põtrete. Deinde decessit dictus Ser Coradus. Qui fratres sic instituti hæredes eius hæreditatem adiuerunt cum beneficio legis & inuẽtarij: Qua hæreditate adita & apprehensa legatarij, & hi, quibus facta sunt dicta relicta petunt contra dictos Fratres executionem dictorum legatorum, tam legatarij ad pias causas, quam aliæ priuatæ personæ, quibus facta sunt dicta legata: verum quia dicta hæreditas est in tantum exhausta & onerata tot legatis, quæ dictus Ser Coradus fecit, & satisfieri voluit, quòd si integre adimplerentur, tota dicta hæreditas distribuetur in tantum quòd apud ipsos hæredes nihil vel parum remaneret de dictis bonis: Propter quod volunt antequam soluant dicta legata detrahere Falcidiã, prout de iure disponitur. Contra quos dicitur, & opponunt se legatarij ad pias causas dicendo quòd de relictis eis factis non poßunt nec debent detrahere aliquam Falcidiam: imo integraliter soluenda sunt legata facta ad pias causas: & sine aliqua diminutione: cum hoc sit inductum a iure fauore piæ causæ, quæ multum est fauorabilis, vt voluut iura. Nunc his præsuppositis cõtingit de duobus dubitari, & quæritur cõsilium super his dari pro parte dictorum Fratrum. Et primo, vtrum dicti Fratres & hæredes prædicti poßint detrahere Falcidiam de dictis relictis factis ad pias causas. Secũdo, an talis dispositio dicti testatoris per dicta verba taliter facta de dictis quadragintaquatuor Florenis auri, sit ualida, ita quòd pertinuerint & pertineant ad dictos Fratres: in tãtum quòd non teneantur computare in ipsa Falcidia detrahenda.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, seu fratres ecclesiæ hæredes instituti, vtrum poßint detrahere falcidiam de legatis factis ad pias causas.*

2 *Hæres adeundo hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij, detrahere olim poterat falcidiam de omnibus legatis, etiam factis ad pias causas, si relicta erant tot legata, vt nihil vel parum apud hæredem institutum remaneret.*

3 *Ecclesia vel loca pia si hæredes instituantur, de legatis factis alij ecclesiæ, vel locis piis detrahunt falcidiam.*

4 *Priuilegiatus quando cum æque priuilegiato concurrit, concurdatis ipsis priuilegiis, locus est dispositioni iuris communis.*

5 *Priuilegiatus non vtitur suo priuilegio contra alium æque priuilegiatum.*

6 *Donatio causa mortis valet, maxime si fiat præsente donatario, & recipiente, vel alio pro eo, & morte donantis confirmatur.*

7 *Donata causa mortis ipsi hæredi, non computantur in falcidia detrahenda de legatis in testamento factis, cum ea iure hæreditario non habeantur.*

8 *Conditionis*

8 *Conditionis implendæ causa datum non imputatur in ipsa falcidia.*

CONSILIVM LXXXVI.

In nomine domini, Amen.

1 Et si videatur prima facie dicendum, † quòd dicti fratres sancti Benedicti, & hæredes instituti, quantumcunque adiuerint hæreditatem dicti testatoris cum beneficio legis & inuentarii, detrahere nō potuerint nec possint falcidiam de dictis relictis ad pias causas, prout videtur expressum in autheu. similiter. C. ad l. falcid. Esto quòd de alijs relictis potuerint & possint detrahere ipsam falcidiā, prout habetur. ff. & C. ad l. fal. per totum. & præcipue cum adiuerint hæreditatem cum beneficio & legis & inuentarii, & in hæreditate non remanserit tantum, quòd ipsis fratribus remaneat quarta pars ipsius hæreditatis. C. ad l. fal. autheu. sed cum testator. & in corpore unde sumitur. per quæ uidetur, quòd dicti fratres de ipsis relictis ad pias causas ipsam falcidiam detrahere nō potuerint nec possint. Contrarium tamen de iure dicendum est, ut & ipsi fratres hæredes instituti detrahere potuerint & possint ipsam falcidiam, & sic quartam partem, nō solum de relictis priuatis personis. ut ff. & C. ad l. falc. sed etiam de relictis ad pias causas, ex quo, ut præsupponitur testator ipse fecit tot relicta in dicto suo testamento, ꝙ si integre adimplerent, apud ipsos hæredes nihil uel parum remaneret, propter ꝙ potuerunt, & possunt dicti hæredes detrahere falcidiam non solum de ipsis relictis priuatis personis, sed etiā de relictis ad pias causas, ita ꝙ apud ipsos hæredes remaneat quarta pars pro ipsa falci-
2 dia, ex quo † ipsam hæreditatem adiuerunt cum beneficio legis & inuentarii, prout habetur in d. authen. sed cum testator. Habet. n. locum talis dispositio non solum in relictis priuatis personis, prout habetur in d. auth. sed cum testator. ff. & C. ad l. fal. sed etiā in relictis ad pias causas, prout olim erat, ut est casus singularis. ff. de fideicommissariis libe.
3 l. decem. Sed etiam hodie, ex quo † ipsi fratres fuerunt & sunt hæredes instituti, cum ipsi detrahere potuerint & possint ipsam Falcidiam ab alijs pijs locis, cum & ipsi sint loca pia, prout & alia pia loca, prout consuluit quidam solennis doctor uidelicet Franciscus de Albergatis secūdùm quòd refert dom. Nic. Sicu. in c. in præsentia. de probs. in 14. col. dicens, ꝙ licet de legato facto Ecclesiæ hæres priuatus non detrahat falcidiam priuilegio ecclesiæ. ut d. aut. similiter. si tamen si ecclesia est hæres, detrahit ipsam falcidiam de relicto facto alteri ec-
4 clesiæ. tunc enim † cum concurrat priuilegiatum cū priuilegiato, conculcatis ipsis priuilegijs, locus est dispositioni iuris cōmunis. Ad hoc l. assiduis. C. qui pot. in pig. haben. unde cum sit locus dispositioni iuris communis ipsa ecclesia detrahet & detrahere poterit ab alia ecclesia ipsam falcidiam. ut d. auth. sed cum testator. nam olim etiam detrahe-
5 bat. ut d. l. decem. priuilegiatus † enim non utitur suo priuilegio contra alium priuilegiatum. ut in auth. de sanctis. episcopis. §. sed hnc præsenti. & ut plenius no. per Bar. in aut. quas actiones. C. de sacr. san. eccl. secundum d. Nic. qui hoc tenuit in d. c. in præsentia. vt plenius ibi per eum. ita quod attentis & consideratis prædictis dicti fratres detrahere poterunt dictam falcidiā de relictis ad pias causas. Prout & de relictis alijs priuatis personis. & hæc circa primum quæsitum. Cira secundum uero quæsitum quod est, an dicta talis dispositio dicti ser Coradi. disponentis de dictis quadragintaquatuor Florenis, sit ualida, ita quod pertinuerint ad dictos fratres, dicendum est, quod cum, ut præsupponitur, dictus ser Coradus ita disposuerit: uidelicet, (Quarantaquatro Fiorini d'oro che io ui ho prestati voglio che sieno vostri se io moro, & se io scamparò, voglio che me gli rendiate quando potrete.) Certe ex hoc resultat ualida dispositio cum resultet donatio causa mortis, prout habetur, ff. de donatio. causa mortis. l. prima & secunda quæ
6 donatio † valuit & valet, maxime cum fuerit facta præsente Priore seu alio fratre pro ipsa ecclesia tecipiente, ad hoc quod notat. ff. de donatio. causa mortis. l. inter mortis. & prout not. in dicta l. prima. Et cum ualuerit & ualeat & morte ipsius ser Coradi fuerit confirmata dicta quantitas pertinuit & pertinet ad dictos fratres ex causa dictæ donationis, & non iure hæreditario propter quod
7 non † computatur, & non est computanda in falcidia spectante ad dictos fratres hæredes dicti ser Coradi, cum illa computentur in ipsa falcidia, quæ ad ipsos deueniunt iure hæreditario, & non alio iure, prout est expressum. ff. ad l.
8 falc. l. in quartam & ut ibi plenius not. Nā si id † qd datur hæredi causa conditionis implendæ, non imputatur in ipsa Falcidia: multominus imputabitur quòd donatum est ipsi hæredi causa mortis per ipsum defunctum. ipsa enim donatio causa mortis licet morte confirmetur. ff. de donat. causa mortis, per totum. non videtur tamen ad aditionem hæreditatis requiri, quando facta fuit in præsentem interueniente pacto uel stipulatione, prout uoluit Bal. C. ad l. Fal. l. si mortis, prout fuit in casu prædicto, cum, prout præsupponitur, fuerit facta per ipsum ser Coradum ipsi Priori, vel alteri Fratri recipienti pro dicta ecclesia, propter quòd dici non potest, quòd illud capiatur iure hæreditario per ipsos Fratres: sed ex causa dictæ donationis &c. Domi. Benedi.

THEMA CONSILII LXXXVII.

Pvnctus. Fuit quædam Anastasia quę suum condidit testamētum, in quo legauit cuidā Ioanni per ista uerba, videlicet. Itē reliquit & iudicauit dicto Ioa. Florenos centum, quos vt ipsa testatrix dixit, dictus Io. pœnes se habet a dicta testatrice, seu ab altero pro ea. Item reliquit dicto Io. Florenos quadringentos post mortem do. Andrianę, & interim alimenta pręstanda per ipsam do. An. Item sub dictis condi-

conditionibus reliquit dicto Io. in uita dictę du. And. duo lecta fulcita, & massaritias, secũdum uoluntatem dictę do. An. Et deinde defuncta est dicta testatrix. Deinde dicta do. An. uenit ad mortem, & fecit testamentum, in quo inter alia reliquit dicto Io. Florenos centum, sub ista conditione, ꝗ dictus Io. teneatur & debeat stare tacitus & contẽtus dationi, seu assignationi massaritiarũ, & lectorũ fiendę per suos fideicommissarios. Modo dictus Io. petit sibi dari, & satisfieri legatum centum Florenorum sibi relictorum per dictam testatricem. Cui petitioni opponitur dicendo, quòd ipsa non potest petere dictos centum Florenos, nec eos habere debet: cũ ipse testatrix ignoranter & nesciens sibi fore restitutos dictos centum Florenos reliquit dicto Io. debitori suo, cum in veritate dictus Io. restituerit iam dictos Florenos, & instrumentum refutationis & quietationis habuerit a dicta testatrice, de quo ipsa non recordabatur: Ita quòd ipsa non videtur velle sibi aliquid de nouo relinquere, sed tantum eum velle liberare. Item dictus Io. nunc petit. & vellet habere dicta duo lecta fulcita, & dictas massaritias, sibi relicta siue relicta per dictam testatricem: Cui opponitur, & dicitur, quòd imo ipse non debet nunc habere, ex quo dicta An. mortua est, cum fuerit sibi relicta in vita dictæ An. secundùm eius voluntatem. Vnde cum ipsa mortua sit, amplius habere non debet. Imo ob eius mortem extinctum est dictum relictum. Nunc his præsuppositis, quæritur quid iuris de duobus. Et primo, an dictus Io. debeat habere dictos centum Florenos, ex quo videtur sibi fuisse factum tantum legatum liberationis. Secũdo quæritur, an dictus Io. habere debeat dicta duo lecta, ac etiam massaritias, ex quo dicta domina And. mortua est: & super his quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum a creditore debitori de certa quantitate, quam ipse creditor re vera receperat a debitore, vtrũ valeat, adeo quod ipse debitor dictum relictum petere possit, & consequi valeat.*
2 *Verba testamenti debent intelligi, ut aliquid operentur.*
3 *Falsa causa adiecta legato, legatum non vitiat, si fuerit factum expressa certa quantitate.*
4 *Liberatio a præcedenti debito, quando tantum censeatur relicta debitori, & quando de nouo eidem factum legatum.*
5 *Legatum liberationis debitori iam liberato per solutionem, factum, non valet.*
6 *Relictum factum de re aliena regulariter non valet.*
7 *Legatum factum a debitore creditori de quantitate sibi debita, non valet, nisi commodum aliquod tribuat.*
8 *Verba licet regulariter debeant aliquid operari, tamen nihil operantur, quando non possunt apte operari.*
9 *Causa intrinseca, & consequentialis in legato expressa, si sit falsa, vitiat legatum.*
10 *Legatarius vtrum consequi debeat legatum alimentorũ, & aliarum rerum relictarum in vita tertij secundum illius voluntatem: vsque adeo, vt ipse legatarius possit post illius mortem tale legatum petere.*
11 *Alimentorum appellatione an veniant lecti & supellectilia pro alimentis necessaria. & nu. 12. circa med.*
12 *Verba testamenti sunt attendenda, & ab eis, cum sint clara non est recedendum, nisi aliter constet de mente testatoris.*
13 *Qualitas iuncta verbo denotat secundum dispositionem verbi.*
14 *Testator disponens, quod legatarius, cui relicta fuit certa pecuniæ quantitas, debeat stare tacitus & contentus dationi, seu assignationi supellectilium, & lectorum sibi fiendæ per suos fideicommissarios, nõ videtur mandasse fidei commissarys, vt dictas res ei traderent & assignarent, sed tantum id in conditione posuisse.*
15 *Conditio non inducit dispositionem.*

CONSILIVM LXXXVII.

In nomine domini, Amen.

Circa primum, quod est, an dictus Io. debeat habere dictos centũ Florenos, ex quo videtur fuisse sibi factum tm̃ legatum liberationis, dicendum vr̃, † ꝗ habere debeat dictos centum Florenos, ex quo dicta testatrix iudicauit & reliquit cẽtum Florenos, quos vt ipsa dixit, dictus Io. pœnes se habet a dicta testatrice, seu ab altero pro ea. Videtur enim ipsa testatrix voluisse relinquere eidem centum Florenos, si habeat apud se, & si non habeat apud se, videtur noluisse eidem relinquere dictos cẽtum Florenos, vt verba † aliquid operentur, prout & operari debent. ff. de le. 1. l. si quando. & in c. Abbate. de verb. signi. Pro quo ẽt facit, quia falsa † causa adiecta legato non vitiat legatum, si fuit factum expressa certa quantitate, prout not. C. de falsa causa adiecta legato. l. 1. & l. si non designata. Per quæ videtur, ꝗ dictus Io. habere debeat dictam quantitatẽ sibi relictam. Sed his non ob. cõtrarium de iure dicendũ est, vt nõ debeat habere, nec cõsequi dictos centum Florenos, sed solũmodo liberationem, put & liberatus fuit ꝑ instrumentũ refutationis, cum put præsupponitur, iã restituerit dictos centũ Florenos, & refutationem habuerit. Vnde † non vr̃ dicta testatrix ita relinquẽdo, dictos centũ Florenos voluisse de nouo relinquere, sed solũmodo ipsum liberationem, in casu, quo liberatus non esset: vñ si liberatus fuit ꝑ ipsam satisfactionem & refutationem, nihil vr̃ eidem reliquisse, ignoranter, & putãs sibi non satisfactum ralinquendo, prout est expressum. ff. de lib. lega. in l. creditor debitori. tale † .n. relictum ita factum non ualuit, nec ualet, ex quo dictus debitor iam liberatus erat, prout dicitur de relicto in simili facto † de re aliena, ut non valeat regulariter. prout no. C. de leg. l. rem alienam. & prout † in simili dr̃ de relicto facto creditori, cui testator

ftator relinquit quantitatem sibi debitam,ut nõ ua leat,si commoditatem aliquam non tribuat, prout no.ff.de leg. 1.in l.si sic. §. 1. Vnde & similiter non valet in casu prædicto, ex quo reliquit dictam quãtitatem dicto suo debitori iam liberato.ut d.l. creditor.Nec ob.in contrarium adducta. Quia licet regulariter verba debeant aliquid operari, ut in iu 8 ribus prædictis, tamen† quando non possunt aliquid operari,non operantur,prout est in casu prædicto. Ipsa enim testatrix noluit de nouo aliquid relinquere:sed putans sibi non satisfactum iudicauit,& reliquit dictos centum Florenos, non vt de nouo haberet,cum prout ipsa dixit in testamento, penes se habet a dicta testatrice,sed ut ipse non teneatur ipsos restituere,ita quod solummodo liberationẽ sibi reliquit,prout & in casu d. l. creditor. Nec ob.si dicatur quod falsa causa non uitiat legatum, quia in casu prædicto non fuit expressa falsa causa scienter,imo ipsa testatrix putans sibi non fore satisfactum, reliquit dictos centum Florenos, quos putabat esse in manibus ipsius debitoris. Vnde si non sint in eius manibus sed satisfecit, non te 9 net tale relictum,ut d.l.creditor.fuit† enim expressa causa intrinseca & conscientialis legato, cum expresserit testatrix ipsam quantitatem esse pœnes ipsum Io.vnde uitiat tale relictum si sit falsa. ff. de cõdit.& de.l.cum tale.§.falsa.& ut plenius not.per Bal.in d.l.1.C.de falsa causa adie. legata. & hæc circa primum quæsitum.Circa secundum uero, quod est,an dictus Io. habere debeat dicta duo lecta, ac etiam Massaritias, ex quo dicta domina An. mor- 10 tua est dicendum uidetur† quòd habere debeat dicta lecta,& dictas massaritias, quantumcunque dicta domina And.sit mortua. quia & si reliquerit eidem Ioanni alimenta in uita dictæ dominæ Andr. cum reliquerit eidem, quòd interim dictus Ioannes alimentaretur per ipsam dominam And.tamen ipsa lecta & massaritias uidetur ei reliquisse, non in vita tantum dictæ dominæ Andr. sed etiam post mortem,ad hoc ut tale relictum aliquid operetur, 11 cum† sub verbo,alimentorum, ueniant ipsa lecta, & mãssaritiæ necessariæ pro eius alimẽtis. Vnde vt aliquid tale relictum operetur, videntur relicta etiam post mortem ut d.l.si quando. Pro quo etiam facit,quia videntur relicta etiam ad uoluntatem,& secundum uoluntatem dictæ dominæ And. quæ testãdo uidetur declarasse, quod debeat habere etiã post mortem:ex quo ita reliquit, relinquendo dicto Ioanni dictos centum Florenos sub conditione, quod dictus Ioannes teneatur & debeat stare tacitus & contentus dationi seu assignationi massaritiarum,& lectorum fiendæ per suos fideicommissarios.Vnde de uoluntate ipsius dominæ And. videtur fuisse,ut habeat etiam post mortem ipsius dominæ,ex quo post mortem est collata dispositio dictorum lectorum & massaritiarum:ad hoc quod not.ff.de le. 2.in l. 1. Per quæ videtur quod dictus Io.debeat habere dicta duo lecta &massaritias quãtumcunque dicta domina An. fuerit & sit mortua. Sed his non obstantibus, contrarium de iure dicẽdum est,vt ipse Ioannes dicta lecta, & massaritias non debuerit habere nec debeat. ex quo dicta domina And.mortua est, cum testatrix ipsa reliquerit in vita dictæ dominæ And. non solum alimenta , ut patet ex uerbis illis: & interim alimentetur: cũ testatrix ipsa reliquerit eidem Ioanni quadringentos Florenos post mortem dictæ dominæ An.& interim alimenta præstanda per ipsam dominã An. Sed ultra hoc reliquit dicto Ioanni duo lecta fulcita, & massaritias in uita dictæ dominæ Andr. ut denotant verba illa. & sub dictis conditionibus reliquit eidem Ioanni in vita dictæ dominæ Andr. duo lecta fulcita, & massaritias secundum uolunta 12 tem dictæ dominæ An.a† quibus uerbis, cum sint clara,non est recedendum.ff.de legat. tertio. l. ille aut ille.§.cum in verbis . & l.non aliter. ab ipsis enim uerbis, cum sint clara, recedendum non est, prout patet in dictis iuribus,& hoc,nisi aliter constet de mente,prout patet in dictis iuribus:de qua mente in hoc casu non uidetur constare, imo potius contrarium ,ex quo, prout patet supra in eodem testamento reliquit eidem interim, & in vita dictæ dom.And.alimenta , Pro quo tempore & similiter in eius uita uidetur reliquisse ipsa lecta & massaritias cum reliquerit sub eadem conditione & copulatiue,ad hoc quod not.ff.de fundo instru. in l.Seiæ.§.Gaio.& ibi per Bar.ad hoc etiam,quod not.ff.de rebus dubiis.in l. 1.Nec obstat in contrarium allegatum de relicto facto de lectis & massaritiis,ut intelligatur de ipsis lectis & massaritiis etiam post mortem , ad hoc ut relictum aliquid inducat:cum sub uerbo alimentorum deberet præstare lectum & massaritias necessarias.l.verbo victus. ff.de verbo.significatio. Quia ad hoc respondetur, quod tale relictum aliquid addit, etiam si debeantur relicta in uita,quia si præstare debuerit lectum & massaritias in domo,si alimentetur in domo,tamen cum non teneatur ipse Ioan.stare in domo,& si stet extra domum,prout stare potest, & ibi debeat habere alimenta prout habetur.ff. de alim.le. l.libertis.el 1.§.fina. tamen si staret extra domum, non tenebitur præstare duo lecta, nec etiam alias massaritias,sed victum & uestitum , unde testatrix ita relinquendo duo lecta& massaritias necessarias uidetur reliquisse velle ipsa lecta & massaritias,sed non post mortem dictæ domi.And.sed in uita, pro ut in testamento est expressum. Cogitauit enim ipsa testatrix,quod ipse Io.poterat stare in domo, & extra domum ad eius libitum,uel dictæ do.An. Et si staret forte extra domum, fuisset necesse eidem habere lectum & etiam massaritias necessarias: propter quod ipsa testatrix relinquendo , non solum alimenta,quæ præstari possunt in domo & extra domum: sed ultra etiam reliquit duo lecta, & etiam massaritias necessarias, quæ non ueniebant appellatione alimentorum,prout no. ff. de transa.l. cũ his.§.qui trãsigit.& ff.de uer.sig.l.uerbo uictus. & prout no.ff.de alim.& cib.leg.l.1.Non tamen reliquit ipsa lecta,& massaritias simpliciter,sed in uita,put uerba dicunt: Nec tale legatum fuit inutile,sed utile,comprehendit . n.ultra ipsa, ut supra: unde non ob.ꝙ & primo in contrarium allegatum est.Nec ob.quod & secundo in contrarium allegatum est,dicendo,ꝙ ex quo reliquit de uoluntate dictæ do. An.& ita ipsa declarauerit in suo testamento,uidetur deberi etiam post eius mortem. Quia

ad

ad hoc respondetur, quod non commisit eidem do
mi. Andr. declarationem, an debeat habere in vita,
uel post mortem, sed solum de ipsis lectis & massa-
ritijs, quæ præstare vellet, vt patet ex illis verbis: in
vita dictæ do. And. duo lecta & massaritias necessa-
rias secundum uoluntatem dictæ dominæ. Ita
quod commissit in eius uoluntate, quæ lecta &
quas massaritias assignare vellet, & non post mor-
tem, sed in uita quod ea præstaret quousque ui-
13 ueret qualitas † enim iuncta uerbo denotat secun
dum dispositionem uerbi. ff. de noxa. l. in delictis.
§. si extraneus. Præterea ipsa do. testando non di-
14 sposuit, sed in conditione posuit, quod † dictus
Ioann. teneretur & deberet stare tacitus & con-
tentus dationi seu assignationi massaritiarum & le
ctorum sibi fiendæ per suos fideicommissarios. Vn
de licet ita posuerit in conditione, tamen non man
dauit ipsis fideicommissariis, ut traderent & assi-
grarent dicta lecta massaritias, nec etiam ipsa le-
cta & massaritias eidem reliquit. Propter quòd di-
ctus Io. vigore dicti testamenti ea petere non po-
15 test, cum † conditio non inducat dispositionem,
prout nota. ff. de condi. & demon. l. 1. & l. a testato-
re. Imo si hæres dictæ domi. And. putans dicta le-
cta & massaritias simpliciter relicta. & non in uita
præstitisset ignoranter, repetere posit. C. de iu-
ris & facti igno. l. post diuisionem. quòd & haberet
locum pariformiter si ipsa do. An. ignoranter ipsa
præstitisset, prout not. ibi, & in l. error. & l. cum
quis. C. eo. ti. &c. Domi. Benedi.

THEMA CONSILII LXXXVIII.

PVnctus. Angelus olim Martini
sanus mente & intellectu, cor-
pore ægrotus & infirmus, uo-
lens de bonis suis decedere te
status. imo prout probi & sapiē
tes homines facere solent, de
eis disposuit. & ita testatus fuit solenniter, &
in hunc modum, uidelicet, quia inprimis iu-
dicauit & reliquit dominæ Matth. suæ filię le
gitimæ & naturali in infantili ætate existen-
ti, Florenos aureos ducentos pro eius dote,
cum peruenerit ad nubilem ętatem, & cum
nupta fuerit, & ipsam Matthę. in dictis ducē
tis Florenis hęredem instituit, & fecit. In om
nibus suis autem aliis bonis mobilibus, &
immobilibus, iuribus, & actionibus, &c. suū
uniuersalē hęredem instituit, ac esse uoluit
Franciscum eius filium legitimum & natura
lem in pupillari ętate constitutum. Et si dic.
Franc. decederet in pupillari ętate, uel quā
docunq. sine filiis: uoluit & disposuit dictus
testator, quòd omnia dicta bona distribuerē
tur amore Dei: ad quod deputauit executo-
res &c. Item quia dictus Fran. erat pupillus,
constituit & ordinauit sibi dictus Angel. cer
tos tutores: & finaliter decessit dictus testa-
tor superstitibus dicto Francis. & dicta Mat.
eius filijs. Qui Franci. & eius tutores tutorio
nomine dicti hęreditati se immiscuerunt, &
dicta bona administrauerunt, & nomine di-
cti Fran. multa bona emerunt pro ipso Fran.
& eius hęredibus ex bonis prędictis hęredi-
tarijs. Interim mortua est dicta Ma. filia di-
cti testatoris in infantia, superstite domina
Thadęa eius genitrice, & dicto Francis. eius
fratre vtrinque coniuncto. Deinde postea di
ctus Fra. adhuc existens pupillus defunctus
est, superstite sibi dicta Thadęa eius genitri-
cę, & sic decessit sine filiis. Quo mortuo habē
tes dispensare dicta bona volunt ea amore
Dei errogare, prout ipse Angel. disposuit.
Contra quos insurgit modo dicta domina
Thadęa mater dictę dominę Ma. & dicti Fra.
petendo in dictis bonis sibi dari & assignari
debere relictum ducentorum Florenorum
auri, quos dictus testator reliquit & habere
voluit dictam Mat. eius filiam, tanquam suc
cedens eidem ab intestato. Contra quam op
ponitur, & dicitur, quòd tale legatum seu re
lictum non debetur, quia effectum est cadu-
cum, cum dicta Ma. mortua sit ante euentum
cōditionis, videlicet, nubilis ætatis, sub qua
factum fuit eidem tale legatum. Responde-
tur pro parte dictę Tha. quòd imo debetur
& debitum est tale legatum cum eidem do.
Ma. filię debeatur legitima iure naturæ: cu-
ius loco succedit dictum legatum, reiecta di
cta conditione, & ea habita pro non apposi-
ta, quatenus capit ipsam legitimam, & qua-
tenus deficiat petit supplementum. Item re
plicatur contra eandem Tha. dicendo, quòd
ipsam legitimam consequi non potest, cum
ipsa Ma. fuerit & sit exclusa a successione di-
cti Angel. patris, uigore statuti disponentis,
quòd filia dotata succedat extantibus filiis
masculis: & si non est dotata debeat cōgruę
dotari, prout latius disponitur per dictum
statutum, quòd transmittitur. Vnde ipsa non
potest petere dictum relictum, nec succede
re dicto Angel. Nec etiam dicta Tha. potest
petere tanquam hęres dictę dom. Ma. & si ad
eam fuerit delata dicta eius hæreditas, cum
ipsa mater non succedat eidem, obst. alio sta
tuto disponente, quòd mater non possit ab
intestato uenire ad successionem filij uel fi-
liæ, si remanserit filius uel frater, prout in di
cto statuto latius cauetur, quod etiam trans
mittitur. Item dicti executores uolunt etiā
errogare amore Dei bona empta per tuto-
res dicti Franc. quę dicta Tha. dicit etiam ad
se spectare, cum ipsa sit hęres dicti Franc. &
idem succedat ab intestato. Quibus pręsup-
positis dubitatur, & contingit dubitari de
duobus.

duobus, super quibus quæritur reddi uestrũ consilium. Et primo, vtrum relictum factum dictę Ma. fuerit & sit effectum caducum, vel quasi, ita quòd nec dicta Tha. mater, nec dictus Fran. succedant in eo dictæ Mar. sed ueniat distribuendum amore Dei, prout & alia bona hæreditaria. Secundo quæritur, nunquid empta per tutores dicti Fran. prout ipso, & eius hęredibus, ueniant restituenda, prout alia bona hæreditaria, adeo quòd ueniant erroganda amore Dei.

SVMMARIVM.

1. *Legatum certe quantitatis factum per patrem filiæ suæ pro eius dote, quando nubilem ætatem attigerit, & nupserit, an effectum sit caducum, ipsa filia defuncta in infantili ætate, ita quod per eius successores in bonis dicti eius patris peti non possit.*
2. *Grauamen impositum in legitima, vsque ad filij legitimam remouetur, & habetur pro non apposito.*
3. *Legitima regulatur a successione ab intestato.*
4. *Statutum excludens filiam dotatam a successione patris extantibus masculis, quando dicatur excludere filiam etiam a legitima.*
5. *Dos filiæ computatur in ipsa legitima.*
6. *Statutum si disponat, quod filia stantibus masculis patri non succedat, sed dotetur nisi sit dotata, grauamen vsq; ad legitimam remouetur, & non obstante dicto statuto, si non sit congrue dotata, & integram legitimam habeat, testamentum impugnare poterit, cum non veniat ab intestato, quod statuto prohibetur, sed contra testamentum, quod facere potest, statuto sibi in hoc non repugnante.*
7. *Statutum excludens filiam fœminam ab intestato, non habet locum quando filia venit et ex testamento, vel contra testamentum, cum sit exorbitans a iure communi, et odiosum, nec extendendum.*
8. *Filia in testamento patris dotata, sed non congrue, potest agere vt suppleatur congrua dos, quantumcunque extet statutum, quod filiam dotatam a successione patris excludat.*
9. *Dos congrua dicitur, quæ saltem ascendit ad legitimam.*
10. *Filia si sit in testamento patris sub conditione dotata, talis conditio saltem vsque ad legitimam remouebitur, non obstante statuto dictante, quod filia dotata stantibus masculis non succedat.*
11. *Statutum disponens, quòd filia fœmina dotata extãtibus masculis patri non succedat, sed congrue dotetur, ipsam, a legitima excludere non dicitur, ex quo disponit quòd debeat congrue dotari, cum dos in legitima computetur.*
12. *Hæres minor 25. annis, qui hæreditate non adita perijt, licet illam non transmittat, transfert tamen beneficium restitutionis in integrum aduersus non aditionem, saltem ex clausula generali.*
13. *Statuto stante, quod filia fœmina non succedat nisi in dote, tunc detracta ipsa dote, legitima filij erit tertia pars residui.*
14. *Empta per tutorem pupilli grauati de restituendo hæreditatem post mortem suam, de bonis hæreditatis, vel de fructibus perceptis, an veniant restituenda, vna cum alijs bonis hæreditatis.*
15. *Grauatus restituere hæreditatem quanto teneatur restituere quicquid ad ipsum peruenit, & quando non.*
16. *Res empta ex prætio, quando veniat in petitione, et in restitutione: & quando prætium, si contra malæfidei possessorem agatur.*

CONSILIVM LXXXVIII.

In nomine domini, Amen.

Et si uisis dictis testamento, & statuto, circa primum quæsitum uideatur prima facie dicendum, quod cum dicta Ma. instituta in dictis ducentis Florenis decesserit infans & sic antequam nupserit, & 1 nubilem ætatem habuerit, tale † relictum uidetur effectum quodammodo caducum, ex quo decessit ante euentum conditionis. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. si autem sub conditione. Propter quod uidetur, quod in dictis ducentis Florenis non succedat mater, nec dictus Fran. eius frater ab intestato: sed potius uidentur dicti ducenti Floreni remanere in hæreditate apud ipsum hæredem dicti testatoris uniuersaliter institutum, ex quo testator ipse ipsi Ma. nullum substituit, nec eidem aliquem in dicta quantatate coniunctum dedit. ut d. §. si autem sub conditione. Propter quod uidetur, quod dicta quantitas remãserit in d. hæreditate, & veniat distribuẽda, prout & alia bona testatoris. Præterea & si dicta quantitas non fuisset effecta caduca, & hæreditas dictæ do. Mat. fuisset delata dicto Fran. exclusa matre, prout per statutum uidetur excludi, nihilominus cum dictus Fran. decesserit non adita hæreditate, ipse tamen transmisit hæreditatem dictæ Mat. & dictæ Ma. sibi delatam ad eius hæredem, & sic ad dictam matrem. C. de iure delibe. l. quoniam. Propter quod uidetur, quod nõ sit locus successioni dictæ Mat. & sic uidetur, quod dicta quantitas sibi relicta remanserit, & remaneat apud hæredem dicti testatoris, & sic in eius hæreditate, & veniat distribuenda, sicut & alia bona: Sed his nõ ob. contrarium de iure dicendum est, ut videlicet, tale relictum ita factũ dictæ do. Ma. nõ fuerit ne sit effectum caducũ uel quasi, usque ad legitimam sibi debitã, cum † grauamen impositum in legitima, & vs2que ad eius legitimã, remoueatur & habetur pro nõ apposito. C. de inoffi. testa. l. quoniam in prioribus. & in l. Sancimus. §. cum autem. Vnde cum debeatur & debitum sit, & fuerit dictæ dominæ Ma. pure & non sub conditione vsque ad legitimam non efficitur nec effectum fuit caducum uel quasi usque ad legitimam: propter quod tale relictum, cum fuerit debitũ, ipsa transmisit ad eius hæredes, prout no. ff. de hæredi. insti. l. ex facto la grande. & ff. de leg. 1. l. cum filio familias. C. de fideicommis. l. si personam. & C. quando dies lega. cedat. l. fi. Est autem legitima ipsius domi. Ma. medietas tertiæ partis bonorum ipsius Ange. cum decesserit superstitibus duobus filiis, propter quòd fuit tertia pars bonorum ipsius legitima filiorum. C. de inof. testamen. auth. nouissima. Vnde medietas ipsius

tertiæ

tertiæ partis fuit debita ipsi dominæ Ma. Nec ob. si dicatur, quod istud procederet, si non obstaret statutum prædictum excludens ipsam Ma. a successione ipsius Ange. ab intestato, propter existentiã ipsius Fran. eius fratris, & filii dicti Angel. tale enim statutum uidetur ipsam excludere ab ipsa legitima, cum † legitima reguletur a successione ab intestato. C. de inoffi. test. l. cum quæritur, & hoc voluit Bar. ff. de condi. & demon. l. Titio centum. §. titio genero. vbi uidetur uelle, quod stante † ipso statuto, habeatur perinde, ac si relictum fuisset extraneo & etiã quo ad ipsam legitimam non reiiciatur conditio. Propter quod uidetur, quod tale relictum fuerit effectum caducum, & non transmittatur ad hæredes. Sed certe ad hoc respondetur & responderi potest, quod non ob dictũ ipsius Bar. cum loquatur, quando statutum disponit de filia, ut non succedat, & ultra etiam disponit, quod ipsa non posit aliquid dicere contra testamentum paternum: tunc enim procedit dictum Bar. ex quo nõ potest dictum testamentum impugnare, alias uero si statutum disponat, quod ipsa debeat esse contenta dotæ sibi relicta; & tunc, cum † dos computetur in ipsa legitima. C. de inoffi. test. l. quoniam nouella, quo ad legitimam remouetur ipsum grauamen, prout voluit Iaco. Butrl. in d. l. quoniam in prioribus. secundum quod refert Bal. ibi idẽ tenens, & Ioan. de Imo. in d. §. titio genero. Quod locum habet similiter, quando statutum disponeret, quod † ipsa filia fœmina non succedat stantibus masculis, sed debeat dotari, si non est dotata, ut in casu prædicto: cũ & tunc remoueat tale grauamen usque ad legitimam, non ob. tali statuto excludente ipsam ab ipsa successione ab intestato propter existentiam ipsius masculi. Et cum tale statutum non excludat ipsam, ut non posit impugnare dictum testamentum, quantumcunque in eo sit dotata. ex quo non est congrue dotata, ex quo nõ est relicta sibi integra legitima, cum tunc supplenda sit congrua dos: Propter quod tale testamentum impugnare potest, non enim habet locũ tunc dispositio statuti, quod excludit a successione ab intestato, cum non ueniat ab intestato, sed contra testamentum, quod facere potest, prout uoluit Bald. in l. si emancipati. C. de colla. tale † enim statutum excludens ipsam filiam fœminam ab intestato, non habet locum. quando ueniret ex testamento, uel contra testamentum, cum sit exorbitans a iure communi & odiosum. vnde non est extendendum, ut in regula, quæ a iure. & in regula odia. in 6. Propter † quod si ipsa filia fœmina in ipso testamento fuisset dotata sed non congrue, potuisset agere ut suppleatur congrua dos, quantumcunque tale statutum ipsam filiam dotatam a successione excludat, cum hoc non ob. posit agere ut suppleatur congrua dos, prout uoluit Bal. in l. fin. C. de dotis promissione uer. sed pone quod ista filia. Quod & clarius similiter locum habet in loco prædicto, attenta dispositione dicti statuti disponentis, quod si non est dotata debet congruæ dotari. vnde si debet congruæ dotari, poterit agere ad supplementum congrua dotis, prout ipso statuto disponitur. Congrua † enim dos saltem dicitur vsque ad legitimam. argumen. l. si filiæ. ff. de legat. tertio, & prout notat. in authen. res quæ. C. communia de leg. & ibi per Salicet. vnde & si agere potest ut suppleatur congrua dos, & sic saltem usque ad legitimam, si non sit congrue dotata, similiter † & eodẽ modo si sit dotata sub conditione, remouebitur talis conditio saltem usque ad legitimam, per dicta l. quoniam in prioribus. Tale † enim statutum licet excludat ipsam filiam fœminam a successione ab intestato, non tamen excludit ipsam a legitima, ex quo disponit, quod debeat congrue dotari, cum ipsa dos in ipsa legitima computetur. C. de inofficio. testamen. l. quoniam nouella. Per quæ uidetur dicendum, quod dicta Ma. successerit & succedat vsque ad legitimam, ex quo tale grauamen vsque ad legitimam remouetur ut supra. Vnde cum successerit & succedat usque ad legitimam, successit eidem dictus Francisc. eius frater, & non dicta Thadæ. eius mater, attenta dispositione dicti statuti disponentis, quod mater non posit ab intestato uenire ad successionem filii vel filiæ, si remanserit filius vel frater, prout in ipso statuto disponitur. vnde cum remanserit in casu prædicto frater, ipse successit in legitima debita ipsi Ma. suæ sorori exclusa ipsa matre. Esto quod alias ipsa mater successisset simul cum fratre utrinque coniuncto dictæ dominæ Ma. C. ad Tertullia. authen. defuncto. Nec ob. si dicatur, quod ipse Francisc. non transmisit ius adeundi, ex quo decessit hæreditate non adita, vt l. quoniam. C. de iure deliberan. Quia † & si non transmittat ipsam hæreditatem, transmittit tamen beneficium restitutionis in integrum, saltem ex clausula generali, cum decesserit minor vigintiquinque annis ipsa hæreditate non adita, iuxta notata. ff. de acquiren. hæredita. l. Pantonius. & C. de restitut. milita. l. prima. & C. de iure deliberan. l. si infanti. super quo non puto necessario insistendum, quia, & si quantitas relicta ipsi Matth. fuisset effecta caduca vel quasi, & ipsa fuisset exclusa a successione, adeo quod non successisset in relicto eidem facto, nec ipsa legitima ipsius Francisc. fuisset aucta, ita quod fuisset tertia pars bonorum ipsius Angel. ex quo dicta Ma. fuisset & esset exclusa ab ipsa legitima, prout voluit Bald. ff. de inofficio. testamento. l. Papinianus. §. unde si quis. vbi per gloss. ibi positam dicit, quod † stante statuto quod filia fœmina non succedat nisi in dote, quòd tunc detracta ipsa dotæ, legitima filii erit tertia pars residui: pro hoc etiam quod notat. in d. authen. nouissima. & per Bald. in l. planc. §. si coniunctum. ff. de legat. primo. & ibi per Angel. & Ioann. de Imol. Per quæ uidetur dicendum & concludendum, quòd siue ipsa Ma. successerit in medietate tertiæ partis pro ipsa legitima, cum ipsa pertineat ad eius matrem & hæredem dicti Francisc. saltem beneficio restitutionis in integrum, & alia medietas pertinuerit ad dictum Francisc. siue tota tertia pars pertinuerit ad ipsum Francisc. exclusa ipsa Thad. matre, & hærede dicti Francisc. & tertiam partem hæreditatis dicti Angel. habere debuerit pro ipsa legitima, ex ipsa hæreditate ipsius Angel. restituenda detrahere, & detinere poterit

ipsam

ipsam tertiam partem pro ipsa legitima, & hæc cir ca primum dubium. Circa secundum vero dubiũ, quod est de emptis per ipsos tutores pro ipso pupillo & eius hæredibus, an ueniant restituenda, prout & alia bona hæreditaria, adeo quòd ueniāt erroganda amore Dei, prout & alia bona hæreditaria. dicendum † est, quòd aut ipsa bona fuerunt empta de fructibus perceptis per ipsos tutores de bonis hæreditariis ipsis Angel. post mortem ipsius Angel. Vel de pensionibus perceptis per ipsos tutores post mortem ipsius Ange. Et tunc, sicut ipsi fructus & pensiones post mortem ipsius Angel. pertinuerunt & spectauerunt ad dictum Franciscum eius hæredem: adeo quòd non computantur in ipsa legitima nec Trebellian. ff. de inofficio. testamen. l. Papinianus. §. vnde si quis. & C. ad Trebellian. l. iubemus. ita pertinuerunt dicta bona per ipsos tutores empta ad ipsum Franciscum. Ex quo ut præsupponitur, emerunt pro ipso & eius hæredibus. vnde non ueniunt restituenda, prout notat. ff. de vulga. & pupilla. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. ad Trebellianic. & l. in fideicommissariam: Si vero fuerunt empta per ipsos tutores de argentis & massaritiis, seu aliis rebus, quæ remanserunt in hæreditate dicti Angel. & tunc dicendum est, prout voluit Bartol. in l. Imperator. §. fina. cum l. sequenti. ff. de legat. secundo. vbi dicit loquendo de rogato restituere re hæreditatem simpliciter, vt distinguatur, aut † ignorabat se grauatum, & dicendum est idem, quod in bonæfidei possessore, ut teneatur ad illud, quod ad eum peruenit. l. fina. §. fin. ff. eod. titu. Aut sciebat se grauatum, & alienauit. & tunc dicendum est, idem, quod in malæfidei possessore. ff. ad Trebellia. l. hæres institutus. §. primo. & l. mulier. §. sed enim. in ipso enim malæfidei possessore dicendum est, quod aut aut ad eum peruenit in pecunia, ut quia ex pecunia hæreditaria emit rem, & tunc si fecit hoc sponte, est in electione petitoris quid veniat in petitione, & restitutione, cum ueniat ipsum pretium, uel res empta ex ipso precio, prout ipsi petitori placebit. ff. de petit. hæredit. l. si rem & pretium. l. item ueniunt in principio. Si uero ad eum peruenit res per circuitum, ut quia uendidit res hæreditarias, & ex precio aliquid comparauit: & tūc illud emptum non ueniet. argumen. ff. de administratio. tut. l. Titium & Mæuium. §. altero. & C. communia utriusque iudic. l. si patruus sed bene uenient ipse res uenditæ & alienatæ, ac si possideret ex quo dolo desiit possidere. ff. de petit. hæred. l. item ueniunt. §. certum. quod procedit quando emisset nomine proprio alias si emisset pro ipsa hæreditate & nomine ipsius hæreditatis, & tunc uenirent res emptæ, si fideicommissarius id acceptet, & uelit eas uentre in ipsa restitutione prout uoluit Ioann. de Imo. in d. §. cum autem. vbi plenius de his. Dom. Benedic.

THEMA CONSILII LXXXIX.

PVnctus. Quidam Agnolellus, qui habebat duos filios masculos, Matthæum & Alexium: ve niendo ad mortem testamentum cōdidit solenniter, in quo testamento inter alia instituit suos hæredes in eius bonis Matth. & Alexium, eius filios æquis portionibus, cum hac conditione, quòd dictus Alexius durante vita vxoris dicti Alexii, & ipsa viuente dictus Alexius non possit aliquid habere, nec percipere de bonis dictæ hæreditatis dicti Agnol: & si dictus Alexand. aliquam molestiam, seu litem, siue violentiam fecerit seu dederit dicto Matth. amittat & perdat dictam hæreditatem, & lib ere remaneat dicto Ma. & tunc & eo casu adueniente reliquit dicto Alexand. quinque solidos, & in dictis quinque solidis eum hæredem instituit, & esse uoluit: nec debeat habere plus de bonis suis, eos substituendo adinuicem, videlicet. Et si quis dictorum filiorum suorum decesserit quandocunque sine filiis, vel cum filiis legitimis non peruenientibus ad ætatem decimumoctauum annorum, tunc & eo casu voluit partem præcedentis deuenire in superuenientem, prout latius in dicto testamento continetur: quod transmittitur. Deinde dictus Agnol. fecit certos codicillos, in quibus dictum testamentum & contenta in eo ratificauit, & addendo dixit & declarauit, quod nolebat quòd dictus Matth. & Alexand. nec aliqua alia persona possit nec debeat, facere nec peti facere aliquod inuentarium, nec aliquam scripturam de bonis dicti testatoris, sed dictus Matth. libere possideat & possidere debeat pacificæ & quietæ bona hæreditatis dicti testatoris, prout & sicut in dicto testamento dixit & declarauit. Volens dictus Agnol. dictum testamentum inuiolabiliter obseruari. Deinde post hæc dictus Matthæ. tenuit & possedit dictam hæreditatem, & bona hæreditaria prædicta. Et cum sic teneret & possideret ipse Matthæ. deuenit cum dicto Alexand. altero filio & hærede instituto, vt supra patet, ad diuisionem dictæ hæreditatis dicti Agnol. eorum patris, diuidendo dicta bona, quolibet eorum accipiendo medietatem promittendo & adinuicem conueniendo promisserunt & conuenerunt omnia firma & rata habere & tenere & in nullo contrafacere uel uenire, aliquo ingenio, modo, occasione, iure, uel causa. Cassantes & annullantes dictum testamentum paternum, & dicto testamento non obst. & quibuscunque alijs non obst. dictam diuisionem fecerunt, prout plenius, & latius in dicto testamento diuisionis continetur: quod etiam transmittitur. Item præsupponitur, quod post dictam diuisionem dictus Ma. acquisiuit vnam domum ex titulo donationis sibi factæ.

factæ. Præsupponitur etiam, quod dictus Matth. post mortem sui patris alienauit non nulla bona dictæ hæreditatis. Item præsupponitur quod dictus Matth. decessit intestatus, superstitibus sibi duobus filiis, uidelicet, uno masculo, nomine Antonello: & una fœmina nomine Salomę natis ex domina Martha eius uxore, & in pupillari ętate con stitutis. Item præsupponitur vigere in loco statutum situatum & positum sub rubric. de muliere dotata: quod transmittitur. Præsupponitur etiam, quod postea decessit dicta Salomę in infantili ętate, superstite dicta do. mi, Mar. eius matre. & dom. Anton. infante eius fratre. Item etiam præsupponitur statutum positum sub rubric. de successionibus ab intestato. Præsupponitur etiam, quod decessit dictus Anton. in infantili ætate, superstite dicta Mart. eius matre, & dicto Alexan. eius patruo. Qui nunc uellet consequi & habere totam dictam hæreditatem, & bona dicti Angn, eius patris uigore substitutionis & fideicommissi facti in testamento dicti Angno. sui patris, videlicet, partem tangentem dicto Ma. ex diuisione inter eos iam facta, cum euenerit conditio substitutionis d. Antonello & Salomæ filiis dicti Ma. decedentibus antequam peruenissent ad ætatem decimumoctauum annorum, imo & in infantili ętate ut supra pręsuppositum fuit. Cui obstare dicitur dicta diuisio, & conuentio facta de dicta hereditate inter eos, propter quam dicitur sublatum dictum fideicommissum, & per consequens non fiendam esse dictam restitutionem. Modo his omnibus pręsuppositis quęritur quid iuris pro parte dicti Alexand.

SVMMARIVM

1 *Conditiones & modi appositi in institutione filij vsque ad legitimam reijciuntur, & habentur pro non appositis.*

2 *Filius si sub conditione vel modo a patre hæres instituatur, & prohibitus fuit alteri fratri cohæredi aliquam molestiam inferre: & si eum molestet, in quinque solidis eum tantummodo hæredem instituerit: licet huiusmodi testamentum valeat, tamen ipsam legitimam con sequi debebit, una cum fructibus a tempore mortis testatoris,*

3 *Hæres potest renuntiare conditioni in testamento ad sui fauorem appositæ, cum quilibet ius suum remittere pos sit.*

4 *Substitutio, seu fideicommissum, utrum uideatur remissum per simplicem diuisionem factam inter filios hæredes institutos in testamento paterno, & adinuicem substitutos, si sine filijs decesserint; ita quod eueniente casu substitutionis tale fideicommissum peti non possit per alterum superuenientem.*

5 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

6 *Fideicommissi ius videtur remissum per diuisionem, si in instrumento diuisionis, ipsi diuidentes adinuicem promiserint, & conuenerint, firma & rata præmissa habere & tenere, & in nullo contrafacere, vel uenire, modo aliquo, ingenio, occasione, iure, vel causa: maxime, quando fideicommissum esset reciprocum, & a diuidentibus non ignoratum.*

7 *Fideicommissi ius videtur remissum, si in diuisione dictũ fuerit, quòd cassauerunt & annullauerunt testamentũ: & quòd ipso testamento non obstante, & quibuscumque alijs, ipsam diuisionem fecerunt, licet non dicatur inspectis cognitisque uerbis testamenti.*

8 *Diuidentes bona, si expresserint, quòd vnusquisque possit de sua parte facere velle suum, & vendere, & alienare, prout eidem videbitur, videntur fideicommissa adinuicem remisisse.*

9 *Grauatus per fideicommissum non potest alienare in præiudicium ipsius fideicommissarij.*

10 *Fideicommissum ex postfacto euenturum per simplicem diuisionem non videtur remissum. Et hoc communiter tenetur.*

11 *Lex regulariter formatur super casu dubio, non super indubitabili.*

12 *Fideicommissum per diuisionem non uidetur remissum, etiam si diuidentes ad inuicem promiserint, contra diuisionem non facere, uel uenire.*

13 *Clausula generalis referri debet ad specificata, si potest salua ratione recti sermonis.*

14 *Clausula generalis non refertur ad ea, quæ dependent ex testamento.*

15 *Fideicommissum si a diuidentibus non fuerit ignoratum, & sit reciprocum, unusque alio magis grauatus non sit, nullaque alia causa subsit, per quam contrauenire possit, utrum uideatur per diuisionem ei renunciatum.*

16 *Intellectus. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. obl. & per totum consilium.*

17 *Diuisio hæreditatis, est quædam transactio.*

18 *Statutum ciuitatis in successionibus est attendendum, et seruandum.*

19 *Dos congrua filiæ ascendit saltem usque ad legitimam.*

20 *Statutum disponens quod filia dotata non succedat, non dicitur ipsam filiam a legitima excludere, ex quo de ea nõ facit mentionem, sicut nõ excluderet exclusio hominis, cum utraque sit odiosa.*

21 *Mater de iure communi filio succedit excluso patruo.*

22 *Verisimile non est quod pater voluerit præferre filio in successione fratrem suum.*

23 *Legitima, & Trebellianica communiter ascẽdunt ad medietatem bonorum, & hoc communiter tenetur.*

24 *Fideicommissum quando restituitur, non ueniunt bona de suo acquisita per grauatum.*

25 *Alienata computantur in legitima, & Trebellianica & eatenus ipse diminuuntur.*

26 *Legitima filio per hæredem assignari debet cum fructibus perceptis,*

CONSILIVM LXXXIX.

In nomine domini, Amen.

Viso dicto puncto transmissio, & contentis in eo testamento. diuisione, & statutis transmissis, & cum multa narrentur in ipso dubio, & ex ipsis plura dubia colligi possint: sed nõ quæratur singulariter de quolibet, sed solum quæratur consilium pro ipso Alexi. & de iure consulendum sit nõ plus pro vno alio quam pro alio, sed pro iustitia. Iccirco ipsa dubia particulariter elicedo, videndũ est, & primo de ipso testõ. Ang. & eius codicillis, an valuerint & valeat, Et circa hoc dicendum est, ꝙ cum dictus Ang. condiderit testamentum, in quo inter alia hæredes instituit dictos Alex. & Ma. eius filios æquis portionibus, cũ hac tñ conditione, ꝙ d. Alex. durante vita vxoris dicti Alex. & ipsa viuẽte, dictus Alexius nõ possit aliquid habere, nec percipere de bonis dictæ hæreditatis dicti Ang. & si dictus Alex. aliquã molestiã, seu litẽ, siue violentiã faceret, seu dederit dicto Ma. amittat & perdat dictã hæreditatẽ, & libere remaneat dicto Ma. & tunc & eo casu eueniente, reliquit dicto Alex. quinque solidos. Et in dictis quinque solidis eum hærede instituit & esse voluit, nec debeat habere plus de bonis suis, substituendo adinuicẽ dictos suos filios, ꝓut plenius in dicto testõ continetur. Deinde dictus Ang. fecerit certos codicillos, ĩ quibus dictũ testamẽtũ & cõtẽta in eo ratificauit: Et addẽdo dixit & declarauit, ꝙ volebat, qđ dicti Ma. & Alex. nec aliqua alia persona possit nec debeat facere aliquod inuentariũ, nec aliquã aliã scripturã, de bonis dicti testatoris sed d. Ma. libere possideat & possidere debeat pacifice & quitæ bona hæreditatis dicti testatoris, prout & sicut in dicto testamẽto dixit & declarauit. Volens dictus Ang. dictum testamentum inuiolabiliter obseruari. Et circa hoc dicendũ est, quòd tale testamentũ valuerit & valeat, quantumcunque apposuerit dictas cõditiones, seu modos in persona dicti Alex. ita institutī, cum † tales conditiones seu modi vsque ad legitimam reficiantur, & habeantur pro non appositis, prout expressum est. C. de inoff. testamen. in l. quã in prioribus. & in l. Sancimus. §. cum autẽ. & vt ibi not. plenius ĩ d. l. quoniã in prioribus. propter quod quo ad legitimam & quantũ sumat ipsa legitima habetur ꝓ pure instituto ipse Alex. vt in dictis iuribus no. Imo † & si dictus Alex. molestauerit dictum Ma. Nihilominus, ex quo ipsum Alexi. in tali casu hæredem restituit in quinque solidis, valuit & valet dictus testamentum iu auth. nouissima, C. de inoffic. testamen. Sed licet valuerit & valeat, nihilominus ipsam legitimam consequetur & consequi debebit. C. de inoff. test. l. omnimodo. & non solũ consequetur & cõsequi debebit ipsam legitimã, sed & fructus ipsius legitimæ in vtroque casu tẽpore mortis dicti testatoris. ff. de In offic. testamẽ. l. Papinian. §. vnde si quis. & vt not. C. ad Treb. l. iubemus. Sed cũ vt puto, decesserit dictus Ang. superstitibus dictis Alex. & Mat. & ipse Mat. tenuerit & possederit totã dictã hæreditatẽ, vsque quo deuenerũt ad dictã diuisionẽ, & ipsã diuisionẽ fecerũt: Videndũ est de ipsa diuisione an valuerit & valeat, & ẽt de eius effectu, videlicet, an tollat substitutionem in dicto testamento factã: Et circa primũ, videlicet, an valuerit, & valeat talis diuisio, dicendũ est, ꝙ valuit & valet, quã tũcũque forte tempore diuisionis vixerit, & forte viuat vxor dicti Alex. pp quã testator ipse voluit, qđ dictus Alex. haberet portionẽ suã, cũ hoc cesset in vtilitatem ipsius Ma. apud quem dicta portio remanere debet, attento d. testõ, cũ † quilibet renunciare possit iuri suo, & ius suũ remittere. C. de pac. l. si quis in cõscribendo, & ff. eo. tit. l. ab emptione. & vt plenius not. in c. si diligenti. de fo. cõpe. & in ca. ad apostolicam. de regular. cũ si. & in hoc, vt puto, non est insistendũ, cũ de hoc in dubiũ non reuocetur. Sed bene † cadit dubitatio de ius effectu: & an per diuisionem sublata sit substitutio in dicto testamento facta, dum testator ipse in dicto suo testamento subiunxit circa finem. Et si quis dictorũ filiorũ suorũ decesserit quandocũque, cũ vel sine filijs legitimis nõ peruenientibus ad ætatem 18. annorũ, tunc & eo casu voluit pactem prædecendis deuenire in superuenientem. Circa quod, & si videatur prima facie dicendum qđ talis substitutio, seu fideicõmissum videatur remissũ per talem diuisionem ex pluribus. Et primo quia per diuisionem simplicem vr̃ remissũ ius fideicommissi, prout voluit glo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. ob. dicens, quòd ibi fuit bene iudicatũ: & ita tenent quidã, prout refert Bart. ibi, videlicet, vt videaẽ remissum ius fideicõmisi, non ipso iure: sed ope exceptionis, quia † quẽ de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. ff. de euic. l. vendicantem. Quod ex alio deducitur, quia dicti Ma. & Alex. nõ solũ simpliciter diuiserunt, sed vltra hoc promiserunt, & adinuicem cõuenerunt firma & rata habere & tenere, & in nullo contrafacere vel venire, modo aliquo, ingenio, occasione, iure, vel causa: per talia † enim verba videtur remissum ius fideicõmisi, prout voluit Roge. in d. §. duo fratres, secũdũ quod refert, glõs. ibi clarius hoc idem tenet Gul. de Cu. prout refert Barto. ibi. Quod etiam videtur tenere Bal. ibi. & do. Ang. quando fideicommissum esset reciprocum, & non fuisset ignoratum, prout & dici potest, quod fuerit in casu prædicto, in quo de ipso testamento diuidendo fecerunt mentionem. Ad idem & tertio facit, quia ipsi fratres nõ solũ ita diuiserunt & promisserunt ad inuicem, vt supra sed etiam † cassauerunt & annullauerũt dicti testamentũ, & ipso testõ non ob. & quibuscunque aliis dictam diuisionẽ fecerũt. Per quæ videtur tale ius fideicõmisi in dicto testamento contentũ remittere, esto, quòd nõ dicatur inspectis & cognitis verbis testamenti, prout voluit Barto. in d. §. duo fratres. In quarto quæsito, in simili quæstione: cum satis videatur inspexisse per oculos intellectus. ut ibi plenius per eum. Et in quinto quæsito: nam si annullauerunt & cassauerunt dictum testamentum, satis videntur cassasse & annullasse contenta in ipso testamento: & sic ipsam substitutionem seu fideicõmissum: ad hoc quod not. ff. de his quæ in testa.

contrafacere, vel venire. Quod non trahitur ad dictũ fideicommissum futurũ, cũ simplex diuisio ad ipsum non trahatur, vt supra dictum fuit. Praeterea si bene ponderentur uerba dictae diuisionis, in quibus facta est mentio de d. testamento paterno, non voluerunt partes eidem testamento in totum derogare & annullare: sed quo ad praesens instrumentum diuisionis, ita vt non obstante dicto testamento, quod attri buebat totam haereditatem d. Ma. diuiserunt & ad diuisionem deuenerunt, prout in dicto instrumẽto diuisionis appatet. Ita quòd dici potest, ꝙ ob dictam causam fecerunt mentionem de dicto testamento, ipsum annullãdo, quo ad hoc vt diuidere potuerint, & non annullando fideicommissum, ad quod nõ trahitur ipsa diuisio: nec per ipsam videtur remissum, quantumcunque de testamento paterno sit facta mẽtio, & apposita fuerit dicta clausula generalis confirmata per praedicta, & prout voluit Bal. in d. §. duo fratres. ad hoc etiam quod not. ff. de his quae intesta. delen. l. cancellauerat. Tertio videndum est de ipsis successionibus: Et cum, vt praesupponitur, decesserit dictus Ma. superstitibus dictis duobus filijs: videlicet vno masculo, & alia foemina non condito testamento, de iure communi dicti duo filii succesissent & succederent, si statutum aliter non disponeret. C. de suis & legitimis aut. in successione. Verum quia super tali successione disposuit statutum posi-
18 tum sub rubr. de muliere dotata. tale † statutum est attendendum & seruandum. ff. de iustitia & iure l. omnes populi. & cum tale statutum disponat, ꝙ si aliquis decedat ab intestato, superstitibus filiis masculis nepotibus, & aliqua filia vel nepte nondum maritata seu dotata, dicti filii seu nepotes succedãt in tota haereditate: teneãtur tñ ipsam filiã indotatã maritare, & dotare competenter, prout in d. statuto dispo nitur: Ita ꝙ attenta dispositione d. statuti, dicta filia filius masculus successit d. Ma. exclusa dicta filia praeterquam in dote, cum tale statutum disposuerit, & disponat, ꝙ debuerit dotari. Et cum, vt praesupponitur, decesserit in infantili aetate d. filia foemina, superstite dicta eius matre & d. Ant. infante, videndum est quis eidem succedat. Et attenta dispositione statuti positi sub rubric. de successionibus ab intestato successit eidem d. Ant. fratrer vtrinque coniunctus, exclusa ipsa matre praeterquam in legitima, prout dispọnitur in ipso statuto, in vet. Salua semp matri &c. Sed dubium cadit quid censeatur esse in bonis dictę filiae, ita defunctae, ex quo ipsa nõ successit patri, sed debuit dotari. Et circa hoc dici potest, ꝙ in bonia ipsius filiae ita defunctae remanserit tale iua petendi congruam dotem, cum tale statutum ipsam non excludat, quin succedat in congrua dote, ex quo disponit, quòd debeat congrue dotari, & congrua
19 † dos ascendat saltem vsque ad legitimã. ar. l. si filiae. ff. de leg. 3. & prout no. per Sal. C. communia de leg.
20 in aut. res quae. exclusio enim † ipsius statuti non excludit ipsam ab ipsa legitima, ex quo de ea non facit mentionem, sicut non excluderet exclusio hominis. C. de inof. test. l. omnimodo. eum pariter vtraque sit odiosa. arg. ff. de ventre in pos. mit. l. 1. §. sed & si incertum. ver. quare. Praeterea statutum hoc non dicit, vt ipsa excludatur ab ipsa legitima: ergo nec nos dicamus. C. de colla. l. illam. & ibi per Bald. unde dicta

filia foemina successit in dicta dote congrua: & sic in legitima: in qua dote seu legitima successit ipse frater praeterquam in portione debita ipsi matri de ipsa legitima, cum in ea successerit & succedat. & haec quo ad successionem dictae filię iam defunctae. De successione vero dicti Ant. dicendum est, quòd cum decesserit superstite dicta eius matre & dicto
21 Alex. eius patruo, † de iure communi successisset & succederet mater excluso ipso Alexand. dicta aut. defuncto. & hoc si non staret statutum. Verum quia statutum positum sub rubr. de successionibus ab intestato, disponit, quòd non existentibus fratribus succedant patrui carnales in stirpes, & non in capita, & mater una cum eis, vnde attenta dispositione dicti statuti, cum decesserit dictus Anto. superstite ipsa matre & superstite ipso Alex. patruo: pro mortuo: ꝓ medietate ab intestato succedit dictus Alex. patruus, pro alia medietate succedit mater prout disponitur in dicto statuto. Verum quia ipse Ang. testando substituit per talia verba: & si quis dictorum suorum filiorum decesserit quandocunque sine filiis, vel cum filiis legitimis non peruenientibus ad aetatem. 18. annorum, tunc & eo casu voluit partem praecedentis deuenire in superuiuentem, locus fuit & est tali substitutioni. ff. de verbor. signific. l. cedere diem. talia enim verba, quandoque cum filiis vel sine filiis legitimis, ita intelligi debent, videlicet, si ne filiis legitimis, vel cum filiis non peruenienti-
22 bus ad aetatem 18. annorum: alias † sequeretur quod substituisset superuiuentem, eo casu, quo decederet cum filiis, quod non est verisimile, quod praetulerit superuiuentem ipsi filio: ad hoc l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & l. cum auus. ff. de conditio. & demonstra. & ita talia uerba intelligenda sunt, cum alias sequeretur absurdum, cum praeferret fratrem filio: ad hoc quod habetur ff. de ope. lib. l. nam absurdum. Vnde locus est tali substitutionĩ. Et cum talis substitutio non sit remissa per talem diuisionem, prout supra dictum fuit vigore dictae substitutionis & fideicommissi, debebit restituere ipsa mater & haeres, ꝓ medietate d. Ant. d. Alex. patruo substituto, medietatẽ sibi obuenientem, de medietate d. Ma. cum vigore d. fideicõ. restitui debeat pars haereditatis, quae peruenit ad d. Ma. detracta legiti-
23 ma & Trebellianica, quae † ambae communiter ascendunt ad medietatem. C. ad l. Falcid. l. quamquam. & ff. de in offic. testa. l. Papinianus. §. meminisse. & in capitulo Rainutius de testam. prout communiter tenetur. Ita quod restituere debebit medietatem medietatis sibi obuenientia de haereditate dicti Ang. ex persona d. Anto. Tamen non tenebitur restituere bona acquisita per ipsum Mat. ex donatione praedicta uel aliunde: & sic nõ tenebitur restituere medietatem dictae domus donatae dicto
24 Mat. cum † in restitutione fideicommissi non ueniant bona acquisita per ipsum grauatum. ff. de vulg. & pupil. l. cohaeredi. §. cum filiae. & ut not. ibi & ff. ad Trebel. in l. in fideicommissariam. & C. eo. tit. l. iubemus. Verum quia, vt praesupponitur, ipse Ma.
25 alienauit aliqua bona, illa † alienata computabuntur in ipsa legitima & Trebellianica, prout no. ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. res. quae. Ita ꝙ quatenus apparet per ipsum alienatum eatenus diminuetur ipsa

nes propinqui.ut d.§.familiæ.& d.l.fi.Per quæ videtur quòd dictus Gratiannus dictam domū posfit euincere,ex quo est de posteris de domo,vel laltem de familia,prout supra dictum est, & euenit casu substitutionls,ex quo decessit dictus Bartho.fine filiis. ff.de verb.signific.l.cedere diem. Sed his non ob.contrarium de iure dicendum est,nt dictus Gratianus non potuerit nec posfit perere dictam domum, nec eam euincere, cum testato ipse vocauerit posteros de domo & familia, qualis non fuir nec est d. Gratianus, 4 accipiendo † domum pro agnatione, pront & accipi tur & accipi debet in casu prædicto,ex quo vocat posteros de domo & familia, cum in casu prædicto domus accipiatur pro agnatione, put & accipi poteft. ff.de ali.& ciba.leg.l.cum vnns.in prin. & ff. ad Silla.l. t.& ibl per Iac.de Aret. Et ita hic etiam capi debet,nisi alind appareat de mente testantls, vel de cōmuni usu loquendi,prout voluit ipse Bar.in d.l.tute las.& clarius in d.l.fi.de verb.sign. Quod & uidetur præcipue procedere in casu prædicto, in quo adiungitur verbum,de familia : quod ꝓprie denotat agnationem. ut d. §. familiæ, familia † enim videtur esse 5 nomen iuris,& significare ipsam agnationem . vt d. §.familiæ.& prout uoluit Barto.in d.l.fi.& hoc, nisi appareat aliud de mente testatoris.vt d.l. fin. Vel ex communi usu loquendi.ut d.§. Asinam. Vnde eum domns & familia capiatur pro agnatione,non inclu 6 detur ipse bastardus, cum † non sit de agnatione. vt d.§.uulg.& hoc uidetur renere d.Ang. in l.ex facto. §.si quis rogatus. ff.ad Treb. secundum quod tefert Io.de Imol.ibi, vbi hoc idem videtnr tenere, oisi aliud appareat ex mente testaotis: vel ex cōmuni usu loquendi,prout & voluit ibi do. Ang. vt plenius ibi per eum, super quo non puto necessario iosistendū, & maxime eum de hoc non quæratnr.Et etiam ex alia ratione,qnia d.Gratianus, non solum fuit & est filius naturalis, sed etiam spurius , immo & natus ex damnato coitu,ex qno natus ex non soluta, prout in puncto deducitur. Propter quod non censetur inuitatus ad dictam domum , nec eam petere vel euincere potest : cum † non censeatur de domo & familia, 7 nec agnatus:imo & nec filius vocandus est etiam naturaliter,prout not.in auth.qni.mo.natu.effi. legiti. 8 §. fi. imo † & tales non includuntur in cōstitutione, si de filiis fiat mentio per nomen naturæ , prout voluit gl. ff.de io ins uocan. in l.quia semper : loquēdo de incestuoso. Quod & videtur habere locū in quolibet nato ex dāoato coitu,qui accusari potest,ptout uidetur esse de mente ipsius gloss. per §. si aduersus qnem allegat, prout & voluit Ioan.de Imol.io d.§.si qnis rogatus.in 3. carta. Vnde cum ipse Gratianus, non uocetnr nec uocari debeat filius etiam naturalis,non censetur agnatus,& per consequens, nec de domo,nec de familia: unde nō uocatur ad ipsam substitutionem factam de posteris de ipsa domo . Ad hoc etiam quod not.per Barto.io l.hæredibus.§.Titius. ff.ad Trebellia. & per Bald. C. de institutio. & substitutio. l. generaliter. & per Ioan. de Imol. in dict. §. Titius. & in l. si quis posthumos. ff. de hæredita. institu. ioquendo de ipsis natis ex damnato coitu , ut oon admittantur , de quibus plenius in d.§.si quis rogatus.Ita ꝙ per hæc dici & concludi pōt quòd d.Gratianus petere non poterit,nec euincere dictam domum,attento præcipue , quia ipse,ex quo natus est ex damnato coitu, dici non poterit de po steris,de domo, & familia dicti testatoris , cum & filius non uocetur,vt & supra dictum fuit & hæc cir- 9 ca primum. Circa secundum † quod est , si dicta domns euincatur , nunquid poterit perdere d.Benenutius ex pensas reparationis & bonificationis dictæ domus:Circa quòd dicendum est,qnòd si sint expē- 10 sę necessariæ, & ipsas deducere poterit, cum † malefidei possessor eas deducat & deducere possit. C. de rei ven. l. domum & insti. de rerum diui.§.ex diuerso. & ff. de rerum diuis.l. t.& prout no. s.de rei vendi.l. & ex diuerso & l. io fundo.& ibi per Bartol. prout sunt communiter expensæ quæ fiunt in reficiendo, prout no.in d.l.in fundo.Si vero sint expen- 11 sę vtiles: & tunc † si faciens sit bonefidei possessor: & tunc si euinceos erat facturus vel venditurus , & tunc ipse faciens deducet pro ipsis expensis quantū ex ipsis ipsa res est effecta prætiosior. vt d. l. in fun- 12 do.a .respon. Si vero † non erat facturns vel venditurus.Et idem,si ipse euincens sit diues alias permittitur ipsi possessori auferre.vt d.l.in fundo.& hoc ni si ipsi domino fuisset denunciatum. ff. de rei ven. l. . aut si ante.Si uero sint expensę voluntariæ, & in ipsis solum permittitur deductio : pront voluit glo.in d.l.in fundo.vnde poterit deducere & auferre quod fecit, pront voluit gl. in d.l.in fundo.Quod verum est, vt permittatur solum deductio vel abtasio, vel ablatio,nisi ipse dominus erat alias facturus vel distracturus, cum & tunc tales expensę voluntariæ dicantur vtiles. Vnde dicendum est , prout & in ipsis vtilibus dictum est.& hæc si dictus Benuenutns fuisset bonefidei possessor,prout & fuit, vt mihi præsup 13 ponitur,& in † dubio præsumitur,ex quo habet causam , prout no. ff. de vsucap. in l.Celsus. & de præscri.c.si diligenti. Si vero fuisset malefidei possessor: & tunc dicendum est prout plenius no.in d.l.in fundo. & ibi de his per Bartol. & Bald. & hæc circa secundum . Circa tertium quod est , an possit repetere a dicto venditore quòd non consequetur,nec consequi potest ab ipso euincente.& dicen- 14 dum est quod † ipse potest non solum precium solutum repetere: sed etiam expensas factas in d. domo. Imo & omne damnum, & interesse , quod consecutus fuit ex dicta euictione.ff. de actio.emptio.l. t.& l.ex empto circa princi. & ff. de euic. l. 2, Imo & ad duplum agere poterit dictus emptor contra dictum uenditorem , si stipulatio de duplo intercessit, prout not. in dict. l. a.& in l. euicta. ff. de euictio. ubi plenius de his,de quibus in capitul. fin. de emptio. & uendit.& hæc circa tertium & ultimum. &c. Domio.Benedict.

THEMA CONSILII XCI.

PVnctus . Deficit quia est quædam subscriptio.

SVMMARIVM.

1 *Statuto disponente, quod proximiores consanguinei succedāt filiæ ab intestato,matre exclusa,an rum admitta tur*

tur auia paterna exclusa matre, & alijs consanguineis transuersalibus.

2 *Auia paterna, attento communi usu loquendi, censetur consanguinea: & comprehenditur in statuto loquente de proximioribus consanguineis.*

3 *Frater uterinus dici potest consanguineus attento communi usu loquendi.*

4 *Statuta intelligenda sunt secundum communem usum loquendi.*

CONSILIVM XCI.

In nomine domini, Amen.

Subscripsi me cuidam consilio do. Guidonis de Fulgineo per infrascripta verba, videlicet, In nomine domini amen. Cum elegantissime dictum & consultum existat per præfatum eximium legum doctorẽ dominum Guidonem fratrem honorandum vid. licet, quòd † dicta auia paterna successerit & succedat dictæ suæ nepti decedenti infra annum, postquã Angelina eius mater transiuit ad secunda vota, & sic desiit esse tutrix, cum, ut præsupponitur, dicta Angelina assumpserit tutelam dictæ suæ filiæ infra annum. Et hoc exclusa matre, non de iure communi, cũ mater præferatur auiæ. C. ad Tertul. auth. defuncto. Sed ex forma statuti præfati excludentis matrẽ propter proximiores consanguineos, politi sub rubrica: ꝙ proximiores succedãt defuncto, exclusis dictis transuersalibus, cum ipsa auia paterna sit in secundo gradu, & sic proximior quam sint dicti trãsuersales, cum ipsi sint in tertio, vel quarto gradu. l. iurisconsultus. §. tertio gradu. & §. quarto gradu. ff. de gradibus. Vnde cum ipsa auia sit proximior, exclusa ipsa matre vocatur ad dictam successionem, attenta rubrica dicti statuti vocãte ꝓximiores simpliciter, inter quos includitur ipsa auia, cum proximior sit prout supra dictum fuit. Imo & attenta dispositione dicti statuti disponentis, quòd proximiores consanguinei succedant defuncto exclusa matre quod procederet † si ipsa auia paterna censeretur consanguinea, cũ & tunc ipsa admittatur exclusa ipsa matre & aliis prænominatis, prout & censeri potest attento communi usu loquendi prout voluit Bal. C. de uer. signi. l. fin. nam legimus ꝙ etiam si † sit frater Vterinus dici potest consanguineus, attento cõmuni vsu loquendi prout nota. ff. de acqui. hæredita. l. cum quidam. §. quod dicitur. & ibi per Bart. qui ad hoc adducit quod not. extra de consang. & affi. in rubrica: quod & voluit similiter Bartol. quod ipsa auia paterna censeatur consanguinea, prout censeri potest attento communi vsu loquendi, prout nots. ff. de acqui. hære. in d. l. cum quidã. §. quod dicitur. & ibi per glo. Bar. & Bal. & C. de uerb. sign. l. fi. Adeo quod si attento communi vsu loquendi ipsa auia dicatur consanguinea ipsa comprehenderetur in tali statuto loquente de proximioribus consanguineis, cum † statuta intelligenda sint secundum communem vsum loquendi prout not. ff. de legat. 3. in l. librorum. §. quod tamen Cassius. & ff. de fund. instruct. l. cum de Lanionis. §. Asinam molendinariam. Sed posito, quod ipsa auia paterna non uocaretur sub nomine proximiorũ consanguineorum, tamen ipsa succedit & succedet dictæ nepti: quia, licet statutum excludat matrem propter existentiam consanguineorum proximiorum, tamen non excludit ipsam auiam paternam immo & de ea non loquitur: propter quod talis casus remanet in dispositione iuris communis. ff. sol. ma. l. si cũ dotem. circa princ. & ff. de lib. & posth. l. commodissime. & C. de collat. l. illam. per quam l. Bald. ibi hoc dicit. Vnde cum ipsa auia sit proximior, vocãtur ad dictam successionem, exclusa ipsa matre & aliis prænominatis attenta rubrica dicti statuti vocante proximiores simpliciter, inter quos includitur ipsa auia, cum proximior sit, prout supra dictum fuit immo & etiam attenta dispositione ipsius statuti disponentis, quod proximiores consanguinei succedant. Dominus Benedict.

THEMA CONSILII XCII.

PVNCTVS. Fuit quidã Carbonus, qui testando de bonis suis ita disposuit. Instituit enim in omnibus eius bonis suos hæredes quendam nomine Honesti filium. Et casu quo ambo decesserũt sine filiis ex se natis, substituit Pilingocium, ser Io. & Ant. nepotes carnales, & filios quondam ser Neri fratris carnalis dicti Carboni: & hæredes prædictorũ Pilingocii, ser Io. Anto. & cuiuslibet ipsorũ, prænominatis suis hæredibus &c. Qui hæredes mortuo testatore eius hæreditatem apprehenderunt, tenuerunt & possiderunt. Deinde d. Bartho. volẽs de bonis suis disponere, fecit testamentum, in quo donauit causa mortis d. Honesto eius patri stipulanti & recipienti pro do. Archangela filia d. Barth. certam portionem bonorum suorum. & de residuo suorum bonorum fecit aliam donationem causa mortis. d. Honesto eius patri stipulanti & recipienti pro Guidone, Hiero. Mar. & Philip. filiis eiusdẽ Barth. in qua donatione substituit eisdẽ suis filiis, si quis eorũ moriatur sine filiis quendã Felicianũ, cui restitui debeat pars ipsius decedẽtis vel decedentium. Demum decessit d. Barth. superstitibus dictis eius filiis, & d. Honesto eius patre. qui eius bona tenuerũt & possiderũt. Postmodum uiuente dict. Honesto, mortui sunt tres ex dictis filiis, uidelicet, Guido, Hiero. & Philip. superstite altero eorum fratre, videlicet, Marco. Deinde mortuus est d. Honestus superstitibus d. Marco, & Archãge. suis nepotibus: & ante quam moreretur, instituit testando in omnibus bonis hæredem uniuersalẽ d. Mar. eius nepotẽ, prohibendo

tamen,

tamen, vt non posset alienare vel vendere quicquam de bonis suis quousque perueneṙit ad legitimam ætatem 25. annorum. & si d. Marcus decesserit quandocunque sine filiis legitimis & naturalibus, substituit eidẽ certos suos consortes: Quod mortuo Mar. adiuit eius hęreditatem, & eius bona tenuit & possedit, ea diuidendo cum dictis suis cõsortibus: qui ẽt tenuerunt & possiderunt bona, seu partem bonorum d. Carboni obuentam d. Marco, eam fructãdo: Et interim vxorem accepit: & quædam bona emphyteutica sibi renouari fecit, quæ pp canonem non solutum reuersa fuerant ad Ecclesiam, stipulãdo d. bona p se filiis & nepotibus, & post eorum mortem pro filiabus & neptibus. Accidit: postea cum essent guerrę inter Illustrẽ d. Federicum & d. Sigisinundum, ipse Marcus fuit missus a quibusdam ad montem Feretrum: vbi tunc d. Guerræ vigebãt: ibidem captus fuit ab inimicis, Qui volentes eũ exigere impo suerũt sibi taliam, & in carcerem detruserunt: Pro cuius redemptione fuerũt vendita nonnulla eius bona, & quodammodo maior pars suorum bonorũ. Deinde ipse Marcus maior 50. annis carens filiis, & sine liberis uenit ad mortem, & suũ condidit testamentum, in quo hæredẽ instituit Mõtaninam suam uxorẽ in omnibus suis bonis pleno iure, in eius uita tantũ, donec ipsa Montanina uitam uidualem honestam, & castã seruauerit, & ĩ domo d. testatoris habitauerit: Et post eiusdẽ Montaninæ mortẽ aut si ipsa Montanina se remaritauerit, reliquit eidem solummodo Florenos 300. qui fuerũt dotes do. Franciscæ quondam auiæ ipsius testatoris, de quibus in testõ d. Carboni fit mentio. Et in residuo suorum bonorũ substituit Bartho. & Nico. eius nepotes &c. Demũ decessit, relicta d. Montanina hærede vt supra dictum est, quæ eius hæreditatem adiuit. Sed nunc ipso mortuo reuocatur in dubium sup eius bonis & testõ de pluribus. Et primo, vtrum stantibus dictis testamentis, & donatione ex dictis bonis, cum d. Marcus decesserit maior 50. annis & sine liberis, nullis aliis d. Barth. masculis stãtibus, testari potuerit saltem de legitima sibi debita iure naturæ, & de bonis emphyteuticis sibi Marco renouatis, & concessis propter canonem non solutum, & pacta non seruata. Secũdo an d. Marcus post 25. annum poterit alienare dictis bonis: siue partem bonorum prędictorum, absque qđ per alios substitutos & consortes possit fieri retentio aliqua, siue compensatio super dictis bonis sibi debitis pro legitima ut supra. attento etiam, quod maior pars bonorum uẽditorum per ipsũ Marcũ fuerunt uendita pro redemptione ipsius Marci captiui tempore guerrarum inter magnificum dom. Fede. & dominum Sigismundum & an per uerba testamenti d. Honesti uideatur concessa licentia, uendẽdi post dictum 25. annum. Tertio, quia d. Marco, debebatur dimidia quorumcunque bonorum dictorum Carboni & Honesti, & dicti consortes d. Marci dicta bona tenuerũt & possiderunt, absque eo, quod d. Marcus dimidiã dictorum bonorum prędictam habuerit, an d. Montanina fructus dimidię dictorum bonorum, ut hæres d. Marci, petere possit. Quarto & ultimo, utrum d. Honestus fuerit obligatus dum uixit reseruare fructus dictorum bonorum d. Bartho. sibi Honesto donatorũ pro dictis filiis dicti Bartholomæi, & sic pro d. Marco.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis facta per filiumfamilias in potestate patris constitutum filijs suis, eius patre stipulante, & pro eis recipiente, utrum ualeat.*

2 *Substitutio facta per donantem donatario in donatione causa mortis, utrum ualeat, maxime quando interuenit donatarij promissio de restituẽdo substituto. Et quid si fiat per uiam fideicommissi.*

3 *Testari non potens, non potest etiam substituere per uiã fideicommissi, etiam in donatione causa mortis.*

4 *Testari, & disponere quilibet libere põt de bonis suis.*

5 *Decedens cum nepote ex filio, non dicitur decedere sine filijs ex suo corpore descendentibus, cum nepos dicatur ex suo corpore natus: unde facit deficere conditionem substitutionis, si sine filijs decedat.*

6 *Substitutioni locus est, cum superest persona, quæ uerisimiliter, ex præsumpta mente, & affectione testatoris excludere debet substitutum.*

7 *Donata grauato in restitutione fideicõmissi non ueniũt, nec ab eo aliunde quæsita: nec legitima sibi debita.*

8 *Fructus percepti in Trebellianica computantur, quando grauatus non est de liberis primi gradus, & quatenus deficit, detrahit de fideicommisso.*

9 *Trebellianica non censetur detrahi prohibita, si testator per fideicommissum substituat in omnibus bonis.*

10 *Emphyteutica bona propter generationem emphyteutæ finitam ad dominum reuertuntur: & ultimus generis de eis testari non potest.*

11 *Prohibitus alienare quousque peruenerit ad legitimam ætatem anno. 25. utrum post 25. annum alienare possit.*

12 *Grauatus de restituendo, potest bona fideicommissi pro eius redemptione ab hostibus, alienare in præiudicium substitutorũ. Idẽ & pro dote, & donatione propter nuptias, nisi eius legitima: & propria eius bona sufficiãt: & talia alienata in legitimã computantur. Et si legitimã transcẽdãt, ipsius hæres ea restituere nõ tenebitur, nisi de suo tãtũ habeat, quod satisfacere possit, cũ de eo*

satisfacere debeat, sicut de legitima, eadem ratione.

13 *Missus ad bellum, si capiatur, & pro eius redemptione pecuniam exsolvat, an contra mittentem regressum habeat per recuperationem pecuniæ solutæ.*

14 *Hæres hæredis potest a cohærede partem hæreditatis ad suum authorem spectantis petere una cum fructibus: cui pro fructibus, si extent, datur rei uendicatio: si uero sint consumpti, condictio sine causa.*

15 *Ignorantia in facto proprio non est tolerabilis.*

16 *Auus, qui tanquam legitimus administrator bonorum aduentitiorum nepotis in sua potestate existentis fructus eis percepit, ipsos lucratur, nec eos nepoti reseruare tenetur.*

CONSILIVM LVIII.

In nomine domini, Amen.

Cum uiso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, de pluribus quæratur. Ad quolibet respondendum est. Et primo ad primum quod est, vtrum stantibus dictis testamentis, & donatione de dictis bonis, cum dictus Marcus maior, l. annis decesserit sine liberis, nullis aliis filiis d. Bartholo. masculis stantibus, testari potuerit saltem de legitima debita sibi iure naturæ, & de bonis emphiteuticis sibi Marcone nouatis & concessis propter canonem non solutum, & pacta non seruata. Circa quod plura sunt uidenda pro huius primi quæsiti declaratione. Et primo de bonis relictis per dictum Carbonum dicto Barth. patri dicti Marci: Et cum ipse Bat. † decesserit superstitibus nonnullis filiis, non fuit locus substitutioni factæ in testamento d. Carbonis substituentis dictum Honestum d. Barth. si decesserit sine filiis: & si ambo decesserint sine filiis substituendo d. Pilingocium, & alios supradictos suos consortes. ea quo decessit dictus Bartho. cum filiis: unde non euenit conditio substitutionis: ptoptet quod non fuit locus dictis substitutionibus, prout habetur ff. de uerbo. signifi. l. cedere diem. & enim non sit locus dictis substitutionibus, potuit dictus Barth. disponere de parte & bonis eidem relictis per d. Carbonum in suo testamento, sicut & de aliis suis propriis bonis si qua habebat. C. manda. l. in re mandata. Et cum ipse Batho. postea dispofuerit de bonis suis, donando causa mortis d. Honesto eius patri stipulanti & recipienti pro d. Archangela filia d. Bartho. ipso patre ita stipulante & recipiente, & sic consentiente, valuit talis donatio ita facta. ff. de dona. causa mortis. l. tam is. §. filiusfamilias. & prout not. in c. licet de sepul. in 6. Quod & similiter locum habet in donatione causa mortis facta de residuo bonorum d. Honosto eius patri stipulanti & recipienti pro dictis Gui. Hieto. Már. & Philip. filiis dicti donatoris per d. §. filiusfamilias. & in hoc non uidetur cadere dubitatio per no. in d. iuribus. Sed dubitatio cadit † & cadere potest de substitutione facta in dicta donatione causa mortis: an ualuerit & ualeat. Circa quod, & si uideatur prima facie dicendum quod valuerit & valeat, per id quod habetur ff. de leg. 2. in l. ut hæredibus & C. de dona. causa mor. in l. 1. Quod procedit & procedere posset quando interuenisset promissio, ita quòd ille, cui donatur causa mortis, promitteret aduenientе casu substitutionis reddere & restituere ipsi substituto, seu alteri pro ipso, cum tunc valeat ut donatio causa mortis: prout no. in d. l. ut heredibus. & ibi per Bar. in d. l. 1. & prout no. in l. 1. ff. de dona. causa mor. & ibi per Bart. Alias uero non ualeret, nisi per viam fideicommissi, prout no. in d. l. vt hæredibus. & ibi p Bar. & 10. de imo. & in. l. 1. C. de dona. causa mor. & ibi per Cin. & Bal. & in d. l. 1. ff. de dona. causa mor. Tamen cum non ualeat nec valere possit, nisi ut fideicommissum, non valebit in casu prædicto substitutio facta per ipsum filium, cum non interuenerit ipsa promissio, & ipse † per uiam fideicommissi substituere non posit, ex quo non potest testare, prout no. ff. de leg. 1. l. 2. & in d. l. 1. ff. de dona. causa mor. & hoc voluit Bart. ibi. & Cin. & Bald. in d. l. 1. C. de dona. causa mor. Vnde si non ualuit nec valet talis substitutio ita facta ipsa bona remanserunt & remanent apud ipsos quatuor filios d. Bart. quibus donata fuerint dicta bona. ff. ex quib. cau. maio. l. nec vtilem. & cum remanserit apud dictos filios dicti Bartho. & ipsi postea Gui. Hieto. & Philip. decesserint superstite d. Honesto eorum patruo & d. Marco fratre vtrinque coniuncto, ipsi successerunt, uidelicet d. Hone. pro medietate, pro alia medietate successit d. Marcus. C. ad Tertu. authen. defuncto. Vnde potuit d. Marcus testamento postea disponere nõ solum de parte sibi donata per d. Bartho. eius patrem: sed etiam de medietate sibi tangente de bonis donatis fratribus ipsius, cum † quilibet testari & disponere potsit de bonis suis. ut d. l. in re mã data. De alia uero medietate tãgente d. Honesto eius auo, prout ipse Hone. libere disponeret sicut & de aliis suis bonis. ut dicta l. in re mandata. & ff. de reg. iur. l. id quod nostrum. Et cum postea decesserit dictus Honest. superstite d. Marco eius nepote, non fuit similiter locus substitutioni factæ in testamento d. Carboni, uidelicet, substituentis dictis Honesto & Bartholo. hæredibus institutis, in casu quo ambo decesserint sine filiis ex se natis Pilingociũ, ser Ioa. & Anto. eius nepotes carnales: & filios quondam ser Neri fratris carnalis dicti testatoris, & hæredes dictorum Pilingocii, ser Ioannis, & Antonii, & cuiuslibet ipsorum, supra nominatis suis hæredibus & c. duplici ratione. Et primo quia non solum dictus Bartholomæus non decessit absque filiis legitimis & naturalibus ea suo corpore descendentibus, cum decesserit superstitibus sibi dictis suis filiis masculis, sed etiam d. Honestus † non decessit sine filiis de suo corpore descendentibus, ex quo decessit superstite d. Marco eius nepote, cum dicatur ex suo corpore natus, prout noluit formaliter Bal. in l. 1. C. de condic. insertis. Vnde cũ defecerit conditio in persona utriusque ipsorum uidelicet Bartolomæi, & Honesti, non fuit locus dictæ substitutioni, prout no. ff. ad Treb. l. hæredes mei. §. cum ita. & in d. l. 2. C. de condi. insertis. Quod ea alia ratione deducitur, quia & si d. Honestus decessisset sine filiis, ea suo corpore descendentibus, tamen ambo non decesserunt sine filiis ea eorum corpore descendentibus, ex quo ipse Bar. decessit superstitibus dictis filiis, & superest perona, uidericet, Marcus, qui verisimiliter excluderet substitutum, quo casu non est locus ipsi substitutioni,

prout,

prout, communiter tenetur, secundum quòd no.in d.§. cum ita. & l. pe. C. de impube. & aliis substitu. Vnde potuit d.Honestus disponere & testari non solum de bonis sibi obuentis ex persona dictorum suorum nepotum. & filiorum d.Bartholomæi, & sic de medietate bonorum dictorum trium nepotum sibi tangente, vt supra: sed etiam de bonis de eidem obuentis ex testamento d. Carboni. Imo & de quibuscunque aliis bonis ad ipsum spectantibus. Et cum ipse Honestus testando instituerit hæredem d. Marcũ ipse Marcus eidem successit in quibuscunque bonis, ad ipsum Honestum spectantibus.ff. de acqui.hære. l.quandiu. Et cum postea decesserit d.Marcus sine filiis legitimis & naturalibus, fuit locus substitutioni factæ in testamento d. Honesti substituentis eidem Marco in omnibus eius bonis supradictos consortes & eorum hæredes, ex quo decessit sine filiis.& testando instituit hæredem do.Montaninam eius vxorem pleno iure in uita tantum dictæ do. Montaninæ donec ipsa Montanina vitam vidualem, honestam, & castam & seruauerit, & in domo ipsius testatoris habitauerit, & post ipsius Montaninæ mortem, aut si ipsa Montanina se remaritauerit, reliquit ei solummodo Florenos trecentos, qui fuerunt dotes dominæ Frã. quondam auiæ ipsius testatoris, de quibus in testamento d. Carboni fit mentio, & in residuo suorum bonorum substituit Bartholomæum, & Nicolaum suos nepotes &c.& ad præsens reuocetur in dubium an potuerit ita testari, & de quibus bonis. Et circa hoc dicendum est, quòd ipse Marcus potuit testari, primo de bonis sibi donatis per d. Bartholomæum eius patrem: imo & etiam de medietate sibi tangente de bonis dictorum trium fratrum, adeo † quòd in

7 cessitutione fideicommissi non veniunt, prout no. ff. de vul.& pupil.l.cohæredi.§.cum fillæ. prout & de aliis bonis per eum acquisitis, vt ibi no. & in l. eam quam.C. de fideicommissis. & non solum de prædictis potuit testari: sed etiam de legitima sibi tangente de bonis Honesti eius aui, quæ est medietas tertiæ partis, ex quo ipse decessit superstitibus d.Marco eius nepote, & d. Archangela eius nepte ex dicto Bar. vnde legitima est tertia pars bonorum ipsius Honesti, diuidenda inter dictum Marcum & dictam Archangelam. C. de inoffi.test. authen. nouissima, & in corpore vnde sumitur. vnde de ipsa legitima potuit testari, adeo quòd eius hæres eam detrahet & detrahere poterit, pront habetur in c.Rainutius & c.Rainaldus. de testi. De Trebellianica vero non potuit

8 testari, cum † in ea computentur fructus percepti, ex quo dictus Mar.nõ est de liberis primi gradus, prout not.C. ad Trebel. in l.iubemus.& hoc, si tenendo & possidẽdo post mortem ipsius Honesti, percepit tot fructus, quot sufficiant pro ipsa Trebellicana: alias detrahet quatenus deficit: quantumcunque substituti sint in omnibus bonis, cum † per hæc verba non

9 videatur prohibita ipsa Trebellianica, prout voluit d. Angelus.in authen.sed cum testator.C.ad l.Fal.& in authen.de hæredi.&fal.§.si vero.& in l. 2.§.ad filiorum.C.quando & qui.pars debetur lib.10.maxime per id quòd habetur ff. ad Trebell. l. si totam & C.de fideicom.l.cum virum. Quod & videtur tenere etiam do. Ludo. Ponta.in anth. similiter. C.ad l. fal. dicens Pan.de Cast. ita consuluisse. Quod & uidetur tenẽdũ, quicquid dixerit Bar. in l.centurio.ff.de vul. & pu.& Bal.in l.precibus. C.de impu.& aliis substi. super quo alitec non insisto, cum non expediat, maxime attento & cõsiderato, quòd dictus Marcus perceperit, vt puto, tot fructus qui sufficiunt pro ipsa Trebellianica: vnde de ipsa Trebellianica non potuit disponere, nec etiam de bonis emphiteuticis, quantuncunque dicta bona fuerint renouata in persona d.Marci. cum fuerint renouata & eidem cõcessa pro se filiis & nepotibus, & post eorum mortem pro filiabus & nepotibus vsque in tertiam generationem. vnde cũ ipse decesserit absque filiis & filiabus,

10 nepotibus, & neptibus talia † bona emphiteutica reuersa fuerunt ad ecclesiam propter generationem finitam, unde de eis disponere non potuit nec potest, pront habetur C.de iure emphi.l. 2.& l. fi.& in cap. potuit de loca.& hæc circa primum quæsitum. Circa secundum uero quæsitum, quòd est, an d. Marcus post 25. annum potuerit alienare de dictis bonis, siue parte bonorum prædictorum. absque quòd per alios substitutos, & consortes possit fieri retentio aliqua, siue cõpẽsatio, super & de dictis bonis sibi debitis pro legitima, ut supra: attento etiam quòd maior pars bonorum uenditorum per ipsum Marcum fuerunt uendita pro redẽptione ipsius Marci captiui tẽpore guerrarum inter magnificum d. Fede. & d. Sigismondum. Et an per uerba testamenti d. Honesti uideatur concessa licentia uendẽdi post dictum 25. annum: Duo uidenda sunt. Et primo, an d. Marcus potuerit dicta bona d.Honesti alienare, non ob. pro-

11 hibitione in dicto testamento facta. Et circa † hoc dicendum est, quòd ipse potuit dicta bona alienare, nõ ob. dicta prohibitione, ex quo tempore alienationis erat maior 25. annis. prohibitum enim ad tempus uidetur post tempus promissum. ff. de postulan. l. Imperator.& ff.de indi.l.cum Prætor.& prout no.in c. nonne. de præsump.unde non ob. dicta prohibitione, potuit d.Marcus dicta bona alienare, seu eorum partem. Secundo uidendum est an d. Marcus potuerit dicta bona alienare in præiudicium dictorũ substitutorum, ita quod dicta do.Montanina non teneatur restituere, nec in legitima compũtare. Et circa

12 hoc † dicendum est, quod d. Marcus potuit dicta bona alienare, quantumcunque fuerit de restituendo grauatus, cum ipse captus ab hostibus potuerit ipsa bona alienare, adeo quòd ipse uel eius hæres non tenetur ipsis substitutis restituere, cum possit ipsa bona alienare ex dicta causa, put & pro dote, uel pro donatione propter nuptias, put & tenuit Bar.& ẽt Bal. in auth.res quæ.C.communia de leg.per id quòd habetur ff.so.ma.in l. quamuis & in l.ideo.& ut plenius no.in d.auth. res quæ: Sed licet potuerit alienare in præiudicium substitutorum, tamen hoc est uerum, nisi eius legitima, uel alia bona sufficiant, cum tunc de ipsis redimere se debeat, prout not. in d.auth.res quæ. ibi: si portio legitima non sufficit. Vnde talia bona alienata imputanda sunt in ipsa legitima, adhoc quòd no.ff.ad Trebel. in l. Marcellus.§.res quæ. Imo.& si legitimam transcendant non tenebitur ea restituere ipsius hæres. ut d. authen. res quæ. Quod uerum intelligo nisi de suo tantum haberet, qnod posset satisfacere, cum de eo satisfacere debeat, sicut de legitima eadem ratione, ad hoc quod no. ff. de

13 de neg.gest.l.nã & Serulus.quod maxime † procedit quando ipse Marcus,& post eius mortem eius hæres habuisset, & haberet regressum contra ipsos mittentes, seu mandantes ipsum Marcum ad ipsum Montem Fetentrum iuxta no. in c.sicut, de iureiur. per Inno. Io. An. & alios Doc. Circa tertium.quod est, quia d. Marco debebatur dimidia quorumcũq; bonorũ dictorũ Carboni & Honesti d. cõsortes d.Mar.dicta bona tenuerunt & possiderunt absque eo quòd d.Marcus dimidiam dictorum bonorum prædictam habuerit, an ipsa Montanina fructus dimidiæ dictorum bonorum,vt hæres d.Marci petere posit. Et di-
14 cendum est quòd d.Monanina † vt hæres d. Marci prædictos fructus potuit & potest, non solum si extant,cum & tunc petere potuerit & possit rei vendicatione,sed etiam si sint consumpti,cum & tunc petere potuerit & posit conditione sine causa. & hoc si fuerunt in mala fide, prout voluit gl.ff.de rei ven. l.& ex diuerso. & Bart. ibi in eius repetitione.Censentur autem fuisse in mala fide, si sciuerunt ad d. Marcum dicta bona spectare.C. de rei ven.l.si fundũ &.C.vnde vi.l.si.& vt ibi not.& in c.fin.de præscrip. præsumitur autem sciuisse fuisse de bonis d. Marci,si cum eo diuiserunt,& partem ipsius retinuerunt.ff.ad Velleia.l.quanquam.& de rescrip. c.ab ex
15 communicato.in facto † enim proprio non cadit tolerabilis ignorantia, vt in d.iu.& præcipue, quia fuerunt & sunt consortes & consanguinei,prout not.ff. vnde cogna.l. Octaui. & C.de in inte.restit. mino.l. de tutela.& hæc circa tertium.Circa quartum & vltimum,quod est vtrum d.Hone.fuerit obligatus,dũ vixit,reseruare fructus dictorum bonorum.d.Barto, sibi Hone.donatorum.pro dictis filiis dicti Barto.& sic etiam pro d.Marco eius nepote, dicendum est quod d.Hone.auus d. Marci non tenetur reseruare dictos
16 fructus:nam † cum fuerit auus & legitimus administrator,ipse ipsos fructus lucratus,ex quo d.Mar.erat in eius potestate.C.de bo.mater.l.1.& C.de bo. quæ lib.l. cum oportet & l. nõ solum. Vnde cum ipsos lucretur,non tenetur pro ipso Mar,reseruare:sed de ipsis fructibus ad libitum disponere potuit,& prout sibi placuit,prout no.C.mand.l.in re mandata & ff.de reg. iur.l. id quod nostrum &c.Domi.Ben.

THEMA CONSILII XCIII.

Punctus. Domina Vanna olim vxor Ioannis Carbonitij, habens ex dicto Ioanne vnicam filiam nomine Iacobam nuptã & maritatam cuidam Marino Petri,condidit suum & ultimum solenne testamentum:& in eo in omnibus suis bonis post certa legata suos heredes instituit dictũ Ioãnem eius virum & dictam Iacobam eius vnicam filiam legitimam & naturalem: Addendo,quòd si dictus Ioannes decederet ante dictam do.Iacobã, ipsam eidẽ decedenti substituit:& quod interim ante dictus Ioannes non possit aliquid vendere vel alienare de dictis bonis.Et deinde d.Vanna decessit relictis prædictis,qui eius hæreditatem adiuerunt, tenuerunt, & possederunt. Post cuius Vannæ mortem dictus Ioan. transiuit ad secundas nuptias, aliam vxorem accipiendo: ex qua plures filios procreauit & habuit. Deinde dictus Ioannes alienauit & vendidit de dictis bonis hæreditarijs d. Vannæ unum fundum inscia & irrequisita d. Iacoba eius filia & cohærede, cuidam Iordano, qui postea alteri reuendidit dictum fundũ. post hæc autem dictus Ioannes decessit relictis d.do.Iaco.eius filia ex prima vxore,& dictis alijs filijs ex secunda uxore hæredib. cuius hæreditatẽ d. do.Iac. renunciauit & eius hered.noluit, dict. alijs eam acceptantib. & aduẽtibus: Quo mortuo d. Iac.petit ab eius filijs, & hæredibus restitutionem bonorum. d.Vannæ peruentorum ad Ioannem eius cohæredem: qui antequam restituant volunt detrahere Trebellianicam, petendo etiam dictum fundum,alienatum & uenditum per d.Ioann.contra ipsum emptorem detinentem dictũ fundum dicẽdo dictam venditionem non valere nec tenere in sui præiudicium, cum dictus Ioannes non potuerit ipsum fundum,in quo d.Iacoba,seu eius maritus seminauerunt bladum: cum cultiuando & laborando:& cultores & messores ad metendum & colligendum dictos fructus miserunt, quos dictus emptor accusauit, & ẽt accusauit dictũ maritũ intrantẽ & accedẽtẽ ad dictũ fundũ dicendo dictũ fundũ ad se spectare,& ĩ possessione esse:& ipsam do.Iacobã a possessione eiusdẽ decidisse, ex quo renũciauit hæreditati paternæ. Et mõ,quia dictus emptor molestat dict.Iacobam, petẽdo dictũ fundũ vigore ipsius emptionis sibi factæ per d. Ioãnem, vt supra dictum est.Iccirco d.Iacoba, dubitãs quid iuris sit in hoc casu,petit sibi super his consuli, & cõsilium dari,videlicet.Et primo , vtrum dicta venditio & alienatio valuerit & ualeat de iure de dicta re, seu fundo in præiudicium dictę do. Iacobæ. Secundo,an dicta do.Iacoba cohæres & substituta possit se tueri ab ipso emptore.Tertio, vtrum filij dicti Ioannis ex secunda vxore possint detrahere Trebellianicam,vel Falcidiam de dictis bonis, prẽsupposito quòd dictus Ioannes tenuerit dicta bona p decẽ annos,uel circa.Quarto, an dictus Marinus & dic. Colbni potuerint & possint se tueri a dictis accusationib us, ex quo d. do. Iacoba non cecidit a possessione,licet renunciauerit hæreditati dicti Ioannis.

SVM-

SVMMARIVM

1 *Grauatus de restituendo, si rem restitutioni subiectam, ignoranter alienet ignoranti, alienatio valet, secus si sciens distrahat.*

2 *Grauatus de restituendo post mortem, interim est dominus, & potest de ipsa re, cuius est dominus disponere.*

3 *Prohibitio alienationis sine causa facta non valeat, nec per eam impeditur alienatio.*

4 *Hæres institutus in vita, & post mortem alteri restituere grauatus, & interim alienare prohibitus, vtrum possit aliquid de rebus hæreditarijs vendere, & sic vẽdat, an venditio renunciari possit: & substitutus aduersus emptorem se tueri possit.*

5 *Coniuncta persona præsumitur habere notitiam testamẽti a testatore coniuncto facti, & contentorem in eo, & maxime quando ipsa persona coniuncta non est de suis, sed de extraneis.*

6 *Alienatio bonorũ per testatorẽ ita prohiberi põt quoad modũ & per legẽ, cũ eius dispositio pro lege habetur.*

7 *Maritus transiens ad secunda vota ammittit proprietatem bonorũ sibi per primã vxorem relictorũ, & filijs primi matrimonij reseruatur, & eorũ vsumfructũ tantũ consequetur, quẽ etiã amittit, si quicquam ex dictis bonis alienet, tunc.n. vsusfructus ad proprietatẽ redit.*

8 *Alienatio rei expresse per testatorem prohibitæ alienari, & restitutioni subiectæ, non valeat, etiam si fuerit facta ignoranter & ignoranti.*

9 *Filij secundi matrimonij vtrum ex persona eorum patris per vxorem instituti, & grauati restituere hæreditatem filio primi matrimonij, alienatione penitus interdicta, qui per trãsitũ ad secunda uota rerum sibi relicta rum proprietate, & ob earum etiam alienationem sciẽter factam etiam vsufructu priuatus fuerat, possint post eius mortem ex rebus restituendis falcidiam, & Trebellianicam detrahere.*

10 *Fructus percepti in Trebellianica computantur: & si Trebellianicam supplent, amplius non est detrahendũ.*

11 *Emptor rei ex fideicommisso restitutioni subiectæ, an possit illum ad quem dictæ res spectant, accusare de furto, de damno dato, vel de possessione turbata, si is iure suo dictas res possideat: & an accusare possit colonos et operarios ad fruges colligendas a prædicto immissos.*

12 *Possidere quis rem præsumitur titulo, qui sibi magis vtilis est.*

13 *Maritus iure familiaritatis cẽsetur possidere bona uxoris paraphernalia.*

14 *Seminare & laborare qui fecit agrũ, licet legitimus possessor nõ sit, recolligere fructus & fruges ibi natas põt.*

CONSILIVM XCIII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato puncto.& contentis in eo, de pluribus quæratur, ad quodlibet respondendum est. Et primo ad primum, & secundum, quod est vtrum dicta venditio & alienatio valuerit & valeat de iure de dicta re seu fundo in præiudicium dictæ do. Iacobæ. Et vtrum d. Iacoba cohæres & substituta, pos sit se tueri a dicto emptore. Circa quæ videtur prima facie dicendum, quod dicta venditio seu alienatio valuerit & valeat, etiam in præiudiciũ dictæ do. Iacobæ adeo quòd ex ea se tueri nõ possit.

1 Et primo, quia † grauatus de restituendo, si vendat & alienet ignoranter & ignoranti, valet & tenet ipsa venditio & alienatio quantumcunque res sit subiecta restitutioni, prout habetur. ff. de leg. 2. l. fi. §. fina. Quod & secundo videtur deduci ex alio, quia

2 † grauatus de restituendo post mortem, interim est dominus, prout habetur C. communia de lega. l. 1. in fine & ff. de fur. l. a Titio. vnde potuit & potest de ipsa re, de qua est dominus disponere. C. mand. l. in te mandata. Ad idem & tertio facit, quia quantumcunque ipse Ioannes institutus hæres, fuerit prohibitus alienare, nihilominus potuit

3 alienare & vendere, cum talis † prohibitio alienationis emanauerit non respectu certæ personæ, sed simpliciter, & sic absque causa, vnde non impedit ipsam alienationem. ff. de leg. 1. l. filiusfamilias. §. diui. & ut ibi not. Per quæ uidetur quod dictus Ioannes potuerit dictam rem, seu fundum alienare & uendere, & quod dicta alienatio valuerit & ualeat etiam in præiudicium dictæ dominæ Iacobæ. Sed in non obstantibus, contrarium de iure dicen-

4 dum est, vt videlicet † dictus Ioannes non potuerit dictam rem seu fundum uendere & alienare, & non ditio & alienatio per eum facta non ualuerit nec ualet, maxime in præiudicium dictæ dominæ Iacobæ: adeo quod ipsa domina Iacoba in possessione existens tueri se poterit, non solum contra dictum primum emptorem: sed etiam contra secundum emptorem, ut ex pluribus deducitur: Et primo, quia cũ dictus fundus seu res fuerit d. do. Vannæ, & in eius hæreditate remanserit, & ipsa instituerit hæredes dictos Ioannem, & Iacobam eius filiam, non pertinuit nec spectauit dictus fundus ad dictum Ioãnem nisi pro medietate. ff. de acquir. poss. l. cum hæredes. & d. l. 1. in fin. C. communia de legat. unde non potuit medietatem spectantem ad dictam dominam Iacobam uendere, & alienare in præiudicium dictæ dominæ Iacobæ, & alienatio per ipsum facta de medietate spectante ad dictam dominam Iacobam nõ valuit nec valet in præiudicium dictæ dominæ Iacobæ. ff. de contrahend. emptio. l. rem alienam, quod & secundo demonstratur alia ratione, vt videlicet dictus Ioannes non potuerit alienare nec uendere, non solum medietatem spectantem ad dictam dominam Iacobam: sed nec etiam aliam medietatẽ spectantem ad ipsum, cum fuerit subiecta restitutioni: fuit enim institutus dictus Ioan. & dicta domina Iacoba sub conditione, videlicet, si dictus Ioãnes eius maritus decesserit ante dictam dominam Iacobam, ipsa eidem decedenti fuit substituta. unde cum decesserit dictus Ioãnes superstite ipsa Iacoba, eidem fuit restituenda uigore dictæ substitutionis, dictus fundus seu eius medietas spectans ad dictum Ioannem, in tantum, quod per eum alienari non potuit, & alienatio per eum facta non ualuit nec valet. C. communia. de leg. l. fi. §. sin autem auaritiæ. & §. em-

5 ptor & maxime, cum † ipse fuerit sciens de dicto testamento, prout esse præsumitur, ex quo erat coniuncta persona. ff. unde cognati. l. Octaul: & etiam quia nõ erat de suis, sed de extraneis: propter quod præsumitur de ipso testamento notitiam habuisse, & de

& de fideicommisso in d. testamento descripto, cũ aliæ non successisset, nec dicta bona vt hæres detinere potuisset, prout patet ex notatis per Bar. ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. duo fratres versi. tertio quæro. vnde cum fuerit sciens de d. testamento, & eius fideicommisso: non potuit alienare & vendere, & alienatio & venditio per eum facta nõ valuit nec valet in præiudicium d. Iacobæ cohæredis, & substitutæ, prout patet in dictis iuribus. Ad idem & tertio facit, quia ipsa testatrix, non solum substituit d. Ioanni d. do. Iacobam, sed etiam prohibuit eidem, vt interim non venderet nec alienaret aliquid de bonis prædictis, disponendo taliter videlicet, vt interim non posset dictus Io. vendere nec alienare de ipsis bonis. Vnde non potuit vendere & alienare, cum talis prohibitio alienationis emanauerit non simpliciter sed respectu ipsius do. Iacobæ cohæredis, & substitutæ. Propter quod non potuit vendere & alienare, prout habetur in d. l. filius familias. §. diui. & ibi plenius per Bar. & in l. vxorem. §. hæres. ff. de leg. 3. ipsa † enim testatrix impedire potest alienationem, prout & lex, cum pro lege habeatur eius dispositio, in aut. de nupt. §. disponat. & vt plenius not. per Inno. & Ioan. Andr. in c. Rainaldus de testa. Ita quod attentis prædictis non potuit d. Ioannes dictum fundum alienare. Quod & quarto demonstratur, nam † cum d. Ioan. post mortem vxoris prædictæ acceperit aliam vxorem, ex qua filios habuit ipse perdidit proprietatem bonorum sibi relictorum per dictam primam vxorem superuiuente d. do. Iacoba filia primi matrimonij, remanente apud eum vsufructu solummodo: maxime attento iure Authenticorum, prout habetur in aut. de nup. §. si vero expectet. 2. responso. & prout notatur. C. de secund. nup. in l. fœminæ. Vnde alienatio per eum facta non valuit nec valet: imo per talem alienationem vsusfructus rediit ad proprietatem. institu. de vsufruc. §. finitur. prout voluit Bal. in d. l. fœminæ. vbi etiam dicit, quod si esset proprietarius, prout forte erat olim de iure Codi. tunc teneret alienatio p eum facta, donec ipse viuit. ff. de leg. 2. l. peto. §. prædium. Super quo non insisto, cum non expediat, cum communiter teneatur, quod sit vsusfructuarius & non proprietarius per tex. d. §. si vero expectet. Et si fuisset proprietarius ipsa alienatio & vẽditio nõ tenuissent nec tenerent, ex quo mortuus est, cum non teneat nisi quousque viuit. Ita quod per prædicta dici & concludi potest, quod dicta venditio & alienatio per ipsum Io. facta nõ valuerit nec valeat in præiudicium d. do. Iac. proprietariæ & vsusfructuariæ dictorum bonorum d. testatricis etiam eorum, quæ peruenerũt ad dictũ Ioã. per dicta iura: non ob. in contrariũ adductis, cum non ob. Non enim ob. quod & primo in contrariũ adducitur de d. l. fi. §. fi. ff. de leg. 2. inquantũ dicitur ibi, quod alienatio facta de re subiecta restitutioni valuit & valet, si fuit facta ignoranter ignoranti, quia in casu prædicto non fuit facta per ignorantiam: sed per ipsum Ioan. scientem, prout & in dubio præsumitur, vt supra dictum fuit. Vnde non ob. d. ratione. Et etiam alia ratione, quia † d. res non solum subiacet restitutioni: sed etiam fuit p hibita alienari. Imo & quod plus est, non pertinuit ad dictum Io. nisi quo ad vsumfructum, qui finitus fuit & est, Vnde eo finito finitum est ius ipsorum emptorum, ff. de pigno. l. lex vectigali fundo. Propter quod dicta do. Iacoba potest contra ipsos emptores se tueri, vt patet in iuribus prædictis. Nec ob. quod & secundo in contrarium adducitur dicendo, q d. Ioannes fuit dominus pendente conditione, propter quod potuit alienare. Nam ad hoc respondetur, quod non est verum, quod fuerit dominus sed vsusfructuarius, vt supra dictum fuit. Præterea & si fuisset dominus, fuit quousque vixit, sed priuatus fuit propter ipsum transitum ad secunda vota, prout supra dictum fuit. Vnde eo mortuo, rediuit dominium ad ipsam d. Iacobam: propter q non tenuit alienatio, nisi quousque vixit, si dominus fuisset, pp supra dictum fuit. vnde non ob. Nec ob. quod & in contrarium adducitur, de prohibitione alienationis vt fuerit facta simpliciter, & non respectu certæ personæ. Quia non est verum q fuerit facta simpliciter, sed respectu certæ personæ, videlicet ipsius do. Iaco. cohæredis, & substitutæ, prout patet ex no. in d. §. diui & in d. §. hæres. Præterea & si non tenuisset ipsa prohibitio alienationis, nihilominus non potuisset dictus Ioan. alienare, ex quo fuit priuatus proprietate & vsufructu, etiam, propter ipsum transitũ ad secunda vota, vt supra dictum fuit. Vnde non ob. & cum prædicta non obstent, concluditur & concludi potest circa hæc. q dictus Ioannes non potuit vendere nec alienare dictam rem seu fundum, & venditio & alienatio p ipsum facta nõ valuit nec valet in præiudicium d. d. Iacobæ: Vnde ipsa in possessione existens tueri se poterit contra ipsos emptores. & hæc circa primum, & secundum quæsitum. Circa tertium qđ est, vtrum filij dicti Ioan. dictæ secũdæ vxoris possint detrahere Trebellianicam seu Falcidiam. Et circa hoc dicendum est, † quod licet regulariter grauatus de restituendo hæreditatem, vel partem ipsius hæreditatis, detrahat & detrahere possit Trebellianicam, prout no. ff. & C. ad Treb. Nihilominus dicti filii dicti Ioannis detrahere non potuerunt non solum falcidiam, quæ detrahitur de particularibus legatis, prout habetur ff. & C. ad l. Falc. sed etiam nec Trebellianicam duplici ratione. Et primo, quia vt præsupponitur dictus Ioannes percepit tot fructus ex dicta hæreditate, qui ascendit ad ipsam Trebellianicam, cum detinuerit eam p decem annos vel circa, vnde † ipsi fructus computantur in ipsa Trebellianica, adeo quod si ascendunt ad ipsam Trebellianicam amplius non est detrahenda, prout not. ff. ad Trebel. in l. fideicommissariam, & ibi per Bar. & C. eo. titu. in l. iubemus. & ibi per Bar. & Bal. Ita quòd dicta ratione non potuerunt detrahere ipsam Trebellianicã. Quod & ostenditur ex alia ratione, quia eo ipso q d. Ioannes contraxit secundum matrimonium, perdidit proprietatem de omnibus bonis eidem relictis per dictam testatricem, remanente apud ipsum vsufructu, quem perdidit ipso alienante & moriente. vt d. §. si vero expectet. & prout not. in d. l. fœminæ. & insti. de vsufru. §. finitur. vnde cum

finitus

functus sit: vsufructus eo mortuo, non potuerunt eius filij de ipsis bonis & eorũ vsufructu aliquid retinere pro aliqua Trebell:anica, ex quo ius habebat dictus Ioann. in dictis bonis & vsufructu est perditum & extinctũ, ad hoc d. l. lex vectigali &c. quod autem. de iure patronatus. & hæc circa tertium quæsitum. Circa quartũ, quod est an d. Marinus & dicti coloni potuerint & possint se tueri a dictis accusationibus, ex quo d. do. Iacoba non cecidit a possessione, licet renuntiauerit hæreditatem
11 d. Ioan. dicendum est quod † quantumcunq; ipsa renuntiauerit hæreditatem d. Ioan. prout & caute fecit, cum alia non potuisset nec posset impugnare venditionem per ipsum Ioannem factam pro rata, pro qua esset hæres, prout habetur. ff. de euic. l. vendicantem & C. de iure delibe. l. fi. §. in computione. Tamen ex hoc quòd renunciauit, non desiit possidere, nec ab ipsa possessione destitit, imo & possedit & possidet, nam ex ipsa possessione videtur renuntiare, & recedere ab ipsa renunciatione, prout & recedere potuit & potest, secũdum quod not. C. de repud. hæredi. l. fi. cum possidere potuerit & possit dictum fundum, etiam si non hæres, ex quo ad ipsam dictus fundus pertinuit & pertinet ex substitutione facta. Imo & etiã ex eo, quia ad ipsam pertinuit & pertinet proprietas & vsufructus post mortem dicti Ioan. propter transitũ ad secũda vota, prout supra dictum fuit. Vnde potuit & potest possidere ex iure suo, & non vt hæ-
12 res, & ita † possidere præsumitur, ex quo vtilis sibi est. ff. de acqui. hæred. l. gerit. & ibi per Bart. in 5. col. vbi plenius de hoc. Vnde cum ipsa possederit & possideat ex proprio iure, & non vt hæres, non potuit nec potest ipsa & d. Marinus eius vir accu-
13 sari per dictum emptorem, cum † ipse vir iure familiaritatis censeatur possidede. ff. de acquir. pos. l. qui iure familiaritatis. & etiã procurator ipsius, si ad hoc habebat mandatum; Vnde nõ potuit nec ipsa nec eius maritus accusari de furto cum in hoc furtum non cadat, iuxta notata. ff. de fur. per totũ. Nec etiam de damno dato dicto emptori, cum dãnum non dederit eidem, ex quo dictus fundus ad eum non pertinuit nec pertinet, nec fuit nec est in possessione. Nec etiam de turbata possessione, cum ipsa & eius maritus non turbauerint, nec turbent ipsum emptorem in possessione: imo potius turbauit & turbat ipse emptor dictam d. Iacobã in possessione, si asserat & affirmet se possidere, & asserendo accedat, iuxta not. ff. vti posside. l. 1. §. hoc autem interdictum. & ff. de vi & vi arma. l. vim facit. & de restitu. spoli. c. audita. Propter quæ poterit ipsa Iacoba & eius maritus se tueri a dicta accusatione. Imo & fortius poterũt se tueri ipsi operarij & laboratores immissi per ipsum Marinum & do. Iacobã ad metendum & colligendũ dictos fructus, cum & ipsi tueri se possint ab ipsa accusatione, etiam si dictus emptor possideret, dũmodo ignoranter accesserint, prout not. ff. de rei vendi. l. in rem. §. tignum. & ibi per gl. & doc. Ita quod tueri se potuerunt ipse Marinus & operarij. Quod &
14 alia ratione demonstratur. Nam † ex quo d. do. Iacoba, seu eius maritus laborauit seu laborari fecit, & seminare, ipsa seu eius maritus recolligere potest & debet dictos fructus: qui enim sentit onus sentire debet commodum, & prout not. in c. cum secundum. de præben. & in c. 1. de sepul. & in regula: qui sentit onus in 6. ad hoc etiã quod not. in d. l. vim facit & ff. de acqui. pos. l. 1. circa principium. & ibi per Bar. &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII XCIIII.

PVNCTVS deficit quia est quædam subscriptio.

SVMMARIVM.

1 *Institutio hæredis vtrum per hæc verba inducatur, Io voglio, che tutti li miei beni mobili, & stabili, & ciò che si truoua del nostro, sia della tal Chiesa. Intãtum, quod primum testamentum, & vltima voluntas prius facta, censeatur reuocata etiam quoad relicta in eis facta.*
2 *Quis non potest decedere cum duobus testamentis.*
3 *Qui omne dicit nihil excludit.*
4 *Testes testamentarij debent esse rogati.*
5 *Testes non requiritur quod sint rogati in testamento, in quo relinquitur ad pias causas, cum tunc cesset omnis solemnitas iuris positiui, & solemnitas iuris gentium sufficiat: & ita communiter tenetur.*
6 *Fratres admittuntur in testes in causa suæ ecclesiæ, tamẽ non uidentur esse undequaque integri testes, ut eis plena fides adhibeatur.*
7 *Testes duo non idonei non sufficiunt in testamento etiam ad pias causas condito.*
8 *Testes de uniuersitate sæculari, deponentes pro ipsa uniuersitate, non sunt integri testes.*
9 *Testes de vniuersitate ecclesiastica pro ipsa uniuersitate sunt integri & idonei testes, cum res d. uniuersitatis minus spectet ad singulos, quã res uniuersitatis sæcularis.*
10 *Testes laici de uniuersitate sæculari, deponentes in causa dictæ uniuersitatis, si alias sint idonei, an etiam dici possint integri testes, maxime quando alij testes haberi non possunt.*
11 *Negligitur, quod communiter possidetur.*

CONSILIVM XCIIII.

In nomine domini, Amen.

Suscripsi me cuidam consilio domini Io. de Montesperello per infrascripta verba videlicet, Iesu Christi nomine repetito, cum per præfatum excellentissimum legum doc. fuerit plenissime dictum & consultum pro dicta Ecclesia sanctæ Mariæ & comprobatum per eximium V. Iur. doc. dominum Bald. de Bartolinis, ita quod nihil quasi dici possit. Nihilominus pro mei satisfactione visis
1 dictis ipsorum testium, hoc idem † dicendum puto videlicet, quòd per dictos testes probatum fuerit & sit de dicta dispositione, & vltima uoluntate, ita & taliter, quod dicta ecclesia seu eius Fratres non censeatur ad legata in priori testamento facta per dictam do. Catherinam, cum dicta uerba per eam prolata dicendo, & cosi uoglio ancora io, & anche uoglio che tutti li miei beni mobili & stabili, & ciò che si troua del nostro, uoglio che sia de S. Maria de serui: trahant ad institutionẽ, adeo quod

quod dicta verba ita prolata per ipsam, prout atte-
stant dicti tres testes ipsa ecclesia videtur instituta
hæres, prout nota. ff. de hære. insti. l. his verbis. & de
testamen. in rap. Raiuutius. & cap. Rainaldus. & in
cap. si pater. cod. titu. in 6. Vnde per dicta verba vi-
detur reuocatum primum testamentum, etiam si de
eo non sit facta mentio. institu. qui. mo. testamen.
3 infir. §. posteriore. Non † enim potest quis decede-
re cum duobus testamentis. ff. de regu. iur. l. ius no-
strum. Et non solum dictum testamentum, & insti-
tutio in eo facta: sed etiam legata, maxime attentis
3 verbis illis, & cio che si trona del nostro. qui † enim
omne dicit nihil excludit. ff. de lega. præstan. l. 1. §.
generaliter. & de maio. & obe. c. solitæ. Vnde cum
censeantur ipsa legata reuocata, non tenebuntur ip
sa ecclesia, & eius Fratres ea præstare. Non ob. in cô-
trariû adductis, cû non ob. prout plenius patet in cô
silio prædicto, in quo ad ea responsum est. Nec
4 ob. si dicatur quod † dicti testes non fuerint ro-
gati, prout requiritur in testamento. ff. de test. l.
hæredes palam. §. in testamentis. Quod videtur pro-
cedere, etiam si testamentum fiat ad pias cau-
sas, prout & tenuit Franciscus de Aretio in quo-
dam suo consilio, & etiam Lapus in alle. 30. Sed
5 certæ hoc non obstat, cum † in talibus relictis ad
ipsas causas, cesset omnis solemnitas iuris positiui,
cum sufficiant solennitas iuris gentium, prout not.
in c. relatum. il. 1. de test. vbi do. Anto. & Ioan. de
Imo. & hoc voluerunt, quod & voluit etiam Bartol.
& Bald. in l. 1. C. de sac. sanct. Eccle. & ita commu-
niter tenetur: vnde cum communiter ita teneatur,
non obstat quod in côtrarium adducitur de dictis te
stibus non rogatis, cum id non requiratur in testa-
mentis ad pias causas vt supra patet. Nec ob. si dica-
6 tur † & si dicti Fratres admittantur in testes in causa
dictæ ecclesiæ prout habetur in c. insuper. & c. cum
nuntius. & c. tuis. de testi. tamen eis non adhibetur
omnino plena fides prout voluit Arche. 14. q. 2. sup
prudentia. vbi sentit quod non sint integri testes:
vnde duo non sufficiunt, prout voluit Bal. in l. in tan-
7 tum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. vnde † non vi-
detur sufficere in ipso testamento etiam ad pias cau
sas: cum non videantur esse idonei, prout, & requi-
ritur, secundum quod habetur in c. cum esses. de te-
stamen. & c. relatum. il 1. eo. tit. Sed certæ hoc non
obstat, cum illud procedat in vniuersitate seculari,
8 & illi † de vniuersitate deponentes pro ipsa vni-
uersitate, non sunt integri testes, cum res vniuersi-
taris secularis plus spectet ad singulos, quam spe-
ctet res ecclesiæ prout not. in c. dilecta. de excess. præ
9 la. unde † aliud est in uniuersitate ecclesiastica, cum
ipsi de vniuersitate ecclesiastica sint, idonei & inte-
gri testes, prout voluit domin. Anton. in d. cap.
cum nuntius. ad hoc etiam quod nota. per Bartol.
10 in l. fina. ff. de colle. illic. Imo † & plus dici potest,
quod etiam in uniuersitate sæculari ipsi laici sunt
integri testes, adeo quod eis plene est credendum,
dummodo alias sit idonei, vt videtur probare text.
in d. cap. super prudentia, eius ratione attenta,
ad hoc d. §. vniuersitas. Non enim est verisimile,
quod peierarent propter iura vniuersitatis seruan-
11 da, cum † soleat negligi quod communiter possidé-
tur. C. quando & quibus quarta pars debetur. l. 2. lib
10. prout voluit dominus Nico. in d. ca. in super
vbi videtur velle quod sufficiant duo testes ex ip-
sa vniuersitate seculari, & fortius quando sunt ex
ipsa vniuersitate ecclesiastica. Quod maxime pro-
cedit, quãdo alii testes haberi non possunt, prout
est in casu prædicto, vt plenius per eum. Vnde in
casu prædicto, cum dicti tres testes deponãt pro
ipsa ecclesia, & eius collegio, probat, adeo quod
eis adhibetur plena fides, integri testes,
& maxime cum alij haberi non possint, prout pa-
tet ex prædictis. Ita quod per hæc dici & concludi
potest, qd per dictos tres testes fuerit plena pro-
bata dicta vltima voluntas, seu dispositio: adeo
quod per eam fuerit & sit reuocatum primum te-
stamentum dictæ domi. Catherinæ, & legata in
eo facta prout patet ex prædictis &c. Dominus
Benedictus.

THEMA CONSILII XCV.

PVnctus: Fuit quidam nomine
Guido, qui habebat tres filias
ex duobus matrimonijs. vnã
ex primo, nomine Franciscam,
quam maritauerat & dotaue-
rat. duas vero ex secundo matrimonio, vide
licet, Vicam, & Sarram ex do. Matthæa sua
secunda vxore: Qui fecit testamentum, & in
quo hæredes instituit dictas duas filias vide
licet, Sarram & Vicam eius filias legitimas
& naturales & pupillas, eas inuicem substi-
tuẽs: & si ambę decesserint, substituit eis do.
Franciscam eius filiam legitimam & natura-
lem filiam ex primo matrimonio, minorem
tamen 25. annorum: in quo testamento nul-
lam fecit mentionem de posthumo nascitu
ro ex d. Matthęa eius vxore, cum esset præ-
gnans: & in fine dicti testamenti apposuit
clausulam codicillarem: quòd si non valet
&c. facto dicto testamento. d. Vica pupilla
decessit antequam moreretur dictus testa-
tor: Deinde mortuus est dictus Guido testa
tor, superstitibus prędictis. Deinde dicta dñ.
Matthęa peperit filium masculum, cui im-
positum fuit nomen, Ioannes: cui dicta Mat
thęa non petiit tutorem, nec eius tutelam
assumpsit, cû ipsa existeret maior 25. annis:
decessitque dictus Ioannes eius filius in pu-
pillari ætate constitutus, superstite sibi dicta
Matthæa matre, & Hyeronimo eius auo ma
terno, uidelicet, patre d. Matth. & do. Fran-
cisca eius sorore ex uno latere tantum, & d.
Sarra sorore vtrinque coniuncta. Vltimo ue
ro loco decessit d. Sarra, superstitibus sibi
d. Matthęę & d. Hieronymo, & d. Frãcisca,
sorore: Quibus sic defunctis disceptatur in
ter superstites de eorum successione, videli
cet, inter d. Franciscam sororem, & d. Mat-
thæam

tharam, sine d. Hieronymum eius patrem, Præsupposito etiam statuto loci signato sub rub. de dotibus& dotatis mulieribus, quod videri poterit, cum vobis mittatur. Nunc autē q̄ritur & dubitatur, quis successerit & succedat in hereditate d. Guidoni.& ad quē deueniat & deuenire debeat & quomodo

SVMMARIVM.

1 *Successioni ab intestato locus non est, quandiu locus est successioni ex testamento.*

2 *Testamentū patris, in quo de posthumo non est facta mētio, si is postea nascatur, eius natiuitate rumpitur, & nullum redditur.*

3 *Successioni ab intestato locus est quando testamentum redditum est nullū, perinde ac si minime factū fuisset.*

4 *Statuto stante, quod filia dotata stantibus masculis non succedat patri, dicitur exclusa, quousque viuit masculus, quo mortuo succedit, ex quo temporaliter censetur exclusa, vnde admittatur cum alia filia non dotata conferendo tamen dotem suam.*

5 *Testamētū quod natiuitate posthumi ruptū est, an valet iure codicillorum virtute clausula codicillaris in eo posita.*

6 *Mater quæ est maior 25. annis, debet infra annū petere tutorem filio suo pupillo, alias ab eius successione excluditur.*

7 *Mater licet excludatur a successione filij ob non petitū tutorem, tamen non priuantur alij venientes ab intestato post ipsam matrem.*

8 *Pater matris exclusæ a successione filij ob non petitum tutorem, an ita priuatus censeatur. sicut & ipsa mater, licet alij venientes ab intestato post ipsam matrem exclusi non dicerentur. & nu. 11.*

9 *Auus maternus in successione neptis præfertur sororis consanguineos.*

10 *Pœna non petiti tutoris videtur imponi existenti primo gradu tantum, & non in sequentibus.*

11 *Mater, & matris pater priuatur successione filij ob non petitum tutorem ab ipsa matre, quod tamen non procedit sine dubio.*

12 *Substitutio pupillaris excludit matrem, & similiter auum maternum.*

13 *Substitutio acta per verba communia, quando adaptari potest verbis, & personis in dubio iudicatur, & iudicari debet directa, quamuis mater sit in medio.*

14 *Substitutio pupillaris per præteritionem pohusthumi, nō annullatur, sed remanet valida, & conseruatur, quando substitutio facta fuit institutio, ita quod testamentum reddatur nullum propter alterius filys præteritionem.*

15 *Minor 25. annis non incidit in pœnam non petiti tutoris si illum infra annum dari non petierit.*

CONSILIVM XCVI.

In nomine domini, Amen.

Cū viso & cōsiderato præfato pūto, quæratur principaliter, quis successerit & succedat in hæreditate d. Guidonis, & quē hæreditas ipsius deueniat, & deuenire debeat, & quomodo. Pro huius quæsiti plenori declaratione, plura vidēda sunt. Et primo, cū d. Guido decesserit cōditio testamento, in quo hæredes instituit Sarrā & Vicam eis legitimas filias ex secundo matrimonio, eas inuicē substituendo. Et si ambe decesserint, substituit do. Franciscā eius filiā legitimā & naturalē ex primo matrimonio, nulla mentione facta de posthumo: Et cū post dictū conditū testamentū habuerit filiū, nomine Ioannē, an valuerit & valeat dictū testamētū, quia 1 † quousque locus est successioni ex testamento non est locus successioni ab intestato. ff. de acqui. hære. l. quādiu & C. cōmunia de successio. l. ante- 2 quā. Et circa hoc primū dicendū est quod tale † testamentū non valuit nec valet, ex eo, quia in dicto testamēto dictus testator nullā mentionē fecit de dicto posthumo. videlicet, de dicto Ioāne postea nato: propter quod tale testamētū eius natiuitate rūpitur, & nullū redditur. ff. de iniusto rupto & irrito testamento. l. 1. & in auth. ex causa. C. de libe. præteri. & in auth. vt cū de appella. cogno. §. aliud 3 quoque capitulū. Vnde † cū dictū testamentū reddatur nullū, locus fuit & est successione ab intestato, perinde ac si non esset factum. vt d. l. 1. & §. aliud quoque capitulū. Ad hoc etiā quod not. in regula non præstat in 6. Adeo quod succedunt & succedere debent dictis eius filii, videlicet, dicti Ioannes, & do. Sarra. C. de suis & legi. auth. in successione. exclusa dicta Vica, ex quo per prius decessit. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. pro secundo. & §. in nouissimo. & exclusa dicta do. Francisca nupta & dotata, propter existentiā dicti Ioannis filij masculi dicti Guidonis, & fratris d. do. Franciscæ, cū ipsa filia dotata a suo patre non successerit nec succedat d. Guidoni, quousque superuixit dictus Ioannes filius dicti Guidonis, prout disponitur in statuto posito sub rubrica: de dotibus & dotatis mulieribus, circa principium. Ipsa enim filia dotata attenta dispositione dicti statuti non successit dicto Guidoni eius patri, quousque vixit di-4 ctus Ioānes eius frater: sed † eo mortuo bene successit & succedit cū d. Sarra eius sorore, ex quo temporaliter excluditur prout voluit Bar. ff. ad Tertu. in l. fi. & Bal. in l. maximū vitiū. C. de libe. præteri. conferendo tamē dotē suā, prout & conferræ tenetur. C. de colla. auth. ex testamento. & prout disponitur in ipso statuto in ver. Saluo. Ita qđ successerūt dicto Guidoni dictus Ioannes pro tertia parte, vt Sarra pro alia tertia parte. & dicta Francisca pro alia tertia parte, ut supra, propter quod dictū testamentum non valuit iure testamenti. Nihilo-5 minus † ex quo in dicto testamento fuit apposita clausula codicillaris: & dubium sit, an locus sit ipsi clausule codicillari, propter natiuitatē ipsius Ioānis posthumi, quem verisimiliter ipse Guido instituisset hæredem, si de eo cogitasset, vt quilibet arbitretur & iudicaret. ff. de iure codicil. l. 1. & ibi per Bartol. & per Bald. in l. fina. C. eod. tit. & in authen. ex causa. C. de libe. præte. & per Ioan. de Imo. in l. filio præterito. ff. de iniusto testamento. in eius repetitione. super hoc pro nunc non puto necessario insistendum, attentis præcipue infrascriptis. Vnde hæc dicta sufficiant quo ad successionem ipsius Guidonis, & in eius bonis. Verum quia post eius mortem decessit dictus Ioannes superstitibus sibi dicta domina Francisca

Francisca sorore cõsanguinea, d. Sarra sorore vtrinq; cõiuncta,& do. Matthæa eorũ matre, & Hieronymo eorum auo materno,& de iure, si dicta Matthæa mater non excludatur propter tutorem non petitum, succesisset & succederet dicta mater & ipsa Sarra soror vtrinq; coniuncta.C.ad Tertulia.aut.defuncto. exclusa ipsa Francisca sorore consanguinea.C.de legiti.hæredi.aut.cessante. & C.communia de success. aut.itaque.sed cum. ut præsupponitur, dicta mater non assumpserit tutelam dicti Ioannis, nec petierit tutorem dari infra annum, prout debuit † ex quo etat maior, prout præsupponitur 25.annis, fuit & est exclusa a d.successione.ff.qui pe.tuto.l.1.& 2.& ff.ad Tertul.l.2.§.confestim & C.de legiti.hæredi.l. sciant cuncti. Sed licet excludatur ipsa mater propter non petitum tutorem, tamen non videtur excludi ipse Hieronymus auus maternus a successione dicti Ioannis.quia † licet priuetur successione,ipsa mater: tamen non videntur priuari,alii venientes. post ipsam matrem ab intestato, prout notatur in d.l.1.& 2. & in l.nepotibus.C. eodem tit.quod licet † verum sit in aliis,qui ab intastato veniunt post matrem, vt nõ priuentur ipsa successione propter non petitum tutorem,ipsa matre exclusa,prout in dictis iuribus notatur. Tamen locum non habet in patre ipsius matris,qui excluditur prout & ipsa mater propter non petitum tutorem,prout & voluit Bart.ff. de infamibus in l.quid ergo.§.si quis alieno.argu.d.§.Quod an procedat infra dicetur,dum tractabitur de successione ipsius Sarræ, quæ vltimo loco decessit. Vnde de eius successione videndum est.Et cum ipsa Sarra decesserit vltimo loco, superstite ipsa Francisca eius sorore consanguinea,& d.Matthæa eius matre, & domino Hieronymo eius auo materno: & si bene considerentur statuta allegata,non prouident circa successionem ipsius Ioannis nec circa successionem ipsius Sarræ. vnde recurrendum est ad ius commune. Circa quod si videatur prima facie dicendum,quod succes-serit & succedat de iure ipsa Matthæa mater,exclusa ipsa Francisca sorore consanguinea,& si non succedit nec succedat ipsa mater propter nõ petitum tutorem, nihilominus videtur succedere ipse Hieronymus auus,exclusa ipsa Francisca, cum † ipse auus maternus præferatur ipsi sorori consanguine. C. ad Tert.aur.defuncto.& C.de legi.hæred.aut.cessante. Quod videtur procedere, quantumcunq; ipse auus nõ assumpserit tutelam ipsius Sarræ, nec petierit tutorem dari eidem,cum ipsa Sarra decesserit infra secundum annum, & pœna † non petiti tutoris imponatur existenti in primo gradu,& non in sequentibus,prout not.in d.l.1.& 2.ff.qui peta. tuto. & in l. nepotibus.& d.l.sciant cuncti.Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, vt dictæ † Sarræ non successerit nec succedat dicta mater,cum prout, præsupponitur ipsa non assumpserit tutelam , nec petiit tutorem dari infra annum, & erat maior 25. annorum.vnde priuatur eius successione prout est expressum in dicta l.2.ff.qui petan.tuto.& in d.l.2.§.si mater.ad Tertul.& prout habetur in d.l. sciant. cuncti. Quod & locum habet similiter in d.Hiero. eius auo, vt ipse similiter non succedat,sed priuetur successione propter non petitum tutorem ab ipsa matre, prout voluit Bartol.in d.§.si quis alieno. Priuatur enim tunc ipsa successione,ex eo quia ipsa non petiit,nec d.Matthæa eius filia,cum potuerit facere & operari, ne ipsa in illam negligentiam incidat, ex quo erat in eius potestate,vt plenius per ipsum Bar.in d.§. si quis alieno.Quod & si non procedat sine dubio,est contrarium voluerit Bal.in d.§.si quis alieno.cum diuersa sit materia pœnæ.§.si quis alieno.in quo ponderatur potestas cum sit publici iuris.l.nam quod.ff. ad Terbel. secundum quod refert excellẽtissimus doc. d.Ioan.de Montesperello in d.§.si quis alieno.vbi tamen dicit hoc procedere,nisi statuto caueretur,quod filia sine cõsensu paterno nõ possit petere tutorẽ,nec assumere tutelam, cum tunc procedat & procedere poterit dictum Bar.prout voluit ipse dominus Ioan. ibi,super quo aliter non insisto,cum de statuto non sim informatus, præcipue quia nec oportet sup hoc dicto insistere,quia etiam si iste auus non excluderetur a dicta successione propter non petitum tutorem,tamen ex alio exluditur, quia & si propter ipsam preteritionem factam de do.Ioan.testamentum ipsius Guidonis fuerit annullatum, tamen substitutio facta in ipso testamento de d. Francisca d. Sarræ in pupillari ætate decedenti, & sic pupillaris nõ fuit annullata,imo remansit valida, adeo quod ipsa do. Francisca successit & succedit dict. Sarræ,exclusо d. Hiero.& similiter exclusa d.Matthæa eius matre vigore dictæ substitutionis pupillaris, cum talis † substitutio pupillaris excludat matrẽ, & similiter auum maternum.ff.de inoffi.testa.l.Papinianus.§.sed in 6. impuberia. & de testamen.c.si pater.nec substitutio † enim facta etiam per verba communia, prout & fuit facta d.substitutio,ex quo adaptari potest verbis & personis,in dubio iudicatur & iudicari debet directa,quantumcunque mater sit in medio, prout no. in d.c.si pater.& ibi per Ioan.de Imo. & in l. centurio.ff. de vulg. & pupil. nec † ipsa substituto pupillaris propter ipsam præteritionem factam de Ioanne posthumo annullatur, imo remanet valida & conseruatur per autben. ex causa. C. de liber. præter. prout voluit gloss. in l.1.ff.de vulga.& pupilla. quam sequuntur communiter doct.prout dicit Bar sol. ibi qui eam sequitur, & post eum Ioan.de Imo. dicens eam procedere, quando substitutio fuisset facta ipsi instituto, ita quòd testamentum redderetur nullum. Propter prætetitionem alterius filii, prout fuit in casu prædicto, cum tunc proprie loquatur gloss. in d.l.1. quam ipse sequitur, quicquid dicat Bald. ibi, & plenius ibi per eum. Vnde cum talis substitutio pupillaris remaneat valida, ipsa domina Francisca eius vigore, successit dictæ Sarræ decedenti in pupillari ætate, & ex eius persona in bonis paternis. C. de suis & legi. l. apud hostes: exclusis ipsis Math. & Hieronymo. Nec † ipsa Francisca priuatur successione propter nõn petitum tutorem: cum prout præsupponitur, ipsa fuit & erat minor 25.annis tempore mortis patris, prout in simili dicitur in matre in l. fi.C.si aduersus delictum &c. Domi. Bened.

THEMA CONSILII XCVI.

PVnctus. Quædam domina Archangela, cum esset ætatis legitimæ, & spiritu Dei inspirata, proposuit ingredi religionem, & ingressa est in monasterio sancti Archangeli, in quo cum fecit professionem, parentes eius nomine dotis, siue eleemosynæ concesserũt & tradiderunt dicto monasterio quoddam petium terræ, siue terrenum confinatum infra sua latera, & confines, prout apparet in certis scripturis. Cæteri vero eius consanguinei obtulerunt & concesserunt eidem certam quantitatem pecuniarum intuitu eleemosynæ. Ex quibus dictum monasterium reluit seu redemit ab Hospitali sancti Nicolai vnum aliud terrenum, prout ex scripturis apparet. & nonnulla alia bona mobilia dicta Archangela secum portauit. Accidit postea, quod cum quædam domina eius soror patruelis esset creata & electa abbatissa in monasterio de la Contessa, ibi stetit per plures annos de uolutate conuentus & monialium dicti monasterii sancti Archangeli, prout apparet in certis scripturis, quæ transmittuntur. Deinde d. do. soror Archangela, cum per multos annos ibi stetisset, uenit ad mortem, & fecit quoddam testamentum, seu vltimam uoluntatem, uel dispositionem de bonis suis, relinquendo bona sua, & dicta terrena dicto monasterio de la Contessa, in quo mortua est, & sepulta. Modo inter ipsa monasteria oritur differentia super dicto terreno & bonis ipsius dominæ Archangelæ, ad quem pertineant, & quodnam istorum monasteriorum succedat in dicto terreno, & aliis bonis mobilibus quæsitis per ipsam dominam Archangelam. uidelicet, an monasterium sancti Archangeli: uel monasterium de la Contessa præsuppositis & visis scripturis transmissis, Vnde quæritur consilium reddi secundum quod iura uolunt.

SVMMARIVM.

1 *Monasterio acquiri dicuntur omnia ea, quæ tempore ingressus, & professionis ingrediens habebat.*
2 *Religiosus quicquid acquirit, monasterio acquirit, sicut et seruus domino.*
3 *Religiosus fugiens a monasterio in quo fecit professionẽ, quicquid quærit, antequam ingrediatur aliud monasterium quærit ipsi priori monasterio in quo fuit professus.*
4 *Religiosus fugiens ex primo monasterio, potest petita licentia a primo ad secundum transire.*
5 *Religiosus, professus quicquid quærit, dum est in fuga, uel extra monasterium, ipsi monasterio quærit.*
6 *Religiosi bona ex primo monasterio aufugientis, & ad secundum transeuntis non petita a primo licentia, remanent apud primum monasterium.*
7 *Religiosi bona ad secundum monasterium petita & obtenta licentia a primo transeuntis, reddi debent ipsi religioso, & secundo monasterio tradi, ne sit onerosus monasterio. Et hoc quo ad usumfructum tantum, cum proprietas remaneat apud primum monasterium, et quoad religiosus uixerit.*
8 *Religiosus primum monasterium egrediens, & ad secundum transiens, quæ bona ad secundum pleno iure, & quæ quo ad usumfructum deferat, & quæ primo præcipua remaneant.*
9 *Intellectus c. quod a te, de cler. coniu.*
10 *Religiosi patrimonialia bona, siue sint mobilia, siue immobilia, cum religiosum sequãtur quocunque uadat, ad secundum monasterium pertinent, si relicto primo cum licentia, ad secundum transeat. Idque præsertim si priori Monasterio ea effectualiter acquisita nõ fuerint. alias forte secus.*
11 *Bona acquisita per religiosum ex eius industria, ad illud Monasterium pertinent, in quo religiosus tempore acquisitionis degeba.*
12 *Religiosus non habet uelle, nec nolle.*
13 *Religiosus non potest testari, aut aliquam dispositionem facere, saltem in præiudicium sui Monasterij.*

CONSILIVM XCVI.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfato puncto, & coniẽtia in eo, &, prout apparet ex scripturis trãsmissis, in dubium reuocetur quodnam istorũ monasteriorum succedat in dicto terreno, & certis aliis bonis mobilibus, uidelicet, an Monasterium de la Contessa, uel Monasterium sancti Archãgeli. Et licet ex ipso casu, seu pũcto non appareat plena declaratio, super terreno, de quo quæritur, cum duplici terreno fiat mẽtio in dicta scripturis, uidelicet, de terreno uno dato pro dote, seu eleemosyna, tẽpore quo dicta soror Archangela fecit professionẽ in dicto Monasterio sancti Archangeli, & ẽt de terreno empto ex pecuniis concessis per eius consanguineos seu redempto ab Hospitali sancti Nico. Pro huius dubii declaratione uidẽdũ est de ipsis terrenis seu petijs terrarũ, & certis alijs bonis mobilibus, quæ retinuit dicta soror Archãgela pro tẽpore, quo stetit in dicto Monasterio de la Contessa. Et primo videndum est de primo terreno, quod fuit concessũ pro eleemosyna tempore, quo dicta soror Archangela intrauit, & professionem fecit in dicto Monasterio sancti Archangeli. Et illud terrenum† 1 spectauit & pertinuit ad Monasterium sancti Archangeli, cui concessum fuit tempore dicti ingressus & professionis, prout no. C. de sacros. eccl. auth. ingressi, & in c. in præsentia. de prob. Quod & similiter locum habet in terreno empto per ipsum Monasterium sancti Archangeli, seu recuperato per ipsum Monasterium sancti Archangeli ex pecuniis concessis per consanguineos ipsius sororis Archan-

geie. C.de rei vendicat. l.si ex pecunia. Imo & non solum dicta terrena seu petie terrarum pertinuerũt & spectauerunt ad dictum Monasterium sancti Archangeli, sed etiam quæcunque alia bona, siue sint mobilia siue immobilia quæsita per ipsam sororem Archangelam pro tempore, quo stetit in dicto Monasterio sancti Archangeli, pertinuerunt & spectauerunt ad dictum Monasterium sancti Archangeli, 2 cũ † quicquid quærat religiosus seu religiosa quærat ipsi Monasterio: sicut & seruus dño prout not. 18.q.2. Abbates. qđ locũ habet, & si in dicto Monasterio nõ stetisset, sed exiuisset & a d. Monasterio fugisset, 3 cum † tunc quicquid quærat antequam ingrediatur aliud Monasterium, quærat ipsi Monasterio sancti Archangeli, in quo fuit professa prout not. in cap. si. de regula. & ibi per Ioan. An. & in clem. fin. de elec. Ita quòd dici potest, & concludi per prædicta, quod dicta terrena & alia bona quæsita per ipsam sororem Archangelam antequam iret ad habitandum in dicto Monasterio de la Contessa, pertinuerunt & spectauerunt ad ipsum Monasterium sancti Archangeli. Verum quia, prout præsupponitur, ipsa fuit ad standum & habitandum in dicto Monasterio de la Contessa, postquam fuit creata ibi Abbatissa quædam domina eius patruelis, & ibi stetit per nonnullos annos, nec in ipsis scripturis deducitur, qualiter steterit in dicto Monasterio & an professa fuerit ipsi secundo Monasterio, ita quòd effecta fuerit 4 religiosa dicti secundi Monasterii, ad † quòd transire poterat petita licentia, iuxta not. in cap. licet. de regula. & in cap. cum singulis. de præben. in 6. sed bene deducitur in ipsis scripturis, quòd de voluntate dictarum monialium sancti Archangeli ipsa iuit ad habitandum in dicto Monasterio de la Contessa, & quòd Conuentus & moniales dicti Monasterii sancti Archangeli permiserunt & concesserunt, quod dicta soror Archangela de dicto terreno & eius fructibus faceret, prout per prius faciebat tempore, quo stetit in Monasterio sancti Archangeli. Et tunc si quæratur ad quem pertineant dicta bona & terrena, quæ in dicto Monasterio, dum ibi stetit, retinuit de voluntate dictarum monialium sancti Archangeli. Et dicendum est, quòd aut ipsa stetit in dicto Monasterio, vt monialis & professa dicti Monasterii sancti Archangeli, & non vt monialis dicti Monasterii de la Contessa: & tunc dicta bona pertinuerunt & spectauerunt, & pertinent & spectant ad dictum Monasterium sancti Archangeli: cum 5 † omnia per eam quæsita, etiam dum esset in fuga, vel extra dictum Monasterium sancti Archangeli, quærat ipsi Monasterio sancti Archangeli, prout no. in dicto capitu. fina. de regula. vnde & fortius pertinebunt ea, quæ quæsiuit vt monialis dicti Monasterii sancti Archangeli, quantumcunque non steterit in ipso Monasterio sancti Archangeli, prout patet per prædicta. Aut ipsa stetit in dicto Monasterio de la Contessa non vt monialis ipsius Monasterii sancti Archangeli, sed vt monialis Monasterii 6 de la Contessa, & tunc, aut transiuit † ad dictum Monasterium absque licentia Monasterii sancti Archangeli, seu ea non petita, & sic illicite. Et tunc ipsa bona remanebunt apud ipsum Monasterium sancti Archangeli: vnde non potuit ipsa, dum viait, nec dictum Monasterium de la Contessa ea petere, per id quòd habetur in d. capitu. licet. de regula. & in capitu. intellex imus. de ætate & quali. prout voluit Io. de Imol. post Ioan. An. in c. quòd a te. de cleric. coniuga. Aut recessit a dicto Monasteriu sancti Archangeli petita licentia, & sic licite, prout habetur in d. cap. licet, prout & videtur innui ex ipsis scripturis, si stetit in ipso Monasterio de la Contessa vt monialis ipsius Monasterii: prout ex ipsis scripturis videtur innui, ex quo in eis deducitur, quòd ipsa detinuit ipsa bona de voluntate ipsarum monialium sancti Archangeli: vnde & fortius accessit voluntas dictarum monialium. Et circa hoc nunquid tunc pertineant dicta bona ad dictum secundum Monasterium, seu ad primum est dubitatio, & non parua, ad quem pertineant bona acquisita primo Monasterio tempore ingressus, vel postea ipsi monasterio ante ingressum secundi Monasterii, de qua in dicto capit. quod a te. Circa quam 7 dici potest, quòd † talia bona reddi debuerunt eidem sorori Archangele, seu dicto Monasterio de la Contessa, ne sit onerosa ipsi monasterio, per id quòd habetur a 7. q. 1. si quis rapuerit: prout voluit Host. Ioan. And. & dominus Anto. in dicto capitu. quòd a te. indistincte loquentes. & ipse Hostien. in summa eiusdem tituli. §. fina. in fine. & Speculator in tit. de statu monach. in versic. sexto quæritur. & sic talia bona transiuerunt ad secundum monasterium. Quod verum est quoad vsumfructum quoad vitam ipsius sororis Archangele, cum proprietas remaneat apud primum monasterium, prout sentit Ioan. Andr. post Hostien. in d. capitu. quòd a te. & ipse Hosti. clarius in dicta summa. §. fina. & clarius Specu. in d. versicu. sexto quæritur, per id quòd habetur in d. cap. si quis 8 rapuerit. Quod † procederet in bonis primo monasterio collatis, nõ contemplatione ingressus vt sunt bona per prius ipsi monasterio donata, & ex intervallo, cum & illa remaneant & remanere debeant de iure ipsi monasterio, prout communiter tenetur. Si uero ipsa bona fuerunt collata ipsi monasterio contemplatione ipsius ingressus expresse, vel tacite, prout & dici forte poterit de dicto terreno dato tempore ingressus pro eleemosina, & de ipsis denariis datis per ipsius consanguineos. & tunc quia transiuerunt cum persona vel contemplatione ipsius personæ, talia bona transiuerunt in secundum 9 Monasterium, & non solum † quoad vsumfructum, prout voluit Ioan. de Imo. post Hosti. & Ioan. And. & domi. Anto. in d. capitu. quòd a te. sed forte etiam quoad proprietatem vt voluit domi. Flore. in dicto capitu. quòd a te. cum videantur data contemplatione ingressus, & donec ibi durat. Pro cuius dicto bene facit text. in d. cap. quòd a te. vbi Ioan. Andr. hoc forte videtur velle post Hostië. Pro quo etiam facit, quia talia bona videntur ipsi monasterio obuenisse ad hoc, vt ipsa non sit onerosa ipsi monasterio, & sic quodammodo sub modo: vnde eo cessante sunt restituenda & repeti possunt, ad hoc quòd not. in cap. verum, de condi. apposi. & C. de dona. quæ sub modo. l. 1. & ff. de condi. & demonst. l. quibus diebus. §. Termilius. & ita legendo dictum c. quòd a te tenui: Esto quod sine dubio non procedat, prout patet ex prædictis. Per quæ dici poterit quòd terrenum illud, quod

fuit

fuit datum tempore ingressus, & pro dote seu eleemosyna, spectet & pertineat ad monasterium de la Contessa, cum obuenerit contemplatione ipsius ingressus. & similiter de pecuniis concessis ipsis primo monasterio per eius consanguineos, quatenus appareret de ipsi, & quòd datæ fuerint dictæ pecuniæ contemplatione ipsius ingressus. Sed si ex ipsis pecuniis emptum fuisset seu redemptum per ipsum monasterium sancti Archangeli: & tunc terrenum illud pertinuisset & spectasset, & pertineret ac spectaret ad ipsum monasterium sancti Archangeli. vt d. l. si ex ea pecunia. & l. si patruus. C. communia

10 vtriusque iudi. De aliis † vero bonis, quæ obuenerunt dictæ sorori Archangelæ, siue sint mobilia, siue immobilia si sunt patrimonialia: & tunc ipsa bona pertinuissent ad ipsum monasterium de la Contessa, cum ipsam sequatur quocunque vadat 18. q. prima statutum. per quem Cano. do. Nicol. Siculus dicit hoc de consuetudine approbari: quod procedere posset, quando ipsa bona non fuissent effectualiter acquisita ipsi monasterio: alias forte aliud esset. Circa quòd dicendum est, prout plenius nota. in dicto cap. quòd a te. supet quo non insisto, cum de hoc non fiat mentio in ipsis scriptuiis, Nec super

11 ipsis bonis, quæ fuissent † acquisita per ipsam religiosam, & ex eius industria, enim talia remaneant & remanere debeant apud dictum monasterium, in quo erat tempore acquisitionis, vt dicto Cano. statutum. prout voluit dictus Flo. in dicto cap. quòd a te. Vnde si talia bona mobilia, quæ dicta domina Archangela secum portauit, fuissent acquisita per eam ex eius industria, tempore, quo stetit in dicto monasterio sancti Archangeli, ad ipsum monasterium de la Contessa pertinuissent & pertinerent, non ob. quòd ipsa fecerit quandam dispositionem seu

12 vltimam voluntatem: nam † cum ipsa non habeat velle nec nolle: & prout not. in c. 2. de testam. & de elect. in cap. si religiosus. in 6. & de sepul. c. fi. eo. lib.

13 non potuit † testari, nec aliquam dispositionem facere, saltem in præiudicium alterius. prout patet in dictis iuribus & C. res inter alios acta. & ff. de regu. iur. id quòd nostrum. & prout nor. C. de sacrosan. ecclesi. in aut. si qua mulier. & de proba. in c. in præsentia. &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII XCVII.

Punctus. Communis Narnensis habet quoddam Hospitale sancti Iacobi, sic vulgariter nominatũ per tempus, de quo memoria in contrarium non existit. in quo Hospitali Hospitalitas fuit seruata, & obseruatur, Episcopis pro tempore existentibus scientibus, patientibus, & non contradicentibus: nec apparet quòd fuerit fundatum nec confirmatũ authoritate Episcopi: Atque etiam ab edificatione citra non apparet, quòd de relictis eidẽ Hospitali in testamento seu qualibet vltima uoluntate factis, fuerit unquam soluta Canonica portio Episcopo, nec de solutione quarte memoria in contrariũ existit. Modo fuit factum quoddam relictũ dicto Hospitali in quodã testamento, de quo Episcopus duxrit Canonicã: quæritur quid iuris. & an Hospitale teneatur soluere quartã Episcopo, attentis prædictis, & præcipuæ attento tẽpe, quod non fuit soluta ipsa Canonica.

SVMMARIVM.

1. *Canonica portio debetur Episcopo de relictis factis pijs locis.*
2. *Hospitalia dici possunt pia loca, ex quo in eis actus pij exercentur.*
3. *Canonica portio debetur Episcopo de relictis factis Hospitalibus, & an id procedat si talia Hospitalia non sint ecclesiastica, sed prophana.*
4. *Canonica portio licet debeatur Episcopo de relictis Hospitali authoritate Episcopi constructo, tamen ea non debetur Hospitali non constructo auctoritate Episcopi, cum non sit locus ecclesiasticus, & pius perpetuo & propriæ, sed prophanus, cum possit per eius dominum destrui.*
5. *Canonica portio non debetur Episcopo de relicto facto loco non ecclesiastico, vt est quando non est constructus auctoritate Episcopi, sicut nec de relicto facto locis prophanis, cum talia loca non sint sub iurisdictione Episcopi.*
6. *Canonica portio debetur episcopo de relictis factis hospitali ædificato iussu, & authoritate testatoris iam defuncti, nam tunc episcopus eius curam habere debet.*
7. *Præscriptio tanti temporis, quod non extet memoria hominum in contrarium, absque aliquo titulo tollit ius petendi ipsam Canonicam portionem, nec eam episcopus petere potest.*
8. *Episcopus petere non potest etiam ab ecclesia sibi subiecta Canonicam portionem de relictis eidem ecclesiæ factis, si ecclesia alleget præscriptionem tanti temporis, cuius contrarij memoria non existat, & probet saltem communem opinionem, & famam.*
9. *Tempus, cuius contrarij memoria non existit, habetur loco priuilegij.*
10. *Memoriam hominum in contrarium non extare quomodo probetur.*

CONSILIVM XCVII.

In nomine domini, Amen.

Et si viso & considerato præfato puncto, & contentis in eo, & quæsito ex eo elicito, videatur dicendum, quòd ipse episcopus de relicto facto dicto Hospitali petere potuerit & possit quartam, seu Canonicam Episcopalem, cum † de relictis factis piis locis debeatur Canonica ipsi Episcopo, prout est expressum in c. officii & c. requisisti. §. secus & c. fi. de testa. & hoc propter communionẽ, quam habet in dictis piis locis, prout patet in dicto §. secus. prout 2 † & videntur esse ipsa Hospitalia, cum & ipsa satis possint dici pia loca, ex quo in eis actus pij exercentur, ad hoc quòd no. in cle. quia contingit. in fine de religi. domi. & ibi per gol. & 24. q. 8. in c.

Sancites.

Sancitus,& hoc uo'nit Io. And.& dom. Anto.in d.c. requisisti.§.secus. ut uidelicet † de relictis factis Hospitalibus debeatur Canonica Episcopo. Quod uoluit etiam ipse Ioan. Andr. in cap. dudum. de conuersi. coniuga. quòd uidetur procedere, non solum si talia Hospitalia sint loca ecclesiastica, ut quia sint constructa auctoritate Episcopi, prout no.in cap.ad hæc, de religi.domi.sed etiam si non sint loca ecclesiastica sed prophana, ut quia non sint constructa au ctoritate Episcopi: cum & tunc similiter uidcatur deberi Canonica portio ipsi Episcopo, cum sint loca pia. ut in dicta cle. quia contingit, ad finem. & hoc renet Specu. in tit. de instru. edit. §. nunc uero aliqua. Pro quo etiam facit quòd no.24.quæstio.8. Sancitum.& per consequens uidetur, quòd teneantur ad ipsam Canonicam,sicut & alia pia loca vt d.c. requisisti. & hoc videtur tenere Fede. de Senis in consilio centesimo sexto. & Pet. de Perusio in suo tractatu in quarto cap.Canonicę Episcopalis in ver. Venio nunc ad Hospitalia. & Pet. de Ancha. in dicto c.officii, per quæ videtur quòd Episcopus habere debear Canonicam portionem de relicto facto

4 dicto Hospitali. Sed his † non ob. contrarium tamen de iure dicendum est, vt & si de iure communi debeatur Canonica Episcopo de relictis Hospitali constructo authoritate Episcopi, prout & tenuit Ioan. Aud.in d.c.requisisti & d.c.dudum.& Bald.in l.si quis ad declinandam. C.de episco.& cler.in sexta carta.& dominus Flo.in dicto c.requisisti, vbi Io. de Imo.Idem tenet,& ita cōiter tenetur. Tamen de relicto facto Hospitall non constructo authoritate Episcopi, non debetur Canonica ipsi episcopo, cum non sit locus ecclesiasticus & pius perpetuo & propriæ, sed potius prophanus, cum possir per eius dominum destrui, prout & uoluit ipse Bald. in d. l. si quis ad declinandam. Ad hoc quòd notat Inno.in cap.inter dilectos:de fide instrum. & per gloss. in d. clem.quia contingit.ad finem. & hoc etiam voluit ipse dominus Flo.in dicto c.requisisti. dicens, quòd

5 de † relicto facto loco non ecclesiastico, vt est quan do non est constructus authoritate Episcopi,non debetur Episcopo Canonica portio, sicut nec de relicto locis prophanis,cum talia loca non sint sub iurisdictione Episcopi ut dicto c.ad hæc.& hoc etiam voluit Ioan.de Imo.in d. c.requisisti.& cap.officii. vbi dicit se ita consuluisse 'ad hoc etiam quòd not. per Bal.C.de Episc.& cle.in l.Orphanatrophos.& C.de sac.san.eccl.authen.hoc ius porrectum, Quod & for

6 te † uerum est, nisi fuerit edificatum authoritate testatoris iam defuncti, nam tunc Episcopus debet habere curam. ut in auth.de eccle.ritu.§. si quis ædificationem:nam tunc habere debebit Canonicam de relictis eidem,prout voluit do.Nico.in dicto c.officii.Sed certe & illud dici potest ædificatum authoritate Episcopi, cum ædificari debeat eo sciente & inspiciente,& sic consentiente.ut d. §. si quis ædificationem. Vnde nimirum si debeatur Canonica de re licto eidem, sicut & de relicto facto Hospitall authoritate Episcopi constructo, prout supra patet, & ita legendo dixi in cap.requisisti. Ita quòd per hæc dici potest, quòd si dictum Hospitale non fuerit constructum, seu fundatum authoritate Episcopi, non debebitur Canonica ipsi Episcopo, ut patet per prę dicta: Super quo, non puto aliter necessario insistendum, quia etiam si appareret dictum Hospitale constructum authoritate Episcopi, non deberetur ei Canonica de tali relicto, cum prout præsupponitur tale Hospitale fuerit constructum a commune, de cuius contrario memoria non existit, & in eodem Hospitalitas fuerit seruata, & hodie seruatur scientibus, patientibus, uidentibus, & non contradicentibus Episcopis, qui pro tempore fuerunt,& nonnulla relicta eidem Hospitali fuerint facta, & de ipsis relictis nunquam fuerit soluta aliqua Canonica ipsi Episcopo. Et ita pro parte dicti Hospitalis allegatur, & si oportebit, probabitur: Certe per ipsum Episcopum ita canonica peti non potest, nec poterit de tali relicto, obstante præcipue exceptione præscriptionis tanti temporis,

7 de cuius contrario memoria non existit.talis † enim præscriptio etiam absque aliquo titulo tollit ius petendi ipsam Canonicam, adeo quòd Episcopus

8 † eam petere non poterit nec potest cum ipse Episcopus petere non possit etiam ab ecclesia sibi subiecta ipsam Canonicam portionem, si ipsa ecclesia alleget præscriptionem temporis tanti, cuius contrarii memoria non existit, & probet saltem communem opinionem, & famam, iuxta not. in cap. 1. de præscript. in 6. in ultima gloss. Vnde excludetur ipse Episcopus a petitione ipsius Canonicæ, & aliud non probet. & hoc voluit formaliter Ioan. Andr. in Mercurialibus, in regula: sine possessione in 6. in solutione quæstionis ibi positæ per eum. Vnde si ipse Episcopus non potest petere ab ecclesia sibi subiecta ipsam Canonicam portionem obstante præscriptione tanti temporis: similiter eadem ratione & fortiori non poterit petere ab ipso Hospitali, de quo dubitatur, an sit sibi subiectum vt supra, obstante ipsa exceptione præscriptionis tanti temporis, de cuius contrario memoria non existit. & hoc voluit formaliter Bald. in d. l. si quis ad declinandam, in sexta carta in ver. Secunda quęstio. per cap. de quarta. de præscrip. Et etiam, quia

9 tempus † cuius contrarij memoria non existit, habetur loco priuilegii. vt not. in cap. super quibusdam. §.pe.de verb.significa. & l.hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quo. & ęsti. dicens, quòd hæc est veritas.& istud idem voluit Pet.de Peru.in d.ver.venio nunc ad Hospitalia. & ver.quarto quæritur, dicens Bald. in quodam suo tractatu ita tenuisse. Per quæ concluditur & concludi potest, quòd dictus episcopus a dicto Hospitali de dicto relicto Canonicā aliquam petere non potuit nec potest,maxime atten

10 ta dicta præscriptione tanti temporis, de cuius † initio memoria in contrarium non existit,quæ qualiter probetur,habetur in d.c.1.de præscrip.in 6.in gl.fi. ibi posita &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII XCVIII.

PVnctus. Decessit olim quidam Lucas Matthæi ab intestato, & nullo per eum condito testamento, nec aliter, uel aliquo modo de & super bonis suis dispo-

dispoſito: nullis ex eo ſuperexiſtentibus filiis filiabus, nepotibus vel neptibus: quinimo & ſine patre, & matre, & alijs aſcendẽtibus: ſed tantum ſuperſtite domina Natalucia eius amita, & Franciſco, & Matthęo eius conſanguineis attinentibus eidem Lucæ, vno in quarto, & altero in quinto gradibus conſanguinitatis: ſuper & de cuius Lucę ſucceſſione, & hæreditate, cum non ſit parũ opulenta, vertuntur cõtentiones inter ipſam do. Nataluciam, & prædictos Franciſcum. & Matthęum, aſſerendo quolibet ipſorum ipſi Lucę, & in eius hæreditatæ de iure ſuccedere, excluſa d. Natalucia, cum ipſi ſint eius pximiores conſanguinei maſculi, qui præferri debent conſanguineis fœminis, pręſuppoſitis, & ſtantibus ſtatutis in loco in materia ſucceſſionũ diſponentibus: Et maxime præſuppoſito ſtatuto poſito ſub rubri. de ſucceſſione ab inteſtato. Ac etiam præſuppoſito alio ſtatuto poſito ſub rub. de ſucceſſio. matris poſt mortem filiorum remanẽtis. Et pręſuppoſitis nonnullis alijs ad materiam faciẽtibus, quæ omnia tranſmittuntur. Quibus uiſis conſulatur quid iuris, & an d. Natalucia amita ſuccedat d. Lucæ & in eius bonis excluſis dictis Matt. & Franciſ. vel econuerſo, an dictus Matth. & Fran. ſuccedant d. Lucæ excluſa ipſa Natalucia.

SVMMARIVM.

1 *Quod aufertur excluſo a ſucceſſione, ei applicatur, cuius contemplatione, & fauore excluditur.*

2 *Statutum, quod præfert maſculos fœminis valet, licet videatur eſſe contra naturalem æquitatem.*

3 *Statutum poteſt diſponere quicquid poteſt & ius commune cum ius commune ſit in loco.*

4 *Argumentum a contrario ſenſu in iure validum eſt, & in ſtatutis locum habet.*

5 *Amita vtrum admittatur ad ſucceſſionem nepotis ab inteſtato, & ſine liberis decedẽtis, excluſis conſanguineis maſculis defuncti, ſtante ſtatuto excludente matrem ſuperuiuentem propter conſanguineos maſculos exiſtentes infra tertium gradum præterquam in quarta parte.*

6 *Proximioris nomen, cum ſit commune, ex propria ſignificatione etiam in ſtatutis includit maſculinum, & fœmininum.*

7 *Vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe idem ius.*

8 *Statuta intelligenda ſunt, vt inter ſe non diſcordent, ſed potius vt concordent.*

9 *Statuti verba vbi ceſſant, ibi ceſſat etiam ſtatutum.*

10 *Statutum diſponens, quod patruus excludat matrem, tamen non cenſetur diſponere, quod idem ſit in amita.*

11 *Statuto diſponente, quod agnati maſculi præferantur matri, & auiæ maternæ, an præferantur amitæ.*

12 *Statutum ſi dicat, quod fratres patrueles excludant matrem, nihil dicendo de amita, tunc amita non excludetur, cum de ea ſtatutum non loquatur.*

13 *Argui a rubrica poteſt.*

14 *Excluſio ab hæreditate eſt quædam exhæredatio, quæ nõ intelligitur facta, niſi nominatim fiat.*

15 *Statutum excludens matrem propter agnatos eſt exorbitans a iure communi, imo & correctiuum iuris communis: propter quod non eſt extendendum nec ex identitate, nec etiam ex maioritate rationis, nec per aliquam ſubauditionem, aut tacitum intellectum.*

16 *Statutum diſponẽs, quod d. poteſtas, & alij officiales ſimpliciter & prout litera iacet, & vt verba ipſorum declarant, omni interpretatione remota, obſeruent, & obſeruari faciant cum effectu ſtatuta, operatur, vt interpretationem extenſiuam, quando non conſtat de mente ipſorum ſtatuentium.*

17 *Statuta debent ita intelligi, vt aliquid operentur.*

18 *Statutum excludens matrem a ſucceſſionem propter conſanguineos maſculos exiſtentes infra tertium gradum, intelligi debet, quando ipſi conſanguinei maſculi, eſſent priori, vel pari gradu. alias ſi conſanguineæ admitterentur, excluſis maſculis.*

19 *Statuta debent intelligi, vt minus deuient a iure communi, quam fieri poteſt, dummodo aliquid operentur.*

20 *Argumentum a contrario ſenſu locum non habet, quando talis contrarius ſenſus non conuenit iuri communi: ſed eſt contra ius commune.*

21 *Argumentum a contrario ſenſu in correctiuis non ſumitur, in quibus non eſt fienda extenſio.*

CONSILIVM. XCVIII.

In nomine domini, Amen.

Et viſo, & conſiderato præfato puncto, & contentis in eo, & præfatis ſtatutis videatur dicendum, ꝙ licet dicta Natalucia amita de iure communi ſucceſsiſſet dictæ Lucæ, exclusis dictis Mathæo, & Franciſco. C. de legit. hære. aut. poſt fratres. Imo & ea forma ſtatuti poſiti ſub rubric. de ſucceſsione ab inteſtato, cum & ipſa mulier ſit proximior in gradu l. iuriſconſultus. §. tertio gradu. & §. quarto gradu. ff. de gradibus. Tñ attenta diſpoſitione ſtatuti ſub rub. de ſucceſsione matris. quod ſequitur non videtur ſuccedere. Tale enim ſtatutum excludit matrem ſuperuiuẽtem propter conſanguineos maſculos exiſtentes infra tertium gradum, præterquam in quarta parte, prout in ipſo ſtatuto diſponitur. Vnde & fortius videtur excludere ipſam amitam, quæ eſt in poſteriori grado, & ipſam matrem videtur excludere, propter ipſos conſanguineos, & eorum contemplatione. vnde 1 † ꝙ ab ipſa matre aufertur, videtur ipſis conſanguineis applicandum, & non amitæ. ad hoc. l. ſi defunctus. C. de ſuis & legiti. & hoc voluit in ſimili Bartol. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. vbi videtur hoc velle. Quod & videtur etiam velle Bald. in d. l. ſi defunctus. & in l. ſi quis. C. ad Tert. Quod & ex alio demonſtratur, tale enim ſtatutum admittit ad ſucceſsionem conſanguineos maſculos, præferendos eos conſanguineis fœminis infra tertium gradum: propter quòd uidetur, quòd dicti Mathæus, & Franciſcus conſanguinei maſculi, uel ſaltem ipſe Mathæus, qui eſt eſt infra tertium gradũ, admittatur ad ſucceſsionẽ d. Lucæ, excluſa d. Natalucia amita & cõ

 ſanguinea,

sanguinea, quantumcunque sit infra tertium gradū, & proximior in gradu: ipsas enim consanguineas fœminas ad ipsam successionem admittit, exclusa ipsa matre, præferendo masculos ipsis fœminis, & admittendo ipsas fœminas ita demum, si non sint consanguinei masculi infra dictum tertium gradū. vnde cum sint consanguinei masculi infra dictum tertium gradum, vt est Matthæus, ipsa Natalucia ad ipsam successionem non videtur admittenda, ex quo non existit conditio, sub qua vocatur. ff. de verbor. significa. l. cedere diem, ualet, enim † tale statutum quod præfert masculos fœminis licet uideatur esse contra naturalem æquitatem. l. maximū uitium. C. de libet. præter. nam & ius commune quoque ita disponere potest, prout habetur in d. l. maximum vitium. & in l. lege duodecim tabularum. C. de legit. here. unde † pariter potest ipsum statutū, cum & ius cōe sit in loco. ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. & per no. in d. l. lege duodecim tabularū. & in d. l. maximū vitiū. Ad idem & tertio facit, quia si bene ponderetur tale statutum in ver. Abinde uero in posterum. videtur innuere, quod post tertium gradum admittatur proximior in gradu: unde a contrario sensu videtur innuere infra tertium gradū q̄ nō admittatur proximior, sed masculus consanguineus existens infra tertium gradum, prout disponitur in ipso statuto, exclusa ipsa amita, quantumcunq; sit in proximiori gradu. tale † enim argumentum a contrario sensu validum est in iure. ff. de offi. eius cui man. est iurisdictio. l. 1. §. huius rei. & per no. in l. 2. C. de condit. inser. & in c. cum apostolica: de his quæ fi. a præla. Quod & videtur etiam locum habere in statutis, prout & voluit Bal. in l. conuenticulā. C. de Epis. & Cleri. Ita q̄ per hæc videtur dicendum quòd dicti Matth. & Francis. vel saltem ipse Matth. admittantur ad successionem d. Lucæ, & eidem succedant, exclusa ipsa Natalucia amita. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, vt † videlicet d. Natalucia amita successerit & succedat d. Lucæ suo nepoti de iure communi, exclusis dictis Matthæo & Francisco, cum ipsa fuerit & sit in proximiori gradu, cum sit in tertio gradu. ff. de gradibus. l. iurisconsultus. §. tertio gradu. & proximior quam sit d. Matthæus, qui est in quarto. vt dicta l. iurisconsultus. §. quarto gradu. & quam sit d. Franciscus, qui est quinto. vt dicta l. iurisconsultus. §. quinto gradu. vnde cum sit proximior ipsa Natalucia, ipsa admittitur ad successionē, & successit & succedit, exclusis dictis Matthæo & Francisco de iure communi. C. de legi. hære. auth. post fratres. & in corpo. vnde sumitur. Quod & secundu deducitur ex alio, quia ipsa Natalucia non solum de iure communi admittitur ad ipsam successionem, vt supra. sed etiam ex dispositione statuti positi sub rubr. de successione ab intestato. Tale enim statutū admittit ad successionem proximiorem in gradu decedenti absq; filiis vel filiabus, vel nepotibus ex filio, & absq; patre & matre, vel absq; fratribus carnalibus, vel filiis fratrū, vel sororibus, vel filiis earum sororum, prout & decessit d. Lucas, cū decesserit non existentibus prædictis, vel aliquo prædictorum. vnde succedit proximior in gradu, prout & ipso statuto disponitur: vnde venit ipsa amita, cum proximior sit ut supra, includitur in ipso statuto et secundū propriā significationē: ea quo est nomen cōe ex propria significatione cū † proximior includat masculinum & fœmininū, prout voluit Bart. in l. i. ff. de ver. sig. & Bal. in l. quicunq;. C. de ser. fug. & Cano. in c. generali. de elec. in 6. & in Clem. 1. de rescip. Quod & ex alia rōne persuaderi potest, nam mortua ipsa matre admittitur ipsa proximior in gradu, prout disponitur in ipso statuto, de successione matris, in ver. Abinde vero in posterum: cum d. ver. loquatur de proximiore in gradu, vt succedat, ita q̄d includit ex propria significatione ipsam amitam, prout & supra patet. Quod & locum habet non solum post tertium gradum consanguinitatis, vt denotant uerba illa: Abinde vero in posterum sed etiam infra tertium gradum, vt proximior in gradu consanguinitatis admittatur, ipsa matre non viuente, cum fuerit † & sit eadem ratio: vnde videtur idem ius. ff. de pac. l. quòd dictum. ff. ad l. Aquil. l. illud. & de constit. in c. translato. & de transla. præla. c. 2. & ita intelligendo d. ver. consonat iuri communi, seu minus deuiat a iure communi, & etiam a statuto posito sub rub. de successione ab intestato: intelligendo a contrario sensu, ut ipse proximior in gradu non admittatur infra tertium gradum non viuente matre. & ita intelligi debet d. versi. ad hoc. C. de noxa. l. si serui vestri. & ff. de vsuca. l. 2. de consu. cum dilectus. pro quo etiam facit quia † statuta intelligenda sunt, ut non discordent ad inuicē, sed potius vt concordent. C. de inoffi. doti. l. 1. & de elect. cum expediat in 6. Ita q̄ per hæc dici & concludi potest, q̄ d. Natalucia admittatur tam de Iure communi, quam ex dispositione statutorum prædictorum ad successionem d. Lucæ, & eidem successerit & succedat, exclusis dictis Matthæo & Francisco, non ob. in contrarium adductis, cum non ob. Non enim ob. quòd & primo in contrarium adducitur dicendo, q̄d ea quo statutum excludit ipsam matrem a successione propter consanguineos masculos, & eorū contēplatione, ergo & ipsam amitam, cum sit in posteriori gradu & q̄ ab ipsa matre auferatur ipsis consanguineis uenit applicandum. vt d. l. si defunctus. & prout voluit Bart. in d. §. videndum. & Bal. in d. l. si defunctus. Nam ad hoc respondetur, quod non est verum, quòd excludat simpliciter ipsam matrem, sed in aliqua parte, a qua parte eam viuentem excludit propter existentiam consanguineorum vel consanguinearum infra tertium gradum, prout in ipso statuto disponitur: q̄ statutum, cum loquatur de ipsa matre viuente, & non de aliis excludendis, de aliis non est intelligendum. ff. solu. mat. l. si vero. §. de viro. & ff. de acqui. hæ. l. si seruum. §. nō dixit. & C. de colla. l. illā. Per quā legē Bal. hoc ibi formaliter voluit dicens, q̄ vbi cessant † verba statuti ibi cessat statutum: vnde si statutum dicat, q̄ patruus excludat matrē, secus † in erit in amita, vt plenius ibi p̄ eum reprobantē Bar. in d. §. vidēdum. Quod tamē non procedit sine dubio, cum ipse Bald. in d. l. si defuncta videatur velle, q̄ statuto † disponente, q̄ agnati masculi præferantur matri & auiæ maternæ, an præferantur amitæ, q̄ tunc excludant ipsam amitam, si statutum dispositiuæ loquatur, secus si conditionaliter. q̄ tamen præcisæ non firmat, dicendo idem esse si cōditionaliter loquat̄, cū conditio dispositionē inducat, prout voluit Bartol. in d. §. videndum

videndum, vt plenius ibi per eum. Sed in l. si quis. C. ad Tertul. aliter loquitur dicendo, in statuto disponente † quod fratres patrueles excludant ma-
12 trem, nihil dicendo de amita, quod tunc amita nō exclu detur, cum locū non habeat in ipsa amita, de qua nō loquitur, quia statutum de ea non loquitur, prout di cit se alibi dixisse, quod tamen non firmat, dicens, quòd imo videtur quod agnati, quia ipsi sunt prima causa exclusionis & victoriæ, succedant. l. æquissimum. ff. ad Tertul. vt plenius ibi per eum. Ita quòd attentis prædictis, Bald. ipse variauit. Vnde videtur dicendum quicquid dicat ipse Bar. in d. §. videndum. & ipse Bald. in d. l. si defunctus. & in d. l. si quis. Quod in casu prædicto ipsa amita non excludatur ab ipsa successione, mortua ipsa matre. Esto quòd aliud esset, si ipsa mater viueret, prout loquitur statutum, cum statutum loquatur de ipsa matre viuente exclu denda in certa parte propter consanguineos masculos, & fœminas infra tertium gradum, & non ipsa matre mortua, vsque ad ver. Abinde vero in posterum, & prout apparet ex ipsa rubrica loquente de successione matris remanentis post mortem filiorū:
13 ex qua † rubrica argui potest, prout nota. ff. de in diem additione. l. Imperatores. & in c. 1. de offi. delega. in 6. & non de matre mortua, usque ad ver. Abinde vero in posterum. vnde ad istum casum tale statutum non est extendendum. & multominus est extendendum ad ipsam amitam, & eius exclusionem, ex quo de ea non loquitur, vt d. §. de viro. & d. §. non dixit. & d. l. illam. pro quo facit, quia † ipsa exclusio
14 ab hæreditate est quædam exhæredatio, quæ non intelligitur facta, nisi nominatim fiat. pro quo etiam facit. ff. de lib. & posthum. l. 1. prout voluit Bald. in d. l. illam Bart. impugnando in d. §. videndum. & in d. l. si defunctus. & etiam quia ipsi consanguinei excludunt ipsam matrem propter quandam qualitatē, quæ in eis est versus matrem, quia agnati, quæ non est uersus amitam, cum & ipsa agnata sit, prout voluit Bal. in d. l. si quis. C. ad Tertul. Ad idem etiam fa
15 cit, quia † tale statutum excludens matrem propter agnatos, est exorbitans a iure communi, imo & cotre ctiuum iuris communis: propter quod non est extendendum ex identitate rationis: imo ex maioritate rationis. C. de testa. l. Sancimus & C. de appella. l. præcipimus. & prout not. per glo. ff. de dona. causa mortis. l. tam is. §. 1. & C. de sacrosanc. eccl. aut. quas actiones. ad hoc dicto c. expediat. Nec etiam extenditur per subauditionem & tacitum intellectum. vt nota. per glo. in c. cupientes. §. quod si per viginti. de elec. in 6. per quæ iura Ioan. de Imo. hoc voluit in repetitione d. §. de viro. & prout not. in clem. 1. de elec. vbi de hac materia dictum fuit. Vnde cum tale statutum exorbitet a iure communi, & sic sit correctiuum iuris communis, non est extendendum ad ipsam amitam, prout & voluit ipse Bal. in d. l. illam Bar. improbando in d. §. videndū per d. rationem, & plures alias per quas dici potest, quod & similiter nō procedat d. Bald. in d. l. si defunctus. & in d. l. si quis. Nec ob. d. l. defunctus. & d. l. æquissimū, cum non loquatur de ipsis statutis exorbitantibus & correctiuis, prout & d. statutum, & maxime quando prohibita est interpretatio in eis, sed in iure cōmuni prout in eis patet, quod maxime procedit attenta dispositione statuti positi sub rubr. de confirmatione statutorum, disponente super validitate statutorum, & quod potestas & alii Officiales simpliciter, & prout litera iacet, & vt verba ipsorum declarant, omni interpretatione remota, obseruent & obseruari faciant cum effectu. Nam & si tale statutum parum vel nihil operetur, prout voluit Bar. in d. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. ta-
16 men † contrarium est dicendum, vt operentur ita, vt excludant interpretationem extensiuam, quando non constat de mente ipsorum statuentium, prout uoluit Bal. in l. non dubium in 4. colum. C. de legi. prout id quod haberur C. de adul. l. quamuis. quod & clarius voluit ipse Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. in 3. colum. & ipse Bald. in l. præcibus. in 4. colū. C. de impub. & aliis substit. & domi. Nic. Sicu. in ca. cum apostolica. de his quæ fi. a præla. Pro quo etiam facit, quia alias tale statutum nihil operaretur quod
17 esse non debet: cum † statuta debeant ita intelligi, vt aliquid operentur. ff. de legat. 1. l. si quando. & de priuileg. cap. si Papa. in 6. & prout voluit ipse Bal. in l. 2. ff. de vsuca. Ita quòd attentis & consideratis prædictis, cum statuta non recipiant interpretationem, non extenderur dictum statutum ad ipsam amitam, & eius exclusionem, cum hoc veniret non ex propria significatione, sed ex interpretatione, quæ in ipsis statutis est prohibita, prout supra patet, Ita quod per hæc dici & concludi potest, non ob. quòd primo in contrarium adducebatur. Nec ob. quod & secundo in contrarium adducebatur dicendo, quod tale statutū disponit circa ipsos consanguineos & consanguineas infra tertiū gradū, ipsos consanguineos masculos præferendo fœminis, ipsas vocando quodammodo sub conditione, si non sint ipsi consanguinei in-
18 fra tertium gradū. Nam ad hoc responderur quod † tale statutum intelligitur & intelligi debet, quando ipsi cōsanguinei masculi essent in priori gradu vel pari: alias si consanguineæ fœminæ essent in priori gra
19 du, tunc forte aliud esset cum † statuta intelligi debeant, vt deuient a iure communi minus quam possint, dummodo aliquid operentur, prout not. in d. l. si serui vestri. C. de noxa. & d. c. cum dilectus. & per Bart. in d. l. omnes populi. & in d. l. 2. de vsucap. Præterea, dictum statutum præferens consanguineos masculos fœminis, loquitur & locum habet, quando superesset mater, assignando ipsi matri certam portionem, & tractetur de eius exclusione: quòd non est in casu prædicto, cum in casu prædicto, non super sit mater. Vnde de hoc casu non loquitur, nec ad istū casum tale statutum est extendendum: ex quo exorbitat a iure communi, & ipsum ius cōe corrigit, prout & supra dictum fuit. & ēt quia hoc veniret nō ex propria significatione, sed quadā interpretatione, cū tale statutum principaliter emanauerit ad exclusionem matris prout patet in ipso, quæ cum deficiat non habet locum tale statutum, ex quo interpretatio est prohibita, prout & supra patet. vnde non ob. quòd & secundo in contrarium adducitur. Nec ob. quod & tertio in contrarium adducitur ver. Abinde vero imposterū, a cōtrario sensu, ut denotet denotareque videatur, quod a tertio gradu inframortua matre, non admittatur proximior: sed ipse cōsanguineus masculus infra tertiū gradum, prout disponit in
20 præcedēti statuto. Nam ad hoc rūdetur, quod tale † argu-

mentum a contrario sensu locum non habet in casu prædicto, ex quo talis contrarius sensus non cõuenit iuri cõi, imo est contra Ius commune, prout & voluit gl. in l. 2. ff. de iusti. & iure. & Bart. in l. omnes populi. ff. eo. tit. & Io. de Imo. in c. cum apostolica. & in repet. d. §. de vito. & excellentissimus doc. do. Ioan. de Montesperello in d. l. 2. & hoc nisi resultaret absurdum, vt plenius ibi per eum. Vnde in casu prædicto, cum talis contrarius sensus, sit contrarius iuri communi, cum de iuri communi amita existẽs in tertio gradu præferat ipsi Matthæo existenti in quarto, 21 & ipsi Francisco existenti in quinto, tale † argumẽtum non est sumendum: & maxime in correctiuis, in quibus non est fienda extensio, vt supra dictum fuit: quod & maxime procedit in casu prædicto, ex quo statuta intelligi debent simpliciter, & prout verba ipsorum declarant, omni interpretatione remota non enim hoc casu declarant ipsa verba, & hoc venit potius ex tacita mente, & interpretatione ipsius statuti, quam ex verbis: & hoc voluit glo. in d. l. 2. C. de condi. inser. & Bar. in d. l. 2. C. de condi. & do. Nicol. Sicu. in d. c. cum apostolica. & vt ibi plenius not. in tex. & in d. l. 2. & ita videtur dicendum, quicquid dicat Bald. in d. l. conuenticulam, & in d. l. omnes populi. maxime attento, & considerato dicto statuto posito sub rub. de confirmatione statutorum, prohibente interpretationem, & disponente, quod uerba intelligi debeãt, prout iacent, prout supra dictũ fuit: & hoc voluit ipse Bal. in d. l. 2. C. de condi. inser. & do. Nico. in d. c. cum apostolica. Vnde non ob. in cõtrarium adducitur. Et cum prædicta non ob. in contrarium adducta, concluditur & concludi potest, q̃ d. do. Natalucla admittatur ad successionem d. Lucę, & eidem successerit & succedat exclusis d. Matthęo, & Francisco. &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII XCIX.

PVNCTVS. Deficit, quia est quædam subscriptio alterius consilii.

SVMMARIVM.

1. *Mater quando filio succedat excluso patruo.*
2. *Breuiloqua seu reciproca substitutio quando & quibus verbis fieri dicatur.*
3. *Verbum, moriatur, dicitur directum, & an possit esse dubium secundum quod casus euenerit: & quid si personis non conueniat, an censeatur directum.*
4. *Breuiloqua substitutio non comprehendit pupillarem, quando personæ, quibus substituitur non sunt ætate pares, sed tantum vulgarem, & fideicommissariam.*
5. *Dominium bonorum etiam ante apprahensam possessionem in succedentem ab intestato dicitur transferri.*
6. *Succedens ab intestato de iure communi tenetur restituere hæreditatem defuncti substituto per breuiloquã continentem fideicommissariam substitutionem.*
7. *Filius, aut eius hæres non potest in legitima ei debita per fideicommissum grauari.*
8. *Legitima & Trebellianica detrahi possunt, quando eodem tempore non detrahitur.*

CONSILIVM. XCIX.

In nomine domini, Amen.

Subscripsi me cuidam consilio reddito per eximiũ decretorum doc. dominum Iulianum de sancto Angelo in Vado, filium & scholarem meum dilectum, sub hoc uerborum tenore videlicet: nomine domini repetito. Cum viso, & considerato pfato puncto, & cõtentis in eo, & præfato consilio eximii decretorum doc. do. Iuliani prædicti, quæratur, an d. domina Ioanna consequatur & consequi debeat legitimã sibi debitam in bonis dicti Petripauli: & ita fuerit p præfatum dominum Iulianum consultum, vt petere possit dicta domina Ioanna legitimam ipsam. pro huius pleniori declaratione puto animaduertendum, & considerandum, quis successerit & succedat dicto Ioanni testatori. Et sine dubio successerũt eidem dict. Petruspaulus, & Petrusfranciscus hæredes instituti in dicto testamento. ff. de hære. Instituen. l. quoties. §. hæredes. & ff. de acquiren. hæred. l quandiu. Et cũ postea decesserit dictus Petruspaulus in pupillari ætate, superstitibus dicta Ioãna eius matre, & dicto Petrofrancisco eius patruo, eidẽ successit † & succedit de iure communi dicta Ioanna 1 eius mater, excluso dicto patruo, ipso Petropaulo decedente in pupillari ætate, non dato, substituto pupillari. C. ad tertul. authen. defuncto. ipsa enim mater vt existens in primo gradu. ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. primo gradu. successit & succedit dicto Petropaulo, excluso dicto patruo. vt authen. defuncto. & authen. cessante. & authen. post fratres. C. de legi. hæredi. vnde ipsa succedit ab intestato, non obstante dicto testamento, quia quantumcumque dictus testator instituerit dict. Petrumpaulum & Petrumfranciscum hæredes, & eisdem substituerit taliter, videlicet, quòd si aliquis dictorum Petrifrancisci & Petripauli decesserit quandocunque sine filiis legitimis ex eius corpore descendentibus, moriatur alteri, dicta substitutio † dicetur & dici po 2 terit breuiloqua seu reciproca, cum contineat plures substitutiones, videlicet, vulgarem & etiam fideicommissariam: ex quo conuenit vtrisque, & breuibus verbis facta est, prout habetur ff. de vulg. & pupil. l. Lucius. vbi Bartol. hoc voluit, & Ioan. de Imol. in cap. Rainutius. in materia breuiloquæ de testamen. in sua repetitione, loquendo de substitutione facta per infrascripta verba, videlicet, instituo tales filios meos hæredes. & si quis eorum decesserit sine liberis, bona mea deueniant in alium, per talia enim verba videtur facta substitutio reciproca seu breuiloqua, prout voluit Barto. & Ioan. de Imo. in dictis iuribus. quod videtur pariformiter locum habere in prædicta substitutione ita facta per prædicta verba, videlicet, quòd si aliquis dictorum Petripauli & Petrifrancisci decesserit quandocunq; sine filiis ex eorũ corpore descendẽtibus, moriatur alteri, cũ p talia verba videatur facta ipsa substitutio breuiloqua seu reciproca pariformiter, quantumcunque vsus fuerit verbo moriatur, † quia licet verbũ 3 moriatur, dicatur directum, prout uoluit Bar. in d. l. centurio. ff. de uul. & pupil. per id quod habetur in c. si pater. de testa. in 6. ubi gloss. hoc uoluit. Tamen dici

dici potest, ꝙ hoc non sit proprie directum, imo & dubium, secundum ꝙ casus euenerit, prout voluit Ang. in d.l. centurio. per tex. d.c. si pater. Super quo non est insistendum, quia cum non conueniat perso nis, videlicet Petrofrancisco, non censetur directū. ff. de vui. & pupll. l. verbis ciuilibus. & in l. Scæuola. ff. ad Trebel. & in d.c. si pater. Vnde † cum talis sub-
4 stitutio dicatur & dici possit vulgaris, & etiam fidei commissaria, ex quo conuenit verbis & personis, tamen non fuit nec est pupillaris, ex quo non conue nit ipsis substitutis, ex quo ambo non erant in pupil lari ætate tempore mortis testatoris, cum dictus Petruspaulus esset in pupillari ætate, & dictus Petrusfranciscus manor 14. annis propter quòd talis substitutio non comprehendit pupillarem prout tenuit Bald. in d.l. Lucius. Per id quòd habetur in l. iam hoc iure. ff. de vul. & pupil. & Io. de Imo. in d.c. Rainutius & supra in consilio dicitur: & ita communiter tenetur. Vnde cum talis substitutio nō cōprehendat ipsam substitutionē pupillarem, non potuit nec pōt ipse substitutus ex pupillari succedere: sed locus est successioni ab intestato: & ipsa Ioanna mater vt pro ximior ab intestato successit dicto Petropaulo: & cū successerit ipsa consequetur omnia bona dicti Petri
5 pauli: adeo † quod dici potest, quòd in eam fuerit translatū dominū ante apprehēsam possessionē, per id ꝙ habetur ff. de acquir. posses. l. cum hæredes. Sed licet ipsa successerit ab intestato de iure cōmuni. Nihilominus ipsa tenebitur restituere hæreditatē dicti Ioannis peruentā ad dictū Petrūpaulū: & quatenus
6 ad ipsum peruenit. Ex quo † dici potest quòd dictus Petrusfranciscus substitutus fuerit per dictam breuiloquam substitutionem continentem fideicommissariam substitutionem, cum & ipsam contineat, vt communiter tenetur. vt no. in d.l. Lucius. & in c. Raitius. Sed licet teneatur ipsam hæreditatem restituere ex Trebeiiiano vigore dictæ substitutionis. vt no. in l. t. & in l. hęredea mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. tamen ipsa mater detrahat & detrahere poterit ipsam legitimam, cum † per fideicommissum non gra
7 uauerit, nec grauari potuerit in ipsa legitima. vnde ipsam detrahet, vt habetur ff. de vulgar. & pupil. l. cohæredi. §. cum filiæ. & C. de inoffic. testamen l. quoniam in prioribus. & in l. quanquam. C. ad l. Falci. & in d. cap. Rainutius de testam. & isto modo procedat & procedere poterit cōclusio dicti consilii. Imo & non solum ipsa mater consequetur legitimam, quæ est tertia pars eius, quòd habiturus esset ab intestato dictus Petruspauius, vt in d. auth. nouissima. C. de inoffi. testa. & in cor. vnde sumitur.
8 Sed etiam trebellianicam † quæ est quarta pars residui restituendi, ex quo non concurrunt eodem tempore, non solum de iure Ciuili, prout no. ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. meminisse. & in d.l. quāquā C. ad l. Fal. sed ēt de iure Canonico. vt not. in d.c. Rainutius. & in c. Rainaidus, de testa. vbi de his. Per quę concluditur & concludi potest cum non sit locus pupillari substitutioni ex quo talis substitutio breuiloqua facta fuit personis imparibus, videlicet, pupillo & adulto, prout supradictum fuit, est locus successioni ab intestato, & succedit eidem dicta mater, si statuto aliter non disponatur, & ipsa mater consequetur & consequi debebit bona, quæ remanserunt in hæreditate dicti Petripauli. Sed licet consequatur, tamen restituere tenetur, propter substitutionem fideicommissariam comprehēsam in dicta breuiloqua ipsa bona. d. Petrofrancisco de iure communi, detracta tamē legitima & trebellianica, vt supra plenius dictum fuit. &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII C.

PVnctus. Quidam nomine Nerus cōdidit suū vltimū, in quo inter cętera, iudicauit & reliquit institutionis iure do. Helisabeth & dominę Margaretę eius filiabus videlicet, cuilibet ipsarum. CC. Florenos, de & super bonis suis: in qua quantitate quamlibet ipsarum dotauit, & hæredem instituit. Iubens &c. eis substituendo ita, videlicet, Et si contigerit ipsarum alteram decedere quandocunque sine filijs legitimis & naturalibus, alteram superuiuentem, seu eius filios legitimos & naturales, tūc pupillariter, vulgariter, & per fideicōmissum substituit: Et si ambę decederent quādocunque sine filijs legitimis & naturalibus &c. tunc eisdē in dictis quautitatibus sibi relictis substituit Benedictū Baptistę, Laurētiū Rigonis, & Ioanninū, equis portionibus, & eorum hęredes: in omnibus aūt alijs suis bonis, iuribus, & actionibus &c. Deinde mortuus est dictus testator superstitibus oībus p̄dictis. Deinde d. Helisabeth existens in pupillari ætate decessit superstite sibi d. Margare. eius sorore, & do. Frācisca eius matre, & d. Nicolutia eius auia paterna. Deinde d. Marga. in adulta ętate cō stituta decessit sine filijs, superuiuētibus sibi dictis Benedicto, Laurētio, & Ioāni. substitutis, & do. Frācisca prędicta eius matre, & d. do. Nicolutia, & d. do. Francisa eius matre. quæ antequā d. Margare. moreretur, trāsiuit ad secunda vota quibus filiabus sic decedētibus sine filijs dubitatur, quis eisdem succedere debeat, & quomodo succedatur eisdē, præsupposito ēt statuto in loco vigēte, & disponente, ꝙ mater transiens ad secunda vota a successione filiorū vel filiarū excludatur stantibus coniunctis, seu propinquis ex latere paterno, vsque ad tertiū gradū inclusiue: Item præsupponitur, ꝙ bona & hæreditas dicti testatoris ascenderent ad quautitatem mille. 200. Flore.

SVMMARIVM

1 *Breuiloqua substitutio continet pupillarem etiam verbis expressis.*

2 *Tupillaris substitutio filio facta excludit matrem, & auiam.*

3 *Substitutio directa in certa quantitate fieri non potest, nec et locus est, sed substitutioni fideicommissariæ.*

4 *Statutum in loco derogat iuri communi.*

5 *Statutũ põt excludere matrẽ in totum a successione: & hæreditatẽ ad cõiunctos deferre, similiter & pater pro filio testando potest ipsam matrẽ a legitima excludere.*

6 *Pater filias impuberes in certis quantitatibus instituẽs, an eas grauare possit vt alteri restituant, si moriantur quandocunque sine filijs per substitutionem, vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissum, saltẽ quatenus prædictæ quantitates earum legitimã ascendere possunt.*

7 *Grauamen relicto filiabus per patrem facto iniunctum, de medio tollitur, & habetur ac si additum non fuisset, quatenus sumat earum legitima.*

8 *Pater instituens eius filias in certis quãtitatibus & eas adinuicem substituens, an possit eisdem substituere, si decesserit sine liberis alium in dictis quantitatibus etiã quatenus sumat earum legitima.*

CONSILIVM CI.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, quæratur, quis successerit & succedat dictis filiabus. Pro huius quæsiti declaratione, cum dicta Helisabeth, & Marga. decesserint non simul, sed vna post alteram, cum decesserit primo Helisabeth in pupillari ætate, superstite d. Marga. eius sorore & substituta, & superstite d. Frãcisca matre, & d. Nicolutia auia. Et cũ in dicto testa. fuerit institutæ dictę Helisabhet. & Mar. & adinuicẽ substitutæ vulgariter, pupillariter & per fidaicõmissũ, & euenit casus, ꝙ decessit d. Helisabeth in pupillari ætate, locus fuit pupillari substitutioni: adeo qđ ex ipsa pupillari substitutione d. Magare. successit in hæreditate & bonis d. Helisab. exclusis matre & auia. ff. de vul. & pupil. l. 2. & l. Lucius. cõtinet † .n. talis substitutio breuiloqua ẽt verbis expressis ipsam pupil. vt not. in d. l. Lucius. vnde † ex dicta pupillari ipsa Marga. successit, ẽt exclusa matre & auia. ff. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. sed nec impub. & de test. c. si pater in 6. Est. n. locus ipsi successioni ex testõ, vnde nõ est locus successioni ab intestato. l. quandiu. ff. de acqui. hæred. & C. cõmunia de succes. l. antequã. Ita ꝙ prout patet ex prædictis d. Marga. succedit & successit d. Helisabeth. Et cum postea decesserit dicta Margare. adulta, superstitibus sibi dicta Francisca eius matre & d. Nicolutia eius auia, & dictis Benedicto, Lauren. & Ioannino substitutis, vel eorum hæredibus, & quæratur quis eidem successerit & succedat. Et circa hoc dicendum est, quòd non succedunt dicti substituti ex substitutione directa, cum non sit locus substitutioni directæ, tum, quia decessit post pupillatẽm ætatem, propter quòd non est locus substitutioni directæ. l. 2. ff. de vul. & pupil. tum etiam, quia † substitutio fuit facta in certa quantitate, propter quod similiter non est locus ipsi substitutioni directæ. ff. de vulga. & pupilla. l. cohæredi. §. cum filiæ, Sed est locus substitutioni fideicommissariæ, prout patet ex not. ff. de vulga. & pupil. l. Cẽturio. & in d. l. Lucius. & in cap. Raynutius. & cap. Raynaldus, de testamen. & in d. cap. si pater, eod. titu. in 6. sed & cum non sit locus substitutioni directe, sed fideicomuissariæ, est locus successioni ab intestato. Circa quod cadit dubitatio, quis successerit & succedat ab intestato. Circa quod licet videatur dicendum quod de iure communi successisset d. Francisca mater, exclusa auia. C. ad tertu. authen. defuncto. Verum quia, vt in puncto præsupponitur, in loco stat statutum prædictum disponens quòd mater transiens ad secunda vota a successione filiorum filiarumue excludatur, stantibus coniunctis seu propinquis ex latere paterno vsque ad tertium gradum inclusiue. Videndum est an in casu prædicto dicta mater a dicta successione d. Margaretæ defunctæ post transitum ad secunda vota, excludatur, ita quòd succedat dicta auia. Et circa hoc dicendum est, quòd cum † statutum in loco deroget iuri communi. ff. de iusti. & iur. l. omnes populi & in c. 1. de cõsti. in 6. ipsa do. Frãcisca mater excludetur & exclusa intelligetur vigore dicti statuti totaliter, ex quo superest ipsa Nicolutia auia paterna, cum ipsa Nicol. fuerit coniuncta ipsi Margare. infra tertiũ gradum. Imo & in secundo gradu ex latere paterno. ff. de gradi. l. Iurisconsultus. §. secundo gradu. nam, prout ibi patet, ipsa auia paterna est in secundo gradu. insti. de gradi. §. secundo gradu. & 35. q. 1. ad sedem. vnde attenta dispositione dicti statuti ipsa Nicolutia auia paterna successit & succedit ab intestato dictæ Margare. eius nepti ex filio decedenti post Franciscam d. Francisca ad secunda vota transeunte, prout est expressum in dicto statuto, quòd vt ius seruandum est, vt supra. Potuit † enim ipsum statutum excludere matrem totaliter a successione, cum & pater testando pro filio possit similiter excludere ipsam matrem etiam a legitima, prout patet ex his quæ habentur in d. §. sed nec impuberis. & in d. cap. si pater. & ita communiter tenetur, prout no. ff. de condi. & demon. l. Titio centum. §. Titio genero. & in regula indultum. in 6. & C. de nup. l. Sancimus & C. de Epi. & cle. l. ea lege. & in cap. Rainutius, de testa. Vnde cũ tale statutum potuerit & possit ipsam matrem excludere ab ipsa successione, & deferre ipsam hæreditatem coniunctis, in casu prædicto, ipsa mater non succedit in hæreditate dictæ Margare. suæ filiæ: sed ipsa auia. Et cum successerit & succedat ipsa auia dictæ Margare. & consequenter in bonis & hæreditate dictæ Helisabeth, cuius hęreditas deuoluta fuit ad d. Margaretam: Videndum est nunquid ipsa Nicolutia auia & heres dictę Margare. & ex eius persona hęres dictę Helisabeth cum euenerit casus substitutionis factę in dicto testamento de dictis Benedicto, Laurentio, & Ioannino, & eorum heredibus in dictis 400. Florenis, ex quo ambe decesserunt sine filiis, vigore dictæ substitutionis teneat restituere dictam quãtitatem 400. Florenorũ dictis substitutis, & eorum hæredibus. Circa quòd † & si videtur prima facie dicẽdum, ꝙ teneat ipsis ipsam quantitatẽ restituere, ex quo euenit casus dictæ substitutionis. C. cõia. de leg. l. 1. ad fi. nam ex quo d. quãtitatem d. testator. d suis filiabus reliquit, ipsas grauare potuit. ut d. l. 1. & l. ab

lab.eo. C. de fideicommiss. & præcipue dict. Margaretam, cui reliquit, non solum quantitatem 200. Florenorum, sed ipsam substituit etiam adinuicē, & casus substitutionis euenit d. Margaretę, adeo quòd successerit dictæ Helisabeth per quā vſ, quòd potuerit grauari nō solū in quantitate eidē relicta, sed etiā in quantitate eidē obuenta ex substitione prædicta pupillari, iuxta not.ff.ad Trebel.l.Marcellus.§.quidā liberis.& in l.cū uiri.C.de fideicō. Sed his nō ob. cōtrariū de iure dicēdū est, vt videlicet in dicta substitutione nō veniāt dicti 400. Floreni, quatenus fuissent & essent legitima dictarū filiarū, cū ipse testator substituēdo dictos substitutos, nō potuerit dictas filias in earū legitima grauare.l.cohæredi.§.cū filię. ff.de vul.& pupil.

7 Imo & relictum † & grauamen ad functū in quantitate ipsis relicta quatenus summat ipsa legitima, remouetur de medio, & habetur ac si adiunctum non fuisset. C.de inoffi.testa.l. quoniam in prioribus.& in l.Scimus.§.cum autē.eod.tit. vnde cum in casu prædicto vt præsupponitur, ascenderet & ascendat hæreditas ipsius testatoris ad quantitatem mille. 200. Florenorum, dicta quantitas 400. Florenorū fuit & est legitima debita dictis filiabus, cum legitima sit, ex quo sunt duę, tertia pars bonorū d.Ner. C. de inoffi.testamē.authen.nouissima. & in corpore vnde sumitur. vnde in casu prædicto, cum dicta quantitas 400. Florenorum ascēderit, & ascendat ad dictam tertiam partem hæreditatis & bonorum d. Neri debitam dictis filiabus pro earum legitima, non potuit dictus testator substituendo dictis filiabus post earum mortē dictos substitutos in quantitate 400. Florenorum grauare, nec tale grauamen apponere, prout patet in d.§.cum filiæ. & in d.l.quoniam in prioribus, & in d. l. Scimus. §. cum autem. vnde nō potuerunt dicti substituti vigore dictæ substitutionis petere dictam quantitatem contra dictā Nicolutiam hæredem dictarum filiarum, prout patet in d. iuri.

8 Quod procedit † quantumcunque ipse testator instituendo dictas filias in dictis quantitatibus, eas adinuicē substituerit, & postea substituerit ipsis filiabus decedentibus sine liberis, dictos substitutos in dictis quantitatibus, cū in legitimis ipsarū nō potuerit ita substituēdo grauare. Imo & d. Nicolotia potuit & potest & eiua hæres se tueri, vt non teneatur ipsam quantitatem restituere, cum possit eam pro legitima dictarum filiarum retinere cum veniat detrahenda non solum legitima d. Margaretę: sed etiam legitima debita d. Helisabeth, ex quo ambę ita fuerunt grauatę, & hoc voluit Bal. formaliter C.de inoffic.testamen. in l. ex tribus. & similiter C. de fideicommiss.l. cum virum. Vnde cum in casu prædicto detrahantur & detrahi debeant tam legitima dicta Helisabeth, & similiter legitima dicta Margareta & maxime ex quo fuit dicta substitutio facta ambabus, & de tota quantitate ambabus relicta. prout voluit ipse Bald. in d. iuri. & cum ambę videantur grauatę, & grauari non potuerint in ipsa legitima, quatenus summat ipsa legitima tale grauamen non valuit: & per consequens d. Nicolutia vt hæres d. Margaretæ & d. Helisabeth, non potuit cogi, nec tenetur tale relictum adimplere, quatenus summat ipsa legitima, vt patet supra. Non ob. in contrarium adducta, vt supra. &c. Domi. Benet

THEMA CONSILII CI.

PVNCTVS. Deficit, quia est resolutio cuiusdam dubij de quo fuerat a quodam doctore consultus.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus l. si quis instituatur hæres in prin ff. de hæredib. institucn. & l. 2. §. si sub conditione. ff. de bonor. possessi. secundum tabul.*

2 *Substitutus sub conditione, censetur sub conditione institutus.*

3 *Institutus sub conditione, sicut ea existente, potest bonorum possessionem agnoscere, ita & substitutus sub dicta conditione, & ea pendente poterit ipsam bonorum possessionem agnoscere, non instante ipso instituto.*

4 *Bonorum possessio secundum tabulas substitutio sub conditione a Iudice decernenda est, instituto non instante, nec contradicente, cum hoc tendat ad vtilitatem hæreditatis vacantis, & vt creditoribus satisfiat.*

5 *Intellectus l. 2. §. si quis ita instituerit. ff. de bonorum possess. secundum tabul.*

6 *Arbitri debent sententiare secundum formam compromissi.*

7 *Arbitri & arbitratores, qui habēt iudicare, de iure, veritate, & æquitate, non debēt in apicibus iuris insistere.*

CONSILIVM CI.

In nomine domini, Amen.

Et si excelentissime Doctor dubiū non sit paruū: tamen videre meo in casu prædicto non habet obstare, nā licet † l. si quis instituatur hęres in primo. ff. de hæredibus insti. & l. 2. §. si sub cōditione. ff. de bono. poss. secund. tabul. deferant ipsam bonorum possessionē ipsis institutis sub cōditione, nō faciendo mētionē de substitutis: tñ & idē erit in substitutis, cum † substitutus sub cōditione. in stitutus censeatur sub cōditione, prout & institutus similiter sub conditione. Vnde † sicut institutus sub cōditione pōt dictam bonorū possessionē agnoscere existēte ipsa cōditione, ita & pariformiter ipse substitutus sub dicta conditione, & pēdente dicta cōditione pōt ipsam bonorū possessionē agnoscere, nō insistēte ipso instituto sub cōditione, pariformiter & eadē ratione, sicut & potuisset ipse institutus, cū non agnoscat ipsam bonorū possessionē simpliciter, sed sub cōditione, & pēdente ipsa cōditione, per id qđ habetur in d.l. si quis instituatur. & in d.§. si sub cōditione. Vnde potuit ipsa do. Thomasia ita substituta, seu instituta sub conditione, si ipse Rex nō venerit, ipsam bonorū possessionē agnoscere pēdente ipsa cōditione, sicut & potuisset ipse Rex, antequā veniret, eā agnoscere. In tātū φ si cōcurrerent, bene præferreretur ipse Rex institutus, put vē esse de intētione ipsius Bar. in d. l. 2. §. si quis ita instituerit. ff. de bon. pos. sedm tabul. & clarius in d. §. si sub conditione. in fi. Sed ipso Rege non veniente nec instante super ipsa bonorū possessione, ego non video rationem, quare ipsa Thomasia ita substituta, non possit agnoscere ipsam bonorum

norum possessionem, cum eam agnoscat absque præiudicio ipsius Regis: in tantum quòd si ipse Rex veniret, ipsa potuisset & posset ipsam bonorũ possessionẽ secundũ tabulas agnoscere. ergo ipso Rege nõ instante, poterit ipsa Thomasia & potuit ipsam bonorũ possessionẽ agnoscere, adeo 4 † eidem est decernanda prout & Iudex decreuit, cum hoc tendat ad vtilitatẽ ipsius hæreditatis vacãtis. & vt satisfiat creditoribus vt d. l. si quis instituatur & nõ ad præiudicium ipsius Regis. Nec Barto. In hoc voluit contrarium, si bene ponderetur. Esto, quòd aliud esset, si ipse Rex instaret, & contradiceret: cum tunc præferendus sit vt supra, & hoc voluit Bartol. in d. §. si sub cõditione. circa fi. & similiter in d. §. si quis ita instituerit 5 dicendo † quòd ideo non potest peti missio in possessionem in d. §. si quis ita. Quia non potest dici, quare magis vnus frater quam alius in possessionem mittetur, quia non sunt inuicem substituti, nec per concursum faciunt partem. Sed si esset vnus institutus, & alius substitutus. Et tunc institutus pendente conditione mitteretur in possessionem: quia hoc fuit de voluntate defuncti, vt institutus præferatur substituto: & hoc si Institutus veniat & insistat: alias ipso non veniente nec insistente, nonne fuit voluntas defuncti, quod ipse substitutus possit agnoscere ipsam bonorum possessionem: Vnde & poterit ipsa Thomasia substituta, ipso Rege non veniente nec insistente, ipsam bonorum possessionem agnoscere, sicut & si fuisset instituta sub conditione, si ipse Rex non uenerit, nonne posset: certæ sine dubio posset ut in d. l. si quis instituat & d. §. si sub conditione. Vnde potuit ipsam bonorum possessionem agnoscere, & ipse Iudex eam decreuit. Propter quod non habet obstare tale dubium. Quod & demonstratur ex alio, quia d. domina Thomasia vt bonorum possessitrix egit in iudicio, prout & agere potest. vt dict. leg. si quis hæres. & petiit causam compromitti, prout & potuit. narrando formam testamenti, & de bonorum possessione agnita: Et fuit eidem oppositum, quòd libellus erat ineptus, & quòd eidem non competebat tale ius: & nihilominus fuit pronuntiatum causam fore compromittendam: Vnde fuit tacitæ pronunciatum eam mittendam esse in possessionem: & habere eius petendi, prout petiit: & cũ a tali sentẽtia non fuerit appellatum & transiuerit in rem iudicatam: propter quod non potest ad præsens hoc in dubium reuocari: & maxime per Arbitros, qui 6 † debent sententiare secundum formam sententiæ & compromissi. Ad hoc quod not. ff. de re iudi. l. quod iussit. & de elec. cum dilecti. Ad idem & 7 tertio facit, quia † cum ipsi Arbitri & Arbitratores iudicare habeant de iure, veritate, & æquitate, non debent in istis apicibus iuris insistere, iuxta not. ff. mandati. in l. si fideiussor. §. quædam. & C. eo. titu. l. fi. §. propterea. & ibi per Bal. & maxime in casu prædicto, in quo neptis eius, de cuius bonis tractatur, agit contra extraneum absque aliquo iure tenentem & possidentem & cap. In cæteris autem suppleat immensa scientia iudicare debentis. &c. Domi. Benedic.

THEMA CONSILII. CII.

PVNCTVS deficit, quia est subscriptio ad alterius consilium.

SVMMARIVM.

1 *Successioni ex testamento quandiu locus est, cessat successio ab intestato.*

2 *Testamentum natiuitate posthumi præteriti ruptum, de iure Prætorio reconualescit, cum posthumus viuo patre testatore decedit: & hæres in dicto testamento institutus, hæreditatem adire potest.*

3 *Clausula codicillaris in testamento apposita defert bonorum possessionem instituto, licet dictum testamentum rumpatur.*

CONSILIVM CII.

In nomine domini, Amen.

Cum prout in puncto præsupponitur decesserit dicta domina Mirabilia superuiuente dicto domino Merlino eius viro, & dicta Fiordelisa eius sorore carnali: ad ipsum dominum Merlinum sine dubio deuoluta fuit tertia pars dotis dictæ dominæ Mirabilis eius vxoris, prout in ipso statuto disponitur, quod ut lex seruandum est in loco. ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. Et non solum dicta tertia pars fuit ad ipsum deuoluta, sed etiam alia eius bona, est quo ipsa condidit testamentum, & illum eis hæredem instituit, 1 cum † quandiu locus sit successioni ab intestato. ff. de acq. hære. l. quãdiu. & C. cõia de successio. l. antequam. Vnde vigore dicti testamenti ipse dominus Merlinus successit, & deuoluta fuit eius hæreditas ad ipsum, exclusa dicta Fiordelisa eius sorore. Quod procedit quantumcumque d. Mirabilis post dictum testamentum pepererit filiolam quandam, & propter eius natiuitatem, eius testamentum fuerit ru-2 ptum cum † reconualuerit, & reconualescat de iure Prætorio, ex quo dicta filia decessit viua d. Mirabili, & similiter d. Merlino, prout est expressum. ff. de iniuf. testa. l. posthumos. Vnde potuit dictus do. Merlinus, mortua dicta do. Mirabili eius hæreditatem seu bonorum possessionem aprehendere. C. qui admitti. l. fin. & prout not. in l. certum. C. vnde legi. & eius bona tenere & possidere, prout & tenuit & possedit, vt præsuponitur. Imo & si ipsa bona non fuissent delata ad eum directo propter præteritionem ipsius filiæ, vel quia ipse non apprehendisset bonorum possessionem, prout not. in d. iuri. Nibi-3 lominus † dicta bona fuissent ipsam deuoluta ex clausula codicillari in dicto testamento posita generaliter concepta, prout patet ex not. ff. de iure codicil. l. 1. & ibi per Bartol. & per Bald. in l. fina. C. eod. titul. Ita quòd dicto domino Merlino & eius hæredibus dicta bona pertinuerunt effectualiter, seu pertinuere debuerunt per prædicta. Quod & locum haberet, etiam si mater dotans fuisset stipulata ipsam dotem sibi restitui, cum & ipsa seu eius hæredes reddere, seu cedere deberent ipsi Mirabili in eius vita, & post eius mortem eius hæredi

redi, prout tenuit Iacob. de Are. in d. l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. secundum quod refert Bal. in d. l. fina. C. de doti. pr omis. idem tenens. Ita quod dici & concludi potest, quod non solum tertia pars dotis dictæ do. Mirabilis st sed etiam omnia alia eius bona effectualiter pertinuerunt ad dictū do. Metlinum, & hodie pertinent ad eius hæredes, non obstante dicto statuto, cum non obst. prout elegantissime est dictum & conclusum per præfatum legum famosissimum Doct. dominum Mnnaldum fratrem honorandum. Vnde idem dico & consulo ego Benedictus de Benedictis de Perusio.

THEMA CONSILII CIII.

PVNCTVS. deficit, quia est, quædam subscriptio ad alterius consilium.

SVMMARIVM.

1 *Filij præteritio reddit testamētum patris nullum, ab intestato ei succeditur.*

2 *Testamentum patris, ob præteritionē filij inualidum efficitur, nisi quo ad relicta in eo, & quo ad fideicōmissum resultans ex clausula codicillari in dicto testamento apposita.*

3 *Filius præteritus in testamento patris, licet rumpat patris testamentum, tamen vigore clausulæ codicillaris in testamento appositæ tenebitur bona sibi ab intestato aduenta restituere alijs filijs institutis in testamento & eorum hæredibus, si de his sint qui fideicommissum transmittunt, non obstante diuisione inter eos facta.*

4 *Trebellianica in legitima confunditur, ex quo minor, si eodem tempore ambæ concurrant.*

5 *Fideicommisso non dicitur renuntiatum per simplicem diuisionem, si fuerit ignoratum, vel si diuisio facta fuerit per errorem, prout io dubio præsumi:ur, nisi aliud ex diuisione, & eius instrumento appareat.*

6 *Testamento patris rupto propter filij præteritionem, legata in eo facta remaneant firma, & debentur.*

CONSILIVM CIII.

In nomine domini, Amen.

Subscripsi Me Cuidā consilio famosissimi. V. I. doc. do. Bald. de Bartolinis de Perusio fratris honorandi sub infrascriptis verbis, videlicet, IESV CHRIST I nomine repetito. cū viso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, finaliter quæratur, an testamentum dicti nepotis instituentis matrem proprią, & vxorē, ualuerit & valeat. Et in hoc dicendum est, quod valuerit & valet, quantūcunque appareat testamentū d. Iacobi. eius aui, in quo instituit dictos eius quatuor filios, nulla facta mentione de prędictis nepotibus: cū hoc nō obstante dictus nepos potuerit testari, & valeat eius testamentū: cū quilibet testari possit de suis bonis. C. de sacr. san. eccl. l. prima. & C. man. l. In re mandata. Sed licet potuerit & possit testari ipse nepos, & valeat eius testamentū: tamen nō potuit nec potest disponere de bonis dictorum quatuor filiorum, seu eorum hæredū, seu de bonis restituendis eidem, sine eorum voluntate. ff. de regu. iur. l. id qd nostrū. Vnde pro declaratione præfatæ cōsultationis videndū est, & primo, an testamentū d. Iac. valuerit & valeat. Et in hoc dicendū est, quod tale testamentū, in quo nō est facta mentio de dictis duobus filiis legitimis & naturalibus, non valuit nec valet, etiā si tale testamentū fuisset factū prout in puncto deducitur, prout elegantissime dictū & cōclusum ex titir per præfatū dominū Bal. famosissimū V. I. doc. fratrē honorandū, & multo clarius si fuisset factū secundū formā testamenti nouiter adducti, in quo apparet, quod ex sex filiis, tantū quinque fuerunt hęredes 1 instituti, sexto filio prę terito. Propter † qđ tale testamentū clare redditur nullū. ff. de iniu. rup. irr. test. filio præterito. & in auth. ut cū de ap. cog. §. aliud quoque capitulū. Vnde cū tale testamentū reddaț nullū quoad institutionē, ab intestato successerūt dicti sex filii: & loco mortuorū eorū filii seu nepotes dicti Ia. C. de suis & legit. auth. in successione. Et cū ipsi ab intestato successerint, potuerunt ad inuicē dicta bona diuidere, & ita diuidere, debuerūt, ex quo ita succedebant: saluo tamen iure fideicommissi, si eidem 2 cetdiuidendo, non renunciauerunt: Vnde † cum licet tale testamentum non ualuerit nec valeat propter ipsam præteritionem: sed bene quoad relicta in eo, iuxta no. in d. §. aliud quoque capitulū. & in auth. ex causa. C. de lib. prętę. & præcipue quoad fideicōmissū resultans ex ipsa clausula codicillari, iuxta no. ff. de iu. codicil. l. 1. & C. eo. titu. l. si. Ipsi hæredes † di 3 ctorum duorum filiorum præteritorum vigore dictæ clausulę tenebuntur ad restituendum, & restituere debuerunt partes, seu bona eis obuenta ex bonis d. Iac. vigore dicti testamēti, dictis quatuor filiis, seu eorū hęredibus, cū tale fideicōmissū transmisserint prout supra cōclusum est, & prout no. in d. l. cū filio.
4 Et restituere † tenebuntur detracta solū legitima, cū in ea cōfundatur Trebellianica, ex quo est minor pars, & cōcurrunt eodē tēpore, prout no. ff. de inoff. testa. l. Papinianus. §. meminisse. & ibi per Bar. & C. ad l. Falc. l. quanquā. & ibi per Bal. & per Cano. In c. Rainurius. & c. Rainaldus. de testa. ita quòd dicti nepotes hæredes dictorum duorum filiorum præteritorum in dicto testamento, restituere debebunt dictis filiis, seu eorum hæredibus partem eis obuentā, seu eorum partibus ab intestato de bonis dicti Iac. detracta legitima, quæ est medietas de qualibet parte, ex quo decessit dictus Iaco. superstitibus dictis sex filiis d. autheo. nouissima. Non ob. dicta diuisio-
5 ne inter eos facta, si dicti † filii, quibus debebatur fideicommissum, ignorauerint, prout & præsupponitur, præsupponēdo quòd per errorē facta fuit, prout & in dubio præsumitur, iuxta no. in d. §. duo fratres. & in d. l. eius qui in Prouinciam. ff. si certum peta- & cum per eam tale fideicommissum non videatur remissum. ff. de pact. l. tres fratres. & C. de iur. & fac. igno. l. post diuisionem. Et hoc nisi aliud appareat ex dicta diuisione, seu eius instrumento, iuxta not. ff. de legi. 2. l. cum pater. §. hæreditatem. & ff. de verbor. obliga. l. qui Romæ. §. duo fratres. Quod tamen non potest bene discerni, nisi videatur instrumentum diuisionis, quod de præsenti non vidi & non obstantibus dictis consignationibus factis per dictos filios & nepotes de dictis legatis,
6 cum † & ipsi, licet sint hæredes ab intestato, teneantur dicta legata consignare, cum propter præteritionem filiorum talia legata non tollantur, imo

Imo remanet firma, ut d. auth. ex causa & d. §. aliud quoque capitulū. quod tamē bene discerni non potest, nisi tales cōsignationes uideātur, quas de præsenti non uidi. Vnde cum prædicta non obstent, ut supra concluditur, quòd dicti nepotes tenebuntur restituere dicta bona in partem obuenta, detracta tamen legitima, ut supra. & ut in effectu conclusum est per præfatum dominum Bal. fratrem honorandū, &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CIIII.

PVnctus. Fuit quidam ciuis Senarum nomine Bartholomeus, qui habuit & procreauit ex legitimo matrimo, duos filios masculos, unū, uidelicet, nominatum Ludouicum, alium uero Laurētiū. Qui postea uiuēte d. Bar. uxores ambo acceperūt: ex quibus nati sunt: uidelicet ex dicto Ludouico est natus Fatius, & una filia nomine Mariana. Ex dicto uero Laurentio, & ex do. Lauda eius uxore, natus est Petrus, de cuius successione nunc tractatur. Deinde d. Bartho. cum d. Mariana eius neptis esset nubilis ætatis, eam dotauit, & nuptui tradidit: & similiter d. Fatio uxorē dedit. Et post tēpora decessit, superstitibus prædictis. Ex dicto aūt. Fatio postea nati sunt filii, uidelicet, Gaius, & Sempronius masculi, & Angelina filia fœmina. Et similiter d. do. Mariana habuit filios quamplures: quibus relictis decessit. Decessitque postea d. Laurentius pater dic. Petri. & similiter d. Lauda eius mater, superstite d. Petr. Et similiter decessit d. Fatius pater dictorum Gaii & Sempronii, & d. do. Angelinæ, eis remanentibus. Nunc autem nouissime mortuus est ab intestato, & nullis relictis hæredibus, nec aliter disposito de suis bonis dictus Petrus Laurentii, superstite quodam nomine Io. Caroli patruo d. Laudę matris d. Pe. & superstitibus quinque filiis ex do. Mariana sorore carnali dic. Fatii. ac etiam superstitibus sibi dictis Gaio & Sempronio, & dicta do. Angelina. Qui Gaius & Sempronius, cum ipsi sint masculi, nituntur uelle excludere a successione dicti Petri Laurentii dictos quinque filios dictæ, do. Marianæ, & d. Ioannem Caroli, imo etiam d. Angelinā eorū sororē carnalē, decēdo se fore preferendo in successione d. Petri. tam de iure cōi, quam etiā ex dispositione statutorum, & reformationū dictæ ciuitatis Senarum, exclusis prædictis aliis, quæ statuta & reformationes ad materiam facientia seu facientes, uobis domino consultori transmittuntur: quæ uidere poteritis: quibus uisis & perscrutatis, consulatur quis successerit & succedat dicto Petro Laurent. ita ab intestato decedenti, superstitibus prædictis.

SVMMARIVM

1 *Proximiores qui sunt, post fratres, fratrumque filios in capita succedunt & si in pari gradu sint, pariter succedunt, siue sint masculi, siue fœminæ, & siue sint agnati, siue cognati, cū sublata sit omnis differentia agnationis siue cognationis, & masculini & fœminini sexus.*

2 *Statuta, & reformationes eorum in loco legitime edita, valent, & iuri communi derogant.*

3 *Filiorum masculorum appellatione, non veniunt filij masculi, qui descendunt ex fœmina.*

4 *Statutum disponens, quòd parentes seu consanguinei masculi ex latere paterno succedant exclusa matre, & omnibus aliis ex latere materno coniunctis, videtur excludere non solum fœminas, sed etiam masculos parentes descendentes ex ipsis fœminis.*

5 *Matre succedere prohibita extantibus agnatis masculis ex dispositione statuti, non solum dicitur filius & nepos masculus ex ea descendens exclusus, sed etiam auus maternus.*

6 *Statutum excludens matrem a successione extantibus masculis agnatis, dicitur habere virtutem, non solum ipsius matris exclusiuam, sed etiam inductiuam, seu dispositiuam vt agnati succedant.*

7 *Argui a rubrica perfecta potest.*

8 *Ratione scripta in statuto, datur intelligi de mēte ipsius statuti.*

9 *Parentes seu consanguinei appellantur ex communi vsu loquendi, non solum agnati, sed etiam cognati.*

10 *Proximior dicitur, quem nemo præcedit.*

11 *Statutum intelligendum, & interpretandum est secundum ius commune.*

12 *Statuti verba sunt attendenda, nec ab eis, quando sunt clara, est recedendum.*

13 *Statuto disponente, quod extantibus agnatis vel parentibus masculis, mater excludatur, quod a matre aufertur, applicandum est ipsis agnatis, vel parētibus masculis, in quorum fauorem mater excluditur.*

14 *Statuto dictante quod filia dotata sit dote contenta existentibus fratribus, tunc si dos non sit minus legitima, reliquum fratribus masculis applicabitur.*

15 *Statutum posterius videtur attendendum, adeo quod derogat priori, etiam si de eo non fiat mentio.*

16 *Generalis prouisio, vel generale statutum, non derogat speciali, sed potius econtra.*

17 *Statuta quæ videntur contrariari, si possint aliqua diuisione, vel distinctione ad concordiam reduci, reducenda & concordanda sunt, vt salnentur.*

18 *Argumentum a contrario sensu in statutis locum non habet quando contrarius sensus est iuri communi contrarius, quod tamen non procedit sine dubio.*

19 *Argumentum a contrario sensu locum non habet in statutis, si in eis sit dispositum, quod nulla fiat interpretatio, sed simpliciter, prout iacent verba intelligantur.*

20 *Parentum seu consanguineorum masculorum appellatione nō veniunt descendentes ex fœminis, si masculi.*

21 *Nigrum particulare & speciale a rubro generali, & indistincte loquenti ampliatur, etiam in materia exorbitanti & odiosa.*

22 *Patris appellatione non venit auus in materia exorbitanti,*

tanti, & odiosa.

23 *Statutum exclusiuum mulieris dotatæ a successione, ad quam de iure veniret, dicitur exorbitans, & odiosum: vnde est restringendum, & non ampliandum.*

24 *Fratrum appellatione in statuto veniunt fratres carnales, & non fratres Consobrini.*

25 *Patruus magnus non venit appellatione patrui.*

26 *Verba in dubio intelligenda sunt in priori, & potiori significatione, & maxime in materia odiosa & exorbitanti.*

27 *Argui potest a ratione finali in statuto expressa.*

28 *Statutum, seu constitutio ex ratione etiam expressa non extenditur ad casum, qui nullo modo potest comprehendi ex verbis statuti.*

CONSILIVM CIIII.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato casu, seu puncto, & ipsis statutis, & reformationibus transmissis, de tribus principaliter quæratur, & ipsa tria ad unum tendant, videlicet, quis successerit & succedat dicto Petro Laurentii defuncto superstitibus Gaio & Sempronio, & Angelina filiis d. Fatii filii Ludouici fratris carnalis Laurentii patris d. Petri, & superstitibus quinque filiis d. Marianæ sororis carnalis d. Fatii, & superstite Ioanne Caroli patrui dictæ do. Laude matris d. Petri Laurentii. Circa quæ, duo sunt consideranda. Et primo, quis ex prædictis successerit & succedat, d. Petro Laurentii decedēti ab intestato de iure cōmuni. Secundo quis successerit & succedat prædicto Petro, attentis, & cōsideratis supra dictis statutis, & reformationibus. Circa primū dicēdū est, ꝙ d. Petro Laurentii ita decedanti, de iure cōmmuni successerūt & succedunt dicti Gaius Sēpronius & Angelina filii d. Fatii: & similiter dicti quinque filii dictæ do. Marianæ, cū oēs isti sint in eodē gradu, & sint in quinto gradu. ff. de gra. l. Iurisconsultus. §. quinto gradu. & insti. eo. titu. §. quinto gradu in quo gradu non uidetur esse proximior dicto Petro, d. Ioannes Caroli, cū sit filius auunculi magni. d. Petri, prout patet in d. iu. Quod locū habet de iure Ciuili, cū de iure Canonico isti censeant esse in tertio gradu, prout habetur 35. q. 5. ad sedē. & cū isti oēs sint in eodem gradu pariter succedūt. ut in auth. de hære. quæ ab inte. §. si neq; fratres. & C. de legi. hære. in auth. post fratres, fratrūque filios: post † fratres eīn fratrūque filios succedūt qui proximiores sunt, & si sunt in pari gradu pariter succedūt, siue sint masculi siue fœminæ, & siue sint agnati siue cognati, cū sublata sit oīs differentia agnationis & cognationis & masculini & fœminini sexus prout patet in d. in. Et isti succedūt, nō in stirpes, sed per capita. ut in d. §. si vero neq; fratres. ꝙ voluit ēt Azo in summa, & Iac. Bu. prout refert Bart. in l. post consanguineos. ff. de suis & legi. vbi hoc idē tenet, qđ tenuit ēt Bal. in auth. cessāte. C. de legi. hære. quicquid dicat gl. ibi. vnde de iure cōmuni prædicti oēs succedūt d. Petro Laurentii, succedēdo per capita. & hæc circa primū. Circa secundū vero, ꝙ est, qs successerit & succedat d. Petro, stantibus dictis statutis & reformationibus, cū † statuta & reformationes in loco legitimæ editæ valeant, & derogent iuri cōi. ff. de iusti. & iure. l. oēs populi. & de consti. ca. 1. in 6. Dicendum videtur, ꝙ d. Petro successerint. & succedant tantū dicti Gaius & Sēprodius, exclusis prædictis aliis, excepto d. Ioāne Caroli, cū, prout disponit in statuto posito sub rub. de successione ascendētiū, quod incipit. Et si qua persona: ꝙ si aliquis decesserit ab intestato sine filiis legitimis, & ascendētibus ex linea paterna, & nō superstite fratre, siue filio, vel filia fratris vel sororis ipsius defuncti, nō permittatur mater, auus vel auia talis personæ defunctę, imò & nec aliqua alia persona cōsanguinea, vel cōiuncta ex latere matris talis personæ defunctæ, venire ad plus, quam ad quartam partem legitimæ successionis ab intestato omniū mobilium, & immobiliū, & se mouentiū, præter domos & Castella olim talis defunctæ personæ: Alia vero bona talis personæ defunctæ habeant parentes masculi ex parte patris, & aui paterni vsque ad quartū gradū vulgariter intellectū secūdū gradū proximioris ordinis. Vndè attēto dicto statuto cū d. Gaius, & Sēpronius, sint proximiores parentes masculi ex parte patris, & aui paterni dicti Petri, ipsi videntur succedere, exclusa Angelina eius sorore, cum sit fœmina, quæ ad dictam successionem nō vocatur, quantumcunque sit ex latere paterno: attenta dispositione dicti statuti, & exclusis filiis d. Marianæ etiam masculis: cum non ueniant appellatione parentum masculorum ex parte patris, auique paterni, ex quo descendunt ex fœmina: nam non † veniunt appellatione filiorum masculorum: ex quo descendunt ex fœmina, prout uoluit Spe. in titu. de loca. §. nunc vero aliqua. ver. 146. ad hoc quod not. in cap. 1. de eo qui sibi & suis hære. masc. & cap. in usibus Feudorum, per quod cap. Bald. videtur hoc velle in l. 1. C. de condi. inser. quod uoluit etiā Pau. de Cast. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius uocan. Quod & clarius demonstratur ex alio. Nam, ex quo statutum disponit, † quòd parentes masculi ex latere paterno succedant, exclusa matre, auo materno, aut aliqua alia persona coniuncta ex latere matris, præterquam usque ad quartam partem, vsque ad quam succedit, uidetur alios excludere a dicta successione, & sic filias fœminas: imo & masculos parentes descendentes ex ipsis fœminis, ad hoc quod not. per gloss. in cle. vnica. de baptismo. facit etiam ad hoc quod not. per Bartol. ff. ad Tertul. in l. 2. §. uidendum de statuto disponente, † quòd mater non succedat extantibus agnatis, vel filia fœmina non succedat extantibus masculis, vt non solum excludatur ipsa mater extantibus agnatis: sed etiam auus maternus, & similiter filius masculus excludatur, & etiam nepos ex ea: cum † talia statuta habeant virtutem, non solum exclusiuam, sed inductiuam, seu dispositiuam ut plenius ibi per eum. Per quæ videtur, quòd dicti Gaius & Sempronius succedant, exclusis dicta Angelina eorum sorore, & dictis filiis dictæ Marianæ etiam masculis, & dicto Ioanne Caroli, præterquam in quartam parte, in qua succedere videtur, cum sit in eodem gradu, & ex latere materno, prout in ipso statuto disponitur, præterquam in domibus & castellis, cum & in aliis, bonis succedant ipsi parentes masculi ex latere paterno. Ita quòd attentis prædictis videntur ad successionem dicti Petri vocari Gaius & Sempronius, & similiter d.

Ioan. ut supra, exclusa dicta An. & exclusis filiis d. Marianæ. Quod & ex alio videtur deduci, nam, cum dicta Mariana fuerit dotata a d. Bartholomeo suo auo, non solum ipsa si viueret, sed etiam eius filii & succedentes videntur a successione dicti Petri exclusi, attenta dispositione statuti positi sub rubrica: quòd mulier dotata, stantibus masculis non succedat. ibi enim disponitur, quòd non solum ipsa, sed etiam descendentes ex ea succedere non possint stantibus masculis, prout & etiam disponitur in dicta rubrica, a qua, † cù sit perfecta, argui potest, prout nota. C. ne fideiu. l. do. den. in rubrica, & in proœmio sexti. Vnde cum fuerit dotata ipsa Mariana ab ipso Bartholomæo eius auo, non videtur succedere ipsa, nec eius descendentes ipsi Petro a dicto Bartholomæo descendenti, ad hoc quod no. C. de legi. hæred. l. 1. Ad idem & tertio facit, quia dici potest, quòd ipsa fuerit dotata de bonis communibus, ex quo fuit dotata ab eius patre uel auo, prout disponitur in dicta reformatione, quæ incipit. In primis & cap. unde non uidetur, quòd possit peruenire ad successionem, uel diuisionem aliquam, cum dictis Gaio & Sempronio, prout disponitur in dicto statuto posito sub rubrica, quòd mulier dotata ad successionem, uel diuisionem non ueniat cum fratribus. Per tale enim statutum prohibetur, vt ipsa & eius hæredes non possint uenire ad successionem, vel diuisionem, vt in dicto statuto disponitur. Quod uidetur etiam ex alio demonstrari, nam cum, prout disponitur in statuto posito sub rubrica, de successione collateralium, in ver. Item statuerunt. stantibus fratribus carnalibus masculis, ipsi succedunt, exclusis, sororibus, filiabus sororum, Imo & etiam filiis ipsarum sororum, si tempore mortis eius de cuius hæreditate tractatur, supersint ipsi fratres. Quod & clarius videtur disponi in ipsa reformatione facta incipiente: quòd cum statutum, quòd est. Per quæ uidetur, quòd ipsi fratres carnales ab ipsa successione excludatur sorores. imo & etiam filios, & filias ipsarum sororum. unde cum supersint in casu prædicto dicti Sempronius & Gaius d. Mariana & eius filii non uidentur succedere dicto Petro. Quod uidetur etiam clarius demonstrari ex fine reformationis factæ ad statutum positum sub rubrica. In quantum succedant ascendentes. ibi enim disponitur, quòd cum sit conueniens & iustum, quòd soror & filia fratris, & filia fœmina sororis quæ uadit in domos alienas & extraneas, non succedat ab intestato in plus, quam fratres patrueles, qui uocantur fratres Cosini carnales; & maxime propter conseruandos cippos domorum. & cum magis sit attendendus is, qui sit defuncto stirpe carnalis ex parte patris, quam filia sororis. Propterea statuerunt, quòd idem intelligatur esse, & sit quantum ad supradictum statutum de patruo siue aio qui est frater patris, & eius filii masculis, qui sunt tali defuncto fratres patrueles, qui uocantur Cosini, quod est de sororibus & filiabus fratris, & filiabus sororis. Vult enim tale statutum, quòd sicut frater excludit sororem, & eius filis: imo & etiam filiam fratris: ita & patruus, & eius filii excludant ipsam sororem, & filiam fratris, & filiam sororis, ad hoc ut conseruetur cippus domus. Quod & uidetur habere locum in casu prædicto, ut uidelicet, dicti Gaius & Sempronius, non solum excludant a successione dicti Petri d. Marianam, sed etiam filios ipsius Marianæ, ad hoc ut conseruetur cippus domus, qui conseruatur in ipsis Gaio & Sempro. ex ta-

8 li † enim ratione scripta in ipso statuto, datur intelligi de mente ipsius statuti: ut videlicet tale statutum trahatur, non solum ad ipsam Marianam: sed etiã ad eius filios, cum sint extranei, ut non succedant existentibus dictis Gaio & Sempronio, qui sunt de cippo domus, ad hoc quod habetur in clemen. 1. de electi. & C. de ss. san. eccl. authen. quas actiones. & C. de reuo. don. l. his solis. Ita quòd per hæc uidetur dicendum, quòd dicti Gaius & Sempronius succedant ipsi Petro, exclusis filiis dictæ dominæ Marianæ, & dicto Ioanne Caroli, præterquam in dicta quarta parte. Quod uidetur procedere si sint de quarto gradu, vel infra quartum gradum uulgariter numerandum, cum alias non solum, non succedant dicti Ioannes Caroli, & filii d. Marianæ, nec etiam dicti Gaius & Sempronius, sed Curia Senensi prout disponitur in dicto statuto posito sub rub. de successione collateralium. Sed his non ob. contrarium de iure dicendũ est, ut videlicet, successerint & succedant d. Petro nõ solum d. Gaius & Semp. sed etiam Angelina eius soror. & etiam filii dictæ do. Marianæ. siue sint masculi siue fœminæ: imo & d. Io. Caroli, cũ omnes fuerint & sint in eodem gradu, uidelicet, quinto unde pariter succedere debent, non solum de iure cõmuni, ut d. authẽ. post fratres, fratrumque filios. & in auth. de hære. quæ ab intesta. §. si vero neque fratres, sed etiã atteta dispositione statuti dictæ Ciuitatis positi sub rub. de successione collateralium. In tali enim statuto disponitur, quòd si aliquis decesserit sine liberis, & sine ascendentibus ab intestato, proximiores parentes ipsius defuncti usque ad quartum gradum uulgariter intellectum, siue sint masculi siue fœminæ, libere & quiete habeãt omnia bona defuncti. tale. n. statutum includit non solum dictos Gaium & Sẽp. sed etiam d. Ioannem, & filios masculos dictæ Marianæ. sed etiam d. Angelam sororem Gai & Sempronii. imo & etiam filias fœminas d. Marianæ, cum oẽs dicantur, & dici possint parentes seu consanguinei, attento præcipue communi usu loquendi, secundum

9 quem † non solum agnati, sed etiam cognati, parentes seu consanguinei appellantur. ff. de acqui. hære. l. cum quidam. §. quod dicitur. & ibi per glo. Bartol. & An. & Io. de Imo. ad hoc etiam quod nor. per Bal. C. de ver. signi. l. fi. Ita quod prædicti dicuntur, & dici possunt parentes & consanguinei, attento uulgari & communi usu loquendi, qui attendi & considerari debet ff. de leg. 3. l. librorum. §. quod tamen Cassius. & ff. de fundo. instru. l. cum de Lanionis. §. Asinam. & proximioris, cũ sint omnes in eodem gradu

10 proximior † enim dicitur, quem nemo præcedit. ff. de verbo. sig. l. proximus. & in quartum gradum uulgariter nuncupatũ, ut mihi præsupponitur, ipsi enim & si sint in quinto gradu de iure Ciuili. ut d. l. iurisconsultus d. §. quinto gradu. tamen de iure Canonico sunt in tertio gradu. ut d. Cano. ad sedem: in quo forte vulgariter, & secundum communem usum loquendi dictæ Ciuitatis sunt uel saltem infra quartum, ut præsupponitur. Propter quod omnes prædicti ad dictam successionem ueniunt, exclusa

exclusa ipsa Curia, attenta dispositione dicti statuti. Ita quod per hæc dici & concludi potest, quod non solum de iure cōmuni, sed etiā attenta dispositione dicti statuti d. Gaius, & Sēpronius, Angelina, ac etiā filiis d. Marianæ, & d. Ioānes successerunt, & succedūt, succedendo non in stirpes, sed in capita prout & de iure est, quantumque in statuto ita nō 11 disponatur: cum † statutum intelligendū & interpretandum sit secundū ius commune, prout no. in l. si serui. C. de noxa. & in c. cū dilectus. de cōsuetudine. Quod verum intelligo in aliis, quā in d. Ioāne Caroli. In ipso enim Ioanne Caroli, tametsi succedat ex latere materno, & de iure, & attenta dispositione dicti statuti, successisset cum prædictis, succedendo per capita ut supra: tamen attenta dispositione alterius statuti positi sub rub. de successione ascendentium, ipse, cum fuerit coniunctus d. Petro ex latere materno, successit & succedit, nō prout disponitur de iure, nec etiam prout disponitur ex forma dicti statuti positi sub rub. de successione collateralium: sed successit & succedit, prout disponitur in statuto posito sub rub. de successione ascendentium, succedendo in quarta parte omnium rerum mobilium, & immobiliū, & se mouentium eius, quo successisset de iure, cū in tribus partibus de quatuor dictorū bonorū, & rerū mobilium, & immobilium & se mouentium succedant dicti Gaius & Sempronius de iure parentes masculi ex parte patris & aui paterni. Et ipsi non solū succedunt in dictis tribus partibus de quatuor dictorū bonorū & rerum, sed in domibus & Castellis, & alius bonis, in quibus de iure successisset dictus Ioānes Caroli, uidelicet, succedendo in parte tangente de iure d. Ioāni Caroli de dictis bonis, & rebus, prout in dicto statuto disponitur: cum ipse successisset per capita in bonis & rebus remanentibus in hæreditate d. Petri, ipsi Gaius & Sempronius succedūt, eum eius loco succedant: Ita quod ipsi Gaius & Sempronius succedent, nō solum in parte eis tangente de bonis d. Petri pro eorū capitibus sed etiā succedent in parte tangente d. Ioanni Caroli pro eius capite, & quæ eidem de bonis ipsius Petri de iure tetigisset, succedendo ut supra in dictis bonis, si tale statutum eum non exclusisset, cū tale statutū eum excludat a successione domorum & castellorū, & omniū aliorū bonorum, preterquā a quarta parte ipsorū bonorū mobilium, & immobilium, & se mouentiū: quam eidem tale statutū defert, deferendo bona, a quibus ipse Ioannes Caroli excluditur a dictis Gaio & Sempro. parentibus masculis ex latere paterno, prout & denotāt 12 uerba dicti statuti, a † quibus, cum sint clara, non fuit, nec est recedendum. ff. de exercito. l. 1. §. si ia qui nauem. & ff. de leg. 3. l. ille aut ille. §. cum in verbis. Quod uidetur etiam procedere non solum attentis uerbis ipsius: sed etiam ex dispositione iu- 13 ris, illud enim † quod aufertur ab ipsa matre, uel auo materno, uel a coniuncta persona ex latere materno per tale statutum, applicandum est & applicari debet ipsis parentibus masculis ex latere paterno, prout patet ex uerbis & mente ipsius statuti, & ex dispositione iuris cōis. C. de suis & legi. l. si defunctus. ubi Bal. per dictam legem notabiliter 14 dicit, quòd si statuto disponatur, quòd filia † dotata sit contenta dote, existentibus fratribus, nam ex hoc immediate sequitur, quòd si dos non erit minus legitima illud applicabitur fratribus masculis, quod & similiter uidetur habere locum in casu prædicto ut applicetur dictis parentibus masculis ex latere paterno, quod aufertur ab ipso Ioanne Caroli coniuncta persona ex latere matris. Tale enim statutum emanauit in eorum fauorem, vnde eis est applicandum quod aufertur ab ipsis coniunctis ex latere materno, prout & de mente ipsius statuti uidetur fuisse, prout & quilibet arbitraretur uerbis ipsius statuti consideratis, ad hoc etiā quod no. C. de colla. l. illam. instit. de hære. quæ ab intest. §. item vetusta. Ipsi enim parentes masculi succedunt loco ipsarum personarum coniunctarum ex latere materno, adeo quod ipsi, non solum succedunt loco ipsarum personarum coniunctarū ex latere materno, sed etiā portio tangens ipsis applicatur ipsis parentibus masculis. In tantū, prout in statuto disponitur, quod si extaret mater in casu prædicto, ipsi parentes, non solum succederent per capita in hæreditate dicti Petri: sed etiam succederent in omnibus bonis ipsius Petri, excludendo omnes alios prædictos, sicut exclusissent dictam matrem: cum vincendo ipsam vincant remotiores, prout voluit Bar. ff. de contratabu. l. 1. §. filium. per l. equissimū. l. 2. §. si sit consanguineus. ff. ad Tert. & Bal. in l. si quia filium. in uerb. quarto quæro. C. de inoffi. testa. per id quod habetur. C. de prædiis Curia. l. fi. li. x. Quod locum non habet in casu prædicto, quia licet ipsi parentes masculi exuludāt dictū Ioannem Caroli, succedēdo in eius loco & in eius parte: tamen non excludunt ipsam Angelinam, & filios d. d. Marianæ, sicut & non exclusisset ipse Ioannes Caroli, cum in eius loco & iure succedant, ad hoc quod not. in regula, si quis in ius in 6. Ita quod per hæc uidetur dicendum & cōcludendum, quòd dicti Gaius & Sempronius, & ipsa Angelina eorū suror, & filii d. do. Marianæ tam masculi quā fœminæ, successerint & succedant d. Petro per capita, imo etiam successisset & succederet dictus Ioannes Caroli similiter per capita, cum sit in eodem gradu, si tale statutum non extaret, cum attenta dispositione dicti statuti, eius loco succedant dicti Gaius & Sempronius, præterquam in quarta parte bonorū mobilium, & immobilium, & se mouentium, in quibus ipse succedit in quarta parte eius, in quo ipse successisset, si tale statutum non extaret, prout & supra plenius dictum fuit, non ob. in contrarium adductis, cum non ob. Non enī ob. & primo quòd in contrarium adducitur de dicto statuto posito sub rubrica: de successione ascendentium, quo ad dict. Io. Caroli: cum quo ad ipsum tale statutum non disponat in contrarium. imo disponit, prout & supra dictum est. Nec obst. si dicatur, quòd imo tale statuto videatur derogari per statutum positum sub rubrica, de successione collateralium: per quod uidetur, quòd ipse succedat una cum dictis aliis parentibus, ex quo est in eodem gradu cum prædictis. Propter quod videtur vocari simul cum aliis prædictis, non obst. dicto statuto posito sub rubrica, de successione ascēdentiū, cum eidē,

appellatione ipsorum masculorum uenirent: sed ueniunt ex earum persona, prout parentes ipsius Petri infra quartnm gradū pront de iure uenirenr ex dispositione dicti statuti positi sub rnb. de successione collateralium. onde oon obst. Nec etiam oo. si dicatur, quod d. Angellina, & filii dictæ Marianæ excluduntur, ex quo statutū uocat dictos parētes masculos ex latere paterno, excludendo ascendentes, & coniūctos ex latere materno, & sic habet tale statntum virtutem oon solum exclusiuam, sed etiā dispositinam, prout voluit Bar. in d. §. nunc uidendum. Cum Bart. in alijs terminis loquatur, & eius dictum non procedat sine dubio, cum aliud uelit Bal. in d. l. illam. Tamen in caso prædicto oon habet obstare, cum statutum prædictum de successione ascendentium, licet excludat ascendentes, & cōionctos ex latere materno: tamen noo excludit parentes ex latere paterno etiam fœmioas, nisi forte a contrario senso, quod argumentum in tali statuto locum non habet, prout supra plenius dictum fuit. Vnde tale statutum positum sub rubri. de successione ascendentium non haber obstare prædictis in casu prædicto. Nec ob. qood & secundo in contrarinm addocitur de statuto polito sub rubr. quod mulier dotata stantibus masculis non succedat. Cum illud statutum non excludat a successione do tantis, & descendentiū ab ipso, sed excludit ipsam filiam dotatam a successione matris, aui materni, & auiæ maternæ proaui, uel proauiæ, qnamdiu supersunt filii masculi ex auo materno, uel auia materna, proauo, vel proauia. vnde a successione alio rum de quibus mentionem oon facit, non excluditur: & per consequeos non excludit a successione prædicti Petri, de qua dictum statutum non loqui tur, ad hoc quod habetur in d. §. noo dixit. & in d. l.

22 illam. Et si dicatur, quòd † & si oigrum non excludit, saltem rubrica indistinctè loqneos. Sed certe, licet dicta rub. loquatur ita generaliter & indistinctè, & excludat filiam dotatam stantibus masculis: tamen non excludit oisi a bonis, & hæreditate dotantis, prut no. in d. l. 1. C. de leg. hær. & ibi per glo. & doc. quod non cadit in casu prædicto, cum oon fuerit dotata ab ipso Petro: unde tale statutum oō ob. d. Marianæ, & eios filiis. Nec ob. aliud statutū positum sub rob. quòd mulier dotata ad successionem, uel ad dinisionem non ueniat cum fratribus. Nam ad illud respondetur pluribus modis. Et primo inquantum tale statutnm loquitur de muliere dotata de bonis communibus, quæ haberet cum fratribus uel fratre carnalibus, locum noo habet in casu prædicto, cum dicta do. Mariana nō fuerit do tata de bonis communibus, quæ haberet cum fratribus vel fratre carnalibus: Imo & oec de bonis, quæ haberet cum dictis Gaio & Semprooio eius nepotibus, cum quibus tractatur de successione, vnde locum non habet. ut d. l. illam. & d. §. non dixit. Et si dicatur, quòd satis potest dici dotata de bonis communibus, ex quo fuit dotata a Bartholomeo eius auo, cum dicatur dotata de bonis com munibus, si fuit dotata de bonis paternis, prout di sponitur in ipsa reformatione, & eius fine. Sed cer te ad hoc respondetur, quod tale statutum in hoc casu locum non habet, ipsa enim non fuit dotata de bonis paternis, seu patris, prout statutnm

22 loquitur, cum † appellatiooe patris oon ueniat ipse auus, in tali materia exorbitaoti & odiosa. prout uoluit Bart. in l. liberorum ad finem. ff. de verbo. signifi. Pro quo facit quod not. in regula.

23 quæ a iure. & in regula odia in 6. tale † enim statutum est exclusiuum ipsius mulieris dotate a successione, ad quam de iure uenirеt: unde ut exorbitans & odiosum restringendum est, & ooo ampliandum, prout patet in d. iur. & prout not. C. de in ius nocan. in l. uenia. & ff. solu. ma. in l. si nero. §. de uiro. cum similib. unde tale statutnm in casu prædicto locum non habet. Quod & alia ratiooe suadetur, cum tale statutum loquatur de bonis & rebus communibus, quæ remanserint pœnes fratrem uel fratres, ut & ipsa mulier dotata ad commu nionem ipsorum uon ueniat: cum talia bona non remanserint pœnes fratres uel fratrem, cum appel-

24 latione † fratrum intelligatur de fratribus carnalibus, & noo de fratribus Consobrinis, prout noluit Bald. C. ad Trebel. l. iubemus. §. illud. & in usibus Feudorum. in tit. de Feudo Marchiæ in cap. unico, ad finem. per illum tex. ubi satis beoe probatnr, dicens se ita consuluisse. Pro quo facit, quod no. per Iaco. Bu. C. de succes. edic. l. 1. ubi idem vult, lo-

25 quendo † de patruo, ut intelligatur de patruo

26 proprie, & non de patruo magno: uerba † enim intelligenda sunt in priori & potiori significatu in dubio, & maxime in materia ipsa odiosa & exorbitaoti, ut patet in iuri. supra alleg. vnde tale statutum non ob. Nec ob. statutum positum sub rubri. de successione collateralium in uerb. item statuerunt. cum tale statutum loquatur de his, qui decesserunt ab intestato, sine ascendentibus uel descendeotibus, superstitibus fratribns carnalibus masculis, & consimilium fratrum filiis masculis, ur & ipsi succedant in stirpes, exclusis prorsus sororibus, & filiabus sororom monachatis, uel etiam Monasterio dedicatis tempore obitus eius, de cuius hæreditatē quæritur, & filiis & filiabus dictarum sororum, si uiuerent dicti fratres carnales, & filii ipsorum, uel aliquis ipsorum, tale enim statutum io casu prædicto locum non habet, cum d. Petrus non decesserit superstitibus fratribus carnalibus ex utroque parente, nec etiam coosimili, puta fratre carnali ex latere patris uel matris, nec etiam filiis ipsorum fratrum: nnde tale statutum locum non habet, ex quo superuiuentes non sunt fratres carnales, nec etiam filii fratrum carnalium, cum de fratribus carnalibus tale statnrum loquatur, & non de Consobrinis, prout & supra dictum fuit. Vnde, cum oon supersint ipsi fratres carnales, nec eorum filii, ratio dicti statuti locum non habet. ut d. §. non dixit. & d. leg. illam. & ff. solu. matri. l. si uero. §. de uiro. Quod ex alio apparet, cum tale statutum loquatur, & locum habeat, quando superessent sorores, videlicet, carnales, cum de eis intelligatur, ut supra dictum est, & de filiis seu filiabus dictarum sororum: quod in casu prædicto locum non habet, cum oon supersint ipse sorores, non solum monachatæ: sed etiam non monachatæ, oec dictarū sororū filiæ, & filii: vn de locū nō habet, ex quo de hoc casu nō loquitur.

T 2 Nec

Nec habet locum ipsa reformatio, quæ loquitur de filiabus fratrum: cum in casu prædicto non superſint filiæ fratrum, vnde de earum excluſione nō eſt tractandum, nec de excluſione ipſarum ſororum, & filiorum & filiarum ipſarum, ex quo non ſuperſunt, prout ſupra dictum eſt. Vnde tale ſtatutū, & reformatio non habet obſtare. Nec etiam ſimiliter reformatio facta ad ſtatutum poſitum ſub rub. in quantum ſuccedant aſcendentes, cum talis reformatio loquatur, quando decederet quis ſuperſtite patruo ſeu zio, vel eius filiis maſculis, & ſic ſuperſtitibus fratribus patruelibus, vt ipſi non admittantur ad ſucceſsionem, excluſa muliere vel filio conſanguineo ex parte matris, prout & ſuccederet frater uel ſoror, ſeu eorum filij, excluſis ipſa muliere, vel filio conſanguineo ex parte matris, cum in caſu prædicto non ſuperſint patruus, nec etiam filii: imo & nec ſoror uel frater, nec etiam filii fratris uel ſororis: unde tale ſtatutum locum non habet. Et ſi dicatur, quòd & ſi locum non habeat tale ſtatutum, & talis reformatio in caſu prædicto, cum ſtatutum & reformatio in caſu prædicto de his non loquantur: tamen videtur habere locum, attenta ratione, quæ eſt: vt cippus domus conſeruetur. Propter quam rationem videtur, quòd ipſi Sempronius & Gaius ſuccedant, cum ſint de cippo domus, excluſis filijs dictæ do. Marianæ, cum non ſint de cippo domus, attento vulgari ſermone, & attenta dicta ratione expreſſa 27 in dicto ſtatuto, cum † ex ea argui poſſit, prout not. in clem. 1. de elec. & vt ſupra dictum fuit. Nam ad hoc poteſt reſponderi, primo, quod dicta ratio expreſſa in ſtatuto non fuit nec eſt finalis, nec expreſſa: ex quo apponitur dictio, maxime, ad hoc quod not. in cap. cum ex literis. de reſtit. in integrum. & in le. 1. §. ulti. ff. de colla. bonorum. 28 Præterea non eſt uerum, quòd † ex ratione etiam expreſſa extendatur conſtitutio, ſeu ſtatutum ad caſum, qui nullo modo poteſt comprehendi ex uerbis ſtatuti: prout voluit gloſſ. in cle. auditor. de reſcrip. ad hoc etiam text. dictæ cle. 1. de elec. iuncta gloſſ. in uerbo prælatum. per quæ iura Ioan. de Imo. in d. §. de uiro. hoc uoluit ut ibi plenius per eum. Vnde cum tale ſtatutum & reformatio non loquantur de ipſis exiſtentibus in quinto gradu de iure ciuili, in eis locum non habet, nec poteſt ad eos extendi ratione prædicta: & ſic non obſt. vnde cum non obſt. concluditur & concludi poteſt circa præfatum caſum, ſeu punctum, quòd in bonis & hæreditate d. Petri ſucceſſerunt & ſuccedunt d. Angelina, & filij dictæ do. Marianæ maſculi & fœminæ pro virili, ſeu per capita, per quæ ſucceſſerunt & ſuccedunt dicti Caius & Sempronius, ex eorum perſona, & ex perſona d. Ioannis Caroli in domibus & Caſtellis, & aliis bonis, præterquam in bonis mobilibus, ſtabilibus, & ſe mouentibus, in quibus ſuccedunt pro tribus partibus de quatuor, ipſo Ioanne Caroli ſuccedente pro quarta parte, ſuccedendo per capita, prout ſupra plenius dictum fuit &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CV.

PVnctus. Domina Nicola vxor olim Alexandri habuit alium virum nomine Baptiſtam, ex quo habuit duos filios. Deinde volens migrare, ad ſecundas nuptias, aſſumpſit in virum di. Alexandrum, & eidem nupſit: cui pro dote & nomine dotis promiſit vnam domum cum maſſaritiis in ea exiſtentibus, pro inextimata, quæ eſt valoris Flor. 40. Quam dotem ſeu domum nunquam dicto Alexandro conſignata fuit, nec habuit: transduxit tamen d. Nicolaum ad domum, & ſecum retinuit, ut faciunt viri proprias uxores. Quæ cum haberet dictos duos filios ex primo matrimonio, duxit eos ſecum in domum d. Alexandri: qui eos ſuis ſumptibus & expenſis gubernauit, & retinuit uſque ad mortem d. Nicolæ: ex qua ipſe habuit filios. Demum d. Nicola deceſſit ab inteſtato, ſuperſtitibus dictis tribus filijs, videlicet, duobus ex primo matrimonio, & vna filia fœmina ex d. Alexandro ſecundo viro. Qua mortua, cum eius hæreditas diuidenda ſit, & dictus Alexander nunquam fuerit ab ea conſecutus dictam dotem, ac etiam retinuerit dictos filios ſuis expenſis: vellet dictus Alexander ſaltem in bonis dictæ Nicolæ conſequi & petere fructus dictæ dotis, & eius intereſſe, & petere refici de expenſis factis dictis filiis primi matrimonii. Sed dubitatur in quanta portione ſuccedant, & quomodo dicti filij Ideo primo quæritur, vtrum mortua dicta Nicola matre dictorum filiorum, ex quo ſunt tres filii ſuperſtites, debeat diuidi hereditas dictæ matris in tres partes, & tertia pars omnium bonorum prędictę matris debeat remanare apud filiam d. Alexandri, & dictę d. Nicolę, Secundo, utrum d. Alexander debeat habere fructus & intereſſe pro dicta dote non tradita. Tertio, Vtrum d. Alexander debeat rehabere expenſas, quas fecit in perſonis dictorum filiorum primi matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas matris qualiter diuidatur ſuperſtitibus tribus eius filijs.*

2 *Maritus vtrum pro dote ſibi promiſſa, & non tradita, debeat habere fructus & intereſſe.*

3 *Alimenta, ſeu intereſſe debentur marito pro dote danda, ſeu conſignanda. Et quid ſi promiſſa fuerit pro dote domus in aſtimata cum maſſaritijs, quid tunc marito debeatur.*

4 *Penſiones*

4 *Pensiones debentur marito, prout fructus a tempore more dotis non traditæ, quod est, a tempore, quo fuit tradu cta vxor ad domum viri, & ip se vir onera matrimonij substinuit.*

5 *Maritus secundus vtrum debeat rehabere, alimenta & expensas, quas fecit filijs primi matrimonij vxoris suæ, & sic suis priuignis.*

CONSILIVM CV.

In nomine domini, Amen.

Cum uiso, & considerato præfato puncto, & conteñtis in eo, de tribus principaliter quæratur. Ad quõlibet respondendum est. Et primo, ad primũ quòd est, utrum mortua dicta matre prædictorum filiorum, ex quo tres filii sunt superstites, debeat diuidi hæreditas dictæ matris in tres partes, & tertia pars omnium bonorũ prædictæ matris debeat remanere apud filiam d. Alexandri. & d. do. Nicolæ eius matris. Et circa hoc dicendum est, quòd † cũ 1 dicta mater decesserit ab intestato, & non condito testamento, dicti tres filii eidẽ succedunt, quolibet succedente pro tertia parte. C. ad Orfic. l. 1. & 2. & instit. de hære. quæ ab intestat. §. 1. & ita inter eos diuidi debet dicta hæreditas: adeo quòd tertia pars remanet & remanere debet apud filiam dicti Alexandri & d. Nicolæ eius matris. & hæc circa primum. Circa secundum, quod est, utrum † d. Ale 2 xander debeat habere fructus, uel interesse pro dicta dote non tradita, dicendum est, quòd cum † pro 3 dote danda seu consignanda marito debeantur alimenta seu interesse, secundum quod not. ff. solu. ma. l. in insulam. §. usuras. & C. de iure doti. l. si. & in c. salubriter. de usuris. debebit habere d. Alexander, non alimenta seu interesse pro quantitate, & habito respectu ad ipsam quantitatem xl. Flor. cuius ualoris erat dicta domus cum massaritiis, cum ipsa quantitas xl. Flore. non fuerit promissa, nec habita pro ipsa dote, sed ipsa Domus cum massaritiis pro inextimata, ex quibus proueniunt pensiones. Vnde debebit habere alimenta seu interesse in pensionibus, seu de pensionibus, quæ proueniunt ex ipsa domo, & massaritiis promissis pro dicta dote, Et cum ipsa domus & massaritiæ fuerint pro ipsa dote promissæ, debuerunt assignari & consignari dicto Alexand. cum pensionibus, quibus pensionari potuerunt eum † debeantur ipsæ pensiones, prout & fru 4 ctus a tempore more. ff. de re uendi. l. si mauis. & ff. de usu. l. uideamus. Imo & a tempore, quo fuit ducta per uirum ad domum, & onera matrimonii ipse uir substituit, cum a dicto tẽ pore ipsa mulier censeatur esse in mora tradendi ipsam dotem per eam promissam. ff. so. ma. l. de diuisione. & ut ibi plenius not. & hæc circa secundum. Circa tertium quòd est, vtrum † d. Alex. debeat rehabere expensas, 5 quas fecit in personis filiorum primi matrimonii prædictæ do. Nico. uidelicet, pro illa rata temporis, in qua d. Alex. eos alimentauit. Et cõsiderandi sunt tres casus, nam quandoque & primo constat & apparet, quòd ipse Alex. ipsos alimentauit animo repetendi, ut quia ita fuit protestatus, & tunc potest ipsa alimenta seu expensas repetere, prout colligitur ex l. si paterno affectu. C. de neg. gest. ad hoc l. Nensennis. ff. eo. tit. Aut constat siue apparet, quod ipsos alimentauit non animo repetendi, sed potius animo donandi. & tunc repetere non potest. ut d. l. si paterno: Aut non apparet quòd ipsos alimentauit animo repetendi, nec apparet quòd animo donandi: & tunc in dubio præsumendum est quòd alimentauerit animo repetendi, prout uidetur uelle glo. in d. l. si paterno. Quod uerum est, nisi ex coniecturis aliud appareat, cum ad ipsas coniecturas recurrendum sit, prout uoluit gl. in d. l. si paterno. & Bar. & Bal. ibi: Ex qualitate enim personæ facientis, & personæ cui fit, colligitur animus ipsius Alexan. vt plenius no. ĩ d. l. si paterno. per ipsum Bar. & Bal. &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CVI.

PVnctus. Quidam Ioannes Marcutij condidit testamentum, in quo inter alia legata iudicauit & reliquit d. Margaretæ eius filiæ quingentas libras pro dotibus suis, & in eis eam hæredem instituit: cum hoc quòd de bonis suis plus petere non possit. Et in omnibus alijs suis bonis, iuribus, & actionibus hæredes instituit Mucium Anto. & Nerium suos filios legitimos & naturales. Et si aliquis ex dictis suis filijs decesserit quãdocunque sine liberis, substituit quòd succedat superuiuens. Et si omnes decesserint sine liberis quandocunq; , Petrus eius frater carnalis succedat: apponendo in ipso testamento clausulam codicillarem per infrascripta verba, videlicet, Et hæc est vltima sua voluñtas, quam valere voluit iure testamenti: & si non ualeret iure testamenti, saltem ualeat iure codicillorum, uel alterius cuiuscunque ultimæ uoluntatis, prout melius & efficacius de iure ualere potest &c. Deinde dictus Ioannes decessit superstitibus dictis suis filijs, & decessit, prout allegatur pro parte dictæ Margaretæ, superstite uxore prægnante, quæ peperit unam filiam nomine Ioannam, quod tamen negatur parte dicti Petri asserentis ex ipso Ioanne non fuisse natã aliquam posthumam. Quę Ioanna dicitur decessisse postea in pupillari ætate neque per eam, aut dictam D. Margaretam eius matrem unquam fuit dictum de nullitate dicti testamenti, nõ solum infra annum, sed nec etiam infra triginta annos, & ita tacuit. Item extat statutum in loco disponens, quòd filia dotata, uel dotanda, nõ succedat in bonis paternis si habeat fratres carnales, sed dotari debeat ab ipsis, & illi alimenta per eos præstari. Deinde similiter in pupillari ætate, decesserunt etiam dicti Mucius & Antonius, superstite d. Nerio,

qui bona hereditaria d. Ioannis tenuit & possedit, & ex ipsis aliqua alienauit: & postea decessit in decrepita ætate, superstite d. Petro substituto, & superstite d. Margareta eius sorore: & in dubium reuocetur. Primo de ualiditate ipsius testamenti: & si non ualeret iure testamenti, an ualeat saltem iure codicillorum: Secundo, quid uigore dicti testamenti restitui debeat d. Petro.

SVMMARIVM.

1 *Allegans posthumum natum ad inualidandum testamentum, id debet probare, siue agat, siue excipiat.*

2 *Filia succedens ab intestato, annullato testamento, vigore substitutionis, seu fideicommissi, per clausulam codicillarem in testamento appositam inducti, substituto seu fideicommissario bona & hæreditatem restituere tenetur & omne id quòd ad eam peruenit, ex vulgari, et pupillari substitutione, & etiam ex fideicommisso, detracta tamen legitima, in qua grauari non potuit, & Trebellianica, quando eodem tempore ambæ non concurrunt.*

3 *Filij in legitima grauari per fideicommissum non possunt.*

4 *Trebellianica est quarta pars residui detracta legitima, ita quod ipsa legitima cum Trebellianica, quando ambæ detrahi possunt, dimidiam hæreditatis absumunt.*

5 *Alienata imputantur in legitima & Trebellianica, quia filius ea in partem suam præelegisse uidetur.*

6 *Acquisita per grauatum non ueniunt in restitutione fideicomissi.*

7 *Posthumi agnatione, seu natiuitate in testamento præteriti, testamentum patris redditur nullum.*

8 *Præteritus non dicitur, nec eius præteritionis seu agnationis prætextu testamentum rumpit, qui ab intestato non succedit.*

9 *Testamentum nullum reconualescit, si de eius nullitate dictum non fuerit spatio 30. annorum, vsque adeo vt de eius nullitate amplius dici non possit, cum præscriptum sit iuri adeundi.*

10 *Testamentum ruptum agnatione posthumi, remanet validum non vi testamenti, sed vi codicillorum propter clausulam codicillarem in testamento insertam.*

11 *Clausula codicillaris ad futurum etiam tempus refertur, ad hoc vt res magis valeat quam pereat, & perinde est ac si testator dixisset. Et si non valet, vel valebit iure testamenti, vbleat iure codicillorum.*

CONSILIVM CVI.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, de duobus principaliter quæratur. Et primo reuocetur in dubium de validitate testamenti dicti Ioannis Marcutij: & si non valeat iure testamenti, an valeat saltem iure codicillorum virtute clausulæ codicillaris in dicto testamento appositæ, ut in puncto præsupponitur. Secundo; quid vigore dicti testamenti restitui debeat Petro fratri dicti Ioannis substituto. Pro quorum dubiorum declaratione, cum non præsupponatur præcise, quod decesserit d. Ioanes superstite vxore prægnante, & quod nata postea fuerit dicta posthuma, imo pro parte ipsius Petri dicatur, quòd ex ipso Ioanne nõ fuit nata aliqua posthuma, Primo considerandum est qui incumbat onus probandi, an dictæ do. Margaretæ, quòd ipsa posthuma sit nata: an uero ipsi Petro, quòd non fuerit nata. Et sine dubio 1 † incũbet onus probandi ipsi do. Margaretæ, quæ ad inualidandum dictum testamentum allegat posthumã natam. l. ei qui dicit. ff. de proba. & l. ab ea parte. & siue ipsa agat, l. actor. C. de proba. siue ipsa excipiat, cũ in ipsa exceptione censeatur actrix, incũbet sibi probatio, ad hoc l. 1. ff. de excep. & l. in exceptionibus. ff. de proba. Secũdo considerandũ est, quod si ipsa Margareta non probetur, nec apparet de natiuitate ipsius posthumæ, sine dubio testamentum ipsum ualebit cũ tunc testamentũ non subiaceat uitio præteritionis. Sed licet non ualeat testamentum, & locus sit substitutioni factæ de ipso Petro, tamen cum d. Nerius decesserit ultimo loco, superstite ipsa do. Margareta eius proximiore consanguinea, sine dubio 2 † ipsa do. Margareta succedit ipsi Nerio in decrepita ætate decedenti ab intestato, ut in auth. defuncto. C. ad Tertu. & C. de leg. hære. l. 1. & in auth itaque. C. comunia de succes. Et ipsa do. Margareta ab intestato succedens, restituere debet uigore dictæ substitutionis, seu fideicommissi eidem Petro non solum tertiam partem eidem Nerio tangentem ex hæreditate d. Ioannis, sed etiã omne id & totũ, quod præuenit ad ipsum Nerium de hæreditate ipsius Ioannis ex substitutione facta dictis Mutio & Antonio in pupillari ætate decedentibus, siue ad ipsum peruenerit ex substitutione vulgari. l. si tota. ff. de acqui. hære. & in l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebel. & ibi per Bar. siue ex pupillari. l. ita tamen. §. qui suspectam & ibi per Bar. ff. ad Treb. ut not. per Bal. C. de fideicommis. in l. cum uirum. siue ex fideicommisso. l. Secuola. ff. ad Trebel. & quod ibi no. detracta tamen legitima, quæ erit tertia pars bonorum d. Ioannis. C. de inoffi. testa. auth. nouissima: quæ tertia para remanebit apud ipsam do. Margaretam, cũ 3 † in ea dicti filii grauari non potuerint per fideicommissum substituendo. l. coheredi. §. cũ filiæ. ff. de uulga. & pupil. in l. ex tribus. C. de inoffi. testa. & etiã detracta Trebellianica, quæ hoc casu detrahi põt simul cum legitima. ex quo eodem tempore non concurrunt, ut not. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. meminisse. & ut no. in l. quamquam. C. ad l. Fal. & in c. Rainutius. de testa. quæ 4 † Trebellianica erit quarta para residui, detracta ipsa legitima, ita quod ipsa legitima una cũ Trebellianica erit dimidia eius quod peruenerit ad ipsum Neriũ de hæreditate ipsius Ioãnis, siue puenerit ex persona sua, siue ex persona suorũ fratrum, vt supra, prout not. in d. c. Rainutius & in d. l. quãquam & in d. §. meminisse. & per Bal. in d. l. cũ uirũ. in 5 † qua legitima & Trebellianica imputabitur quicquid ipse Nerius ex bonis Ioannis alienasset, cum illud in parte sua uideatur præelegisse, & in ea sit imputandum si ipse Petrus fideicommissarius uelit l. Marcellus. §. res quæ ff. ad Trebel. & ibi per Bar. Alia uero bona, quæ

non

non fuerunt ipsius Ioannis, nec in eius hæreditate remanserūt, sed † acquisita fuerunt ipsi Nerio post mortem ipsius Ioannis eius patris, non uenient in restitutione fideicommissi. vt d. §. cum filiæ & d. l. ex tribus. Tertio considerandum est, si & inquantū appareat dictum testatorem decessisse superstite ipsa posthuma, ita q̄ appareat ipsam Ioanē posthumā post eius mortem natā fuisse, an dictū testamentum fuerit ruptum agnatione ipsius posthumę. Circa quod uidetur dicendum: † prima facie, quod ruptum fuerit, ex quo testator ipse eidem iure institutionis nihil reliquit. l. posthumum & l. qui uxorem. ff. de iniusto testa. Sed contrariū puto de iure dicendum, ut testamentum illud non fuerit ruptum agnatione ipsius posthumæ, attenta primo dispositione dicti statuti in loco uigentis, quod ut lex in loco. est seruandum. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. disponit enim statutum loci, quòd filia dotata uel dotanda non succedat in bonis paternis, si habeat fratres. carnales: sed dotari debeat ab ipsis, & alimenta per eos præstari. Vnde † cum ipsa non succederet ab intestato, non potest dici præterita in testamento, merito dictum testamentum non redditur nullum eius præteritione uel agnatione, ad hoc. l. t. §. pe. ff. de contrata, & quod not. per Bar. & in l. fi. ff. ad Tertul. ubi idem dicit in simili quæstione. & per Bal. in l. maximum uitiū. C. de lib. præteri. in uer. extra quæritur. Secūdo, quia † ut mihi præsupponitur, de nullitate dicti testamenti per ipsam Ioannā, nec per ipsam Margaretā nō fuit dictū, nō solū infra annū, sed nec etiā infra 30. annos. & ita tacuit. Et ideo testamentū tale reconualescit, ita & taliter q̄ de nullitate dici non potest, cū præscriptū sit iuri adeundi ut not. in l. filio præterito. ff. de iniusto testamento. & ibi p Bart. vbi hoc aperte vult. unde cū testamentū ipsum remanet ualidū, ut supra, nō poterit ipsa domina Margareta ipsum impugnare, sed restituere debebit medietatem ipsius hæreditatis dicti Ioānis, prout supra dictū fuit. Sed dato † sine præiudicio, q̄ testamentū ipsum fuisset nullū & ruptū agnatione ipsius posthumæ, tamen ipsum testamentum remanebit validū nō vi testamenti, sed vi codicillorū, ꝓpter illā clausula in fine ipsius testamenti positā dū dixit. Et si nō ualeret iure testamenti &c. cū † clausula illa referatur etiam ad futurum tempus, ad hoc ut res magis ualeat, quam pereat. argu. l. quoties. & l. in ambiguis. ff. de reg. iur. & hoc ualuit aperte Bart. in l. 1. in uer. septimo. ff. de iure codicillorum. & Bal. in l. fi. C. de codicil. ubi dixit, quòd tūc perinde est, ac si dixerit, quòd si nō ualeret, uel ualebit. Vnde cum extendatur ad futurum, locum habebit non solum quando ipse testator præteriit uentrem uxoris scienter, sciens ipsam esse prægnantem, prout uoluit Bar. in d. l. filio præterito & d. l. 1. in uer. exto quæro. & comuniter tenetur Sed etiam si ignorasset ipsam uxorem prægnantem fore prout uoluit Bald. in uer. & ideo distinguemus istum possum, circa finem. apponendo dictam clausulam si non ualeret. uel ualebit, uideatur cogitasse de ipsa ruptura testamenti, & sic de, natiuitate ipsius posthumi, saltem implicite, qui est unus ex casibus rumpendi; Quod maxime procedit in casu isto, in quo filios hæredes instituit, quos videtur prædiligere, & verisimile sit, q̄ si de posthuma ipsa cogitasset, nihilominus eos hæredes instituisset, relinquendo eidem posthumæ dotem seu legitimam argu. C. de lega. l. cum alienam, prout voluit Bal. in d. aut. ex causa. vbi plenius hāc quæstionem examinauit. Vnde tenendo, quòd dictū testamentū rumpatur agnatione ipsius posthumæ. Nihilominus remanebit ualidum virtute ipsius clausulæ codicillaris, & vt codicillus, de cuius effectu plene no. in d. l. 1. & in d. l. fi. & in d. l. quam quam. & in d. c. Rainutius. Super quo non expedit insistere, ex quo, ut supra dictum est testamentum ipsum validum remanebit. &c. Domine. Benedic.

THEMA CONSILII CVII.

PVnctus, Quidam Paulus Symonis decessit superstite quadam Lucia eius amita, uidelicet, sorore carnali eius patris, & dotata a suis fratribus, & superstite quodam Antonio eius fratre Consobrino, videlicet, filio Francisci fratris carnalis dicti Symonis patris ipsius Pauli: & superstitibus Ioanne & Laurentio fratribus carnalibus d. Catherinæ matris ipsius Pauli, & sic auunculis: & præsupposito quodam statuto vigente in ciuitate Tudertina, quod disponit, quod si filij masculi alicuius moriantur ab Intestato, non existente aliquo ascendente vel descendente, quod omnis hæreditas eorum debeat pertinere, & deuolui ad fratres eorum, & filios fratrum, si sint, vel ad patruos & filios patruorum, & auunculi tunc non succedant, sed exclusi intelligantur ab hæreditate prædictorum: testamentis semper saluis: Ac etiam presupposito, quod d. Symon fuerit effectus rebellis dictæ ciuitatis, sed non ipse Paulus, cum esset adolescens. Et ad præsens in dubium reuocetur, quis succedat eidem Paulo.

SVMMARIVM.

1. *Statutum excludens auunculos, propter fratres, & patruos, et eorum filios, an videatur etiam amitam et eius filiam excludere, & eos ad uniuersam hæreditatem vocare. & nu. 6.*
2. *Statutum disponens, quod extantibus agnatis mater non succedat, non solum excludit matrem, sed etiam auum maternum, & omnes alios cognatos, licet de eis mentionem non faciat.*
3. *Statuto dictante, quod stantibus masculis fœmina non succedat, non succedat etiam neptis ex filia, imo nec etiam nepos licet sit masculus, cum ex fœmina descendat.*
4. *Stante statuto excludente auunculum propter filios patrui,*

trui, vtrum quod aufertur ab auunculo, accrescat filio patrui & an dictum statutum habeat locum, quando etiam amita superest, an vero tunc ipse auunculus cum amita succedat, cum sint in pari gradu, excluso ipso filio patrui.

5 *Statuto cauente. quod filia dotata sit contenta eius dote existentibus fratribus, si dos non sit minus legitima, reliquum fratribus applicatur.*

6 *Patrueles fratres, si ex statuti dispositione matrem excludant, tamen amitam non excludent, ex quo statutum de ea mentionem non facit.*

7 *Statuti verba si cessent, cessat etiam ipsum statutum.*

8 *Patruus si ex forma statuti excludat matrem, nihilominus non excludet amitam, vel sororem.*

9 *Statuto disponente, quod mater non succedat, stantibus agnatis, si extent aliqui cognati, qui de iure communi ante ipsos agnatos succederent, vt filius sororis, non excluduntur ex dispositione dicti statuti.*

10 *Exhaeredatio hominis quemadmodum non extenditur ad non nominatos, ita nec similiter exhaeredatio legis.*

11 *Agnati masculi si ex statuto matrem excludant, nihilominus non excludunt ipsam amitam, si mater non sit in medio, secus si mater sit in medio.*

12 *Masculinum non concipit fœmininum in materia exorbitanti, & odiosa, & quando tractatur de odio intolerabili.*

13 *Auus maternus, si statuto prohibente, non succedat existente patruo, nihilominus si sit amita, succedet.*

14 *Amita vna cum Auunculis succedendo, in quota parte admittatur.*

15 *Rebellis filij non dicuntur effici insuccessibiles propter delictum patris, sed ad eius haereditatem admittuntur.*

16 *Rebellis, cum possit bona acquirere, habebit etiam haeredem.*

17 *Intellectus. l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiestatis. & an habeat locum in rebelli.*

CONSILIVM CVII.

In nomine domini, Amen.

Circa hoc videtur prima facie dicendum, quod succedit eidem Antonius, attenta forma ipsius statuti ita disponentis, cum & ipse fuerit & sit filius ipsius Fráncisci, & sic patrui ipsius Pauli, exclusis ipso Ioanne & Laurentio auunculis: excludit enim tale statutum ipsos auunculos, non solum propter fratres, sed etiam propter patruos & filios patruorū: adeo quod eos vocat ad totam hæreditatem ipsius defuncti, exclusis ipsis auunculis, ita quod ipsum statutum non solum excludit ipsos auúculos propter ipsos fratres, patruos, & filios patruorum, sed etiā ipsos fratres, patruos, vel filios patruorum vocat ad totam hæreditatem: propter† quod videtur etiā excludere ipsam amitam, ad hoc etiam quod notat Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. vbi dicit, quòd si statutum † disponit, quòd extantibus agnatis mater non succedat, cum tale statutum habeat vim exclusiuam agnatorum, non succedat mater, nec etiā auus maternus, nec aliqui alii cognati, quantumcūque de eis mentionem non faciat. Quod & fortius procedit, si statutum disponeret expresse, quod & ipsi agnati succedant, ut in casu nostro. Ad idem etiam facit, quod voluit Bal. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. vbi dicit, quod si † statutum disposuit, quod fœmina non succedat stantibus masculis, quod tunc non succedet etiam neptis ex filia: imo nec nepos, quantumcunque sit masculus. Primo ex capite inclusiuo, nam cum per id vocentur masculi, cæteri videntur exclusi siue sint masculi, siue fœminæ, dummodo ex fœmina descendant: inclusio enim unius est exclusio alterius. ff. de leg. 1. l. quòd in rerum. §. si quis post. Secundo, ex eo, quia adest illa ratio, propter quam fuit exclusa fœmina cum fuerit exclusa fauore agnatorum. Tertio, quia descendit ex persona inhabili, ut plenius per ipsum Bal. in d. l. maximum vitium. vbi dicit Cin. hoc tenere in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. Per quæ videtur quòd non solum ipsi auunculi, sed etiam ipsa amita & eius filia tali successione excludantur. Quod tamen procedere non videtur de iure, imo potius contrarium videtur dicendum de iure. Pro cuius declaratione duo vidēda sunt, & primo, verū dicto casu ipsi auunculi excludantur a successione d. Pauli. Circa quòd dicendum est, quòd † cum tale statutum præferat ipsi auunculis ipsum filium patrui, erit præferendus, in tantum, quòd eis excludit a successione, prout & statutū disponit, a cuius verbis, cum sint clara, non est recedendū. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de lega. 3. ad hoc etiam facit. l. si defunctus. C. de legi. hære. ubi patet, quòd quando quis succedit cum diminutione aliqua quod diminuitur accrescit alteri, ad cuius commodum diminuitur, per quam. l. Bal. ibi dicit quòd si statuto † caueatur, quòd filia dotata sit contenta dote existentibus fratribus, quòd si dos non erat minus legitima, illud applicabitur fratribus: quod pariformiter locum habet in casu prædicto: nam & illud quod erat deferendum ipsis auunculis applicabitur ipsi filio patrui, ad cuius commodum & fauorem ipsi auunculi excluduntur ex dispositione dicti statuti. Quod sine dubio procederet, quādo superessent tantum ipsi auunculi, & filius patrui, prout & statutum requirit: alias si supersint nō solum auunculi, sed amita & filius patrui: & tunc, cum statutum de hoc casu non loquatur, talia casus videtur remanere in dispositione iuris communis Propterea videtur, quod ipsi auunculi succedāt una cū amita, cum sint in pari gradu, excluso ipso filio patrui, secundum quòd habetur in auth. post fratres C. de legi. hære. & in cor. unde sumitur. Sed his nō obst. contrarium de iure puto dicendum, ut & ipsi auunculi excludantur propter ipsum filiū patrui, prout disponit ipsum statutum, quòd loquitur in hoc casu disponendo, quòd auunculi non succedāt propter filios patrui. talia enim casus adest hic. Non ob. si dicatur ex quo superest amita, remanet in dispositione iuris communis. Quia illud haberet locum, quando statutum non prouideret, prout est in amita, sed quando prouidet, non remanet in dispositione iuris communis, quòd not. per Bar. in l. si cum dotem in prin. ff. solu. ma. & in l. Sticum qui meus erit. ff. de leg. 1. sed licet † ipsi auunculi excludantur propter ipsum filium patrui, tamen non excluditur amita, ex quo statutum de ea mentionem

non

non facit prout uoluit Bal. in simili quæstione in l. si quis. C. ad Tertul. vbi loquendo de statuto dispo nente, quòd fratres patrueles excludant matrem, tamen non excludent amitam, ex quo de ea mentionem non facit. Imo & plus dicit ibi, quòd & ipsa sola succedit: nã cũ de iure ipsa excludat fratres patrueles, & ipsi excludunt matrem: in consequentiam sequitur, quòd ipsa sola succedit. Quod tamẽ ultimum præcise nõ firmat, cum tex. ille faciat pro amita, quantumcunque in dubio loquatur, Imo videtur tenere quòd ipsi agnati admittantur, cum & ipsi matrẽ excludant propter se, non propter aliũ. Ad hoc quòd habetur institu. ad Tertu. §. soror. & per Bal. ibi. Quod & forte procedit, quando ipsa amita non esset in eodem gradu cum illo, qui eam excludit, ut in casu prædicto: alias si sit in pari gradu, ut est in casu prædicto, & aliud esset dicendum. Ad idem etiam facit, quia si statutum de ea disponere uoluisset, de ipsa amita mentionem fecisset, prout & fecit de auunculis, ad hoc quòd not. in l. si seruum. §. non dixit. ff. de acqui. hære. & in c. ad audientiam de decimis. Vnde cum non fecerit mentionem de ea, & cum, quo ad † eam cessent uerba ipsius statuti, cessabit ipsum statutum, ut est expressum in d. l. illam. Per quam Bal. formaliter dicit, quòd si statutum disponit, quòd † patruus excludat matrem, nihilominus non excludit amitam uel sororem, ut ibi plenius per eum. Vnde & fortius statutum prædictum excludens auunculos, non excludit ipsam amitam, quæ non est de cognatis, sed de agnatis, & in pari gradu cum auunculis, & fortius cum filio patrui. Imo & plus uoluit ipse Bal. ibi, quòd stante statuto † quod mater non succedat stãtibus agnatis, quod si extant aliqui cognati, qui de iure communi ante ipsos agnatos succederent, ut filius sororis, non excluderentur ex dispositione dicti statuti, maxime ea ratione, quia † sicut exhæredatio hominis non extenditur ad non nominatos. l. 1. ff. de libe. & posthu. ita nec exhæredatio legis, ut ibi plenius per eundem Bald. & ad idem etiam facit quod uoluit ipse Bald. in l. si defunctus. C. de legi. hære. vbi notabiliter dixit, quod stante † statuto, quod agnati masculi excludant matrem nihilominus non excludunt ipsam amitam, si mater non sit in medio: secus ergo si mater sit in medio. ut ibi plenius per eum, & in l. si quis. C. ad Tertu. ubi hoc idem tenet. Et per hoc non ob. quòd uoluit Bald. ibi, cum in hoc casu mater non sit in medio. Ad idem etiam facit, quia † in hac materia exorbitanti & odiosa, dum tractatur de odio intolerabili, ut in casu prædicto, masculinum non concipit fœmininum. Vnde dum disponit de auunculis, qualitercũque sint in pari uel in priori gradu eos excludendo non habet locum in amita, nec etiam in matereris: cum masculinum non concipiat fœmininum, prout uoluit Bal. in l. quicunque. C. de ser. fugi. dicens, quod si statutum † disponat, quòd existente patruo non succedat auus maternus: nihilominus si sit amita succedet, cum masculinum non concipiat fœmininum. Sed dubium remanet qualiter, & in quota parte ipsa amita admittatur, & pro quota parte. Et circa hoc † dicendum puto, quòd cum, vt præsupponitur, supersint duo fratres matris & sic auunculi, qui cum sint in pari gradu cum ipsa amita, si statutum in hoc non disponat, succedit quilibet pro tertia, cum post fratres filiosque fratrum succedant qui in gradu proximiores sunt, ut pares in gradu pariter admittantur. C. de legi. hære. auth. post fratres. & in cor. unde sumitur. tunc enim sublata est differentia agnationis & cognationis, ut ibi patet. unde ea sublata succedunt auunculi ipsi & amita æqualiter, cum sint in pari gradu, Et cum succedant æqualiter, succedit ipsa amita in tertia parte, illi vero auunculi in duabus partibus de tribus successissent, si statutum eos non exclusisset. Verum quia dictum statutum excludit eos propter ipsum filium patrui ipse filius succedit in eo, in quo successissent ipsi duo auunculi, & sic in ipsis duabus partibus hæreditatis ipsius Pauli, per id quòd habetur in d. l. si defunctus. Nec ob. quod † eius pater fuit rebellis, cum & si fuerit condemnatus pro rebellione, tamen ipse Pau. non fuit rebellis, nec cõdemnatus pro rebellione, cum pœna suos authores teneat. l. Sancimus. C. de pe. & c. quæsiuit. de his quæ fi. a ma. par. ca. imo & quantũcunque ipse pater fuerit condemnatus pro rebellione, tamen eius filii eidem succedunt, per id quòd habetur in auth. bona dãnatorũ. C. de bo. dam. imo † & rebellis cũ possit bona acquirere, habebit hæredem. l. si mandauero. §. is cui bona. ff. mã. Nec ob. l. quisquis. C. de l. Iuli. maie. per † quam efficitur filius in successibilis, cum d. l. locum non habeat in prædicto rebelli, sed tantum in illo qui commisit crimen lesæ maie. cõtra principem, prout no. ibi & maxime per Cin. &c. Domine Bene.

THEMA CONSILII CVIII.

PVnctus. Quidam Lutius habens legitimam vxorem, tenebat eius domi etiam quandam ancillam, quæ non habebat virum, sed erat soluta, nomine Helenam. Cuius Helene dictus Lutius amore captus, eam carnaliter cognouit: ex qua natus est quidam Franciscus Spurius: Item dicta Helena per antea ex quodam alio suo amasio nomine Gregorio pepererat vnum filium nomine Andream, cum esset similiter soluta, & ipse Gregorius esset coniugatus. Accidit modo, quod dictus Franciscus Spurius decessit, superstite dicto Andrea fratre Vterino, & superstite dicto Lutio patre, & ipsa Helena matre. Vnde dictus Andreas frater Vterinus vellet eidem Francisco succedere, idque in dubium reuocatur, quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Frater Vterinus & Spurius natus ex damnato coitu, vtrum succedat ab intestato alteri fratri Vterino Spurio, &*

vlo, & nato ex damnato coitu, cum ex diuersis patribus ipsi essent procreati, & nu. 14.

2 Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda.

3 Filius natus ex concubina succedit ipsi matri etiam una cum legitimo, dummodo mater non sit illustris: & potest dicere de nullitate testamenti ipsius matris, si eum hæredem non instituat.

4 Frater Vterinus Spurius succedit in bonis fratris Vterini Spurij, cum eius successio non reperiatur prohibita.

5 Parentes quare excludantur ab hæreditate & successione eorum filij spurij.

6 Ratione legis cessante, cessat & eius dispositio.

7 Omnia licent, quæ non reperiuntur prohibita.

8 Spurij filij quare patribus non succedant.

9 Filii naturales succedunt, vbi non sunt legitimi: & an id etiam procedat in filijs Spurijs.

10 Bastardi de iure ciuili patri non succedunt: secus videtur esse de iure canonico, cum bastardi, & nati ex damnato coitu filij de iure canonico nominentur, & alimentandi sint.

11 Miserendum est eis, qui alieno uitio laborant.

12 Filius naturalis potest a patre substitui filio legitimo.

13 Spurij admittuntur ad uindicandum mortem parentum, vel aliorum consanguineorum. Et quo ad impediendum matrimonium censentur consanguinei.

14 Spurij nati ex damnato coitu non succedunt patri, nec matri tam de iure ciuili, quam de iure canonico, licet filii naturales succedant.

15 Parentes Spurii filiis non succedunt, nec econtra.

16 Filiorum quot sint species, & qui sint successibiles, & qui non quæ omnia ibi sigillatim examinantur.

17 Papa vocat omnes filios spirituales, exceptis Episcopis & superioribus, quos fratres appellat.

18 Leuati ex sacro fonte dicuntur filii spirituales & legitimi, seu canonici.

19 Adoptati & arrogati dicuntur filii ciuiles, uel legitimi tantum, & quomodo succedant.

20 Filii legitimi & naturales qui sint, & quomodo succedant parentibus.

21 Filii nati ex concubina in domo retenta, dicuntur naturales, & hi succedunt matri cum legitimis, nisi mater sit illustris, sed patri succedunt tantum in duabus unciis ab intestato: nisi sint legitimati, nam tunc succedunt sicut legitimi & naturales.

22 Filii uulgo concepti licet non succedant patri propter incertitudinem, nec eius consanguineis, tamen succedunt matri etiam cum legitimis, nisi mater sit illustris, adeo quod testamentum querelare possunt, & succedunt auiæ maternæ, & aliis coniunctis per lineam maternam.

23 Filii nati ex damnato coitu, & ex adulterio, iuris dispositione filii nominandi non sunt: & an ipsi parentibus succedant, & econtra.

24 Statuto disponente, quod filia dotata non succedat stantibus filiis masculis, filius masculus ex filia excludetur, licet statuto caueatur, quod verba statuti nullam recipiant interpretationem.

25 Spurii filii non censentur esse de domo, ita & spuriorum filii etiam legitimi, tanquam nati ex primordiali materia corrupta.

26 Medium vitiosum uitiat extrema.

27 Nepos natus ex damnato coitu auo non succedit.

28 Spurii nominandi non sunt etiam filii matris, ex quo habentur pro non filiis.

29 Filii uulgo concepti aliquem non habent agnatum, ex quo nullum intelliguntur habere patrem.

30 Spurii nati ex damnato coitu dici non possunt agnati, aut cognati, imo nec censentur coniuncti, ideo non succedunt.

31 Spurii, & nati ex damnato coitu non ueniunt appellatione filiorum, etiam in constitutionibus iuris naturalis.

32 Spurii nati ex damnato coitu non succedunt patri, matri, agnatis, aut cognatis, nec inter se, ex quo non censentur adinuicem agnati, nec etiam cognati.

33 Intellectus. §. uulgo quæsitus instit. de successio. cogn.

34 Filii uulgo concepti licet non succedant patri propter incertitudinem, nec eius agnatis, tamen succedunt matri, & aliis coniunctis per matrem.

35 Intellectus. l. si spurius & l. hac parte. ff. unde cogn.

36 Spurius aliquando accipitur in iure pro vulgo concepto.

37 Lex una per aliam restringitur & limitatur.

38 Spurii nati ex damnato coitu, ex quo filii non appellantur, non possunt dici cognati, uel agnati, nec etiam ut cognati succedere possunt patri, matri, vel fratribus, uel aliis consanguineis patris, uel matris, uel econuerso.

39 Intellectus. l. si qua illustris. C. ad Orfic.

40 Successio ex duplici capite defertur, scilicet, Agnationis, & Cognationis.

41 Fratres Vterini sibi inuicem succedere nequeunt, cum inter se non censeantur agnati nec cognati.

42 Educatio filiorum inducta est de iure naturali.

43 Filii naturales a legitimis non distinguuntur quo ad alimentandum, sed bene quo ad succedendum, cum non succedant pariter naturales cum legitimis.

44 Filii nati ex damnato coitu aliquo modo non succedunt etiam de iure canonico quod naturali æquitate innititur.

45 Filii Spurii admittuntur ad accusandum propter publicam utilitatem, & ne delicta remaneant impunita, tamen ob id non admittuntur tanquam consanguinei ad successionem.

CONSILIVM CVIII.

In nomine domini, Amen.

Cum, ut præsupponitur, decesserit quidam Franciscus Spurius natus ex quodam Lucio vxorato, & quadam Helena eius famula, & non coniugata, superstite d. Andræa filio ipsius Helenæ nato ex d. Helena & ex Gregorio coniugato, & superstite ipso Lucio & prædicta Helena, & in dubium reuocetur, an d. Andr. frater Vterinus eidem Francisco succedat. Circa quod uidetur dicendum † quòd & 1 si non pater vel descendentes ex eo, nec consanguinei succedant. ff. unde cogna. l. si spurius, circa princi. tamen ipsa mater, & ipse frater Vterinus eidem succedit, prout videtur esse expressum in l. hac parte. & in l. si spurius. §. 1. ff. vnde cognati, generaliter loquendo de quolibet spurio, unde † generaliter 2 sunt intelligendæ. ff. de lega. præsta. l. 1. §. & generaliter. Per quæ iura Ci. in authen. itaque. C. communia de succe. hoc tenuit, ut & ipsi coniuncti per matrem indistincte succedant eis, in uer. tertio casu.

Ad

Ad idē & secūdo facit, quia negari nō potest, quòd sint coniuncti, ut dict. l. si Spurius & d. l. hac parte. vnde iure coniunctionis uidentur succedere, inst. de success. cogna. §. uulgo quæsitua. Ad idem & tertio, facit. l. si qua illustris. circa finem. C. ad Orfic. 3 vbi patet, quòd filius † natus ex concubina succedit ipsi matri etiam una cum legitimo, dummodo mater non sit illustris prout non erat prædicta Helena concubina. Imo & plus, quia potest dicere de inofficio. testamen. ipsius matris, si eum hæredem non instituat. ff. de inofficio. testamen. l. si suspecta §. de inofficio. testam. unde si filius ipse spurius succedit in bonis maternis, ita & econtra mater succedit in hæreditate ipsius filii. ff. de inofficio. testame. l. nam & si parentibus. Facit etiam pro hac parte & quarto, quia & si mater ipsa, & etiam pater nō succedant eidem Francisco, ex quo natus fuit ex damnato coitu. C. de naturalibus libe. auth. licet: 4 tamen ipse frater† uterinus uidetur succedere, cū eius successio non reperiatur probibita, ut successio matris. Imo uidetur permissa. ut d. l. hac parte & d. l. si spurius. Quibus iuribus non reperitur derogatum per iura noua Authenticorum, nisi quo ad matrem & patrem, vt eidem non succedant. ut d. authen. licet. unde remanent incorrecta. C. de appellatio. l. præcipimus. & C. de testamen. l. sancimus cum similibus. Imo & plus, quia licet ipsi Spurij non succedant patri uel matri, tamen econuerso non repetitur prohibitum, ut eidem non succedat pater & mater. Nisi dicatur hoc procedere a paritate, imo & plus a maioritate rationis, prout uoluit Azo. in authen. licet. Per id quòd habetur in auth. multomagis. C. de sacrosanct. eccle. Pro hoc etiam 5 facit, quia† ratio, propter quam pater & mater excludūtur ab hæreditate filij Spurij nati ex damnato coitu, est, quia ita contrahendo & se immiscendo deliquerunt, cum adulterium commiserint. ff. de adul. per totum. unde ne ex tali delicto commodum reportent, excluduntur ab hæreditate ipsius filii. in authen. qui mod. natu. efficiantur sui. §. fina. & C. de naturali. libe. authen. licet. quæ ratio cessat 6 in ipsis fratribus uterinis. Vnde† cum cesset ipsa ratio, cessat & eius dispositio. ff. de pac. l. quòd dictū & ff. ad l. Aquiliam. l. illud. Pœna enim debet tenere suos auctores. C. de pœnis. l. sancimus. & de hia quæ fi. a maio. par. ca. c. quæsiuit. Et facit etiam ad 7 hoc & pro hac parte, quia† omnia licent, quæ non reperiuntur prohibita. ff. ea quib. cau. ma. l. necnō. §. sed quod simpliciter. Sed cum ipsi fratres uterini non reperiantur prohibiti a successione ipsorum fratrum: imo potius admisi, ut d. l. hac parte & d. l. si Spurius. Non enim prohibetur ipsa successio in d. authen. licet. & in cor. unde sumitur. ipsis fratribus, & inter eos sed solum ipsi patri uel matri, uel econuerso ut in dictis iuribus habetur: Ad idem 8 etiam facit, quia ratio, quare† isti filii non succedunt patri, vel econuerso est, quia pater est incertus, ex quo sunt vulgo concepti, prout not. in d. l. hac parte & in d. l. si spurius quæ ratio cessat in ipsis fratribus vterinis, prout & in matre: unde succedunt, ut & mater, ut d. l. hac parte. & d. l. spurius. 9 Ad idem etiam † facit, quia ubi non sunt legitimi succedunt naturales. l. fina. C. de naturali. libe. unde pariformiter Spurij, ut ibi sentit glos. Ad idem 10 etiam facit, quia† bastardi de iure ciuili non succedunt, per ea quæ habentur in l. fina. C. de naturali. libe. tamen de iure canonico succedere uidentur, cum & filij de iure canonico ipsi bastardi, & nati ex damnato coitu sint nominandi, cum & alimentandi sint, vt in c. cum haberet. de eo qui dua. in matri. quam pol. per adul. Per quæ videtur, quòd ipse frater uterinus succedat, quod ut audio, cum dā Moderni legentes tenuerunt non præcise firm: nd : & sunt quidam alij, qui hoc tenuerunt: pro quibus facit ratio naturalis, quæ non uidetur distinguere naturales a legitimis, prout habetur in authen. qui. mo. natu. efficiuntur legitimi. §. neque enim: & in authen. qui. mo. naturales efficiuntur sui. §. natura- 11 les. Ad hoc etiam facit, quia † miserendum est eis, qui alieno vitio laborant. ut nota. in l. legem. & ibi Cin. C. de naturali. libe. vnde cum in spurijs non sit delictum, uidentur admitti ad successionem fra- 12 tris Vterini, quod† & mirum non uidetur, cum & ipse pater possit huiusmodi naturalem substituere filio legitimo. ff. de vulga. & pupilla. l. si is qui ex bonis testatoris solidum. Ad idem etiam facit, nā 13 † & ipsi spurij non coniuncti admittuntur ad vindicandum mortem parentum, vel aliorum consanguineorum, cum & ipsi censeantur consanguinei quo ad impediendum matrimonium, prout not. in l. neque fœminæ. §. affinitas. ff. de procurato. & pro ut uoluit Barto. in l. 1. ff. de accus. ad hoc quod no. in c. nonnulli. de rescript. Sed his non obst. contrarium puto de iure dicendum, vt, videlicet, dictus frater Vterinus non succedat dicto Francisco defuncto sine filijs, ut ex pluribus deducitur. Et primo, quia quantumcunque filij legitimi, uel etiam 14 naturales succedant: tamen filij† spurij nati ex damnato coitu non succedunt patri. ut d. authen. licet. non etiam matri, quia nō solum patri, sed etiam matri non succedunt nati ex damnato coitu, pront voluit gloss. in l. si qua illustris. C. ad Orfic. pro qua etiam facit text. in authen. qui. mo. natu. effi. sui. §. fina. Quod videtur procedere non solum de iure ciuili, sed etiam canonico. 35. quæstio. 7. c. 1. unde si non succedunt ipsi filij patri uel matri, a quo sunt alendi de iure canonico, multominus succedit frater Vterinus eius cum minus attineat & ab eo non sit alendus. ut in authen. multomagis. C. de sacrosanct. ecclesi. & in c. cum cunctis. de elec. Secundo, quia non solum ipsi filij nati ex damnato coitu nō 15 succedunt patri, uel matri, sed ipse† pater uel mater eis non succedit, pront uoluit Azo. in d. authe. licet. Et pro huius pleniori declaratione confide- 16 randum est, quod filiorum † multæ sunt species. Quidam enim & primo sunt filij spiritnales tantū, ut dici possunt omnes Christiani filij ipsius domi- 17 ni Papæ, qui† omnes appellat filios, excepti a ipsis Episcopis, & superioribus, quos omnes appellat Fratres, de crimine falsi. c. quam graui. & hi in nullo succedunt quoad hæreditatem temporalem, cū non reperiatur iure cautum: sunt tamen alendi triplici pane prout habetur in c. significasti, de elect. & hoc uoluit Ioann. And. in c. tanta. qui filij sint le- 18 gi. Sunt & secundo† quidam alij, qui dicuntur esse filij spirituales & legitimi, seu canonici, ut filioli

qui sunt leuati de sacro fonte, & hii similiter non succedunt in hæreditate temporali, cum non reperiatur iure cautum: impediunt tamen & dirimunt matrimonium. de cognatione spirituali per totũ.
19 Sunt† & tertio quidam alii filii tantum ciuiles seu legitimi tantum, ut adoptati & arrogati, & isti succedunt in hæreditate, sed qualiter, habetur. C. de
20 adoptio. l. cum in adoptiuis. Sunt & † quidam alij & quarto, qui sunt legitimi & naturales, ut nati ex matrimonio legitimo, uero, uel putatiuo, siue ab initio siue ex postfacto; & isti succedunt parẽtibus suis. C. de suis & legiti. per totum, & quî filii sint legi. c. cum inter. & c. tanta, & ibi per Host. & Io. An. Sunt & quinto quidam alii, qui non sunt legitimi, qui non sunt nati ex legitimo matrimonio, vero, uel putatiuo, ut supra. Et istorum quidam sunt na-
21 turales† tantum, sed non spurij, ut nati ex concubina in domo retenta, & hi succedunt matri una cũ legitimis, nisi ipsa mater sit illustris. C. ad Orfi. l. si qua illustris, sed patri tantum in duabus unciis ab intestato, prout habetur in auth. licet. C. de naturalib. liber. & hoc nisi sint legitimati, cum succedant sicut legitimi & naturales, qui filii sint legit. c. per venerabilem. vbi plenius de hoc. Quidam uero sunt spurii, de quibus in c. nisi cum pridem, de renunciat. Et istorum quidam sunt qui nominari possunt filii, ut sunt uulgo concepti, & isti licet non
22 † succedant patri propter incertitudinem; nec eius consanguineis, ut d. l. si spurius, tamen succedunt matri etiam cum legitimis, & hoc nisi sit illustris, ut d. l. si qua illustris, adeo quòd testamentum quærelare possunt, & succedunt etiam auiæ maternæ, ut d. l. Modestinus. ff. vnde cognati. imo & aliis coniunctis per lineam maternam, ut d. l. si spurius,
23 & d. l. hac parte. Quidam vero sunt† qui licet sint filii, tamen non sunt nominandi filii ex iuris dispositione, vt sunt nati ex damnato coitu, ut ex adulterio. in authen. qui. mo. natu. effic. legitimi. §. fina. & in authen. qui. mo. natu. effician. sui. §. fina. de quibus ad præsens tractandum est. Circa quòd dicendum puto, quòd ipsi non succedant patri nec matri, ut d. authen. licet. & d. §. fina. & hoc uoluit glo. in d. l. si qua illustris. ad hoc quòd nota. in d. authẽ. licet. & ibi per gl. Sed licet non succedat filius spurius ex damnato coitu natus matri, multominus succedit descendenti ex matre, uel descendentes ex matre eidem: cum multominus sit coniunctus eidem, ad hoc d. authen. multomagis. imo nec coniunctus per matrem, licet possit dici cognatus, ut institu. de successio. cogna. per totum: quæ cognatio non tradit ipsam successionem, cum ipsa cognatio a iure ciuili sit improbata, ut d. §. fi. Ad hoc facit quòd uoluit notabiliter Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. dicens, quòd stante statu-
24 to † quod si quis decesserit stantibus filiis masculis, & filia uel filiabus dotatis, ipsa fœmina non succedat: quòd & si non superfit ipsa filia, sed filius filiæ excludetur, quantumcunque statutum dicat, quod uerba statuti nullam recipiant interpretationem, cum excludatur propter rationem, quæ est, quia nascitur ex inhabili materia: unde mater eius, quæ sumit formam succedendi, & sumit originem nascendo, est inhabilis & aliena. & hoc idem & clarius uoluit Bald. in l. fi. C. de uerb. sig. ad finem ubi
25 dixit, quod† cum spurii non censeantur esse de domo, multo & fortius eorum filii etiam legitimi, tanquam nati ex primordiali materia corrupta: ad idẽ l. qui sella, §. in rusticis. ff. de serui. rusti. prædio. ubi
26 patet† quod medium uitiosum uitiat extrema, & quicquid ex eo sequitur. ad hoc. C. de libe. & eorum libe. l. 2. idem uoluit formaliter Ci. in l. fin. C. de naturali. liberis ubi dixit post Gof. quòd sicut filius spurius succedit matri, nisi sit illustris: ita nepos ex eo, qui non sit natus ex damnato coitu, pro ut nota. in d. l. si qua illustris, Quasi uelit, quòd si sit natus ex damnato coitu non succedat talis nepos nec patri nec matri, ut d. §. fina. Cum ergo non
27 † succedat ipsi auo ipse nepos natus ex damnato coitu, vt supra, non succedet ipse natus ex damnato coitu, cum non habeant medium quod conueniat patri uel matri, ex quo filii etiã naturales non
28 sunt nominandi; propter qd† nec nominari possũt filii etiã matris, ex quo habentur ꝓ nõ filiis, nec filii matris possunt dici ut d. §. fin. ad hoc bene facit quod habetur instit. ad Orfi. §. fin. & quod ibi not. per glo. & institu. de succes. cogn. §. uulgo cõcepti.
29 ubi patet, qđ vulgo† cõcepti non habent aliquem agnatum ex quo nullum intelliguntur habere patrem: Ex quo infertur, quod inter se non possunt dici consanguinei sublato ipso fundamento, quod est pater, ut ibi: Quod pariformiter locum habet in ipsis natis ex dãnato coitu, ex quo non possunt habere patrem nec matrem, cum filii nominandi non sint, secundum iuris dispositionem. Nec ob. si dicatur, quod & si non sint agnati, tamen sunt cognati, prout & dicitur in vulgo quæsitis, ut d. §. vulgo. Propter quod uidetur, quòd succedere debeãt matri, aliis cognatis coniunctis per matrem ut ibi.
30 Quia ad hoc respondere potest, quòd† non sunt ipsi cognati, sicut & non sunt agnati, quantuncunque habebant patrem & matrem certam: & hoc uoluit Ioan. An. in c. quia nonnulli: de rescrip. circa finem & Ioan. de Imo. in l. ex facto, §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. maxime per glo. in l. hac parte. ff. vnde cog. Imo plus, quia non censentur etiam coniuncti, prout uoluit Di. in regula. 1. secundum quod refert Bal. in l. id quod pauperibus. C. de Epi. & Cle. & Ioan. de Imo. in d. §. si quis rogatus. Quod procedit in ipsis spuriis, & natis ex damnato coi-
31 tu, qui non ueniunt appellatione filiorũ etiam† in constitutionibus iuris naturalis l. quia semper. ff. de in ius uocan. & cum similiter non succedant
32 patri & matri, pariformiter† succedere non debuerunt agnatis, sicut nec succedunt cognatis, cum eadem ratione succedant: unde ne succedunt patri nec matri, nec inter se, ex quo non censentur adinuicẽ agnati nec etiam cognati. Nec ob. d. §. vul-
33 go. cum† locum habeat in vulgo conceptis, non
34 in natis ex damnato coitu, tales† enim & si non succedant patri propter incertitudinẽ, nec eius agnatis, tamen succedunt matri & alliis coniunctis per matrem, ut d. §. vulgo. Per quæ patet non ob. quòd habetur in d. l. si spurius. & in d. l. hac parte, ibi
35 enim loquitur† de natis ex damnato coitu, scilicet de vulgo conceptis, cum alias non succedant matri prout succedunt in d. auth. licet. Nec ob. quod

uoluit

noluit Ci.in d.auth.itaque. Quia si bene ponderet
eius dictum.non cõtradicit prædictis, imo concor
dat, cum loquatur de spuriis vulgo conceptis,qui
indistincte succedunt coniunctis per matrem, si-
cut & eis succeditur per eos, prout habetur ex le-
gibus,quas allegat,cum de his loquatur, & hoc e-
tiam aperte vult ipse Ci.in d.l.si qua illustris.Vnde
36 † quantumcunq; d.l.si spurius.& d.l.hac parte.lo-
quantur simpliciter de ipsis spuriis, tamen intelli-
guntur & restringuntur ad ipsos spurios vulgo cõ
ceptos,non ad natos ex damnato coitu,cum isti nõ
succedant matri,nec mater eis, vt patet in auth. li-
37 cet.Non enim † nouum est,vt vna lex per aliam re-
stringatur & limitetur,ad hoc quòd habetur. ff. de
legi.l.non est nouum.& vt no.ff.qui satis.cog.l.sciẽ
dum.& C.de fur.l.apud Antiquos.Nec ob.quod &
tertio in contrarium allegatur,dum dicitur, quòd
ipsi censentur cognati:Quia imo dici potest, quod
ex quo ipsa lex non vult ipsos nominare filios, non
38 † possunt dici cognati uel agnati. Vnde etiam vt
cognati succedere non possunt.& hoc voluit Ioan.
An.in c.Quia nonnulli:de rescrip.in nouella.& Io.
de Imo.in d.§.si quis rogatus.in ver.quinimo.& in
ver.per prædicta potest responderi ad multa. Alias
vero succederent matri,& mater eis, quòd non est
verum,prout supra dictum fuit.Nec ob. d. l. si qua
39 illustris, cum † non loquatur de natis ex damnato
coitu,sed de vulgo conceptis,vt patet ex principio
d.l.sicut & non ob.quod dicitur in d.§.de inofficio
so testamento, cum ibi similiter loquatur de filijs
spuriis id est vulgo conceptis. non autem de natis
ex damnato coitu.cum tales,ex quo non succedunt
multominus possint quærelare dictum testamen-
tum maternum, nec paternum: ad hoc quod nota.
per glo.ff.de bo.pos.cõtra tabu.l. t.circa prin.Nec
ob.quòd & quarto in cõtrarium allegatur,dum di-
citur,quòd quantumcunque reperiatur correctum
de patre & matre, vt spurii eis, vel ipsi eisdem non
succedant.vt d.auth. licet tamen non reperitur cor
rectum de aliis cognatis, vt non succedant. vt d.l.
præcipimus.& l.Sancimus.Quia ad hoc dici potest
& primo quia hoc non reperitur iure cautum, vt
succedant,cum nõ sint cognati,vt supra: nec de eis
d.l.spurius.& d.l.hac parte.loquũtur vt supra. Præ
terea & si de eis loquantur,satis dici possunt corre
cta esse dicta iura,cum secundum iura noua nõ pos
sint dici nec nominari filii,ex quo in consequentiã
sequitur, quod non sunt agnati nec cognati, vt su-
pra.Propter quod infertur,quòd succedere nõ pos
sunt ipsi spurii patri,matri,fratribus, vel aliis con-
sanguineis patris, vel matris: vel econuerso, cum
40 † ex duplici capite succedatur,videlicet, Agnatio-
nis, & Cognationis. vt institutio. de suc. Agna. &
de succes.Cogna.per totum.Per quæ patet non ob
stare quod & quinto in contrarium allegatur. Nec
41 ob. Quod & sexto in contrarium allegatur,vt † vi-
delicet,ipsi fratres Vterini non excludantur ab hæ
reditate,cum in eis cesset ratio. Propter quam pa-
ter & mater excluduntur quæ est, quia ita commi-
scendo deliquerunt:Cum & subsunt alia ratio,vide
licet,quia cum non sint nominandi filij,non cẽsen-
tur agnati nec cognati ut supra. Alias licet pater &
mater delinquentes excludantur, non excluderen-
tur ipsi filij,cum non deliquerint ipsi: quod uerum
non est. ut d.aut.licet.Nec ob. quod & septimo in
contrarium allegatur dicendo,quòd ex quo ipsi fra
tres Vterini non reperiũtur prohibiti, imo potius
videntur in d.l. si spurius. & in d. l. hac parte. eos
succedere debere.Nam ad hoc respondetur & pri-
mo, quòd non reperiuntur admissi per dictas le-
ges,cum de eis non loquãtur,uidelicet, de natis ex
damnato coitu,vt supra dictum fuit.Nec etiam vi-
detur,quod non censeãtur,prohibiti, quia imo cẽ
sentur eo ipso, quòd non reperiuntur admissi. Et
eo ipso,quod prohibentur nominari filij vt d.§. fi.
in aut.qui mo.natu.effi.sui.Nec ob. Quod & octa
uo in contrarium allegatur,ut succedãt ex eo, quia
in eis cessat ratio, quæ in vulgo conceptis, ex quo
certum habent patrem. Quia licet cesset dicta ra-
tio,tamen subest alia ratio.propter quã prohiben-
tur a successione,ex eo,videlicet, quia sunt nati ex
damnato coitu. Propter quòd non debent nomina
ri filii,ex quo procedit,quòd non censentur agnati
nec cognati,ut supra dictum fuit.Nec ob.quod no
no in contrarium allegatur vt uidelicet saltem de
iure Canonico succedere debeant, ex quo de iure
Canonico sunt alendi a patribus.ut d.c.cum habe-
ret.Propter quòd nominari possent filij de iure Ci
uili.Quia ad hoc respondetur,quòd quantumcun-
que alendi sunt ipsi filii de benignitate Canonica,
42 quæ † sumit vigorem a iure naturali, quo iure in-
ducta est ipsa educatio id est de. iure naturali. ta-
men & de iure Canonico non succedunt, prout vo
luit gl.in d.c.cum haberet.& in c.cum inhibitio. §.
1.de clande.despon.ad hoc etiam text.35.q.7.c.1.
43 Nec ob.quod & decimo † in contrarium allegatur
de naturali ratione, quia non uidentur distingui
naturales a legitimis.ut d.l.§. neque enim Quia li-
cet hoc uerum sit quoad alimentandum ut supra ta
men quòd succedendum non est verum, cum non
succedant pariter naturales cũ legitimis.ut d.auth.
44 licet.imo & fortius † locum non habet in natis ex
damnato coitu, cum & isti nullo modo succedant.
ut d.aut.licet.& d.c.cum inhibitio.§. t. & d. Cano.
1.etiam de iure Canonico: quod naturali æquita-
ti innititur.ut supra.Nec ob. quod & misericordia
digni sunt,qui alieno vicio puniuntur. Nam hoc
non habet locum in ipsis spuriis quòd successio-
45 nem ut supra. Nec ob. quod † admittuntur ad
accusandum &c. Quia & si hoc non procedat sine
dubio, tamen si procedat,in hoc admittuntur.pro-
pter publicam utilitatem, ut dicta non remaneant
impunita. ut l.ita uulneratus.ad l.Aquiliam. & ca.
ut fame.de sen.exco. tamen non admittũtur ad suc
cessionem.ut supra. Vnde concluditur, quod ipse
Andreas frater uterinus non potest succedere. do-
mi. Francisco spurio,& nato ex damnato coitu per
prædicta &c. Domi. Benedi.

THEMA CONSILII CIX.

PVnctus, Decessit quidam Fran
ciscus ab intestato, superstiti-
bus duobus filijs & do. Lucia
eius uxore prægnante, & ma-
tre eiusdem Frãcisci. Quę vxor
peperit

peperit postea unam filiam fœminam, quæ
infra annum post mortem patris decessit, nõ
aliter petito tutore eidem, nec aliis filiis per
ipsam matrem. Deinde dicta mater trãsiuit
ad secũda uota, relictis dictis duobus filiis, q
postea decesserunt post annum post mortem
d. Francisci in pupillari ætate, superstitibus
matre eorum, & auia paterna, non aliter peti
to tutore eis per dictam do. eorum auiam
paternam. Quæritur modo quis debeat suc-
cedere in hereditate d. Francisci, & conse-
quenter dictis suis filijs.

S V M M A R I V M.

1. *Mater non priuatur successione filij pupilli ob non petitũ tutorem, quando pupillus decessit infra quinquaginta dies uel post infra annum post mortem patris, secus si postea decedat, quia tunc mater non excluditur, nisi probet legitimam causam impedimenti.*
2. *Pœna non petiti tutoris an in alijs præter matrem, quibus incumbit onus petendi tutorem habeat locum, & an ipsi habeant annum ad petendum tutorem, an minus: & utrum etiam matri detur annus ad petendum tutorem.*
3. *Mater quæ infra annum petijt tutorem pupillo, Et postea ad secunda uota transiuit, pupillo succedit, una cũ alijs filijs fratribus defuncti.*
4. *Mater non succedit filio suo pupillo, cui infra annum non petiit tutorem, sed eius successio ad agnatos defertur.*
5. *Agnati pupilli quibus exclusa matre post annum ob non petitum tutorem, incumbit onus petendi ei tutorem, habent ad illum petendum alium & secundum annum, et si pupillus infra secundum annum pereat, ipsi excusantur, & ad eius hæreditatem admittuntur.*
6. *Hæres institutus si decedat repente, & infra centũ dies ex quo delata est hæreditas, tunc licet eam non adiuerit, nec adire perfecte deliberauerit, tamen eius hæredibus competit beneficium restitutionis in integrum, per quod dictam hæreditatem consequuntur.*
7. *Iura noua per antiqua limitari non est nouum.*

CONSILIVM CIX.

In nomine domini, Amen.

Cum, vt præsupponitur, decesserit d. Franciscus, su
perstitibus ipsis dom. Lucia prægnante, & duobus
filiis: ipsi duo filii & dicta filia, q̃ postea nata fuit,
eidem Francisco succedunt ab intestato. C. de suis
& legi. authen. in successione, Adeo quòd ipsi post
ea decedentes transmiserunt hæreditatem paternã
vt sui, etiam non agnitam ad quoscunque hæredes
suos, ut qui eisdem succedunt, prout communiter
tenetur. ad hoc quod not. C. de suis & legi. l. apud
hostes. per d. l. cum ergo dicti filii transmiserint
hæreditatem ad suos hæredes: uidendum est, qui
sint hæredes, & succedunt ipsis filiis. Et cum ex eis
una decesserit, ut præsupponitur infra annum, suc-
cedent eidem duo uiuentes, & mater ipsa, quantũ
cunque non petierit tutorem: cum† ipsa non priue
tur successione propter nõ petitur tutorem; quod
uerum intelligo, si decessit post mortem patris in-
fra quinquaginta dies: Alias si postea, & tunc non
excusatur mater, si non petiit tutorem dari: & hoc
nisi probet legitimam causam, prout uoluit Bart.
in l. 2. §. confestim. ff. ad Tert. ubi habetur de hoc.
Vnde si ipsa mater minor 25. annis non petiit tuto
rem ipsi filiæ decedenti infra annum: ita demum ex
cusabitur, ita quòd non perdet successionem ip-
sius filiæ decedentis, si ipsa decessit infra quinqua
ginta dies, uel post infra annum, & probet legiti-
mam causam impedimenti: alias ab ipsa successio-
ne excluditur, per no. in d. §. confestim. Quod† & si
procedat in ipsa matre, tamen in aliis, quibus incũ
bit onus petendi tutorem, non habet locum, cum
ipsi habeant annum: adeo quod si infra annum de-
cedat ipse pupillus, excusantur, prout uoluit Bar-
tol. ff. qui pe. tuto. l. 1. & in l. sciant cuncti. C. de le-
gi. hære. Sed ipse Bald. in l. precibus. C. de impub.
& aliis subst. tenuit, quòd non solum alii a matre:
sed etiam mater excusetur, si non petiit tutorem
infra annum per d. l. sciant cuncti. & hoc nisi fue-
rint in notabili mora, ut plenius ibi per eum: de
quo etiam per ipsum in l. matres. C. ad Tertullian.
ubi uidetur idem tenere. videlicet, quod etiam ma
tri detur anus ad petendum tutorem: maxime per
text. institu. ad Orfi. §. fina. vbi uidetur hoc satis be
ne probari. Per quòd videtur mater excusari, si pu
pillus infra annum decedit, ut ibi plenius per eum:
quod & forte uerius est per d. l. sciant cũcti. & per
d. §. fina. & tanquam benignus est tenendum, cum
in pœnis benigna sit interpretatio fienda, ut in re-
gula. odia. & regula, in pœnis de regu. iur. in 6. Ex
quibus† infertur, quod mater ipsa, quantumcun-
que transiuerit ad secunda uota, succedit ipsi filio
decedenti, in tertia parte, una cum aliis duobus fi-
liis succedentibus in duobus tertiis: & hoc quoad
primum filium. Circa alios veros duos filios, qui
decesserunt post annum in pupillari ætate, sine du
bio mater ipsa non petens tutorem non succedit.
ut d. §. confestim. & d. l. sciant. & d. §. fi. Sed† eidem
succedit auia paterna, cum ipsa succedat matre ex-
clusa. C. ad Tertullia. auth. defuncto. Quod proce-
dit etiam si ipsa auia non petierit tutorem, ex quo
†ut præsupponitur infra secundum annum a mor-
te ipsius Francisc. nam & similiter opinio, quæ ha-
bet, quod detur etiam sequenti alius annus, de qua
in d. §. confestim. & in d. l. matres & in dict. l. preci-
bus. & in d. l. sciant cuncti. attamen, ex quo deces-
sit infra secundum annum a morte ipsius Francisc.
& etiam a secundis nuptiis excusata fuit & est auia
cum prout tenuit Bartol. in d. l. 2. & Bal. in d. l. pre-
cibus. & in d. l. matres. & l. sciant substituendo alij
quam matri, detur annus: adeo quod si pupillus in
fra illum decedat, excusatur ipsa auia, ut probatur
per d. l. sciant cuncti. & d. §. fina. insti. ad Orfic. Per
quæ concluditur, quod ipsa auia succedit ipsis pu-
pillis in pupillari ætate decedentibus, exclusa ipsa
matre: & ita eis succedendo succedit in hæreditate
dicti patris pro duabus partibus, cum ad eam eo-
rum hæredem hæreditatem ipsam paternam trans-
mittant, ut supradictum fuit. Sed hic remanet du-
bitatio, quia ad ipsos ultimo loco decedentes de-

uoluta

uoluta fuit hæreditas ipsius filiæ sororis ipsorum pro duabus partibus, an eam transmittant ad ipsam auiam paternam aliquo iuris beneficio. Circa quod uidetur dicendum, quod & si hoc satis dubium sit, tamen† prout tenuit Barto. in l. qui duos. ff. de reb. dubi. hæredibus competit beneficium restitutionis in integrum: nam, ex quo ipsi decesserunt, ut præsupponitur infra cētum dies post mortem ipsius filiæ, ita quod non potuerunt in totum deliberare perfecte, datur ipsis hæredibus beneficium restitutionis in integrum, per quam dictam hæreditatem consequūtur d. l. qui duos. Ita eam intelligendo. Quod & satis æqui est, ut hæres eorum, qui in culpa non fuit non excludatur a beneficio, quod & hæredibus datur. ff. de rest. in integ. l. non solum. & C. de restitut. in integr. l. ea quæ. ad hoc etiam quod habetur in l. 1. C. de restitu. milit. quod & uidetur tenendum, quicquid dixerit Bal. in l. si infanti. §. si vero. & in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. dicens hæreditatem infantis non adeunti beneficium restitutionis in integrum non concedi, per d. §. si uero cum §. ille procedat. nisi decesserit ita repente, quod ipse, uel eius hæredes non potuerint prouidere, ut quia decesserit infra centum dies, cum tunc detur restitutio, quæ ex æquitate datur. ff. ex quibus causis maio. l. sed & si per Prætorem. §. fi. habetur enim tunc ipsa hæreditas, ac si delata non esset, vt ibi dicitur, videlicet, mero iure. Et hoc nisi prouideatur beneficio restitutionis in integrum, quod ipsis hæredibus competit, si hæres institutus decedat ita repente, cum tūc ipso beneficio prouideatur eidem vt d. l. qui duos.

7 Per quam limitatur d. l. si infanti. Nec† est nouum ut iura noua limitentur per antiqua, prout not. ff. de legibus. l. non est nouum. & l. sciendum. ff. qui satisda. cog. & l. apud antiquos. C. de furt. &c. Domi. Bened.

THEMA CONSILII CX.

Punctus, Quidam Paulus condens testamentum, duos suos filios legitimos & naturales, & impuberes hęredes instituit: quibus in tutores dedit Albertum & Nicolaum, quibus contulit plenariam administrationem personarum, & bonorum dictorum eius filiorum, donec erunt in ętate perfecta. Et cum ad prę-sens dicti sui filii reperiāt se, uidelicet, unus. 19. annorum: & alter sexdecim annorum, & nollent, quod dicti Albertus & Nicolaus administrent eorum bona. Et in dubium hoc principaliter reuocetur, uidelicet, an dicti Albertus & Nicolaus administrare possint bona dictorum adultorum eis inuitis.

SUMMARIUM.

1 *Pater in eius testamento filijs dare potest tutores, & curatores, qui tamen iudicis confirmatione egent.*

2 *Tutor datus per patrem filijs usque ad ætatem perfectā, cui contulit plenariam administrationem personarum & bonorum, utrum uideatur datus non solum tutor usque ad pupillarem ætatem, sed etiam curator post eam, usque ad ætatem 25. annorum.*

3 *Aetas perfecta dicitur ætas 25. annorum.*

4 *Tutor datus a patre filijs, cui contulit plenariam administrationem personarum & bonorum, usque ad ætatem eorum perfectam, an bona dictorum filiorum eis inuitis administrare possit.*

5 *Verba testamenti, quando sunt clara, sunt attendenda, nec ab eis est recedendum.*

6 *Aetas perfecta respectu tutorum dicitur, ætas 14. annorum.*

7 *Verba intelligenda sunt secundum subiectam materiam.*

8 *Tutor datur principaliter personæ, secundo rebus, curator autem rebus.*

9 *Verba uniformiter intelligenda sunt.*

10 *Intellectus l. pater Seuerinā. §. conditionum uerba. ff. de cond. & dem.*

11 *Curator etiam testamento datus, per iudicem confirmari debet.*

12 *Curatores, inuitis minoribus confirmandi non sunt, cum eis inuitis, & non petentibus dari non possint.*

13 *Curatore in confirmando per iudicem, debet interuenire ipsorum adultorum voluntas, cum eis inuitis dari non possit, & is eorum bona administrare nequeat.*

14 *Curator conuenitur actione negotiorum gestorum, ut reddat rationem administrationis, & reliqua restituat.*

CONSILIVM CX.

In nomine domini, Amen.

1 Circa hoc uidetur prima facie dicendum, quod† cū pater in testamento dare possit, non solum tutores. ff. de testamen. tutel. l. 1. & l. si tibi pater. C. de testamen. tut. sed etiam curatores, licere geant cō-firmatione. ff. de cond. & dem. l. pater Seuerinam. §. conditionum uerba. & C. de neg. gest. l. curatorem. & inst. de tuto. & curato. §. sed curator. Et si

2 detur† quis in tutorem filiis vsque ad ætatem perfectam, uidetur datus, non solum tutor usque ad pupillarem ætatem, sed etiam curator post eam, vsque ad ætatem 25. annorum. ut d. §. conditionum

3 uerba: cum† perfecta ætas dicatur esse ætas 25. annorum. C. de his qui veniam æta. impetra. l. fin. Per quæ videtur, quòd dicti Albertus & Nicolaus administrare possint bona dictorum filiorum, usque ad ætatem 25. annorum, etiam inuitis ipsis adultis cum plenaria administratione eis nolentibus. Nec uidetur necessaria ipsorum adultorum uoluntas, ad hoc quod in simili no. in c. de multa. de præbē. & in c. licet Episcopus. eod. titul. in 6. & per Bald. in rubrica. de exercito. actio. His non obst. tamen contrarium arbitror de iure dicendum. uidelicet,

4 quod † dicti Albertus & Nicol. administrare non possint bona prædictorum filiorum, eis inuitis & nolentibus. Nam, ex quo ipse testator dedit eos in tutores usque ad perfectam ætatem, uidetur eos solum in tutores dedisse, conferendo eis plenariam administrationem prout ex uerbis colligitur, a qui

5 bus† cum sint clara, non est recedendum. ff. de legat.

gat.3.l.ille aut ille,§.cum in uerbis. Et usque ad æ-
6 tatem quatuordecim annorum, cum illa † dicatur perfecta ætas respectu ipsorum tutorum, cum tutela usque ad dictam ætatem duret.institu, quibus modis tutel.fini, in principio, de tali enim ætate intelligetur, ad hoc ut aptetur subiectæ materiæ, de qua ipse testator locutus fuit dando tuto-
7 res. Quia † verba intelligenda sunt secundum subiectam materiam, ff.locati.l.si cum uno. & ff. de usu & habita.l.plenum.§.equitij. Pro quo etiam facit; quia tum ipse testator dederit eis plenam administrationem personæ & bonorum ipsorum filiorũ, videtur dedisse tantum administrationem vsque ad 14.annum, cum usque ad dictum tempus dare possit administrationem personarum ipsorum filiorũ:
8 datur † enim tutor principaliter personæ. ff.de tute.l.1.& insti.cod.titu. circa princip. & instit, qui testa.da.tuto.poss.§.certe. Secundo rebus, prout ibi not.& ff.de administratio,tuto.l,cum plures.§, cum tutor. curator uero rebus, prout notat, in l.in
9 copulandis.C.de nup. vnde † ad hoc ut uerba uniformiter intelligantur, prout intelligi debent. l. iã hoc iure.ff.de uulga. & pupilla. intelliguntur dicti tutores, & non curatores, cum ipsis tutoribus detur administratio personæ & rerum, & non curatoribus, cum ipsis curatoribus detur administratio tantum rerum, ut supra patet, cum curator non detur personæ ut d.iuri. Ex quibus cõcluditur, quod licet curator in testamento dari possit, tamen non videntur dati prædicti in curatores, sed tantum in tutores. prout uerba disponunt, & ut conuenit subiectæ materiæ & ut uerba uniformiter intelligan-
10 tur. Nec ob.d.§.conditionum. cum † ibi testator expresserit ætatem dando tutores usque ad decimumoctauum annum, quo casu ut uerba operentur, intelligitur dedisse curatorem post 14. annos, prout ibi plenius habetur. & si aliquis sibi persuaderet, quod per ipsum testatorem uidetur dati tutores post 14.annos vsque ad ætatem vigintiquinque annorum, quæ proprie dicitur ætas perfecta, ipsi certe Albertus & Nico. non potuissent nec possent administrare bona ipsorum adultorum post pupillarem ætatem, cum, prout mihi præsupponi-
11 tur, non † fuerint confirmati per iudicem, prout & confirmari debent, ad hoc ut administrare possint, ut d.§.sed curator.& d.l.curatorem, & prout not. in d.§.conditionum; Sed si petant ad præsens se cõfirmari per iudicem, confirmandi non erunt inuitis ipsis adultis, cum eis inuitis, & non petentibus dari non possint curatores. ff.de procu.l. mutus.§. is qui.& institu.de cura.in §.item inuiti, & ut not. per gloss.ff.ex qui.can.in pos.ca.l.hæc autem,§.1, quod & locum habet etiam in curatoribus datis in testamẽto, ex quo d.l, indistincte loquitur ad hoc l.de pretio.ff.de publiciana.& 19.di.c. si Romanorum. Et hoc vult aperte & formaliter Bald.in dict. l.curatorem.& in d.l.tutelæ. C.de tute. In confir-
12 mando † enim ipso curatore debet interuenire ipsorum adultorum uolũtas, cum eis inuitis dari nõ possit, ut in d.iuribus nec eorum bona administrare possunt eis inuitis. l.fina, C.de nego.gest. Ex quibus concluditur, quòd ipsi adulti nolentes dictos Albertum & Nicol. amplius administrare eorum
13 bona, agere † possunt contra ipsos, vt reddant rationem administrationis, & reliqua restituant actione negotiorum gestorum. ut dict.l, curatorem, Per quæ ipsi ab ipsa administratione remanebunt. &c, Domi, Bened,

THEMA CONSILII CXI.

PVNCTVS deficit: quia est quædam subscriptio ad alterius consilium.

SVMMARIVM.

1 *Creditor si a debitore hæres instituatur, & is adeat hæreditatem sine beneficio legis & inuentarij, eius iura confunduntur, quo ad obligationem, & actionem, sed non quo ad retentionem, cum ipse, uel eius hæres debitũ suũ retinere possit.*

2 *Hæres vxoris dotatæ a marito hæredis institutæ: hac conditione, vt ipsa debeat conferre eius dotem cum hæreditate, & postea de restituendo grauatæ, an possit dictam dotem ex persona ipsius uxoris retinere, & deducere, an non ut quia testator apponens dictam conditionem collationis uideatur uoluisse uxorem grauare, de liberando dictam hæreditatem a tali debito dotis, uel animo compensandi, ita ut debitum dotis conferatur & cõpensetur cum ipsa hæreditate adeo quod non sit locus retentioni, vel dictæ dotis deductioni.*

3 *Verba accipienda & intelligenda sunt, ut aliquid operentur.*

CONSILIVM CXI.

In nomine domini, Amen.

Subscripsi Me culdam consilio domini Ioannis per hæc verba, videlicet, Iesu Christi nomine repetito:
1 Et si † creditor hæres institutus, de restituendo hæreditatem grauatus, ipsam hæreditatem adeat absque beneficio legis & inuentarij, confundantur eius iura, quo ad obligationem & actionem l.debitori.C.de pac. sed non quoad retentionem, cum ipse uel eius hæres debitum suum retinere possit. l. debitori.& l.pater.ff.ad l.Falcid. Per quæ iura Bal. hoc voluit in d.l.debitori. Tamen in casu prædicto
2 hæres † dictæ uxoris dictam dotem retinere nõ poterit, cum testator ipse ita instituendo ipsam uxorem hæredem, cum hoc onere, ut debeat conferre eius dotem cum hæreditate uideatur eam uoluisse grauare, de liberando dictam hæreditatem a tali debito dotis, adeo quòd non sit locus retentioni: cum collatio fiat liberando, & non petendo, vel retinendo, l, secunda.C. de collati. Vel saltem eam videtur instituisse hæredem animo compensandi, ita ut debitum dotis conferatur & compensetur cum ipsa hæreditate, prout uidentur denotare verba illa, & fuisse de mente ipsius testatoris instituendo, cum tali onere: cum ipsa enim hæreditate non cadit proprie collatio, nisi liberando & non retinendo, ut supra, uel compensando: ad hoc l. si compensandi.C.de hær.institu. in uerba enim capien-
3 da sunt ut aliquid operentur. l.si quando.ff.de leg. 1. Vnde ipse hæres ipsius uxoris non poterit restituendo

tuendo ipsam hæreditatem.ipsam dotem deducere & detrahere ex ipsa hæreditate, prout hoc elegantissime conclusum extitit per præfatum dominum Ioannem fratrem honorãdum &c. ita dico & consulo ego Benedictus de Benedictis de Perusio. &c.

THEMA CONSILII CXII.

PVnctus. Quidam testator nomine Franciscus fecit testamentum: & inter alia legauit Antonio & Fulgineo omnem quantitatem, in qua idem Antonius apparet debitor ipsius testatoris in libris & quinternis eiusdem Francisci testatoris, præterquam de quãtitate centum Flore.ad rationem 40.Carlinorum pro quolibet Floreno, in qua idem testator uoluit & mandauit ipsum Ant.esse debitorem, & non ultra. In omnibus autem suis bonis instituit hæredem talem &c. Et postea ad plures annos decessit: Et tempore dicti conditi testamenti reperitur ipse Anto.debitor in eiusdẽ testatoris libris & quinternis in Flor. CCC. uel circa. & ipsa debita post ipsum conditum testamentum renouando soluendo, & contrahendo post noua debita. Ita quòd reperitur tempore mortis ipsius testatoris, quòd ipse Ant. erat debitor in libris & quinternis d.testatoris in Flo.270. In una partita, in qua partita est descriptus quidam Baptista: quãuis ipse Bapt.asserat se non fuisse debitorem in parte aliqua. In alia partita reperitur debitor in Flore.13. Item in aliis partitis reperitur debitor in l.Flore. Et ad pręsens reuocetur in dubium, an d.Ant. uigore dicti legati, consequatur liberationem de omnibus dictis debitis repertis in dictis libris & quinternis tempore mortis dicti testatoris, & si non de omnibus, de quibus.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, an consequatur liberationem totius debiti ex legato sibi a testatore facto de omni quantitate, in qua ipse appareret debitor in eius libris: & si post testamentum aliqua debita testatori soluerit, & aliqua de nouo contraxerit, an soluta repetere ab hærede testatoris possit: & quid ex tali legato consequatur.*

2 *Legatum nominis debitoris extinguitur, si testator ipse exegerit, nisi appareat, quod testator in eadem voluntate durauerit. quod ipsi legatario probare incumbit.*

3 *Liberatio relicta debitori refertur ad debita tempore testamenti existentia, non ad ea quæ tempore mortis testatoris aderant, maxime si dictum sit, quod ei legat omnẽ quantitatem, in qua apparet debitor.*

4 *Relicta præcedentia declarantur ex verbis sequentibus testamenti.*

5 *Exceptio debet esse de regula, & sapere de regula.*

6 *Debitor cui relicta fuit liberatio, si soluat, potest solutum repetere.*

7 *Debitor ex testamento liberatus a debito, si voluntarie soluat, legatum non extinguitur, cum testator illum non exegerit, sed sponte soluerit, cum extinguatur ita demum, si testator exigat, alias non.*

8 *Intellectus. l. si quod. & l. non solum la prima. §. liberationis, ff. de lib. leg. & l. fideicommissa. §. si rẽ. ff. de le. 3.*

9 *Legatum liberationis extinguitur, quando testator ab inuito debitum exegit, quia tunc intelligitur reuocatum, nisi aliud probetur per ipsum legatarium, secus si a spõte soluente recipiat, cum tunc non præsumatur mutatio voluntatis, nisi aliud appareat.*

CONSILIVM CXII.

In nomine domini, Amen.

Cum uiso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, in dubium reuocetur, an dictus Antonius uigore prædicti legati consequatur liberationem de omnibus debitis repertis in libris & quinternis tempore mortis dicti Francisci testatoris, & si non de omnibus, saltem de quibus consequatur liberationem. Ideo omnibus mature consideratis. Circa hoc dubium uidetur prima facie dicendum, quod 1 † dictam liberationem non cõsequatur ipse Antonius, uidelicet, de debitis tempore testamenti, cum non extiterit, sed solutæ fuerint. Propter quod ipsorum obligatio tollitur. institu. qui. mo. tol. obl. in prin. & ipsum legatum uidetur extingui. ff. de lib. leg. l. si id quod. & l. non solum. la 1. §. liberationis. & ut ibi no. Ad idem etiam facit quod habetur in l. fideicommissa. §. si rem. ff. de le-2 ga. 3. ubi patet † extingui legatum nominis debitoris si testator ipse exegit. & hoc nisi appareat, quod testator in eadem uoluntate durauerit, quod ipsi legatario probare incumbit ut ibi uoluit Bar. per illum tex. Per quæ † uidetur legatum ipsum in quã-3 titate, referri ad debita tempore testamenti existẽtia, extingui propter ipsam solutionem. tale enim relictum uidetur ad ipsa debita tempore testamenti existentia referri, ut patet ex his, quæ habentur in l. si ita. ff. de au. & ar. leg. & in l. Aurelius. §. testamento. & §. Titius. ff. de lib. leg. non aũt uidetur tale legatum referri ad debita tempore mortis existẽtia, cum testator nõ fuerit de eis expresse locutus. imo potius de eis tantum, quæ erant tempore testamenti, prout patet ex uerbis illis: debitor apparet. Nam quantumcunq; uerbũ, apparet, possit referri ad tẽpus futurum. tñ quia adiungitur illi verbũ debitor, quod pſupponit debitum in esse, nõ refertur in substantia ad tẽpus futurũ: Sed tantũ qđ ad ipsam apparitionẽ. ita quod importat, ꝙ uideatur relictum illud, in quo apparet, uel apparebit debitor fuisse tẽpore ipsius testamenti, cũ ad illud tempus referatur ipsa substantia debiti. & hoc uoluit Bar. in simili quæstione in d. l. si ita. in uer. quæro, dixi. ubi plenius de hoc. Ad idem etiã faciunt alia uerba in dicto relicto apposita, dũ testator ipse dixit excipiendo, pterquã de quantitate c. Flor. ad rõnem xl. Carlinorum pro quolibet Flo. in qua idem

 testa-

testator mandauit ipsum Anto. esse debitorem & non ultra, loquendo de debito tempore testamenti existente, ut denotat uerbum illud, esse, quod est præteriti temporis. ad hoc d. l. si ita. & d. §. Titius. 4 Ex talibus† enim uerbis sequentibus declarantur relicta præcedentia. ff. de leg. 1. l. si seruus pluriū. 5 & exceptio† ipsa sapit de regula. l. generali. §. uxori. ff. de usuf. leg. Vnde si testator de debitis vigentibus tempore testamenti fuit locutus excipiēdo, similiter & generaliter relinquendo, cum ipsa exceptio sapiat de regula ut in d. iuribus. Per quæ videtur, quòd tale relictum non tendat ad debita cō tracta post ipsum testamentum. Quod & si nō procedat sine dubio, maxime per ea quæ habetur in l. cum quidam. ff. de aur. & arg. leg. in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verb. ob. & in l. si debitor. §. uerisimile. ff. de contrahen. empt. & in l. cum certum. ff. de vino tri. & oleo leg. & in l. 1. ff. de iure codicill. & ibi per Bar. Tamē posito sine præiudicio, quod ad tempus futurum, & sic ad debita contracta post testamentum tempore mortis uigentia non trahatur. tamen ad debita ipsa tempore testamenti existentia sine dubio tale relictum refertur, ut patet ex prædictis: & maxime ex his quæ habentur in d. l. si ita. in d. §. Titius. vbi uidetur de hoc casus. Sed tunc restat uidere postquam ita refertur, ex quo dicta debita fuerunt solutæ, quid possit consequi ipse Antonius ex tali relicto. Circa quod dicēcendum est, quòd & si non possit consequi dictam quantitatem. 100. Flore. quam testator ipse sibi re6 seruauit: attamen† residuum a dicta quantitate supra quod eidem testatori fuit solutum, petere poterit: cum testator ipse non reliquerit simpliciter liberationem: sed totum quod ipse testator recipere deberet: vnde eidem solutum hæres soluere tenetur, prout & testator ipse disposuit illud relinquendo, ad hoc. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. & id quod habetur in l. 1. ff. de lib. lega. Imo 7 † si ipse testator reliquisset liberationem ab ipso debito & postea ipse debitor uoluntariæ soluat, non extinguitur ipsum legatum: ex quo, ut præsupponitur, ipse testator ipsum debitorem non exegit: sed ipse sponte soluit. extinguitur enim tale relictum ita demum si testator exigat, alias nō, prout uidetur probari d. §. liberationis. ubi gl. hoc uoluit. per quem §. hoc voluit in d. l. id quod, Quod, & voluit etiam Bar. in l. si Titio. ff. de lega. 2. ad hoc etiam tex. in d. §. si rem ubi Bal. hoc idem uidetur uelle. Per quæ patet non ob. quod habetur in d. l. si id quod. & in d. §. liberationis. & in d. §. si rem. cum 8 † iura illa procedant quando ab inuito exegisset, cum tunc extinguatur ipsum legatum: secus si recipiat a uoluntariæ soluente. ut supra. Nec ob. quòd per ipsam solutionem sublata est obligatio, & substantia, propter quod uidetur quod tollatur ipsum legatum nominis uel liberationis: Quia ad hoc respondetur, quòd & si tollatur ipsa obligatio, & per consequens inducatur liberatio: tamen durat legatum, cum & tunc ipsa quantitas soluta uideatur legata, & peti possit, prout & uoluit formaliter Bal. in d. §. si rem. alias sequeretur, quod ipsum legatū nominis uel liberationis in totum extingueretur, etiam quando solueretur a uoluntariæ soluente. quod uerum non est, ut colligitur ex text. d. §. liberationis. & d. §. si rem. & ut tenent communiter gl. Vnde peti poterit ipsa pecunia soluta, cum & tunc ipsa uideatur legata. Quod & maxime procedit in casu prædicto, in quo testator non legauit liberationem, imo potius id, quod debetur, ut patet ex uerbis ipsius testatoris, ad hoc l. certum. ff. si cert. pet. facit etiam ad hoc quod in simi. no. ff. de leg. 1. l. seruus. §. qui margaritas. Nec ob. quod & tertio in contrarium adducitur, dicendo, quòd & si non extinguatur legatum nominis, tamen ita demum tenet, quando apparet ipsum testatorem in eadem uoluntate durare, quod in dubio non præsumitur, cum ipsi legatario incumbat onus probandi. ut d. 9 §. si rem. ubi Bar. hoc voluit. Quia illud † procedit quando ab ipso debitore inuito exigeret, cū tunc in dubio videatur reuocasse legatum, nisi aliud probetur per ipsum legatarium vt d. §. si rem. qui hoc casu loquitur ut patet ibi, secus autem si a sponte soluente recipiat: cum tunc in dubio non uideatur reuocasse legatum, si aliud non appareat: non enim tunc censetur mutata uoluntas, si aliud non appareat, ut uidetur probare tex. in d. §. liberationis. dicens, ponendo regulam, ut extinguatur, & hoc nisi fuerit exactum: Vnde incumbit ipsi hæredi probare exactionem, qua probata incumbit legatario onus probandi testatorem durare in eadem uoluntate. Alias non esset differentia, quando ipse testator tale debitum exegit, uel quando ab eo sponte recepit, quod verum non est, vt patet ex text. d. §. si rem. ubi Bal. hoc formaliter uoluit, & ut communiter tenetur per gloss. & doc. ut patet in d. iuri. Per quæ concluditur & concludi potest, quod ipse Antonius petere & consequi poterit, & debebit dictum residuum supra a dicta quantitate c. Floren. quod eidem testatori fuerat solutum, prout patet ex prædictis. &c. Dom. Ben.

THEMA CONSILII CXIII.

PVnctus, Quidam Angelus de Gualdo condidit testamentū: in quo inter alia reliquit iure legati d. Rainalduciæ eius filię unū modioliū terrę cum oliuis &c. In oībus uero aliis suis bonis &c. sibi hæredes uniuersales Frācīscā & Rainulduciam eius filias instituit atq; fecit: & si aliqua dictarum suarum filiarum & hęredum decesserit quandocunque sine filijs, substituit sibi aliam superuiuentem: & si ambæ &c. Decessitque postea dictus testator superstitibus sibi dictis suis filiabus maritatis & dotatis. Deinde decessit d. do. Raynalducia condito testamento, in quo inter alia reliqt dictum modiolum terræ, & dotes suas Matentio eius marito: Et in omnibus aliis suis bonis hæredem instituit dictam d. Franciscā eius sororem. Et ad præsens reuocetur in dubium, an dictus Matentius habere debeat dictum modiolum terræ, & dictam dotem.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum a grauato de restituendo per fideicommissum de re sibi prælegata, eo hærede instituto, cui ex fideicommisso fienda est restitutio an valeat, & per legatarium peti possit: & hæres illud soluere teneatur.*
2 *Mulier de dote sua potest in testamento ad libitum dispo nere.*
3 *Legatum factum de re hæredis valet.*
4 *Legatum de re aliena factum coniuncta persona valet, et hæres tenetur illud redimere, vel eius æstimationem præstare.*
5 *Dos in legitima computatur.*
6 *Filius grauatus de restituendo hæreditatem sub conditione, si decesserit sine filijs, detrahit legitimam, & Trebellianicam, quando eodem tempore non concurrunt.*
7 *Maritus censetur coniuncta persona, vnde si ei per vxorem in testamento legetur res aliena, ipsi ea debebitur & hæres tenebitur illam redimere, uel eius æstimationem præstare.*
8 *Legari potest a testatore res, quam cum hærede habet communem, & ipsa res debebitur, cum etiam pars hæredis videatur relicta.*

CONSILIVM CXIII.

In nomine domini, Amen.

Circa hoc dubium uidetur prima facie dicendum, quòd habere non debeat dictus Matentius dictũ modiolum terræ, cũ in tali substitutione facta vniuersaliter in restamento dicti Angeli, ueniat non solum portio hæreditatis: sed etiã prælegatũ quòd pater prælegauit. l. Marcellus. §. quidã liberis. ff. ad Trebel. & l. cũ uirum. C. de fideicom. unde si uenit ipsum modiolum terræ in restitutione ipsius fidei commissi, & restitui debeat ipsi dominæ Frãciscæ, non potuit per ipsam Rainalduciam legari dicto Matentio, & sic non tenet tale legatum, prout & legatum factum de re aliena. C. de leg. l. cũ alienã.

1 Contrarium † tamen puto de iure decidendũ, ut uidelicet, ualeat relictum factum dicto Matentio, nõ solum de dicta dote, quæ uidetur esse patrimoniũ proprium ipsius dominæ Rainalduciæ. l. 3. §. sed v-
2 trum. ff. de mino. de qua potuit † ad libitum disponere. C. manda. l. in re mandata. Sed etiam de ipso modiolo. nam, & si tale relictum ueniat in restitutione fideicommissi. ut d. §. quidam liberis. & ut not. in d. l. cum uirum, Attamen, ex quo ipsa testatrix tale modiolum terræ reliquit ipsi Matentio eius uiro, ualet & tenet tale relictum: adeo quòd ipsa domina Francisca hæres instituta impugnare nõ potest. Imo potius adimplere tenetur, ex eo, quia ipsum modiolum terræ, ex quo uenit in restitutio
3 ne, erat hæredis: tenet † enim legatum de re hæredis ut est expressum in l. unum ex familia. §. si rem de lega. 2. & not. C. de lega. in d. l. cum alienam. & de testa. in c. filius. Secundo ex eo, quia & si non fuisset hæredis, sed alterius: Nihilominus
4 uoluisset tale relictum, adeo † quòd hæres ipsius Rainalduciæ teneretur redimere, uel eius æstimationem soluere, ex quo fuit factum marito. & sic coniunctæ personæ. ut d. l. cum alienam. unde dicta Francisca uiuente, & quousque uixit, & post eius mortem eius hæres, non poterit, nec potest tale legatum factum de ipso modiolo terræ impugnare: imo potius adimplere, si non fuisset adimpletum: Quod uerum intelligo si ipsa domina Frãcisca adiuisset hæreditatem ipsius do. Rainalduciæ simpliciter, & absque beneficio legis & inuentarii: alias uero si ipsam repudiasset, uel adiuisset cum beneficio legis & inuentarii, & inuentarium fecisset, cum in hæreditate ipsius do. Rainalduciæ sit non solum eius dos † quæ in legitima impu
5 tatur. C. de inoffi. testa. l. quoniam nouella. & ultra ipsam dotem & sic legatum, sic etiam Trebellianica, cum filius † rogatus de restituendo sub condi
6 tione, si decesserit sine filiis, prout & fuit rogata ipsa domina Rainalducia, cui testator substituit ipsam do. Franciscam, si decesserit sine filiis detrahat non solum legitimam, in qua ipsa dos imputatur, ut supra dictum fuit, & ut plenius no. in d. l. in 4. ff. ad l. Falc. sed et Treb. & sic quartã partem eius, quod restituere tenetur, secundum quod cõmuniter tenetur, prout no. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. & in l. quanquam. C. ad l. Falci. & in c. Rainutius. de testa. & in c. si pater. eo. tit. in 6. debebit de quarta parte tale legatum adimplere, ex quo dicta quarta pars censetur in hæreditate dictæ do. Rainalduciæ, ut supra dictum fu
7 it: Et debetur † ipsi marito relictum eidem factũ, ex quo censetur coniuncta persona, etiam si fuisset eidem relicta res aliena. ut d. l. cum alienam. & fortius si fuisset relicta res hæredis. ut d. §. si rem.
8 Imo † & si testator reliquisset rem, quam habet communem cum hærede, ipsa debebit, cum etiam pars hæredis uideatur relicta, prout no. in l. serui electione. ff. de leg. 1. & in d. l. cum alienam. & ibi per Bal. & in d. §. si rẽ. Per quæ cõcluditur, quòd dictus Matentius consequi poterit tale relictum dicti modioli terræ, nec ipsa do. Francisca uel eius hæres effectualiter impugnare poterunt. adeo quòd non consequatur effectualiter ipsum, præcipue si ipsa do. Francisca adiuit eius hæreditatem absque beneficio legis & inuentarii, ad hoc quod no. C. de pac. l. si debitori. & C. de iure deliberan. l. fi. §. in computatione. &c. Domi. Benedi.

THEMA CONSILII CXIIII.

PVnctus, Quidã Antonius Colle de villa sanctæ Natogliæ sanus mente, corpore tamen languens, in dicta villa & in eius domo suum vltimum condidit testamentum: in quo nonnulla legata & relicta fecit: & inter alia in eodem testamento ita disposuit videlicet, quia reliquit Sanctuciæ eius filiæ pro eius dote 200. libras & cassam fulcitam pannis, & alijs arnensibus ad cõmunem vsum patriæ: & in his: 200. libris, & dote ipsam Sãctuciã hęredẽ instituit, & voluit quòd plus de bonis suis petere non possit: hac conditione. s. si ipsam Sanctuciam mori contigerit in pupillari ætate uo-

luit dictus testator, quòd moriatur infrascriptis suis hæredibus, In omnibus vero alijs suis bonis &c.Petrumiacobum suum filium. & filium masculum vnum vel plures nasciturum vel nascituros ex dom. Floræ eius vxore prægnante sibi hæredes vniuersales instituit,& fecit:Cum hac conditione,uidelicet, quòd si aliquis dictorum suorum filiorũ masculorum mori contigerit infra pupillarem ætatem,voluit dictus testator, quòd moriatur alteri:& alter alteri:& si omnes mori contigerit infra dictum tempus voluit,quòd moriantur Marcutio & Matthæo &c. & eius hæredibus:& si contigerit ex d.Floræ prægnante nasci filiam fœminam vnam uel plures, reliquit pro qualibet earum filiarũ libras. CC. & cassam fulcitam &c.Et in his CC. libris ipsas & quamlibet earum instituit hæredem, & uoluit quòd de bonis suis plus petere non possint:hac conditione,videlicet,quòd si aliqua dictarum filiarum, siue omnes mori contigerit in pupillari ætate, quòd moriantur omnes prædictis hæredibus uniuersalibus uel eorum hæredibus,vt dictum est, apposita clausula codicillari consueta apponi in testamentis.Deinde decessit dictus testator, superstite d.Petroiacobo d.Sanctucia & d.Flore. Ex qua postea nata est alia filia fœmina. Et pro parte ipsorum Marcuttj & Matthæi sunt inducti testes ad probandum dictum testamentum & vltimam voluntatem: & ex ipsis testibus inter quos est presbyter parrochialis,quinque sunt concordes,& probant, quantumcunque ex ipsis quinque tres dicãt testificando idem. quod alij duo, quantumcunque deponant per diuersa uerba. Et ad præsens in dubium reuocetur,an dicti testes probent.Secundo,posito quòd probent. an valeat dictum testamentum, ex quo solummodo probatur per quinque testes. Tertio, posito,quòd valeat,cum d.Petrusiac. vt præsupponitur, decesserit in pupillari ætate infra annum a tempore mortis testatoris, superstitibus ipsis Sanctucia & Floræ eius matre:an dicti substituti succedant, exclusa matre,& sorore utrinque coniuncta.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens per eundem & præmeditatum sermonem,quo cæteri testes,non probat.*
2 *Notarius & iudex examinare debent testes, & eorum dicta extense scribere,prout deposuerunt,& ut extendat,notario mandari potest.*
3 *Testis dictum non extensum a notario, sed in quo se refert ad dicta aliorum,probat, si stet in loco consuetudo, quod non extendatur.*
4 *Testes qui non eodem præmeditatoque sermone testificantur,probant:licet deponant per verba,quæ in effectu cõcordent.*
5 *Notarij culpa dictum testis extense scribere non curantis,ius partis perire non debet, sed ei mandandum est, vt illud extendat.*
6 *Testamentum coram quinque testibus factum an valeat, & maxime tempore pestis,& mortalitatis.*
7 *Testamentum inter liberos factum valet etiam coram duobus testibus.*
8 *Testamentum tempore mortalitatis, & ruri factum coram quinque testibus ualet.*
9 *Testamentum factum coram presbytero parrochiali, & duobus testibus ualet de iure canonico,secus de iure ciuili.*
10 *Ius canonicum seruandum est in terris ecclesiæ, quando discordat a iure ciuili.*
11 *Pupillaris substitutio excludit matrem,& sororem a successione.*

CONSILIVM CXIIII.

In nomine domini, Amen.

Circa primum dubium videtur, quòd quantumcũque ipsi testes fuerint uocati & rogati, prout attestatur testes in 16.articulo: attamen cum deponãt trea posteriores referendo se ad dictum aliorum: 1 &† sic eodem præmeditato sermone,non probant. ff.de testi.l.3.§.ideo. Contrarium tamen puto de iure dicendum vt videlicet, quantumcunque ipsi 2 Notarius† & iudex examinare debuissent ipsos testes,& eorum dicta extensæ scribere,prout deposuerunt,secundum quod habetur in c. causam. de testi.& eidem Notario maudare possit, ut extendat,secundum quod uoluit Bal.in l.ampliorem. §. 3 in refutatoriis.C.de app.tamen † dictum ipsorum testium valet & probat,precipue ubi est consuetudo,prout est iu dicta terra Cassiæ, vt mihi dicitur, prout uoluit Io.An.post Host.iu c.nihil. de uerb. significatio.dicentes, quòd ubi esset talis consuetudo,non uidentur reprobari:ad hoc quod not. in l.3.§.fina.ff.de testi.& hoc idem uidetur uelle ipse Bal.in d.l.ampliorem.§.in refutatoriis. stante ipsa cousuetudine.Quod videtur etiam uelle dom.Nico.in d.c.nihil.dicens etiam hoc æquius esse,ut ibi plenius per eum. Et forte etiam de iure defendi 4 posset,cum† testes ipsi modo non eodem præmeditato sermone deponant: propter quod reddantur suspecti.ut d.§.ideo.sed per diuersa uerba, licet in effectu coucordent,deponere possint,quod sufficere uidetur,per id quod habetur in l.qui sententiam.C.de pœnis.Per quæ uidetur,quòd ipsi testes,quantumcunque Notarius referat dicta eorũ ad dicta aliorum, probent, de iure, & hoc forte fuit de mente Ioann.Andr.in dicto cap.nihil. Seu 5 † posito quòd iudici uideatur, quòd non probent, nihilominus ex hoc non debet perire ius partis, cui culpa imputari nou potest: sed ipsi Notario, propter quod mandari posset, ut extendat, pro-6 ut supra dictum fuit. Circa † secundum vero dubium,quod est,posito,quòd dictum testamentum probetur per quinti testes:an valeat. Circa quod vr̃ dicendum prima facie,ꝙ non valeat.ex quo non

fue-

fuerunt septimi testes, prout de iure requiritur, secundum quod habetur. ff. de testa. in l. ad testamentum & l. Domitius. & C. de test. l. hac cõsultissima. Contrarium tamen puto de iure dicendum, ut videlicet ualeat dictum testamentum non solũ† quo ad liberos, inter quos ualeret testamentum ipsum, etiam si fuisset factum coram duobus testibus. ut d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & habetur in authen. quod sine. C. eod. titu. & in l. fina. C. de fami. erci. & habetur in c. relatum. el 2. de test. Sed etiam quo ad extraneos ibi substitutos, & quo ad alia in dicto testamento relicta, ex duplici ratione. Et primo ex eo, quia† tale testamentum fuit factum tempore mortalitatis in uilla, & sic in rure, ubi solet deficere copia testium, præcipue tempore mortalitatis, ut est expressum in l. fin. C. de test. ubi Bal. notabiliter hoc uoluit, quòd ex eo, quia testamentum fuit confectum tempore mortalitatis, quo tempore sufficiunt quinti testes etiam in ciuitate, cum tunc non possit haberi copia testiũ, ideo ualuit & valet, ad hoc quod no. per Bart. ff. de bonorum poss. ex test. militis in Lunica. Quod tamen non transit sine dubio, nec super hoc insisto. cum tale testamentum non fuerit confectum in ciuitate, sed in uilla, in qua sufficiunt quinti testes vt est expressum in d. l. fi. Secundo, quia, & si tale testamentum fuisset confectum in ciuitate, nihilominus ualuisset ex alia ratione quia † confectum fuit coram presbitero parrochiali, & duobus testibus. tunc enim ualet testamentum etiam si nõ sint, quinti testes, cum sufficiant duo cum presbytero parrochiali, ut est expressum in c. cum esses. de test. secundum communem sententiam, quam sequitur Spe. in ti. de instr. edi. §. compendiosa. uer. item per ius Canonicum. Quod procedit de iure canonico secundum Doc. communiter. Esto, quòd aliud sit de iure ciuili. ut d. l. hac consultissima. Vnde cũ hoc procedat de iure canonico, erit seruandũ in terra Cassiæ & eius districtu, ex quo est terris ecclesiæ, cum † ius canonicum seruandum sit in terris ecclesiæ, quãdo discordat a iure ciuili, prout no. in c. si duobus. de app. & in c. 2. de no. ope. nun. & in c. 2. de arb. in 6. & in regula, possessor. eo. lib. Per quæ cõcluditur dictum testamentum ualere, etiam quo ad ipsos substitutos, & sic extraneos, licet non interfuerint septimi testes, sed tantum quinti ut supra. Circa tertium dicendum est, ꝙ cum dictus Petrussiaco. decesserit in pupillari ætate infra annum a die mortis testatoris, est locus dictæ substitutioni pupillari factæ de ipsis Marentio & Matthæo, ut est expressum in c. si pater. de testa. in 6. vbi est casus, cum & ibi fuerit facta ipsa substitutio p verba i la. moriatur, quo casu, secũdum omnes, pupillo decedente infra pupillarem ætatem, est locus ipsi pupillari substitutioni, ut est expressum, ut plenius no. in c. Rainutius. de test. & in l. Centutio. ff. de uul. & pup. & in l. precibus. C. de impub. & aliis subst. quæ† pupillaris substitutio excludit matrem & sororem, ut est expressum in d. c. si pater. & in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inof. te. Per quæ concluditur, ꝙ dicti substituti ex ipsa pupillari succedunt ipso Petroiacobo, exclusa matre & sorore: & ex persona ipsius Petriiacobi consequẽtur hæreditatem ipsius Antonii testatoris, cũ eius hæreditas ēt non adita ad quoscunq; transmittatur. l. apud hostes. C. de suis & leg. prout & communiter tenetur, secundum quod ibi no. &c. Dom. Ben.

THEMA CONSILII. CXV.

PVNCTVS. deficit, quia est quædam subscriptio ad alterius consilium.

SVMMARIVM.

1. *Arrogatus, seu adoptatus in filium habetur loco filii legitimi & naturalis, adeo quod rumpit testamentum arrogantis, quando arrogatio facta est legitime ab habente potestatem, alias non tenet.*
2. *Arrogatio debet fieri iuris dispositione, ex rescripto principis.*
3. *Vicarius principis, si non habet specialiter in commissione a principe, ut possit rescriptum super arrogatione cõcedere, non potest illud concedere.*
4. *Principi specialiter reseruata, & in signum specialis priuilegij concessa, non ueniunt sub generali commissione Vicario data.*
5. *Arrogare, seu filios legitimare, censetur esse de reseruatis principi.*
6. *Romanus populus, non potest legitimare. cum sit de reseruatis princ. Nec etiam Comes Palatinus, nisi id haberet in speciali commissione.*
7. *Arrogatus illegitime non rumpit testamentum arrogantis, licet in eo sit præteritus.*
8. *Testamento patris ob filij præteritionem annullato, an similiter clausula codicillaris in eo apposita annulletur.*
9. *Clausula codicillaris in testamento ob filii præteritione annullato, apposita, operatur non solum quo ad legata, sed ēt quo ad institutionem hæredis, adeo quòd ueniens ab intestato propter dictam clausulam tenebitur restituere ipsam hæreditatem, Quod procedit non solũ quando præteritur iam natus, de quo testator habebat notitiam, sed etiam si præteritus fuerit posthumus, si fuerit apposita clausula consueta, uidelicet, si non ualet, vel valebit, &c.*
10. *Arrogatus, quo ad rumpendum testamentum patris arrogatoris, potest dici posthumus, qui rumpit non solum si per testatorem fuerit de eo cogitatum, sed etiam si fuerit ignoratum.*
11. *Legitima filij adoptiui, uel arrogati non est aucta, sicut legitima filij legitimi & naturalis.*
12. *Filius in legitima grauari non potest.*
13. *Legitima & Trebellianica quando eodem tempore concurrunt, amba non detrahuntur, sed una cum altera confunditur.*
14. *Falcidia uel Trebellianica non detrahitur de relictis piis locis, uel fraternitatibus, siue societatibus, quando ille ex dispositione statuti censentur pia loca.*

CONSILIVM CXV.

In nomine domini, Amen.

Cum prout in facto præsupponitur, dicta do. Brigida hæres instituta in uita, decesserit post dictũ conditum testamentum, & ante mortem d. Francisci testatoris, dicta institutio de ipsa d. d. Brigida

 facta,

facta, effecta fuit caduca, adeo quòd locus fuit & est substitutioni factæ de dictis fraternitate & societate in dicto testamento, prout est casus in l. unica. §. pro secundo, C. de caduc. tollen. Vnde ipsa fraternitas & societas uigore dicti testamenti, & institutionum & substitutionum in eo factarum, potuerunt & possunt iustæ & legitimæ, tanquam hæres tenere, & possidere bona hæreditatis dicti Francisci: non ob. dicta arrogatione facta post dictum conditum testamentum de dicto Bartho. quia quantumcunque arrogatus seu adoptatus legitimæ in
1 filium habeatur loco filii legitimi & naturalis, adeo quòd rumpit testamentum arrogantis. inst. de exhæreda. libe. §. adoptiui. & ibi no. C. de adopti. l. pen. Tamen illud uerum est, quando talis arrogatio facta est legitimæ, & ab habente potestatem, cum alias si non fuerit legitime facta, uel a non habente potestatem disponendi super arrogatione, non ualeat nec teneat. l. 1. C. de adopt. & C. si non compe. iudi. per totum. & de iudi. capitu. at clerici. circa princip. unde non præstat impedimentum & per consequens non rumpit testamentum ad hoc regula. præstat in 6. & l. nam ita diuus. ff. de adop. sed cum in casu prædicto dicta arrogatio nõ fuerit facta legitimæ, & ab habente potestatẽ, prout ex dispositione iuris requiritur, ipsa arrogatio, & talis filius ita arrogatus non rumpit dictum testamentum, imo eo non ob. remanet ualidum, per notata in dictis iuribus: talis enim arrogatio facta in dicta terra Burgi, quæ est de temporali iurisdictione ecclesiæ Romanæ, per Vicarium ipsius domini Pandulphi non fuit facta in dicta terra Burgi, quæ est de temporale iurisdictione ecclesiæ Romanæ legitimæ ex rescripto principis, seu Papæ,
2 prout † & requiritur ex dispositione iuris, secundum quod habetur in l. 2. ff. de adop. & C. eo. ti. l. arrogationes. & inst. eo. ti. §. 1. sed ex rescripto ipsius domini Pandulphi, qui tale rescriptum concedere non potuit, cum non esset princeps in dicta terra Burgi, imo potius Tirannus, & nullam iurisdictionem habens, cum eam, ut præsupponitur, teneret absque aliquo titulo: vnde non ualuit nec ualet tale rescriptum, & quod eius uigore fuit factum, ut in c. fundamenta. §. quod si secus. de elec. in 6. & ibi per Pe. de Anch. & per Bald. in l. decernimus. C. de episco. & cle. qui hoc ibi aperte tenet. Quod & tenuit etiam Bar. in tractatu de Tirannide, ubi plenius de hoc. imo & si in dicta terra Burgi habuisset dictus dominus Pandulphus aliquem titulum,
3 seu eam in Vicariatũ, si † non haberet specialiter in commisione hoc videlicet, ut posset tale rescriptum super arrogatione concedere, non potuisset
4 tale rescriptum concedere, cum † sub generali commisione nõ ueniant reseruata specialiter ipsi principi, & insignum specialis priuilegii concessa, prout est expressum in c. quoad translationem. de off.
5 leg. ubi plenius de hoc: arrogare † enim seu filios legitimare censetur esse de reseruatis principi, prout not. in Specu. de legato. §. nunc ostendendũ. ver. 12. & in c. per uenerabilem. qui filii sint legitimi. &
6 in l. 1. C. de adop. & ibi per Bal. ubi dicit, ꝙ † populus Romanus non potest legitimare, cum sit de reseruatis principi: imo & nec Comes Palatinus, nisi haberet in speciali commissione, prout not. per Barto. Ex quibus concluditur, ꝙ cum d. Bartholomæus non fuerit arrogatus ex rescripto Principis, nec ex rescripto alicuius habentis potestatem hoc
7 concedẽdi, talis † arrogatio non ualuit nec ualet, & per consequens nec rumpit tale testamentum, prout plenissime conclusum extitit per præfatum do. Matthæum. V. I. doc. fratrem honorandum. Sed posito sine præiudicio, quòd dicta arrogatio ita facta de Bartholomæo ualuisset & valeret, & ipsius præteritio irritasset & annullasset dictum testamentum, quo ad ipsam substitutionem, iuxta no. in aut.
8 ex causa. C. de lib. præt. Tamen testamentum † non irritatur, nec annullatur quoad clausulam codicillarem in ipso testamento, & in eius fine appositã: nam quantumcunque gl. in d. auth. ex causa. tenuerit, quod dicta clausula locum non habet in ipso testamento, quod annullatur seu redditur nullũ propter præteritionem, tamen contrarium uidetur dicendum,
9 ut † dicta clausula operetur non solũ quoad legata, sed etiam quo ad institutionem hæredis, quando propter præteritionem testamentũ redditur nullum: adeo: quòd ueniens ab intestato propter dictam clausulam tenebitur restituere ipsam hæreditatem, prout tenuit Old. & Nic. de Mata. secundum quod ipse refert in l. fi. C. de codici. in certis suis reportationibus, quod & tenuit etiã Bart. in d. auth. ex causa. & in l. 1. ff. de iure codicil. pro quo etiam facit tex. in l. posthumum. §. si paganus. ff. de ininst. test. & in l. generaliter. §. testamento. ff. de fideicom. liberta. & Bald. in d. auth. ex causa. & communiter tenetur. Quod procedit non solum quando præteritur iam natus, de quo testator habebat notitiam, prout tenuit ipse Nic. de Mata. & Bar. in d. auth. ex causa. & in d. l. 1. ff. de iure codic. & communiter tenetur. Sed etiã si præteritus fuit posthumus si fuit apposita ipsa clausula consueta, uidelicet si non valet uel ualebit &c. ut tenuit Di. & communiter Doc. secundum quod refert Bar. in d. auth. ex causa. & in l. 1. ff. de iure codic. Quod & pariformiter locum habet si fuerit præteritus ipse
10 filius arrogatus, cum † posthumus dici posit, prout habetur. in d. §. adoptiui. Et procedit, non solũ si de ipso posthumo, uel alio arrogato fuisset cogitatum, ut quia sciuisset uxorem prægnantem esse, uel impetrasset rescriptum: sed etiam si de eo ignorasset, vel non fuisset cogitatum, cum apponendo talem clausulam per verba futuri temporis, uideatur cogitatum de ruptura ipsius testamenti, & sic implicile de ipso posthumo, seu filio postea arrogato, prout uoluit Bal. in d. auth. ex causa. ex argumento. l. placet. & l. ideoque. ff. de lib. & posth. & clarius Io. de Imo. in repetit. l. filio præterito. ff. de iniusto testamen. Esto quod aliud uoluerit Barto. in d. l. 1. & non bene, cum per illam clausulam vĩdeatur grauatus quilibet successor, etiam si postea fuerit natus. l. si quis cum nullum & l. ab intesta to. ff. de iure codicill. & de eo cogitatum saltem in genere & implicite per dicta iura, secundũ ipsum Io. de Imo. in d. l. filio præterito. ubi dicit se audiuisse consulere cõtra Bar. per prædicta, ut plenius per eũ. Ex quibus infertur, ꝙ & si appareat, ꝙ dictus Bartholomæus fuerit legitimæ arrogatus, &

& per ipsam arrogationem dictum testamentū annullatum,ut ipse ab intestato dicto Fran.succedat. Tamen tenebitur restituere ipsam hæreditatem ipsi fraternitati & societatibus retenta quarta parte 1 suæ legitimæ,cum legitima † filij adoptiui uel arrogati non sit aucta, sicut legitima filii legitimi & naturalis,prout nolnit glosſ.in authen.de trien. & semiſſ.§.1.quæ incipit.ſ.filiis & nepotibus, circa finem,ut & ipsam legitimā ipse filius detrahere pos 2 sit,cum† in ea non ponatur grauamen, nec eum potuerit granare. C. de inoffic. testam.l. ex tribus & 3 ff.de nul.& pu.l.cohære.§.cum filiæ. Sed non† potuerit detrahere Trebellianicam,tamen,quia concurrunt eodem tempore:unde una confunditur cū reliqua,prout no.ff.de inof.te.l.Papinianus.§.meminisse.& in l.qnanquam.C.ad l.falc.& in c.Rainutiua.de test.& communiter tenetur.tum etiā, quia dictæ fraternitates & societates attenta maxime dis 4 spositione statuti,censentur pia loca:unde† ab eis non detrahitur Trebellianica,sicut & nec Falcidia prout communiter tenetur,secundum quod no.in auth.similiter.C.ad l.fal.& in l. Marcellus. §. quod autem.ff.ad Treb.& in c. si pater. de test. in 6. Per quæ patet responsum.ad primum & secundum dubium.&c.& ita dico & consulo ego.Dom. Bened.

THEMA CONSILII CXVI.

PVnctus. Fuit quidam Christophorus, qui decessit sine aliquibus filiis,seu liberis, & ab intestato superstite sibi dominaCōstantia eius nepte, nata ex eius sorore carnali, & superstitibus sibi Petro & Menacutio, Valentino, Sanctutio,& Blasio eius nepotibus, & filiis Antonij eius fratris carnalis, qui cum haberet d. Vanutiam in uxorem legitimam, fuit factum diuortium inter eos, propter adulterium commissum per dictam Vanutiam eius uxorem. Quo facto ipse uiuente d. Vanutia & seorsum ab eo habitante, ipse Antonius contraxit matrimonium solenniter cum quadam d. Flo. ignorante de dicta prima uxore, ex qua Flore.habuit & procreauit dictum Pet. Deinde dicta Vanutia prima uxore, contraxit cum alia,uidelicet, do. Angela, nullam tamen notitiam habente de prima uxore uiuente,cum qua contraxit solenniter, & coram multitudine hominum, ut moris est: ex qua procreati sunt dicti Menacutius, Valentinus Sanctutius,& Blasius. Decessitque dicta Vanutia prima uxor,& etiā decessit deinde d.Anto.& etiam d.do.Angela eius tertia uxor,superstitibus dictis Petro, Menacutio & aliis filiis supradictis dictorum Antonii, & dominæ Angelæ eius tertiæ uxoris. Qui uolunt succedere ab intestato d.Christophoro eorum patruo,sicut & uult succedere dicta Constantia eius neptis ex sorore carnali,Contra quos opponitur eorum de illegitimitate dicendo,quòd non sunt legitimi filii d.Ant.cum ipsi sint nati ex dicta d. Angela, cum qua dominus Antonius non potuit cōtrahere matrimonium uiuente d.Vanutia eius uxore,& sic nati ex damnato coitu, merito non possunt succedere d. Christophoro tanquam eorum patruo.Vnde ad præsens re uocatur in dubium,utrum dictoChristophoro succedere possint, & succedant dicti filii ipsius Antonii, una cum dicta do. Constantia.Vel solum ipsa Constantia, exclusis prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati ex adulterio & ex damnato coitu, nec parentibus nec consanguineis succedunt.*

2 *Vxore prima uiuente, maritus non potest cum alia matrimonium contrahere,& sic contrahas filij ex eis nati non sunt legitimi.*

3 *Vxore prima de adulterio condemnata,ob id marito non licet,uiuente prima cum alia contrahere, imo cum ea contrahendo,adulterium committit, & filij ex tali matrimonio nati censentur illegitimi.*

4 *Filij nati ex matrimonio contracto cum secundā,uiuente prima uxore,quam uiuere secunda ignorabat, an censeantur legitimi:mtantum,quod succedant parentibus, consanguineis & agnatis.*

5 *Filij nati ex secunda uxore,nesciente primam uiuere, censentur legitimi, non solum quo ad ipsam matrem ignorantem,sed etiam quo ad ipsum patrem, quamuis sciuerit & notitiam habuerit de uita primæ uxoris, et quo ad eius consanguineos.*

6 *Filij concepti habentur pro iam natis ad hoc ut censeantur legitimi.*

7 *Matrimonium non contractum in facie Ecclesiæ indicari debet clandestinum.*

8 *Matrimonium contractum in multitudine hominum,secundum morem & consuetudinem patriæ, dicitur contractum in faciem ecclesiæ,cum ecclesia hoc casu sumatur pro collectione fidelium.*

9 *Vxor secunda,quæ sciens primam uiuere, permisiit se a putatiuo marito in uita primæ uxoris carnaliter cognosci,non potest postea prima moriente,cum dicto uiro matrimonium contrahere,secus si in uita primæ se uiri nō permisserit.*

10 *Matrimonium a principio inter duos contractum inualidū,quomodo postea ualidetur,& legitimum censeatur, & filii ex eo nati dicantur legitimi.*

CONSILIVM CXVI.

In nomine domini, Amen.

Et si prima facie uideatur dicendum, quòd d.Christophoro succedat solum ipsa Constantia,cum, ut præsupponitur, fuerit neptia ipsius Christophori nata ex sorore carnali ipsius Christophori ex matrimonio legitimo, ut proximior cōnsanguinea. C.ad Tert.auth.defuncto.& C.de legi.hære.auth.

 cessante.

cessante. Exclusis ipsis Petro, Menacutio, Valentino, Sanctutio & Blasio, cum non fuerint legitimi, 1 ex quo † nati fuerint ex damnato coitu, videlicet adulterio: nam, ex quo, vt præsupponitur, ipse Antonius contraxit matrimonium cum ipsa Vannutia, 2 ea uiuente † non potuit matrimonium contrahere cum. d. Flore secunda uxore, ex qua natus fuit Petrus, & similiter non potuit contrahere matrimonium, cum d. do. Angela tertia uxore, ex qua nati fuerunt dicti Menacutius, Valentinus, Sanctucius, 3 & Blasius de sponsa duorum c. 2. & fi. Etiam † ipsa Vannutia fuerit condemnata de adulterio, cum ex hoc non liceat cum alia contrahere viuente prima, de diuor. c. significasti. & ut no. in c. gaudemus. de conuersi. coniugat. cum si. Imo & adulterium com mittit secum contrahendo. ut d. c. significasti. & de eo qui duxit in matrimonium quam pol. per adult. c. 1. & C. de incep. nup. l. quicontra. Imo & filii ex tali matrimonio nati censentur illegitimi. de clande. desponsa. c. cum inhibitio. & ut no. in ca. 1. & in c. ex literarum. de eo qui duxit in matrimoniū quā 4 pol. per adult. Vnde † cum tales filij ita nati ex dictis duabus ultimis secundis nup. contractis uiuente prima uxore, non censeantur legitimi, non succedunt patri nec matri: & multominus cōsanguineis ipsius patris, & sic non succedunt d. Christophoro ex quo nati sunt ex infecta radice. ff. unde cogna. l. si Spurius & C. de naturalibus libe. l. fi. & ut not. in c. transmisso. qui filii sint legitimi. per Io. An. Perquideturr, quòd solum ipsa Constantia succedat, exclusis dictis filiis Antonii, cum non sint legitimi. Contrarium tamen puto de iure dicendum, ut uidelicet, filii nati ex d. Antonio & d. Angela succedant, non solum eidem Antonio, & do. Angele, cū fuerint & sint legitimi, ut iufra patebit: sed etiam eidem Christophoro eorum patruo, una cū d. Constantia nepte, cum fuerint & sint in pari gradu ut d. auth. cessante. & sint ipsi legitimi, quia & si nati fuerint ex ipsa tertia uxore, cum qua matrimoniū fuit contractum uiuente prima uxore: nihilomi- 5 nus † ex quo ipsum matrimonium fuit contractū solemniter & in multitudine hominum, ipsa do. Angela ignorante de prima uxore, & notitiam aliquam non habente, filii nati ex tali matrimonio cēsentur legitimi, ut est expressum in cap. ex tenore. qui filii sint legiti. & ut no. in c. 1. de eo qui dux. in matri. quam pol. per adult. & ibi per glo. & per dominum Ant. in d. c. cum inhibitio. Et ipsi filii censentur legitimi, non solum quo ad ipsam Angelam ignorantem: sed etiam quo ad ipsum Antonium, quantumcunque sciuerit & notitiam habuerit de prima uxore, prout uoluit gl. in uerbo. si ambo. & d. c. cum inhibitio. de clandest. despon. & Io. 14. q. 1. c. primo & secundo, & communiter tenetur, pront in d. iu. no. Vnde si quo ad ipsum patrem censentur legitimi. multo fortius quo ad alios eius consanguineos ad hoc c. cum in cunctis. de elec. & aut. multo magis. C. de sac. san. eccle. Quod uerum intelligo, si ipsa uxor ignorauit, non solum in natiuitate ipsorum filiorum, sed etiam in conceptione, 6 cum tales † ita concepti habeantur pro natis quo ad hoc, ut censeantur legitimi, pront not. in d. c. ex tenore & in c. cum inter l. eo. ti. Vnde quantumcun que filii prædicti nō sint nati ex legitimo matrimonio, imo potius adulterino: nihilominus censentur legitimi, adeo quòd ut filii legitimi succedunt, ex quo tale matrimonium fuit ita contractum ignorāte ipsa d. Angela, prout disponitur in d. c. ex tenore, & d. c. cum inhibitio. Quod & locum habet, etiam si interuenerit aliud impedimentum, quam consanguinitatis, puta alterius incestum. ut in d. c. ex tenore. & ut tenet glo. in d. c. 1. de eo qui duxit in matrimonium quam pol. per adult. & ut not. ibi. & d. ca. cum inhibitio. & d. c. ex tenore. per do. Anto. Nec 7 ob. si dicatur, quòd tale † matrimonium non fuit contractum in faciem Ecclesiæ, propter quod uidetur, quòd iudicari debet clandestinum: propter qđ filii non censentur legitimi, dato impedimento, etiam si contrahentes ignorauerint. ut d. c. cum inhibitio. Cum & dici possit contractum in faciem 8 Ecclesiæ, ex quo † fuit contractum in multitudine hominum, secundum morem & consuetudinem patriæ, cum Ecclesia hoc casu sumatur pro collectione fidelium, ad hoc quod habetur de consecra. dist. 1. Ecclesia. vnde non potest dici clandestinum, quā tumcunque non interuenerint dicta Banna, seu denunciationes secundum formam d. ca. cum inhibitio. prout uoluit Io. An. in addi. Spe. in ti. qui fi. sint legi. Quod & fuit originaliter dictum Old. in consilio. 256. pront uoluit do. Nico. in d. c. cum inhibitio. dicens, hoc indubitanter procedere, Imo & plus, quia ex quo post mortem dictæ primæ uxoris ipse Antonius retinuit ipsam Angelam pro uxore, 9 si † ipsa Angela sciuit & notitiam habuit de prima vxore, & postea passa est se cognosci uiuente ipsa prima uxore, non potuit postea matrimonium cōtrahere, ut est expressum in c. ult. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. secus autem si non permi- 10 sit se cognosci in uita. Si uero † non habuit notitiā de ea ipsa prima uxore uiuente, sed post mortem & tunc si expresse consenserunt, ualidatur matrimonium, ut ex tunc: idem si tacite, ut quia postea interuenerit copula. ut in ca. ueniens. eo. ti. Imo & si sola cohabitatio in hoc interuenisset, conualidatur matrimonium, prout uoluit Inno. ibi. ut ex tūc ut & communiter tenetur. ut no. in d. c. 1. Vnde filii postea nati uere erunt legitimi. ut patet in dictis iuribus & c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXVII.

PVNCTVS deficit, quia est quędam additio ad subscriptionem per ipsum factam consilio cuiusdam D. Ioannis Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata a patre, & præterita in testamento, in quo filios masculos instituit apposita clausula codicillari eis mortuis admittitur, cum ipsa, ut præterita rumpat testamentum, nec erit locus clausulæ codicillari, ut ob eam dicta filia quicquid bonorum ad eam peruenit, restituat.*

2 *Ius*

2 *Ius rumpendi testamentum, regulatur a iure succedendi ab intestato.*

3 *Dictio, donec, denotat limitationem temporis.*

CONSILIVM CXVII.

In nomine domini, Amen.

Subscripsi Me cuidam consilio domino Ioannis, in quo consuluit in ciuitate Fulginei, quòd filia † dotata a patre, & præterita in testamento, in quo filios masculos instituit, apposita clausula codicillari, ad mittatur eis mortuis cum ipsa vt præterita rumpat testamentũ, adeo quòd non erit locus clausulæ codicillari, per id quod uoluit Bal. in l. si quis filium. C. de inoff. test. & in l. 2. C. de libe. præ. taliter subscripto. HOC IDEM dico & consulo ego Benedictus de Benedictis de Perusio &c. Aduertens, quòd cum communi opinione, mortuis ipsis filijs masculis filia fœmina ab intestato admittitur, si testamentum non fuisset factum. Addo quòd pariformiter dicto tempore rumpitur testamentum, prout uoluit Bal. in d. l. 2. de lib. præte. & in d. l. si quis filium, & in l. si quis posthumos. §. si filium. ff. de libe. & posthu. ius † enim rumpendi regulatur a iure succedendi ab intestato. ut l. si quis filio exhæredato in prin. ff. de iniusto rupto irritoq; testamento. cum simi. Ab intestato enim, ut est communis sententia, ipsa filia succedit tempore mortis ipsorum filiorum, ex quo statutum loquitur per uerbũ, donec, quod † denotat limitationem temporis, ut uoluit Bar. in d. l. fi. ad Tert. & Bal. in d. iuribus. Ex quibus sequitur, quòd cũ dicta filia succedat post mortem dictorum filiorum pro parte sibi tangente, non est locus restitutioni fideicommissi uirtute clausulę codicillaris, ex quo ipsi filij tunc non supersunt, ut elegantissime extitit cóclusum per præfatum do. Ioannem &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXVIII.

Pvnctus. Quidam Rainerius de villa Paginani condidit testamentum: in quo inter alia, ita disposuit: quòd si Golina eius vxor esset pregnans, & pareret unam posthumam, seu plures ad lucem peruenientem seu peruenientes, ipsa uel ipse de suis bonis habeant, & habere debeant pro suis dotibus Flore. 40. auri. & in his eam seu eas sibi hæredes instituit. Et uoluit quòd de bonis suis plus petere uel habere non possit seu possint &c. In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus, & immobilibus iuribus, & actionibus, suos hæredes uniuersales instituit, atq; fecit posthumum seu posthumos, unum uel plures, nasciturum seu nascituros ex uentre d. Golinę suę uxoris, in casu quo prægnans esset. Et si dicta Golina eius uxor non esset prægnans, aut non pareret posthumum seu posthumos ad lucem peruenientem seu peruenientes, aut pariendo cum uel eos contigerit mori in ætate pupillari, uel postea quandocunque sine liberis de suo corpore procreatis, in dictis omnibus suis bonis instituit, & substituit Ambrosium & Vaginum suos fratres carnales ęquali portione: prout in dicto testamento continetur. Et deinde decessit dictus testator, superstite ipsa Golina minore 25. annis prægnante, quę peperit unam filiam fęminam, quæ uixit post mortem dicti testatoris ad quinque annos, nullo eidẽ petito tutore. Et deinde ad quinque annos decessit, superstite Golina ipsa eius matre. Quę transiuit ad secũdas nuptias, & superstite Contessa eius auia paterna, & Ambrosio & Vagino eius patruis. Quæritur ad quem pertineant bona ipsius filiæ posthumæ defunctæ. Et consequenter bona ipsius Rainerij.

SVMMARIVM.

1 *Relictum pro dote, videtur quodammodo relictum sub cõditione, videlicet, si ad nuptias transiret.*

2 *Legatarius ante euentum conditionis legato adiectæ decedens, non transmittit.*

3 *Mater non petens tutorem filiæ pupillæ, vel eius tutelã non assumens, ab eius in pupillari ætate decedentis, successione excluditur.*

4 *Mater transiens ad secundas nuptias, perdit tutelam filiorum primi matrimonij, & ab eorum hæreditate excluditur, si tutorem eis dari non fecerit, eidemque rationem administrationis non reddiderit.*

5 *Legatum factum a patre filiæ pupillæ pro suis dotibus, an censeatur conditionale, vsq; adeo vt ea in pupillari ætate decedente matrimonio non contracto, illud, aut ad id actionem ad suos hæredes, puta, ad eius matrem superstitem, non trasmittat.*

6 *Ius petendi legatum, seu relictum ad suum hæredem trãsmittitur.*

7 *Institutio facta in re certa, quando & quo casu, assumat naturam legati.*

8 *Legatum filiæ factum per hæc verba, videlicet, pro dotibus, non dicitur conditionale, quoniam illa verba non censantur inducere conditionem, sed potius quandam admonitionem importare.*

9 *Mater minor 25. annis, non priuatur successione filiæ ob non petitum tutorem, quod procedit etiam si postea effecta fuerit maior, dummodo tempore mortis mariti fuisset minor, cum & tunc ipsam pœnam non incurrat.*

10 *Transitus ad secundas nuptias de iure non est prohibitus, imo est per dictum Apostoli permissus: & hoc nisi quatenus fauorem filiorum tangit.*

11 *Fundans se in minori ætate illam probare debet.*

12 *Minor ætas potest probari non solum per testes extraneos sed etiam per consanguineos, & attinentes: & sufficiet si testis dicat, quod scit, quia est consanguineus vel attinens.*

In nomi-

reuocando omnem donationem, si qua appareat, prout in dictis codicillis latius continetur. Et deinde decessit d. Franci., superstite sibi ipso ser Leonardo eius fratre carnali ex latere paterno tantum, & dicto do. Ioanna eius matre. Et deinde decessit d. ser Leonardus, superstitibus certis suis filiis. Et ad præsens in dubium reuocetur quis succedat ipsi Francisco, an, uidelicet, ipsa do. Ioanna, uel ipse ser Leonardus.

SUMMARIUM.

1 *Mater filio succedit una cum fratre utrinque coniuncto, sed ipsa præfertur fratribus ex uno latere tantum, puta paterno, coniunctis.*

2 *Prælegata facta post substitutionem fideicommissariam non ueniunt in restitutione fideicommissi, secus si sint ante substitutionem facta. Quæ substitutio simplex, esse debet, & non concepta uerbis futurum comprehendentibus, alias dicta prælegata uenirent.*

CONSILIUM CXIX.

In nomine domini, Amen.

Circa hoc dubium dicendum est, quòd cum ipse Franciscus decesserit maior 14. annis, non condito aliquo testamento, eidem successit ipsa Ioanna eius mater, excluso ipso ser Leonardo & eius filiis ex quo attinet solum ex latere paterno, cũ & si mater succedat filio cum fratre utrinque coniuncto, C. ad Tert. auth. defuncto. tamen existente fratre uel fratribus coniunctis ex vno latere tantum, mater † ipsa præfertur, & succedit ipsi, exclusis ex latere paterno tantũ coniunctis, prout est expressum, C. de legi. hæred. auth. cessante. & in corpo. unde sumitur. Ita quòd ab intestato ipsa mater succedit. Sed licet succedat ipsa mater exclusis ipsis fratribus, tamen locus est substitutioni fideicommissariæ factæ per ipsum testatorem in testamento, substituentem unum fratrẽ alteri: ex quo dictus Franc. decessit sine liberis. Sed licet sit locus ipsi substitutioni fideicommissariæ, tamẽ † an in ea ueniat portio ipsorum librorum & cõtractuum relicta dicto Fran. in eius codicillis. Quod uidetur prima facie dicendum, quia in substitutione fideicommissaria ueniunt prælegata. ff. ad l. Fal. l. Titio. Tamen contrarium puto de iure dicendũ, ut non ueniat. Quia & si ueniant ipsa prælegata, quando fuissent facta prius, quam fuisset facta ipsa substitutio, prout est expressum. ff. ad Trebel. in l. Marcellus. §. qnidam liberis. Tamen quãdo fuerũt facta postea ipsa prælegata, facta prius ipsa substitutione, non ueniunt ipsa prælegata, prout est expressum. ff. ad l. Fal. in l. Titio. Per quam. l. gl. hoc uoluit in d. §. qnidam liberis. & Bar. in d. l. Titio. & ibi Io. de Imo. Quod & voluit etiam Bald. in l. cum uirum. C. de fideicommis. dicens hoc procedere quãdo fuisset facta substitutio simplex, puta per uerbũ, substituo: alias si sit facta taliter quod cõprehendat etiam futurum: ut si dico, quicquid ad eum perueniet: & tunc ueniunt. ut d. l. cum uirum. Vnde cum in casu prædicto ipsa substitutio facta fuerit simpliciter, & non per uerba respicientia futurum tempus, non trahitur ad ipsum prælegatum librorum, & contractuũ factorum postea. Vnde cum non ueniat in tali substitutione tale prælegatum, remanebit portio ipsius Francisci apud ipsam dominam Ioannam eius hæredem, sicut & apud ipsam remanent alia bona propria ipsius ser Francisci, in quibus succedit ipsa Ioanna eius mater per prædicta &c. Domi. Benedict.

THEMA CONSILII CXX.

PUNCTUS. Deficit, quia est quædam subscriptio alterius consilio.

SUMMARIUM.

1 *Donatarius omnium bonorum utrum possit recuperare bona donantis mortui occupata per tertios possessores, etiam habentes titulum in uita ipsius donantis tunc pupilli, & per eos possessa per spatium. 20. annorum.*

2 *Dominium sine traditione possessionis transfertur ex donatione causa mortis in donatarium, sicut & in legatis.*

3 *Præscriptio. 20. annorum etiam cum bona fide contra minorem. 25. annis non currit.*

4 *Absentia tempus duplicatur absenti, ne contra eum dicatur præscriptum.*

5 *Præscribens præsumitur in mala fide, ex quo in loco erat publica uox & fama, & erat notorium bona ad alium pertinere.*

6 *Præscribi non possunt spatio longi temporis bona affecta uitio reali, sed bene spatio longissimi temporis, uidelicet xxx. annorum.*

7 *Præscriptio etiam longissimi temporis contra pupillum ante pupillarem ætatem non currit.*

8 *Præscribere non potest de iure Canonico etiam possidens per tempus xxx. annorum cum mala fide.*

CONSILIUM CXX.

In nomine domini, Amen.

Cum ut præsupponitur, dictus Iac. decesserit superstitibus dictis Francisco Iulio, auctoritate Apostolica legitimatis, & hæredibus institutis, ad ipsos pertinuerunt bona ipsius Iacobi. l. cum hæredes. ff. de acqui. pos. & ut not. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. & in c. per uenerabilem. qui filii sint legitimi. Et cum postea ipse Franciscus, & Iulius se absentauerint metu tyranni, & ipse tyrannus eorum bona occupauerit de facto, & sine aliquo processu, iam sunt 35. anni uel circa. Et deinde decesserit dictus Iulius, superstite dicto Bastario eius filio legitimo & naturali & hærede, & ipso Bastario infante fuerint per ipsum tyrannũ alienata iam sunt 30. anni uel circa. Et deinde per ipsum, in quem fuerunt alienata, fuerint uendita ipso Bastario existente minore x. annis & per ipsum emptorem possessa per tempus 20. annorum uel circa. & ipse Bastarius donauerit causa mortis cætera

tera eius bona cuidam Antonio Christophori, qui intendit recuperare bona, quæ fuerunt dicti Bastarii, & præcipue quandam domum post mortem dicti Bastarii, qui decessit iam est annus uel circa. Et in dubium reuocetur an possit propter longitudinem temporis. Circa hoc obmissis allegationibus

1 dicendum puto, dictum † Antonium posse recuperare dicta bona, & præcipue dictam domum pro parte eidem Bastario spectante: ex quo, ut præsupponitur, fuit dicti Iacobi, & post eius mortem pertinuit ad dictos Franciscum & Iulinū: & post mortem dicti Iulii, ad dictum Bastarium: & post eius

2 mortem, ad dictum Anto. donatarium cum † dominium fuerit in eum translatum ex tali donatione causa mortis sine traditione possessionis, sicut & in legatis. l. 2. ff. de publi. unde cum fuerit translatum tale dominium, poterit ipsa bona recuperare & petere ab ipso possessore, secundum quòd not. C. de aliena. iudi. muta. cau. fac. l. unica. & in c. Abbate sane. de re iudi. in 6. Nec poterit ipse possidens se tueri præscriptione longi temporis, quantumcunque titulum habuerit & possederit per tēpus xx. annorum, nam se non poterit tueri, non solum si fuerit mala fide, ut in c. fi. de præscrip. & in regula. malefidei possessor. de re. iur. in 6. sed etiā

3 si fuisset in bona fide, quia † cum d. Bastarius fuerit minor xxv. annis per tempus xx. annorum talis præscriptio contra ipsum non currit. l. fi. C. de tēp. resti. in integ. Ita quòd de ipsis xx. annis deducunt x. quibus non currit, alii uero x. anni. non sufficiunt, cum ipse Bastarius fuerit absens in aliis x. annis per tempus viii. annorū, ipso in duobus annis

4 præsente: † unde tempus talis absentiæ duplicatur per id quod habetur in auth. ut spon. largi. §. 1. & in auth. quod si quis. C. de præscrip. lon. tēporis. Nec poterit niti adminiculo sui authoris, cum fuerit in mala fide, secundū quod not. in l. Pomponius. §. cū quis. ff. de acqui. poss. prout & præsupponitur esse

5 ex quo † in loco ipso fuit & erat publica uox & fama, imo & notoriū dicta bona pertinere ad d. Bastariū: per id quod uoluit Bar. in l. Celsus. ff. de vsucap. ad hoc quòd not. in l. si tutor. C. de periculo tutorū. & in c. quāto de præsump. Secundo ex alio non potest niti ipsa præscriptione longi temporis, cum

6 † dicta bona sint affecta uitio reali, ex quo fuerunt per tyrannum ita de facto, & quodammodo uiolēter occupata, secundùm quòd no. ff. de vi & ui arm. l. 3. §. si quis metu. & in l. vitia. C. de acqu. poss. non potuerunt præscribi spacio longi temporis. instit. de vsuca. §. furtiue. sed bene spacio longissimi temporis, videlicet 30. annorum, prout no. ibi per glo. & in d. l. vitia. Sed licet spacio 30. annorum potuerit præscribi, vt supra: tamen talis præscriptio hoc casu non obstat: vt ex duplici ratione potissime demonstratur, & primo, quia ipse secundus emptor non possedit spacio 30. annorum. Et si dicatur, licet non possederit, tamen potest niti ex tempore sui authoris qui possedit per tempus 10. annorum. Ad hoc respondetur, quòd tali tempore niti non potest, duplici de causa. Et primo, quia in tempore dicti primi authoris, ipse Bastarius erat pupillus:

7 propter quòd ipsa præscriptio † ante ipsam pupillarem ætatem non est decursa. l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. uel 40. annorum. & ut not. l. fi. C. in qui. cau. in integr. resti. non est necessaria. Secundo ex eo, quia ipse primus emptor fuit in malafide, vnde eius tempore niti non potest, attento præcipue

8 iure Canonico, quo † iure non præscribit etiā possidens per tempus 30. annorum, secundum quòd not. in ca. fi. de præscrip. & hoc uoluit Bar. in d. §. cū quis. & clarius in §. fi. ff. de acqui. pos. Per quæ concluditur, quòd dictus donatarius petere poterit bona ipsius Bastarij: nec eidē obstabit præscriptio longi uel longissimi temporis, prout elegantissime extitit dictum, & conclusum per præfatum do. Ioannem. Et ita dico & consulo ego Benedictus de Benedictis de Perusio &c.

THEMA CONSILII CXXI.

PVnctus. Fuit quidam testator, qui inter cætera relicta in eius testamento facta, reliquit certam quantitatem pecuniæ pro adimplemento unius arcus, qui erat adimplendus in quadam ecclesia, dicendo: quòd relinquebat pro reparatione dicti arcus, & non aliter. Modo dictus arcus fuit factus & adimpletus antequā solueretur dictum relictum: ita quòd ammodo non eget aliqua reparatione, & sic dictum relictum non potest expendi pro dicta reparatione. Dubitatur nunc, an tale relictum possit conuerti, & conuerti debeat in alium pium usum, uel sit effectum caducum, in tantum quòd ipsius testatoris hæredes nō teneantur illud ad alium vsum conuertere: Consulatur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Relictum ad pium usum adimplendū est, ut testator mandauit, si id fieri possit, nec ad alium usum est conuertendum, nisi interueniat authoritas pontificis, uel principis: Verum si id fieri nequeat, authoritate proximi superioris, uel episcopi in alium pium usum commutatur. Et hoc communiter tenetur. Quod procedit nisi de voluntate testantis appareat, quod noluerit legatum ad alium vsum conuerti posse, aut debere, & nu. 3.*

2 *Relictum factum pro perficiendo arcu cuiusdam ecclesiæ qui tempore, legati erat imperfectus, an si postea dictus arcus fuerit ab alio perfectus, dictum relictum efficiatur caducum, vel debeat commutari in alium pium vsum.*

3 *Dictio, tantum, quid significet, & denotet si in aliqua testamenti parte apponatur.*

4 *Voluntas testatoris pro lege est seruanda.*

CONSILIVM CXXI.

In nomine domini, Amen.

1 Et si relictum † ad pium vsum adimplendum sit, prout

prout testator mandauit, ut in c. nos quidam. de te sta. & ff. de annuis leg. l. liberto. §. Lucius. & hoc si adimpleri potest, cum & tunc ad alium usum conuerti non possit regulariter, & hoc, nisi interueniat auctoritas Principis seu Papæ, prout not. in cle. q̃a contingit. de relig. do. & in l. le. ff. de usuf. leg. & in l. legatum. ff. de adim. leg. Si uero adimpleri non possit, & tunc istud relictum non efficitur caducum, cum commutari debeat in alium pium usum, & commutari possit authoritate proximi superioris, & sic Episcopi. ut colligitur ex d. c. nos quidem ubi gl. & Inno. hoc uolunt. Quod & uoluit Spec. in tit. de instru. edic. §. nunc, aliqua. uersi. quid si quis leganit. & uersi. quid si testator. & communiter tenetur, propter quod uidetur quòd tale relictum pro dicto arcu adimplendo conuerti debeatiu aliū

2 piū usum, ex quo d. arcus est factus. Sed hoc † non obstante contrarium puto de iure dicendum, ut hoc casu tale relictum nou conuertetur ad alium pium usum: imo potius caducum efficiatur, & apud hæredem remaneat: ex quo testator ita expressit, exprimendo, quod relinquebat pro reparatione tantum dicti arcus, & non aliter: uidetur enim ipse testator ita disponendo prohibuisse,

3 ut ad alium usum non conuertatur. ut patet † ex uerbo, tantum, quod abnegat in aliis ut no. in c. cum ecclesia Sutrina. de cau. possess. & proprie. & ex dictione, non aliter: quæ hoc exprimit, exprimendo quòd ad alium usum non vult conuerti. ad hoc. l. non aliter. ff. de lega. 3. unde cum hoc appareat ex mente & uerbis ipsius testatoris, quòd non uult in alium usum conuerti, non conuertetur in

4 alium usum, cum † uoluntas testatoris pro lege sit seruanda, iu auth. de nup. §. disponat. & xiij. q. 2. ultima uoluntas. & hoc uoluit Fede. de Senis in consilio clxxv. prout refert Ioan. de Im. in. d. c. nos quidem. ubi hoc idem uidetur tenere &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXXII.

PVnctus. Quidam Antonius Manfredi habens filium nomine magistrum Andream, eum vxorauit, & in vxorem sibi dedit quandam domi. Magdalenam. pro cuius dote ipsa Magdalena promisit & conuenit dare dicto Antonio patri dicti magistri Andrææ Flo. 270. de quo confectum fuit publicum instrumentum: in quo etiam dictus Anton. confessus fuit se habuisse & recepisse dictam quantitatem pro dicta dote, de quo fecit sibi quietationem, & cassationem instrumenti promissionis, quia dictus Antonins confessus fuit &c. Deinde post contractum matrimonium inter dictum magistrum Andream, & dictam Magdalenam, & per copulam consumato, accidit quòd d. Antonium cum foret oneratus nonnullis debitis, decoxit. Contra cuius bona ipsa do. Magdalena egit vigore crediti suarum dotium, absente d. magistro Andræa eius viro: in quibus bonis ex mandato iudicis in possessionem pro mensura debiti dotalis immissa fuit, & ea tenuit & possedit. quæ postea ipsa assignauit dicto suo viro, & eis dictus magister Andreas vsus fuit pro bonis dotalibus, ipsa sciente & patiente. Demum dictus Anton. venit ad mortem, condendo prius testamentum, in quo inter cætera reliquit d. do. Magdalenæ dotes, quas eidem testatori ipsa do. Magdalena dedit, prout & sicut in instrumento dotis apparet, ad quod se refert. Et in omnibus eius bonis hæredem fecit dictum magistrum Andream eius filium, Cuius hæreditatem ipse repudiauit & se abstinuit, nolendo esse hæres. Ad præsens autem dicta do. Magdalena vult petere dictam quantitatem 270. Flore. dotium suarum vigore dicti relicti per dictum testatorem facti. Contra quam excipitur, eam non posse agere vigore dicti relicti, cum in tali relicto non exprimatur dicta quantitas, nec etiam ex instrumento dotis apparet eam vnquam fuisse solutam dicto testatori. vnde tali dubio vertente, quæritur, an d. do. Magdalena petere possit dictam quantitatem 270. Flore. vigore dicti relicti ita facti.

SVMMARIVM.

1 *Vxor cui est factum legatum a marito de eius dote, aliter eius quantitatem non exprimendo, sed se referendo ad instrumentum ipsius dotis, an valeat, ita ut possit agi ad quantitatem in instrumento dotali comprehensam, licet de eius traditione, seu numeratione non appareat.*

2 *Illud videtur contineri in referente, quod in eo continetur ad quod fit relatio.*

3 *Dos confessata repeti potest, vt dos data, quantumcunque sequatur repromissio.*

4 *Relatiuum, quis vel qui, demonstrationem denotat.*

5 *Dotis certa quantitate non expressa in dotali instrumento, oportet, ad hoc vt possit repeti, quod dos probetur data marito.*

6 *Falsa demonstratio viciat relictum, quando de corpore non constat.*

7 *Maritus si leget vxori suæ dotem, prout & sicut in instrumento dotis continetur, ad quòd se refert, ad hoc vt dicta dos possit peti requiritur, quòd de tali dote tradita & numerata appareat præcise in ipso instrumento, ex quo ita se arctat, & ad instrumentum ita se remittit: & si in dicto instrumento de dote non appareat, sed aliunde, vigore dicti legati dos peti non poterit.*

8 *Positioni respondens si dicat, confiteor prout in instrumento continetur, confessio non ualebit, si in instrumento, quod in positione deducitur, non contineatur.*

Maritus

9 *Maritus si leget uxori dotes ipsi traditas, prout in instrumento dotis continetur, peti non poterunt, si in d. instrumento dotali non appareat de actuali numeratione, sed tantum de confessione.*

10 *Confessio differt a traditione.*

11 *Dos tradita si uxori per maritum legetur, prout in instrumento dotali continetur, non peti poterit virtute dicti legati, si in instrumento dotali appareat eam non fuisse traditam ipsi marito, sed eius patri.*

12 *Verba in dubio debent ita intelligi ut aliquid operentur, sed tamen potius dicendum est, ea nihil operari, quam operantur id, quod disponere non possunt.*

13 *Uxor si dotem suam in uita viri in tot bonis rehabuit, nō est uerisimile, quod vir eius in testamento voluerit iterum dictam dotem eidem relinquere, licet in eius testamento dixerit, quòd relinquebat eidem dotes, quas ipsa tradidit, prout & sicut in instrumento dotis apparet, ad quòd se refert. Nam ex hoc videtur ipsi uxori reliquisse dicta bona pro uxore habita.*

14 *Uxor quæ immissa fuit a iudice in possessionem bonorum mariti decoctoris pro quantitate suæ dotis, si postea patiatur, virum suum ea tenere & possidere, videtur eadem bona tradidisse & reassignasse ipsi viro pro sua dote. Quod maxime procedit si vir asseruerit ea esse bona dotalia.*

CONSILIVM CXXII.

In nomine domini, Amen.

Et si circa præfatum quæsitum dicendum videatur, 1 quòd † dicta do. Magdalena petere possit dictam quantitatem 370. Flore. quia, & si testator non expresserit ipsam quantitatem dotis, tamen cum retulerit se ad instrumentum dotis, quæ fuit dicta quantitas, ipsam quantitatem videtur reliquisse non minus quam si eam expressisset. C. de fal. cau. 2 adiec. lega. l. fi. vbi est expressum. illud † enim videtur contineri in referente, quòd & continetur in instrumento, ad quod fit relatio. ff. de hære. insti. l. asse toto & l. illa institutio. Vnde cum in dicto testamento retulerit se ad instrumentum dotis, & instrumentum dotis contineat dictam quantitatem non solum promissam, sed etiam habitam, cum ipse Antonius pater dicti magistri Andrææ confessus fuerit se ipsam dotem habuisse; talis 3 † enim dos confessata repeti potest ut dos data, quantumcunque sequatur repromissio. ff. solu. matrimo. l. diuortio. §. si vir. & plenius not. ibi. Quod etiam procedit si sequatur promissio, ut ibi plene nōt. super quo insistere non oportet, cum & post ipsam repromissionem emanauerit quietatio & cassatio instrumenti repromissionis ex ea causa, quia ipse Anton. confessus fuit sibi satisfactum. propter quod potuit, tale instrumentum cassare. l. dissolute. C. de condic. sine causa. Per quæ videtur, quòd ipsa Magdalena dictam quantitatem. 370. Flo. petere possit vigore dicti testamenti, uel dicti instrumenti dotalis. Contrarium tamen puto de iure dicendum, ut eam petere non possit, quia si ponderentur verba dicti relicti, testator ipse non simpliciter reliquit ipsam dotem, prout apparet in instrumento dotis, sed reliquid dotes, quas eidem testatori ipsa dedit, prout & sicut in instrumento dotis apparet, ad quòd se refert: Ita quòd ex se & nominatim nihil reliquit, sed dotes, quas eidem testatori ipsa dedit, prout & in instrumento dotis apparet, ad quod se refert; Ita quòd ex se & nominatim nihil reliquit sed dotes quas dedit, quod 4 est demonstratiuum ipsius relicti, cum † relatiuum ipsum demonstrationem denotet. l. Stichus qui meus erit. ff. de leg. 1. unde ad hoc vt tale relictum dotis valeat, oportet, ut appareat de ipsa dote data ipsi testatori, prout denotant uerba in dicto te5 stamento apposita: alias † si non appareat de ipsa dote data, peti non poterit, cum oporteat ut probetur data eidem testatori, prout verba indicant, ex quo certam quantitatem non expresit, ad hoc. l. si non designata primo respon. C. de fal. cau. adie6 cta leg. Falsa † enim demonstratio vitiat relictum, quando de corpore non constat. l. falsa. ff. de condi. & demon. prout non constat in casu prædicto, ex quo certam quantitatem non reliquit. Quod ex alio demonstratur, testator enim ipse non solum demonstrauit quòd reliquit vnica demonstratio7 ne, sed duplici subdendo, prout † & sicut in instrumento dotis continetur, ad quòd se refert. vnde requiritur quòd de tali dote appareat in instrumento, ex quo ad ipsum instrumentum se refert, ita quòd si de ipsa dote non appareat in instrumento ipso, non poterit peti, ex quo ita se arctat, & ad instrumentum ita se remittitur & retulit. ut d. l. fi. ad hoc. l. edita. C. de edendo. & in l. 3. C. de iuramen8 to calum. vbi Bald. dicit † quòd si respondendo positionibus quis confiteatur ita dicendo, confiteor, prout in instrumento continetur, quòd tunc non valebit confessio, si in instrumento hoc non contineatur. vnde in prædicto casu, cum non appareat de ipsa dote tradita & numerata eidem testatori, & si appareat, non appareat in instrumento, non debetur per dicta iura. Et si dicatur satis videtur apparere in instrumento dotis de ipsa quantitate, cum appareat de confessione facta per Antoninm patrem ipsius magistri Andrææ confitentis ipsam dotem, & eius quantitatem recepisse. Ad hoc re9 spondetur duobus modis, & primo, quia † ipse testator non legauit simpliciter ipsam dotem, prout in instrumento dotis continetur, sed dotes traditas eidem testatori, ita quòd requiritur quòd appareat de ipsa traditione eidem testatori facta. in instrumento autem non apparet de ipsa traditio10 ne, sed de confessione, quæ † differt ab ipsa traditione, prout no. ff. si cer. peta. l. 1. §. fin. & l. certi con dictio. §. si nummos. & in cap. si cautio. de fide instrum. & ibi per Ioan. de Imol. Præterea & si appareat de traditione ipsius dotis, non apparet de traditione facta dicto magistro Andrææ, 11 sed † tantum ipsi Antonio eius patri, quæ non censetur eidem magistro Andrææ facta, ex quo ipse eius hæreditatem non adiuit: imo ab ea se abstinuit, propter quod haberur ac si talis dos data eidem non fuisset, sed alteri, puta extraneo, & non ipsi magistro Andrææ, propter quòd non tenetur,

aetur. C. si ut se ab hæreditate abstineat. l. t. & C. de hæredi. insti. l. fin. & nt no. ff. de acqui. pos. l. nec contra. Per quæ uidetur, quòd ipsa Magdalena dictam quantitatem cclxx. Flo. petere non possit. Nec ob. si dicatur. quòd, & secundum hoc talia †uerba nihil operantur, quòd in dubio nō uidetur 12 credendum. ff. de lega. 1. l. si quando. Quia & si operatur, tamen non debent operari id quòd dispo- nere non possunt, sicut in simili dicitur in l. quòd nin rerum §. 1. ff. de leg. 1. Præterea † & cum ipsa 13 uxor pro eius dote certa bona occupauerit, non est uerisimile quòd eidem testator ipsam quantitatem reliquisset, ex quo ipsa ipsam dotem rehabuit, & bona pro ipsa dote apprehendit, & tenet, & tenuit, ad hoc. l. qui bis idem. ff. de uerbo. oblig. & quòd ibi not. & in l. 1. ff. de probat. & in l. 2. §. Mella. ff. de dote præle. ubi est casus singu. qui ad hoc bene facit. Facit etiam ad hoc. l. Lucius titius. §. impuberem. ff. de lega. 2. & in l. alimenta. §. Basilicæ liberte. ff. de ali. & ciba. lega. Imo & cum testator ipse reliquerit dotes, quas eidem ipsa vxor tradidit, prout & sicut apparet in instrumento dotis, ad quòd se refert: ex hoc videtur ipsi vxori reliquisse ipse testator, dictas possessiones & bona, quæ dicta domi. Magdalena † pro eius dote apprehendit manu iudicis, seu 14 fuit immissa in possessionem per iudicem pro ea regenda, & pro liberis alimentandis. Nam cum ipsa uxor absente ipso magistro Andrea petierit se immitti in possessionem bonorum ipsius Antonij falliti pro mensura debiti pro eius dote, & fuerit immissa permissum de mandato iudicis in possessionem dictorum bonorum ipsius Antonij patris ipsius magistri Andreæ eius mariti. Et ipse vsus fuerit dictis bonis pro eius dote, & pro bonis dotalibus, tenendo & posidendo, sciente & patiente sua uxore, videtur ipsa uxor eidem tradidisse in dotem, & assignasse ipsa bona eidem marito, prout & cepit & prout assignare debuit, ex quo non solum præcedebat matrimonium, propter quòd tenetur dare. in auth. de nuptiis. §. si quis autem: Sed etiam mors ipsius Antonii. propter cuius mortem debent ipsa bona restitui. l. 2. C. fami. herc. Vnde si ipsa uxor ipsa bona pro dote receperit, & postea passa fuit ipsum maritum ipsa bona tenere & posidere pro eius dote. uideatur ea assignasse eidem. l. 2. ff. de acquir. posses. & quòd not. in l. quædam mulier. ff. de rei ven. Quod & maxime procedit, si ipse vir vsus fuit ipsis bonis dotalibus, dicendo & asserendo esse bona dotalia, ea sic patiente: vnde habetur perinde ac si dos ipsa fuisset eidem data, ad hoc quod not. per gloss. in l. Gaius. ff. de pigno. ac. & per Di. in regu. is qui in ius. in 6. & per Ci. in l. inuitus. C. de procur. vnde cum ipsa bona videantur data in dotem eidem magistro Andreæ pro mensura debiti dotalis, pro ipsa accepir, videtur per tale relictum eidem dictus testator, dicta bona reliquisse &c. Domini Benedict.

THEMA CONSILII CXXIII.

PVnctus. Quidam Frāciscus de Tuderto condidit testamentū, in quo inter alia sic disposuit, factis pluribus legatis, in omnibus alijs suis bonis detractis supradictis legatis Blasium & Ioannam suos filios pro æquis portionibus sibi hæredes uniuersales instituit. Et si alter ipsorum prius altero decesserit sine filijs legitimis, succedat vnus alteri, & alter alteri. Et si ambo decederent sine filijs legitimis, tunc & eo casu dictus testator plura legata fecit, & in fine ita disposuit: In toto vero residuo hæreditatis ipsius testatoris, detractis prædictis iudicijs & legatis, adueniente dicta conditione, & casu dictorum suorum filiorum, de quibus supra fit mentio: Ciechum Toti prædictum, & do. Matthæolam & do. Iaco. sorores carnales ipsius testatoris, & eorum filios pro medietate in stirpes, & non in capita, & prædictos ser Ioan. & Blasium pro quarta parte, Bartholomeum & Luciolum Nalducij Ciecholi, & Benedictum filium Vuolinelli pro reliqua quarta parte, & eorum filios in stirpes, & non in capita, sibi hæredes instituit, dictis suis filiis decedentibus ambobus sine filiis legitimis ex se natis, ut supra dictum est. Deinde decessit d. Franci. testator, superstitibus sibi dictis Blasio & Ioan. suis filijs: qui postea decesserunt sine filiis legitimis, superstitibus Ludouico & Baldina filiis legitimis dicti Blasij, & Ludouica filia florelle filiæ dicti Blasij, ac etiam superstitibus Malatesta, & Ciecha, & do. Honesta filiis Petruciæ filiæ dicti ser Io. ac etiam superstitibus Petropaulo, & ser Valutio filiis do. Bartholomæi, & ser Laurentio filio Luccioli & Antonello Aluisio, & Barto. filiis Benedi. prædicti Modo quæritur, an in dicta quarta parte relicta prædictis ser Io. & Blasio ueniant prædicti filij dicti Blasij, & qui ex eis ueniant. Secundo, an ueniant dicti nepotes dicti Blasij & ser Io. & si non ueniant, cui accrescet.

SVMMARIVM.

1 *Filii, & nepotes substitutorum an censeantur uocati post substitutos, si de eis in substitutione facta mentio non fuerit, an uero hæreditas remaneat apud grauatos.*

2 *Testatoris mens circa media colligitur ex præcedentibus & sequentibus.*

3 *Clausula in fine testamenti apposita an & quando in præcedentibus repetita uideatur.*

4 *Masculinum concipit fœmininum, in materia fauorabili ut in*

ut in materia substitutionum, in quibus sint substituti filii in masculino genere. Nam & filiæ substitutæ censebuntur.

5 *Filiorum appellatione ueniunt etiam nepotes.*

6 *Filiorum uerbum si a testatore proferatur eisdem prouidendo, ueniunt etiam nepotes, etiam si sine nepotes ex filia, cum & ipsi nepotes appellentur & appellatione filiorum ueniat: & an hoc procedat quando testator eos substituisset in stirpes & non in capita.*

7 *Nepotes, ex filia succedunt in stirpes, sicut & nepotes ex filio.*

8 *Testator uocans filios institutorum in stirpem, uidetur illos qui sunt in priori & potiori gradu de ipsa stirpe uocasse.*

CONSILIVM CXXIII.

In nomine domini, Amen.

1 Circa primum dubium, uidetur dicendum, quod † nõ solum nepotes dictorum Blasij, & ser Io. non ueniant sed etiam eorum filii, cum in substitutione facta de ipsis ser Ioanne & Blasio, non fecerit mentionem de filiis eorum, prout fecit in substitutione facta de ipsis domina Mattheola & domina Iacoba, & in substitutione facta de Bartholomæo Luciolo & benedicto. Si enim eorum filios substituere uoluisset, de eis fecisset mentionem, sicut & fecit de filiis aliorum, ad hoc c. ad audientiam. de deci. & l. nõ aliter. de le. 3. Vnde cum de eis nõ fecerit mentionem, nec de eis intellexisse uidetur: & dicti ser Io. & Blasius decesserint ante mortẽ d. Io. filii dicti testatoris, & sic nõ cesserit dies talis substitutionis ante mortem ipsorum ser Io. & Blasij, nõ transit ad eorum hæredes: imo remanere uidetur apud grauatos. l. si eum hæres. ff. quando di. leg. ce. & l. unica. §. sin autem aliquis. C. de cadu. tol. Contrarium tamen puto de iure dicendum, uidelicet, quòd dictus Ludouicus, & dicta Baldina filii dicti Blasij ueniant in dicta substitutione, cum testator ipse ita substituendo uideatur substituisse non solum ipsos ser Ioannem & Blasium in ipsa quarta parte, sed etiam eorum filios, sicut & substituit filios ipsarũ dominarum Matthæolæ & Iacobæ, & filios ipsorum Bartholomæi, Lucioli, & Benedicti: 2 ex præcedẽtibus † enim & sequentibus colligitur mens ipsius testatoris circa media. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. 1. Pro quo facit, quia † clausula 3 in fine testamenti apposita, dum dixit: & eorum filios in stirpes, & non in capita: uidetur in præcedentibus repetita, ut ad ea referatur, & sic non solũ filios ipsorum Bartholomæi Lucioli & Benedicti, sed etiã ad filios ipsorum ser Ioannis & Blasij, & de ipsorum filiis uidetur testator sub dictis uerbis intellexisse, ad hoc. l. talis scriptura. ff. de lega. 1. & ad ibi notata per Bar. ubi hoc aperte tenet, p tẽd quod habetur in l. 3. §. filius. & §. ante hæredis. ff. de lib. & posth. ubi traditur talis doctrina: quòd si clausula apponatur inter aliqua capitula, uel in principio, uel in fine: & tunc referatur ad præcedentia, ad hoc etiam quòd habetur in c. secundo requiris. de appe. ubi traditur similiter hæc doctrina. Pro quo etiam facit: quia cum dicti ser Io. & Blasius fuerint fratres d. Dominæ Andrææ uxoris dicti testatoris: & dicti Bartholomæus & Luciolus, & Benedictus nepotes ipsius, potius de filiis ipsorum ser Ioannis & Blasij, uon de filiis ipsorum Bartholomæi, Lucioli, & Benedicti sub dictis uerbis intellexisse. Non enim est maior ratio, ut dicta clausula referatur ad filios ipsorum Bartholomæi & Lucioli & Benedicti, quam ad dictos filios dictorum ser Io. & Blasij, nam sunt in pari gradu cum ipsis Bartholomæo Luciolo, & Benedicto, & sic in potiori gradu, quam sint filii ipsorum, ad hoc quod no. in auth. multomagis. C. de sacro sanc. eccle. & in l. t. C. de lib. præte. Ex quibus concluditur quòd sub dicta substitutione facta in dicta, quarta parte, uidetur facta non solum de dictis ser. Ioanne, & Blasio, prout expresse uerba indicant, sed etiam de eorum filiis in stirpes, & non in capita: Vnde in dicta substitutione ueniet dictus Ludouicus cum sit filius ipsius Blasij: Veniet etiam ipsa Domina Baldina, quia † quantumcunque ipse 4 testator substituendo, substituerit filios ipsorum in masculino genere, tamẽ ueniunt filiæ, cum in hac materia fauorabili masculinum concipiat fœmininum. l. si quis ita. & ff. de testa. tute. & l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 2. & l. filii. & l. iusta. ff. de uer. si. & ibi per Bar. & ut not. per Bald. in l. qui cunque. C. de seruis fugi. & per gl. & Doctores in c. in generali de elect. in 6. Circa secundum vero dubium videtur prima facie dicendum, quòd posito, quod in dicta substitutione facta de dictis ser Ioãne & Blasio veniant & repetiti intelligantur eorũ filij & sub verbo ipsorũ filiorum venire uidentur 5 etiã prædicti eorum nepotes, cũ sub † verbo filiorũ ueniant etiã nepotes. l. filij & l. iusta. ff. de ver. signifi. & l. Lucius. §. pen. ff. de hæredi. insti. per quã. 6 l. Bar. in l. liberorũ. ff. de verb. signifi. quod † si verbum filiorũ proferatur a testatore prouidendo eisdẽ, ueniunt ẽt nepotes: Quod procedit etiam si sint nepotes ex filia, cum & ipsi nepotes appellentur. in sti. de succes. ab intestato. §. fi. & appellatione filiorũ ueniant. l. 1. C. de condic. inser. Quod locum haberet, cũ testator disposuisset substituendo eos in stirpes & non in capita: & tunc an veniant nepotes ex filia videtur esse maius dubium, cum nepotes ex filia non videantur esse de generatione, & stirpe, attento maxime cõmuni vsu loquendi, ad hoc quod not. in l. t. ff. de iur. immuni. & in l. si quis in suo. C. de inoff. test. per Bal. & in text. & glo. in c. vbicunque. de pœnis in 6. sequuntur enim conditionem patris, & non matris. ff. de sta. hom. l. cum legitimæ. Sed licet nepotes ex filia non dicantur esse proprie de generatione & stirpe, attento maxime communi vsu loquendi, attamen hoc casu venient ad dictã substitutionem, cum testator ita testando non cõsiderauerit ipsam stirpem proprie, sed designando modum succedendi, & qualiter veniant ipsi filij. Testator enim tria fecit in hoc: primo enim substituit ipsos ser Ioannem & Blasium in quarta parte. Secundo substituit eorum filios vt supra dictum est: sub quo includuntur nepotes prout supra patet. Tertio vocauit ipsos filios non in capita, ita quod succedatur non in capita sed in stirpes. Voluit enim ipse testator, quòd filij ipsius ser Io.

quotcunque

quotcunq; sint, etiam si plures, tantum habeãt quartam, & etiam filii Blasii etiam si essent vnus vel duo. Et cum sub verbo filiorum ueniant etiam nepotes ex filia ut supra dictum est, ipsi etiam succedent uigore dictæ substitutionis, & succedent in stirpes, & non in capita una cum aliis ab intestato. Nepotes. n.

7 † ex filia succedunt in stirpes, prout & nepotes ex filio, prout probat tex. institu. de hæredi quæ ab inte. §.fin. Per quæ uidetur ip prædicti Malatesta Ciecha & do. Honesta, cum sint nepotes ipsius ser Io. ex eius filia, & ueniant appellatione filiorum ut supra, ueniant ad dictam substitutionem factam in d. quarta in stirpem, hoc est, pro medietate: & pro alia medietate ueniant ipsi Ludo. & dom. Baldina, exclusa ipsa do. Ludo. Quia quantumcunque ipsa dici possit de stirpe, & in stirpem succedat prout & nepote ipsius

8 ser Ioan. tamen † ex quo ipse testator uocauit filios ipsius Blasii in stirpem, uidetur illos qui sunt in priori & potiori gradu de ipsa stirpe uocauisse. l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. & sic ipsos Ludoui. & dictam domi. Baldi. exclusa ipsa Ludouica filia Florellæ prædictæ. &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXXIIII.

Punctus. Oriconus quidam de Spoleto condidit testamentũ, in quo instituto herede Hospitali sanctæ Mariæ de Scalla pro animæ suæ salute inter cæteras eiusdem testamenti dispositiones, reliquit vsufructuarias Rosam vxorẽ suam, & Auesuciam socram. Deinde subdidit, post mortem vero ipsarum Rosæ & Auesutiæ reliquit Angelo Petri, & Francisco ser Io. & hæredibus suis quandam petiam terræ suis finibus terminatam. Et defuncto testatore & d. testamento non mutato, superstite d. Rosa, decessit Angelus ex eo superstite etiã quodam filio. Item eadem Rosa superstite ob crimen læsæ maiestatis damnatus Franciscus prædictus, laqueoque suspensus lumiliter obijt. Hinc quæritur, an illa adiectio: & suis hæredibus, referatur ad vtrunque legatarium, videlicet, Angelum & Franciscum prædictos: An vero ad Franciscum tantum, maxime quia idem Frãciscus testatori erat proximior. & quia vbi voluit testator in aliis partibus testamenti ad vtrunque referre dixit: & hæredibus eorum. Item quæritur, an præsupposito, quod solum in intelligatur de hæredibus Francisci, cui nulli superfuerunt filij, sed fisco bona eius propter crimen prædictum adiecta fuerunt: an fiscus ipse, vel qui a fisco emerunt loco hæredum habeantur, vel hæredi in testamento instituto, hoc est Hospitali quod pro salute animæ suæ predilexit oibus, remanere debeãt bona pdicta.

SVMMARIVM.

1 *Testator si leget Titio & Sempronio, & hæredibus suis fundũ, an illa verba, & hæredibus suis, referrantur ac hæredes Sẽpronij tantũ, an vero ad hæredes vtriusq; legatarij, & an hoc casu, maxime si vnus sit in proximiore gradu testatoris cõiunctus, hæredes extranei veniãt.*

2 *Fiscus habetur pro hærede illius qui cõdemnatus fuit ad mortem ob crimen læsæ maiestatis.*

CONSILIVM. CXXIIII.

In nomine domini, Amen.

Cum, prout elegantissime extitit cõclusum per prædictum famosissimũ legũ Doc. patrem & præcepto-

1 rẽ meum, dictum & conclusum sit, quod † verba illa: & hæredibus suis, referantur ad hæredes ipsorũ Angeli & Francisci pariformiter, maxime p id qd no. in l. Seio & Gaio. ff. de fun. instruc. & ibi p Bar. tale legatum non dẽt remanere apud ipsum Hospitale, p. ut in d. consilio extitit cõclusum, cum d. legatum debeatur infallanter, p medietate d. Melchiori filio & hæredi d. Angeli, & pro alia medietate eidem accrescat siue teneatur, q sub verbis illis: & suis hæredibus: non veniãt hæredes extranei, prout tenuit Bar. in d. l. Gallus. §. etiam si parens. ff. de libe. & posthu. siue teneatur, q veniant extranei hæredes, prout tenere videtur Ange. & Imo. d. §. etiam si parens. Qd an procedat aliter non insisto, cũ nõ fuerit a me quæsitum, cũ decesserit sine hæredibus, ex quo fuit condemnatus ad mortem prout no. in l. si constante. §. fi.

2 ff. so. ma. Imo † & si dici posset, q decesserit cum hærede, & ita q loco hæredis habeatur fiscus: & quia vt mihi præsupponitur, ipse cessit & concessit dictæ matri, quæ alias d. Fran. ab intestato successisset, omnino bona apud d. Hospitale remanerent, prout supra elegantissime est conclusum per iura in d. consilio allegata. & aliud non quæritur: & ad fidem prædictorum me &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXXV.

Punctus. factum. Tale est. Statuto ciuitatis Camerini cauetur, q quicunque cognouerit carnaliter, aut violenter attẽtauerit velle carnaliter cognoscere vxorem alterius, pœna tercentarum librarum denariorum monetæ nouæ incurrat in quibus debeat per sententiam iudicis condemnari. Et pro quãtitate, & pœna possit executio fieri in bonis & rebus huiusmodi delinquentis, vsque ad integram satisfactionem condemnationis: Modo quidam Matthæus veniens ad mortẽ suum vltimum condidit testamentum in quo Simonem eius filium legitimum & naturalem hæredem vniuersalem instituit. Et ei si quandocunque decederet sine filijs, substituit Ludouicum patruum dicti Simonis. Contingit quod mortuo testatore dictus Simon existens sine sobole violenter

9 *Alienationis prohibitio valet, & effectum habet, si fiat vt res remaneat in familia.*
10 *Successorum appellatione haeredes extranei nō veniunt, sed tantum liberi, & descendentes.*
11 *Haeredum nomine in testamento apposito, quando dicendum sit testatorem intellexisse de filijs, & non de extraneis haeredibus: & ex quibus coniecturis id sit praesumendum.*
12 *Alienatione per testatorem prohibita, an videatur prohibita successio legitima.*
13 *Mater censetur exclusa a legitima filij instituti a patre, cum expressa prohibitione alienationis bonorum, quia volebat ea deuenire in descendentes.*

CONSILIVM CXXVI.

In nomine domini, Amen.

Circa hoc dubium videtur dicendum, quòd recurrere potuerunt & possint super dictis domibus: primo eo quia, quantumcunque testator prohibuerit 1 ipsas domus alienari, tamen † quia non posuit causam non impedit alienationem.l.filiusfamilias.§.diui.ff.de legat.1.& in l.pater.§.Iulius Agrippa.ff.de legat.tertio, quia & si testator videatur ex causa prohibuisse, videlicet, fauore haeredum & successorum. 2 Nihilominus † pro debitis potuerunt & possunt alienari, cum haec sit alienatio non solum voluntaria sed necessaria.ff.de legat.secundo l.peto.§.primo & prout nota.C.communia lega.authen.res quae. & ibi per Bald.in ver.sed denuo quaero.Quod & secundo deducitur ex alio,quia testator ipse voluit, quòd dicta domus remaneret communis, non solum ipsis haeredibus,sed eorum successoribus: propter quòd videtur,ꝙ per ipsos creditores potuerint & possint occupari,cum ad ipsam domum venire possint, non solum ipsa mater,sed etiam ipsi creditores, cum ipsi 3 † creditores dici possint successores,& si non vniuersales,saltem particulares vt in reg.qui in ius in 6. ad hoc idem quòd not.ff.de acquir.pos.l. Pomponius. §.cum quis.Praeterea,& si ipsa domus remanere debeat communis ipsis haeredibus & successoribus,tamen ad ipsos haeredes transire videtur, etiam si non sint de descendentibus, cum † haeredum nomine 4 omnes veniant.C.de legat.l.annalibus.& ff.de verborum significatio.l.haeredes. Vnde si veniant omnes, & sic haeredes ipsius Antonii, potuerunt ipsi creditores recurrere contra ipsos haeredes ipsius Antonii,& eorum bona,inter quę dicitur esse dicta domus, & ad ipsos haeredes pertinere ex tali successione, per dicta iura. Pro quo etiam facit, quia dicta domus debuit remanere cōmunis inter ipsos, quod non esset si remaneret apud dictos Bartholomeum & Amantutium. Per quae videtur quòd ad dictam domum recurrere possint, non solum ipsi creditores, sed etiam dicta mater dicta de causa, & etiam 5 quia † prohibita alienatione respectu certi generis personarum, non videtur prohibita alienatio per successionem ab intestato, prout voluit gloss. in l. peto.§.fin.ff.de legat.secundo.ad hoc l. pater. §. Iulius de lega.tertio,per quam Bar.in dicto §.fratre.& in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verbo.obli.hoc voluit.

6 Contrarium tamen puto † de iure dicendum, videlicet,vt haeredes ipsius Antonii & ipsius Luciae, & nec ipsius creditores recurrere possint super dicta domo. Quis cum testator ipse prohibuerit dictam domum alienari,& non solum prohibuerit eas alienari,sed etiam disposuerit, quòd remaneat communis ipse testator videtur talem alienationem prohibuisse non sine causa,sed ex causa,videlicet,quia voluit dictam domum peruenire ad eius successores,& inter eos remanere communem, & eorum successores, Ideo non potuit ipse Antonius filius dicti Francisci eam alienare.ff.de legat.primo.l.filiusfamilias. §.diui.& C.de fideicommis.l.voluntas. & vt ibi not. 7 prohibitio † enim testatoris prohibentis alienationem,impedit translationem dominii, sicut & prohibitio legis. prout notatur in dicto §. diui. & ibi per Bartol. & in dicta l. si ita quis. §. ea lege.ff. de verborum obligatio.& in l.pater. §. Iulius Agrippa. ff. de legat.tertio.& in esp.Rainaldus. de testamen. & ibi per Ioan. Andr. Vnde cum testator ipse prohibuerit ipsam alienationem adiuncta clausula, videlicet,quia voluit remanere communem ipsis haeredibus & eorum successoribus, non potuit ipse Antonius alienare,etiā pro debitis suis, prout est expressum.ff.de legat.secundo.in l.peto.§. praedium. licet 8 alienare potuerit pro debitis testatoris, cum † alienatio necessaria,non fuerit nec sit prohibita, prout not.in d.§.praedium.& in d.§.diui.ad hoc.l.alienatio nis.ff.fami.hercis.Quod procedit quando alienatio prohibita est ex causa,vel alicuius fauore & hoc appatet, prout fuit prohibitio alienationis praedictae, cum fuerit facta ex causa quia testator voluit remanere cōmunem inter filios suos, & eorum successores: & sic voluit remanere in familia sua, seu in parentela sua,cum † & tunc valeat talis prohibitio alie 9 nationis & effectum habeat vt d.§.diui.& d.l.voluntas.alias non valet vt ibi: emanauit enim talis prohibitio alienationis in casu praedicto,ex eo quia, testator ipse voluit,ꝙ dicta domus esset communis suorum filiorum & eorum successorum,& sic remanere 10 inter suos descendentes:cum † appellatione successorum non veniant heredes extranei,sed tantum descendentes:cum alias si intelligeretur de haeredibus vniuersaliter, resultaret quid iniquum, cum posset deuenire ad illos,quos testator non dilexisset, quod esset contra eius mentem, vnde assumitur pro liberis.l.ex facto.§.fi.ff.ad Trebellianum. Per quem. §. Bar.hoc voluit formaliter in l.Gallus.§. etiam si parens.ff.de libe.& posthu. Quod & videtur satis colligi ex verbis mente ipsius testatoris. ipse † enim te- 11 stator prohibuit eam alienari nisi pro redemptione personarum,propter ꝙ videtur intellexisse de ipsis liberis,in quibus habebat affectionem.l.liberorum. ff. de uerb.signif.Quod & colligitur ex alio,quia dixit,ꝙ uolebat remanere communem inter ipsos filios heredes & eorum successores, propter ꝙ videt intellexisse de ipsis liberis,cū alias ēt sine prouisione semper remansisset cōmunis inter haeredes, in quibus habebat seu habere potest haeredes, Vnde ut uerba aliquid operentur dicendum est intellexisse de ipsis liberis. Et ita,ut puto arbitraretur quicunque talis uerba testatoris uidisset: & si diceretur,quòd tunc non tenet communem,ex quo decessit Franci

ſeus & eius liberi. Ad hoc reſpondetur, ꝙ debet remanere cõmunis quatenus ſint, alias remaneret apud illos, qui de ipſis liberis ſunt, & in priori gradu prout habetur in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. ad hoc ẽt quod habetur in l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. 3. Et ſi dicatur, ꝙ & ſi non veniant ipſi hæredes extranei inſtituti, nec ipſi creditores, attamen venire 12 debet mater pro legitima eius, cum † non videatur prohibita ſucceſſio in legitima, prout voluit glo. & Barto. in d. §. fratre. Quia, imo dici poteſt, ꝙ cum ipſa mater non ſit de deſcendentibus, non veniat: nã 13 † teſtator non ſolum prohibuit alienationem, ſed ẽt voluit deuenire in ipſos deſcendentes, & hoc voluit Bal. poſt Pet. in d. §. fratre: ꝙ verius eſt de iure ſecundum Bar. & Di. Ex quibus concluditur, ꝙ dicta domus pertineat ad dictos Bartholomæum & Amantutium, nec ipſi creditores ſuper eis recurrere poſſunt pro debitis ipſius Antonii. &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXXVII.

PVNCTVS. Quidam Renodellus non habens vxorẽ, eius domi quandam Iacobutiam ꝓ eius concubina tenebat tenendo eam vti vxorem in menſa & in eius lecto. Sed vere illa talis erat, ꝙ cũ ea a d. Renodello matrimoniũ contrahi digne non potuiſſet. Accidit, ꝙ ipſe Renodellus infirmus, ſuum condidit teſtamentum, in quo ſibi vniuerſalem hẽredẽ inſtituit d. Iacobutiam eius concubinam. Quo non mutato deceſſit. Modo queritur, & in dubium reuocatur, an ipſe Renod. potuerit eam inſtituere, ita quod ipſa poſſit ipſam hęreditatem capere.

SVMMARIVM.

1 *Concubina an hæres a concubinario inſtitui poſſit, & ea capere effectualiter valeat hæreditatem.*
2 *Concubinatus de iure ciuili non eſt prohibitus.*
3 *Concubinæ relictum, ab ea, vt ab indigno, aufertur, maxime ſi a milite id relinquatur.*
4 *Intellectus l. mulierem. ff. de his quibus vt indignis.*
5 *Relictum mulieri, quam quis retinet vt vxorem, cũ qua tamen matrimonium contrahere non poteſt, ab ea tanquam ab indigno aufertur, & fiſco applicatur.*
6 *Intellectus. l. affectionis & l. donationes in concubinam. ff. de concubin.*
7 *Concubitus earum, cum quibus matrimonium contrahi non poteſt, eſt omni iure prohibitus & reprobatus.*
8 *Mulier ſi ab aliquo domi teneatur in ſuo lecto & in mẽſa dicitur retineri, & tractari vt vxor.*
9 *Filius cõcubinæ, cũ qua matrimoniũ contrahi nõ poteſt. ex damnato coitu natis per cõcubinariũ patrẽ relinqui bona non poſſunt, ſicuti nec matri, & ſi quid eis relictũ ſit, ab eis, vt ab indignis aufertur, & fiſco applicatur.*
10 *Delinquens non debet eſſe melioris conditionis. quam non delinquens.*
11 *Intellectus l. vxori maritus. ff. de vſufructu legato.*

CONSILIVM. CXXXIII.

In nomine domini, Amen.

Cum, vt præſupponitur dictus Renodellus inſtituit hæredem dictam Iacobutiam eius concubinam, & in dubium reuocetur, an potuerit eam inſtituere, ita quòd ipſa potuerit & poſſit ipſam hæreditatem capere. Circa quod videtur prima facice dicendum 1 quòd † potuerit eam inſtituere, quantumcunque ipſa fuerit eius concubina, cum concubinare de iure poſſit. l. affectionis. & l. donationes in concubinam. ff. de donatio. & eidem relinqui per priuatum. l. qui concubinam. ff. de legat. tertio. & l. vxori maritus. ff. de vſufru. lega. Propter quòd videtur quòd & pariter potuit inſtitui eius hæres, & eius hæreditatem apprehendere potuit & poſſit per dicta iura: Concu2 binatus † enim de iure ciuili non eſt prohibitus, imo toleratus. ff. de concubinis. l. In concubinatu. Contrarium tamen puto de iure dicendum, vt videlicet, dictus teſtator non potuerit eidem concubinę relinquere eius bona, nec ipſam hæredem inſtituere: ita 3 quod effectualiter capiat, cum † illud quod ſibi relinquitur auferri debet ab ea, vt ab indigno, prout eſt expreſſum. ff. de his quibus vt indig. l. mulierem. Et ſi dicatur, quod dicta. l. locum habet in milite, & non in priuato, prout voluit Bartol. ibi dici poteſt, 4 quod † & in priuato habet locum, quando eſſet talis concubina, cum qua non poſſet contrahi matrimoniũ, vt quia haberet virũ, vt eſt talis, cũ & ipſa fuerit & ſit indigna, nõ minus quã illa, quã ipſe retinet in vxorẽ, quæ vxor eſſe põt, cũ illud quod relinquiť eidẽ iure inſtitutionis auferať ab ea, vt ab indigno, prout eſt expreſſum in l. Claudius Seleucus. ff. de his quib. vt indig. l. qui contra. C. de inceſt. nup. & 5 hoc ẽt voluit Bar. loquendo † de illa, quã quis retinet vt vxorẽ, cũ qua matrimoniũ contrahi nõ põt, vt illud qđ eidẽ relinquiť, ab ea auferať & appliceť fiſco. l. miles ita. §. 1. ff. de teſt. milit. Nec † ob. d. l. affectionis & 6 l. donationes ſupra alleg. quo loquunť in cõcubinis, cũ quibus põt cõtrahi matrimoniũ, q̃ ſunt, quarũ cõcubitus de iure ciuili eſt approbatus, ꝓut notať. ff. de cõcubi. l. cõcubinatu. & in reg. ſine culpa in 6. Nõ autẽ loquunť in cõcubinis, cũ quibus matrimoniũ con7 trahi nõ põt, cũ talis † cõcubitus ſit omni iure reprobatus, ꝓut notať in d. l. in cõcubinatu. & in d. reg. ſine culpa. & in c. tãta. qui fi. ſint legit. Et ſi nõ ſunt capaces iuris, ꝙ eis relinquiť, fiſco applicabiť. vt d. l. qui cõtra. & d. l. Claudius: & hoc voluit gl. in d. l. donationes, dicẽs d. l. locũ nõ habere in ea, q̃ ſtat vt vxor, cũ qua matrimonium contrahi non poteſt, prout dici poteſt, quod fuit Iacobutia, cum ipſam ipſe teſtator retinuerit in domo tanquam, & ſicut fuiſſet vxor, re8 tinendo † ipſam, vt præſupponitur, in lecto & in mẽſa, non enim debet iſta eſſe melioris conditionis, quam ſit vxor. l. cum cui. ff. de donat. Inter virum & 9 vxorem. Ad idem facit, nam † & filiæ ipſius Iacobutiæ natæ ex damnato coitu ipſe teſtator relinquere non potuiſſet, adeo quòd ſi eidem clam reliquiſſet, aufertur ab ea, vt ab indigno. ff. de his quibus vt indignis. l. prima, ſi ergo ei, quæ facto ſuo non deliquit, relinquere non poteſt, multominus, ei cum qua concubuit potuit relinquere

non

10 non † enim debet esse melioris conditionis delinquens, quam non delinquens. vt d.l. eum: & sic non ob. d.l. donationes. & d.l. affectionis. Nec etiam ob-
11 stat. d.l. vxori † maritus, quia ibi loquitur, quando ignorabat tale delictum, prout voluit glo. ibi & Bar. in d.l. miles. vbi de his. Per quæ concluditur, quod d. Renodellus nõ potuit dictæ Iacobutiæ relinquere, nec voluit vt ipsa efficaciter capere potuerit & possit, cum illud applicandum sit fisco, per iura prædicta &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII. CXXVIII.

PVnctus. Quidam Nicola Antõnij de Iteranæ condidit testamentum, in quo inter cætera iudicauit & reliquit do. Falconeriæ suæ vxori, omnes pãnos lanę, & lini, Canapis, & omnes alios pannos ad vsum suæ personę. Item reliquit eidem sedium & habitationem, victũ & vestitum in domo ipsius testatoris vna cũ infrascripto Archangelo eius fratre. Et casu quo nollet habitare cum ipso, aut nõ posset durare & moram trahere, reliquit eidem sedium & habitationem in domo sita in regione Anugone iuxta bona Matthæi Pacciarelli, bona Laurẽtij, & Stephani, & alia latera: toto tempore vitę suæ, dum caste & honeste vixerit, & vitam seruauerit vidualem. Et ad præsens reuocetur in dubium de duobus tobaleis, panamentis ad vsum suæ personæ nõ deputatis an debeantur eidem do. Falconerię. Secundo posito quod d.do. Falconeria absque culpa & defectu hæredis, venit ab Archangelo hærede discedere, & seorsum ab eo habitare in alia domo iuxta domũ Matthæi Pacciarelli, an possit ipsa do. petere ab hæredæ dicti testatoris victum & vestitum.

SVMMARIVM.

1 *Vxori si vir generaliter relinquat omnes pannos lanæ lini & Canapis ad vsum suæ personæ, vtrum veniat panni ad vsum suæ personæ specialiter non deputati.*
2 *Qui omne dicit nihil excludit.*
3 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, si id commode fieri possit.*
4 *Qualitas in fine posita, ad omnia præcedentia refertur, quando commode referri potest, & in eadem oratione apponuntur.*
5 *Intellectus l. Plautius. ff. de auro & argento legato.*
6 *Vxor, cui vir legauit habitationem, victum & vestitum in domo ipsius testatoris vna cum herede: an si velit sine culpa heredis, seorsum ab eo habitare possit, a dicto herede petere victum & vestitum.*
7 *Testamenti verba sunt inspicienda, & ab eis, quando sunt clara, non est recedendum, nisi aliter de testatoris mente appareat.*

CONSILIVM CXXVIII.

In nomine domini, Amen.

1 Circa primum, & si videatur dicendum, quòd † debeatur eidem Falconeriæ tobaliæ & pannamenta, siue consistent in lana, seu si sint facta de lana, siue in lino siue in canapi, seu de eis sint facta, etiam si ad vsum suæ personę non sint deputatæ, ex quo testator ipse eidem reliquit omnes pannos lanæ, lini
2 seu canapis. Qui † enim omne dicit nihil excludit. ff. de legat. præstan. l. 1. §. & generaliter. & de maiori. & obedien. solitæ. Quod videtur procedere quantumcunque subiecerit, & omnes alios pannos ad vsum suæ personæ, cum videatur referri non ad ipsos pannos lini & lanæ, sed canapis & ad alios, ex quo subdit omnes alios, ipsos restringendo ad vsum suæ personæ, ita quòd intelligatur de aliis ad vsum suæ personæ deputatis, & de his pannis lanæ lini, & canapis. ad hoc quòd habetur. ff. de auro & argento lega. l. Plautius. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, vt videlicet, dictæ tobalię & pannamenta, & similiter si qua alia suppellectilia in pannis existentia, non ad vsum suæ personæ, deputata sint, non debeantur vigore dicti relicti, cum testator ipse reliquerit omnes pannos lanæ lini, canapis, & omnes alios pannos ad vsum suæ personæ. Vnde nõ veniunt ipsę tobaliæ pannamenta, & alii panni, seu supellectilia in pannis consistentis, si non sint ad v-
3 sum suæ personæ. clausula † enim, ad vsum suæ personæ, in fine posita refertur ad omnia præcedentia, ex quo commode referri potest. ff. de legat. 2. l. talis scriptura. & ff. de iurisdictio. om. iudic. l. si idem. §. final. & in cap. secundo requiris. de appellation.
4 Quod & similiter † locum habet in qualitate in fine posita, quę refertur ad omnia, quando commode referri potest. ff. de condit. & demonstra. l. si mulier. Quod maxime procedit, quando in eadem oratione apponuntur, iuxta not. ff. de legat. 3. l. in repetendis. & ff. de fundo instru. l. Seio & Gaio. Vnde dicta clausula seu qualitas, ad vsum suæ personæ, refertur ad omnes pannos lanæ lini & canapis, & quoscunque alios, si alii reperirentur ad vsum suæ personæ. Sed si reperiantur panni non ad vsum suæ personæ, non veniunt nec debentur, cum non videãtur relicta, ex quo dicta qualitas eis non competit, ad hoc quòd habetur. ff. de legatis. 3. l. hæres vxori. vbi videtur casus. Vnde cum, vt præsupponitur, dicta tobalia & pannamenta, seu alia supellectilia in pannis consistentia, non sint ad vsum suæ personæ, non veniunt, ex quo dicta clausula adiecta est signo vniuersali. vt d. §. vxori. & dicta l. talis scriptura. & cum non veniant non debebuntur. ff. de acquiren. hæredit. l. si seruum. §. non dixit. Nec obstat.
5 d.l. Plautius, cum † commode ibi referri non possit ad omnia, prout not. ibi & in d. §. vxori. & in d. l. si idem, & in d. §. fin. & in d.l. talis scriptura. Et ita per hæc dici & concludi potest, quòd dictæ Falconeriæ non debebuntur d. Tobalię pannamenta & alia supellectilia in pannis consistentia, si non sint ad vsum suæ personæ. Et hæc circa primum quæsitum. Circa se-
6 cundum, quod est, an † possit petere dicta Falconeria victum & vestitum, si non vult stare in do-

mo ipsius testatoris vna cum dicto Archangelo eius fratre, vel ibi stare non posit absque culpa d. Archangeli. Et circa hoc dicendum est, duos casus considerando, quòd aut ipsa Falconeria stare vult in domo dicti Archangeli, & tunc sedium habitationem victum & vestitum in domo consequetur & consequi debebit, prout testator disposuit. l. prima. C. de leg. in fine prout ex verbis apparet, cum † ab eius verbis, cum sint clara, non sit recedendum. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de legat. tertio. Aut. ipsa Falconeria stare & habitare non vult in dicta domo, vel non potest, nec per ipsum Archangelum stat, quominus in dicta domo stet & habitet, & tunc, li cet consequatur, & consequi debeat sedium & habitationem in domo sita in regione Anngon. iuxta bona Matthæi Pacciarelli, Tamen non consequetur nec consequi debebit victum & vestitum, ex quo testator ipse, ipsum victum & vestitum non reliquerit, sed simpliciter sedium & habitationem: Vnde non consequetur vltra quam ipse testator reliquerit, cum eius uerba sint consideranda, & ab eius verbis non sit recedendum, si aliter de eius mente non appareat vt dicto §. cum in verbis & l. non aliter. ff. de lega. tertio. Ipse enim reliquit dictæ dominæ victum & vestitum in domo habitationis dicti Archangeli: vnde extra domum non tenetur dare ipsum victum & vestitum, & prout patet ex his, quæ habentur. ff. de alimen. leg. l. libertis quos testamento. §. fina. vbi Bartol. hoc voluit & clarius in l. Gaio Seio. §. Imperator. eod. titul. ubi assignat rationem, quia si præstet extra domum, non præstabit illa seruitia, quæ præstare debet in domo, ut ibi plenius per eum. Secundo, quia testator solum reliquit eidem stantiam & habitationem, & non victum & vestitum, in casu quo stare nolit, aut non posit, prout ipse testator disposuit, a cuius verbis non est recedendum, si non appareat aliter de eius mente vt d. l. non aliter & d. §. cum in verbis. Quod verum intelligo, si stare non posit absq; culpa ipsius Archangeli, quia si stare non posit eius culpa, tunc eidem erit imputandū, prout notatur in d. §. Imperator. & l. Meuia. ff. de annuis lega. vbi de hoc, de quo. C. de cond. insor. l. si ea. Ita qd cum d. Falconeria non velit stare, morari, & habitare cum d. Archangelo, & in eius domo, non consequitur nec consequi debebit victum & vestitum, sed solum stātiam & habitationem in dicta alia domo, Quod procederet etiam si stare non possit, prout testator disposuit, dummodo ipsi Archangelo culpa imputari nō posit, prout testator disposuit. &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXXIX.

PVNCTVS. Quædam domina Fania ætatis 12. annorum, vel circa, nuptui tradita fuit cuidam Leonardo: & eius vxor fuit per annum, prout asseritur. Elapso uero anno prędicto, ipse Leonardus a ciuitate & comitatu Tuderti se absentauit, & ab ipsa ciuitate & eius comitatu absens fuit per annos 12. & vltra: & de eo aliqua notitia habita non fuit dicto tempore 12. annorum durante, sed publice dicebatur eum decessisse, Et per certos mercatores portatę fuerunt literę de ipsius morte: quæ ad præsens non apparent, & de eius morte factus fuit luctus. Post quē expectauit per annum, vltra, elapsis vero 12. annis, & dicto anno, præfata domina Fania se maritauit cuidam Masciolo Masciolli, cum quo matrimonium copulauit, & de eo quendam habuit filium. Deinde dictum matrimonium fuit diuisum & separatum propter mortem dicti Mascioli, Post quem dicta domina Fania se remaritauit cuidam Petro Philippi etiam de Tuderto de quo habuit vnum filium: & durante matrimonio inter ipsum Petrum, & dominam Faniam, insimul steterunt per annos 15. & vltra: & postea dictum matrimonium fuit diuisum & separatum propter mortem dicti Petri: Post quem Petrum eius virum dicta domina Fania viduauit per annos 10. vel circa. Postmodum dicta domina Fania publice & palam & solenniter, prout de consuetudine seruatur, se maritauit cuidam Christophoro compelleno de Tuderto: & matrimonium consumatum fuit inter ipsum Christophorum, & do. Faniam: cum quo Christophoro ipsa do. Fania stetit per annos 12. & vltra, & se tenuerunt & tractauerunt pro viro & vxore: & ita tenti habiti & reputati fuerunt ab omnibus cognoscentibus ipsos. Accidit quòd durāte dicto matrimonio ipse Christophorus suum solenne condidit testamētum in quo, testamento, eius hæredem vniuersalem instituit Compellenum Laurētij eius nepotem carnalem, & filios dicti Compelleni, & eidē dominæ Faniæ eius vxori certa bona reliquit: & maxime eidem restituit suas dotes. dicitur modo, ꝙ durante d. matrimonio inter d. Christophorum, & domi. Faniam, ille Leonardus primus vir rediuit in comitatu Tuderti indutus, vt dicitur, de habitu Fratrum Tertij Ordinis sancti Francisci, qui statim dicitur recessisse a dicto comitatu, absq; eo, ꝙ de eo aliquam notitiam seu mentionē fecisset dictæ do. Faniæ. Tamen notum fuit dicto Christophoro viro dictæ Fanię de aduentu ipsius Leonardi, prout pro parte aduersa asseritur. & nihilominus prefatus Christophorus codicillauit, in quo codicillo nihil mutauit, imo potius confirmauit de relicto facto eidem domina Faniæ in eius testamento, prout videtur. Modo iste Compellenus hæres institutus negat eidem dominæ Faniæ satisfacere de dicto relicto sibi facto per dictum Christophorū eius vltimū vi rum,

rum, asserens testamentum cõditum per dictum Christophorum, quoad dictam dominam Faniam, non valere & non tenere de iure, & fuisse & esse nullius valoris, eo quia durante matrimonio d. Christophori, dicit ipse hæres, quod viuebat dictus primus vir, & sic omnia matrimonia fuerunt nulla d. domina negante, & dicente se fuisse vxorem dicti Christophori, & pro vxore se gessisse, & gerere velle obseruãdo viduitatem. Quæritur modo q̃d iuris videlicet, an relicta facta d. D. Faniæ valuerint, & per eam peti possint.

SVMMARIVM.

1. *Legatum a secundo viro factum vxori, quæ ei nupserat absente primo eius marito, quem mortuum crediderat, ita referente fama publica: & de cuius morte per literas quorundam fuerat certificata, an valeat, ita quòd illud ipsa consequi possit, non obstante quod dicatur primum virum viuere.*
2. *Adultera per adulterium quid relinqui non potest.*
3. *Mulier, quæ de morte sui viri intellexerit, & de eius morte luctum fecit, & post mortem per annum expectauit, excusata est, maxime ab adulterio, si post annum nubat.*
4. *Vxor secundo nubens, absente & viuente primo viro, ad hoc vt dicatur adultera, oportet quod certo sciat, et per fectè certificata sit de vita primi viri.*
5. *Concubinæ relinqui & donari potest, & hoc nisi donãs sit miles armatæ, vel cœlestis militiæ.*
6. *Legatum factum concubinæ, cum qua matrimonium contrahi non potest, ab ea aufertur, vt ab indigno, & fisco applicatur.*

CONSILIVM CXXIX.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfato puncto, videatur 1 dicendum † quòd relicta facta dictæ Faniæ non valuerint nec valeant, ea non ipsa alium maritum habens contraxit matrimonium cum d. Christophoro, & sic contra ius. Propter q̃ non potuit nec potest talis relicta consequi. C. de incest. nupt. l. qui contra ius. & prout ibi not. Quod videtur procedere alia ratione, quia cum, vt in puncto dicitur, dictus Leonardus reuersus fuerit, & ipsa de ipso nõtitiam habuerit, dici potest, quòd non fuerit vxor: sed potius concubina & in adulterio existens, prout not. 34. q. 1. & 2. c. cum per bellicam. & in c. dominus. de secundis 2 nupt. non † potuit eidem relinqui, prout habetur. ff. de his qui. vt indi. l. mulierem. & C. dona. inter vi. & vxo. l. 2. & C. de natu. lib. l. 2. Ita q̃ per hæc videtur dicendum, q̃ talia relicta ita facta, nõ valuerint nec valeant, & d. do. Fania ea non consequat̃. Sed his nõ ob. contrariũ de iure dicendũ est, vt supra consequatur & consequi debeat talia relicta, ꝑut ex pluribus deducit̃. Et primo quia, cũ vt in puncto præsupponitur, publicæ dictũ fuerit de morte dicti Leonardi, & q̃ de eius morte per literas quorundã mercatorũ fuerit certificata, in tm̃ q̃ de eius morte fuit factus lu3 ctus, & ipsa † post mortẽ ꝑ annum expectauerit, talis videtur excusata, si post annũ se nuptui tradidit. & præcipue ab ipso adulterio prout no. C. de repud. aut. hodie. & de spon. in c. in præsentia. Et cũ ab ipso adulterio excusset, potuit & põt eidem relinqui, cũ & vxor sit, & pro vxore habeatur, prout no. ff. de leg. 2. l. Titia. §. Titia. Ita q̃ dici potest, q̃ eidem d. Christophorus potuerit relinquere, & ipsa tale relictum cõsequi, Quod & ex alio deducitur, quia quantumcunque, vt in puncto præsupponitur, notificatum fuerit d. Christophoro de illo Leonardo, & quod ipse reuersus fuerit in comitatu Tudertl. Nihilominus † non 4 dicitur, q̃ notificatũ fuerit eidem dominæ Faniæ, ꝑpter q̃ non censetur adultera, prout not. in d. c. dominus. de secundis nupt. & 34. q. 2. in d. cap. cum per bellicam. Imo si eidem Faniæ fuisset hoc notificatũ, non sufficeret ad hoc vt censeatur adultera, nisi pro certo de vita primi mariti intellexisset, prout voluit glo. in d. c. dominus. & prout notatur in d. c. cũ per bellicam. Vnde cum in casu prædicto pro certo ipsa non intellexisset de vita dicti Leonardi primi viri, nec habuerit perfectam notitiam, non censetur adultera, si ab ipso Christophoro non recessit: prout in dictis iuribus notatur. Vnde cum non censeatur adultera, potuit eidem relinqui, cum tale matrimonium non sit contra leges contractum, sicut & alii vxori, ad hoc quòd notatur in d. §. Titia. & C. de conditio. Inser. l. si vxorem. Ad idem etiam facit, q̃a 5 † concubinæ relinqui potest: imo etiam & donari, & hoc nisi donans vel relinquens sit miles armatæ militiæ, vel cœlestis, prout nota. ff. de his quibus vt indig. l. mulierem. ff. de donat. l. donationes. & l. affectionis. & C. de donat. inter virum. l. 2. Ita q̃ attentis prædictis dictus Christophorus potuit dictæ dominæ Faniæ relinquere dicta bona, quæ reliquit. Sed posito sine præiudicio, veritatis q̃ nõ potuisset 6 eidem relinquere dicta bona: tamen † non applicantur ipsi hæredi, sed potius fisco, cum auferatur, ut ab indigno, prout not. in dicta l. qui contra. & in dicta l. mulierem, cum si. Ita quòd per hæc dici & concludi potest, quòd dictus Christophorus potuit dicta bona dictæ Faniæ relinquere, & ipsa ea relicta sibi consequi. Et si ea consequi non potuisset, non remanebunt, nec remanere debebunt ipsi hæredi, sed potius erunt fisco applicanda, per prædicta. Nõ obstatibus in contrarium addnctis, cum non obstẽt, vt patet ex prędictis &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII. CXXX.

PVnctus. Quidam Rainutius habebat filium nominę Petrum, qui Petrus habens nonnullos filios legitimos, & naturales, & vnum filium naturalem, tantum: Mortuus est superstitibus sibi dictis filiis legitimis, & dicto filio naturali, & superstite d. Rainutio eius patre: Qui Rainu. post mortẽ dicti Pet. donauit aliqua bona d. filio naturali ipsius Petro suo nepoti. Et deinde decessit superstitibus prædictis. Quæritur modo, an dicta donatio facta

dicto nepoti naturali per ipsum auum, valeat, & teneat, stātibus nepotibus legitimis & naturalibus.

SVMMARIVM.

1 *Nepoti naturali tantum, vtrum aliquid auus relinquere possit de bonis suis, existentibus alijs nepotibus legitimis & naturalibus.*
2 *Pater non potest relinquere vltra vnciam de bonis suis filio naturali tantum, existentibus filijs legitimis, & naturalibus.*
3 *Vncia bonorum potest relinqui a patre, vel ab auo, filio vel nepoti naturali tantum, existente legitima prole.*
4 *Quilibet potest disponere de bonis suis, prout sibi placet, si de iure non reperiatur prohibitus.*
5 *Pater non existente legitima prole, filio suo naturali tantum potest relinquere, & dotare quantum vult, & ita auus nepoti.*
6 *Filiorum appellatione veniunt nepotes in materia fauorabili.*
7 *Lex semper viuit, & in viridi obseruantia est.*

CONSILIVM CXXX.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfato punto, & contentis in eo, videatur diceodum, q dictus Raioutius † non potuerit donate aliqua bona dicto filio naturali dicti Petri eius nepoti: ex quo supersnot ipsi filii legitimi ipsius Petri, cum eaistentibus ipsis filiis legitimis & naturalibus, non potuerit oec posit dicto filio dicti Petri naturali ipse auus aliquid relinquere, prout est expressum. C. de natura. libe. l. fi. ad hoc qd in simili dicitur de filio naturali, † vt ipse pater noo posit relinquere aliquid, subsistēte ipsa legitima prole, vel si potest, poterit tantum vnciam relinquere. l. 2. C. de natu. libe. & prout habetur in anthe. quibus mo. natu. effi. sui. §. discretis. in princ. ver. oc ergo. Ita q per hęc videtur diceodum, quòd dictus Rainutius non potuerit donare dicta bona dicto filio dicti Petri naturali. Contrarium tamen de iure dicendum puto, videlicet, quod dictus Rainutius potuerit donare dicto filio naturali ipsius Petr. suo nepoti, præsupponendo, prout mihi præsupponitur quòd † dicta bona non asceodant ad vnciam bonorum dicti Rainutii, vel si ascendant, non transcendant vnciam: Nam † quolibet potest disponere de bonis suis, prout sibi placet, si de iure non reperiatur prohibitus. C. man. l. in re mandatā. Non enim reperitur in ipso auo dispositum vt non possit donare suo nepoti naturali quantum vult, ooo subsistente legitima prole, cum † ea oon existente posit ipsi nepoti naturali relinquere & donare quantum vult: cum & filio naturali non eaistente legitima prole possit ipse pater relinquere & donare quantum vult. C. de natura. libe. authen. licet. & io authen. qui. mo. oa. effi. sui. §. si vero. Nam si potest filio naturali: multomagis ipsi naturali nepoti, in quo non cadit uitium. ut in authen. multomagis. C. de sacrosan. eccle. Ita quòd potuit dictus Rainutius dicta bona donare dicto suo nepoti naturali, ex quo non reperitur prohibitus. Quod procederet quando non superesset legitima proles: In casu enim prædicto dici potest quòd ipse auus censeatur prohibitus donare & relinquere ipsi suo nepoti, prout & prohibitus donare & relinquere ipsi suo nepoti, prout & prohibitus dicitur ipse pater. ut d. aut. licet. & d. l. fin. C. de natu. libe. Quod forte procedit, & procedere posset, quando talis dooatio transcenderet summam: alias si unciam non transcenderet, prout io casu prædicto, & tunc poterit ipse auus ipsa bona donare, prout & potuisset ipse pater. cum pater existente legitima sobole possit relinquere unciam ipsi filio oaturali ut dicta aut. licet. Ita & poterit ipse auus ipsi oepoti oaturali ea filio præmortuo dicta bona dooare seu relinquere, cum unciam non transcendant, prout & uoluit Sali. in dicta l. fi. C. de natu. li. appellatione † enim filiorum ueniunt nepotes in materia saltem fauorabili, per tex. in dicta l. fin. qui uult quòd legitima prole subsistēte statutum in filiis locum habeat in nepotibus, talis † enim lex semper loquitur, & in uiridi obseruātia est. l. Arrianus. C. de hæret. prout voluit Sali. ibi. per quæ coocluditur & concludi potest, quòd ta lis doostio facta per ipsum Rainutium ipsi nepoti naturali nato ex dicto Petro valuerit & valeat, ex quo dicta boos dotata vociam non transcendunt, per dicta iura &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXXXI.

PVNCTVS. Quidam Matthæus de Gastro Pacceani recepit in dotem, & pro dote dominæ Antoniæ eius vxoris Flore. 25, pro qua dote restituenda eidem dominæ Antoniæ obligauit se & bona sua. Deinde dictus Matthæus dedit & concessit cuidam Petro de Castro Panicalis pro dote dominæ Christophoræ filiæ d. Matthæi medietatem omnium bonorum, immobilium ipsius Matthæi pro indiuiso cum eo, eidem Petro promissa per ipsum Matthæum in dotem & pro dotę ipsius do. Christophoræ: Ac etiam ipsę Matthæus dedit & concessit tempore, quo eam tradidit nuptui vnam Camoram factā de quodam Sachetto Antoniæ eius matris, & quosdam Sacchatorios. Et deinde decessit Christophora prædicta, superstitæ Bernardino eius filio. Et in dubium reuocetur, quis succedat eidem Christophoræ.

SVMMARIVM.

1 *Filius vtrum succedat matri in omnibus bonis dotalibus & aliis bonis dictæ matri traditis, & concessis ab eius patre extra dotem.*
2 *Pater si promittat, & tradat filiæ medietatem omnium suorum bonorum in dotem, an medietas dotis maternæ filiæ debita, de hac medietate bonorum in dotem*

filia

filiæ traditorum detrahi debeat, & alia medietas, de medietate, quæ remanet apud patrē, An uero, integra soluenda sit de medietate patris.

CONSILIVM CXXXII.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfato puncto tam dubitetur & in dubium reuocetur quis successerit eidem d. Christophoræ. Et sine dubio dicendum est, quòd eidem successit & succedat dictus Bernardinus eius filius. C. ad Orfi. l. 1. & l. matri. Et succedit Bernar. non solum in dote assignata dictę Christophoræ: sed etiam in Camora eidem tradita, & aliis pannis eidē per dictum patrem vel eius matrem traditis, cum 1 † succedat filius in omnibus bonis, quæ fuerunt dictæ Christophoræ, siue fuerint data a patre, siue a matre. C. de bonis mater. l. 1. & 2. ipso tamen Petro patre d. Bern. succedent in vsufructu. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. & l. cum non solum. Et in his non cadit dubitatio: Sed dubitatio cadit, cum dederit in dotē medietatem omnium bonorum stabilium & mobilium: an de dicta medietate detrhai debeat medie 2 tas dictæ dotis. Et circa hoc dicendum est, quòd † nō debet detrahi medietas de medietate dictorum suorum bonorum mobilium & immobilium, datorum in dotem, pro dicta dote dicto Pet. sed remanent soluenda, & solui debent per d. Mat. super medietate bonorum apud eum remanentium. ff. de pecu. l. quis ergo casus. pro quo facit, quia medietas bonorum tradita in dotem, data intelligitur detracto debito, cū debitum remanere debeat apud ipsum tradentem. ff. de verbo. signifi. l. subsignatum. §. bona, & prout 3 no. ff. de lega. 2. l. si seruum. §. fi. & maximè † quandò detur medietas bonorum mobilium, cum tunc non veniant iura & actiones. ff. de pecu. l. quam Tuberonis. §. pe. per quam. l. Bar. hoc voluit in l. centurio. ff. de vulga. & pupil. & in l. pupillus. ff. de antho. tu. & in l. mouentium. ff. de uerbo. signi. Ita quòd tale debitum dotale remanebit apud ipsum patrem, sicut & prius erat &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXXXII.

PVnctus. Quidā ser Patregnianus de Saxoferrato solutus habuit, quendam filium nomine Franciscum ex quadā muliere soluta. Deinde d. ser Patre. accepit in vxorem dominam Bellaflorā de dicta terra. Quæ domina decessit superstitibus d. ser patregniano viro, & d. Francisco filio d. ser Patregniani, conditio per dictam dominam testamēto, in quo inter alia d. ser Patregnianum eius virum sibi hæredem vniuersalem instituit & fecit. Et si d. ser. Patregnianus decesserit sine filijs, aut cum liberis decedentibus infra pupillarem ætatem, substituit ei vel eis Fraternitatem sancti Spiritus de Saxoferrato pro dimidia: & pro alia dimidia Monasterium sanctæ Crucis: Cum hac conditione quòd non obstantibus aliquibus substitutionibus per ipsam in ipso suo testamento factis, ac etiam legatis in ipso suo testamento descriptis, dictus ser Patregnianus suus hæres vniuersalis possit & valeat vendere, alienare, & distribuere, ac permutare omnia & singula bona dictæ hæreditatis, prout ipsa testatrix facere poterat tempore suæ vitæ, & vt verus dominus, & possessor in dicta hæreditate: Et præsupponitur, quòd dicta domina in vita sua diligebat dictum Franciscum filium d. ser Patregniani. Deinde dictus ser Patregnianus impetrauit legitimationem pro d. suo filio a summo Pontifice, a quo fuit d. Franci. legitimatus, posteaque decessit d. ser Patregnianus superstite d. Francisco filio legitimato, quem d. ser. Patregnianus instituit heredem vniuersalem in suo testamento, Modo quæritur, an intelligatur d. ser Patregnianus decessisse cum filijs, adeo quod sic nō sit locus substitutioni factæ in dicto testamento Bellefloris.

SVMMARIVM.

1. *Substitutio facta alicui, si decesserit sine filijs, intelligitur filys legitimis & naturalibus, cum ij sint proprie fily, & non de naturalibus tantum. maxime si dicta substitutio facta fuerit ab vxore eius viro heredi instituto, cum communiter vxor abborreat filios naturales mariti.*
2. *Testantis substituentis, si sine filijs quis decesserit, qualitas, ostendit, an debeat intelligi de filys legitimis & naturalibus an vero de naturalibus tantum.*
3. *Anima cunctis rebus est præferenda.*
4. *Testatoris intentio est inspicienda, & ad eam est recurrendum, ad dignoscendum, an uoluerit præferre filium naturalem ipsis substitutis.*
5. *Naturalis filius regulariter in dubio excludit substitutum nisi dignitas, aut conditio testatoris vel instituti repugnet.*
6. *Naturalis filius succedit patri ab intestato non existentibus legitimis, nec coniuge in duabus unciis.*
7. *Naturalis filius a testatore dilectus, videtur excludere substitutos, cum hoc casu testantis conditio id suadeat.*
8. *Legitimatus filius, dicitur legitimus, & succedit, prout & legitimus, vnde & substitutos excludit.*
9. *Probibitum post tempus, infra tempus videtur pramissum.*
10. *Voluntas testatoris pro lege seruanda est.*

CONSILIVM. CXXXII.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfacto puncto, videatur dicendum, quòd locus sit substitutioni factæ de dicta fra-

ctæ fraternitate, & Monasterio substitutis d. ser Patregniano hæredi insituro in dicto testam. Bellefloris, sub conditione, si decesserit sine filiis: aut cum liberis decedentibus infra pupillarem ætatem. Decessit 1 † enim d. ser Pattegnianus absque filiis, & liberis, quantumcúque decesserit superstite dicto Francisco filio naturali, cum intelligatur, & intelligi debeat de filiis legitimis & naturalibus, cum sint proprie filii. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filium. & non de naturalibus tantum, prout no. ff. ad Tertullia. l. ex facto. §. si quis rogatus. & C. de insti. & substi. l. generaliter. ad fi. quod ex alio videtur deduci, quia talis substitutio fuit facta per ipsam d. Bellaflorē, quæ vxor erat d. ser Patregniani, cum communiter ipsa vxor abhorreat ipsos filios natos ex ipso viro, præcipue naturales seu Spurios. ad hoc quòd no. in auth. de non eligen. sec. nu. §. ergo. ver. prospeximus. Ex 2 † qualitate enim testantis comprehenditur, quòd nō intellexit de ipsis filiis naturalibus, prout not. in d. §. si quis rogatus. Ad idem & tertio facit, quia ipsa testatria substituendo, substituit dictam fraternitatem & dictum monasterium, & sic ad pias causas, & pro 3 anima, quæ † cunctis rebus est præferenda. l. Sancimus. C. de sac. san. eccle. vnde cum ipsa sit præferenda, non uidetur fuisse de intentione Bellefloris testantis voluisse præferre dictum filium naturalem: 4 ad intentionem † enim & mentem ipsius testantis recurrendum est, an voluerit præferre filium naturalem ipsis substitutis, prout not. in d. §. si quis rogatus. & in d. l. generaliter. & in d. c. in præsentia. de proba. Per quæ dicendum videtur, quod in casu prædicto locus sit ipsi substitutioni factæ de ipsa fraternitate & monasterio. sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, vt non sit locus ipsi substitutioni ex pluribus. & primo, cum d. Franciscus fuerit natus ex soluta, censetur naturalis filius, vt excludat substi-5 tutos, cum † regulariter in dubio ipse filius naturalis excludat substitutum, nisi dignitas aut conditio testatoris, vel instituti repugnet, prout est expressum in d. §. si quis rogatus. vbi Ioann. de Imo. post. d. Ange. ibi no. quòd & videtur similiter velle in d. cap. in præsentis. de proba. Ad idem & secundo facit, quia 6 cum fuerit & sit filius naturalis, & succedat † ipsi patri ab intestato non existentibus legitimis nec coniunge in duabus vnciis, nisi extaret statutum disponens, quòd ab intestato non succedat. C. de natura. libe. authen. licet. ideo reputatur pro legitimo, adeo quòd excludit substitutum, prout voluit Bartho. in l. hæredibus. §. fin. ff. ad Trebel. & Io. de Imo. in d. §. si quis rogatus. vbi plenius de hoc. Quod & alia ratione ostenditur, nam vt præsupponitur. d. vxor testatoris ipsum filium naturalem non habebat odio imo. 7 † diligebat ipsum, vt filium, propter quòd videtur excludere substitutos talis filius: ex quo conditio ipsius personæ testantis nō repugnat, sed suadet, prout patet ex his quæ habentur in d. §. si quis rogatus. Ita quòd per hæc dici potest. quòd d. filius naturalis excludat ipsos substitutos: quod & maxime tunc procedit, cum fuerit legitimatus in vita d. Bellefloris, & 8 ea sciente, vt in casu prædicto, cum † tunc dici possit non solum naturalis sed etiam legitimus, adeo quòd succedit prout & legitimus, propter quòd videtur ipsos substitutos excludere, vt d. §. si quis rogatus. Qd & persuaderi potest alia ratione: testatria enim non solum substituit fraternitatem & monasterium post mortem d. ser Patregniani, si decederet sine filiis: sed etiam vltra hoc disposuit, quod non obstantibus aliquibus substitutionibus per ipsam in d. suo testamēto factis, vt ipse ser Patregnianus suus hæres vniuersalis possit & valeat vendere, alienare, & distribuere vel permutare omnia & singula bona dictæ hæreditatis, prout ipsa testatrix facere poterat tempore suæ vitæ, & vt verus dominus & possessor in dicta hæreditate. Vnde cum ipse ser Patregnianus postea instituerit hæredem d. Franciscum legitimatum, cū conditione, quòd si d. Franciscus suus filius hæres institutus decesserit sine filiis, aut cum filiis, decedentibus infra pupillarē ætatem, bona quę fuerunt olim ser Vici Blasii patris prædictæ testatricis, sint & esse debeant pro medietate monasterii, sanctæ crucis, fraternitatis comitū, & fraternitatis vnionis, præter quam duo petia terræ: ex talibus verbis in dicto testamento prolatis apparet de mente dicti ser Patregniani, quòd voluit dicta bona diæ suę vxoris deuenire non statim post mortem ipsius ser Patregniani, sed post mortem dicti Francisci eo decedente sine filiis, vel cum filiis decedentibus infra pupillarem ętatem: disponendo enim quòd dicti fraternitas & monasterium succedant post mortem dicti Franci. videtur disponere quod ante eius mortem nō succedat, 9 sed succedat ipse Frāciscus: prohibitum † .n. post tēpus infra tēpus vr̄ permissū. ff. de postu. l. Imperator. ff. de iud. l. cum Prętor. in principio. & 25. distin. qualis. Vnde cum testatris ipsa dederit eidem ser Patregniano potestatem, vt possit bona dictæ testatricis vendere, alienare, permutare, & distribuere, prout sibi placuerit, & prout ipsa ante poterat: & ipse dicta bona ita distribuerit disponendo, quòd veniant ad ipsum monasterium & fraternitatem post mortem dicti Francisci, eo decedente sine filiis, vel cum filiis, decedentibus in pupillari ætate: si dictus Franciscus ad huc non decesserit, non poterunt dicta bona fraternitas & monasterium ita distributa & relicta, iure petere, ex quo non venit ad huc casus ipsius substitutionis, cum ser Patregnianus ipse ita distribuere & disponere potuit, non obstantibus dictis substitutionibus, ex quo ipsa testatria ita com-10 misit: eius enim voluntas pro lege seruanda est in authen. de nup. §. disponat. ita quòd attentis prædictis, dictum monasterium & fraternitas dicta bona dictæ Bellefloris, & eius patris petere nō poterūt, nec possūt maxime, ex quo nō uenit casus substitutionis factæ in testamento dicti ser Patregniani de dictis monasterio & fraternitate: Non obstantibus in contrarium adductis, cum non obstent, prout patet ex prædictis &c. Domi. Beoe.

THEMA CONSILII CXXXIII.

PVnctus. Quidam Riccius de Castello condidit testamentū in quo inter cætera iudicauit & reliquit cuidam Sanctæ ecclesiæ sancti Frācisci de dicta ciuitate, unam corbam grani, & qua-

tuor barilia vini in vita dominę Nesuciæ eius hæredis vniuersalis:& per ipsã dominã eidẽ dandi & cõsignãdi quolibet anno in uita ipsius. In omnibus aũt alijs suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus & actionibus, nominibus debitorũ, vbicunque sunt & inueniri possunt, instituit atque fecit eius hęredẽ vniuersalẽ dictã do. Nesuciã eius sororẽ carnalẽ: Et voluit iussit & mãdauit, ꝙ dicta do. Nesucia nõ possit cogi, nec grauari in vita ipsius, ad solutionẽ & satisfactionẽ prædictorũ legatorũ a funeralibus supra: nisi ꝓut eidẽ dominæ videbitur & placebit. Et ꝙ liceat, & licitũ sit dictæ dominæ Nesuciæ de bonis dictæ hæreditatis prout sibi placebit disponere. Et post mortẽ dictæ do. Nesuciæ in eo quicquid supererit in dicta sua hæreditate, instituit in suos hæredes pro dimidia portione &c. Itẽ elegit in suos fideicõmissarios executionis dicti sui testamenti, & vltimæ voluntatis eximios doct. dominũ Paganũ, & dominũ Paulũ eius fratrẽ consobrinũ: non derogando arbitrio supra eis concesso super funeralibus, sed confirmando. Quibus dedit atque contulit plenã licentiã, ac liberam, potestatem, vna cũ d. do. Nesucia eius hæredi vniuersali, de bonis ipsius testatoris & in eius hæreditate vendendi, alienandi, & permutandi, cum bannimentis, & sine licentia alicuius iudicis, vsque ad integram satisfactionẽ omnium supradictorum legatorũ supra in pręsenti testamento contentorum. Et ꝙ ad ipsorũ satisfactionem omniũ supradictorum legatorum supra in præsenti testamento contentotum non possit grauari neque astringi, nisi prout dicta do. Nesucia hæres voluerit & sibi placebit. Deinde decessit dictus Riccius testator, superstite dicta Nesucia hærede instituta, & dicto Sancthe legatario, & ipsa tale relictũ dicto Sãcthe factũ, quo vsque vixit non adimpleuit, imo potius dicta bona hæreditaria alienauit, & postea decessit. Et ad præsens reuocetur in dubium, an dictus Sancthes petere possit dictum relictũ sibi factum tp̃e quo d. Nesucia nõ adimpleuit, contra hæredes ipsius Nesuciæ. Et an possit recurrere pro consequẽdo dictum relictũ super bonis hæreditarijs alienatis per dictam do. Nesuciam.

SVMMARIVM.

1 *Participium futuri temporis, videtur inducere quandam conditionem tacitam, sicut facit relatiuum.*
2 *Legatarius vtrum possit petere legatum ab hærede instituti defuncti, vel a possessore bonorum hæreditatis, quãdo dispositum erat in testamento, quod hæres ad solutionem dicti legati in vita non posset cogi, nisi prout eidem videretur & placeret, si in eius vita non fuit solutum.*
3 *Actio personalis oritur pro legato tam contra institutũ, quam eius hæredem: & etiam actio hipothecaria: tam contra hæredem quam extraneos possessores, facta tamen prius discussione.*
4 *Voluntas testatoris pro lege est seruanda.*
5 *Conditio respiciens executionem, & non dispositionem, non facit dispositionem cõditionalem, nec vitiat ipsam dispositionem, quamuis ipsa cesset, quando habet limitationem certi temporis.*
6 *Conditio mixta habetur pro impleta, si stat per ipsum implere debentem, quominus adimpleatur.*
7 *Legatum non dicitur ad alterius voluntatem & arbitrium remissum, si nõ eius dispositio, sed tantum executio fuerit in alterius voluntate posita.*
8 *Legatum vt dicatur ademptum & reuocatum requiritur, quod testator de hoc expresse faciat mẽtionem, vel commemorationem.*
9 *Generalis dispositio non derogat speciali, quantumcunque sequatur, sed specialis derogat ipsi generali, siue præcedat, siue sequatur, nec generalis dispositio ad ea trahitur, in quibus quid specialiter est dispositum.*
10 *Hæres tenetur adimplere, et satisfacere debita defuncti, saluo tamen beneficio inuentarij, si cum eo adeat.*
11 *Legatarius pro consecutione legati potest agere actione personali contra hæredem, & contra hæredem hæredis hypothecaria, si ipse bona hæreditaria obtineat, & etiã contra extraneum ipsa bona possidentem, facta tamen prius discusione.*

CONSILIVM. CXXXIII.

In nomine domini, Amen.

Circa prædicta dubia videtur prima consideratione dicendum, quòd dictus Sancthes non potuerit nec possit petere dictum relictũ, ex pluribus. Et primo quia d. testator reliquit dictam corbam grani, & dicta quatuor barilia vini danda & consignanda per ipsam diminam quolibet anno: & sic videtur reliquisse d. Sancthe quodãmodo sub conditione, videlicet, si per ipsum dentur & consignentur in eius vita, cum talia verba, videlicet, danda & consignanda, videantur inducere quandam conditionem tacitam, ex quo † est participium futuri temporis, sicut facit relatiuum. l. Stichum, qui meus erit. ff. de lega. 1. prout voluit Bar. ff. de condi. & demon. l. 1. ad fi. Vnde cũ non fuerit adimpleta talis conditio, tale legatum nõ videtur adimplendum. ff. de verbor. signi. l. cedere diem. Quod & secundo uidetur domonstrari ex alio, nam testator ipse instituendo d. Nesuciam hæredem, voluit & disposuit, quòd ipsa non possit grauari in vita ipsius ad solutionem & satisfactionem dicti relicti, propter quòd videtur, quod d. Sanctes non potuerit nec possit dictum relictum petere, ex quo ipse testator voluit, quòd ipsa non possit in vita grauari ad satisfaciendum, nisi prout eidem dominæ videbitur & placebit. Videtur enim posuisse in voluntate ipsius, & in eius beneplacito, an voluerit dictum legatum deberi. Vnde cum ipsa non adimpleuerit in vita, nec etiam declarauerit velle adimplere, non videtur legatum adimplendum,

cum

cum videatur quodammodo factum eidem Sanctha, si ipsa Nesucia uoluerit legatum. l. l. legatū. §. illi, si uolet, ff. de le. 1, ad idem & tertio facit, quia non solum posuit in uoluntate ipsius dominæ ipsum legatum seu relictum sed ultra etiam disposuit, q eidem liceat & licitum sit vendere de bonis ipsius hæreditatis, prout eidem placebit, quare cū omnia bona vendiderit & alienauerit ex potestate ab ipso testatore attributa, ipsa alienando videtur tale relictum reuocare & annullare, ex quo erat positum in sua uoluntate, iuxta no. ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si rem. & ff. de adi. leg. l. rem legatam. Adeo quòd non poterit postea ipse Sācthes recurrere super ipsis bonis ita alienatis. ff. de leg. 3. l. pactum. §. 1. & C. communia de leg. auth. res quæ. Per quæ videtur q d. Sancthes non poterit nec possit dictum relictum petere, nec pro eo consequendo super ipsis bonis alienatis recurrere. Contrarium

2 † tñ puto de iure dicendum, vid. licet q potuerit & possit tale relictum ipse Sancthes petere: testator n. ipse reliquit eidem Sancthæ in uita ipsius d. Nesuciæ unam corbā grani, & quatuor barilia vini an

3 nuatim: Ex tali † enim relicto prodita est non solū actio personalis contra ipsam d. Nesuciam & eius hæredem. C. communia de leg. l. 1. ad fi. sed hypothecaria, cum pro ipso relicto fuerint & sint hypothecata & obligata dicta bona ipsius testatoris, p ut est expressum in d. l. t. ad fi. Vnde poterit ipsam hypothecariam intentare, non solum contra hæredem d. Nesuciæ, si aliqua bona possideat hæreditaria: sed etiam contra ipsos extraneos possessores d. bona hæreditaria ementes & posidentes, facta tamen prius discussione, prout habetur. C. de pig. in auth. hoc si debitor. & pront no. in d. l. 1. ad fi. Vnde poterit & potest d. Sancthus pro dictis relictis consequendis agere personali: imo etiam & hypothecaria contra hæredem d. d. Nesuciæ: Adeo q poterit compellere seu cōpelli facere eius hæredes, ut eidem satisfaciat de ipso relicto, & similiter contra dictos extraneos possessores agere ipsa hypothecaria, ut consequatur ipsa bona hæreditaria p satisfactione ipsius relicti; esto q in uita ipsius Nesuciæ non potuerit agere, ita q potuerit ipsam astringere, vt adimpleat dictum relictum: ex quo d. testator ita disposuit, disponendo, q ipsa nō possit cogi nec grauari in eius uita ad solutionem prædicti relicti: Ipsa †

4 enim voluntas testatoris pro lege seruanda est. in aut. de nup. §. disponat. Nec ob stant in contrarium adducta nō, n. ob. & primo qđ dicitur, quod tale relictum fuerit conditionale, cū participium futuri temporis cōditionem inducat prout voluit Bar. in d. l. 1. ad fin. quia ad hoc rñderi pōt, quod & si conditionem inducat, tamen talis cōditio non respicit dispositionem, sed executionem limitatam eo tempore, videlicet, in eius uita, cum testator ipse d. Sancthæ simpliciter reliquerit unā corbam grani, & tria barilia uini in uita d. Nesuciæ: ita quod dispositio fuit pura, licet in uita & an nuatim: & postea subiunxit, & per ipsam dominā, danda & consignanda quolibet anno, ita quod ta-

5 lis conditio fuit apposita ipsi executioni. Vnde † talis conditio non facit dispositionem cōditionalem, nec vitiat ipsam dispositionem, quantumcunque cesset, prout est expressum. ff. de peric. & commo. rei ven. l. si vina. Per quam l. Bar. in d. l. 1. in fi. dicit, quod conditio apposita seu adiecta executioni nō dispositioni, non facit executionem conditionalem, quando habet limitationem certi temporis, ad hoc quod habetur. C. quando dies lega. ce. l. ex his. præterea, & si faciat conditionem, facit conditionem mixtam, prout habetur per gl. no. C. de in

6 sti. & subst. l. 1. quæ † conditio habetur pro impleta, si stat per ipsum implere debentem, prout plenius no. in d. l. 1. & habetur in l. iure ciuili. ff. de regu. iu. prout stetit in casu prædicto: unde non ob. Nec ob. quod & secundo in contrarium allegatur dicendo, q ipse testator posuit tale relictum in voluntate ipsius Nesuciæ dicendo, q dicta domina non possit cogi, nec granari in uita ipsius ad solutionem ipsius legati, nisi prout eidem uidebitur &

7 placebit. Quia ad hoc respondetur, q † attentis verbis ipsius testamenti non posuit in ipsius uoluntate ipsam dispositionem dicti relicti, sed solum executionem, uidelicet, q ipsa non possit cogi in uita ipsius, nec grauari ad solutionem & satisfactionem dicti legati, nisi prout eidem uidebitur & placebit. cum, si eidem uideatur & placeat, possit cogi & constringi, alias non, in eius uita. talis. n. exceptio sapit de regula, & respicit executionem, quæ est, q ipsa non constringatur, nec etiam cogatur in uita, & hoc nisi eidem placuerit. Vnde nō respicit ipsam dispositionem, cum ipsam non ponat in eius uolantate & beneplacito: sed tantum ipsam districtionem & coactionem, & sic executionem, ad hoc quod no. in rub. de reg. iur. in 6. & ff. de penu. lega. l. nam quod liquide. §. fi. & l. 1. ff. de reg. iu. unde nō ob. Nec ob. quod & tertio in contrarium adducitur dicendo, quòd ex quo ipse testator dedit potestatem uendendi eidem dominæ bona ipsius, prout placuerit, uidetur ademisse relictū in testamento factum quia respondetur, q ex hoc non uidetur

8 adimere relicta in eius testamento facta, cum † ad hoc ut ipse testator uideatur adimere relicta ipsa, & reuocare, requirat q expresse de hoc faciat mentionem. ff. de leg. 3. l. si quis. in prin. testamenti. seu de eis fiat commemoratio. ff. de cond. & dem. l. nā ad ea. uel non videtur reuocare, quantumcunque det potestatem ipsi hæredi uendendi bona ipsa, ut patet in dictis iuri. pro quo etiam facit, quia gene-

9 ralis † dispositio non derogat speciali dispositioni quantumcunq; sequatur, imo specialis derogat ipsi generali, siue præcedat, siue sequatur. ff. de ali. & cib. leg. l. allmenta. §. Basilicæ. & ff. de usuf. leg. Sempronium. §. si fundus, & ibi per Bar. & per gl. in regula in generali in 6. & in c. 1. de resc. Imo ipsa generalis dispositio nō trahitur ad ea, in quibus specialiter est dispositum. ff. de uul. & pup. in l. cohæredi. §. qui discretus. & §. qui pater. Vnde quantūcunque dictus testator dederit potestatem dictæ hæredi uendendi & alienandi tot bona, quot possit satisfieri de ipsis relictis & legatis specialiter factis per viam prædictam: non uidetur dictum legatum reuocasse. Per quæ concluditur & cōcludi potest, q dictus Sancthes petere poterit dictum relictum sibi factum, contra hæredem dictæ dominæ Nesuciæ: adeo quòd poterit ipsum cogere & constrin-

stringere, vt relictum sibi factum adimpleat, cum, 10 † hæres teneatur adimplere debita defuncti. C. vt ab hæredi.& contra hęre.l.vnica.saluo tamen beneficio inuentarii, si cum eo adeat.x.ad l.Falc. autheo. 11 sed cum testator. Et pro † consecutione dicti relicti. poterit non solum agere actione personali contra ipsum hæredem sed hypothecaria. si ipse hæres bona hæreditaria dicti testatoris obtineat. Imo & etiam contra extraneum ipsa bona possidentem, facta tamen discussione, prout habetur in d.l. 1.C.communia de leg.circa finem, & in d. auth. hoc si debitor.cum similibus.&c.

THEMA CONSILII CXXXIIII.

P Vnctus. Quidam Angelus Frãcisci de Narnea suũ ultimũ & solenne condidit testamentũ. in quo suos hæredes vniuersales instituit Nicolaũ Petrũdominicũ, & Christophorũ eius filios, æquis portionibus: quibus substituit sub hac verborũ forma, videlicet, quòd si aliquis dictorũ suorũ filiorũ decederet in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine filijs masculis vel cum filijs masculis non peruenictibus ad ætatẽ.25.annorũ, sine filijs, ꝙ vnus alteri succedat, & alter alteri, vel eorũ filij masculi. Et si aliquis eorum decederet cũ vna filia fęmina, vel pluribus, ꝙ qualibet earũ habeat pro dote mille libras, & mobilia: Et voluit ꝙ si omnes dicti sui filij decederent in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine filijs masculis, quòd succedat eis Parauisa & Rentia eius sorores, & filiæ quondã dominæ Franciæ, & Helisabeth eius filia, In omnibus & singulis possessionibus emptis per ipsum testatorem manu cuiuscũque Notarij a Benedicto Conuenti, situatis & positis in quibuscunque vocabulis, iuxta quoscunque fines: In quadã domo posita in ciuitate Narnææ, & parrochia Horti Canonicæ iuxta suos confines: Et in residuo bonorum ipsius voluit, quòd succederet Petrus Fastinelli pro tertia, Rasimus, Catalucij pro alia tertia parte: & Ioannes Marutij pro alia tertia parte, vel eorum filij masculi, seu aliquis eorum. Item voluit quòd si omnes prædicti Ioannes, Petrus, & Rasimus decederẽt sine filijs masculis, quòd succedat eis Clericus & Paulutius Saluati &c. contigit humaniter, quòd Nicolaus filius dicti testatoris mortuus est sine filijs, nullo condito per eũ testamento, superstitibus sibi d.Petrodominico, & Christophoro fratribus vtrinque cõiunctis. Deinde morit. d. Petrusdominicus, superstite sibi Matthęo filio, & decedente in pupillari ætate. Demum moritur Christophorus, superstite sibi quadam filia fœmina. Et Præsupponitur, quod nullus dictorũ Nicolai Petridominici, & Christophori habuerint filium seu filios, qui peruenerit ad ætatem.25.annorũ. Et pręsupponitur etiã, quòd d.Fœminæ.s. Rentia & Parauisa mortuæ fuerunt ante mortẽ dictorũ Nicolai, Petridominici, Christophori, & quod etiã mortua fuit dicta d.Helisabeth. Itẽ præsupponitur, ꝙ d. Ioãnes Marutij vt supra substitutus decessit, superstite Ioanne eius filio ante mortẽ Matthæi filij Petridominici primo loco instituti. Vnde oritur dubitatio. An propter hoc dicatur euenisse substitutio, an vero post mortem. d. Matthæi veniet ad successionẽm d. tertiæ partis eius filius masculus, cum in testamento d.Franciæ pariter videatur inuitatus pater, vel ipsius filij masculi, seu aliquis eorum. Item præsupponitur, quòd d.Ioannes filius d. Ioannis Marutij adiuit istam tertiam partem hæreditatis, & fuit in possessione per 30. annos vel circa: & dubitabitur: An dicatur præscripsisse, qui tamen defunctus est iam septuagenarius sine testamento, superstitibus d. Ioanni suis proximioribus in gradu consanguineis, Vincẽtio & Susanna, Cathęrina, Margareta, & Remedia quatuor sororibus suis vtrinque coniunctis. Ex Rasimo Catalutij superest Thomas eius filius: nunc viuens. Ex petro Fastinelli remãsit Collas eius filius qui Collas suum vltimũ condidit testamentum in iure validum in quo d.Ioannem Ioannis Marutij, & Thomã Rasimi vniuersales hæredes instituit. Modo stantibus prædictis, quæritur quis admittatur ad successionem d.Ioannis vigore dictorum testamentorum, & ad bona paterna & materna ipsius Ioannis, an d.Thomas, an vero d.Vincentius & sorores in gradu proximiores, filij sororis d.Ioannis vtrinque coniuncti &c.

SVMMARIVM.

1 *Relictum filia pro dote censetur conditionale, scilicet, si nupserit, adeo quòd deficit, filia decedente in pupillari ætate, & sic ante nuptias, & ante nubilem ætatem.*

2 *Legitima & Trebellianica non venit in restitutione fideicommissi, sed remanet apud filium grauatum vel eius hæredes.*

3 *Substitutio facta in residuo, totum continet, si alia relicta non valeant.*

4 *Substitutione facta in residuo bonorum, hæres grauatus videtur de restituendo portionem hæreditariam, non autem id quod capit ex alieno iudicio.*

5 *Substitutioni vt sit locus, oportet, quod de ea sit facta expressa mentio, alias hæreditas ad proximiores consanguineos*

guineos defert.

6. *Creditor habens ius in bonis testatoris, qui per 30. annos siluit, postea ius in eis prætendere non potest, nec debitoris hæredem molestare.*
7. *Testator hæredi instituto substituens Seium, & eius filios masculos, non censetur substituisse filijs dicti Seij, ex quo verba id non dicunt.*
8. *Verba testamenti sunt inspicienda, & diligenter considerandæ ad discognoscendum, an quis dicatur substitutus, nec ne, & ab ipsis verbis non est recedendum, si aliter de intentione testatoris non appareat.*
9. *Filij filiorum, qui sunt substituti sub conditione, si sine filijs decesserint, quando similiter & sub eadem conditione dicantur substituti, adeo quod sit locus ipsi substitutioni eorum filijs decedentibus sine filijs.*

CONSILIVM CXXXIIII.

In nomine domini, Amen.

Viso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, pro eius declaratione plura videnda sunt. Et primo, cum decesserit ipse Angelus superstitibus sibi dictis tribus filiis testamento institutis, Et ipsi successerunt & succedunt, attenta dispositione dicti testatoris, ff. de hære. insti. l. quotiens. §. hæredes. Quolibet succedente pro tertia parte, prout & instituti sunt. Et cum postea decesserint dictæ Patauisa & Rētia, & ipsa Helisabeth eius sorore, successerunt eisdem proximiores consanguinei ipsarum in eorum bonis propriis. C. de leg. hære. auth. cessante. & auth. post fratres. Sed non succedunt ipsi proximiores in bonis d. Angeli, cum talis substitutio facta de his mulieribus effecta sit caduca, seu quasi caduca, ex quo decesserunt ante mortem dictorum Nicolai Petridominici, & Christophori. C. de cadu. tol. l. vnica. §. in nouissimo. & §. sinautem sub conditione. Et cū postea d. Nicolaus decesserit sine filiis, non condito testamento, superstitibus sibi Petrodominico, & Christophoro eius fratribus vtrinque coniunctis, & ipsi successerunt & succedunt eidem Nicolao, non solum vigore dictæ substitutionis in medietate bonorum tertiæ partis d. Angeli prouenientis ad d. Nicolaum de bonis d. Angeli vigore dictæ substitutionis factę in d. testamento de dictis Petrodominico, & Christophoro fratribus: sed etiam in alia medietate perueniente ad d. Nicolaum si dicti Petrusdominicus & Christophorus sint proximiores consanguinei, cum ipsi proximiores consanguinei, succedant eidem Nicolao ab intestato, si non sint alii proximiores, vt d. auth. cessante. Ita quòd ipsi Petrusdominicus & Christophorus succedunt eidem in totum, si sunt proximiores consanguinei, videlicet, pro medietate ab intestato succedendo in legitima Trebellianica: & in alia medietate vigore substitutionis, iuxta no. ff. de Inoffi. test. l. Papinianus. §. meminisse, & in cap. Rainutius & c. Rainaldus. de testamen. in l. quanquam. C. ad l. Fal. Et cum postea decesserit Petrusdominicus superstite Mattheo eius filio, & ipse Mattheus eidem successit, C. de suis & legi. authen. in successione: non solum in legitima, sed etiam in totum, quousque vixit. Sed an locus sit substitutioni infra patebit. Deinde decessit Christophorus superstite quandam sua filia fœmina: & ipsæ filiæ, cum fuerint eidem relictæ pro dote mille libræ, & bona mobilia, non debentur dictę mille libræ & ipsa bona mobilia: ex quo non peruenit ad nubilem ætatem, & ad matrimonium, cum 1 tale † relictum censeatur eidem relictum sub conditione: adeo quòd deficit ea decedente in pupillari ætate, & sic ante nuptias & ante nubilem ætatem, iuxta not. ff. de condi. & demon. l. Titio centum §. Titio genero. & ibi per Bartol. & alios Modernos, Sed si decessisset post nubilem ætatem & matrimonium contractum, & tunc aliud esset, prout patet ex not. in d. §. Titio genero. Super quo non insisto, cum de hoc non quæratur, Sed bene succedit dicta filia dicto Christophoro suo patri ab intestato vt d. authen. in successione. Sed licet succedat, nihilominus est locus substitutioni, adeo quòd succedit vigore dictę substitutionis ipse Matthæus filius Petridominici, cum aliquo ex dictis filiis decedente sine filiis masculis, sint substituti alii, vel eorum filii masculi, vt est ipse Matthæus filius d. Petrodominici. Vnde dictus Mattheus succedit vigore dictæ substitutionis in bonis d. Angeli peruentis dicto Petrodominico, præterquam in legitima & Trebellianica: quæ ambæ ascendunt ad medietatem dictorum bonorum preuentorum ad d. Christophorum quæ 2 † legitima & Trebellianica remanent apud ipsam filiam prædictam & eius hæredes, iuxta not. in d. §. meminisse. & in d. l. quanquam. & in d. cap. Rainutius & cap. Rainaldus. Et cum postea decesserit Ioannes Marutii substitutus, superstite sibi Ioanne eius filio, ipse Ioannes eidem succedit in eius bonis. vt d. auth. in successione. Quod & similiter locum habet in Petro Fastinelli, vt similiter succedat Collas ei filius. Et cum isti decesserint ante mortem istius Matthęi, in eorum persona non est locus dictæ substitutioni factæ de eis post mortem dictorum suorum filiorum decedentium sine filiis masculis, vel cum filiis masculis & cæt. ex quo decesserunt ante mortem d. Matthæi vt d. l. vnica. §. in nouissimo & §. sinautem sub conditione. C. de cadu. tollen. Sed an locus sit ipsi substitutioni in personis ipsorum filiorum. Infra patebit. Deinde decessit dicta filia dicti Christophori, & vt dixi, ipsa successit & succedit dicto Christophoro in legitima & Trebellianica, cum in residuo succedat ipse Matthæus dicto Christophoro vigore dictæ substitutionis. Et cum postea decesserit dictus Matthæus minor. 25. annis, fuit locus dictæ substitutioni factæ dictis Nicolao Petrodominico & Christophoro prædictis, ex quo decesserunt, videlicet, Nicolaus sine filiis, & Christophorus sine filiis masculis: & dictus Petrusdominicus cum filio masculo, non tamen transcendente ætatem. 25. annorum, Propter quæ fuit locus dictæ substitutioni factæ de dictis Nicolao, Petrodominico, & Christophoro, ex quo ita decesserunt sine filiis masculis, vel cum filio masculo non ascendente ad dictam ætatem. 25. annorum: Fuit enim substitutio eis facta in casu, quo decederent si-

ne

ne filiis masculis, vel cum filiis masculis non transcendentibus dictam ætatem. 25. annorum. Et vigore dictæ substitutionis non fuerunt vocatę ad dictam substitutionem Parauila, & Rentia & Helisabeth ex quo decesserunt ante mortem dictorum Nicolai, Petridominici, & Christophori: cum fuerit caducum seu quasi caducum relictum eis factum vt supra. Nec etiam fuerunt vocati Io. Marutii, & Petrus Fastinelli, ex quo decesserunt ante mortem d. Matthęi, cum ante mortem d. Matthęi non euenerit conditio in dicto testamento apposita, Sed post eius mortem ad dictam substitutionem vocati fuerunt Rasimus superuiuens pro tertia parte, & Collas filius d. Petri Fastinelli pro alia tertia parte, & Ioannes filius 3 Ioannis Marutii pro alia tertia parte, cum † attenta substitutione facta ipsis in residuo, totum contineatur, si alia relicta non valeant. C. de hær. insti. l. 2. Deinde fuerunt vocati non solum dictos Rasimus superuiuens, sed etiã filii d. Petri Fastinelli, & filii Ioannis Marutii. Substituit. n. dictus testator residuo dictorum bonorum, non solum ipsum Pet. Fastinelli, Rasimum, & Ioannem Marutii: sed etiam eorum filios, seu alicuius eorum. Vnde decedentibus dicto Petro Fastinelli, & Ioanne Marutii ante mortem d. Matthæi, vocati fuerunt ad dictos Collas filius Petri Fastinelli, & dictus Ioannes filius dicti Ioãnis Marutii. Fuit enim ipsa substitutio ita facta, non solum de ipsis Rasimo, & Petro Fastinelli, & Ioanne: sed de eorum filiis. Propter quod eorum filii veniunt loco parentum, ad hoc quod not. in simili. de vulga. & pupilla. l. centurio. in octaua columna. per Bartol. & in l. ab eo. C. de fideicommi. Sed licet ipsi vocentur ad ipsam substitutionem, tamen d. Matthæo succedunt venientes ab intestato, & eius proximiores consanguinei, adeo quod apud ipsos remanet legitima ipsius Petridominici eius patris, quæ est tertia eius, quod ad ipsum peruenit ex bonis dicti Angeli: Et etiam Trebellianica, quæ est quatta pars tcudui, quod restituendum est, & sic medietas, prout not. in d. §. meminisse. & in d. l. quamquam. & in d. cap. Raynucius. & ca. Raynaldus. Vnde residuum, quod est alia medietas, restituere debebunt ipsi venientes ab intestato dictis substitutis: imo & illud quod, perueniss et ad dictos Petrumdominicum & Matthęum ex ipsa substitutione. Quod procederet quando simpliciter substituisset, alias 4 si in residuo bonorum, vt substituit, & tum † videtur grauatus de portione hæreditaria, & non de eo quod capit ex alio iudicio, prout voluit Bartol. ff. ad Trebel. in l. Marcellus. §. quidam liberis. & in l. hæredes mei. §. cum ita. & C. de fideicommis. l. cum virum. vbi plenius de his: super quibus non insisto, cum de his principaliter non quæratur. Et cum postea decesserit dictus Rasimus, superstite sibi Thoma. eius filio, ipse Thomas succedit dicto suo patri, vt d. authen. in successione. Et cum postea decesserit d. Collas condendo testamentum prædictum, in quo instituit hæredem Ioannem, Ioannis Marutii, & dictum Thomam Rasimi, ipsi successerunt & succedunt quilibet pro medietate. ff. de hæredi. instituen. l. quotiens. Et cum postea decesserit d. Ioannes nullo condito testamento superstite d. Thoma, & superstitibus dictis Vincentio, Susanna Catherina, Margareta, & Remedia eius sororibus vtrinque coniunctis & filiis Vannarellę sororis d. Ioannis eidem Ioanni successerunt & succedunt dicti Vincentius Susanna, Catherina, Margareta, & Remedia filius, & filiæ dictæ Vannarellę, & sic nepos & neptis dicti Ioannis fratris dictæ Vanarellę, cum ipsi fuerint & sint proximiores d. Ioanni. Vnde succedunt. C. de legi. hæredi. authen. cessante. Excluso. d. Thoma cum ipse Thomas non succedat. ex quo non est proximior: vnde non succedit ab intestato. Nec vt substitutus, cum testator ipse non substituerit dicti Ioanni. dict. Thomam, Imo & nec aliquem substituit filiis masculis dictorum Rasimi, Ioannis, Marutii, & Petri Fastinelli, sed bene substituit in casu, quo prædicti Ioannes Petrus & Rasimus decederent sine filiis masculis, vt tunc succedant eis Clericus & Paulutius: quæ conditio non euenit, ex quo decesserunt d. Ioannes, Petrus, & Rasimus cum filiis masculis. Vnde cum non euenerit in persona dictorum Ioannis, Petri & Rasimi, non est locus substitutioni factæ de dicto Clerico & Paulutio. ff. de verbor. signif. l. cedere diẽ. Et multominus est locus substitutioni in persona d. Ioannis de d. Thoma, cum de tali non appareat fa-5 cta aliqua substitutio. Vnde † tali substitutioni non est. locus. ff. de acqui. hære. l. si seruum. §. non dixit. Et cum non sit locus substitutioni in persona ipsius Ioannis de d. Thoma, nec de aliquo alio, eius hæreditas pertinuit & pertinet ad d. Vincentium, & sorores, ex quo sunt proximiores consanguinei, excluso ipso Thoma non ita proxime. vt dicta anthent. cessante & dicta authent. authen. post fratres. Ita quod dict. Thomas vigore dictę substitutionis non succedit in dictis bonis dict. Ioannis & ad ipsum deuolutis, ex quo non apparet de aliqua substitutione, prout supradictum est. Et si d. Thomas vel Rasimus eius pater habuisset aliquod aliud ius in bonis. 6 d. Ioannis, vel Ioãnis Marutii, quod non video, ipse Thomas † non potuisset nec posset recurrere super dictis bonis, cum ipse Ioannes, vt præsuponitur, tenuerit & possederit dicta bona per tempus. 30. annorum & vltra, propter quod fuit causata pręscriptio. C. de pręscrip. 30. annorum. l. sicut. & l. omnes. Ita quod ipse non potest petere dicta bona d. Ioannis ex eo, quod habuerit in eis aliquod ius, nec vigore dictæ substitutionis, quantumcunque ipse testator substituendo substituerit dictis suis filiis, videlicet. Nicolao, Petrodominico, & Christophoro, & eorum filiis masculis non peruenientibus ad ætatem. 25. annorum dictos Petrum, Rasimum, & Ioannem, & eorum filios masculos, seu alicuius eorum: Quia licet. d. Thomas sit filius Rasimi, & substitutus in tertia parte post mortem ipsorum Nicolai, Petridominici, & Christophori, & post mortem masculorum. Tamen non fuit nec est substitutus dictis Petro & Rasimo, & Ioanni, & post mortem ipsorum. Vnde ex ipsa substitutione non venit, nec succedit etiam in hæreditate dicti Rasimi sed bene ab intestato, prout voluit gloss. quæ communiter tenetur in l. Lucius. ff. de hæredi. instituen. & multominus. d. Thomas succedit in bonis filiorum dictorum Petri, Rasimi, & Ioannis, cum de tali substitutione non sit facta, mentio in dicto testamento,

stamento, sed bene de substitutione facta dictis Petro, Rasimo, & Ioanni, si decessers int sine filiis masculis: quæ, vt dixi, locum non habuit nec habet, ex quo non decesserunt sine filiis masculis. Vnde 7 † quantumcunque ipse testator substituerit dictos Petrum, Ioannem, & Rasimum, & eorum filios masculos, seu eorum aliquem. Tamen ex his non censetur facta substitutio filiis ipsorum Petri, Rasimi, & Ioannis, ex quo uerba hoc non dicunt: ab 8 ipsis enim † uerbis non est recedendum, sic aliter de intentione non appareat. ff. de lega. 3. l. non aliter, & l. ille aut ille. §. cū in uerbis. Esto, quod aliud esset, quando testator taliter substituisset, videlicet, substituo † dictos Petrum, Ioannem, & Rasi- 9 mum: & si decederent sine filiis uel eorum filij sine filijs, substituo Clericum & Paulutium, cum tunc bene esset locus substitutioni, eorum filiis decedentibus sine filiis, prout voluit Barto. in l. centurio, in 8. col. & Bal. in l. precibus, circa finem, C. de impu. & alijs subst. & in l. ab eo, C. de fideicom. & Io. de Imo. in d. l. centurio. & in d. c. Rainutius in l. charta. super qua quæstione non insisto, cum non faciat ad casum, de quo quæritur: ex quo non fuit in dicto casu taliter facta dicta substitutio. Ita quod per hæc dici & concludi potest, quod dictus Vincentius & sorores admittantur ad successionem dicti Ioannis, & eidem succedant in omnibus eius bonis ut proximiores, excluso dicto Thoma non existente ita proximiore, ut præsupponitur, nec uocato ex aliqua substitutione ad hæreditatē dicti Ioannis & c. Dom. Ben.

THEMA CONSILII CXXXV.

PVnctus. Quædam dom. Francisca Petri de Asculo maritata fuit cuidam Antonio Ioannis de dicta ciuitate, cum omnibus suis bonis, quæ tunc habebat & possidebat mobilia & stabilia pro inestimatis, inter quæ habuit quandam Valcheriam ad chartam faciendam, & quasdam petias terrarum. Quæ bona d. dom. Francisca habebat pro indiuiso cum certis suis consanguineis, seu alijs affinibus. Et domi. Ioannes socer, vt curator dictæ dominæ venit ad diuisionem dictorum bonorum mobilium & stabilium cum prædictis: in qua diuisione deputati & electi fuerunt quidam homines, qui videntes dicta bona non posse adæquare dictas partes, nisi æstimarentur: hec ea causa æstimauerunt, & diuisa fuerunt: ita quod non apparent aliter fuisse æstimata dicta bona, nec pro æstimatione consignata per d. dom. Franciscam dicto eius uiro, seu dicto socero pro dicto filio recipienti, nisi solum & duntaxat per dictos homines, p quos vt supra æstimata fuerunt. Post prædicta accidit quod d. Ioānes & assertus curator igno- rante, & irrequisita d. do. Francisca minore uigintiquinq. annis, fecit reformare seu uoltare dictam Valcheriam de fructibus & pensionibus dictæ Valcheriæ dictæ Francis. quia pensionarius dictæ Valcheriæ soluit dictas expensas, quas excomputauit in dicta pensione dictæ Valcheriæ, licet dictæ expensæ non essent necessariæ, quia stare poterat sub illa forma, sub qua fuit ædificata iam sunt centumquinquaginta anni elapsum, & vltra: & per tantum tempus, quod memoria hominū non existit in contrarium: & etiam illam met pensionem consequitur in præsentiarum, quam ante dictam reformationem cōsequebatur, & ita continuo post dictam uoltationem consecutus fuit, & non maiorem. Et si oporteat facere aliquam restitutionem sine ex computatione dictæ dotis, oporteret dictam dotem minuere, cum ipsa domina nil aliud habeat in bonis nisi dictam dotem. Demum d. Ioannes socer irrequisita & ignorante dicta Francisca minore vigintiquinque annis alienauit eius bona stabilia dotalia prædicta, & pretium in utilitatem dicti Ioannis conuertit. Demum accidit, quòd per solutionem dicti matrimonii per mortem dicti Antonii mariti dictæ Franciscæ uenit casus restitutionis dotis, Qui Ioannes elapso anno post solutionem dicti matrimonii, restituit dictæ Franciscæ dictam Valcheriam, & certa alia bona, & cum d. Francisca repetat dicta bona per dictum Ioannem vt supra de bonis dictæ Francis. alienata, & dictus Ioannes dicit uelle excomputare seu retinere expensas, quas pensionarius dictæ Valcheriæ fecit in d. Valcheria. Item præsupponitur, quòd dictus eius socer pro honorando filius dicti sui filij, fecit uestes lugubres iuxta consuetudinem dictæ ciuitatis, & expendit quantitatem nouem ducatorum auri uel circa. Prædicta uero Francisca post mortem mariti stetit in domo per annum uel circa, & eius dotem sibi retinuit, & fructus ipsarum dotium posuit in domo. Et præsupponitur, quòd in ipsa ciuitate nunquam fuit consuetum repetere tales uestes nec pretium ipsarum, attento quòd dicto anno nutriuit filium d. domi. Franciscæ, & dicti sui uiri: & operata fuit pro d. eius socero, attenta qualitate mulieris, & paruitate pretii dictorum pannorum, & dote prædicta, & vsu quotidiano d. dom. Fran. Item præsupponitur, quòd d. socer constante matrimonio prædicto fecit certas expensas, pro emendo pannos, quos dicta domina portauit ad eius domum, licet paruos. Et etiam præsupponitur, q. tempore nuptiarum

rum quidam frater carnalis dicti sui uiri, donauit eidem dominæ quoddam officiolum beatę Mariæ, & quidem extraneus inuitatus ad nuptias quendam annullum ualoris duorum Florenorum, vel circa. Quæritur ergo, nunquid dicta domina teneatur dictas expẽsas factas in d. Valcheria reficere seu restituere, stantibus prædictis d. eius socero. Secundo, nunquid d. domina possit dicta bona repetere seu eorum precium per dicctũ eius socerum alienata. Tertio, nunquid possit repetere dictas uestes lugubres siue prętium ipsarum ipso socero, postquam prædicta domina transiuit ad secunda vota, attenta potissime dicta consuetudine. Quarto nunquid d. Socer possit repetere dictum annulum, & dictum libertiolum, seu officiolum beatæ Mariæ.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis socero tradita ad socerum spectant.*
2 *Expensæ necessariæ, vel saltem vtiles, & factæ ad perpetuam rei vtilitatem, an minuant dotem, vel saltem repeti possint.*
3 *Habitans in domo præsumitur scire, & habere notitiam de his quæ in domo fiunt.*
4 *Vxor vtrum reficere teneatur expensas necessarias factas iure & fundo dotali: & an ille ipsam dotem minuant.*
5 *Extimatio rei dotalis facta ad alium finem, quam ut dos esset extimata, non operatur, vt dos censeatur in pecunia constituta, & quod eius emptio facta dicatur.*
6 *Expensæ maxime non necessariæ nec vtiles non minuunt dotem in rebus corporalibus existentem, nec repeti possunt, sed mulier pati debet quod tollantur.*
7 *Expensæ etiam vtiles, & ad perpetuam rei dotalis vtilitatem factæ, repeti non possunt, quando factæ sunt ignorante muliere, & non habente aliud, vnde solui possint quam de dicta dote, cum propter ipsas expensas dos minui non debeat: tunc enim non censentur vtiles, si propter eas dos diminuatur.*
8 *Expensæ in re dotali facta de voluntate mulieris, vel etiam ea ignorante si aliunde, quam de dicta dote solui possint, repetuntur. Idem est, quando fuissent necessariæ, licet enim illę dotem ipso iure non minuant, tamen repeti possunt.*
9 *Expensæ in re dotali factæ, quæ dicantur necessariæ, quæ vtiles, & quæ voluntariæ.*
10 *Expensæ voluntariæ in re dotali factæ non repetuntur, sed tolli possunt.*
11 *Vxor potest soluto matrimonio vendicare, et repetere bona dotalia per suum maritum, vel socerum alienata, apud quemcunque sint: Vel etiam contra ipsum maritum vel socerum agere, vt dicta bona restituat, vel saltem eorum æstimationem, & prætium.*
12 *Vestes lugubres factæ per socerum nurui viduæ ob mortem eius mariti, an & quando possint ab ipso socero repeti a nuru ad secunda vota transeunte & quando censeantur donatæ.*
13 *Donatio in dubio non præsumitur, quando potest subesse alia causa, quam donationis.*
14 *Hæredes viri mortui, non teneantur de rigore ipsam vxorem viduam induere vestibus lugubribus, si nolint, licet de honestate quadam astringantur.*
15 *Consuetudo loci attendenda est, cum ea iuri deroget, dummodo sit legitime præscripta.*
16 *Vestes mulieri factæ an sint parui, vel magni valoris, arbitrio iudicis relinquitur, qui hoc arbitrabitur, attenta qualitate personarum.*
17 *Donata sponsæ, & nouæ nuptæ per amicos, & attinentes viri ad nuptias inuitatos, vtrum possint repeti per hæredes viri a muliere ipsa dotem suam repetente, & ad secunda vota transeunte.*
18 *Intellectus. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pup.*
19 *Mulier, quo ad acquirendum id, quod sibi ex mera liberalitate ab extraneo donatur, non est subiecta viro.*
20 *Donatio facta, mulieri per consanguineum mariti, contemplatione ipsius viri, morte uiri confirmatur.*
21 *Donatio facta per extraneum mulieri de rebus ei conuenientibus, an uideatur facta potius mulieris contemplatione quam contemplatione eius uiri.*
22 *Donatio facta per maritum uxori de re modica, seu parui valoris, valet.*
23 *Res an sit magni, uel parui ualoris relinquitur arbitrio iudicis, inspectis qualitate, & conditione personarum.*

CONSILIVM CXXXV.

In nomine domini, Amen.

Cum viso, & considerato præfato puncto, & contẽtis in eodẽ pluribus quæratur, Ad quolibet respõdendum est. Et primo ad primum, quod est, an d. do. Francisca teneatur dictas expensas factas in dicta Valcheria reficere: seu satisfacere d. Ioanni. Circa quod: & si videatur prima facie dicendum, ꝙ reficere seu satisfacere dictas expensas teneatur: quátũcunque ipsas fecerit de fructibus: seu pensionibus d. Valcheriæ, quia vr̃ facere de suo: cũ fructus 1 † percepti pertinuerint & pertineant, & spectent ad d. Ioannem socerum, ex quo bona tradita fuerunt eidem in dotem: prout no. ff. solu. ma. l. fructibus. & C. de iure doti. l. pro oneribus. Ad idẽ & se- 2 cundo facit, quia tales † expensæ videntur fuisse necessariæ, vel saltem utiles, & factæ ad perpetuam rei vtilitatem, propter quod minuunt dotem uel saltẽ possunt repeti, iuxta no. ff. de impen. in re. dota. factis in l. quod dicitur & C. de rei vxo. acti. l. unica. §. sed nec ob impensas. Quod ex alio videtur deducı: quia dici possunt factæ ipsa do. Francisca scien- 3 te & patiente, ex quo † erat in domo, cũ præsupponatur scire & notitiam habere de his, quæ in domo fiunt. ff. unde cogn. l. Octaui & C. de repu. l. consensu. Propter qđ videtur, ꝙ cũ videátur factæ de eius voluntate & consensu, ex quo non contradixit iuxta no. ff. solu. ma. in l. quæ dotis. repeti possint: ex quo fuerũt & sunt saltẽ utiles, & ad perpetuá vtilitatẽ tendant. ff. de impen. in re dota. fac. l. fi. Per q̃ vr̃, quòd tales expensæ minuant ipsam dotem, vel

faltem repeti poſsint. Sed his non ob. contrarium
5 de iure dicendū eſt, ut † & ipſam dotē nō minuant, etiam ſi fuiſſent & eſſent neceſſariæ, ex quo dos ipſa nō fuit nec eſt in pecunia, prout no. in d.l. quod dicitur. Non.n. fuit dicta dos conſtituta in pecunia in totum, uel in partem: ſed in rebus pro inextimatis datis, ut præſupponitur: Propter quod non poteſt dici, ꝙ fiat diminutio de dictis bonis, ut d.l. quod dicitur. Quod uidetur procedere: quantumcunque dicta bona tempore diuiſionis fuerint poſtea extimata cum non fuerint extimata ad finem ut eſſet extimata dos ſeu dos in extimatione & pro dote, ſed ad finem ut diuideretur congrue, quod & conſiderandum eſt in tantum, quòd ſi tempore quo fuerunt in dotem data fuiſſent extimata ad finem ut tempore ſoluti matrimonii ſciatur an ſint deteriora uel non, ita quòd in caſu ſoluti matrimonii reddantur tales res, & non extimatio, nō faciet emptionem: nec facit, ꝙ ipſa bona ſint ꝑ extimatis data, ita ꝙ extimatio ſit in dote, prout not. ff. ſolu. ma. l. ſi extimatis. & C. de iure dotiū. l. quotiens. & l. ſi inter uirū. Vnde fortius † caſu iſto nō cenſentur ipſa data ꝑ extimatia, quātūcunque dicti diuiſores extimauerint, & maxime, quia talis extimatio nō fuit facta inter ipſam dominā & ipſum Ioānem, ſed inter ipſum Ioannē & alios conſanguineos dictæ dominæ. Vnde non præiudicat dictæ dominæ. ff. de pac. l. ſi unus. §. ante omnia & C. res inter alios acta per totū ita ꝙ † dictæ expen
6 ſæ non minuūt ipſam dotem in ipſis rebus corporalibus exiſtentē, nec reperti poſſunt per ipſum Ioannē, ut ex pluribus deducitur. Et primo, quia ut in pūcto deducit, dictæ expenſæ nō fuerunt nec ſunt neceſſariæ, imo nec utiles, quo caſu repeti nō poſſunt, ſed bene debet pati mulier, ꝙ tollatur, prout no. ff. de impē. l. pro uolūtariis. Vnde cū nō fuerint nec ſint neceſſariæ nec utiles, nō poterit ipſe Io. eas repetere. Quod ex alio deducitur, quia & ſi fuerint † & ſint utiles & ad perpetuā rei utilitatē factæ, ut
7 prima facie uidetur eſſe: Nihilominus nō poterūt ꝑ ipſum Io. repeti, ex quo fuerūt, ut ꝓſupponitur, factæ ignorante d. do. Franciſca, & nō habente aliud, unde ſolui poſsint, quā de dicta dote, cū propter ipſas expenſas ipſa dos minui nō debeat, prout no. in d.l. utiliū. ff. de impen. & ibi per Dy. & Bar. Non enim tūc cenſentur utiles, ſi propter ipſas minueretur dos, ꝑut uoluit Dy. ibi & Bart. & prout no. C. de rei uxo. actio. l. unica. §. ſed nec ob impen-
8 ſas. Si uero † ipſe expenſæ fuiſſent utiles, & de uoluntate ipſius mulieris factæ, uel ea ignorante, ſed aliūde poſſent ſolui: & tunc ipſe Ioan. bene poſſet eas repetere, prout not. in d. l. utilium. & ibi per Bart. & ita alias conſului in terra Fabriant. Quod & ſimiliter locū haberet, quando fuiſſent neceſſariæ, ut & tunc licet nō minuant ipſam dotē ipſo iure, tamē repeti poſsint, ꝑut no. in d.l. ꝙ dicit. & in d. §. ſed nec ob impēſas. Cenſent autem † tūc expen
9 ſæ neceſſariæ illæ, quibus nō factis dos minueret. Vtiles cenſentur eſſe illæ ꝗ utilior fiūt. ff. de impē. l. īpenſæ & d.l. ꝙ dicitur. §. utiles. Voluntarie uero ſunt illæ, quæ fiunt non ex neceſsitate, nec pro utilitate, ſed uoluntariæ, prout no. in d.l. impenſæ. & in d.l. pro uoluntariis. Ita ꝙ ꝑ hæc dici & conclu-

di pōteſt, ꝙ ſi tales expenſæ factæ ꝑ dictū Io. in d. Valcheria fuerint factæ nō pro neceſſitate nec pro
10 utilitate dictæ Valchriæ, ſed uolūtarie † repeti nō poterūt, ſed bene deduci ut ſupra. Si uero fuerint utiles & ꝑ utilitate factæ, & tūc nō poterūt repeti ſi ignorante ipſa Frāc. fuerunt factæ, & aliūde ſatisfieri nō poſſunt quā ex dote, alias repeti poterūt, ꝑ ut & neceſſariæ, ꝑut ſupra plenius dictū fuit, Non ob. in cōtrariū adducta. cū nō obſtent, ut patet ꝑ prædict. Et hæc circa primū. Circa ſecundū ꝙ eſt,
11 nunquid † d. domina poſsit repetere dicta bona ſiue eorū prætium ꝑ dictū eius ſocerū alienata. Dicendū eſt, ꝙ cū ſoluto matrimonio trāſferat hodie dominiū in ipſā do. Frāciſcā. C. de iure dotiū. l. in rebus. & ꝑut no. ff. eo. tit. l. & ſi dotis. & ibi ꝑ Bal. poterit ipſa do. Frāci. ipſa bona reuendicare, & apud quēcūque ſint, repetere, ꝑut habet in d.l. in rebus. & ꝑut habet in d.l. & ſi dotis. & hoc ſi uelit cōtra poſſeſſores agere. Si uero uelit agere cōtra ipſum Ioan. cui in dotem bona ipſa dedit, poterit cōtra ipſum agere, ut reſtituat dicta bona, uel ſaltē eorū extimationē ſeu prætiū. C. de rei uxo. actio. l. unica. §. 1. & §. exactio. & ꝑut no. C. de rei uen. l. mater tua. ad hoc etiam ꝙ no. ff. de uerbo. ob. l. ſtipulationes nō diuidūtur. §. 1. & hæc circa ſecundū. Circa tertiū ꝙ eſt, nūquid poſsint repetere dictas ueſtes lugubres, ſiue prætiū earū ipſe ſocer, poſtquam d. domina tranſiuit ad ſecūda uota, uel aliquid de d. ꝑtio dictorū bonorū, attēta potiſsime ip
12 ſa cōſuetudine. Dicendū eſt, ꝙ aut † eſt caſus, in quo d. Io. nō tenet eam alimentare, ut quia ipſa habeat bona, ex quibus ipſa ſe alimentare poſsit: & tūc uidet ipſas ueſtes uelle donare, propter honorē mariti & reuerētiam prioris matrimonii, ſi tales ueſtes nō ſint magni ualoris. ar. l. fi. C. de bo. mate. & l. ſeruos. & l. pen. C. de quæſtio. Quod uerū intelligo, niſi aliter de eius mēte cōſtet, cū ipſa principaliter ſit attendenda. ff. de lega. 3. l. nō aliter. & de uerbo. ſignifi. c. in his & c. intelligētia. Sed ſi ſint ueſtes magni ualoris. & forte nō quotidianæ, & tunc
13 in dubio † non uidetur donare, cū poſsit ſubeſſe alia cauſa, quā donationis, uidelicet, ut ſeruetur honor uiri, & ipſa teneat ipſas ueſtes donec uelit eſſe uidua. ar. l. fi. C. de bo. mate. unde ſi poſtea nubat, tenebitur illas reſtituere, uel earum prætium, quātum ualeāt, ꝑut uoluit Io. de Imo. ff. ſolu. matr. l. penul. circa principium. Ex hoc dicens, ꝙ hæredes
14 uiri nō tenētur de rigore eā induere dictis ueſtibus, ſi nō uelint, licet ex honeſtate quadā aſtringant. Circa ꝙ dicēdum, eſt, ꝑut no. C. de infa. l. decreto. Vñ i caſu ꝑdicto ſi ipſe Io. nō teneba alimētare eā, ut quia ipſa habebat bona, ex quibus poterat ſe alimētare d. Franc. & tunc cum ipſe Io. fecerit dictas ueſtes eidē dominæ nō tenebit ipſas uel earum præcium reſtituere ſi ſint parui ualoris: ſed ſi ſint magni ualoris, ipſa trāſeunte ad ſcda uota tenebit reſtituere, cū uideanē factæ potius ad honorē, quā animo donandi, ut ſupra ad hoc quòd not. ff. de proba. l. cum de indebito. Quod uerum intelligo niſi
15 conſuetudo loci eſſet in cōtrarium, cum † ipſa conſuetudo attendenda ſit. ff. de legi. l. de quibus &. ff. de edil. edic. l. ꝙ ſi noli t. §. qui aſsidua. ipſa. n. conſuetudo iuri derogat, dūmodo ſit legitime ꝑſcripta,

prout

prout no. in d. l. de quibus. & de consuetu. cap. fin.
16 An † autem sint parui, uel magni ualoris, arbitrio iudicis relinquetur, qui hoc arbitrabit, pcipue attēta qualitate personarū, ad hoc q no. in simili. ff. qui satisdare cogan. in. l. si uero. §. qui pro rei qualitate & ff. de iudic. l. sed & si susceperit. §. 1. & C. vnde uir & vxor. auct. praeterea. & hoc voluit Ioan. de Imol. in d. l. penult. & hoc quando fuisset casus, in quo ipse Ioannes non tenebatur eam alimentare. Alias si fuisset casus, in quo ipse Ioannes tenebatur alimentare i ur, quia ipsa mulier non habebat unde se aleret, & dos fuisset in pecunia, iuxta no. ff. sol. mat. l. diuortio. & tunc, si tales uestes ita factae non fuissent magni ualoris, sed parui, & quodammodo quotidianae & pro alimentis debitis: & tunc nō tenebitur eas restituere, cū cedant loco alimentorum, prout uoluit ipse Ioan. de Imol. in d. l. pe. Sed si tales uestes non essent parui ualoris, sed magni, ita quod non fuissent quotidianae, sed potius pro honore uiri factae, & tunc tenebitur eas restituere, ex quo cessat causa propter quam fuerunt factae, transeundo ad secunda uota, prout uidetur uelle ipse Ioan. de Imo. in d. l. pe. licet ita clare non exprimat, pro quo facit quod si simili notatur de uestibus factis per ipsum uirum ipsi mulieri in l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bo. & ibi per Bar. & in l. filiae eius. C. fami. hærci. & ibi per Bar. & in l. cum te. C. de dona. ante nupt. & alias consului in terra Fabriani: Quod uerum intelligo, nisi cō suetudo esset in contrarium, prout supra plenius dictum fuit. Ita q, prout ex praedictis, patet, si staret cōsuetudo in loco. uel dictae uestes fuissent parui naloris, iudicis arbitrio, nō teneretur restituere, alias secus, ut patet per praedicta. Circa quartū quod est, nūquit possit repetere dictū annulū, & dictū libertiolū seu officiolū beatae Mariae. Circa qđ, & si uideatur prima facie dicendū, q d. Ioan. repetere potuerit & possit dictum libertiolum, & annulū: cū uideātur largiti d. dominae, nō eius contēplatione, sed contēplatione eius viri, ex quo dictus annulus largitus fuit per dictū extraneū inuitatum ad nuptias, & propter ipsas nuptias factas per ipsum Ioannem patrē eius uiri, seu eius uirum, & dictus libertiolus p fratrem ipsius uiri. Propter quae uidetur largiti contemplatione ipsius uiri. Vnde ad ipsum uirum uidentur pertinere prout uoluit Bart. in l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. Qui ita dicit se consuluisse de facto. Per quae uidetur quòd repeti possit per Ioan. ut auū & legitimū administratorē filiorū dicti uiri: cū, ut psupponitur, dictus uir decesserit superstitibus certis filiis, ar. dicti. §. in arrogato. Cōtrariū tamē † de
17 iure dicendū uidet, ut repeti nō possint ex pluribus. Et primo quia, prout mihi praesupponit, in dicta ciuitate Asculi fuit & est cōsuetudo donādi ipsi spōsæ p cōsanguineos spōsi, uel per eūtes ad nuptias, quo casu talia donata pertinēt ad ipsam mulierē, & haeredes eiusdem, prout uoluit Bal. C. de do. ante nup. in l. cū te. p id qđ habetur in l. cū plures. §. pe. ff. de adm. tut. & in l. 1. §. fi. ff. de tute. & rati. distra. Nō obstāte d. §. in arrogato. cū nō obstet, quia
18 † donatio ibi emanauit circa psonā subiectā, per quā iure potestatis cōsueuit arrogatori quaeri, qđ
19 † non est in muliere, quae quo ad acquirendum ex mera liberalitate, nō est subiecta uiro, ad hoc. l. sociū. qui in eo. §. fi. ff. p socio, prout uoluit Bal. in d. l. cum te. Quod ex alio deducitur, quia, & si non appareret de dicta consuetudine, tamen ex quo dictus uir dictae dom. Franciscae decessit, superstite d. dom. Francisca, non reuocata tali donatione, talis
20 † donatio facta p dictū extraneū, & per consanguineū ipsius uiri cōtemplatione u iri, uidetur morte ipsius uiri cōfirmata. C. de don. inter uir. & vxo. l. donationes, prout uoluit Io. de Imo. in d. §. in arro
21 gato. Ad idem & tertio facit, quia † cū nō solū dictus Annulus, sed etiā dictus Libertiolus cōuenirent ipsi mulieri, cū & scirent legere, ut psupponitur tūc dari uident cōtemplatione ipsius mulieris potius, quā cōtemplatione eius uiri, prout uoluit Ange. in d. §. in arrogato. pro quo etiam facit ff. de usu & habitatione. l. plenū. §. equitii. Quod tamen nō procedit sine dubio: cum contrariū uideat uelle Io. de Imo. in d. §. in arrogato. non solum in rebus donatis ipsi mulieri, indifferenter conuenientibus ipsi mulieri & uiro, sed in rebus coniunctibus tantū ipsi mulieri, cum ex hoc sequatur, q mens donantis fuerit, quòd res ipsae debeāt esse ipsius mulieris cum & ipse uir ornamenta cōcedat ipsi mulieri, vt ornatius uadat, nō quod uelit esse ipsius mulieris. l. si ut certo. §. interdum. ff. commodati. prout uoluit ipse Io. de Imo. in d. §. in arrogato. Cuius dictum forte procedit, & procedere posset, quando essent donatae res a consanguineis uiri non parui ualoris: alias si res parui ualoris, & tunc aliud esset, etiam si elargita fuissent per consanguineos uiri, & multomagis si per extraneos, cum extranei do
22 nare possint ipsi mulieri, imo & ipse uir, cum † donatio etiam facta per ipsum uirum de re modica seu parui ualoris, ualuisset & ualeret. ff. de don. int. uir. & uxo. l. ex animo. Quod & uoluit Bar. in d. §. sed nec castrense. & Bal. in l. filiae cuius. C. famil. hærcif. & in d. l. cum te. & clarius Io. de Imo. in
23 d. l. pen. §. 1. dicens etiam, quòd an † res sit magni ualoris uel parui relinquendū est arbitrio iudicis, inspectis qualitate, & conditione personarum, per id quod not. per glos. in l. sed & si susceperit. §. 1. ff. de iudi. & in d. auctén. praeterea unde uir & uxor. Ita quòd per haec dici potest, q dictus annulus & dictus libertiolus, maxime ex eo, quia sunt parui ualoris, attenta qualitate personae ut praesuponitur, pertinuerunt & spectuerunt, & pertinent & spectant ad dictam domin. Francisc. Vnde repeti non possunt per ipsum Ioannem, Nec obstantibus in contrarium adductis, cum non obstent ut patet per praedicta &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXXXVI.

PVnctus, Quidam Petrucius Petri de Gualdo constante matrimonio inter ipsum Petrucium ex vna, & dominam Matheolā de d. terra ex alia, habuit duos filios masculos, & vnā fœminā ex damnato coitu, videlicet spurios, uidelicet Ioann. ex do. Catherina, & Gasparem,

& Franciginam ex do. Magdalena. Decessit d. Petrucius superstitibus sibi dictis tribus filijs, & suo cōdito testamento, in quo eius hæredem instituit duendam extraneum. Item præsupponitur, q dictus Ioan. & Gaspar post mortem dicti eorum patris, decesserunt superstitibus eis certis filijs legitimis & naturalibus ex legitimis matrimonijs natis, singula singulis referendo. Demum ultimo loco decessit dicta Francigina post mortem suorum fratrum, superstitibus filijs legitimis & naturalibus ex d. Ioanne, & dicto Gaspare, & nullo alio consanguineo seu attinente. Queritur modo, quis succedat & succedere debeat in bonis, & hæreditate dictę Franciginę, an dicti filij dicti Gaspar. uel dicti Ioann. An ambo, Seu fiscus, exclusis dictis filiis dicti Io. & Gaspar. ex quo sunt affecti macula dictorū eorum parentum.

SVMMARIVM.

1. *Filij fratrum in ipsorum fratrum locum succedunt, adeo quòd excludunt a successione alios posteriores agnatos, & cognatos. Imo & ipsi, si fratres sint utrinque coniuncti succedunt vna cum parentibus, quantumcunque dicti filij ipsorum fratrum sint in tertio gradu.*
2. *Fiscus excluditur a successione, quousque superest aliquis ex agnatis, vel cognatis vsque ad decimum gradum hodie, vel etiam si superstit vxor.*
3. *Frater Spurius succedit sorori spuriæ, sicut & mater.*
4. *Filij legitimi & naturales nati ex fratre Spurio, & ex damnato coitu procreato, non succedunt eorum amitæ spuriæ, & natæ ex damnato coitu, sed succedit fiscus.*
5. *Spurius nominari non debet nec potest filius, & ideo ex latere paterno, & iure consanguinitatis, seu affinitatis nullum attinentem habet.*
6. *Spurius si decedat, eius hæreditas iure consanguinitatis, vel agnationis ad nullum pertinet, cum iure agnationis quod a patre oritur, ei nullus attineat.*
7. *Spurij, vel nati ex damnato coitu nulli succedūt, si de successione lineæ paterne collateralium, seu transuersalium tractetur.*
8. *Successio defertur ordine successiuo, & ideo si parens non possit succedere, multominus succedunt eius filij, cum successio ipsis post patrem deferatur, & per patrem coniungantur.*
9. *Spurij & nati ex damnato coitu non dicuntur habere aliquod participium legis, nec filij dici possunt: ita & econuerso, non possunt dici, nec uocari parentes illi, ex quibus nati sunt.*
10. *Spurij appellatione coniunctorum non comprehenduntur cum sint iuri incogniti.*
11. *Spurii non succedunt parentibus nec parentes, agnati, aut cognati ipsis, eadem ratione.*
12. *Bastardi non includunturin dispositione legali tacite, uel expresse.*
13. *Filii legitimi spuriorum non succedunt fratribus eorum parentum spuriis, nec id reperitur iure cautum.*
14. *Agnatio, cognatio seu proximitas si non detur hodie usque ad decimum gradum, non datur successio sed tunc locus est successioni fisci, nisi superstit uir, uel uxor uel collegium ipsius decedentis.*
15. *Consanguinitas, coniunctio, & proximitas. si tanquam radix & propago, est affecta uitio insuccessibilitatis, eodem modo erunt affecti ramusculi, ut patet in originali peccato.*
16. *Principium & origo ubi maculam habet, & uitio aliquo insuccessibilitatis effecta est, tota successio inde sequens eodem modo afficitur, & maculatur, nam ex illegitimo nascendi principio, & radice corrupta nulla potest esse consequentia legitima.*
17. *Fiscus succedit ei, qui neminem sibi usque ad decimum gradum attinentem decedens relinquit.*
18. *Intellectus aut. cessante, & auth. post fratres. C. de legi. hære.*
19. *Intellectus l. si Spurius. & l. hac parte, ff. unde cognati.*

CONSILIVM CXXXVI.

In nomine domini, Amen.

Et si videatur prima facie dicendum, q filij legitimi & naturales dictorum Gasp. & Io. fratrum dictæ Franciginæ succedāt & succedere debeat in bonis & hæreditate dictæ Franciginæ sororis dictorū Gaspa. & Io. cum † non existentibus fratribus succedant eorum filij in ipsorū locū, adeo q excludūt a successione alios posteriores agnatos & cognatos. C. de legit. hære. auct. cessante. & auct. post fratres. Imo & ipsi, si fratres sint vtrinq; coniuncti, succeduut una cū parentibus, quātumcunq; sint in tertio gradu filii ipsorū fratrum ut d. aucten. cessante. & C. ad Tertul. auct. defuncto. Vnde si excludūt alios cōsanguineos & cognatos posteriores, fortius excludūt & excludere debent ipsum fiscū, cū fiscus † excludatur ab ipsa successione, quousq; superfit aliquis ex agnatis uel cognatis, vsque ad decimum gradum hodie, prout uoluit gl. no. iustit. de success. cogn. §. fi. per id quod habetur in auct. de hære. quæ ab intest. §. 1. vbi plenius de hoc, de quo etiam in c. cum in officiis. de test. per Io. de Imo. in auct. de successio. ab intest. Quod uidetur procedere, ēt si d. Francigina fuerit spuria, cum & tunc pater † Spurius eidem succedat, sicut & mater. ff. unde cogna. l. hac parte & l. si Spurius. & prout habetur. C. de Orfic. l. si qua illustris. & per Cy. C. communia de succes. auct. itaque. Vnde si succedit frater Spurius, fortius succedere debent filii fratrū legitimi & ex legitimo matrimonio nati, vt d. auct. cessante. & auct. multomagis. C. de sacr. san. Eccle. Per quæ videtur dici & concludi posse, q dicti filij dictorū Gaspa. & Io. succedant & succedere debeant d. Francigine, excluso ipso fisco, cum ipse fiscus excludatur a successione, nō solum si superfit aliquis agnatis uel coguatus vsq; ad decimum gradum. ut d. §. j. sed ēt si superfit uxor. C. vñ uir & uxor. l. 1. uel collegium ipsius defuncti. C. de hære. decurio. p totum. Sed his † nō ob. cōtrarium de iure dicendum est, vt videlicet filii ipsorum Gasp. & Io. nō succedant d. Franciginæ, cū ipsi in nullo eidē attinuerint nec attineant:

tineant: nam & ipsi Gaspar & Ioan. non dicuntur, nec dici possunt filii Petrucii, vt in auct. qui. mo. natu. effi. sui. §. fin. & similiter d. do. Francigina non potest dici filia d. Petrucii, ex quo similiter fuit nata ex damnato coitu: Propter quod dici potest quod in nullo sibi attineant: vnde ipsi fratres si vixissent nō successissent ipsi Franciginæ, cū † ex latere paterno seu consanguinitatis seu affinitatis nullū attinentē habeat ipse spurius, ex quo nominari non debet nec potest filius. vt d. §. fi. Quod & clarius probatur, quia, prout est expressum in d. l. si Spurius. si Spurius † decedat intestatus iure consanguinitatis uel agnationis eius hæreditas ad nullum pertinet, cum iure agnationis nullus ei attineat, ex quo iura agnationis a patre oriuntur, prout est expressum in d. l. si Spurius. Vnde si nulli attinet iure agnationis uel consanguinitatis, quod ius a patre oritur, vt ibi: certe eius hæreditas non pertinuisset nec pertineret ad dictos eius fratres, cum coniungantur per patrem, & nō per matrem: ex quo omnes tres videlicet Fràcigina, Gasp. & Io. fuerunt nati ex eodem patre, sed nō ex eadem matre, vnde d. Gasp. & Io. d. Franciginæ iure consanguinitatis non attinuerunt nec attineant: propter quod eidem non succedunt. ut in d. l. si Spurius & istud voluit formaliter glos. fi. in d. l. hac parte. cum qua transeunt communiter doc. & hoc uoluit similiter Cy. in d. auct. itaque. dicens loquendo de ipsis Spurijs, quod si † tractetur de successione lineæ paternæ, & ipsi Spurii, vel nati ex damnato coitu nulli succedūt. vt in auct. qui. mod. natu. effi. sui. §. ulti. & d. l. si Spurius. Quod & locum habet cum tractatur de successione collateraliū seu transuersaliū, nā si nō sunt nati ex legit imo matrimónio, & tūc si sunt cōiuncti per patrē tantū, & nō succedunt. vt in auct. qui. mo. natu. effi. sui. §. fi. Ita quod per hæc dici & cōcludi potest, quod ipsi fratres si uixissent, nō successissent & succederēt in bonis & hæreditate d. Frāciginæ. Vnde & similiter multominus succedūt filii dictorū Gasp. & Ioan. quantūcunque sint nati ex legitimo matrimonio, nā si non successissent ipsi Gaspar & Ioan. ut supra patet: similiter & non succedunt eorum filii, cum † successio deferatur ordine successiuo. ff. de succes. edic. l. 1. & C. e. tit. l. 1. & 2. Vnde si eorū patres nō successissent, multominus succedūt filii ipsorū, cū successio deferatur ipsis post patrē, & per patres cōiunguntur, ad hoc d. auct. multomagis. & c. cū in cunctis. de elect. Pro quo etiam facit, quia dicti eorū patres dici nō possunt filii naturales d. Petrucii, nec aliquo † participiū legis habēt, ex quo sunt nati ex dānato coitu ut d. §. fi. & C. de incest. nup. auct. ex cōplexu. Vnde cum non habeant aliquod legis participium, nec dici possint filii, similiter & econuerso non possunt dici nec nocari parentes illis ex quibus nati sunt, ex iuris dispositione, ad hoc quod habetur. ff. de accepti. l. fin. C. de indic. nidui. l. fin. & consequenter ex iuris dispositione non possunt dici coniuncti. Vnde † appellatione coniunctorum non comprehenduntur ipsi spurii, prout consuluit Dy. secundum quod refert Bal. in l. id quod pauperibus. C. de Epis. & Cler. a iure enim incogniti fuit. ut d. §. fi. prout uoluit Bald. in l. etiam. C. ad l. Falci. Vnde cum ipsi spurii, non dicātur filii nec coniuncti, nec a iure cogniti, nec agnati nec cognati, ex quo ex damnato coitu sunt nati, ipsi † non succedunt parentibus, & similiter nec succedunt eisdem ipsi parentes, agnati & cognati eadem ratione. Pro quo etiam facit quod uoluit Bal. in l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substit. dicens, quod † bastardi non includuntur in dispositione legali tacite uel expresse, ad hoc quod not. per glo. in cle. unica. de Baptismo. Vnde cum non includantur bastardi, multominus includuntur nati ex damnato coitu, cum prorsus omni beneficio excludantur. C. de natur. lib. auct. licet. Vnde cum ipsi nati ex damnato coitu non includantur in dispositione legati, & sint prorsus omni beneficio iuris exclusi, ipsi non succedunt parentibus, nec parentes eis. Et similiter non succedunt agnati ipsorum spuriorum uel parentum ipsis spuriis: nec econuerso ipsi spurii ipsis agnatis. Quod ex alio demonstratur, quia † non reperitur hoc iure cautum, ut filii ipsorū spuriorū natorum ex damnato coitu succedant ipsis parentibus, & fratribus ipsorum parentum, maxime spuriis, imo potius reperitur contrarium. ut patet in d. auct. licet. & in d. §. fi. & in d. l. si spurius. ubi text. loquendo de ipsis spuriis, dicit, quod iure consanguinitatis vel agnationis ad nullū pertinet hæreditas ipsius spurii. Iure cōsanguinitatis uel agnationis dici nō potest quod ptineat ad d. filios Gaspa. & Io. cū si ad ipsos pertineret, pertineret iure agnationis & cōsanguinitatis, ex quo cōiuncti super p patrē. Vnde ad ipsos nō pertinet hæreditas d. do. Frāciginæ spuriæ prout ibi est expressū. Ad idē etiā facit, qa non data † agnatione uel cognatione, seu proximitate usq; ad septimū gradū. insti. de succes. cogna. §. fi. & hodie usque ad decimū gradū, prout uoluit gl. ibi, p id qd habetur in auct. de hære. quæ ab intesta. §. 1. nō datur successio, sed locus est successioni fisci: tūc fiscus succedit. C. de bonis uacā. l. 1. lib. x. nisi supersit uir uel uxor. C. unde uir. & vxor. l. vnica. uel collegium ipsius decedentis. C. de hæredi. decurio. l. 1. & per totū. Sed in casu prædicto nō datur aliqua agnatio vel cognatio. d. Fràcig. ex quo fuit & est nata ex dānato coitu, prout supra patet. Vnde dicti filii Gaspa. & Io. eidē nō succedunt nec aliquis alius descēdens ex ipsis, cū ipsi nō sint cognati, nec dici poss int agnati, ut supra patet. Vnde eidem non succedunt prædicti, sed potius fiscus, ex quo, ut præsupponitur, ipsa non habet uirum, nec aliquos ex ipsa legitime descēdētes. Vnde dici potest, quod ipsa decessit nō superstite aliquo agnato uel cognato, ex quo decessit tātū superstitibus d. filiis Gaspa. & Io. eidē prædicto modo cōiunctis. Imo plus dici potest, quod si daretur, qd fuisset aliqua cōsanguinitas, cōiunctio, seu proximitas inter d. Frāciginā, & dictos suos fratres spurios, ipsa cōsanguinitas cōiunctio seu proximitas fuit affecta uitio insuccessibilitatis, cū ijdē nō successissent nec succedere potuissent, ut supra dictum est. Vnde † si ipsa consanguinitas, coniunctio & proximitas, tanquam radix & propago est affecta dicto uitio, erunt eod. modo affecti ramusculi, ut patet in originali peccato, prout uoluit Bal. in l. fi. C. de uer. signi.

Y 3

16 sign. dicens etiam, quod † ubi principium & origo maculam habet, & uitio aliquo insuccesibilita tis affecta est, tota successio inde sequens eodem modo afficitur & maculatur. ut est text. in l. fin. C. de natu. lib. Vnde ex illegitimo nascendi principio & radice corrupta nulla potest esse cõsequentia legitima, ut ibi plenius per eum. Vnde cũ d. Gasp ar & Io. fuerint spurii nati ex damnato coitu, sicut & d. Francigina, ipsi affecti fuerunt uitio insuccessibilitatis, & nõ successissent si uixissent. similiter & non succedent eorũ filii, attẽtis rationibus prædi-
17 ctis. sed † erit locus successioni fisci: & ipse fiscus succederet ipsi Franciginæ, ex quo, ut præsupponi tur, ipsa decessit nõ superstite aliquo uiro, nec superstitibus aliquibus ex ea legitime descẽdẽtibus, sed tãtũ filiis d. Gasp. & Io. ut supra dictũ est. Nec
18 obstãt in cõtrariũ adducta nõ enim† ob. d. auct. cessante. & d. auct. post fratres. cũ nõ loquatur in spuriis, & filiis spuriorũ, sed in fratribus legitimis, & filiis fratrũ legitimis: quod non est in casu prædi-
19 cto, ut supra patet. Similiter nõ ob. † d. l. si spurius & d. l. hac parte. cum loquantur in matre, & coniunctis per matrem, ut admittantur ad successionem ipsorum spuriorum, sed non coniuncti per patrem, cum & ipsi non admittantur ad successionem, prout est in casu prædicto. Præterea dictæ leges non loquuntur de natis ex damnato coitu, sed de aliis, puta, de vulgo conceptis, prout & uoluit Spec. in tit. de success. ab intestat. uers. sed nunquid. super quo non insisto, cum non expediat, ex quo in casu prædicto tractatur de spuriis tantum coniunctis ex latere paterno, qui ad successionem adinuicem non admittuntur, nec succedunt etiam de iure fforum. ut d. l. si spurius. & similiter eorum filii non succedunt, prout supra dictum fuit Domi. Benedi.

THEMA CONSILII CXXXVII.

Punctus. Mortuus est quidam nomine Innocentius, & superstitibus sibi do. Pandulphina eius auia paterna, & Ioann. Anton. Salui eius auo materno, & Sancta vxore d. Ioan. auia materna, & Iacobo & fratribus, fratribus carnalibus Nicolai patris d. Innoc. & sic patruis ex parte matris tantum. Et filiis d. do. Pand. ex secundo matrimonio. Modo quæritur quis eorum huic Innocentio succedat, an, videlicet, dicti auus & auia materni, & auia paterna communiter, vigore statuti, & iuris communis: An vero dicti patrui soli, an cum dictis auijs, & quomodo, vigore statuti præferentis patruum matri: Quod non videtur, tum quia sumus in correctiuis, in quibus etiam a maioritate rationis non habet locum extensio, tum etiam quia statutum primo defert successionem auis quam patruis. Consilium petitur in fauorem aui & auię maternorum, & auiæ paternæ, exclusis dictis patruis in totum a successione. Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Auus & auia materni, & auia paterna vtrum præferatur patruus ex parte patris in successione nepotis ab intestato decedentis sine liberis stãte statuto, quòd in successione patruus præferatur matri. & alio statuto quòd successio primo deferatur auis quam patruis.*
2 *Si uinco uincentem te, multo fortius uinco te.*
3 *Statum si disponat, quòd stantibus agnatis mater non succedat, non succedet mater, nec auus maternus, imo & nec alii cognati, quantumcunque de eis alias mentionem non faciat: cum tale statutum habeat uim inclusiuam ipsorum agnatorum, propter quod alij excluduntur.*
4 *Statuto dictante, quòd filia fœmina non succedat, extantibus masculis, natus ex fœmina propter ipsum caput inclusiuum, etiam si fuerit masculus, non succedet, nã tunc cum vocentur ipsi masculi, cæteri videntur exclusi.*
5 *Cessante causa, seu ratione, cessare debet effectus.*
6 *Statuto disponente, quòd patruus excludat matrem ipse patruus videtur excludere etiam auiam eadem ratione.*
7 *Statutum præferens in successione nepotis, patruos matrĩ non intelligitur excludere auiam paternam, & auum, & auiam maternam, quando superessent: nec hoc casu loquus statutum censetur.*
8 *Casus a statuto omissus, remanet in dispositione iuris communis.*
9 *Exclusio a successione, est quædam exhæredatio legis, vel statuti, quæ non censetur facta, nisi de ipsa sit facta mentio, prout & dicitur de exhæredatione hominis.*
10 *Stante statuto, quod patruus excludat matrem, tamen nõ excludit amitam, vel sororem.*
11 *Statuto disponente, quòd agnati masculi succedant, & excludant matrem, non tamen ij excludent amitam, si mater non sit in medio, alias si mater sit in medio, amitam excludent, ex quo matrem excludunt, quæ est in priori gradu.*
12 *Statutum si disponat, quòd existente patruo non succedat auus maternus, nihilominus si non sit auus maternus, auia materna non succedet, ex quo de ea statutum non loquitur, nec includitur sub illo nomine masculino, Auus, cum in materia exorbitanti masculinum non concipiat fœmininum.*
13 *Statutum excludens fœminas, & deferens successionem masculis, licet ex parte ipsorum masculorum sit fauorabile, & extendatur, ita quòd de filio loquens extendatur ad nepotem: tamen quatenus excludit fœminas, cum sit odiosum, non extenditur, imo restringitur, adeo quòd si excludat filiam fœminam, non excludit nepotem ex filia.*
14 *Statutum vocans patruum exclusa matre a successione, licet respectu patrui admittendi, large capiatur, & recipiat largam interpretationem, & fauorabilem, tamen respectu matris & exclusorum non capitur large, sed strictè, ut solum comprehendat nominatos.*
15 *Intellectus eorum quæ scribit Barto. in l. 2. §. videndum. ff. ad*

ff. ad Tertullia. & an ea procedant sine dubitatione.

16 Exhæredatio legis non extenditur ad non nominatos, sicut nec extenditur exhæredatio hominis.

17 Regula iuris, si vinco vincentem te, multo fortius vinco te, procedit, quando est eadem ratio alias aliud est.

18 Argui non potest a ratione, quæ non apparet, & quæ in statuto non fuit expressa, secus si ratio scripta sit.

19 Extensio ex identitate vel maioritate rationis non fit in materia exorbitanti & correctiua.

20 Extensio an fiat in exorbitantibus & correctiuis.

21 Extensio fit in correctiuis, ex identitate rationis, si ratio sit scripta, secus si non sit scripta, vel expressa.

22 Statutum præferens patruum matri est exorbitans, & derogat iuri communi, nec extendendum est ad alios non nominatos, etiam si subesset eadem ratio.

23 Intellectus eorum quæ scribit Bal. in l. illam. C. de collatio. circa statutum excludens matrem, quod & auia censeatur exclusa. Et an ea procedant sine dubitatione.

CONSILIVM CXXXVII.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfato puncto, & contentis in eo, & in dictis statutis uideatur dicendum, quod 1 † dicta auia paterna, & dicti auus & auia materni de iure communi successerunt & succedunt d. Innocentio, succedendo dicta auia paterna pro medietate, & succedendo d. auis & auia materni a & materna pro alia medietate, put habetur. C. ad Tertullia. ant. defuncto. Immo & etiam attenta dispositione dictorum statutorum expresse disponentium, quod auia paterna succedat pro medietate, & auus & auia materni pro alia medietate, ut patet in uer. Si uero auia paterna & auus & auia materni: etiam exclusis paternis de iure communi, cum sint ipsæ auiæ & auus in potiori gradu, uidelicet, in secundo gradu, & patrui in tertio. C. de legi. hære. auth. cessante. & auth. post fratres. Tamen attenta dispositione dictorum statutorum ipsi patrui ad talem successionem uidentur admitti, & excludere ip- 2 sos auum & auias: nam † si vnico uincentem te, fortius uinco te, prout uoluit Bartol. ff. ad Tertulia. l. 2. §. uidendum & in l. de accessionibus. ff. de diuer. & tempora. præscrip. & in cap. auctoritate. de concessione præben. in. vi. Vnde dicebat Bartol. in dicto. §. uidendum, quod si statutum † disponit, quod 3 stantibus agnatis mater non succedat, quod nō succedet mater nec auus maternus, imo & nec alij cognati, quantumcunque de eis aliaa mentionem non faciat, cum tale statutum habeat vim inclusiuam ipsorum agnatorum, propter quod alis excluduntur, ut ibi plenius per eum. Ad idem etiam facit quod uoluit Bald. in l. maximum uitium. C. 4 de libe. præteri. ubi dicit, quod si statutum † disponit, quod filia fœmina stātibus masculis nō succedat, natus ex fœmina, propter ipsum caput inclusiuū, etiā si fuerit masculus, non succedet: nā cū tūc vocentur ipsi masculi, cæteri uidentur exclusi. Pro quo etiā facit, quia cum ratio, propter quā ipsa mater excluditur, & vocatur ipse patruus, sit ut cōseruetur Cippus domus, prout no. ff. de ven. inspi. l. 1. ad fi. ipsa ratio habet locum in ipsis patruis, & non 5 in ipsis auo & auis: vnde † cessante causa seu ratione cessare debet effectus, ad hoc quod no. C. de bo. mater. l. si auiā. & C. de reuoca. dona. l. his solis. & in c. si postquam. de rescrip. in 6. & ff. solu. mat. l. si vero. §. de uiro. Per quæ concluditur, quod dicti patrui succedāt. exclusis ipsis auo & auiis: & hoc uoluit Bal. in l. illam. C. de colla. ubi dicit, quod si statutum 6 † disponat, quòd patruus excludat matrem, & tunc excludat etiam auiam. Sed his non obst. contrariū de iure dicendum est, ut uidelicet eidem Innocentio successerint & succedāt dicta Pandulphina auia paterna, uidelicet pro medietate, & d. auus & auia materni pro alia medietate, exclusis d. Iacobo & fratribus, patruis dicti Innoc. & fratribus dicti Nicolai patris dicti Inno. ex parte matris: non solū de iure communi, prout est expressum in d. aut. defuncto. & in d. aut. cessante. & in d. ant. post fratres: sed etiam ex forma statuti positi in uersi. Si uero auia paterna. Quod sine dubio procederet, si non extaret statutum disponens de patruis, ut excludant matrē, præterquam a legitima, prout disponitur in d. ver. Si vero mater & patruus &c. Quod statutū, & si videatur obstare, tamen non ob. prædictæ decisioni, prout ex pluribus deducitur. Et primo, quia tale statutum de hoc casu non loquitur. Non enim 7 loquitur tale statutum † præferens patruos matri, quādo superessent auia paterna & auus & auia materni. vnde ad dictum casum non extenditur, & sic 8 casus † talis remanet in dispositione iuris communis. ff. de cond. ob. can. l. si extraneus. & ff. sol. ma. l. si cū dotem. circa princi. & l. si vero. §. de uiro. Qđ secundo demonstratur ex alio, quia si statuentes id voluissent expressissent. ff. de acqui. hære. l. si seruū. §. non dixit. & de deci. ca. ad audientiam. Ad idem 9 & tertio facit, quia † excludere ipsum auum & auias, quæ de iure succedunt, est quædam exhæredatio legis seu statuti, quæ non censetur facta, nisi de ipsis sit facta mentio, prout & dicitur in exhæredatione hominis. ff. de libe. & posthu. l. 1. & 2. & hoc uidetur esse de intentione Bald. in d. l. il- 10 lam. C. de colla. dicens, quod stante † statuto disponente, quod patruus excludat matrem, non tamen excludit amitam vel sororem, ut ibi plenius per eum. Vnde idem erit in casu prædicto, nā quantumcunq; in casu prædicto statutum excludat matrem propter patruum, non tamen excludit ipse patruus auum & ipsas auias, cum de eis non loquatur, & hoc similiter est de mente ipsius Bald. in l. si defunctus. C. de legit. hære. vbi similiter uoluit, 11 quòd stante statuto † disponente, quod agnati masculi excludant matrem, non tamen excludunt ipsam amitam, si mater non sit in medio, alias si mater sit in medio, tunc ipsi agnati excludunt ipsam amitam: ex quo excludunt ipsam matrem, quæ est in priori gradu, prout ipse Bald. ibi uidetur uelle. ut in l. si qua illustris. C. ad Orfic. Vnde in casu prædicto cum mater non sit in medio, ut præsupponitur, ipsi patrui non excludunt ipsos auum & auias, cum non solum mater, sed ipsi auus & auiæ sint in priori gradu, quam sint ipsi patrui. ut d. l. iurisconsultus. §. secundo gradu. & §. tertio gradu. Ad idem etiam facit quod ipse Bald. dixit. C. de

seruis fugi. l. quicunque. dicens, quod si statutum 12 † disponat, quod existẽte patruo nõ succedat auus maternus, nihilominus si nõ sit auus maternus, auia materna succederet: ex quo de ea statutum non loquitur, nec ipsa includitur sub illo masculino nomine: Auus. cum in hac materia exorbitanti masculinum non concipiat fœmininum, ut ibi plenius per eum. Per quæ videtur cõcludi posse, quod ad successionem dicti Innocentii admittantur ipsi auus & auiæ, uidelicet ipsa auia paterna pro medietate, & ipsi auus & auia materni pro alia medietate attenta dispositione iuris communis: cui per tale statutum, ex quo in hoc casu non prouidet, non derogatur, prout patet per prædicta. Nec tale statutum præferens patruum matri ad hunc casum extenditur, ex quo tale statutum exorbitat a iure communi, & est odiosum respectu exclusorum, & ex eorum parte, prout nota. ff. de liber. & posthu. l. cum quidam. & C. de in ius uoca. l. fin. & ibi per Bald. ubi dicit se consuluisse, quod stante 13 statuto † quod excludit fœminas, & defert successionem masculis, licet tale statutum ex parte ipsorum masculorum sit fauorabile & extendatur, ita quod de filio loquens extendatur ad nepotem, tamen quatenus excludit fœminas, cum sit odiosum, non extenditur, immo restringitur. Adeo quod si excludat fœminam, non excludit nepotem ex filia. Esto quod illa sit fortior ratio, & hoc idem uoluit ipse Bald. in l. maximum uitium. C. de libe. præteri. licet non ita loquatur. Ex quibus patet non obstare, quòd dicitur de ipso statuto excludente matrem propter patruum, vt vigore dicti statuti excludatur non solum mater, sed auus & auiæ, non ex capite exclusiuo sed inclusiuo. ex quo ipsa hæreditas defertur ipsi patruo exclusa ipsa matre: Quia 14 licet † tale statutum respectu ipsius patrui admittendi large capiatur, & recipiat largam interpretationem & fauorabilem, tamen respectu ipsius matris & exclusorum, & eorum parte non capitur large, sed stricte, ut solum comprehendat nominatos, prout uoluit Bald. in dictis iuribus. Vnde licet patrui excludant matrem, tamen non excludunt ipsos auum & auias, matre non existente, prout patet per prædicta. Quibus non obstant in 15 contrarium adducta. Non enim ob. † quod voluit Bar. in d. §. videndum: cum loquatur in aliis terminis; loquitur enim ibi quando statutum disponeret, quod stantibus agnatis mater non succedat, cum & tunc non solum mater sed alius cognatus, vt auus maternus, & alij inferioris gradus, excludantur: quod non est in casu prædicto, in quo si ita large intelligeretur, excluderentur illi, qui sunt in eodem & pari gradu, prout est auia paterna, quæ attenta dispositione statuti admittitur ad successionem una cum matre, prout disponitur in ipso statuto in d. uersicu. si uero tantùm auia paterna & mater. defuncti supersint. Quod non est in casu de quo loquitur Bart. prout patet ex eius dictis. Immo & in terminis ipsius Bartol. eius dictum non procedit sine dubitatione, cum contrarium uoluerit Bald. per plures rationes in d. l. illam. Et maxi- 16 me ex eo, quia † exhæredatio legis non extenditur ad non nominatos, sicut nec extenditur exhæredatio hominis. ut d. l. 1. & 2. ff. de libe. & posthu. & quia statutum hoc casu non loquitur. unde & nec nos. ut d. l. illam. & d. §. non dixit. & d. c. ad audientiam. ut plenius per ipsum Bal. ibi. Nec ob. si dicatur, quod si vinco vincentem te, ergo uinco te. prout voluit Bart. in d. §. uidendum. in d. l. de accessio- 17 nibus. & d. c. auctoritate. Quia illud † habet locum quando esset eadẽ ratio, alias aliud esset prout uoluit Bar. in d. l. de accessionibus. auth. licet. C. de natu. libe. Vnde in casu prædicto, cum non supersit dicta mater, non potest dici, quod ipsi patrui vincant patruum & auias. Esto quòd aliud esset, si mater superesset, prout uoluit Bal. in d. l. si defunctus. Vnde non ob. quòd in cõtrarium tertio allegatur & adducitur dicendo, quod id uidetur fuisse & esse de mente ipsius statuti, quod emanauit ad 18 conseruationem cippi domus. Quia † primo de hac ratione non apparet, nec fuit in dicto statuto expressa, unde ex ea argui non potest, prout ex ratione scripta, prout habetur in auth. quas actiones. C. de sacrosan. Eccle. & in clemen. 1. de electi. 19 Præterea † in materia exorbitanti & correctiua, prout est ista, non fit extensio ex identitate rationis, uel maioritate, prout nota. in regula. quæ a iure. in 6. & in c. constitutionem. de regula. eo. lib. & in l. præcipimus. C. de appel. & per glo. & doct. in l. tam his. §. 1. ff. de dona. causa mor. & in d. auth. quas actiones. & in cle. auditor. de rescrip. & per Bal. in d. l. illam. & in d. l. quicunque. Per quæ patet quod non sit extensio ad casum non comprehensum in materia exorbitanti & correctiua, etiam si subsit maioritas rationis, prout uoluit Io. de Imo. 20 in d. §. de uiro, in eius repetitione. vbi tractat † an fiat extensio in exorbitantibus & correctiuis: & hoc etiam ipse uoluit in d. cle. 1. de elec. & hoc etiam uoluit Bal. in d. auth. quas actiones. vbi di- 21 cit, quòd licet † ex ratione scripta fiat extensio in correctiuis ex identitate rationis: tamen secus est, quando ratio non est expressa, vt scripta. Vnde in casu prædicto, cum non sit in statuto expressa 22 aliqua ratio, & tale † statutum præferens ipsum patruum ipsi matri, sit exorbitans, & deroget iuri communi, non fiet extensio nec erit extendendum ad ipsos auum & auiam, ex quo de eis non loquitur, etiam si subesset eadem ratio, ut patet per præ- 23 dicta. Nec obst. quod in contrarium † adducitur de eo, quòd uoluit Bald. in d. l. illam dicens, quòd statutum excludens matrem, non excludit sororem, & tamen excludit auiam, quia uenit per matrem representando eam, & fortior ratio est in excludendo auiam, quam matrem, quòd & uoluit similiter in statuto excludente filiam, ut excludat neptem ex ea, cum ratio statuti hoc patiatur, prout ipse Bald. dicit in l. fin. C. de in ius uoca. Nam dici potest, quòd talia dicta Bald. non procedant sine dubitatione, si ratio in statuto non sit expressa, cum in exorbitantibus & correctiuis non fiat extensio ex maioritate rationis, prout uoluit glos. in d. authentic. quas actiones. quam Bald. ibi uidetur sequi, & prout nota. in l. his solis. C. de reuo. dona. Ioann. de Imol. in d. §. de uiro. & clarius in d. clemen. 1. de elec. & prout supradictum fuit. Præterea si dictum Bal. procederet, forte pro-

cedit

tedit quando superest mater, cum aliud sit ea mortua, pront uidetur uelle in d.l.si defunctus. Et si p cederet eius dictum, locum haberet quo ad auiam maternam, non quo ad auiam paternam, cum non ueniat per matrem repræsentando eam. Ita quod per hæc dici potest, quod cum in contrarium adducta non obstent, concluditur & concludi potest, quod dicto Innocentio succedant dicti auus & auiæ, uidelicet auia paterna pro medietate, & auus & auia materna pro alia medietate, prout supradictum fuit.

THEMA CONSILII CXXXVIII.

Punctus, Sunt quatuor sorores, quarum tres sunt coniunctę ex vtroque parente. Quarta vero coniuncta ex latere matris tantum: Decesserunt ab intestato tres coniunctę ex utroque parente, superstite quarta sorore ex latere matris tantum, & superstite matre communi, & auo materno, & superstitibus patruis carnalibus dictarum trium sororum defunctarum. Iter dictam sororem ex parte matris, matrem, & auum maternum, & patruos orta est differentia: quia uterque dicit hæreditatem dictarum sororum defunctarum pertinere ad se. Quæritur quid iuris super infrascripto statuto, in rubri. quod mulier non habeat legitimam filiorum. Item statuimus & ordinamus quòd nulla mulier possit petere, uel habere aliquam legitimam, vel portionem bonorum alicuius ex suis filiis, uel filiabus, quo ad uixerit aliquis filius vel filia ipsius mulieris, qui uel quæ sit frater vel soror carnalis ipsius sui filij decedentis, ex testamento vel ab intestato, uel aliquis filius uel filia uuus uel plures ipsorum fratrum uel sororum, sed habere possint & debeant dictę mulieres relicta eis facta per filios siue filias earum, statuto siue ordinamento alio in contrarium loquente, non obstante.

SVMMARIVM.

1 *Mater de iure communi filio succedit, excluso auo materno, cum sit in priori gradu, & exclusa sorore vterina, ac etiam ipsis patruis.*
2 *Soror vterina an excludat matrem a successione filiæ, stante statuto præferente sororem carnalem ipsi matri.*
3 *Casus & persona a statuto non nominatæ remanent in dispositione iuris communis, & ei standum est.*
4 *Soror carnalis dicitur, quæ est ex eodem sanguine.*
5 *Soror carnalis secundum communem vsum loquendi appellatur soror consanguinea.*

CONSILIVM CXXXVIII.

In nomine domini, Amen.

1 Si statutum tale non foret, sine † dubium mater ipsa succederet, excluso ipso auo materno, cum sit in priori gradu. ut C. ad Tertul. auth. defuncto. & in authē. de hæredi. quæ ab intesta. in §. hæc quidē. & hoc uoluit gl. in d. auth. defuncto & Bal. post eā: exclusa ipsa sorore uterina, ut patet in d. auth. defuncto. & in d. auth. cessante. C. de suis & legiti. & ī d. §. hæc quidē. Et similiter exclusis ipsis patruis, prout patet in dictis iuribus. Sed cū subsistat tale statutū, dubitatio cadit, an † ipsa soror dictā matrem 2 excludat: quod uidetur prima facie dicendum, ex quo statutum disponit non solum de fratre, sed etiam de sorore, ut excludat ipsam mulierem: vnde cum subsistat ipsa soror, uidetur excludi ipsa mater quousque viuat, etiam in legitima: attenta dispositione dicti statuti præferente sororem ipsi matri. Esto quod aliud esset de iure communi, prout patet in iuribus supra allegatis. Sed hoc non obstā te contrarium de iure dicendum est, quòd ipsa mater succedat, ex clusis ipsis auo & patruis, cum † de 3 ipsis statutum non facit mentionem, vnde standum est iuri cōmuni, pront nota. ff. solu. matri. l. si cum dotem. in princi. & ff. de libe. & posthu. l. cōmodissime. & C. de noxa. l. si serui. & de consuetu. c. cum dilectus. Et e tiā exclusa ipsa sorore, cum statutum non loquatur de ipsa sorore, sed de sorore carnali, ut patet ex uerbis illis: Qui vel q̄ sit frater uel soror carnalis ipsius sui filii. qualis non est dicta soror, cum † non sit carnalis, ex quo non est ex eodē san- 4 guine, prout uideatur requiri, ut dicatur carnalis, prout habetur. ff. de suis & legitimis. l. 1. §. fi. ad hoc etiam quod notatur. C. de legiti. hæredi. l. consanguinitatis. & instit. de legiti. agna. succes. §. nos, uerū. quare enim. ibi, eodemque gradu naturali. C. communia de successio. auth. itaque. & ut nota. ibi. & ff. unde cogna. l. si Spurius. Vnde cum dicta soror non fuerit nec sit carnalis, & maxime attento cōmuni vsu loquendi, secundum † quem soror 5 carnalis appellatur soror consanguinea, seu ex latere paterno, qui considerari debet. ut ff. de lega. 3. l. librorum. §. quod tamen Cassius. non comprehenditur in ipso statuto. Vnde non excludit matrem a successione dicti filii, cum standum sit dispositioni iuris communis, prout supra dictum fuit &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXXXIX.

Punctus, Quidam dominicus Cole de Villa Collis Forcelle districtus Castri suum vltimū condidit testamentum. In quo, inter cætera indicauit & reliquit dominæ Margaretæ eius vxori sedē & habitationē domus dicti testatoris in Villa Collis Forcellę. Item reliquit dictam Margaretam eius vxorem dominam

Massa-

Maſſariam, & uſusfructuariam omnium bonorum ipſius teſtatoris, dum uitam uidualẽ ſeruare uoluerit in domo ipſius teſtatoris, abſque contradictione infraſcripti ſui hæredis. Et caſu quo infraſcriptus eius hæres contradiceret dictæ Margaretæ in vſufructu bonorum dicti teſtatoris, modo prædicto, qđ cadat a dicta hereditate dicti teſtatoris, In omnibus autẽ alijs ſuis bonis heredem instituit Angelum Cole eius fratrem &c. Modo preſupponitur quòd dicta ipſa Margareta noluit habitare in dicta domo dicti teſtatoris, imo ab ipſa domo receſſit ſtatim poſt mortem, ſed habitauit & habitat extra domum predictam, habitãs familiariter in quadam domo ſui propinqui familiariter, ſeruãdo uitam uidualem, & retinendo uſumfructum dictorum bonorum abſque uoluntate heredis, non præſtita aliqua idonea cautione. Quæritur, utrum Angelus Cole, qui eſt heres uniuerſalis, teneatur permittere eam uſusfructuare uſumfructum dictę hæreditatis, ex quo ipſa domina Margareta non vult habitare in dicta domo, an uero priuetur ipſo vſufructu, & maxime pro tempore quo non ſtetit.

SVMMARIVM.

1 *Vxor a viro in teſtamento relicta vſusfructuaria omniũ bonorum, extantibus filijs, debet habere tantum alimenta & non vſumfructum ex conſuetudine Bulgari, ſecus ſi filij non extent.*

2 *Vſusfructuarius, cui relictus eſt bonorum vſusfructus, & quòd illum debeat habere ſine contradictione hæredis, videtur quod dictum vſumfructum habere debeat, licet non præſtiterit cautionem de vtendo, et fruendo arbitrio boni viri, cum hæres videatur prohibitus dictam cautionem ab eo exigere.*

3 *Vſusfructus bonorum vxori relictus dum vitam viduale, & honeſtam ſeruare voluerit in domo teſtatoris, ei non debetur, ſi in aliena domo vitam vidualem ſeruet.*

4 *Conditio ſiue modus debet impleri in forma.*

5 *Conditione non adimpleta, relictum ſub ea factum quis conſequi non poteſt.*

6 *Dictio, Dum, inducit conditionem, quemadmodum & dictio Cum, dictio Dum, exponatur, pro, Cum, idem etiam inducit dictio. Si.*

7 *Dictio, dum, quandoque inducit modum, prout facit & dictio, dummodo.*

8 *Modum non adimplens priuatur relicto facto ſub ipſo modo.*

9 *Vſufructuarius non præſtans cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, ipſum vſumfructum non conſequitur: et ſi illum propria authoritate occupet, fructus ſuos non facit, quod procedit etiam ſi teſtator prohibuiſſet eam præſtari.*

10 *Cautio legatariorum remitti poteſt.*

CONSILIVM CXXXIX.

In nomine domini, Amen.

Et ſi viſo, & conſiderato præfato, uideatur dicendum, quòd ipſa domina Margareta debeat habere dictum uſumfructum, ex quo teſtator eidem reliquit, relinquendo, ipſam dominam, Maſſariam, & uſusfructuarium omnium bonorum ſuorum, cum eius uoluntas pro lege ſit ſeruanda. ut in authent. de nup. §. diſponat, & non † ſuperſint filii, quorum 1 fauore inductum eſt ex conſuetudine Bulgari, ut debea alimenta in domo, prout per prius habebat, & non uſumfructum, cum ſecus ſit non extantibus ipſis filiis, cum tunc debeat habere uſumfructum, prout teſtator diſpoſuit, prout no. ff. de leg. 2. in l. Titia. §. Titia, & C. ſi ſecun. nupt. l. vnica & auth. quòd locum. Quod & uidetur procedere, 2 quantumcunque † non præſtiterit cautionem de utendo & fruendo: ex quo teſtator ipſe diſpoſuit ita, ut debeat habere abſque contradictione hæredis: imo & ſi contradiceret cadat ipſe hæres ab hæreditas dicti teſtatoris, prout in dicto teſtamento diſponitur: Propter quòd uidetur prohibere ipſi hæredi, ut ipſam cautionem non exigat, prout & uidetur facere, ut dict. §. diſponat. & C. ut in poſſeſ. legato, l. ſcire. Per quæ uidetur, quòd dicta domina Margareta habere debeat dictum uſumfru- 3 ctum. His tamen non obſt. contrarium † de iure dicendum eſt, ut dictum uſumfructum habere non, debeat ex pluribus. Et primo quia ipſe teſtator non ſimpliciter relinquit ipſam dominam Maſſariam, & uſusfructuariam omnium bonorum ipſius teſtatoris, ſed ſub conditione ſeu modo, uidelicet, dum uitam uidualem & honoſtam ſeruare uoluerit in domo dicti teſtatoris, Vnde cum, ut præſupponitur, non ſeruauerit nec ſeruet uitam uidualẽ & honeſtam in domo dicti teſtatoris, non adimplet dictam conditionem, ſeu modum in dicto re- 4 licto appoſitum, prout † formaliter adimplere debet. ff. de conditio. & demonſtratio. l. qui hæredi. Et non ſolum non adimplet dictam conditionem ſeu modum ſed adimplere non vult. Imo & nec ſeruare uoluit aut vult, ex quo in aliena domo habitauit & habitauerat, quantumcunque ducat uitam vidualem in aliena domo, ita enim in domo aliena habitando colligitur eius uoluntas. ff. de ſuppel. lega. l. Labeo. & eius diſpoſitio, ut non uelit in dicta domo uitam uidualem ducere, prout teſtator diſpoſuit, ad hoc quòd nota. ff. de leg. 1. l. ſerui electio 5 ne. de uerbo Nolo. Vnde † cum non impleuerit nec impleat dictam conditionem, non debet dictũ relictum conſequi, ſed conditio impleri debet in forma. l. qui hæredi. ff. de conditio. & demonſtra- 6 tio. dicto enim Dum † inducit conditionem, pront & dici poteſt quòd inducat cum, dictio Dum, exponatur pro, cum, prout uoluit Archi. xxj. unde inducit conditionem, ſicut & dictio, Si, prout nota. ff. de conditio. & demonſtratio. l. 1. & ibi per 7 Bar. imo † & ſi induceret modum, prout quandoque inducit, prout nota. C. de lega. in l. 1. & Bar. in d. l. 1. prout & facit dictio, Dommodo, ſecundum

quod

quod nota.ff.de contrahen.em.l.cum ob eo: idem 8 esset, cum † non adimplendo modum, priuari debeat tali relicto, quousque non adimplet. ff. de cõditio.& demonstratio.l. quibus dicbus. §. Termilius.& vt ibi plenius nota. Vnde dicta domina Margareta, es quo non seruauit nec seruat ipsam conditionem, nec seruare vult, non habitando in dicta domo, non consequetur nec consequi debebit ipsum usumfructum quosque non vult ducere vitam vidualem in dicta domo, & eam non ducat. Quod 9 & secundo deducitur ex alio, quia † prout præsupponitur, ipsa non præstitit cautionem de utendo & fruendo ipso vsufructu arbitrio boni uiri, prout præstare debet. ff. usufru. quemadm. cau.l. 1. & per totum: & C. de usufruct.l. 1.& c. fin. de pigno. In tantum, quod si occupet ipsum usumfructum sua authoritate, non per manus ipsius hæredis, nõ facit fructus suos, prout no. in d.l. 1. & ibi per Bal. Quod procedit etiam si testator prohibuisset eam 10 præstare: ut d.l. 1. C. de usufr. Esto † quòd aliud sit in cautione legatariorum, cum possit remitti. ut d.l. scire. vbi plenius de hoc. Ita quòd per hæc dici & concludi potest, quod dicta domina Margareta dictum usumfructum habere non debeat, sed potius debeatur dicto hæredi: & si habuit, & debet restituere, ex quo adimpleuit nec adimplet dictam conditionem seu modum, & ipsam cautionem non præstitit, nec præstat. Non obstantibus in contrarium adductis, cũ non obstent, prout patet ex prædictis. Dom. Ben.

THEMA CONSILII CXL.

PVnctus, Quædam domina Helena vxor fuit cuiusdam Euangelistæ de Tuderto, & ex eo habuit unum filium. Deinde decessit dictus Euangelista, superstite eius uxore, & dicto filio. Deinde dicta domina transiuit ad secunda uota, Et de secundo uiro habuit quatuor filios. Postmodum decessit d. Helena superstitibus dictis suis filiis ex primo & secundo matrimonio natis. Successiue mortuus est filius ex primo matrimonio natus, qui hæreditatem dictæ suę matris non adiuit, condito tamen per eum testamẽto, in quo quendam suum consanguineum hæredem instituit, & erat ætatis tempore suæ mortis, & dicti conditi testamenti, annorum 24. Nunc uero dictus hæres quærens habere partem hæreditatis dictæ dom. Helenæ matris dicti testatoris, petiit in integrum restitutionem ad adeundum dictam hæreditatem: quæritur nũ quid possit.

SVMMARIVM.

1 *Filius primi matrimonij hæreditatem maternam non aditam non transmittit ad suum hæredem mero iure, licet aliud sit in hæreditate paterna, quam non aditam iure suitatis transmittit.*

2 *Filius utrum transmittat ad eius hæredem beneficium restitutionis in integrum aduersus hæreditatem non aditam: & quando incipiat tale beneficium competere.*

3 *Restitutionis in integrum aduersus hæreditatem non aditam, beneficium hodie infra quadriennium competit.*

4 *Tempus quadriennium, quod datur ad petendum restitutionem in integrum aduersus hæreditatem non aditam incipit currere maiori 25. annis a die adita hæreditatis, vel agnitæ bonorum possessionis, nisi ipsam aditionem maitiose, fraudulenter, & dolose distulerit, cum tunc currat sibi tempus a die, quo ita distulit, perinde ac si adiuisset.*

5 *Dolus & fraus probatur ex indicijs, & coniecturis.*

CONSILIVM CXL.

In nomine domini, Amen.

Pro præfati puncti declaratione, plura uidenda sunt. Et primo, cum, ut præsupponitur, ipse filius primi matrimonii decesserit non adita hæreditate, an transmiserit ius adeundi ad dictum suum cõsanguineum hæredem institutum. Et in hoc dicen 1 dum est, quod † ipse filius primi matrimonii ipsam hæreditatem maternam non aditam non transmittit ad dictum eius consanguineum hæredem institutum mero iure. C. de iure deliberan.l. quoniam, & prout not. C. de his qui ante apert. tabu.l. unica. Esto, quòd aliud sit in hæreditate paterna, quam non aditam iure suitatis transmittit, prout not. in d.l. unica. & C. de suis & leg.l. apud hostes. Sed licet ipsam hæreditatem non aditam non transmit- 2 tat. Tamen an † transmittat beneficium restitutionis in integrum dubium est, Quia licet ipse filius fuerit minor, tamen ipse non fuit læsus propter minoritatem, cũ potuerit adire quousque uixit: propter quòd beneficium restitutionis in integrum ratione minoris ætatis non transmittit. Sed licet non censeatur læsus ex ipsa minori ætate iuncta cum morte, propter quod causatur beneficium restitutionis in integrum ex quadam æquitate, ex generali clausula, de qua. ff. ex quib. cau. maio.l. 1. in fin. Et tale beneficium transmittitur ad ipsum hæredem, adeo quòd eius hæres potest beneficium restitutionis in integrum implorare aduersus hæreditatem non aditam ex ipsa clausula generali, prout uolnit Iacob. Butrig. & Iacob. de Aren. ff. de re. du. in l. qui duos. & C. de restitu. mili.l. 1. & Ioann. And. in c. in præsentia. de probatio. & Bartol. in l. Pantonius. ff. de acquiren. hæred. & Ioan. de Imo. ibi. & ita communiter tenetur. Vnde potuit d. consanguineus hæres institutus ipsam restitutionem petere. Sed tunc cadit dubitatio, a quo tempore incipiat sibi beneficium restitutionis in integrum 3 competere, cum † ad tale beneficium restitutionis in integrum detur hodie quadriennium. C. de tem po. restitu. in integrum. l. superuacuam. Et circa 4 hoc dicendum est, quòd † tempus incipit currere ipsi consanguineo maiori 25. annis, a die aditæ hæreditatis, vel agnitæ bonorum possessionis. C. de tempo.

tempo. restitutio. in integrum, l. ea quæ. uer. quod si maiori. Quod verum est, nisi maior ipsam aditionem hæreditatis malitiosæ fraudulenter & dolosæ distulerit. cum tunc currat sibi tempus a die, qua ita distulerit, perinde ac si adiuisset, C. de his qui, ut indign. l. cum Syllanianum, prout uoluit Bald. post Cin. & Barto. in d. l. ea quæ. Vnde cum in casu prædicto dictus cõsanguineus hæres institutus in adeundo hæreditatem morosus fuerit, & ipsam aditionem distulerit fraudulenter & dolosæ, ut præ supponitur, non poterit ipsam restitutionem in integrum petere, si elapsum sit quadriennium a tempore aditæ hæreditatis, uel a tempore, quo ita fraudulenter & dolosæ distulerit per prædicta iura. De ipsa autem fraude & dolo apparere poterit ex coniecturis, cum† ex ipsis indiciis, & coniecturis probetur dolus, & fraus, prout habetur. C. de dolo. in l. dolo. & prout notatur in cap. 2. de renuncia. in 6. Domi. Bened.

THEMA CONSILII CXLI.

Punctus. Antonius de Assisio cõdidit testamentum, in quo Bernardinum eius filium infantẽ instituit atque fecit hæredem. Et si dictus Bernardinus decesserit quandocunque sine filiis, substituit sibi dominam Margaretam matrẽ dicti testatoris, & Petrum & Philippum fratres dicti testatoris: Qui Petrus & dom. Margareta decesserunt ante mortem d. Bernardini: Et postea domina Nicolosa mater dicti Bernardini, cum consensu Francisci eius patris fecit testamentum, in quo dictum Bernardinum instituit hæredem. Et si dictus Bernardi. decesserit sine filiis, substituit Franciscum eius auum maternum. Qui Bernardinus in infantili ætate decessit infra annum, post mortem dictæ suæ matris, & dicti sui patris, superstite sibi dicto Francisco eius auo materno, & Philippo eius patruo. Quæritur modo, quis in bonis paternis succedat, & quis in bonis maternis ex dicto testamento, & ab intestato, casu quo testamentum mater num non ualeret.

SVMMARIVM.

1 *Proximior in gradu ab intestato cæteris in successione præfertur.*

2 *Substitutio facta per verba communia, vt est verbũ, substituo, non videtur esse directa, sed fideicommissaria: maxime quando mater est in medio, vel alia persona veniens ab intestato.*

3 *Substitutio facta pupillo per verba communia, iure directo infra pupillarem ætatem ualebit, & postea iure fideicommissi, quòd procedit non solum si substitutio fuerit facta per uerba directa non ciuilia, ut est verbum, moriatur, sed etiam si sit facta per uerba communia.*

4 *Substitutio in dubio interpretanda est directa, si conueniat personæ, & uerbis.*

5 *Substitutio pupillaris trahitur non solum ad bona ipsius testatoris pupillo obuenta, sed etiam ad bona ad eum undecunque peruenta, & sic ad bona materna, etiam si mater decedat condito testamento, dummodo in potestate patris fuerit, cum tunc testari non potuerit.*

6 *Mulier nupta habens patrem censetur esse in potestate patris, & ideo testari non potest.*

7 *Filius in potestate patris constitutus non solum non potest testari de peculio profectio, sed nec etiam de peculio aduentitio, etiam si patri non quæratur vsusfructus.*

8 *Filius in potestate patris existens etiam patre permittente, & consentiente testari non potest, cum ipsa factio testamenti non possit pendere ex permissione alterius etiam patris.*

CONSILIVM CXLI.

In nomine domini, Amen.

Et si viso, & considerato præfato puncto, & contento in eo uideatur dicendum, quòd dictus Franciscus auus maternus successerit & succedat dicto Bernardino ab intestato, excluso dicto Philippo eius patruo, cum dictus patruus sit in priori & potiori gradu, cum sit in secundo gradu, & dictus Philippus in tertio. ff. de gradi. l. Iurisconsultus. §. se-1 cundo gradu. & §. tertio gradu. Propter† quòd uidetur, quòd in successione ab intestato sit præferendus, & cum sit proximior in gradu dictus auus, videtur ad successionem admittendus excluso d. Patruo. ff. de success. edic. l. 1. §. nunc videndum. Vnde ipse auus uidetur præferendus ipsi patruo, ad hoc quòd habetur. C. ad Tertul. authen. defuncto. & C. de legi. hære. authen. post fratres, fratrumque filios. Quod videtur procedere quantumcunque ipse pater testando instituerit dictum Bernardinum hæredem, & eidem, substituerit Margaretam matrem dicti testatoris. Petrum & Philippum eius 2 fratres, cum† talis substitutio non uideatur esse directa, imo potius fideicommissaria, ex quo est facta per uerba communia, prout est uerbum, substituo, cum tunc omni tempore sit fideicommissaria, & sic etiam ultra pupillarem ætatem, prout & tenuit gloss. in l. Centurio. ff. de uulga. & pupill. & in l. precibus. C. de impu. & aliis substitu. & in c. Raynucius. in uerbo, uel substituens. de test. & in c. si pater. eod. titu. in 6. in uerbo. absque deductione, & hanc opin. sequitur Innocen. & Hostien. in d. c. Raynucius. & Arch. in d. cap. si pater. & si etiam se quuntur communiter Canon. quam & communiter sequuntur Legistæ, cum eam sequantur Azon. in sum. de impu. & aliis substi. Dyn. & Rayn. & Iacob. de Beluis. in d. l. centurio vbi Bald. eam sequitur. & in l. iam hoc iure. ff. de uulga. & pupil. in d. l. precibus, Quod præcipue videtur procedere, quãdo mater erat in medio, uel alia persona ueniẽs ab intestato, prout uoluit Barto. in d. l. centurio. & in d. l. precibus. prout uidetur esse in casu prædicto, cum sit auus maternus ut in puncto præsupponitur. Per quæ uidetur, quòd dictus auus ab intesta

to successerit & succedat dicto Bernardino, & ipse teneatur restituere dicto Philippo substituto hæreditatem maternam, ex quo non superest dicta mater testatoris, neque eius fratres substituti, nam cũ decesserit ante mortem dicti Bernar. talis substitutio quoad ipsam matrem & ipsum fratrem effecta fuit caduca, & accreuit ipsi Philippo, ad hoc quòd habetur. C. de cadu. tolle. l. vnica. §. sin autem sub cõditione. Sed his non obstantibus contrarium de iure dicendum est, vt talis substitutio ita facta, quantumcunque sit facta per uerba communia, & super

3 sit ipse auus maternus, nihilominus † erit directa, & valebit iure directo infra pupillarem ætatem, & post, iure fideicommissi. & hoc uoluit glo. singularis. instit. de pupil. substitutio. in §. qua ratione. Iacob. de Are. Cy. in d. l. precibus. dicens ita se consuluisse. & hanc opinio sequitur Ioan. And. in d. c. si pater. in nouel. Et hæc opinio. uerior est, cũ probetur per text. d. c. si pater. põderata præcipue eius ratione, ibi enim & si fuerit facta substitutio ipsi filio impuberi, ualet illa substitutio infra pupillarẽ ætatem ut directa, quantumcunque mater sit in medio. Quod videtur procedere non solum si substitutio sit facta per uerba directa non ciuilia, vt fuit facta ibi, cum fuerit facta per uerbum, moriatur, sed si etiam sit facta per uerba communia, considerata

4 ratione in tex. apposita, cum † in dubio interpretãda sit directa, si cõueniret personæ & uerbis, vt est ibi in tex. expressum conuenit enim talis substitutio directa ipsi impuberi, & etiam verbis, ex quo est facta per verba communia. & hoc uoluit Io. de Imo. in d. c. si pater. & in d. l. centurio. & in d. c. Raynucius. & ita dicit se consuluisse. & ita pluries ego consului. Vnde cum dicta substitutio fuerit & sit facta eidem Bernardino directe, succedet dictus Philippus substitutus excluso dicto auo materno, cum per ipsam succedatur ipsi pupillo directo. vt l. 2. ff. de vulga. & pupil. & institu. eo. titu. §. 1. & in d.

5 c. si pater. Et cum † succedant directe ipsi pupillo, talis substitutio trahitur, nõ solum ad bona ipsius testatoris obuenta d. Bernardi, sed etiam ad bona vndecunque obuenta eidem. ut l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. & pupil. per quem. §. Bar. hoc uoluit in d. l. 2. & Ioan. de Imol. in d. c. Raynucius. in materia pupillaris substitutionis. & ita cõmuniter tenetur, prout in d. iuribus nota. Vnde trahitur etiam ad bona materna eidem obuenta, non solum si eius mater decessit non condito testamento, cum tunc ab intestato dicta bona pertinuerunt & spectauerunt ad ipsum Bernardi. cum eidem succedat. C. ad Orfi. l. 1. & l. matri. sed etiam si decesse

6 rit condito testamento, quia † licet dicta mater fuerit nupta, nihilominus censetur esse in potestate patris. Vnde non potuit testari. ff. de testamen. l. fi

7 lius. & l. qui in potestate. Non † enim potest testari ipse filius seu filia non solum de peculio profecticio, sed nec etiam de peculio aduenticio, prout no. in l. pen. C. qui testa. fac. pos. etiam si patri non quæratur vsusfructus, prout nota. in d. l. penul. & pront uoluit gl. in d. l. qui in potestate. & ff. ad Trebellia. l. 1. §. in filiis. & est expressum in d. l. penul. ubi Cy. hoc tenet. & Dy. in d. l. qui in potestate. ubi Bart.

8 hoc idem tenet dicens hoc † procedere etiam si testetur patre, permittente seu consentiente, cum ipsa factio testamenti non possit pendere ex permissione alterius etiam patris, vt plenius ibi per Bart. & ita communiter tenetur, prout nota ibi. & in ca. 2. de testa. & in c. licet. de sepul. in 6. & in l. 1. C. de sacrosan. Eccle. Vnde cum mater dicti Bernar. non potuerit testari etiam patre consentiente, dicta bona materna pertinuerunt & spectauerunt ad dictum Bernardinum, cum ipse successerit in eis. ut d. l. 1. & d. l. matri. C. ad Orsic. dummodo non fuerit adita hæreditas ipsius matris per ipsum Antonium eius patrem, prout per eum adiri potuit, ipso Bernardi. existente in infantili ætate. C. de bo. quæ lib. l. cum non solum. §. fi. Vnde si per dictum Ant. eius patrem fuit adita hæreditas pro d. Bernard. prout adiri potest, & alia censetur tenendo & possidendo bona materna. ff. de acqui. hæredi. l. gerit. dicta bona materna pertinuerunt & spectauerunt ad dictum Bernard. & cum pertinuerint & spectauerint ad dictum Bernardi. pertinent & spectant ad dictũ Philippum substitutum, cum ipse successerit & succedat, non solum in bonis patris dicti Bernardi, sed etiam in bonis vndecunque peruentis ad dictũ Bernardi. vt patet ex prædictis. Per quæ concluditur. quod dictus Philippus successerit & succedat non solum in bonis ipsius Bernardini paternis sed etiam maternis &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXLII.

PVnctus, Quidam Bartolomeus de terra Clusij habens duos filios, uidelicet, Baptistam, & Vrnum, cum per aliqua tempora fuisset positus ad confinia per dominus Senen. vna cum dicto Baptista suo filio, dicto tempore durante d. Baptista iuit ad stipendia armorum: ex quo exercitio aliqua quæsiuit: & postea cum habuissent gratiam, & reducti essent ad Senas, dictus Baptista se conuertit ad artem Notariç, ubi per octo annos uel circa eundo ad officia per oppida Senen. multa acquisiuit: & istis temporibus non habitauit nec cohabitauit cum d. Vrno suo fratre. Postea ipse reduxit se in ciuitate Clusina, & duxit uxorem & inde ad aliquos menses recessit de domo & per aliqua alia tempora iuit ad officia, & aliqua etiam quæsiuit, licet aliquando rediisset ad domum interpollatis uicibus. Et cum uellet se & suam familiam separare a dictis sub patre & fratre, quia videbat se continue laborare, & ex suis laboribus lucrari multa: & d. Vrnus frater suus magis uacabat circa dispendia, quam circa lucra: rogando dictũ patrem, vt deberet consignare sibi saltem ea quæ ipse acquisiuerat ex suis laboribus: & dictus pater noluisset consignare: tandem recessit, de domo & de dicta terra Clusina cũ

sua

sua uxore & familia, quam collocauit in Castro beati Cassiani & ipse conduxit se Româ cum summo Pontifice ad certum officium: in quo stetit per quinque annos vel circa. Quo tempore durante consanguinei dicti Baptistę reduxerunt vxorem & familiam dicti Baptistæ ad dictam terram in domo dicti sui patris, ignorãte dicto Baptista. Tamen interim fuit in continuo exercitii dicti officij. Postea cum dictus Barth. pater obiret, idem Baptista fuit reuersus, & multas pecunias expendidit de pecunijs per ipsum Baptistam lucratis tempore quo stetit extra domum in officio, pro funere & pannis lugubribus totius familiæ, videlicet, sue & d. Vrni. Postea dicti fratres cum venissent ad contentionem. quilibet per se fecit trafficum suum stando tamẽ ad unum panem, & unum uinum: Et dictus Baptista fecit trafficum quorundam pannorum, seu lane nomine suo proprio, & etiam voluit tradere nuptui quandam suam filiam. Modo dictus Vrnus uidens, quòd dictus Baptista multa quæsiuit, & dictus Baptista dicit esse sua & non communicanda, petit nunc diuisionem omnium bonorum, & vult quòd sibi communicentur, non solum bona patrimonialia, sed etiam bona tam mobilia quam stabilia empta per dictum Baptistam, vel dictum suum patrem de pecunia & lucris quæsitis per dictum Baptistam: nec vult conferre aliquid de suo ad dotem filiæ dicti Baptistę nubenda ut supra: & se fundat d. Vrnus ex quodam statuto ciuitatis Clusij, cuius tenor inferitur de verbo ad verbũ. Modo pro parte dicti Baptistæ quæritur consilium: quia ex quo ipse Baptista tempore, quo quæsiuit dicta lucra & pecunias non habitabat simul in vna domo, prout requirit dictum statutum, maxime cum dictum statutum uideatur inualidum & exorbitans a iure communi, & etiam videtur committere quandam absurditatem, quod alter frater laboriosus & industriosus teneatur conferre suam industriam & etiam laborem alteri fratri negligenti & minus sollicito ad acquirendum, Item an tẽpore quo dictus Baptista retinebat suã vxorem & familiam in domo cum dicto fratre, tam in uita Patris quam post mortem, dicatur verificari dictum statutum, quòd possint dici simul habitasse dicti fratres in eade domo, & maxime cum dictum statutum sit exorbitans, ut supra. Et an possit petere expẽsas, vt supra factas in domo d. Baptistæ, post mortem patris pro rata tangente dicto Vrno, THENOR dicti statuti infra scriptus est videlicet. Fratres carnales, uel frater, uel nepos natus ex fratre carnali, si simul habitauerint in una domo, & acquisiuerint, uel ad eos uel ad alterum eorum quocunque modo aliquid peruenerit, totum illud esse debeat æquis portionibus inter eos, exceptis dotibus vxorum, & relictis factis ab aliquo testatore: Et si dicti frater, uel fratres, & nepos uenerint ad diuisionem, quilibet eorũ habeat partem suam de rebus & bonis prædictis, tã mobilibus quam stabilibus, quocunque modo, siue ante siue post mortem patris eorum acquisita fuerint dicta bona, exceptis dotibus, & relictis iam dictis: Nõ ob. aliqua emãcipatione facta de aliquo eorum, nisi frater, uel fratres, & nepos diuiserint inter se: Et si de prędictis esset aliqua discordia inter eos, uel inter filios, & hæredes, Potestas & iudex inquirant veritatem sine aliqua iuris solennitate, sicut poterit melius. Et locum habeant hęc ad præsentia, præterita, & futura inter fratres fratrem, & nepotem prædictos simul habitantes, non obst. aliquo capitulo statuti &c.

SVMMARIVM.

1. *Bona acquisita per vnum ex fratribus ex stipendio armorum, cum possint dici castrensia alijs fratribus, non communicantur, nec conferuntur, nec in eis patri quæritur vsusfructus.*
2. *Bona acquisita per vnum ex fratribus ex arte Tabellionatus vel eundo per officia, cum censeantur quasi castrensia, alijs fratribus non conferuntur, nec eorum vsus fructus patri quæritur.*
3. *Aduentitia bona per vnum ex filijs acquisita, licet in eis quæratur patri vsusfructus, qui morte eius finitur: tamẽ post mortem patris, ad ipsum filium pertinent, nec ea cæteris fratribus conferre tenetur.*
4. *Vxorem & familiam tenens in domo communi cum fratre, dicitur cum eo habitasse. Vnde stante statuto disponente, quòd de acquisitis per aliquem ex fratribus, vel prouenientibus quocunque modo ad ipsum pro tempore, quo habitauerit simul in vna domo, illud debeat esse commune inter fratres si tenuerit uxorem & familiam in domo, una cum fratre, dicetur simul habitasse, & bona hoc tempore per eum acquisita venient cum fratre communicãda. Secus si vxor eo ignorante cum d. fratre habitauerit, cum tunc uigore d. statuti, quæsita per ipsum etiam si sint aduentitia communicare nõ teneatur.*
5. *Expensa facta propria pecunia, per vnum ex fratribus in funere patris, & in panis lugubribus possunt ab eo repeti pro rata cæteris fratribus tangente. si illi sint hæredes patris, cum tales expensæ ad hæredes pertineant, nõ solum si de eorum uoluntate factæ fuerint, sed etiam si absque eorum uoluntate, dummodo ut vtiliter fecerit.*

CONSILIVM CXLII.

In nomine domini, Amen.

Cum uiso, & considerato præfato puncto, & statuto, de

to, de pluribus quæratur. Ad quodlibet responden dum est, & primo, ad primum quod est, de quæsitis per d. Bapti. tempore quo non habitauit simul cũ patre & fratre, dicendum est quod lucra † facta per ipsum Baptistam pertinuerunt & pertinent ad ipsum Baptistam, nec tenetur dicto suo fratri communicare, & conferre, non solum si fuerint acquisita ex stipendio armorum, pro tempore quo iuit ad ipsum stipẽdium armorum, cum talia dici possint castrensia, quæ pertinent ad ipsum, adeo quòd in eis non quæritur vsusfructus patri. ff. de castren. pecu. l. miles & C. de bo. quæ libe. l. cum oportet, nec tenetur communicare fratri. ff. de colla. bo. l. 1. §. nec castrense. & ibi per Bart. & insti. qui. non est permis. face. testa. §. ex hac. Sed etiam † bona quæsita per d. Bap. ex arte Notariæ seu tabellionatus, eundo per officia: cum & ipsa lucra censeantur quasi castrẽsia, prout no. C. de aduo. diuer. iudi. l. fori. & ibi per Bal. & C. de inoffi. testa. l. fi. & nõ quæritur usufructus patri. ut d. l. cũ oportet. nec tenetur cõferre fratri. vt d. §. sed nec castrense. Imo † si talia lucra fuissent aduentitia & non castrensia uel quasi, licet in eis quæratur vsusfructus patri. ut d. l. cũ oportet. qui eius morte finitur. C. de vsufru. l. fi. & instit. de vsufru. §. finitur. tñ post mortẽ ipsius patris ad ipsum Bapti. pertinuissent & pertinerent. ut d. l. cũ oportet. nec tenetur ipse Bap. dicto suo fratri cõferre. C. de colla. l. fi. Non obstante tali statuto, cũ nõ ob. cũ loquatur de acquisitis per aliquẽ ex fratribus pro tempore, quo habitaret simul cum fratre, uel fratribus in eadẽ domo, quod nõ cadit in casu prædicto, cũ dictus Bapti. quæsiuerit dicta lucra, & dicta bona tempore, quo non habitauit cum patre & fratre, prout ipsum statutũ requirit: Vnde non ob. cum de tali casu non loquatur. ff. de acq. hære. l. si seruũ. §. non dixit. & C. de colla. l. illã. & c.c. ad audiẽtiã. de deci. & hæc circa primũ. Circa secundũ uero quæsitũ quod est de acquisitis per d. Bapti. dũ retinebat suã uxorẽ, & familiã in domo cũ dicto suo fratre, tã in uita patris, quã post eius mortẽ, an uerificetur dictũ statutũ disponens, quod de acquisitis per aliquẽ ex fratribus, uel prouenientibus quocunque modo ad ipsum pro tpe, quo habitauerit simul in una domo, illud debeat esse cõe inter fratres, dicendum est, quod duo tpa sunt consideranda. Et primo † tempus quod ipse Bapti. retinuit in dicta domo vxorẽ suã, & familiã, seu de eius voluntate ipsa vxor & eius familia stete runt cũ patre & eius fratre, uel cũ ipso fratre post mortem patris, Et hoc casu uerificatur & verificari põt tale statutum, adeo quod acquisita per ipsum Baptistã pro dicto tpe ueniũt cõicanda d. Vrno eius fratri, & cõia esse debent, sicut & acquisita per ipsum Vrnũ, prout in ipso statuto disponitur, cum pro dicto tpe d. Baptista censeatur habitasse, ex quo retinebat ibi ipsam vxorẽ & familiã prout voluit gl. notabilis. ff. de libe. agno. l. 1. §. permittitur. & Bar. post eam dicens locum habere etiam in statuto disponente de habitante in ciuitate, vt ibi plenius per eum. Secundum tempus est pro tempore, quo eius vxor & familia steterunt in dicta domo, eo ignorante, & absq; voluntate ipsius Baptistæ: Et prædicto tempore nõ potest dici, quod ipse habitauerit, ex quo eius uoluntas non concurrit, cum tunc non censeatur ibi retinere uxorem nec familiam, ex quo eius voluntas non concurrit, nec censetur ibi habere animum permanendi, prout uidetur requiri, ut censeatur ibi habitare, ad hoc quod not. ff. de his qui deiece. vel effude. l. 1. §. habitatores. Vnde cum ipse non habitaret nec familiã retineret ibi ex quo eius uoluntas non concurrit, dispositio huius statuti locum non habet, cum tunc nõ habeat locum dictũ illius gl. & Bar. ex quo ipse ibi nõ habitat, nec ibi retinet familiã: ad hoc quod not. in d. §. permittitur. & in d. §. habitatores. Vnde erit locus dispositioni iuris cõis pro tpe, quo ipsa uxor & familia absq; eius voluntate habitauit, sicut & quando ipse & eius familia non habitassent, cum tunc quæsita per ipsum etiã si sint aduentitia non teneatur conferre, nec communicare dicto suo fratri. ut d. l. fi. & ut supra dictum fuit. Et hæc circa secundum quæsitum. Circa tertiũ vero & ultimum, quod est de expensis † factis per ipsum Baptistam pro funere dicti sui patris, & pãuis lugubribus: dicendum est, quod ipse poterit repetere expensas factas pro funere dicti sui patris, pro rata tãgente. d. Vrno, si ambo fuerint & sint hæredes dicti eorum patris, cum tales expensæ pertineãt ad hæredes. ff. de reli. & sumpti. fune. l. scriptus hæres. & l. si pro rata. & ff. de acqui. hæredi. l. pro hærede. & C. de nego. gest. l. quod in uxorem. Vnde quatenus expendit pro funere dicti patris eorum de pecuniis suis, dictus Baptista poterit pro rata a dicto Vrno repetere: & similiter quatenus expendit pro dicto Vrno, & eius familia, non solum si ipsius Vrni uoluntas fuerit. ff. mandati. l. qui patitur. Sed etiam si absque eius uoluntate, dummodo vtiliter fecerit. ff. de neg. ge. l. quæ vtiliter. & l. aliunde. ff. pro socio Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXLIII.

PVnctus. Statuto ciuitatis Spoletanæ cauetur, quod si quis de cætero despõsauerit vxorem, vel sponsam, vel cum ea cohabitauerit, & dotẽ seu promissionẽ dotis receperit & vxor seu spõsa ante mortem uiri seu sponsi decesserit sine liberis, tunc apud virum seu sponsam remaneat & remanere debeat tertia pars dotis recepte, vel ius petendi tertiam partem dotis promisse, uel spem dotis. Quæ tertia pars dotis irreuocabiliter fit uiri seu sponsi. Saluo quòd si uxor uel sponsa maiorem quantitatem sue dotis relinquere voluerit uiro seu sponso, licitum sit & liberum ei dimittere & relinquere dicto uiro suo, quantum uoluerit a dicta quantitate supra: Et prædicta omnia & singula habeant locum nõ ob. quòd instrumento promissionis restitutionis dotis appareat facta promissio de restituendo dotem totam & integram, secũdum formam iuris &c. Contigit quod quædam nomine Margareta nupsit cuidam Petro Thomæ Antonelli, & ei

tradidit,

tradidit,& numerauit in dotem, & nomine dotis in pecunia numerata Floren. CCC. auri pro matrimonio contracto inter dominã Margaretam & d. Petrum Thomæ ex altera: Consummato dicto matrimonio contingit, quòd dicta Margareta decessit sine filijs, cõdito testamento, in quo sibi hæredem instituit d. Pet. eius uirum in uita sua tantũ. Post mortem uero dicti Petri substituit sibi Hieronymum Pauli eius fratrem carnalem, Qui Petrus dictam hæreditatem adiuit inconsulte. Venit casus substitutionis prædictæ, uidelicet, quia decessit d. Petrus condito testamento, in quo sibi Ioannem & Christophorum eius nepotes carnales hęredes instituit. Qui Io. ut supra tam proprio nomine quam etiam tanquam tutor Martini filii, & hæredis dicti Christophori adita prius consultæ hæreditate d. Petri, sciens & notitiam habẽs de testamento d. dom. Margaretæ, fecit restitutionem uerbalem dicti fideicõmissi d. Hieronymo Pauli substituto, Cũ hoc quòd propter talem restitutionem non intendebat præiudicare sibi in eo, quod sibi de iure deberetur, quod ius uoluit sibi semper esse saluum, Modo contingit dubitari de pluribus: & primo, nunquid dicta portio statutaria, uidelicet, dicta tertia pars dotis cesserit lucro. d. Pet. & per consequens per eius hæredes retineri possit. Secundo, an per ipsos hæredes hæredis, dictæ do. Marg. detrahi possit Treb. ultra dictam tertiam partem. &c.

SVMMARIVM.

1 *Maritus si ab uxore instituatur, & post eius mortem grauetur alteri hæreditatem restituere, an possit de dicta hæreditate detrahere tertiam partem dotis, quam fuit lucratus ex forma statuti disponentis, quod uxore prædecedente sine liberis, apud uirum remaneat tertia pars dotis uel ius petendi tertiam partem dotis promissæ, quæ irreuocabiliter fit ipsius uiri.*

2 *Relictum factum per uxorem uiro censetur in dubio factum animo compensandi cum portione hæreditaria debita marito ex forma statuti.*

3 *Creditor si debitori succedat, creditum confunditur, & adita hæreditate extinguitur.*

4 *Actio semel extincta non reuiuiscit.*

5 *Relictum non uidetur factum animo compensandi cum debito, quando debitum est uoluntarium, non necessarium.*

6 *Relictum factum creditori per debitorem, quod non est perpetuo permansurum apud ipsum creditorem, sed alij uenit restituendum, non uidetur relictum animo compensandi.*

7 *Falcidia non detrahitur de legato, ultimo loco ecclesiæ restituendo.*

8 *Dos data filiæ per patrem, quam fuit stipulatus sibi et hæredibus suis restitui, non imputatur in legitimã; ex quo apud ipsam non est perpetuo permansura.*

9 *Compensatio non cadit, si creditor legat debitori, imo ipse debitor consequitur relictum sibi factum.*

10 *Hæres quis institui animo tum eo compensandi, in dubio non præsumitur.*

11 *Legitima non uenit in restitutione fideicommissi, sed per filium grauatum de bonis restituendis retineri potest.*

12 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*

13 *Relictum quod non est relictum perpetuo permansurum apud honoratum, sed ad tempus, non uidetur factum animo compensandi, maxime si debitum erat necessariũ, & non uoluntarium.*

14 *Hæredis iura hæreditatem inconsulte, & nõ confecto aliquo inuentario adeuntis, confunduntur quantum ad obligationem, & actionem, non tamen quo ad retentionem.*

15 *Legitima & Trebellianica simul confunduntur, quando eodem tempore concurrunt.*

16. *Hæredi grauato de restituendo hæreditatem, eius quarta pars debetur.*

17. *Trebellianica propter inuentarium non confectum non perditur, licet aliud sit in ipsa falcidia.*

18 *Trebellianica non perditur a grauato ex eo, quia non restituit hæreditatem re, sed uerbo, & saluo iure suo, quoniam ius retinendi dictam Trebellianicam non amittitur, Nam ob id possessionem non transtulit, sed apud eum retinuit.*

CONSILIVM CXLIII.

In nomine domini, Amen.

Cum de pluribus quæratur: ad quodlibet respondendum est. Et primo ad primum quod est: nunquid dicta portio statutaria uidelicet, dicta tertia pars dotis cesserit lucro d. Petri: & per consequens per hæredes eius retineri posit. Circa quod. & si

1 uideatur prima facie dicendum † quod non cedat lucro mariti, & per consequens non ueniat per ipsum seu hæres retinenda, ex pluribus. Et primo, quia cum tale debitum censeatur debitum necessarium ex dispositione statuti proueniens, & legale, quia non ex pœna, sed ex ipsa lege municipali descendit, institutio facta d. Petro hærede instituto, uidetur facta animo compensandi. ff. sol. ma. l. si cũ dotem. §. si pater. & ff. de leg. 3. l. huiusmodi. §. cum pater. & C. vnde vir & vxor. auth. præterea. Per quæ iura. Iac. de Are. & post eum Bar. in d. §. si pater. te

2 nuit, quod † relictum factum per uxorem uiro, censeatur in dubio factum animo compensandi cum portione hæreditaria debita marito ex forma statuti: unde & idem uidetur dicendum in casu isto eadẽ ratione, ad hoc quod not. in l. si compensandi. C. de hære. inst. Quod & secundo uidetur ex alia ratione deduci. quia cum Petrus maritus fuerit creditor in hæreditate dictæ eius uxoris in dicta por

3 tione statutaria, tale † creditum uidetur fuisse confusum, & extinctum adita hæreditate d. Margaretæ per ipsum Petrum, prout in simili dicitur, quando creditor succedit debitori. C. de pac. l. si debitori. & C. de fideicom. l. 3. Propter quod uidetur, quod lucro mariti nõ cedat, nec posit per hæredes ipsius

retineri,

retineri, cũ † actio semel extincta nõ reuiuiscat. ff. de sol. l. qui res. & §. arcã. & de pę. di. t. quãuis, & maxime, quia, ut præsupponit, ipse maritus adiuit hæredi tatem uxoria inconsulte, quo casu nõ potest maritus, uel eius hæres detrahere id, qđ sibi debet. ut d. l. fi. §. & si prędict. † Per q̃ uf dicẽdũ, ꝙ maritus seu eius hæres nõ polait tertiã partẽ ipsius dotis retinere: imo vi det, ꝙ eidẽ sit imputandũ, ex quo dictã hæreditatẽ acceptauit, ad hoc qđ no. in fi. in c. officii. de testa. Sed his nõ ob. cõtrariũ de iure dicẽdũ est, ꝙ ipse Pet. seu eius hæredes, retinere pussint ipsam tertiã partẽ dotis, adeo ꝙ eius lucro cedat, attẽta dispositione dicti statuti, quãtũcunque dictus maritus hæres institutus fuerit & ipsam hæreditatem inconsulte adiuerit, prout ex pluribus deducit. Et primo, quia tale debitum dici potest, ꝙ fuerit potius uoluntariũ quã necessarium, cũ principiet ex prouidentia uiri, qui sibi de dote prospexit. ff. de probatio. l. si pactum prout uoluit Bald. in d. auth. præterea. unde † tale relictum non uidetur factum animo compensandi, ex quo est debitum uoluntarium. C. de rei uxo. actio. l. unica. §. sciendum. & C. de hæredi. actio. l. si adulta. & hoc tenuit Fede. de Scalis disputando, prout refert Bal. in auth. præterea. dicens hanc opi. ueriorem esse. Pro quo etiam facit, quia edictum de alterutro inter uirum & vxorem hodie sublatum est d. §. sciendum. ut plenius per ipsum Bald. in d. authe. præterea. & in l. si uxor. C. de bo. auth. iud. pos. ubi similiter dicit ueriorẽ esse opinio. ipsius Fede. de Scalis ut plenius ibi ꝑ eũ, quia ille, qui cõsequit cõmodũ ex cõtractu, cõsequitur etiã ex sua prouidentia legatũ, aut cõsequitur ex prouidẽtia aliena, & sic separatę sunt causę ut plenius ibi per eũ. qui hoc similiter firmat in d. auth. pte rea. Esto quòd in d. §. si patre, se non firmet. Quod etiam secundo deducitur ex alio, quia & si dici possit, quod tale debitũ, fuerit necessariũ, & legatũ factum per ipsam uxorẽ ipsi uiro uideatur factũ animo compẽsandi, ex quo est perpetuo apud eũ permãsurũ, tamẽ aliud uidet esse dicẽdũ, qñ nõ fuisset simpliciter factũ: sed ut alii restituerẽt uel qñ fuisset hæres institutus sub conditione, vt alii restitueret hæreditatẽ, vt in casu ꝑdicto: ex quo ipsa vxor ipsum virũ istituit hæredẽ nõ simpliciter: sed in eius vita tantũ, sub † stituẽdo post eius mortẽ d. Hieronymũ, unde † cum nõ sit tale legatũ, vel talis hæreditas perpetuo permãsurũ apud ipsum virũ: sed alii sit restituẽdũ, nõ vř relicta dicta hæreditas animo cõpẽsandi, prout voluit Di. in d. l. si cũ dotẽ. §. si pater. per no. in d. l. mulier. §. cũ proponerttur. & in l. cogi. §. his qui fraudẽ. ff. ad Trebel. ꝙ & voluit similiter Bal. in §. si pater. referẽdo & sequẽdo Di. ibi arg. l. uxorẽ. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. & ẽt Ange. in d. §. si pater. pro quo facit ꝙ in simili dř de legato, ut † nõ detrahat Falci. qñ ultimo loco restituẽdũ est, puta ecclesiæ uel Hospitali, ex quo apud eũ tale legatũ nõ est permãsurũ, prout. no. in l. sed si nõ seruus. ff. ad l. Falci. & per Bal. in l. cũ tale. §. 1. ff. de eodi. & demon. Vnde cũ in casu prædicto talia hæreditas nõ sit permansura apud ipsum uirũ, nõ præsumitur relicta animo cõpẽsandi cũ tali lucro: unde nõ cõpensabitur. Ad hoc ꝙ in simili dř de dote † data filiæ per patrẽ, quã fuit stipulatus sibi & hæredibus suis restitui, ut nõ imputetur in legitimã: ex quo apud ipsam nõ est perpetuo permansura, prout uoluit Bal. in l. qnoniã. C. de inoffi. test. Ad idẽ & tertio facit, quia cũ, ut præsupponitur, dicta dos per dictã uxorẽ, seu per aliũ pro ea iam diu fuerit soluta dicto uiro, nõ pôt dici, ꝙ debitor relinquat creditori, sed potius e conuerso creditor, prout ipsa uxor, quæ rehabere debet dotẽ soluto matrimonio, legato debitori, quo casu non pôt dici, ꝙ uideatur relictũ animo cõpensandi, cũ nõ † cadat cõpensatio, si creditor legat debitori: imo ipse debitor cõsequetur & consequi debebit relictũ sibi factũ prout habetur. ff. de lega. 2. l. creditorẽ. & C. eo. tit. l. creditor. & hoc uoluit Ang. in d. §. si pater. Quod ex alio demõstratur & elarius, quia si bene ponderentur uerba dicti statuti, ex ipsa decidit casus noster. Statutũ. n. prædictũ nõ disponit, ꝙ uir debeat habere tertiã partẽ dotis, ucẽ dicit ꝙ ipsi uir lucretur tertiã partem dotis: sed bene dicit, quòd si uxor uel sponsa ante mortem uiri, uel sponsi decesserit sine liberis: tunc apud uirum remaneat & remanere debeat tertia pars dotis receptæ uel ius petendi tertiam partem dotis promissæ, uel spem dotis quę tertia pars dotis irreuocabiliter fit uiri seu sponsi: quod & locum habet etiam si ipse uir promisisset restituere totam & integram dotem, in casu restituendæ dotis, prout in dicto statuto disponitur. Vnde cum tale statutum ita disponat, quòd apud ipsum uirum remaneat tertia pars dotis datæ, & irreuocabiliter fit ipsius uiri. Certæ, quantumcunque ipsa uxor ipsum uirum hæredem instituat in uita, ut in casu prædicto. Nihilominus remanebit ipsa tertia pars apud ipsum uirum, & irreuocabiliter erit ipsius prout statutum disponit: adeo quòd ipse uel eius hæres post eius mortem, nõ tenebitur restituere substituto, cum sit ipsa tertia pars ipsius uiri. Vnde non uenit in restitutione fideicommissi, prout est expressum. ff. de uulga. & pupilla. l. cohæredi. §. cum filiæ. Nec cadit compensatio in eo, quod est ipsius uiri, & apud ipsum uirum. Esto quod ipsa uxor eum hæredem instituat, cum † in dubio non uideatur eum instituisse animo compensandi. C. de hæred. institu. l. si compensandi. Ad hoc etiam quòd habetur in d. l. creditorem. Quod & clarius patet, quia non uideatur ipsum instituere animo compensandi, nec tollere eidem potestatem retinendi, colligitur ex uerbis ipsius testamenti. Instituit enim ipsum hæredem in omnibus bonis suis, & sic non instituit ipsum hæredem in ipsa tertia parte, quæ non erat sua, sed dicti uiri. unde potuit ipse uir, & eius hæres ipsam retinere, prout in simili † dicitur in legitima, quæ per filiũ retineri pôt, nec uenit in restitutione fideicõmissi. ut d. §. cũ filiæ. & prout habetur in c. Raynutius. de testa. & ca. Raynaldus. imo ꝙ plus est, ꝙ & si uxor ipsa reliquisset aliquid de bonis suis dicto uiro, nõ uidetur in dubio relictũ animo cõpẽsandi, cũ † bona intelligãtur deducto ære alieno. l. subsignatũ. §. bona. ff. de uerbo. signi. & hoc uoluit Bal. in d. §. si pater. quem sequuntur cõmuniter doc. Vnde & fortius in casu ꝑdicto ipsa vxor instituendo ipsum hæredẽ in bonis suis non vř animo cõpẽsandi instituere, si aliud nõ expressit, ad hoc ꝙ habet in d. l. si cõpẽsãdi. & in d. l. creditorẽ. ff. ad l. Fal. Ita ꝙ per hæc dici & cõcludi pôt ꝙ dictus hæres dicti uiri rogati de restituẽdo post mortẽ, retinere poterit tertiã partẽ dictæ dotis, nec tenebit ipsi substituto eã restituere

tuere p prædicta: nō ob. in cōtrēriū adductis. Non. n. ob. Qđ & primo ī cōtrariū adducit vt nidcat relictū animo cōpēsandi, prout & tenuit Iac. Bu. & Bar. in d. §. si pater. & in d. auth. præterea. & Ioa. de Imo. in d. §. si pater. & d. Io. in d. auth. Præterea. maxime. ex eo, qa est tale debitū necessariū, vt ibi plenina per eos. Nā ad hoc respōdet q nō fuit nec est debitū necessariū: imo potius volūtariū, put uoluit Fe. de Sca. dispu tādo, fm q refert Bal. in d. §. si pater. & in d. auth. Præ terea. & in d. l. si vxor. hoc idē tenēs, put supra dictū 3 fuit. præterea † & si fuisset & esset debitū necessariū, procederet, qñ fuisset relictū viro simpliciter, ita qđ apud eū esset perpetuo permāsurū, prout loquit Bar. tñ secus est, qñ nō fuisset ita relictū simpliciter, vel itavt esset perpetuo pmāsurū apud ipsum virū, sed ad tēpus, vt est i casu pdicto, q tūc nō videat relictū aīo cōpēsandi, put voluit Di. in d. §. si pater. quē sequitur Bar. ibi. & put supra plenius dictū fuit. vñ nō ob: Qđ ex aliis apparet, qa statutū tale nō disponit q vir de beat habere tertiā partē dotis, vel lucret, sed dispo nit q remanere debeat apud ipsum uirū tertia pars ipsius dotis, & q sit sua. pp qđ poterit eius hæres di ctā tertiā partē retinere, & maxime, qa ipsa vxor isti tuit eū hæredē, nō solū in ipsa, sed i bonis suis, put & plenius supra dictū fuit. unde nō ob. Nec ob. si dicat q tale debitū cōfundat adeūdo hæreditatē nō cōfe cto inuētario. vt l. si debitori. C. de pac. Nā ad hoc re spōdet, q in hoc casu, nō cadit cōfusio, ēt adeūdo hæ teditatē nō cōfecto iuētario, qa nō fuit ipse maritus creditor dictæ hæreditatis: imo potius ipse retinuit ipsam tertiā partē dotis vt suā, prout & retinere pōt ex forma statuti, adeo quod dici pōt, q non fuerit de ipsa hæreditate nec in ipsa hæreditate remāsit dicta tertia pars iuxta. no. ff. de peti. here. l. itē veniūt. & in d. §. cū filię. Pręterea & si dici possit q fuerit ipse ma ritus creditor, nihilominus nō cōfundit adeūdo hæ reditatē inconsulte, quin retinere possit ipse & eius hęredes, quā ūcūque adiuerit ipsam hæreditatē icon 14 sulte: qa licet iura hæredis † cōfundāt quātū ad obliga tionē & actionē. vt d. l. debitori. tamen nō cōfundun tur quoad retētionē. ff. ad l. Fal. l. debitor & l. si pa ter. Per q iura Bal. in d. l. debitori, hoc formaliter vo luit, ut quo ad retētionē nō cōfundant ēt si hæres adi uerit hæreditatē nō cōfecto aliquo inuentario, vt ple nius ibi per eū. vnde cū in casu pdicto ipse maritus, seu eius hæredes potuerint per se retinere ipsam ter tiā partē, quātūcūq; adiuerint ipsam hęreditatē incō sulte iū ipsius iura dici nō posśūt fuisse extincta, quo minus dictā tertiā partē retinere possint, cū quantū ad hoc nō extinguuntur ipsa iura hęredis: esto quod alias regulariter actio semel extincta nō reuiuiscat, put plenius no. in §. areā. & ff. de leg. 2. l. Meuius. §. duobus. vbi plenius de hoc per Bar. in eius repetitio ne. & hæc quo ad primū. Circa sm qđ est, an per hæ rēdē dicti mariti instituti detrahi possit Trebellianica ultra tertiā partē. vr prima facie dicēdū, q detrahi nō possit ex pluribus. & primo, qa vna cōfundit cū reli qua, prout † in simili dr de legitima & Trebelliani- 15 ca. ff. de inoffi. test. in l. Papinianus. §. meminisse. vbi gl. hoc voluit. pro quo facit qđ habet in d. l. Papinia nus. §. quarta. & ff. si cui plusquā p legē Fal. l. 1. in fi. Quod & secūdo deducit ex alio, qa cū ipse vir sit ro gatus restituere dictā hæreditatē, fructus cōputant in ea, iuxta no. ff. ad Treb. l. fideicōmissa. & C. eo. tit. l. Iubemus. & de test. c. Rainutius. Per q vr q d. Pet. seu eius hæres dictā Trebellianicā deducere seu re tinere nō possint. Sed his nō ob. cōtrariū de iure di cēdū est, vt ipse Petrus, vel ejus hæres vltra dictā ter tiā partē sibi ex forma statuti debitā, imo suā, vt su pra dictū fuit, detrahere & retinere possint, & quar- 16 tā eius. q dēt restituere vigore fideicōmissi, cū † ip sa quarta pars hæredi rogato de instituēdo hæredita tē debeat. ff. ad Treb. l. mulier. §. ut Trebelliano no. & C. eo. ti. per totū. & in c. Rainutius & c. Raina. de test. cōfundit propter ipsam tertiā partē debitā vigo re statuti, maxime ex eo, qa nō cōcurrūt eode tēpore: ipsa. n. tertia pars debita ipsi viro ex forma statuti, de bet ipsi viro statim cū mulier decedit, & tūc efficit sua, put patet ex forma statuti, put supra dictū fuit: Sed ipsa Trebellianica debetur eidē Petro, seu eius hæredi. tūc cū ipse decedit: vnde cū nō cōcurrāt eo dē tēpore, vna nō cōfunditur cū alia, put voluit gl. in legitima & Trebellianica in d. §. meminisse. & in l. quāquā. C. ad l. Falc. & in d. c. Rainutius de testa. Et ita cōmuniter tenetur, put in d. iuribus no. Vnde & idē erit in tertia parte debita viro ex forma statuti, & in quarta Trebellianica: Imo & multofortius, cū ter tia pars dotis debita ex forma statuti, fit statim ipsius viri, nec remaneat in hæreditate, vt supra dictū fuit: imo & si nō esset ipsius viri statim, sed deberet ipsi viro, idē esset, cū sit eadē ratio. ff. de pac. l. q dictū. & ff. ad l. Aquil. l. illud. & in c. 2. de trāsla. prælu. Nec p 17 ditur † ipsa Trebellianica propter nō cōfectionē in uētarii, cū nō repertatur hoc iure cautū: Esto q aliud sit in ipsa Fal. ut in auth. sed cū testator. C. ad l. Fal. & hoc tenuit Bar. in l. Marcellus. §. q antē. ff. ad Tre bellianū. & Ci. Bar. & Ang. i d. auth. sed cū testator. Et ita cōmuniter tenetur, put in d. iur. no. Nec ēt ip sa Trebellianica perditur ex eo, qa cōputātur fructus in ea: qa, prout psupponitur, ex dicta hæreditate di ctus maritus aliquos fructus lucratus nō fuit, cū esset 18 in pecunia, Nec † ēt perditur d. Trebellianica ex eo, qa nō restituit re: sed verbo: & nō solū restituit sim pliciter verbo, sed saluo iure suo, & idē nō præiudi cādo: vnde ex tali restitutione nō pdit ius retinendi ipsam Trebellianicā: ad hoc, q in simili no. in c. po tuit. de locato. & i l. 2. C. de iure emphi. & ff. de nou. ope. nū. l. nō solū. §. morte. & per Cano. in c. cū M. de cōstitu. vnde quātūcūque restituerit ipsam hæredita tē verbo, nō tñ trāstulit possessionē, sed apud eū reti nuit, prout no. C. ad Trebel. l. Sācimus. ad fi. & ibi p Bal. unde poterit restituere, & ipsam Trebellianicā detrahere, per iura prædicta, Nō obstātibus in cōtra rium adductis, cum non obstent &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXLIIII.

PVnctus. Quædā domina Gregoria de Castro Iani dū viueret in humanis, & esset in vrbe iā sunt anni 15. vel circa, dedit & donauit titulo & cā donationis irreuocabilis inter viuos, cuidam puellæ nominę Andreottæ de vrbe, prout patet publico instrumento. deinde ad certum tempus dicta Gregoria condi-

dit

dit testamentum, in quo instituit sibi quosdã homines hæredes, sibi non attinẽtes, & etiã certa relicta fecit quibusdam ecclesiis amore Dei, prout omnia vobis transmittuntur, & instrumentum, & testamentum. Dicitur & allegatur pro parte donatariæ prædictæ qualiter dictũ testamentũ nõ rũpit donationẽ de iure. obstante dicta donatione facta in vrbe Romana, & corã iudice, & cum decreto iudicis, & consensum cõsanguineorũ, & firmatã iuramento. Pro parte dictorũ hæredũ institutorũ testõ dicitur & allegatur, qualiter testamentum factũ per dictam Gregoriam in Castro Iani valuit & valet, & tenet de iure. Et quòd illa donatio facta extra Castrum Iani non valet nec tenet, cum non fuerit seruata forma statuti dicti Castri: & quòd consanguinei qui interuenerunt dictæ donationi ad præstandum consensum & præsentiam, sunt fratres carnales dictæ Andreottæ donatariç, & ꝙ nunquã accepit tenutã de bonis prædictis donatis per uiã alicuius Curiæ. pro parte vero dictæ Andreottæ dicitur & allegatur, qualiter tẽpore factæ donationis prædictę, ipsa erat pupilla, ꝙ nunquã fuit in Castro Iani, & ꝙ statuta Castri Iani nõ possunt ligare dictã Gregoriam in solo Romano propter libertatẽ vrbis Romanæ: & propter iusiurandum, vt supra factum. dicitur & allegatur pro parte dictorum hęredũ primo & ante omnia, qualiter dicta Gregoria tempore factæ dictæ donationis, non steterat in vrbe, nisi solum per vnum annum, vel circa, & quod statuta dicti Castri Iani omnes de dicto Castro debent seruare, eo quia confirmata & approbata sunt per summos Põtifices, vel Legatos sedis Apostolicæ, Et ideo non potest venire per instrumentum donationis, contra testamentum, & statuta cõmunis Iani, videlicet, primo contra statutum positum in primo lib. c. 31. sub rub. De poss. non transfe. in aliquem non subiectum iurisdictioni communis Castri Iani. item cõtra statutũ positũ in libr. 1. ciuiliũ sub rubri. de non faciendo donationẽ nisi coram Potestate vel Vicario c. 34. Et in dubiũ reuocetur, an dicta donatio valeat, vel an dictũ testũ rumpat dictã donationem, & quid iuris.

SVMMARIVM.

1. *Statutum iuri communi derogat in loco, & vt ius cõmune seruandum est.*
2. *Testari quilibet potest etiam si bona non habeat, dummodo acquirere possit.*
3. *Donatio inter viuos & perfecta praecedens, per subsequens testamentum reuocari non potest, secus si fuerit imperfecta seu inualida.*
4. *Donatio perfecta reuocari non potest, nisi ex causis, de quibus ibi.*
5. *Donatio facta præsenti stipulanti, & recipienti pro se, et suis hæredibus, valet.*
6. *Donatio quando præsumatur simulata, & in fraudem facta.*
7. *Donans non potest dicere & allegare donationem fuisse simulatam, & in fraudem factam, ita nec eius hæres.*
8. *Donatio non semper præsumitur simulata, ex eo, quia donans reperiatur post ipsam donationem tenere & possidere, sed alia circumstantia sunt consideranda.*
9. *Statuto ciuitatis disponente, quòd nulla persona possit facere aliquam donationem nisi præsente D. potestate, seu eius vicario, vtrum si donatio facta fuerit extra territorium dictæ ciuitatis, ab eo, qui erat ciuis dicti loci, si ne interuentu, aut præsentia d. Potestatis, vel vicarij, an talis donatio nulla dicatur.*
10. *Locus, vbi actus geritur, semper inspicitur, quando tractatur de solennitatibus obseruandis.*
11. *Statuta prohibitiua ratione solennitatis, non porriguntur extra territorium statuentium.*
12. *Frater donatarij vti proximior consanguineus potest præstare consensum & authoritatem donationi eius fratri factæ pro solennitate statuti adimplenda, quod requirit quod in omni donatione, deberent interuenire duo propinquiores consanguinei donantis.*
13. *Statutum disponens, quo donatio facta ab aliqua persona non valeat nisi fiat cum præsentia consensu & authoritate duorum proximiorum attinentium donantis, valet, & etiam a donante extra territorium statuentium seruari debet ex quo continet prohibitionem fauorabilem, Quod tamen non procedit sine dubio.*
14. *Statuto ciuitatis disponente, quod nulla persona audeat vel præsumat vendere, vel concedere aliquam rem descriptam in catasto ipsius ciuitatis alicui non subiecto iuris dictioni dictæ ciuitatis, si fiat donatio de aliqua ex dictis rebus ibi descriptis in forensem, nõ valet, nisi præstet fideiussionem de soluendo omnes factiones reales & personales cum dicta ciuitate.*
15. *Statutum prohibitiuum in re, & respectu rei, seruandũ est vbicunque fiat dispositio de tali re, alias dispositio non valet. Et dominium rei transferri impedit.*

CONSILIVM CXLIIII.

In nomine domini, Amen.

Pro præfati dubii declaratione, vř prima faciæ dicendũ, ꝙ dicta donatio nõ valuerit nec valeat multiplici de causa. Et primo, quia talis donatio nõ fuit facta coram potestate seu vicario dicti Castri, prout requiritur dictũ statutum dicti Castri positũ sub rubrica: De non faciendo donationem, annullans donationem aliter factam: quod statutum [1] iuri communi derogat in loco, & vt ius commune seruandum est. ff. de iusti. & iu. l. omnes populi. & prout no. in c. 1. & 2. de constitu. In 6. quod & secũdo deducitur ex alio, quia cum dicta donatio per dictã mulierem non appareat facta cũ præsentia, & cõsensu viri si habebat, vel duorũ primorũ cõsanguineorum ex linea directa vel affinium, si consanguineos vel affines habuerit, vel si nõ habuerit in præsentia potestatis vel vicarii,

carii,

earil,cum eorum authoritate & decreto,prout statutum requirit nō valuit nec valet eius donatio, prout disponitur in statuto posito sub rubrica: quòd nulla mulier possit & capi. Ad idem & tertio facit, quia cum dicta donatio fuerit facta dictæ do. Andreottę forensi, & non subiectę iurisdictioni dicti Castri Iani, & donauerit bona aca tastrata in catastro Castri Iani, talis donatio non ualuit nec ualet, prout disponitur in statuto posito sub rubrica: de possess. non transferen. in aliquem. Per quæ videtur,quòd talis donatio non valuerit nec valeat, & per consequens videtur, quòd tale testamentum valuerit & ualeat. Imo & si ualuisset & ualeret dicta donatio, nihilominus dictum testamentum valuit & valet.

2 C.de sac.san.eccle.l.1. Quolibet † enim testari potest etiam si non habeat bona, dummodo acquirere possit, prout patet ex not. ff. de verb.oblig.l. stipulatio hoc modo concepta. & C. de pac.l.fi.vnde ualuit & ualet testamentum,etiam si ualeat ipsa donatio, nec

3 † per ipsum testamentum reuocatur nec reuocari potest,ex quo fuit facta inter viuos & perfecta.C.de do

4 na. quæ sub mo. l. perfecta. Donatio † enim perfecta reuocari non potest,nisi ex causis de quibus in l. fi.C.de reuo.don.& in c.fi.de dona.Sed licet hoc nemo fit, vt donatio pfecta & valida reuocari nō possit, nec reuocetur per tale testamentum vt in d. iu. Tamen si fuerit imperfecta seu inualida, tunc non valebit testamentum,& habebit effectum, non obstante ipsa donatione, vt in reg.non præstat. in 6. Vnde de validitate ipsius donationis videndū est. Circa quā dicendum est, quòd si non starent statuta prædicta,

5 talis † donatio prædicta valuisset & valeret,cum fuerit facta per dictam do.Gregoriam d.Andreottę præsenti & stipulanti,& recipienti pro se & suis hæredibus.ff.de actio.& oblig.l.consensu, no.ff.de dona.l. qui mihi donatum.& C.de don.l.si donatio. & l.nec ambigi.l.si quis argentum. Nisi forte dicatur, quòd ex quo dicta do. Andreotta non accepit possessionē, sed possedit ipsa do. Gregoria post ipsam donatio-

6 nem usque ad mortem, præsumatur talia † donatio simulata,& in fraudem facta,per id quod habetur.ff. qui. mo. pigno.uel hypotheca. solu. l.sicut.§.superuacuum. & l. si is ff. de acquiren. hæredi. & in l. si quis.in fi.C.de natu.libe. & prout not. per Ci. C.de repudi.hære.in l.fin.& per Bartol.ff. de dona. l.post

7 contractum. Sed † certe licet hæc fuerit simulata, & in fraudem facta,non potuit allegare dicta do. Gregoria donana.ut.C.de seruo.pigno. dato manumisso.l.si creditoribus. & C. de his quæ in fraun. credi.l. filio.& prout plene not. per Bartol. in l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. & in d. l. post contractum. Et sicut ipsa non potuit nec potest dicere de ipsa fraude & simulatione, ita & nec eius hæres. ff. de diuer. & tempo. pręscrip.l. cum hæres. Et in regula. Si quis in ius in 6. Præterea, & si possit allegare, nihilo-

8 minus † non semper præsumitur ipsa donatio simulata, si donans reperiatur post ipsam donationem tenere & possidere,cum & considerari, debeat quanto tempore tenuerit & possederit, & alię circunstantiæ, adeo quòd iudicis arbitrio relinquetur, qui hoc arbitrabitur ex qualitate personarum, & fama loci,prout uoluit Bartol. in d.l. post contractum ubi plenius de hoc per eum.& per Ioan.de Imo.ibi, & in cap.illo uos.de pig.super quo aliter non insisto, cum non expediat, Attento maxime, quòd ipsa do. Gregoria in eius uita,& post eius mortem eius hæredes hanc fraudem & simulationem allegare non possunt,nec allegāt,sed solum quod d.Andreota non possedit,quod non excludit eam a iuribus suis, cum non possederit per tempus, quòd dici possit causata aliqua præscriptio, prout habetur in l. omnes. & l.sicut emptionis.C.de præscri.30. annorū.Ita quòd si statuta non repugnarent, talis donatio de iure cōmuni fuisset valida: Vnde uidendum est de ipsis statutis.Et primo circa primum statutum, quod disponit,quòd nulla persona de dicto Castro possit facere aliquam donationem,nisi præsente Potestate seu Vicario: propter quod statutum, videtur annullari, & reddi nulla, si fiet non pręsente Potestate vel Vica-

9 rio:Sed certe † ex hoc cum non interuenerit ipse Potestas uel Vicarius dicti Castri, talia donatio non uidetur reddi nulla, cum tale statutum ita disponēs, circa dictam solennitatem seruandam in donatione non uidetur extendi extra territorium statuentium,

10 cum † in solennitatibus obseruandis semper inspiciatur locus, ubi actus geritur.ff.de euic.l.si fundus. & C.quemadmo. test. aperia.l.2. Per quæ iura Bald. in l.cunctos populos in 5. column. In uer. circa pri-

11 mum hoc tenet dicens, quòd statuta † prohibitiua ratione solennitatis,non porriguntur extra territorium cum in solennitatibus inspiciatur locus, ubi actua geritur,ut ibi plenius per eum & per Bal.in d. l.cunctos populos in 22. colum. ubi videtur hoc idē sentire,licet non clare loquatur:Pro quo etiam facit quod not.in cap.vt animarum.§.statuto.de constitu. de in 6. & in cap. fin. de for.competen.Præterea in casu prædicto dici potest, quòd talis solennitas in tali donatione fuit obseruata, cum talis donatio fuerit facta in præsentia Collareralia seu Vicarii domini Angeli senatoris Romani,ut in ipso instrumento de scribitur,ita quòd ex hoc non uidetur reddi nulla donatio,quia non fuit facta coram Potestate seu Vicario dicti Castri:Nec etiam videtur reddi nulla ex eo, quia talis donatio non apparet facta de consensu & uoluntate uiri,quia ut mihi dicitur, uirum non habebat,nec est uerum, quòd non appareat duos proximiores consanguineos dictæ dom. Gregoriæ non interuenisse,cum,prout in dicta donatione dicitur,fuerit facta cum consensu,præsentia,uerbo,& uoluntate spectabilium uirorum Euangelistæ & Laurentii quondam magistri Iacobi de Bistulphis de Verbo germanorum fratrum propinquorum dictæ dom. Gregoriæ.Propter quod uidetur satisfactum solennitati requisitæ a dicto statuto posito sub rubric. Quod nulla mulier &c. Vnde ex dispositione dicti statuti non uidetur reddi nulla talis donatio, si non appareat de aliis proximioribus consanguineis,cum & tales potuerint consentire & præsentiam adhibere,

12 quantumcunque fuerint † & sint fratres carnales dictæ dom. Andreottæ, cum non præstent authoritatem nec authorizent.ad eorum commodum, sed ad commodum dictæ dom. Andreottæ. Propter quod non repelluntur ab authoritate & consensu interponendis,ad hoc quod notat.ff.de autho.tuto.l.3.& ibi per Barto.& per Bal.in l.bonorum.C.qui admit. Vnde fuerunt & sunt idonei,dummodo sint proximiores

res consanguinei,& attiuentes dictæ dom. Gregoriæ,prout dictum statutum requirit: Ita quòd ex dispositione dicti statuti non redditur nulla dicta donatio. Esto quòd forte aliud esset, si non essent proximiores consanguinei ipsius dom.Gregoriæ, 13 cum tale † statutum uideatur seruandum, quantumcunque contrahatur extra territorium,ex quo continet prohibitionem fauorabilem, prout uoluit Barto.in dicta l.cunctos populos.in undecima colum.Quod tamen non procedit sine dubio,cum Bald.aliud uideatur sentire in d. l. cunctos populos.in uigesima colum. Præterea tale statutum nō solum prohibet ipsam personam,sed etiam disponit circa solennitatem seruandam. Propter quod tale statutum extra territorium non uidetur seruandum,cum attendi debeat locus, ubi actus geritur,prout uoluit Bartol.in dicta l. cunctos populos.vt supra dictum fuit in alio statuto. super quo non puto necessario insistendum, ex quo interuenit præsentia & consensus proximiorum consanguineorum dictæ dom.Gregoriæ. Ita quòd ex dispositione talis statuti talis donatio non redditur 14 nulla.Sed bene redditur nulla † ex dispositione alterius statuti disponentis, quòd nulla persona audeat,vel præsumat uendere,uel concedere aliquam rem,seu possessionem acatastratam in catastro cōmunis Iani alicui personæ non subiectæ iurisdi- 15 ctioni dicti Castri. Tale † enim statutum,cum sit prohibitiuum in re,& respectu rei, seruandum est vbicunque fiet dispositio de tali re, adeo quòd nō ualet talis dispositio, ex quo afficit rem, & impedit dominum transferri.institu.qui alie.li. vel non in prin.& ff.de fun.dota.l. prima. & C. de rei uxo. actio.l.vnica. §.cum lex. per quæ iura Bartol. hoc uoluit in dicta l.cunctos populos. in sexta colum. Ita quòd attento statuto prædicto talis donatio redditur nulla, quatenus continet bona existentia in Castro Iani,& eius pertinentiis acatastrata in catastro dicti communis Castri Iani, Et hoc nisi dicta do. Andreotta uelit dare fideiussores idoneos. & sufficientes de soluendo omnes & singulas datias, & præstancias imponendas in dicto communi Castri Iani prædicti, & de faciendo omnes alias factiones reales & personales,prout & sicut alii de dicto castro:Et tunc ualet dicta donatio, ac si fuisset facta alicui subiecto,prout disponitur in dicto statuto,quod, prout dixi, seruandum est. ut dicta l. omnes populi. & prout supra dictum fuit. Ita quòd per hæc dici & concludi potest,quòd si dicta do.Andreotta nolit præstare dictos fideiussores,talis donatio ualebit, etiā quoad bona accatastrata, sed bene quoad bona super quibus tale statutum non disponit. Vnde ualuit & ualet & talis donatio, nec tollitur per tale testamentum. Esto quòd tale testamentum ualuerit,& ualeat,licet non habeat effectum quoad bona donata,quatenus donatio ipsa valida est,alias quatenus fuisset inualida,testamentum tale ualuisset & ualeret,prout patet ex prædictis.&c.Dom.Ben.

THEMA CONSILII CXLV.

PVnctus. Quidā iuuenis Pādulphus nomine,cum esset ætatis perfectę, diuinitus inspiratus, proposuit ingredi religionē: & ingressus est religionē approbatā ,ibique statim assumpsit habitum professorum : Quo assumpto infirmatus est, & infra tres dies a die talis assumptionis habitus professorū agressus est viam vniuersæ carnis, & sic mortuus est. Quo mortuo exorta est materia quęstionis & dubitationis super bonis ipsius inter ipsum monasteriū, & succedentes eidē intestato. Quis istorū eidē Pādulpho sic infra triduū morięti succedere debeat:& cui bona ipsius acquirantur: an ipsi monasterio,an vero venientibus ab intestato:Nā Monasteriū nititur succedere vigore tacitæ professionis, propter talis habitus professorum assumptionē: propter quod cū eo manendo, videtur tacitæ declarare voluntatem suam, & dictam religionem profiteri, & in eadem volūtate perseuerare. Vnde quæritur quid iuris super hoc dubio.

SVMMARIVM.

1 *Testator si grauet heredem, vt aliquid det alicui, cum voluerit,decedendo antequam declaret, ipse heres videtur voluisse, & ita præsumatur in ipsa voluntate decessisse:Aliud est in contractibus.*
2 *Voluntates vltimæ sunt ipsis contractibus fauorabiliores,vnde in eis largior interpretatio.*
3 *Quis præsumitur durare in eadem voluntate, in qua semel fuit.si aliter non appareat mutata, siue ea tendat ad bonum,siue ad malum.*
4 *Semel bonus,semper præsumitur bonus.*
5 *Ingrediens Monasterium,& habitum assumens, & infra triduum decedens,an videatur professionem fecisse, & in voluntate perdurasse, ad hoc vt eius bona, ipsi Monasterio acquirantur.*
6 *Ingrediens religionem,ad hoc vt dicatur professionem in ea fecisse,oportet quod ipsum habitum scienter, voluntarie,et in ætate perfecta assumat:illum deferat,& in eo triduo perseuerit.*
7 *Conditio debet impleri in forma.*
8 *Intellectus c.constitutionem.de regular.in 9.*
9 *Assumenti habitum nouitiorum datur annus ad probandum religionem,& assumenti habitum professorum datur triduum.*
10 *Monasterium non succedit nouitio decedenti infra annū probationis,sed veniunt succedentes ab intestato, si intestatus decedat.*
11 *Mortui nulla est voluntas,cum mors omnia soluat.*
12 *Beneplacitum,& voluntas morte expirat.*
13 *Monasterium ingressus, & habitum professorum assumens,si infra triduum decedat & intestatus,eius bona pertinent ad succedentes ab intestato,& non ad ipsum Monasterium.*

mitur ipsam professionem fecisse. Per quæ non po-
13 test† dici dicta bona fuisse acquisita dicto Mona-
sterio, nec Monasterium in eis succedere, sed po-
tius uenientes ab intestato, pront & supra in alio
consilio est consultum. non obst. in contrarium ad
ductis, cum non obstent. Non enim obstat, & pri-
mo quod dicitur, ꝙ moriens uidetur uelle i eadem
14 volntate perdurare. Quia hoc† non est verum, cú
non reperiatur iure cautum etiam in vltimis volũ-
tatibus, ꝙ quis moriens uideatur velle, cum nulla
lege hoc caueatur, pront uoluit Barto. in l. centesi-
mis. §. si. ff. de verb. ob. Imo potius contrarium, cũ
mors omnia solnat. ut d. §. deinceps. Imo & uolun-
tatem. ut d. c. si gratiose. Imo plus uoluit Bar. in d.
l. centesimis. §. si. quod etiam in ultimis uoluntati-
bus, si nerba conditionaliter sint prolata, ut si uel-
let, tunc post mortem dispositio locum nõ habeat,
cum tunc si ante mortem non declaret, deficiat ta-
lis conditio. l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de leg.
1. pront nidetur esse in casu prædicto, cum per viã
conditionis uideatur. requiri ipsa uoluntas, prout
patet in d. c. constitutionem in si. Vnde non obstat
quod & primo in contrarium adducitur. Nec ob.
quod & secundo in cõtrarium adducitur dicendo,
15 ꝙ præsumitur† quis durare in eadem uoluntate, e-
tiam si uolnntas tendat ad malnm. nt in d. regula.
semel malus. Nam illud est uerum, quando consi-
steret in actu possessionis malitiæ uel bonitatis, in
qua quis semel fuit, cum in ea præsumatur durare.
16 ut d. regula semel. Esto† ꝙ aliud sit in possessione
rei, in qua quis nõ præsumitnr esse, licet semel fue
rit. ut no. in l. sine possidetis. C. de probat. quod iõ
est secundum Di. quia nitium animi & eius posses
sio non potest auferri sine uoluntate possidentis,
qnod non est in possessione rei. ff. de acqui. pos. l.
peregre. §. quibus explicitis. Quod non cadit in ca
su prædicto, cum in casu prædicto non solum re-
quiratur animus: sed etiam factum, uel delatio ha-
bitus per triduum. ut d. c. constitutionem. Vnde si
cut in possessione rei non præsumitur quis perdu
rare. ut d. l. siue possidetis. Ita & quoad portionem
ipsius habitus, cum requiras factum, & põt auferri
etiam absq; eius uoluntate, sicut & alia possessio
rei. Ad hoc etiam qnod no. per Bal. C. quando pro-
17 uo. non est nece. l. 2. nbi inter alia dicit, ꝙ illnd† qđ
semel fuit, tale, semper præsumitur, tale, nisi fuerit
uariabile, nel de necessitate naturæ, nel de possibi
litate contingente, ut mors, nt ibi plenius per eũ.
Ad hoc etiam quod no. per ipsum Bald. in l. spado-
nem. §. qui absolutus. ff. de exc. tu. ubi inter alia di-
cit, ꝙ quædam sunt quæ habent se pariter ad actũ
permanentem & transeuntem, ut numerus libero-
18 rum, & tunc† ex præsenti non infertur in futurum,
& maxime, quia probatio debet concludere. ut in
c. in præsentia. de prob. & l. non hoc. C. unde cogna
19 ti. ut plenius ibi per eum. Præterea licet† aliquãdo
ex præterito præsumatur in futurum, vt supra & in
c. scribam. & c. mandata. de præsump. hoc locũ nõ
habet in rebus in eodem statu nõ permanentibus,
ut quia superuenit mors, cum tunc nõ præsumatur
ex præterito in futurum, ut patet ex his quæ haben
tur in c. quemadmodum. de iureiu. & ex d. §. qui ab
solutus. prout est in casu prædicto, ex quo superue
nit mors. Vnde non præsumitur, nec præsumi po-
test in futurum, nidelicet, ꝙ durauerit in eadem vo
luntate. Vnde non ob. in contrarium adducta, &
cum non obstent, concluditur & concludi potest,
quod dictus Pandulphus non præsumatur dictam
professionem fecisse, & per consequens eius bona
ad dictum Monasterium non pertinere, prout pa-
tet ex prædictis. &c. Dom. Ben.

THEMA CONSILII CXLVI.

PVnctus. Quædam domina Mea
Ioannis de Castro sancti Laurẽ
tii condidit testamentum, in
quo in omnibus suis bonis mo
bilibus & immobilibus, iuri-
bus, & actionibus, præsentibus
& futuris, Ioannem Gori suum uirum, & Vi-
cum, & Gabrielem suos legitimos filios uni
uersales hæredes instituit in æquali portio-
ne: Cum hac clausula & conditione, & decla
ratione, quòd dictus Gabriel habeat iure le-
gati unam petiam terræ culti uatam ante par
tem in Curte sancti Laurentij, in fundo Cru
cis: cui a primo & a secundo latere sunt uiæ
publicæ, a tertio Pariginus Parigne, & a quar
to bona patrimonii sancti Laurentii. Et dein
de decessit iam sunt 25. anni, uel circa dicta
domina, superstitibus prædictis Vico, & Ga-
briele. Qui, anni sunt quinque uel circa, diui
serunt, & cum dicta petia terræ esset emphi
theutica Monasterii sancti Laurentii, & pa-
tris dictæ do. Meæ, & dicto Gabrieli iam re-
licta, ipse Gabriel fecit renouari & reforma-
riiam sunt quinque anni dictam emphytheu
sim & a dicto tempore circa tenuit & posse-
dit, & censum soluit. Et dictus Vicus ad præ
sens molestat ipsum Gabrielem in dicta pe-
tia terræ, dicens, quòd cum fuerit & sit res
emphyteutica, & patris d. do. Meæ, ad ipsum
pertinuit & spectauit, pertinet & spectat ꝑ
medietate, nec potuit dicta dom. Mea dicto
Gabrieli relinquere. Et ad præsens in dubiũ
reuocetur, an dicta dom. Mea potuerit dicto
Gabrieli eam relinquere, ita quod consequa
tur, & consequi possit eam.

SVMMARIVM.

1 *Legata re, videtur legatum ius, quod in ea legans habet, etiam si sit morte periturum, si a sciente illud periturũ fiat, non si ab ignorante & nu. 11.*

2 *Emphytheusis finitur regulariter morte emphytheutæ.*

3 *Legatum iuris, quod morte legantis extinguitur, non valet, nec aliquod ius transfert in legatarium.*

4 *Nemo dat ius, quod non habet.*

5 *Emphytheutica res ad omnes hæredes spectans, potest a testatore vni tantum cohæredi prælegari, Et valet præ-*

 lega-

legatum, nec a cæteris in ea poteſt aliquo modo inquietari.

6 *Teſtator poteſt grauare eius hæredem, & eius rem alteri legare. Idem eſt etiam ſi leges rem, quam cum hærede habet communem.*

7 *Legatum rei alienæ valet, ſi coniunctæ perſonæ fiat.*

8 *Emphytheutæ poſſunt rem ſibi in emphyteuſim conceſſam inter ſe diuidere, & alienare etiam inuito domino.*

9 *Hæreditatem acceptans, & agnoſcens, prælegata in teſtamento facta adimplere tenetur.*

10 *Legatum in dubio præſumitur ita factum, potius vt valeat, quam non valeat.*

11 *Aliena res ſcienter legata legatario debetur, maxime ſi legatarius ſit coniuncta perſona.*

12 *Vſusfructus legatus ab eo, qui ſcit illum poſt mortem nõ duraturum, an debeatur.*

13 *Legans rem, quomodo intelligi debeat, quod in dubio videatur legaſſe ius quod habet in ea.*

14 *Intellectus l. quod in rerum. §. 1. ff. de leg. 1.*

15 *Intellectus l. vxor patruus. C. de lega.*

16 *Intellectus eorum quæ ſcribit Bart. in l. Sticho in fi. ff. de uſufruc.*

17 *Legatum iuris, vel rei, collatum in tempus, quo legans, in ea ius aliquod non habet, valet eo modo, quo valere poteſt, vt ſaltem debeatur extimatio, quando res eſſet omnino aliena, ſecus ſi eſſet hæredis, in totum, vel pro parte, cum tunc debeatur ipſa res, quatenus eſt hæredis, & ad ipſum hæredem ſpectat.*

18 *Emphytheuta qui eſt de prima generatione, non poteſt præiudicare in emphytheuſi alijs ſequentibus, niſi eos hæredes instituat, tunc enim & eis præiudicare poteſt, ſaltem quo ad æſtimationem.*

19 *Aliena res ſi ſcienter legetur, debetur æſtimatio.*

CONSILIVM CXLVII.

In nomine domini, Amen.

Circa hoc, & ſi videatur dicendum, quòd d. do. Mea non potuerit relinquere dictam petiam terræ dicto Gabrieli ex pluribus. Et primo, quia legando ipſam 1 petiã terræ dicto Gabrielli, videtur legaſſe † ius qđ habet in ea, etiam ſi ſit morte periturũ. ff. de leg. 1. l. ſerui electione. §. fi. in l. qđ in rerũ. §. 1. & C. de leg. l. vxor. Et cũ dicta petia terræ fuerit emphytheuti 2 ca, ea mortua † finita eſt eius emphyteutis facta in eius pſona, vt in auth. de nõ aliena. §. emphytheu 3 ſis. & prout no. in c. præſentia. de proba. Et cum † finita ſit, & extinctũ ſit tale ius, tale legatũ nõ valuit neevalet, nec in ipſum aliqđ ius trãsferri. vt d. l. vxor. Imo & plus voluit Bar. in d. §. fi. vbi hoc voluit, quod & voluit etiam Bald. in d. l. vxor. & in l. Sticho. ff. de vſufruc. legato. Pro quo etiam Bal. in d. l. vxor. & in l. Sticho. ff. de vſufruc. legato. Pro quo & facit, quia cũ d. Mea poſt eius mortẽ nullũ ius habet in dicta petia terræ, ſi ſimpliciter leget rẽ, in qua habeat uſumfructũ, non valet tale legatũ, non habita diſtinctione an ſit coniuncta perſona vel non, per d. l. vxor. Ita legando non videtur aliquod ius transferre, nec aliquod ius ſibi acquiri, vt in d. io. ad hoc etiam quod 4 no. de vxo. patro. in ea. quod autem. nemo † enim dat ius, quod non habet, vt ibi. Vnde dicta do. Mea poſt eius mortem non potuit relinquere dicto Gabrieli. Quod & ſecundo videtur deduci ex alia ratione, nã cum dicta petia terræ non fuerit acquiſita per dictam do. Meam, ſed per eius patrem recipiẽtem pro ſe & eius filiis, & nepotibus, & ſic in ea fuerit acquiſitum iua Vico dictæ petiæ terræ pro medietate, cum fuerit nepos, prout & ipſe Gabriel, non potuit per ipſam do. Meam tolli. ff. de tegu. iur. l. id quòd noſtrum. Et prout no. C. de dona. l. ſi auia. & ibi per Bald. Ita quòd per hæc videtur dicendum, quòd pro medietate pertinuit & pertinet dicta petia terræ ad dictũ Vicum, & quòd ipſe potuerit & poſſit inquietare dictum Gabrielem in dicta petia terræ pro dicta medietate. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum eſt, nam † ex quo ipſa teſtatrix inſtituen-5 do hæredem dictum Ioannem ſuum virum, & Gabrielem. & Vicum: cum hac clauſula & conditione, & declaratione, quòd dictus Gabriel habere iure legati dictam petiam terræ, ipſe Gabriel eam habere debebit, prout ipſa teſtatrix diſpoſuit, etiam ſi pertinuerit, & pertineat pro medietate ad dictum Vicũ, cum † teſtatrix ipſa potuerit & poſſit grauare eius 6 hæredem, & eius rem alteri legare. ff. de leg. 3. l. vnũ ex familia. §. ſi rem. Imo & ſi legaret rem, quam haberet communem cum hærede, eidem eſſet. ff. de leg. 2. l. cum filius. §. dominus. Vnde eum prælegauerit ipſa teſtatrix ipſi Gabrieli ipſam petiam terræ conſequetur & conſequi debebit ipſam petiam terræ integraliter, quantumcunque pertinuerit & ſupectauerit ad dictũ Vicũ pro medietate, prout patet in d. §. rẽ. & in d. §. dominus. Qđ & ſecundo vt deduci, q͂a 7 ipſa, vt præſupponitur, ſciebat ipſam petiã terræ emphyteuticã. vnde † ipſam, quãtũcũque alienam pro medietate, vt legare, & valet legatũ, maxime ex quo legauit filio, & ſic cõiunctæ perſonę. C. de leg. l. cum alienã. Ad idẽ & tertio facit, quia quãtũcunque dicta petia terrę fuiſſet & eſſet emphytheutica, tñ erat emphitheutica dictorũ Gabrielis, & Vici, & cõmunia inter eos erat & fuit diuiſibilis, & inter eos alienabilis: 8 adeo † q͂ potuerũt adinuicẽ diuidere & alienare etiam inuito domino, prout habetur in titu. de prohibita Feu. alie. §. præterea. in uſibus Feudo. per quẽ. §. Bar. hoc voluit in l. eũ hi. §. ſi vni. ff. de trãſa. & Bal. in l. volũtas. C. de fideicõm. Propter qđ potuit d. do. Mea prælegare dictã rẽ emphyteuticã vni ex ipſis, videlicet dicto Gabrieli, cum potuerit & poſſit d. Vicus eã eidẽ aſſignare, & cõcedere pro parte ſibi tãgente: & ita facere debuit, ex quo † ipſam hæreditatem acce-9 ptauit, cũ tale prælegatũ adimplere debeat, & poſſit, etiam irrequiſita eccleſia: ad hoc quod no. C. de fideicõmiſ. l. ab eo. & C. cõia de leg. l. 1. ad fi. & ff. de leg. 2. l. neminẽ. Ita q͂ per hæc dici & cõcludi põt, quòd tale prælegatũ ita factũ per dictã d. Meã d. Gabrieli, valuit & valet, adeo q͂ d. Vicus tenetur adimplere pro parte ſua, & partẽ eius ſibi tãgentẽ de dicta petia terræ eidẽ Gabrieli aſſignare: ex quo dictã hæreditatem acceptauit, vt præſupponitur, & adimplere poteſt, & abſque licẽtia ipſius eccleſiæ, & eius Rectoris, prout & ſupra plenius dictum fuit. Et hoc voluit Ioan. de Imo. in d. l. quod in rerum. §. 1. in ſimili. vt habetur in l. Sticho in fi. a cõtrario ſenſu. ff. de vſuf. lega. Pro 10 quo facit, q͂a in † dubio intelligi debet legatũ factũ ita, vt potius valeat, quã nõ valeat. ff. de leg. 1. l. ſi quã do

do & ff. de rebus du. l. quoties & c. abbate. de verbo. sign. Ita quòd valuit & valet tale relictum ita factum dicto Gabrieli, non obst. in contrarium adductis, cum non obstent. Non enim ob. Et primo, quod dicitur, quòd in dubio videtur legare ius quod habet vt d. l. serui electione. §. fin. etiam si sit ipsum morte periturum. vt d. l. quod in rerum. §. 1. Nam ad hoc respondetur, quòd hoc est verum, quando ignorabat ipsum ius morte periturum: alias † si sciret. & tunc videtur legare ipsam rem, In tantum quod debetur, sicui & quando legat rem alienam scienter vt d. l. cum & colligitur in d. l. Sticho. a contrario sensu, prout & voluit Io. de Imo. in d. l. quod in rerum. §. 1. vbi vide tur velle, q si legasset † vsumfructum sciens post mortem non duraturum, debetur, prout innuitur in d. l. Sticho. a contrario sensu. Vnde & fortius debetur tale legatum, si simpliciter legat ipsam rem emphytheuticam sciens post mortem eius ad ipsum nô pertinere. vt d. l. cum alienam. Quod maxime procedit quando esset heres institutus saltem in totū, vel pro parte. vt d. §. si rem. Et istud voluit Bal. in d. l. cū alienam. vbi dixit, q si testator habet nudam possessionē sine titulo, & tune nuda possessio debetur, oēc venit dominium, & hoc quando ab ignorante & coniunctæ personæ legatur. Secus ergo a sciente, & hoc maxime si legatur coniunctæ personæ, prout ipse ibi vult. Vnde in casu prædicto, si ipsa testatrix sciuerit ipsam rem emphytheticam & pro parte spectare ad dictum Vicum, ita relinquendo d. Gabrieli, videtur reliquisse dictam petiam terræ emphytheuticam, non tantum pro parte ad ipsum Gabrielem tangente, & spectante: sed etiam pro parte spectante ad ipsum Vicum, & maxime cum totum confirmauit, pro ut voluit in simili Bald. in d. l. cum alienam. loquendo de legato rei communis cum hærede. Præterea † illud quod dicitur, q in dubio videtur legare quis quod habet. vt d. l. serui electione. §. fi. locum habet, quādo haberet aliquod ius duraturum, vt ibi patet: quod non est in casu prædicto. vnde non ob. Nec ob. d. l. quod in rerum. §. 1. quæ † videtur loqui, quando haberet ius tempore testamenti, non post mortem, cum loquatur de legato vsusfructus. Nam ad illam respondetur, quòd loquitur quando quis legat vsumfructum, quem habet in certo fundo, prout videtur sonare litera, cum tunc videatur errore ductus legasse, propter quod tale cōtrarium non obstat. Nec ob. d. l. vxor patri. quia † ibi non dicitur legatum fructus valere, sed dicitur tale testamentum non præiudicare proprietariis, prout voluit Io. de Imo. in d. l. quod in rerum. §. 1. vbi plenius de hoc. Vnde nō ob. Nec ob. quod voluit Bar. in d. l. Sticho. quia † Bar. loquitur, quando legatur ipsa res ignoranter, & per ipsum testatorem ignorantem, cum tunc non debeatur ipsa res, siue leget coniunctæ personæ, vel non: quod non habet locum in casu prædicto, cum scienter legauerit, tunc enim non solum si legetur simpliciter res, debetur legatum: sed etiam si legetur scienter vsusfructus, vel proprietas cum debeatur, vt colligitur ex d. l. Sticho. a contrario sensu. Et non minus quam si legaretur res aliena scienter, prout est expressum in d. l. cum alienam. Vnde non ob. si dicatur, quòd tale relictum non valuit nec valet, ex quo collatum est in tempus, in quo dicta do. Mea ius non habet, quia licet † collatum sit post mortem tale relictū, nihilominus valet eo mō, quo valere pōt, videlicet, vt debeat extimatio, qn res esset omnino aliena vt d. l. cū alienā. Secus si esset hæredis in totū, vel p parte, cū tunc debeat ipsa res quatenus est hæredis, & ad ipsum hæredē spectat. vt d. l. vnū ex familia. §. si rē. ff. de leg. 3. & d. l. cū filius. §. si dñs. ff. de leg. 2. vñ nō ob. Nec ob. si dicat q ipsa dña Mea, ex quo est de prima vel secūda gnatione, non pōt præiudicare aliis. Quia † hoc verū est nisi instituat hæredes illos alios, cū tūc possit eis piudicare. vt d. §. si rē. alias vero nō præiudicaret eis, nisi forte quoad extimationē, cū † legando rē alienā scienter, debeat extimatio, prout habetur in d. l. cum alienam. Vnde non ob. Et cum non ob. concluditur & concludi potest, q tale legatum factum de dicta petia terræ dicto Gabrieli valuit & valet, etiam quoad præiudicium dicti Vici: adeo q dictus Vicus non potuit nec potest dictum Gabrielem molestare, imo tenetur date, tradere, & assignare ius quod habet in dicta petia terræ dicto Gabrieli, per prædicta &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII. CXLVII.

PVNCTVS. Decessit, quidā Bartholomeus de monte Sancto condito testamento, in quo inter cætera in omnibus eius bonis heredes instituit Benedictum, Creatum, & Ludouicum eius filios, & q vno moriente sine testamento, & sine filijs legitimis, succedat in alterum: & dictum Bene. tutorem dictorum Creati & Ludouici declarauit, & super stitibus dictis suis filijs decessit. Deinde dictus Bene. nomine suo, & vt tutor dictorum suorum fratrum hæreditatem dicti Bartho. adiuit. Deinde dictus Bene. decessit condito per eum testamento, in quo Iacobum suum hæredem instituit, & Angelę & Dianæ suis filiabus certam quātitatem reliquit pro dotibus suis. Deinde decessit dict. Iacobus infans, superstitibus sibi dictis eius sororibus, & matre, & dictis Creato & Ludouico patruis, adita hæreditate per ipsam matrem, p se & filiabus. Deinde decessit d. Angela superstitibus dictis Diana eius sorore, & matre, & dictis Creato & Ludo. patruis, adita hęreditate per ipsam matrem pro se & filiabus. Deinde decessit dicta Diana superstitibus matre, d. Creato & Ludouico: & hoc in pupillari ætate. Deinde dictus Creatus fecit testamentum, in quo instituit hæredem dictum Ludouicum: & postea ingressus est monasterium fratrum sancti Nicolai de Tolentino: & tpe ipsius ingressus ipsi monasterio obtulit se & oīa bona sua, put videnē attestari nōnulli testes examinati ad perpetuā rei mem

memoriam. Item stat statutum in loco, positum sub rub. De successionibus ab intestato, quod disponit, q patrui carnales succedant nepoti, vna cum ipsa eius matre quod transmittitur. Et ad præsens de successione prædictorum dubitetur, Ideo primo quæritur principaliter, q̃s successerit & succedat p̃dicto Iac. in infantili ętate defuncto, superstitibus sibi d. Ang. & Diana eius sororibus, & matre, atq; dictis Creato, & Ludouico patruis. Similiter, quis succedat dictæ Angelæ ipsius Iacobi sorori postea morienti, superstitibus Diana eius sorore, matre, & antedictis Creato, & Ludouico patruis. Item q̃s succedat pari modo prædictæ Dianę in pupillari ætate, defunctę, matre, & patruis suis prædictis superstitibus. Secundo principaliter quæritur, an testes inducti ad perpetuam rei memoriam, probent de oblatione, & concessione facta per ipsum Creatum in ingressu religionis, de omnibus suis bonis capitulo, & conuentui ecclesię sancti Nicolai de Tolentino, in præsentia Prioris dictę eccle. Item, an per dictam donationem, & concessionem, testamentum per dictum Creatum prius, & ante ingressum dictæ religionis conditum, in quo Ludouicum eius fratrem, sibi hæredem instituerat, censeatur reuocatum. Tertio principaliter quæritur, vtrum dictus Ludouicus aliquo iure, successerit, & succedat dicto Creato decedenti, & eius bona in uita, seu post eius mortem petere possit, si non virtute testamenti per ipsum Creatum conditi, saltem vigore substitutionis factæ in testamento D. Bartholomei, qui substituit vnum filium alteri, si decesserit sine testamento, & sine filijs legitimis. Et in præmissis omnibus, & circa prædicta quæritur quid iuris sit.

SVMMARIVM.

1. *Statutum, vt ius commune seruandum est in loco, adeo quod iuri communi præfertur.*
2. *Dictio vna coniungit, adeo quod omnes æqualiter vocat.*
3. *Religiosus ordinis fratrum Mendicantium, an succedat nepoti suo laico ab intestato decedenti.*
4. *Fratres mendicantes non videntur esse capaces hæreditatum.*
5. *Damnatus in metallum ad successionē consanguinei sui defuncti, vel etiam parentum, non admittitur.*
6. *Fratres minores, aut eorum monasterium non succedunt patri, matri, aut alijs eorum consanguineis, sed alij descendentes, & succedentes ab intestato.*
7. *Religiosi omnes, qui non sunt de ordine fratrum minorū, vel mendicantium, licet censeantur mortui mundo, tamen succedunt non solum patri, & matri, sed etiam alijs consanguineis, quia quo ad successionem mortui non censentur.*
8. *Mendicantes ex constitutionibus & non ex regula, vt sunt fratres prædicatores, & Heremitani, & eorum monasteria possunt succedere, Et capere bona, non vt si bi retineat, sed vt vendant & se alant.*
9. *Intellectus l. Deo nobis. C. de Episco. & Cle.*
10. *Bona omnia & iura religiosi transeunt in monasteriū & mendicantium, non vt retineat, sed vt vendat, & ex eis ipsos fratres alat.*
11. *Testes in substantia rei, super qua deponunt conuenientes, probant, licet in verbis forte descrepent.*
12. *Ingredientis monasterium oblatio, & omnium iurium, & bonorum ipsi monasterio facta concessio, per quot testes probari sufficiat.*
13. *Oblatio omnium bonorum facta per ingredientem monasterio, valet, si prioris persona interueniat, & is pro monasterio recipiat.*
14. *Donatio facta ecclesiæ valet, etiam si sit facta de omnibus bonis præsentibus & futuris.*
15. *Dominium bonorum oblatorum & concessorum monasterio per ingredientem, etiam sine apprehensione possessionis transit in ipsum monasterium.*
16. *Testamentum præcedens an censeatur reuocatum per ingressum religionis, & dationem, & concessionem omnium bonorum eidem per testatorem siue tacite, siue expresse factam.*
17. *Testamentum morte ciuili testatoris non confirmatur, sed requiritur mors naturalis.*
18. *Testamentum confirmatur, si testator ingrediatur religionem fratrum minorum, quasi tunc mortuus censeatur, secus si aliam religionem ingrediatur.*
19. *Frater Laicus, vtrum succedat fratri religionem ingresso, & in quibus bonis.*
20. *Testamentum quid sit.*
21. *Monasterium habetur loco filij, quo ad substitutum excludendum.*

CONSILIVM CXLVII.

In nomine domini, Amen.

Cum ad præsens attentis & consideratis prædictis, certis statutis quęratur de pluribus: omissis de successione dicti Bartho. cui successerunt dicti eius filii, & de successione dicti Benedi, cui successit d. Iacobus, vnde ipsis omissis, quæritur de successione Iacobi, quis ipsi successerit & succedat: Et cum, vt præsupponitur, decesserit superstite matre, & sororibus vtrinque coniunctis, stantibus etiam ipsis statutis, succedit matre una cum dictis suis sororibus, succedendo viriliter, & per capita, non solum de iure commu ni, C. ad Tertul. aut. & cum solis. aut. defuncto: sed etiam attenta dispositione præfati statuti positi sub rub. de successionibus ab intestato in uer. prædictis autē fratribus exclusis ipsis patruis. Secundo de successione d. Angelæ, & eidem succedit dicta mater cum dicta Diana eius sorore, exclusis ipsis patruis, non solum de iure cōmuni, sed ex dispositione præfati statuti, prout patet in d. iu. & in dicto statuto. Tertio de successione d. Dianæ quæ decessit in pupillari ætate, superstite eius matre & dictis suis patruis. Et de iure cōmuni sine dubio succedit mater, vt d. aut. defuncto, & C. de suis & legi. & aut. cessante

exclusis

exclusis ipsis patruis. Verum quia in dicto statuto, in ver. quibus omnibus: disponitur, ꝙ patrui carnales succedant vna cum ipsa matre, in casu prædicto succedunt ipsi patrui vna cum ipsa matre, & sic ipsa succedit pro mediętate, attenta dispositione dicti statuti, 2 quod † vt ius seruandum est in loco, adeo quòd iuri communi præfertur. ff. de iusti. & iur. l. omnes populi. & vt no. in c. 1. de constitu. in 6. Vnde attenta dispositione dicti statuti ipsa mater succedet pro medietate: & ipsi patrui pro alia medietate, cum † dictio, vna coniungat, adeo ꝙ æqualiter vocat ipsam matrem cum eis. ff. de fun. instru. l. 1. & l. si quis. Sed tunc cadit dubitatio in ipso Creato religioso, an suc3 cedat simul cum ipso Ludouico. Circa † ꝙ, & si videatur prima facie dicendum, ꝙ non succedat, cum sit religiosus, quia censetur mortuus mundo, prout no. C. de Episc. & Cle. l. Deo nobis. & 16. q. 1. placuit. & 18. q. 1. non dicatis. Et præcipue cum fuerit & sit frater sancti Nicolai, & sic de ordine Mendicantium, prout no. in c. constitutionem. de regula. in 6. qui nó 4 † videtur esse capaces hæreditatum, prout no. in clemen. exiui. de verbo. signifi. vnde ad ipsam successionem non videtur admittendus, & prout in simili di5 citur † de damnato in metallum. ff. de his qui pro non scriptis. in l. si in metallum. per quæ videtur, ꝙ dictus frater creatus ad successionem dictæ Dianæ non admittatur quantumcunque sit patruus carnalis, sed ipse Ludouicus vna cum matre. Sed his non 6 obstat contrarium de iure dicendum est, quia † & si hoc verum sit in fratribus minoribus, vt ipsi non succedant nec eorum Monasterium ex eorum persona sed alii descendentes & succedentes ab intestato, prout tenuerunt quidam, secundum quod refert Ioan. Andr. in ca. in præsentia. de probatio. cum tale monasterium talia bona capere non possit, prout habetur in clem. exiui. de verbo. signifi. & hoc voluit Fede. de Senis in consi. 32. & Bar. in l. 1. ff. de testamen. & in tractatu minoricarum & Bald. in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. Et ita communiter tenetur, ad hoc dicta l. si in metallum. Et quòd ibi no 7 ta. tamen † in aliis religiosis aliud est dicendum, quia licet censeantur mortui mundo, vt supra: tamé quoad successionem non censentur mortui, vnde succedunt non solum patri & matri, sed etiam aliis consanguineis vt d. l. Deo nobis. & succedunt alii etiam religiosi, ac si religiosi non essent, prout ibi patet.

8 Quod † videtur locum habere non solum in aliis religiosis non mendicantibus: sed etiam in mendicantibus, vt sunt prædicatores, Hæremitani, & alii mendicantes: cum isti non mendicent ex regula, prout Fratres minores, sed ex constitutionibus. propter ꝙ eorum monasteria possunt capere bona, non vt sibi remaneant, sed vt vendant & se alant, put tenuerût quidam, secundum quod refert Ioan. And. in d. c. in præsentia ponendo eorum opinionem pro quarta, & vltimo remittendo ad Speculum. de statu Monacho. versi. 3. vbi Specu. hoc tenet, quòd & tenuit Fede. de Senis in consi. 12. & in consi. 26. ad hoc glo. in c. vnico. de religio. domi. in 6. vbi Lap. hoc idem voluit. quòd videtur etiam tenere Ci. in l. Deo nobis. C. de episc. & cleri. & Ioan. de imo. & do. Nico. in d. c. in præsentia, quod etiam videtur tenendum per d. 9 l. Deo nobis. quæ † generaliter & indistincte loquitur de illis qui elegit velle se sociare monasterio, & religiosam vitam ducere. quod & videtur locum habere in ipso Creato dictam religiosam vitam ducente. Capiet enim tunc hereditatem de voluntate & cósensu monasterii, seu ipsum monasteriú de volunta10 te & consensu ipsius Creati, cû † in ipsum monasterium transeant omnia bona & iura ipsius. ut d. aut. ingressi. & prout no. in iuribus prædictis & præcipue in d. c. in præsentia. quæ bona trãseunt in ipsum monasterium, non ut sibi retineat, sed ut uendat, & ex eis ipsos fratres alimentet. prout in d. iu. plenius no. Ita ꝙ d. Creatus ad successionem dictę Dianæ admittetur, prout & ipse Ludouicus, ex quo sunt patrui. Et hæc circa primum, cum ex prædictis pateat, quis succedat dictis Iacobo, Angelæ & Dianæ. circa secundum ꝙ est, an dicti testes ita inducti ad perpetuam rei memoriam probant de oblatione, & concessione facta per d. Creatum: Super quo reperiuntur inducti septem testes, quorum dicta si bene ponderentur probare conantur in effectu d. Creatum té pore ingressus dictæ religionis, & in ipso ingressu dedisse & concessisse omnia sua bona capitulo, & cóuentui d. ecclesiæ sancti Nicolai, in præsentia prio11 ris dictæ ecclesiæ: in hoc † enim omnes prædicti testes conueniunt: ꝙ & satis sufficit, esto ꝙ in uerbis omnes forte non conueniant, prout no. C. de poen. l. qui sententiam. & de conuersio. coniug. c. dudum. & de uerb. sign. c. nihil. & prout not. in c. 1. de offi. lega. 12 & ibi per do. Anto. Et si † conuenirent in hoc duo uel tres testes, qui deponerent, quòd dictus creatus dedit & concessit d. Monasterio, sufficeret: cû in ore duorum uel trium stet omne uerbum. de testi. cap. in omni negotio. & de test. c. cum esses. & ca. relatum 13 il j. Tenuis † enim & tenor talis dario & concessio de ipsis bonis ita facta per dictum Creatum d. monasterio, maxime interueniente persona prioris, & ipso priore quodammodo recipiente ꝓ ipso monaste14 rio, pront no. C. de sac. san. ecc. illud. nales † enim donatio facta ecclesię, ét si fit facta de oíbus bonis, etiã præsentibus futuris prout uoluit Bar. in l. final. C. de pac. per id quòd habetur in aut. ingressi. C. de sacrosan. eccle. Ita quòd per hæc dici & concludi potest, ꝙ per dictos testes ita deponentes uideatur satis probatum de tali datione & concessione facta ꝑ dictum Creatum dicto monasterio, de omnibus eius 15 bonis: per quam † dationem & concessionem transit dominium in ipsum monasterium, etiam absque apprehensione possessionis, prout habetur in l. fi. C. de sacrosan. eccle. & hoc quoad primam partem secundi quæsiti. unde dicẽdum est de secunda parte, quæ est, an per dictam dationem & concensionem censeatur dictum testamentum reuocatum. Circa ꝙ 16 dicendum est, ꝙ † tale testamentum, ex quo fuit factum ante ingressum, & dationem & cócessionem, non statim sed ex interuallo, & per plures annos ante, prout & in dubio pręsumitur, per notata in l. nam ad ea. ff. de condit. & demo. & tunc per ipsum ingressum religionis, uidetur tale testaméntum reuocatú & sublatú, sicut & tollitur & reuocaꝛ testamentú prius factum. C. de test. l. Sancimus, prout & tenuit Bar. in aut. si qua mulier. C. de sac. san. ecc. ubi Bald. hoc idé tenet ut ꝑ ipsú ingressum religionis reuocetur testamentum, non solum si ingrediendo expresse contr

li

sit bona, sed ēt si tacite, prout & voluit ipse Bar.ex quo extraneus fuit institutus in d.testō,maxime p d. aut.si qua mulier: quorū opinio verior est scd'm Ioā. de Imo.in d.c.in præsentia.esto q aliud voluerit ibi do.Ant.qū ingrediendo cōtulisset, sup quo non est necessario insistendū, cū hoc casu non tacite,sed expresse cōtulerit bona,put supra patet: quo casu cōiter tenet,vt reuocet tale testamentū,prout no. in d. aut.si qua mulier.& in d.c. in præsentia. Ita qd dici & cōcludi pōt,qd tale testamentū p talē ingressum, cum ipsa expressa obligatione & concessione bonorū,censeatur d.testamentum reuocatū. & hęc quo ad ipsum secundum quæsitū. Circa tertium quod est,an d. Ludouicus succedat d.Creato,& eius bona petere possit in vita, & post eius mortem, dicendum est quod in eius vita ipse non succedit eidem ex ipso testamento d.Creati,cum fuerit reuocatū.prout & supra dictum fuit. Et etiam si tali testamentū non fuis-

17 set reuocatum,cū † non confirmetur tali morte ciuili,cum ad eius cōfirmationem requiratur mors naturalis,ad hoc qđ no.ff.de iure fisci.l.Statius.§.Cornelio.& ff.de don.inter vir.& vx.l.sed & si mors nā & ipse pōt succedere. vt d.l.deo nobis. & hoc voluit Bar.in d.l.1.ff.de test.& in d.aut.si qua mulier.& Io.

18 Imo.& do.Nico.In d.c.in præsentia Quod locū† habet,qū ingrederetur aliam religionē,quam fratrum minorū,cum tunc per eius ingressum cōfirmetur testamentum,prout voluit Bar.in dictis iuribus,per id quod habetur in d.cle.exiui.& ita cōiter tenetur,p

19 ut in dictis iuribus notatur. † Ita quod d. Ludouicus vigore dicti testamenti ipsa bona petere nō pōt, nec ēt poterit post mortē dicti Creati vigore dicti testamēti,cū iam fuerit reuocatū: Nec ēt ab intestato, cum ex quo d.Creatus dicta bona ita dedit & cōcessit d.monasterio,prout & cōcedere potuit,& valuit, tenet talis concessio, prout & supra dictum fuit, ad hoc ēt q no.in c.cū simus.de regul. qđ & sine dubio locū haberet in bonis proprijs ipsius Creati, cū ipsa transiuerint in ipsum monasteriū,& ad ipsum monasterium pertinuerint & pertineant,prout patet in d. aut.ingressi. Imo & etiam quo ad bona dicti Bartholomæi,quæ peruenerunt ad dictum Creatum, quatenus tangit legitima & Trebellianica ipsius Creati cum in ipsa legitima & Trebellianica ipse Creatus non videatur grauatus vigore dicti testamenti Bartholomæi,prout patet ex notatis.ff. de inoff. testam. l.Papinianus.§.meminisse.& C.ad l.Falcid.l.quamquam.& de testamen.in ca.Rainutius.& in his non videtur cadere dubitatio per iam dicta. Sed dubitatio cadit de bonis ipsius Bartholomæi peruentis ad ipsum Creatum, quatenus est supra ipsam legitimam & Trebellianicam, cum videatur venire in restitutione fideicommissi post mortem ipsius Creati, cum videatur decessisse sine testamento, & sine filiis legitimis, ex quo tale testamentum fuit reuocatum: propter quòd videtur locus substitutioni factæ in testamento dicti Bartholomæi, substituendo vnum filium alteri, si decesserit sine testamento, & sine filiis legitimis, ex quo tale testamentum fuit reuocatum: propter quòd videtur locus substitutioni factæ in testamento ipsius Bartholomæi, substituendo vnum filium alteri si decesserit sine testamento & sine filiis, Sed his non obstantibus contrariū de

iure dicendum est, vt non sit locus ipsi substitutioni, etiam si dictus Creatus decessisset & decederet superstite dicto Ludouico, cum si decessisset, ipso non esset locus ipsi substitutioni, vt dicto §. Cornelio.& dicta l.sed si mors. ff.de donatio. inter virum & vxorem.prout voluit Ioan.de Imo.& dom.Nicolaus.in dicto cap.in præsentia. imo & si decessisset ipse Creatus, superstite ipso Ludouico, non esset locus ipsi substitutioni, ex eo quia videtur decessisse testatus: ex quo ita moriendo in monasterio expresse obtulit sua bona. Intantum quòd per dictam oblationem seu dispositionem tale testamentum per eum prius factum, fuit reuocatum, prout plenius su

20 pra dictum fuit. Est enim † testamentum voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quòd quis post mortem suam fieri voluit, vel velit.ff.de testa.l.1.in principio.& in cap.cum tibi. de testam, satis enim potest dici talis dispositio omnium suorum bonorum, testamentum, ex quo aliud testamentū prius factum reuocat,prout plenius supra dictum fuit.super quo non insisto, cū non sit necesse: quia etiam si dictus Creatus non fecisset aliquod testamentum: Nihilominus non esset locus tali substitutioni, cum ad hoc vt sit locus tali substitutioni requiratur, vt concurrant duo copulatiue,videlicet, quòd decedat sine testamento, & sine filiis legitimis, prout patet ex copula .ff. de conditio. institut. l. si hæredi, plures. & prout nota.ff. de rebus dubiis.l. prima. & l. si is qui ducenta.§.vtrum.& C.de verbo.signfi.l.cum quid.C.de condi.infer.l.fin. quod non cadit in casu prædicto: quia & si dictus Creatus decesserit sine te

21 stamento, tamen † non censetur decessisse sine filiis,ex quo intrauit dictam religionem,quæ in communi proprium habere potest, & in ea professionem fecit: videtur enim tunc quod excludatur ipse substitutus decedendo ipso Creato cum filiis. vt in authen.de sanctis.Episco.§.sed hoc de præsenti. & C.ad Trebellia. authen.nisi rogati.quæ ex d.§.extracta fuit,prout nota. in dicto cap. in præsentia.de probatio. vbi hoc est expressum, vt monasterium loco filii habeatur ad ipsum substitutum excludendum prout ibi plenius notatur. per quæ dici & concludi potest, quòd & si dictus Creatus decedat superstite ipso Ludouico,non erit locus ipsi substitutioni, nec ipse Ludouicus poterit aliquid petere de bonis d.Creati,& ad ipsum Creatum peruenta ex bonis dicti Bartholomæi.&c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CXLVIII.

Punctus. Quidam Lucas Bernardi de Nuceria intestatus decessit, superstitibus sibi Frāncisco, & Ioanne eius filiis legitimis & naturalibus. Quorum vnus,videlicet, Frācıscus erat ætatis quinque annorum,& alter videlicet, Ioannes,erat ætatis septem annorum, & vltra,& superstite d. Gabriela eius vxore matre dictorum filiorum dicti Lucæ,& maiore. 25.anno. Et superstite sibi Ioachino,Bernar. & Alexandrina natis ex ipso parēte & dicta

domi-

domina Gabriela. & sic dicti Ioachinus Bernardina & Alexandrina fuerunt, & sunt fratres legitimi & naturales ex vtroque parente, & superstite sibi Iacobutio, & Helisabeth natis ex vtroque parente dicti Lucæ, Adeo quod dict. Lucas, & dicti Iacobutius & Helisabeth fuerunt & sunt fratres nati ex vtroque parente & ex legitimo matrimonio. Qui Iacobutius tempore mortis d. Lucæ erat ætatis 25. annorum. Cōtingit quod dictus Franciscus decessit elapso primo anno, & in secundo anno, computando a tempore mortis dicti Lucæ sui patris superstite sibi dicto Ioanne pupillo eius fratre carnali, & superstitibus sibi dicta eius matre, & dictis alijs supra nominatis, tam a latere paterno, quam materno. Deinde decessit d. Ioannes in pupillari ętate, finito secundo anno a die mortis dicti Lucæ. & post primum annum a die mortis d. Francis. sine filijs computādo, & superstite d. do. Gabriela matre dictorum pupillorum, & superstitibus sibi dictis Iacobutio, Ioachino, Helisabth, Bernardina, Alexādrina: Et tutela ipsorum minus assumpta fuit, neque petitum fuit sibi tutorem dari, & similiter dictus Iacobutius patruus dicti pupilli & frater carnalis dicti Lucæ patris dictorum pupillorum non petijt tutorem dari ipsis pupillis, nec fuit assumpta tutela ipsorum pupillorum, seu alterius eorum. Nec ꝑ dictum patruum confectū fuit inuentarium aliquod, nec per aliquem nomine pupillorum dictorum & infantium fuit adita hæreditas dicti Lucæ eorum patris, Et statuto d. ciuitatis cauetur, ꝙ si casus euenerit, ꝙ filij masculi alicuius moriantur ab intestato, nō existente aliquo ascendente vel descendente ꝙ oīs hęreditas eorum debeat peruenire, & deuoluatur ad fratres eorū, vel filios fratrū, si sint vel ad patruos, & filios patruorū, Et auunculi, tunc non succedant, sed exclusi intelligantur ab hæreditate prædictorum testamentis semꝑ saluis: Et in casu quo contingat aliquē decedere ab intestato sine liberis, & sine fratribus, & sororibus vtrinq; coniunctis, suꝑstite sibi matre, vel auia, vel auo materno, vel materno, matre nō existēte, & auia paterna, vel auo paterno: Tunc & eo casu volumus, & statuimus auū, vel auiā æqualiter succedere ipsi defuncto, vna cū matre, vel auia maternis, testamētis ascendentium semꝑ saluis. Si aūt nō extarēt auus, vel auia paterna, ꝑut & non extāt in casu nostro, sed extaret patruus, vel filij masculi patrui, ꝙ in medietate bonorū talis decedētis succedat mater, & ī alia medietate succedat patruus: & eo nō existēte, succedāt filij masculi d. patrui. Et sic in casu nostro, extant mater & patruus, q̄ superuixerunt & superuiuunt ipsi Ioanni pupillo defuncto, & qui ex forma statuti ipsi Ioan. æqualiter succedūt, casu quo, infrascripta obstare nō habeant. Modo allegatur ꝑ parte d. Ioachini, Bernard. & Alexādrinæ, q̄ sunt fratres, & sorores. Et ēt allegatur ꝑ parte do. Helisabth, quę est soror carnalis d. Lucę, qualiter d. Iacobutius patruus dictorum pupillorum, & do. Gabriela mater dictorum pupillorum, ex quo non sumpserunt tutelā dictorū pupillorū, nec petierunt eis tutorem dari, nedū in primo, sed nec etiā in secundo anno, quibus d. Ioan. vltimus decessit, biēnio elapso a die mortis dicti sui patris, priuati sunt omni hæreditate, & emolumento ipsius hæreditatis Ioan. qui, vltimo loco decessit post bienniū a die mortis eorū patris, & post annū a die mortis d. Fran. eius fratris, ex quo decessit in pupillari ętate: vnde ius deliberādi ad quoscunque trāsmissit adeundo hæreditatem patris d. Ioan. & eius fratris ex persona ipsius Ioannis & sic hæreditas pertinuit ad ꝑdictos Io. Bernardinā, & Alexand. fratrem & sorores d. dō. Gabrielæ matris d. Ioan. & ad do. Helisabeth sororē carnalem dicti Lucæ patris dictorū pupillorum, ex quo sunt in pari gradu consanguinitatis & affininitatis. Et sic d. Helisabeth succedit ꝑ vna parte de trib. d. Ioā. & d. Ioachi. Bernardina, & Alexandrina ꝑ tribus partibus, de quatuor partibus. Allegabatur pro parte d. Iacobutij, ꝙ ipse nō est priuatus successione d. Ioan. quia Lucas dum decessit in præsentia testium dixit Io. Lascio a miei figliuoli, & a Iacobuccio mio fratello. ꝑꝑ qđ allegat, sibi non fuisse expediens tutelā prædictam adire & assumere, & sic ipse non est priuatus d. hæreditate, sed bene est priuata d. Gabriela mater prædicta: imo plus, q̄a ex quo ipse Iacobutius tēpore mortis d. Lucæ, & post, & tunc erat creditor d. Lucæ in certa pecuniarum quantitate, si voluisset, non potuisset dictam tutelam assumere. Modo quæritur quid iuris, & ad quem spectet hæreditas dicti Lucę, & dictorum Fran. & Ioannis.

SVMMARIVM.

1 *Filij primi gradus vocantur ad hæreditatem paternam, quam beneficio suitatis transmittunt ad quoscunque, licet ab eis non fuerit agnita, tametsi dicti filij fuerint infantes.*

2 *Frater vtrinq; coniunctus succedit fratri vna cū matre.*

3 *Mater maior 25. annis non assumēs tutela, nec infra annum petens filio suo pupillo tutorem dari, ipso iure excluditur a filij successione, & hæreditate.*

Mater

4 *Mater vna cum patruo succedit filio pupillo ab intestato defuncto, qui tamen excluduntur ab eius hæreditate, si ei infra annum tutorem non petierint.*

5 *Pœna non petiti tutoris pupillo, imponitur omnibus succedentibus ipsi pupillo, siue succedant, ex testamento, siue ab intestato vt ipsa successione priuentur, si non petant ei tutorem dari infra annum, & ipse pupillus in pupillari ætate decedat.*

6 *Pœna non petiti tutoris an non solum excludat primum in gradu, sed etiam omnes sequentes in gradu, ad quos successio defertur, vt & eis incumbat onus & necessitas tutorem petendi, alias a successione excludantur.*

7 *Tutor an quis videatur in testamento relictus per ea verba. Ego relinquo filium meum, tali an vero videatur solum relicta custodia.*

8 *Mater excusatur si non petierit tutorem filio suo pupillo, quando pater de ipso tutore in testamento prouidit, nec tenetur cogi facere tutorem testamentarium ad assumendum administrationem.*

9 *Pupillariter substitutus filio impuberi an quis censeatur per illa verba a testatore prolata, & in testō apposita, Ego relinquo filium meum tali, & an ad eum tanquam ad substitutum spectet onus petendi totorem pupillo.*

10 *Patruus si ex forma statuti excludat auunculum a successione nepotis, an pari modo censeatur excludere materteram: Et an quod dicitur de patruo, procedat etiā in amita.*

11 *Exclusus a successione perinde habetur, ac si non superesset.*

12 *Statutum disponens, quod in successione, patruus excludat auunculum, an trahi possit ad amitam, vt etiam ipsa dictum auunculum excludat.*

13 *Statuti dispositio ad illum non trahitur, de quo statutum non loquitur, nec de quo fuit specialiter prouisum.*

14 *Casus omissus a statuto, remanet in dispositione iuris communis.*

15 *Frater hæreditatem fratris non agnitam an transmittat ad hæredes principaliter & mero iure.*

16 *Beneficium restitutionis in integrum contra hæreditatem non aditam, an ad hæredes sit transmissibile.*

17 *Infans, seu minor septem annis non transmittit hæreditatem fratris non agnitam, nec beneficium restitutionis in integrum, aduersus ipsam hæreditatem nō agnitam.*

18 *Maior infante, & qui septem annos excessit ad hæredes transmittit eius beneficium restitutionis in integrum, quia & si læsio non fuerit confirmata in eius vita, tamen fuit per mortem confirmata: ita, quòd iuncta minori ætate cum morte, ex quadam æquitate conceditur beneficium restitutionis in integrum aduersus hæreditatem non aditam.*

19 *Communis opinio doctorum in iudicando sequenda est.*

CONSILIVM CXLVIII.

In nomine domini, Amen.

Et si quæratur de hæredite dicti Ioannis, & quis eidem succedat. Nihilominus pro pleniori declaratione videndum erit, & primo, quis succedat dicto Lucæ decedenti, superstitibus dictis Francisco, & Ioanne eius filiis legitimis & naturalibus. Secundo vidēdum erit de hæreditate dicti Francisci, qui decessit superstite matre, & patruo, nomine, Iacobucio, & Ioachino eius auunculo, & Bernardina, & Alexandrina sororibus carnalibus d. Gabrielæ matris, & Helisabeth sorore carnali dicti Lucæ: & superstite Ioanne fratre carnali dicti Francisci. tertio videndum est de hæreditate dicti Ioannis, qui decessit post annum post mortem patris & fratris superstitibus dicta domi. Gabriela eius matre, & dictis Iacobutio, & Bernardina, & Alexandrina, & dicto Iacobo & Helisabeth, prout in puncto dicitur. Circa primum paucis verbis insistendo, dicendum est, quòd † in hæreditate dicti Lucæ successerunt dicti Ioannes & Franciscus eius filii legitimi & naturales. ff. de lib. & posthu. l. in suis & l. inter cætera & C. de suis & legit. aut. in successione: adeo quòd ipsi beneficio suitatis trāsmitunt ad quoscunque ipsam hæreditatem paternam, etiam non agnitam: prout communiter tenetur, per id ꝙ habetur in l. apud hostes. C. de suis & leg. & in l. qui duos. §. fi. ff. de re. du. quod procedit ēt si dicti filii sint infantes: prout no. in d. iu. & in l. ventre. ff. de acqui. hæred. & ibi per Bar. & Bald. & in l. si infanti. C. de iure deliber. & hæc quoad hæreditē paternam. Circa hæreditatem vero ipsius Francisci filii dicti Lucæ decedentis post annum an die mortis dicti Lucæ, superstite ipsa domina Gabriela eius matre & dicto Ioanne eius fratre, dicendum est, ꝙ dicta hæreditas deuoluta fuit ad dictum Ioannem, tam de iure communi, quam ex forma statuti, cum † frater vtrinque coniunctus succedat fratri, prout disponitur in ipso statuto: & prout de iure cōmuni est expressum. C. ad tertulia. aut. post fratres. & aut. defuncto. Et si dicatur, ꝙ cum ipso fratre succedat mater, prout patet in d. iu. Certe ad hoc respondetur, ꝙ & si mater succedat vna cum fratre vtrinque coniuncto ipsi fratri, vt in dictis iuribus, not. tamen ex quo † ipsa mater maior 25. annis nō assumpsit tutelam, nec petiit dari tutorē infra annum, prout facere debuit, fuit & est exclusa ab ipsa hæreditate, prout est expressum. ff. qui pe. tuto. in l. 2. circa principium & C. si aduersus delict. l. 2. C. ad tertul. l. matres. & C. de suis & legiti. l. sciant cuncti. vnde cum ipsa mater sit exclusa ipso iure ab ipsa hæreditate ipsius Francisci, talis hæreditas fuit & est deuoluta integraliter & in totum ad dictum Ioannem eius fratrem, & eidē accrescit, iuxta no. ff. de iureiur. l. si duobus, circa principium & ff. de lega. 3. l. re coniuncti. & ibi per Bald. in l. vnica. §. sin autem, C. de cadu. tollen. & hæc circa hæreditatem ipsius Francisci. Circa hæreditatem vero ipsius Ioannis vltimo loco decedentis, dicendum est, quòd † cum dictus Ioannes decesserit, superstite ipsa domina Gabriela eius matre, & dicto Iacobutio eius patruuo, hæreditas ipsius, si statutum aliter non disponeret, deuoluta fuisset ad ipsam matrem & patruum, intantum ꝙ post mortem ipsius Ioānis, mater & patruus ab intestato pariter succedūt: propter quòd ipsi debuerunt petere tutorem dari dicto Ioanni pupillo: quod tamen cum non fecerint infra annum, vt præsupponitur, fuerunt & sunt exclusi ab hæreditate ipsius Ioannis. vt dicta l. matres. & d. l. sciant cuncti vbi hoc est expressum. Imponitur enim † talis pœna omnibus succedentibus ipsi pupillo, siue succedant ex testamento, siue ab intestato, vt priuentur ipsa successione, si non petant tutorem dari ipsi pupillo infra annum, & ipse pupillus decedat in pupil-

pupillari ętate, prout est expressum in dicta l. sciant cuncti, vnde cum vt pręsupponitur, dictus Ioannes decesserit in pupillari ætate, superstitibus dicta domina Gabriela eius matre, & dicto Iacobutio eius potruo: & post annum a morte dicti Francisci eius fratris, eidem Ioanni ab intestato non succedunt dicti patruus & mater, cum fuerint & sint a dicta successione propter tutelam non petitam exclusi, per dicta iura. Et si dicatur, quòd licet non petierit tutorem dictis filiis, non solum infra primnm annnm a tempore mortis ipsorum sed etiam nec infra secundum annum: tamen non videtur excludi a dicta suc-

6 cessione ipse patruus: quia excluso † primo a successione propter negligentiam, prout fuit mater, nō incumbit secundo necessitas petēdi tutorem, prout voluit gl. in l. 2. C. qui pe. tuto. & C. eo. tit. l. nepotib. & in d. l. sciant cuncti, per quæ iura Barto. hoc voluit in d. l. 2. & Bald. in d. l. sciant cuncti. per quæ iura videtur, ꝙ exclusa ipsa matre a successione, non excludatnr ipse patruus. Sed certe ad boc respondetur, & responderi potest, ꝙ & si ipse patruus non excludatur a successione ipsius Francisci, exclusa matre, nō existente Ipso Ioanne eius fratre: tamen ex quo decessit ipse Franc. superstite ipso Ioanne eius fratre vtrinque coniuncto, Ipse Ioannes ipsi Francisco successit, exclusa ipsa matre pp non petitum tutorem: propter ꝙ non excluditur ipse Ioannes a successione propter minorem ætatem. C. si aduer. deli. l. 2. sed bene excluditur patruus, non propter non petitum tutorem, cum in eo locum non habeat pœna prædicta, ex quo ad eum primo loco nō spectet successio, sed bene excluditur propter existentiā ipsius Ioannis, qui præfertur ipsi patruo in successione. C. de legit. hær. auth. cessante. & d. auth. post fratres. vnde ꝓpter existentiā ipsius fratris excluditur Ipse patruus, qui excluditur ab hæreditate ipsius Ioannis non dicta ratione, quia superfit frater, cum non superesset, nec ex eo, quia eidem incumbat onus petendi tutorem propter negligentiam matris, cum prout supra dictum est, non incumbat sequenti in gradu, sed ex eo, q̃a post mortē fratris ipsius Ioānis deuoluta fuit successio pariter ad ipsum patruū, vna cū ipsa matre, attēta dispositione ipsius statuti, ꝑ ꝗ ꝙ ipse patruus & mater excludantur ab ipsa successione, ex quo nō petiuit tutorē infra annnm a tempore mortis ipsius Francisci, cū ad ipsos spectet onus petendi tutorē dari dicto Ioanni, propter successionem, quam habuerunt post mortē dicti Francisci: ita ꝙ dictus patruus excluditur a successione ipsius Ioannis, non ex eo, quia fuerit secundus & sequens in gradu, sed quia primus & principalis, ad quem spectabat onus petendi tutorem, propter spem successionis, quam de præsenti habebat. Et hoc voluit Bald. in l. nepotibus. C. qui pe. tuto. & in l. præcibus. in versi. sed quid si impubes. C. de impube. & aliis substitu. si eius dicta bene ponderentur. quòd & bene pro-

7 batur per d. l. sciant cuncti. cum d. l. hāc pęnā imponat aliis, qui sunt successuri ipsi pupillo, quales sunt ipsa mater & patruus, attēta dispositiōe ipsius statuti, prædicti habuerūt vnū annū, & vltra ad petēdū tutorē, dari postquā habuerunt spē succedēdi, Nec † excusatur ab ipsa pęna patruus, ex eo, quia Lucas prædictus dixit: Ego relinquo filium meum, Iacobutio meo fratri: quia dicta verba nō important tutelam, sed potius quandam custodiam, cum per dicta verba dictus Lucas videatur reliquisse custodiam dictorum filiorum dicto Iacobutio, & non tutelam, prout in simili no. ff. de nego gest. l. qui aliena. §. quanquā. Si autem dicta verba importassent tutelam, & tunc multominus excusaretur dictus patruus, cum habuerit dictam tutelam assumere, & negocia ipsorum pupillorum administrare. ff. admini. tu. l. quidam dece-

8 dens. §. fin. In tantum, quòd ipsa † mater fuisset excusata, si non petijsset tutorem dari, ex quo pater de ipso tutore prouiderat, adeo quòd in dicto casu non excluderetur a successione, si non petiisset tutorem dari, vel ipsum testamentarium cogi ad administrandum. C. de admi. tuto. l. fin. §. personis. quod voluit etiam Bald. in l. pręcibus, In ver. sed nunquid mater. C. de impuber. & aliis substitut. unde ipsa mater non excludetur a successione dictorum filiorum, si dictus Iacobutius fuisset per dicta verba datus tutor.

9 Quod & similiter † locum baberet, si per prædicta verba fuisset pupillariter substitutus dictis filiis, cū eidem, vt successori, pertineat onus petendi tutorem, & non matri. vt d. l. sciant cuncti. per quam l. Bar. hoc voluit in dicta l. 2. ff. qui pe. tuto. & in quadā sua disputatione, quam ibi ponit, vbi plenius de hoc, super quo aliter non insisto. Tamen qnia, vt mihi videtur, de istis verbis legitimis legitimæ non apparet, & etiam quia talia verba non important tutelam, nec substitutionē pupillarem. vt supra dictum fuit, sed potius quandam custodiam: propter ꝙ non excusatur ipsa mater, nec dictus patruus, si tutorem non petierunt: vnde cum non excusentur in tali petitione, fuerunt & sunt exclusi a dicta successione. vt dicta l. sciant cuncti. & vt supra dictum fuit. Et cum sint exclusi a dicta successione dicti Io. vidēdum est, quis succedat dicto pupillo decedenti in pupillari ætate. Et in boc dicendum est, ꝙ cum post ipsam matrem & patruum sint superstites dicta Helisabeth soror carnalis dicti Lucæ, & amita dicti Ioannis, & dictus Ioachinus auunculus dicti Ioanuis, & dictæ Bernardina & Alexandrina materteræ dicti Ioannis, & dicti quatuor sint in tertio, & in eodem gradu. ff. de gra. l. iurisconsultus. §. tertio gradu isti oēs pariter succedunt. C. de legi. hære. auth. cessante. vnde isti omnes succedunt dicto Ioanni in eius hæreditate. Et si dicatur, quòd licet isti videantur succedere, exclusis ipsis matre & patruo, qui primo loco successerunt de iure communi: tamen attenta dispositione præfati statuti positi sub rubr. De dotibus & dotatis mulieribus: in ver. Et in calu in quo eis exclusis. non videntur succedere Ipsi auunculi, & materteræ, sed potius ipse patruus vel amita, prout videtur colligi ex statuto prędicto, in ver.

10 Quod si casus euenerit. vbi paret, quòd patruus † & eius filii excludunt auunculos, vnde pari ratione videntur excludere materteras, imo & fortiori ratione, attenta mente ipsius statuti, quæ videtur considerare cippum domus, qui remanet in ipsis patruus, & eorum filiis, ad hoc quod not. C. de libe. præter. l. maximum vitium. & in l. lege. C. de legit. hære. imo, & sicut patruus excludit auunculum & materteram, ita & pari ratione ipsa amita videtur excludere, ad hoc. l. quòd dictum ff. de

pac.

pae. Sed certe hoc non videtur esse verum vt in casu prædicto excludatur ipse auunculus & ipse mater tere, cum ipsi non excludantur ea dispositione iuris, nec ea dispositione statuti, cum statutum positum in d. ver. quod si casu: non habeat locum in casu prædicto, cum locum habeat, quando supersunt patrui vel eorum filii, vt tunc excludantur ipsi auunculi propter existentiam patruorum vel filiorum, qui in casu prædicto non supersunt, cum non supersint filii

11 patrui, nec ipse patruus, cum † sit exclusus a dicta successione, vt supra dictum fuit, propter quòd habetur perinde ac, si nõ esset, ad hoc quod no. ff. de test. tu. l. duo sunt Titii. & ff. de contrahen. empt. l. Iuti-

12 lia Polla. & in regula. non præstat in 6. Præterea † dictum statutum non habet locum in ipsa amita, vt ipsa excindat ipsum auunculum, cum de ea non loquatur, nec loquatur de ipsis materteris existentibus,

13 propter † quòd locum non habet dispositio in casu prædicto, ea quo de eo non loquitur, ad hoc quòd not. ff. solut. matrimo. l. si vero. §. de viro. & ff. de acquir. hæred. l. si seruum. §. non dixit. & per Bal. in d. l.

14 maximum vitium. Vnde † remanet talis casus in dispositione iuris communis, ea quo de eo nõ fuit pro uisum, ad hoc quod not. ff. solut. matrimo. in l. si cum dotem, circa principum. & ff. de liber. & posth. l. com modissime. cum fi. Vnde cum remaneat in dispositione iuris communis dictus casus, succedét pariter dicta amita dictus auunculus, & dictæ matertere, succedendo per capita. vt d. anth. post fratres. & ita succedendo dicto Ioanni, succedunt pro medietate dicto Lucæ eius patri ex persona dicti Ioannis, qui successit dicto Lucæ, cum ipse Ioannes hæreditatem paternam etiam non agnitam transmittat beneficio suitatis, prout communiter tenetur per id, quòd habetur. ff. de rebus dub. l. qui duos. §. fina. & C. de suis & legiti. l. apud hostes. Et in hoc non cadit dubitatio. Sed dubium cadit, an dictus Ioannes hæredita-

15 tem dicti Francisci non aditam transmittat. Et † in hoc dicendum est, quòd non transmittit prout videtur expressum in l. quoniam. C. de iure deliberan. & in l. si infanti ver. si vero. C. de iure deliberan. Sed si eet hoc verum sit, vt non transmittat ipse Io. hæreditatem fratris non agnitam principaliter & mero iu-

16 re. tamen † an transmittat beneficium restitutionis in integrum, fuerunt opiniones variæ inter doctores, de quibus in l. qui duos. ff. de reb. dub. & in l. Pantonius. ff. de acqui. hære. & in l. 1. C. de resti. mi. & in l. si infanti. C. de iure deliber. in quibus opinionibus non insistendo, sed deueniendo ad illud, quòd communiter tenetur, dicendum est, quòd aut loquimur

17 In infante siue minore septem annis, & ipse † non transmittit hæreditatem fratris, nec beneficium restitutionis in integrum, prout tenet disputando Iac. de Belui. per l. 2. §. si quis ex liberis. ff. ad Trebellian. per l. si infanti. §. si vero. C. de iute deliber. vbi Bald. hoc idem videtur tenere. & in l. 1. C. de resti. mili. & in l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad. tol. quod & videtur etiam tenere. Ange. in d. l. Pantonius. & in d. l. si infanti. in d. §. si vero vbi Sali. idem videtur tenere, maxime per text. ibi & ita communiter tenetur: super quo aliter non insisto, cum non sit casus noster.

18 Aut loquimur † in maiore infante, & sic in illo, qui excessit septem annos: & in ipso dicendum est, quòd ipse transmittat ad hæredes eius beneficium restitutionis in integrum, quia & si ipso non fuerit confirmata in eius vita, tamen fuit cõfirmata per mortem, Ita quòd iuncta minori ætati cum morte, ex quadam æquitate conceditur beneficium restitutionis in integrum, per id quòd habetur in d. l. Pantonius. & in d. l. si duos. & hoc voluit Iaco. Bu. in d. l. 1. de restitu. mili. vbi Iacob. de Are. hoc idem voluit & Ioan. An. in c. in præsentia. de probatio. & Bal. in l. 1. C. de restitu. milit. & in l. Pantonius. & ipse Barto. in d. l. qui duos. licet aliqualiter confuse loquatur, non distinguendo ipsas ætates. & istud etiam videtur fuisse & esse de mente Bal. in d. l. 1. vbi dominus Honofrius hoc idem tenet. & ita communiter tenetur, prout dicit Io. de Imol. in d. l. Pantonius. vbi hoc idem videtur tenere. quòd videtur etiam tenere dominus Ioãnes Petrutii in d. l. si infanti. dicens hanc esse com-

19 munem sententiam. Vnde † cum communiter teneatur. talis opinio sequenda erit. Propter quæ dicendum erit in casu prædicto, quòd & si dictus Ioã. non transmittit dictam hæreditatem de iure: verumtamen transmittit ex beneficio restitutionis in integrum ex quadam æquitate, prout supra dictum, & prout communiter tenetur: Ita quòd dicti auunculus, & matertere & amita hæredes dicti Ioannis, consequentur medietatem dictorum bonorum dicti Lucæ, spectantem & pertinentem ad dictum Ioannem, & ad ipsos hæredes transmissam. Aliam vero medietatem spectantem ad dictum Franciscum, consequentur beneficio restitutionis in integrum, prout supradictum est. &c. Domini Benedicti.

THEMA CONSILII CXLIX.

PVnctus. Quædam domina Corona olim contraxit matrimonium cum quodam Petro: ex quo habuit vnum filium nomine ser Antonium. Qui Petrus eius vir decessit superstite dicto ser Antonio eius filio. Et postmodum dicta do. Corona se remaritauit cuidam alii viro, nomine Antonio, cum alia tamen dote, quam prima tradita primo viro: Ex quorũ matrimonio postea procreati & nati fuerunt duo filii, videlicet, Ioannes & Baptista. Deinde d. domina Corona veniens ad mortem condidit testamentum, in quo instituit hæredes vniuersales in omnibus suis bonis dictos tres filios suos, videlicet, ser Antonium ex primo matrimonio, & dictos alios, videlicet, Ioannẽ, & Baptistam ex alio matrimonio, ęquis portionibus. Post hæc vero decessit vnus ex dictis filiis, videlicet, Ioannes, superstite sibi dicto Baptista, & dicto Antonio eius patre, & ser Antonio eius fratre vterino. Deinde dictus Baptista accepit vxorem, & matrimonium consummauit cum quadam domina Polixe-

Polyxena, de voluntate dicti Antonii sui patris: cui Polyxenæ dictus Antonius socer tradidit nonnulla ornamenta, & alias res pro eius ornatu, & similiter dictus Baptista eius maritus, ut mortis est. ex quorum matrimonio nati sunt, quo filij, videlicet Io. masculus, & Helisabeth fœmina. Deinde dictus Baptista mortuus est, superstitibus sibi dictis duobus filijs, & dicto Antonio eius patre, & domina Polyxena uxore. Et postea dictus Ioannes filius dicti Baptistæ decessit, remanente eius matre, & dicto Antonio eius auo, & Helisabeth sorore utrinque coniuncta. Quæ etiam postea decessit, superstitibus matre & auo paterno. Nunc autem his præsuppositis, & narratis contingit de pluribus dubitari, circa successiones, & bona dictorum sic decedentium, & qui, & quomodo succedatur eidem. Et primo dubitatur circa dotes, & alia bona d. do. Coronæ, præsupposito, q̃ prima dos d. dom. Coronæ sit penes dictum ser Antonium eius filium ex primo matrimonio: Et secunda dos data dicto secundo uiro sit pœnes alios filios ex secũdo matrimonio natos, uidelicet, Ioannem, & Baptistam, seu eorũ successores: qualiter in eis succedatur per dictos eius filios in dicto testamento institutos. Secundo dubitatur de bonis dicti Ioannis filii dictæ Coronæ ita decedentis, superstitibus sibi prædictis, ad quẽ de iure spectent, & quis id eis successerit, & succedat. Tertio dubitatur, quis successerit & succedat dicto Baptistæ ita decedenti, superstite Antonio eius patre, & dictis suis filiis, & dicta Polyxena uxore, præsupposito etiã quòd postea decesserint dicti filii dicti Baptistę, superstite dicta matre, & auo paterno: merito etiam de eorum successione dubitatur, ad quem deuoluatur. Quarto dubitatur, de ornamentis & aliis rebus traditis dictę Polyxenę tempore contracti matrimonij per dictũ Antonium eius socerum, an reddi & restitui debeant dicto Antonio. Quinto dubitatur similiter, de ornamentis datis per dictum Baptistam dictę Polyxenę, an dictus Antonius repetere possit, & sibi restitui debeant, uel debeant esse ipsius dominæ Polyxenę eius uxoris. Sexto dubitatur, utrum de bonis in quibus dicto Antonio auo paterno quęsitus est usufructus, debeat fieri extimatio, & de eis inuentarium confici per ipsum Antonium administratorẽ dictorum bonorum. Septimo, ad quem spectet facere expensas in dictis bonis, utiles, & necessarias, ad dictum Antonium, uel ad illos, quorum est proprietas ipsorum bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Filij ex duobus matrimonijs nati qualiter, et pro qua parte succedant in bonis, & dotibus maternis.*

2 *Testamenti causa præferenda est causæ ab intestato, & quandiu locus est successioni ex testamento, non est locus successioni ab intestato.*

3 *Frater utrinque coniunctus, an una cum patre succedat fratri, excluso fratre Vterino tantum.*

4 *Pater si una cum filio alicui succedat, an debeat habere usumfructum in portione hæreditatis, ad eius filium spectantis.*

5 *Filij succedunt patri excluso auo paterno. & eorum matre, prima enim causa successionis est filiorum.*

6 *Mater in primo gradu existens, præfertur ipsi auo paterno in secundo gradu existenti, quando de filij successione tractatur. Et in omnibus eius bonis succedit, undecunque & qualitercunque ea ad filium pertinuerint, et peruenerint.*

7 *Leges indistincte, & generaliter loquentes, indistincte, et generaliter sunt intelligendæ.*

8 *Auus paternus, et auus maternus quando inuicem in succedendo nepoti concurrunt, qualiter & in quibus bonis succedant.*

9 *Auus paternus debet habere usumfructum de omnibus bonis aduentitijs & profectitijs filiorum & nepotum, tam etsi in eis quo ad proprietatem ab intestato mater in primo gradu existens excluso ipso auo, successerit.*

10 *Castrensium, uel quasi bonorum per filium, uel nepotem acquisitorum proprietas, uel usufructus, patri, uel auo non quæritur.*

11 *Vestes, & ornamenta per socerum nurui tradita, an mortuo marito reddi a nuru socero debeant.*

12 *Vestes, ornamenta, & aliæ res data per maritum uxori constante matrimonio, an mortuo uiro per eam reddi debeant socero uel hæredibus mariti.*

13 *Inuentarium, & æstimatio an fieri debeat de bonis filij, uel nepotis, in quibus patri uel auo quæritur usufructus: & an ad id de iure teneantur.*

14 *Pater, uel auus habens usumfructum in bonis filij, uel nepotis, in dictis bonis habet plenam administrationẽ habitu & actu, adeo quod non tenetur reddere rationem, nec bonorum inuentarium facere.*

15 *Pater uel auus, qui in bonis filij uel nepotis habet usumfructum, non potest in eorum præiudicium ipsas res alienare, nec hypothecare, nec consumere, uel male administrare, cum pro mala & culpabili administratione eius bona sint obligata, a tempore quo dicta bona administrare cœpit.*

16 *Pater uel auus usufructuarius bonorum filij, uel nepotis, si res mobiles dissipet, & non sit soluendo, & sit mala uita, administratio ei interdicitur: idem si ea male administret committendo, secus si negligendo, quia tunc ei administratio non aufertur, sed tantum compellitur bene gubernare, & sumptus in ipsis rebus facere.*

17 *Pater, uel auus usufructuarius bonorum filij uel nepotis, licet non teneatur conficere inuentarium de bonis ipsius filij, uel nepotis, in quibus habet usumfructum, tamen tenetur ipsa bona describere ad instantiam eius, cuius interest.*

18 *Vsufructuarius quas expensas facere teneatur in re, in qua habet usumfructum.*

Aa CON-

CONSILIVM CXLIX.

In nomine domini, Amen.

Cum de pluribus quæratur, ad quòd libet respondendum est, & primo ad primum. Circa quòd di-
1 cendum est, quòd dotes† & alia bona dictæ dominæ Coronæ olim uxoris dicti Petri, & secundo dicti Antonii spectauerunt & pertinuerunt ad dictũ ser Antonium pro tertia parte, Et ad dictum Ioannem pro alia tertia parte, Et ad dictum Baptistam pro alia tertia parte. Et ideo hodie ad eos spectant attento dicto testamento, in quo ipsos hæredes simpliciter instituit: unde quilibet pro tertia parte uenit ad ipsam successionem, ex quo ita sunt instituti.ff.de hæredi.instit.l.hæredes.& l.si ita quis, & prout not.ff.de leg.3.in l.re coniuncti. & C. de
2 caduc.tollen.l.unica.§.his itaque.ipsa enim† causa testamenti præferenda est, cum quandiu locus est successioni ex testamento, non sit locus successioni ab intestato.ff.de acq.hær.l.quandiu.& C. communia de successionibus, in auth.itaque, imo & si non esset locus successioni ex testamento, sed ab intestato, dicti tres filii, quantumcunq; sint ex diuersis matrimoniis procreati, pariter succederent ipsi matri ab intestato.C.ad Orfi.l.1.& insti.de hære.quæ ab intesta.§.1.& C.de suis & leg.authen.in successione. Vnde cum dotes, & alia bona dictæ dominæ Coronæ pertinuerint & spectauerint ad eius hæredes, si hæreditatem eius adiuerint, dicta bona diuidi debuerunt in tres partes, prout tres sunt filii, qui succedunt. Verum quia, ut in ipso primo quæsito deducitur, dos data per ipsam d. Coronam dicto Petro eius primo uiro, adhuc stat pœnes dictũ ser Antonium, remanebit sibi pro tertia parte, pro ut in tertia parte succedit. C.de pact. l. si debitori. Pro aliis uero duabus partibus restituere debebit ipse ser Antonius, hæres, ut puto, sui patris, aliis duobus suis fratribus uterinis, cum & ipsi succedant pro duabus partibus de tribus: quod & similiter locum habebit in alia dote data dicto Antonio secundo viro, ut filii & hæredes dicti Antonii etiã restituere debeant dicto ser Antonio pro tertia parte, & pro duabus aliis partibus dictis Ioanni, & Baptistæ eius filiis, cum pro duabus istis partibus ipsi successerint & succederent, si uiuerent, ut supra patet, & hæc circa primum quæsitum. Circa
3 secundum, quòd est† de bonis dicti Ioannis, dicendum est, quod cum dictus Ioãnes decesserit, superstite dicto Antonio eius patre, & dicto Baptista eius fratre utrinq; coniuncto, ipsi Antonius & Baptista succedunt eidem pariter. C.ad tert.auth.defuncto.& C.de suis & leg.auth.cessante. & in corpore unde sumitur, excluso dicto ser Antonio fra-
4 tre uterino, prout patet ĩ dictis iuribus. uerũ† quia ipse Ant. pater succedit simul cum Baptista, non consequitur nec consequi debebit usumfructũ in parte, quæ obuenit dicto Baptistæ de hæreditate dicti Ioannis. C.de bon.quæ lib.auth.item hæreditas quod uerum est, nisi per prius in dictis bonis fuisset quæsitus usufructus, prout infra patebit. & hæc circa secũdum. Circa tertium dicendum est, ꝙ
5 cum† dictus Baptista decesserit superstite dicto Antonio eius patre, & superstitibus sibi dictis Ioãne & Helisabeth eius filiis, successerunt eidem Baptistæ dicti sui filii exclusis dictis Antonio ptare, & Polyxena vxore dicti Baptistæ, & matre dictorum Ioannis & Helisabeth, prout est expressum. C. de suis & leg.aut.in successione.prima.n.causa est filiorum, ut ibi.& inst.de hæred. ab intestato. §. 1. uerum quia prout præsupponitur, decesserũt post ea dicti Ioães, & Helisabeth, superstite dicta Polyxena eorum matre, & dicto Antonio eorũ auo: & in dubium reuocetur, quis succedat eidem. Et circa hoc dicendum est ꝙ succedit eidem dicta Polyxena, mater, excluso, dicto Antonio eorũ auo pa-
6 terno, cum ipsa mater† existẽs in primo gradu, præferatur ipsi auo paterno in secundo gradu existenti, prout habetur.ff.de gradi.l.iurisconsultus.§.primo gradu & §.secundo gradu.& hoc quod ipsa mater præferatur, voluit gl.quam sequitur Bald.ibi & communiter doc.in auth.in defuncto. C. ad Tert. per tex.ibi: salua gradus prærogatiua.& in corpore unde sumitur, uidelicet, in auth.de hære.quæ ab intest.defer.§. 1. Quod & locum habet in bonis filiorum dicti Baptistæ, uidelicet, dicti Ioannis & dictæ Helisabeth, ut dicta domina Polyxena mater succedat. undecunque & qualitercunque ipsa bona ad ipsos Ioannem, & Helisabeth pertinuerint & spectauerint.& ad ipsos peruenerint, ex quo
7 †ipsa iura generaliter & indistincte loquuntur, unde indistincte sunt intelligenda.ff.de pub.l. de precio.& ff.de leg.præstau.l.1.§.generaliter.& 19.di. c.si romanorum.& in c.solite.de maio. & obed. &
8 in c.quia circa.de priuilegio. Esto† quod alias, quãdo non concurrent auus paternus, & auus maternus dubium sit qualiter succedant, uidelicet, in omnibus bonis pro medietate uel auus paternus in bonis paternis, & auus maternus in maternis, & aliis pariter, prout not. in d. authen. defuncto per Bal.& in auth.itaque.C.comm.de succe. & ibi per Ci.& Bar.& per ipsum Bar.& Bald.in l.ꝙ scitis.C. de bon.quæ lib. Super quo dubio insistendum non est, cum non expediat, cum in casu prædicto nõ tractetur de successione inter pares in gradu, prout est auus paternus & auus maternus sed inter dispares, uidelicet, inter auum existentem in secũdo gradu, & matrem existentem in primo gradu: unde ipsa mater præfertur, & præferenda est ipsi auo, ĩ quibuscunque bonis ipsorum filiorum, undecunq; peruenerint. Quod licet uerum sit quoad proprietatẽ, tamen quo ad usumfructum ipse auus præfertur,
9 cũ† ipse habeat & habere debeat usumfructum de omnibus aduentitiis ipsorum filiorum & nepotũ, secundum ꝙ habetur. C.de bon.quæ lib. l.cũ oportet circa principium.& in d.l.1.& 2.C. de bon.mater. Cum in bonis profectitiis ab ipso patre, uel auo, eidem patri uel auo quæratur usufructus. ut d.l.cum oportet.& prout no.ff.de cond.ind.l. fra-
10 ter a fratre. Si uero† sint bona castrensia, uel quasi, & ipsis patri uel auo non quæritur proprietas, uel usufructus. ut d.l.cum oportet. §. exceptis. super quibus, ut puto, non est insistendum, cũ de hoc, ut puto, nõ tractetur, sed solum de aduenticiis, in quibus

bus prout dictum est, siue quaesita sint ab ipsis filijs dicti Baptistae, siue ab ipso Baptista, quaeritur vsus fructus ipsi auo: saluo quam in ea parte, in qua ipse Baptista successisset dicto Ioanni eius fratri, cũ in ea pariter non succedet in vsufructu ipse pater. vt d. auth. item haereditas. & vt supra dictum est. & hoc nisi per prius ipsi Antonio quaesitus esset vsufructus, cum per mortem ipsius Ioannis non per dat ipsum usumfructũm, prout habetur in. l. fi. C. de usufruc. & haec circa tertium. Circa quartum vero quod est, de † ornamentis traditis d. do. Polysenae, an reddi & restitui debeant ipsis Anto. dicendum est, & distinguendum, prout dicit & distinxit Bar. in. l. 1. §. nec castrense. ff. de coll. bon. quod aut loquimur de uestib. vilibus, & de aliis ipsi Polysenae necessariis ad usum quotidianum ipsius mulieris: Et ille non sunt restituendae, cum illae sint propriae ipsius mulieris, & in illis ab initio tenuit donatio. ff. de dona. inter. vi. & uxo. l. ex annuo. in prin. Aut loquimur de uestibus & aliis ornamentis praeciosis & festiuis. Et illa talia qualia sunt reddenda sunt ipsi Anto. cum non uideantur donata: sed potius ad usum tradita ff. de do. inter vi. & uxo. l. mortis suae causa. §. fi. ut plenius per ipsum Bar. in d. §. nec castrense. & per Bal. C. fami. haercisc. l. filiae cuius. ubi ipse Bal. uidetur tenere idem: pro quo facit etiam quod nota. ff. cõmo. l. si ut certo. §. vsque adeo. & haec circa quartum. Circa quintum quod est, de † ornamentis, uel aliis rebus datis per dictũ Baptistam dictae Polysenae eius uxori utrum debeant esse dictae Polysenae, uel restitui dicto Antonio: Dicendum est, quod aut dicta ornamenta, uel aliae res traditae per dictum Baptistam dictae suae uxori, fuerunt & erant de bonis propriis dicti Antonii, & absque eius uolnntate fuerunt traditae, & eidem restituendae sunt. ff. de reg. iur. l. id quod nostrum. Si uero fuerant traditae de eius uoluntate, dicendum est, prout supra dictum fuit, de aliis rebus datis & traditis per ipsum Antonium, socerum cũ perinde habeantur, ac si per ipsum tradita essent. C. de inoffi. dona. l. si liqueat. Si uero dicta ornamenta, uel aliae res traditae per dictum Baptistam dictae suae uxori erant propriae ipsius Baptistae, & tunc dicendum est, aut dictae res erant res niles, & necessariae ad quotidianum usum, & sunt ipsis do. Polysenae, & non ueniunt restituendae ipsi Anto. sed potius haeredibus dicti Baptistae, prout nota. in d. §. nec castrense. & in d. l. filiae cuius. & cum dicta Polysena fuerit & sit haeres dicti Baptistae apud ipsam remanere debebunt, saluo usufructu, in quo, si dicto Antonio fuisset quaesitus in dictis rebus. talis usufructus pertinuisset & pertineret ad dictũ Anto. prout supra in aliis rebus dictum est. Circa sextum, quod est de † bonis, in quibus ipsi Anto. quaesitus est vsusfructus, an debeant extimari, & de eis inuentarium fieri, dicendum est, ꝙ licet ipse pater † uel auus usufructuarius habeat in ipsis rebus plenã administrationem habitu & actu, adeo ꝙ nõ tenetur reddere rationẽ. ut d. l. cum oportet. §. non autẽ. & per consequens nõ tenetur facere inuentarium. ar. C. de Epi. & cle. l. orphanotrophos prout uoluit Bal. in d. §. non autẽ. tamen † ipse non potest ipsas res alienare in praeiudicium filiorum, uel nepotum. ut d. l. C. de bo. ma. & d. §. non autem. nec hypothecare, ut ibi. imo & nec consumere, & in consumendo male administrare, cũ pro tali mala & culpabili administratione sint hypothecata bona ipsius patris uel aui, a tempore, quo administrare coepit ipsa bona ipsius filii uel nepotis, prout habetur in d. l. cum oportet. §. non autem. & §. fi. ubi Barto. hoc uoluit: & similiter Bald. Et si ipse pater † uel auus dissipet res mobilis filii: uel nepotis, quae possunt non apparere, & ipse pater uel auus sit non soluendo, & matae nitae, poterit ei interdici administratio. l. fi. C. de sen. pas. ad hoc etiam. l. Imperator. ff. ad Trebe. & quod ibl. no. prout uoluit Bar. per dicta iura in d. §. non autem. ad hoc etiam quod nota. per Bald. C. si quid in frau. patro. l. fi. Quod procedit, quando ipse pater uel auus male administraret, committendo, puta, dissipãdo uel destruendo bona filii uel nepotum: alias si negligendo, & tunc non aufertur sibi administratio: sed compellitur bene gubernare, & sumptus in ipsis rebus facere prout uoluit Bald. in d. §. non autem per. l. 1. C. de bo. ma. Per quae ut detur, quod † & si pater vel auus non teneatur cõficere inuetarium de bonis ipsius filij, vel nepotis, in quibus quaeritur vsusfructus, tamen tenebitur ipsa bona describere ad instantiam eius, cuius interest, prout in simili dicitur in l. mandatum. ff. de tequir. re. & ibi per Bar. & per Bal. in l. vnica. C. de prohibi. seque. Est enim hoc aequum & iustum, vt ipsa bona describantur, ex quo ipse alienare & hypothecare nõ põt, & si ea dissipet, restituere tenet, cum & pro ipsis bona sua sint hypothecata & obligata vt d. §. non autem. & d. §. fin. d. l. cum oporter. Et haec circa sextum. Circa septimum dicendum est in vsufructuario, ꝙ † ipse vsusfructuarius tenetur facere modicam expensam, & non magnam in rebus, in quibus habet vsumfructum, prout habetur. ff. de vsusfructu. l. hactenus. Quod verum est in expensa refectionis: sed in expensa aliorum onerum extrinsecorum, quae imponuntur ratione fructuũ vel possessionis, quantumcunque sit magna pertinet ad vsusfructuarium. vt patet in l. si pendentes. ff. eo. tit. & in l. usufructu in legato. §. quoniam igitur. ff. eo. ti. & ibi per Bald. ubi hoc vult. Quod locũ habebit in patre uel auo usufructuariis, ut ad ipsos non spectet magna expensa, sed parua. prout uoluit Bal. in auth. excipitur. circa finem. C. de bo. quae lib. Quod uerum intelligo de expensa, quae fieret propter refectionem, uel constructionem, ue loquitur Bald. quia si esset expensa, quae imponeretur ratione fructuum uel possessiõnis, prout est soluere datias & collectas, talis expensa pertinet ad ipsum patrem uel auum, ut dicitur in usufructuario, ut supra patet. ad hoc. l. 1. C. de bo. mater. & quando ibi uo. &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CL.

PVnctus. Erant duo fratres carnales noĩe ser Petrus & ser Nicolaus, q licet habitarent simul tñ contraxerunt societat oium bonorũ, vt pa-

 tet ma-

tet manu publici Notarij. Demum mortuus est ser Petrus in suo condito testamento, in quo Paulum eius filium hæredem instituit: Et si sine filiis legitimis decederet, substituit sibi filios ser Nicolai &c. ut patet in dicto testamento. postea stante communione, & societate prædicta inter filios dicti ser Nicolai, & dictum Paulum, idem Paulus alienauit multa bona: & inter alia satisfecit quandam taliam, quando idem Paulus fuit captus, & etiam fecit plures alias promissiones & obligationes de bonis suis. Et mortuus postea est sine filiis idem Paulus suo condito testamento, in quo filios dicti ser Nicolai hæredes instituit, & ipsis substituit &c. prout in dicto testamento continetur. Modo substituti in dicto testamento dicti Pauli dicũt casum substitutionis euenisse, & sic filios dicti ser Nicolai esse priuatos hæreditate dicti Pauli. replicatur, quòd licet hoc verum esset: tamẽ omnia bona, quæ idem Paulus possidebat, pertinent ad ipsos uigore testamenti dicti ser Petri: quia ipse Paulus contraxit tot debita, & alienauit tot bona de bonis & hæreditate dicti ser Petri sui patris, quot ascendunt & excedunt legitimam & Trebellianicam sibi in dictis bonis contingentem. Modo quæritur, an bona quæ habuit idem Paulus durante communione prædicta, & quæ alienauit: Et alia bona quæ ipsemet uendidit & obligauit post communionem prędictam, imputari debeant in legitima & Trebellianica sibi tangente in bonis patris: cum re uera ipse tot bona alienauerit & obligauerit stante communione prædicta, & post: quot excedunt dimidiam bonorum & hæreditatis dicti quondam ser Petri. Et super his quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius hæres institutus a grauato sibi per fideicommissum hæreditatem restituere, qui in eius uita aliqua bona hæreditaria alienauit, utrum possit sibi retinere aliqua bona uigore dicti fideicommissi, licet a grauato fuerit institutus, & hæreditatem inconsulte sine beneficio legis & inuentarij acceptauerit, & alteri restituere grauatus fuerit.*

2 *Fideicommissario hærede instituto a grauato, & eius hæreditatem sine beneficio legis & inuentarij adeunte, fideicommissum ei debitum confunditur.*

3 *Legitima non debetur nisi filijs, & parentibus.*

4 *Fructus percepti computantur in Trebellianica. Et an id in filijs primi gradus procedat.*

5 *Legitima & Trebellianica quota portio sit hæreditatis.*

6 *Alienata computantur in legitima & Trebellianica grauati ipsis substitutis nolentibus, imo et eis inuitis, si hoc iudici uideatur: & hoc quando per alienantem totum patrimonium non fuisset concessum, uel id esset paruum damnum fideicommissarijs.*

7 *Hæredis obligatio, & creditum confunditur, si adeat hæreditatem sine beneficio legis & inuentarij, quo ad agendum, sed non quo ad retinendum.*

8 *Successio habet uim solutionis, quando hæres inde lucrũ consequitur: secus si damnum patiatur.*

CONSILIVM. CL.

In nomine domini, Amen.

Pro præfati quæsiti plena declaratione, cũ, ut præsupponitur, decesserit dictus Paulus condito ipso testamento, in quo hæredes instituit filios dicti ser Nicolai, quibus instituit, ut in ipso testamento cõtinetur. Et ipsi filii ser Nicolai, ut præsupponitur, hæreditatem dicti Pauli adiuerint, nullo confecto inuentario: & euenerit casus substitutionis factæ in testamento dicti Pauli, Et ipsi substituti petant hæreditatem dicti Pauli, & bona quæ remanserũt in eius hæreditate a filijs dicti ser Nicolai in dicto testamento substitutis: Qui ea uolunt retinere per fideicommissum eis debitum ex testamento dicti ser Petri. Vnde uidendum est, an† possint dicta bona retinere, uel teneantur restituere, Quod uidetur prima facie dicendum cum si ipsi hæredes instituti adeant † hæreditatem absque beneficio legis & inuentarij, confundatur fideicommissum eis debitum. C. de pac. l. debitori. Quod si uerum sit, non potuerunt uigore fideicommissi aliquid sibi retinere: imo potius debebunt omnia alienata restituere, non detracta aliqua legitima, cum† non cadat in eis, cum ipsi non sint de descendentibus uel ascendentibus, quibus debetur. C. de inofficio. testamẽ. l. cum quæritur. & authen. nouissima. & ff. de inofficio. testamen. l. Papinianus. §. quarta. & l. nam & si parentibus. eod. titu. Nec† detracta aliqua Trebellianica, si tot fructus perceperunt, quod sufficiant pro ipsa Trebellianica, cum confundatur ab ipsis fructibus, & fructus in ea computentur. ut d. l. Papinianus. §. unde quæritur. & ut not. C. ad Trebellia. l. iubemus. Etsi quòd aliud sit in liberis primi gradus. ut not. in d. l. iubemus & in c. Rainutius. de testam. Vnde cum non retineant Trebellianicam nec legitimam, imo nec fideicommissum: tenebuntur totum restituere, quòd ad eorum manus peruenit de bonis dicti Pauli. Contrarium tamen puto de iure dicendum, ut uidelicet, licet ipsi filii dicti ser Nico. non possint deducere legitimam, cum in eis non cadat, ex quo non sunt de descendentibus uel ascendentibus, ut supra. Nec etiam Trebellianicam, si tot fructus perceperunt quot sufficiant pro ipsa Trebellianica, ut in iuribus prædictis: Tamen bene poterunt ipsa bona, quæ olim fuerunt dicti ser Petri, si ad dimidiam bonorum ascendant, & ipsam non transcendant, retinere. Cum dimidia bonorum ipsorum ex causa & occasione dicti fideicommissi fuerit & sit eis debita, detracta legitima †q̃ est tertia, & Trebellianica q̃ est quarta ipsius residui: & sic medietate debita ipsi Paulo pro ipsa legitima & Trebellianica, prout no. in l. quanq̃. C. ad l. fal. & d. c. Rai. & in d. l. Papinian. §. meminisse. & in l. co hæredi.

hæredi.§. eum filiæ. ff. de vulga.& pupil. cum ipsa 6 † alienata computentur in ipsa legitima & Trebellianica, ipsis substitutis nolentibus & acceptantibus, ꝙ ipsa alienata cõputentur in ipsa legitima & Trebellianica, cum tunc in ea computentur, prout voluit Bart.post glo. ff. ad Treb. in l. Marcellus.§. res quæ.Immo & etiam eis inuitis,si iudici uideatur, cum eius arbitrio relinquatur, prout uoluit ipse Barto.in d.§.res quæ per d.§.Quod & uidetur etiam uelle Ioan. de Imo. ibi dicens, hoc uerum, quando per ipsum alienantem non esset concessum uniuersum patrimonium, uel non esset nimis damnosum fideicommissariis:cum alias non cõputetur eis inuitis,ut plenius ibi per eum: super quo non insisto, cum non sit casus noster: cum in casu prædicto ipsi fideicommissarii acceptauerint ipsa alienata imputari in legitimam & Trebellianicam, unde erunt computanda.ut d. §. res quæ. Per quæ uidetur, ꝙ cum dicta alienata computentur in ipsa legitima & Trebellianica, & sit in parte tangente dicto Paulo, & hæreditate ipsius ser Pet. Et alia bona, quæ resident apud ipsos substitutos testamento dicti ser Pe. & hæredes institutos in testamento d. Pauli sit dimidia bonorum ipsius ser Petri,poterunt dicti filii. d.ser Nicolai ea pro eorum portione retinere,ad hoc l. si debitor.ff.ad l.Falci. Nec ob. quod in contrarium allegatur dicendo, quod ex quo dicti filii dicti ser Pet. adiuerunt hæreditatem absque beneficio legis & inuentarii confusa est obligatio & debitum: 7 Quia licet † confusa si quo ad agendum; Ita quòd amplius agere non potest ut d.l.debitori. Tamen non est confusa quo ad retinendum, quousque non sit factum inuentarium, prout uoluit Bal.formaliter in d.l.debitori. 8 Pro quo etiam facit; quia & si † successio habet uim solutionis. l.hæres a debitore,§.fi.& l.si debitori creditor.ff. de fideiussor. tamen tunc habet, quando hæres ex testamento consequitur lucrum. ut d.§.fi.Et similiter non habet,quando ex hoc consequeretur damnum, prout habetur,ff. de fideiussor.l.Vranius. prout uoluit Ioan. de Imo.in d.l.si debitor, Vnde in casu prædicto cum hæres ipse cõsequatur damnum, non habet uim solutionis per prædicta:Et quibus concluditur,quòd ipsi filii dicti ser Petri potuerunt, & possunt retinere dicta bona,quæ remanserunt in hæreditate dicti ser Pe. & ad eorum manus peruenerunt ex hæreditate dicti Pauli, si medietatem non transcendant bonorum ipsius ser Petri: alias si transcendant, debent restituere uigore dictæ substitutionis, quòd transcenderet.ut d.§.cum filiæ;&c,Domi.Bene.

THEMA CONSILII CLI.

PVNCTVS, deficit,quia est quædam additio ad eius subscriptionem ad alterius consilium factam.

SVMMARIVM.

1 Mater vtrum possit per statutum, vel per partem priuari legitima sibi debita iure naturæ in bonis filij decedentis ab intestato.

2 Statutum in loco ius commune censetur.

3 Mater vtrum possit petere supplementum legitimæ sibi debitæ in bonis filij, si is fecerit testamentum, & in eo sibi fratrem hæredem instituerit.

CONSILIVM CLI.

In nomine domini, Amen.

Subscripsi me quidam Consilio domini Io.per hæc verba uidelicet.Et HOC IDEM Ego benedictus de Benedictis de Perusio dico & consulo, qđ per ipsum D.Io. consultum dictum, & conclusum 1 extitit. Aduertendum tamen est † circa primum dubium, quod & potest tolli ipsa legitima ipsi matri per statutum, cum & potest per ipsum patrem testando pro filio impubere tolli ex iuris dispositione,prout habetur.ff.de inof. testa.l. Papinianus.§. sed nec impuberis.& in c.si pater.de testa. in 6.Vnde 2 & pariformiter poterit per statutum, cum † & ius commune censeatur in loco.ff.de instit. & in l. omnes populi.& in c.1.de consti. in 6.Circa secun 3 dum vero dubium.dicendum est, † ꝙ licet statutũ excludat matrem superstite fratre,succedẽdo fratrã ab intestato decedenti: Tamen nõ excludit ipsam, quin possit petere supplemẽtum legitimæ, ex quo ipse frater decessit condito testamento,& instituit hæredem uxorem, Cum statutum dicto casu nõ loquatur.Et hoc uoluit Bal.in l.emancipa.C.de coll. & ipse Bal.Ang.& Io.de Imo. in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posth.Quod secus esset, quãdo ipse frater faciens testamentum instituisset hæredem ipsum fratrem cum tunc non sit imputandum eidem, cum fecerit testamentum, ut uoluit Bal.& Io.de Imo. clarius in d. §. & quid si tantum. & Ang.in Consilio. 101.quod incipit.Statuto. &c. Domi. Benedi.

THEMA CONSILII CLII.

PVnctus, Iacobus Marchetti habuit & tenuit cõiter, & ꝓ indiuiso cum Stephano Marchetti eius fratre, vnam domum cum massaritijs & quædã alia bona: Et ipsa domus,& bona fuerunt & sunt communia inter dictos Iac.& Stephanũ.Deinde decessit d.Stepha. superstite Nardo eius filio, & superstite ipso Ia. eius fratre. Qui postea veniens ad mortem condidit testamentum: in quo inter alia iudicauit & reliquit dictam domum cum massaritijs do.Mitæ suæ uxori pro restitutione suæ dotis.Et in 1 omnibus alijs suis bonis instituit heredem dictum Nardum.Et deinde decessit dictus Iac. superstite ipso Nardo: Et ipse Nardus nunquam adiuit hæreditatem ipsius Iaco. Immo decessit ea non adita, superstite Mariano eius filio: Et dictus Marianus noluit, nec vult esse hæres ipsius Iacob. Et nunc

ipse Marianus petit ab ipsa Mita, vt restituat medietatem dictæ domus, pro dimidia pertinentem & spectantem ad dictum Stepha. & postea ad ipsum Nardum. Queritur, nunquid ipsa Mita restituere debeat ipsi Mariano medietatem dictæ domus.

SVMMARIVM.

1 *Testator si leget uxori suæ pro restitutione suæ dotis rem communem cum alio fratre, & hæredem instituat filium ipsius fratris qui noluit esse hæres, imo hæreditate non adita decessit, utrum iste filius fratris, uel eius hæres possit ab hac legataria repetere partem dictæ rei legatæ sibi tangentem.*

2 *Testator legans alicui rem hæredis uel communem cum hærede, hæres ipsam legatario dare tenetur in totum.*

3 *Aestimum, seu catastrum, in quo descripta est quædã res inter fratres communis, ad nomen unius ex ipsis fratribus, tanquam propria, non facit fidem, quod sit eius propria.*

4 *Praescriptio. 10. annorum non currit contra absentes, sed requiritur tempus. 20. annorum.*

5 *Creditor non ideo excluditur a petendo debito, quia a debitore fuit hæres institutus, sed requiritur, quod ridem debitori successerit, & eius hæreditatem adiuerit, cum per aditionẽ hæreditatis ipsius hæredis iura cõfundãtur.*

CONSILIVM CLII.

In nomine domini, Amen.

Videndum est, nũquid ipsa Mita eidem d. domum restituere debeat. Circa quod uidetur dicendum, 1 quòd dicta † domina Mita restituere non debeat, Primo, quia non apparet domum fuisse communem: imo potius in æstimo ipsius Iacobi est posita dicta domum ut propria. Tum etiam quia dicta domina Mita possedit eam per tempus. x. anno. tanquam propriã ex titulo legati: unde videtur præscripsisse. l. super longi. C. de præscrip. lon. temp. 2 quia si † testator legat alicui rem hæredis, uel communem cũ hærede, ipsam hæres legatario dare tenetur in totum. l. unum ex familia. §. si rem. & l. cũ filius. §. dominus. ff. de lega. 2. fortius si ipse legatarius eam detineat, ab eo peti non poterit, cum frustra petat quis, quod restituturus est. ut in regula, dolo facit in 6. Vnde cum dictus Iac. legaverit dictæ do. Mitæ dictam domum communẽ cum ipso Nardo. uidetur ꝙ ipse Marianus partẽ petere nõ possit. Sed his non ob. contrarium puto de iure dicendũ, uidelicet, ꝙ dictus Marianus medietatẽ dictæ domus, & aliarum rerum, quæ fuerũt cõmunes inter dictũ Iaco. & Nardũ, si eas teneat dicta do. Mita, ab ea petere poterit, cũ fuerit & sit dominus ipse Marianus, ꝑ medietate: Vnde poterit, & potest ipsam medietatẽ petere ab eo, qui eã tenet, & ꝑ eũdẽ est sibi restituenda. l. unica. C. de aliena. indi. mu. cau. fac. & ff. de rei vendi. l. quæ de tota. & ut not. in l. 1. ff. fami. herc. Dũmodo appareat dictã domũ, & alia bona fuisse cõmunẽ, & cõmunia inter dictũ Iac. & Steph. prædictũ. Nec ipse Marianus excluditur ex eo, quia dictus Iaco. assignauit in suo æstimo & catastro dict. domũ ut ꝓpriã. Quia 3 dictũ † æstimũ, seu catestrũ nõ facit fidẽ cõtra dictũ Steph. sed tantũ cõtra ipsum Iac. ut no. in l. 1. C. de apo. pub. li. xj. & in l. 1. §. cum dicitur. ff. si cui plusquam per l. Fal. Nec excluditur ipse Marianus ex eo, qui a ipsa do. Mita detinuit per tempus. x. anno. ex titu. legati. Quia nõ apparet, quòd ipsa adepta fuerit possessionem iuste & legitime. Sed dato 4 quòd appareat, tamen † ex quo dictus Nar. & Marianus eius filius fuerunt absentes a loco, non sufficit præscriptio. x. ann. sed requiritur tempus. xx. anno. l. fi. C. de præscrip. long. tempo. Nec ex eo excluditur ipse Marianus quia a dicto Nar. fuit 5 hæres institutus. Quia non † sufficit ad hoc ut excludatur, quòd sit hæres institutus: sed altra hoc requiritur quòd successerit: & sic requiritur, quòd adiuerit hæreditatem. l. cum a matre. C. de rei. ven. & ibi no. & in l. si uxor. C. de bo. aucto. iu. possi. Cum per aditionem hæreditatis cõfundantur iura ipsius hæredis. ut no. in dictis iuribus. & in l. debitori. C. de pa. Vnde cũ, ut præsupponitur ipse Nardus nõ adiuerit hæreditatem ipsius Iacobi, nec adiuerit, nec adire uoluerit, ipse Marianus non excluditur, quin petere possit partem ipsius dom us, & aliarum rerum, spectantem & pertinentem ad ipsum Marianum, & quæ pertinuit & spectauit ad ipsum Nardum eius patrem. &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CLIII.

Defunctus, Quædam domina Magdalena de Tuderto habens bona stabilia ascendentia ad quãtitatem sexcentorum Flore. & duos filios, videlicet vnam fœminam nomine Luciam, & unũ masculum nomine Petrum, condidit testamentum, in quo iudicauit & reliquit dictæ d. Luciæ pro sua legitima Florenos centum, eam in eis instituendo heredem: Et dictum eius filium in omnibus alijs bonis suis hæredem instituit: Et postea decessit dicta d. Magdalena, superstitibus sibi dictis suis filiis. Et cum d. d. Lucia ad præsens velit petere, & petat dictam quantitatem. c. Flore. cum fructibus. Et in dubium reuocetur, an ipsa dictam quantitatem cum fructibus habere debeat: ideo quęritur quid iuris sit.

SVMMARIVM.

1 *Filius, cui est relicta a patre certa pecuniarum quantitas pro sua legitima, an possit petere fructus, seu usuras prouenientes ex ipsa pecunia ab hærede uniuersali.*

2 *Pecunia fructus aliquos non producit, imo quicquid accedit sorti usura est, quæ peti non potest: maxime attento iure Canonico.*

3 *Ius Canonicum emanans ad tollendum peccatum, ut in materia usurarum seruandum est, non solum in terris Ec-*

ris ecclesiæ, sed etiam in terris imperij.

4 *Fructus legitimæ an elapsis 30. annis peti possint.*

5 *Legitimæ fructus peti possunt a filio, licet ei relicta sit pro legitima certa pecuniæ quantitas, cum ei pro legitima non debeatur pecunia, sed res in hæreditate existentes.*

6 *Legitima non solum debetur filio, sed etiam fructus eius.*

7 *Quantitas pecuniæ si pro legitima filio relinquatur, an fructus peti possint, si dictam quantitatem filius acceptauerit.*

8 *Fructus dicuntur esse pars legitimæ. Et ideo peti possunt, & præstari debent.*

9 *Quantitas si relinquatur pro legitima, habetur ratio dãni, ita quod peti potest ex ipsa quantitate usura, quatenus est in damno illi cui fuit relicta, & sic consequetur fructus legitimæ.*

10 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

11 *Permutationis contractus est similis emptioni.*

12 *Accipiens rem insolutum censetur esse emptor.*

13 *Aestimationem litis soluens, emere dicitur.*

14 *Venditor petere potest vsuras precij non soluti, veniunt enim tunc usuræ, non tanquam usuræ, sed tanquã dãna.*

15 *Vsuræ quæ ueniunt in recompensationem damni, etiam de iure canonico sunt permissæ.*

CONSILIVM CLIII.

In nomine domini, Amen.

1 Circa hoc dubium † videtur prima facie dicendum, quod etsi ipsam quantitatem pro legitima habere debeat, & eam petere possit, tamen ipsoa fructus 2 petere non possit, cum † ex pecunia fructus aliqui non producantur. ff. si cer. pet. l. rogasti. §. si tibi. & 86. d. c. eiiciens. Imo quicquid accedit sorti usura est. ut in d. iur. no. quæ peti non potest. maxime attento iure canonico. de usu. c. 1. & per totum in c. 3 1. eo. ti. in 6. & in cle. unica. eo. ti. quod † ius seruandum est non solum in terris ecclesiæ. de app. si duobus. sed etiam in terris imperij, cum emanauerit ad tollendum peccatum, quod resultat ex receptione usurarum, ad hoc quod not. per gl. in c. 2. de arbi. in 7. & in regula. possessor. eod. lib. Vnde uidetur, ꝙ dictos fructus petere non possit. Quod ex 4 alio, & secundo deducitur, quia † cum fuerint elapsi anni. 30. uidetur, ꝙ ipsi fructus peti non possint ultra, iuxta no. ff. de usu. l. 3. §. cæterum. Et ibi p Bar. & per Bal. in l. 1. C. de usu. legato. Contrarium tamen puto de iure dicendum. ut dicta dom. Lucia 5 petere possit, non † solum ipsam legitimam: sed etiam eius fructus: qđ sine dubio procederet, quãdo ipsa peteret pro legitima partem tangentem de rebus fructus producentibus, prout & petere põt, quantumcunq; relicta sit certa quantitas pro legitima, prout uoluit Bar. in l. suus. ff. de cond. inst. & Bal. in l. Stichum. in uer. secundo quæro post Gui. de Cu. per id quod habetur. ff. de bo. libe. in l. liber 6 tus qui soluendo. Cum ipsi filiæ † debeatur non solũ legitima sed etiam fructus eius. ff. de inof. testa. l. Papinianus. §. vnde si quis. per quem. §. Bar. hoc uoluit in l. fideicommissariam. ff. ad Trebellia. & Bal. in l. iubemus. C. ad Trebellia. pro quo facit quòd habetur in l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad l. falc. & in l. scimus: §. repletionem. C. de inof. testam. Sed 7 dubium est, quia † ex quo pro legitima fuit sibi relicta dicta quantitas, quam acceptando uidetur, ꝙ aliud petere non possit, ad hoc. l. si quando. §. & generaliter. C. de inof. testa. & sic uidetur, ꝙ fructus petere non possit. Contrarium tamen puto de iure dicendum, ut & ipsam quantitatem pro legitima, & fructus ipsius legitimæ petere possit, ut eui 8 denter demonstratur: Et primo ex eo, quia † quantumcunque illam quantitatem acceptet. nihilominus excluditur a petendo illud, quod deficit pro ipsa legitima vt d. §. Et generaliter. & l. cũ quæritur. C. de inof. test. & sic non excluditur a petendo qđ deficit pro ea, & sic fructus ipsius. Quod & secun 9 do demonstratur ex alio, quia quantumcunque † relinquatur quantitas, nihilominus habetur ratio dãni, ita quòd peti potest ex ipsa quantitate usura. quatenus est in damno illi, cui fuit relicta, prout uoluit. Bal. in rub. C. de usu. & fru. leg. unde isti fructus petuntur ipsius legitimæ. Quod & tertio de 10 monstratur ex alio, quia subrogatum † sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. ff. si quis cau. l. si eum. §. qui iniurarum. & ff. si quis test. l. 1. §. Scæuola. Vnde cum talis quantitas soluatur loco ipsius legitimæ, pro qua debentur fructus eodem modo censebitur, ut & de ea fructus sint soluendi & dandi. Quod & ex alia ratione euidentius demonstratur: nam si bene ponderetur relictum & acceptatio ipsius relicti, pro legitima. quæ est in rebus stabilibus & fructuosis, consequitur pecunia, ita ꝙ dici potest, quòd resultet quodammodo contractus permutationis, seu uenditionis, & emptionis, cum dicta Lucia dictum suum legatum in quantitate factum acceptando pro sua legitima uideatur pro ipsa legitima existente in rebus stabilibus, ipsam pecuniam acceptare, & sic pecuniam quodammodo pro ipsis rebus accipere: ex quo contractus emptionis uidetur resultare, uel saltem permutationis qui 11 similis est † emptioni, & eius locum detinet. C. de rer. perm. l. permutationem. & ff. ex quibus cau. in pos. ea. l. is qui rem permutatam: ad hoc, quod in 12 simili dicitur de illo, qui † accepit rem insolutum, ut censeatur emisse. ff. de usucapio. l. sequitur. §. de 13 illo † qui litis æstimationem soluit, ut emere dicatur. ut no. in dictis iuri. & ff. de usucap. pro empto. l. 1. Vnde cum ipsa Lucia uideatur ita pro dicta quantitate dictam suam legitimam dedisse seu uendidisse, petere potuit usuras pro quantitate non 14 soluta, sicut † in simili dicitur in uenditore, qui petere potest usuras precii non soluti. C. de actio. emptio. l. curabit. & C. de usu. l. 2. Veniunt. n. tunc usuræ non tanquam usuræ, sed tanquam damna, cum in damno fuerit ipsa bona non consequendo, sed ipsam quantitatem acceptando, cum alias consecuta fuisset legatum in bonis factum, & fructus, ad quos fructus commensuranda erit usura, prout in 15 simili dicitur. in d. l. curabit. Vnde † ipsas usuras petere poterit, non solum de iure ciuili, sed etiam de iure canonico: cum dicantur usuræ quodammodo recompensatio, cum in recompensationem damni ueniant: propter quod sunt permissæ etiã de iure canonico, prout uoluit Bald. in d. l. 2. & in d. l. curabit.

rabit. ad hoc etiam quod not. per gloss. in l. socium qui in eo. ff. pro socio. & in c. salubriter. de vsu. Per quæ dicta do. Lucia petere poterit, non solum quantitatem sibi debitam pro ipsa legitima & eius supplemento: sed etiam vsuras ipsius quantitas &c. Domi. Bened.

THEMA CONSILII CLIIII.

Punctus, Quidam Sanchthes de Aquila condidit testamentum, in quo inter alia reliquit dominam Vannam eius vxorem dominam, Massariam, & vsusfructuariam omnium bonorum ipsius testatoris, vna cum Sancthę nepotę, & hęrede dicti testatoris & etiam alia legata reliquit. Et etiam vltimate ipse testator voluit, quòd præsens testamentum, & legata in eo contenta satisfaciat & satisfacere debeat de pecunia debitorum, & de fructibus bonorum eiusdem. Item voluit & mandauit dictus testator, quòd præsens testamentum sit integre satisfactum hinc ad quatuor annos a die mortis ipsius testatoris computandos, & infra dictum terminum non possit cogi dictus hæres ad satisfaciendum, nisi quatenus opus fuerit. Deinde decessit dictus testator superstite d. domina Vanna, & dicto Sancthæ hærede. Et inter ipsum Sanctem, & dictam Vannam orta est discordia. Et dubitatur de pluribus. Et primo, cum dictus testator reliquerit ipsam do. Vannam Dominam Massariam, & vsufructuariam omnium bonorum ipsius testatoris, vna cum dicto Sancthę hærede: An per talem dispositionem uideatur reliquisse dominium, & vsumfructum ipsorum bonorum pro medietate: Ita quòd non possit per ipsum hæredem impediri, ut non utatur ipsa domina absque alia cautione: Vel an uideatur reliquisse vsufructuariam, adeo quòd teneatur cautionem prestare, prout & tenetur vsufructuarius. Secundo an ipse Sancthes hęres compelli possit ad prestandum dictę D. Vannę vsumfructum, statim post mortem testatoris. Vltimo, an dicta do. Vanna possit petere ab ipso Sancthę hęrede uestimenta, quibus eget.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta domina, Massaria, & vsusfructuaria omnium bonorum, consequitur vsumfructum vna cum hærede: non autem alimenta, & praeminentiam in domo, quando institutus non est de liberis ipsius testatoris, tūc enim cessat consuetudo Bulgari. Non tamen videtur ei relictum bonorum dominium, aut proprietas.*

2 *Vsusfructus si duobus debeatur, altero petente, res diuidi debent: cum nemo in communione stare teneatur.*

3 *Iudicium Communi diuidundo datur inter vsusfructuarios, vt res, in quibus vsusfructus debetur, diuidantur.*

4 *Vsusfructuarius tenetur præstare cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni uiri, si id hæres petat.*

5 *Vsusfructuarius omnium bonorum, omnium consequi debet vsumfructum, & sic etiam nominum debitorum.*

6 *Vsusfructuarius licet non possit cogere hæredem ad faciendum inuentarium bonorum, tamen potest pro suo interesse facere describi bona, quæ remanserunt in hæreditate.*

7 *Vsusfructus an statim debeat ab hærede præstari, si in testamento dictum fuerit, quòd testator disposuit, quòd ipsum testamentum sit integre satisfactum usq; ad quatuor annos a die mortis ipsius testatoris, An uero ad infra quadriennium compelli non possit.*

8 *Clausula vltimo loco apposita refertur ad omnia præcedentia, quando ad ea referri potest, salua ratione recti sermonis.*

9 *Legatum ab hærede præstandum est.*

10 *Vltima uoluntas in legatis est attendenda.*

11 *Clausula generalis, in testamento per testatorem apposita, quæ volebat, quòd testamentum esset integre satisfactum vsq; ad quatuor annos a die mortis testatoris, non refertur ad vsumfructum in dicto testamento relictum, nec ad ea, in quibus est dies apposita, uel tacite inest. Nec ad alimenta, nec ad legatum dotis, quia non obstantibus dictis uerbis, statim ea debentur.*

12 *Vsufructu legato, uidentur legata alimenta, quæ in vsufructu comprehenduntur.*

13 *Vsusfructus legatus, ipso iure constituitur adita hæreditate, & non datur per ipsum hæredem, sed tantum hæres debet pati vsusfructuarium uti frui.*

14 *Vxor relicta domina, Massaria, & vsusfructuaria an petere possit uestimenta, quibus eget, pro futuro, vel pro præterito tempore.*

CONSILIVM CLIIII.

In nomine domini, Amen.

Circa primum dubium dicendum est, quòd per talem 1 † dispositionem ipsa do. Vanna habere debebit usumfructum omnium bonorum, ipsius testatoris, una cum ipso Sancthe, ex quo ipse Sancthes hæres institutus, non est de liberis ipsius testatoris tunc enim cessat consuetudo Bulgari. de qua per gl. in auc. hoc locum. C. si secundo nup. cum talis consuetudo, quæ interpretatur, ut tunc per talem dispositionem consequatur præeminentiam & alimenta in domo, prout ante habebat, locum habeat stantibus liberis, cum eis nō extantibus consequatur usumfructum, prout uoluit gl. ibi. & etiam Bal. & Bar. in l. Titia. §. Titia. ff. de lega. 2. & Bal. in l. fi. C. de indic. uidui. & ita communiter tenetur, ut cō sequatur usumfructum, omnium bonorum ipsius testatoris, una cum ipso hærede, prout & ipse testator disposuit: ad hoc. l. si mulieri cum liberis. ff. de vsufruc. accres. Ex quo infertur una conlusio & respōsio ad unum dubium, uidelicet, quòd cum ipse testator uideatur dictæ do. Vannæ usumfructum reliquisse

liquisse non præminentiam quandam, & in effectu usumfructum uideatur reliquisse, ut tenent communiter doctores prædicti in dictis iurib. Qđ bene per tale relictum, dominium bonorum dicti testatoris non uideatur relictum, immo potius quandam præeminentiam sicut & per prius habebat in domo, & vsumfructum dictum bonorum, vt tenetur per doctores in dictis iu. & communiter tenetur. Item deciditur aliud dubium, quod est, cũ ipsa domina Vanna per talem dispositionem consequatur & consequi debeat usumfructum omnium bonorum ipsius testatoris, una cum dicto Sanctæ hærede, adeo quòd in ipso usufructu concurrunt pro medietate, ut. d. l. si mulieri. Si ipse Sanches uelit, quo† ad usufructum, ipsa bona diuidere, & ipsi domine ipsum usumfructum pro medietate tantum assignare, & aliam medietatem pro se retinere, poterit, eum in communione stare non teneatur. sed ad diuisionem peruenire possit: da-3 tur † enim iudicium communi diuidundo inter usufructuarios. ff. de usufr. l. si cuius rei. §. si. cum. l. se. & ff. communi diui. l. communi diui. §. cum de vsufructu. Et si ipse † Sanches hæres petat ab eadẽ cautionem de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, & eam ipsa domina Vanna præstare debebit. vt d. §. si. ff. de vsufruc. & l. j. C. de vsufruc. Et si ipsa d. Vanna ipsam cautionem præstare nolit, & vsumfructum in medietate bonorum consequi, & sic cum ipso Sanche hærede concurrere, & tunc habere de bebit habitationem, sicut testator disposuit in dicto testamento. Et cum per talem dispositionem ipsa Vanna consequatur & consequi debet vsufructum pro medietate, non solum prædictarum domorum, sed etiam omniũ bonorum testatoris, imo 5 † & nominum debitorum ipsius testatoris, prout habetur in l. vxori meæ vsumfructum &c. ff. de vsufruc. leg. interest enim ipsius dominæ, vt omnia bo-6 na ipsius testatoris describantur, Vnde † licet non posset ipsum Sanchem compellere ad faciendum inuentarium: tamen poterit pro suo interesse facere describi bona, quæ remanserunt in hæreditate. l. j. §. eligitur. ff. de ven. in pos. mitten. & quod ibi no. per Bar. & in l. mandatis. ff. de requ. reis. & per Bal. in l. vnica. C. de prohi. seque. Et cum, prout ex prædictis patet, ipsa domina Vanna habere debeat ipsum vsumfructum vna cũ ipso hærede. Restat nunc examinare principale dubium, quod est. An ipse hæres compelli possit ad præstandum ipsum vsumfructum statim post mortẽ testatoris. Circa quod 7 videtur dicendum, † q̄ non, prout apparet in dicto testamẽto, post dictum relictum factum eidem dominæ: ipse testator disposuit, q̄ ipsum testamentũ sit integre satisfactum vsq; ad quatuor annos a die mortis ipsius: Propter quod interim ipse hæres cõ-8 pelli nõ possit ad satisfaciendum, quæ clausula † vltimo loco apposita refertur ad omnia præcedẽtia, ex quo referri potest, salua ratione recti sermonis. l. talis scriptura. §. fi. ff. de lega. 1. & vt no. in l. si idẽ, cum eo. §. fi. ff. de iurisdi. omn. iud. & ibi per Bar. & per Cano. in c. secundo requiris de appel. & sic videtur referri dicta clausula ad illud relictũ, in quo reliquit ipsam do. Vannam dominam, Massariã & vsufructuariam: cum relictum † & legatum sit, q̄d per ipsum hæredem præstari debet. l. 2. C. communia de lega. & d. l. si mulieri cum liberis. Pro quo e-10 tiam facit, quia in legatis vltima † voluntas est attendenda. l. quod traditum. & l. nam ad ea. ff. de condit. & demon. Sed his non ob. contrarium puto de iure dicendum, vt debeat habere dicta domina Vãna dictumvsumfructum statim post mortem ipsius 11 testatoris: nam † d. clausula generalis vt supra refertur ad ea, in quibus est apposita dies vt d. l. talis scriptura etiam si dies tacite insit, ex quo voluntas testatoris habetur. ad alimenta enim talis clausula nõ refertur. l. libertis quos. §. posthumos. ff. de ali. & ciba. legat. in ipsis enim videtur inesse dies tacite ex voluntate testatoris. l. pecuniæ. eo. tit. prout voluit Bar. in d. l. talis scriptura. Nec refertur ad legatũ dotis. l. cum vulgari. ff. de do. prælega. multo ergo fortius non refertur ad legatum, in quo testator reliquit ipsam dominam Vannam, dominam & Massa-12 riam vna cum hærede, cum † in tali relicto videantur comprehendi alimenta, ex quo comprehenditur vsusfructus, qui ipsa alimenta excedit, & etiam, quia dies ex voluntate testatoris apposita uidetur, ex quo testator disposuit relinquendo dictũ usum fructum vna cum hærede. Per quæ verba testator videtur velle, q̄ in ipso vsufructu concurrat ipsa domina Vanna vna cum hærede, & eidem debeatur, ad hoc d. l. si mulieri cum liberis. ff. de vsufruc. accr. & quod no. in l. si legatum. ff. de leg. 2. per Barto. Et etiam alia ratione, quia talis clausula refertur ad legata, in quibus cadit satisfactio, & executio requiritur, prout patet ex verbis ipsius testamẽti, in qui-13 bus fit mentio de satisfactione, quod non † cadit in legato vsusfructus, cum ipso iure constituatur adita hæreditate, & nõ datur per ipsum hæredem: sed ipse hæres pati debet, prout no. per glo. & Bal. in l. corruptionem. C. de vsufruc. & in l. eam quam. C. de fideic. Restat ergo vt vltimo videatur, an dict. d. Vanna petere possit vestimenta, quibus eget. Et 14 in hoc dicendum est, quòd † pro tempore futuro ea petere non poterit, ex quo habet usumfructum. Sed bene pro tempore præterito petere poterit vestimenta quotidiana eidem dominæ per testatorem per prius data, cum eidem cedant tanquã alimenta, prout voluit Bar. in l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bo. & Bal. in l. filiæ cuius. C. fa. hercis. & in l. cum te. C. de do. ante nup. &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CLV.

PVnctus. Quidam testator nomine Ioannes condidit testamentum, in quo inter cætera iudicauit & reliquit cuidam Capellæ iam ædificatę a quodam domino Petro Benedicto de domo sua, in qua ipse testator elegit sepulturam, quandam domum, & certas alias petias terrarum: Ac etiã reliquit iure legati cuidam domino Ioanni Matthæi Canonico Ecclesię Sancti Venãtij, omnem pensionem & habitationem supradictę domus relictę dictę capellę: Et quòd possit dicta

sit dicta relicta facta dictę Capellę locare, dislocare, & fructus recolligere ad libitum voluntatis suę in uita sua. Item reliquit iure legati dictum dominum Ioannem officiatorem dictę Capellę, uel alium per ipsum eligendum. Et deinde dictus testator decessit, & in dicta Capella sepultus fuit. Et in dubiũ reuocatur. An episcopo de hoc relicto debeatur Canonica Episcopalis.

SVMMARIVM.

1 *Canonica portio utrum Episcopo debeatur de proprietate, & usu et fructibus, si testator certe Capellæ relinquat domum & fundos, quorum fructus relinquat presbytero eius nomine expresso, quem constituit officiatorem, et gubernatorem dictæ Capellæ, dum uiuit.*

2 *Vsusfructus personæ cohæret, & cum ea finitur.*

3 *Canonica portio debetur Episcopo non solum de relictis Ecclesiis & Capellis, sed & Monasterijs, et alijs pijs locis in sua Dioecesi sitis, et etiam Ecclesia Cathedrali, nisi consuetudo aliud disponat, Vel nisi prædicta loca sint exempta, Vel ad usus priuilegiatos relinquatur.*

4 *Canonicus Regularis quicquid acquirit, acquirit ipsi Ecclesiæ, vnde relictum Canonico videtur Ecclesiæ relictũ nisi aliud appareat fuisse de mente testatoris.*

5 *Relictum factum presbytero Cappellæ rectori, quando censeatur factum sola ipsius contemplatione & quando ut rectori, & gubernatori Capellæ, cuius est officiator.*

6 *Possessio naturalis transit in usufructuarium.*

7 *Capellano relictum contemplatione Capellæ, ipsi Capellæ quæritur.*

8 *Relictum alicui, eius nomine proprio expresso, videtur relictum eidem nomine proprio, non alterius contemplatione: nisi aliud ex uerbis, uel ex mente testatoris appareat.*

9 *Canonica portio non debet de relicto pro perpetuo cultu diuino.*

10 *Relictum factum Capellæ dotatæ, non dicitur relictum vere pro diuino cultu, ex quo Capella non eget, quia est dotata.*

11 *Capella antequam construatur, dotari debet.*

CONSILIVM. CLV.

In nomine domini, Amen.

1 Circa hoc dubium uidetur dicendum † quòd ipsa Canonica non debeatur, saltem de relicto ipsi do. Ioanni, cum eidem uideatur relictum contemplatione suæ personæ, & non intuitu administrationis cum in tali relicto de administratione aliqua non fecerit mentionem, ad hoc. c. requisisti. §. fin. de testa. Et maxime, quia uidetur reliquisse eidem habitationem, & usumfructum domus, & petiarum terrarum, qui † vsusfructus personæ cohæret, & cum ea finitur. insti. de vsufruc. §. finitur. & C. de vsufru. l. cum antiquitas &. l. corruptionem. Sed his non ob. contrarium de iure puto dicendum uidelicet, quòd dicto Episcopo debeatur quarta Canonica, non solum de proprietate ipsarum rerum relictarum dictæ Capellæ, sed etiam de usufructu & habitatione relictis ipsi do. Ioanni, cum † eidem Episcopo debeatur quarta, non solum de relictis Ecclesiis & Capellis: sed & Monasteriis & aliis piis locis, ut est expressum in d. c. requisisti. §. illud & in c. officii. eod. titul. Imo & etiam de relictis Ecclesiæ Cathedrali, ut debeatur ipsi Episcopo Canonica portio, ut est expressum in d. cap. requisisti. in uer. quemadmodum &c. Et hoc nisi consuetudo aliud disponat, prout uoluit Innoc. in d. c. requisisti. Vnde cum ipsa portio Canonica debeatur ipsi Episcopo, cuicunque Ecclesiæ relinquatur site in diocesi sua, dummodo nõ sit exempta ipsa Ecclesia, cui relinquitur. ut habetur in c. in nostra. de sepult. & in d. ca. officii. & dummodo non relinquatur ad usus priuilegiatos, de quibus in ca. fi. de test. Et cum, ut præsupponitur, dicta capella in dicta Ecclesia sancti Venantii, & etiam dicta Ecclesia sancti Venantii non sint exemptæ, & non fuerit relictum in casu prædicto ad aliquem usum priuilegiatum, debebatur ipsi Episcopo ipsa Canonica, non solum, ut dixi, de proprietate ipsarum domorum relictarum, & terrarum relictarum ipsi Capellæ, sed etiam de habitatione, vsufructu seu cõmoditate relicta ipsi domino Ioanni, Siue dicamus, ipsum relictum eidem factum applicari Ecclesiæ sancti Venantii, cuius est Canonicus: cum, ut præsupponitur, sit † Canonicus Regularis, uñ quicquid q̃rit, q̃rit ipsi Ecclesiæ. ut in auth. ingressi. C. de sac. san. Eccle. & in c. super quodam. & in ca. cum ad Monasterium. de stat. Monach. & eidem Ecclesiæ uidetur relinqui, ut colligitur a contrario sensu in d. ca. requisisti. in §. illud: secundum Goff. & Ioan. An. ibi. Et hoc nisi appareat aliud ex mente testatoris. Siue dicamus quòd tale relictum fuit relictum dictæ Capellæ cõtemplatione ipsius do. Ioannis, & ad eius gubernationem & officium, quod & verius uidetur: Nam cum, prout præsupponitur. ipse do. Ioan. diu fuerit officialis & gubernator ipsius Capellæ, eidem, ut officiali & gubernatori ipsius Capellæ videtur

5 relictum. Tamen attentis † uerbis ipsius testamenti, dum in tali testamento expressit, quòd possit ipse dominus Ioannes relicta facta dictæ Capellæ locare, & dislocare, & fructus recolligere in uita sua: per hæc uerba clare demonstratur, quòd reliquerit ei ut gubernatori & officiali dictæ Capellæ, dictã habitationem & fructus. nam si eidem nomine proprio habitationem & fructus reliquisset, tunc non haberet locare & dislocare relicta ipsi Capellæ: imo relicta sibi, cum eidem videatur relictus vsusfructus. l. si quis ita. ff. de usufruc. & ut not. in l. fundi. & in l. cum ita. ff. de usufruc. lega. & ad ipsum p̃tineret locare, & alienare, cum † in ipsum vsufructuarium transeat possessio naturalis. l. naturaliter ff. de acqui. pos. Item quòd eidem, ut gubernatori & administratori ipsius Capellæ uideatur relictum colligitur ex mente ipsius testatoris, quæ ex prædictis uerbis præcedentibus & sequentibus dephẽditur. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. Reliquit enim primo corpus suum sepelliri in ipsa Capella. Deinde reliquit ipsi Capellæ ipsam domum & petias terrarum, non dicendo de proprietate simpliciter de ipsis domo & petiis terrarum, in quibus relictis uenit proprietas & usufructus ipsarum. l. quæ

de tota

de tota.ff.de rei uen.& no.in l.cum uirum.C. de fideicommiss.& ibi per Bal. Deinde ipse testator reliquit ipsi do.Ioanni habitationem cum fructibus, prout in testamento continetur, Et postea reliquit eum officiatorem ipsius Capellæ, quasi uoluerit, q ipse habeat officiare & gubernare ipsam Capellam & eidem officiatori & gubernatori ipsius Capellæ reliquit ipsam habitationem & fructus ipsos. Per q̃
7 † uidetur eidem ut gubernatori, & sic contemplatione ipsius Capellæ relictum, unde ipsi Capellæ quæritur, ad hoc.l. Titia. ff.de annu.lega.& quod ibi no.& in.l.ciuibus ciuitatis.ff.de re.dubi. & ibi per Bart.& quod not.in.d.c.requisisti.§. illud. Nec ob. quòd in tali relicto non fuit expressum nomen ipsius officii seu administrationis, sed nomen pro
8 prium, propter † quod uidetur eidem nomine proprio relinqui.ut.d.§. illud. Qnia illud est uerum, nisi aliud appareat ex uerbis ipsius testatoris, prout apparet hic, uel saltem ex mente ut supra dictum est, ad hoc tex.in d.§.illnd.ibi.nisi probatio in contrarium appareat. quæ satis apparet in hoc casu.ut patet per prædicta. Vnde cum eidem ut administratori & gubernatori dictæ Cappellæ uideatur relictum, uidetur ipsi Ecclesiæ relictum. ut.d.§. illud. Et ideo Canonica portio de tali relicto debetur Episcopo.ut.d.§.secus.&.d.§.illud. Nec ob. si dica
9 tur, quòd hoc † casu uidetur relictum contemplatione ipsius præsbyteri, & pro eius gubernatione ad hoc ut officiet ipsam Capellam, & sic pro diuino cultu, quo casu non debetur Canonica. ut.d.c. fi. Quia ad hoc respondetur, quòd immo non apparet, quòd eidem uideatur relictum pro ipso cultu diuino. Præterea, & si testator expresisset, quòd relinqueret eidem pro officiando, & ad hoc ut officiet Ecclesiam: nihilominus deberetur ipsa Canonica Episcopo de tali relicto, cum, prout præsup-
10 ponitur, ipsa † Capella fuerit dotata: propter quã dotem officiari poterat. unde si ultra hoc relinquatur, non dicetnr ad perpetuum diuinum cultum relictum: adeo quòd detrahetur quarta, prout uoluit no.do.Petrus de Perusio in 6.c.Canonice Episcopalis. Videtur enim tunc potius in fraudem relictũ, quam uere pro diuino cnltu, ex quo locus non eget pro ipso diuino cultu.ex quo, ut præsupponi
11 tur, dotata fuerit, prout † & dotari debuit, antequam saltem construeretur. ut in c. cum sicut. de conse.eccle.uel alta. vbi plenius de hoc. Vnde cum in fraudem uideatur relictum, non cessat Canonica debita Episcopo. Imo debetur tunc, ut patet in d.c. requisisti. in fi. & in. c. in nostra. de sepul. Ex quibus concluditur ipsi Episcopo deberi Canonicam portionem, non solum de proprietate ipsorum bonorum, & rerum relictarum ipsi Capellæ, sed etiam de usu & fructibus ipsi domino Ioanni relictis, prout patet per prædicta &c. Do. Bendi

THEMA CONSILII CLVI.

Punctus quædam domina Francisca iurauit tertium ordinem beati Francisci ingredi: Et ipsum tetrium ordinem profitẽdo, in Monasterium ipsarum Monialum tertii ordinis vna cum alijs permansit usque ad mortem. & deinde decessit nulla de bonis suis facta dispositione, superstite quodam Antonio, asserente se proximi orem consanguineum, Qui postea donauit bona dictæ do. Franciscę cuidam monasterio sancti Sebastiani. Contra quòd fuit actũ pro parte ipsarum Monialum tertii ordinis beati Francisci, & ipso processu agitato. Reuocatur in dubium de duobus principaliter. Et primo, an ex parte Monialium sancti Sebastiani probatum sit de consaguinitate ipsius Antonii, uisis testibus, & attestationibus super ipsa consanguinitate deponentibus. Secundo, si non est probatũ de ipsa consanguinitate, an dictæ Moniales tertii ordinis beati Francisci succedant in bonis ipsius do. Franc.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinitas quomodo, quot testibus, Et quibus verbis probari dicatur.*
2 *Testes ad hoc ut dicantur contestes & probent, sufficit quòd in effectu conueniant, licet non deponant per eadem verba.*
3 *Testes duo ad hoc ut probent, debent esse contestes.*
4 *Causa seu ratio dicti in teste magis attendenda est, quam ipsum dictum.*
5 *Testis vnus si non deponat super eo, super quo alius deponit, non dicitur conformis.*
6 *Testes ad probandum consanguinitatem inducti, debent deponere super aliquo gradu consanguinitatis.*
7 *Testis dicens se id audiuisse, & non deponens de eius credulitate, videlicet, quòd & ipse ita credit, non probat.*
8 *Consanguinitas non dicitur sufficienter probata per testes, deponentes, quòd audiuerunt talem, qui vocabat talem pro eius consanguineo, & zio.*
9 *Testis, qui sperat commodum in causa, in qua testificatur non dicitur testis idoneus.*
10 *Consanguinei admittuntur ad testificandum super consanguinitate, & hoc nisi quando prætendant commodum, ita quòd testificari uideantur in propria causa, & ad eorum commodum.*
11 *Collegium monialium sancti Francisci vtrum succedat ab intestato illi, quæ professa decessit in eorum collegio, agnatis, siue cognatis ei non superuiuentibus.*
12 *Tertius ordo sancti Francisci, dicitur potius quidam modus uiuendi, quam ordo, & religio: cum illi qui sunt de tali ordine, esse possint personæ coniugatæ & habere proprium etiam in particulari.*
13 *Tertium ordinem sancti Francisci ingrediens, ita non efficitur religiosus ut dicicet se & sua: propter quod testari non possit, & seculo renuntiet.*
14 *Intellectus auth. ingressi. C. de sacrosan. eccles. & in quibus casibus procedat.*
15 *Moniales Tertij ordinis sancti Francisci an succedant moniali in eo ordine, & collegio decedenti, consanguineis non existentibus per titulum de hæreditatibus Decurionum & nu. 19. & 20.*

16 Titulus

16 *Titulus de hæreditatibus Decurionum in quibus collegijs habeat locum.*
17 *Fiscus succedit ei, qui decedit nullis sibi superuiuentibus agnatis, vel cognatis.*
18 *Materia exorbitans non est extendenda.*
19 *Tertius ordo sancti Francisci est approbatus de iure ciuili & Canonico.*
20 *Intellectus l. si quis presbyteri. & authen. mulier. C. de Episc. & Cler.*
21 *Collegium in successione præfertur fisco.*
22 *Extensio fit etiam in materia exorbitanti, & correctiua ex ratione in lege expressa.*

CONSILIVM CLVI.

In nomine domini, Amen.

Circa primum dubium uidetur prima facie dicendum, quòd pro parte † monialium sancti Sebastiani sit satis probatum de consanguinitate ipsius Antonii, super qua deponunt duo testes, uidelicet, d. Ioanna, & do. Gregorius, dicendo, quòd cognouerunt d. do. Franciscam: & quòd d. Antonius erat cõsanguineus dictæ dominæ: & quòd pater ipsius Antonij conuersabatur cum ipsa Francisca, ut cum cõsanguinea: Et quòd ipsa Fran. vocabat patrem ipsius Antonii eius zium, pront attestatur ipsa do. Ioanna. Quod & similiter nidetur in effectu attestari ipse do. Gregorius, deponendo, quòd ipse Antonius erat consanguineus ipsius do. Franciscæ, & ♀ ita audiuit a consanguineis dictæ do. Fràciscæ. Sufficit enim † quòd ipsi testes sint in effectu cõtestes, licet non deponant per eadem uerba. C. de pœnis. l. qui sententiam. Et ita no. in c. nihil. de uerb. signi. per quæ uidetur satis probatum de ipsa consanguinitate. Contrarium tamen puto de iure dicendum, uidelicet, quòd per dictos testes probatum non sit de ipsa consanguinitate. Primo ex eo, quia ipsi duo † testes non sunt contestes, prout esse debent, ad hoc ut probent, iuxta no. in l. testium. C. de testi. & in c. cum causam il 2. de testi. & in c. licet causam de probatio. Ipsa enim do. Ioanna deponit super duobus, videlicet, super secundo articulo: quòd pater d. Antonii conuersabatur cum dicta do. Francisca, tanquam cum consanguinea. Et super tertio articulo dicit, reddẽdo causam, quæ † attẽdi debet potius, quam dictum prout no. in l. solam. C. de testi. & in d. c. cum causam. & in l. si serua legatus. §. qui quinque. ff. de lega. 1. quod conuersabatur pater ipsius testis & dicti Antonii. & ipse Antonius cũ ipsa do. Francisca, ut cum consanguinea. Et ultra etiã subdit super quarto articulo, quòd ipsa do. Francisca nominabat patrem ipsius Antonii, & ipsius testis eius zium. Super quibus non deponit ipse do. Gregorius. Non enim ipse deponit, quòd ipsa nominauerit patrem ipsius Antonii eius ziuui, nec etiam, quòd ipse pater conuersatus fuerit cum ea ut cum consanguinea: sed tantum deponit, quòd erat consanguinea ipsius Antonii, non reddendo, super secundo articulo, aliquam causam. Sed super tertio reddendo causam, uidelicet, quia ita audiuit a consanguineis ipsius dominæ Fràciscæ. Ita quòd si bene considerentur eorum dicta, non sunt conformes: cum † unus non deponat super eo, super quo deponit alter, ut deponere debet, ad hoc ut probent consanguinitatem ut in d. in. Secundo, quia dicti testes non † deponunt super gradu aliquo, ut deponere debent ad hoc ut probent ipsam consanguinitatem, secundum quòd habetur in c. licet ex quadam, de testibus. Tertio, quia & si dicant se audiuisse, † tamen non deponunt de credulitate, ut deponere debent, ad hoc ut probent, nidelicer, quòd audiuerunt, & ita credunt, pront habetur in c. quotiens. de testibus. Quarto, quia, & si dicat, se audiuisse † ipsa Francisca nominabat ipsum Anto. & eius patrem eius consanguineum, uel ziũ. Nihilominus talis nominatio non inducit sufficiẽtem ꝓbationẽ, ꝓut hr. ff. de probatio. l. non epist. & ut no. per gl. in c. per tuas. de probatio. & in c. illud. de præsumptio. Imo & si ipsi testes essent omnino contestes, & deponerent super gradu consanguinitatis, & quòd uiderunt nominari, & haberi ꝓ consanguineis: Nihilominus non probant ita & taliter, quòd dictus Ant. uel dictæ moniales ex persona ipsius Antonii obtinere possint: cum dicta do. Ioanna deponere uideatur in sua causa. Si enim ipsa deponit quòd d. Antonius eius frater consanguineus erat dictæ do. Franciscæ, ipsa pariter esset con sanguinea ipsius do. Franciscæ: adeo quòd ipsa pariter succederet pro medietate dictæ do. Franciscæ. Vnde, cum † ex hoc speret commodum, non est testis idonea. C. de testi. l. oĩbus & ut ibi no. & in c. nuper & in c. cũ nũcius. de testi. & c. 1. & c. fi. eo. ti. 16. Vnde quantumcunq; † consanguinei admittantur ad testificandum super consanguinitate, prout no. in l. Octaui. ff. unde cognati. & in c. quotiẽs. de testibus. & in d. c. licet ex quadam. Tamen non admittuntur quando prætenderent commodum, ita quòd testificari viderentur in propria causa ad eorum commodum, pront no. in d. l. omnibus. cum similibus. Ex quibus concluditur circa primum dubium, per dictas moniales sancti Sebastiani non esse probatam consanguinitatem ipsius Antonii. Restat ut descendatur ad secundum dubium, quod est an moniales ipse tertii ordinis beati Francisci, & eorum collegium succedant. Circa quod † uidetur prima facie dicendum, quòd non succedant: cũ tertius ordo beati Francisci, licet sit approbatus, tamen sit potius † quidam modus viuendi, quam ordo & religio. Possunt enim illi qui sunt de tali ordine esse personæ coniugatæ, & habere proprium etiam in particulari & singulari, prout uoluit gl. finalis in cle. cum ex eo. de sent. excommuni. Vnde † cum non sit ordo seu religio, quantumcunq; quis ipsum ordinem profiteatur, seu assumat, tamẽ non efficitur ita & taliter religiosus, ut dedicet se & sua, propter quod testari non possit, prout habetur in auct. ingressi. C. de sac. san. eccle. ubi † gl. videtur uelle, quòd requiratur, ut renunciet seculo, ad hoc ut habeat locum dispositio d. auct. cum aliaa locum non habeat, ut patet in l. sacrosanctæ. C. de Episco. & Cleri. & in auct. de sanctif. Episc. in §. presbyteri. Quod non habet locum in istis de tertio ordine beati Francisci, cum seculo non renũcient: ut patet in d. cle. cum ex eo. unde † ex eo, quòd d. Francisca sit religiosa, nõ uidentur tales moniales eidem

eidem succedere: Nec ex eo quòd sit de eorum collegio, nam quantumcunque tale collegium sit approbatum, ex quo sit intuitur religionis. l. 1. §. sed religionis. ff. de colle. illici. tamen non uidetur ipsum collegium ipsi de tali collegio succedere, etiã consanguineis non existentibus, per titulum de hæredi. decurio. cum titulus † ille locum habeat in col- 16 legiis ibi enumeratis, inter quæ non apparet enumeratum collegium tale, ut patet ibi, & colligitur in d. l. 1. C. de hære. decuri. & hoc uoluit Barto. ibi, & do. Bar. de Saly. uidetur idem uelle. Pro quo facit, quia cum hæc materia sit exorbitans a iure com- 17 muni, cum † de iure communi succedat fiscus non existentibus agnatis uel cognatis. l. 1. C. de bo. uaca. lib. 10. & vt no. in d. l. 1. per gl. & in l. 1. C. unde 18 uir & vxor. vnde † cum sit exorbitans non est extẽdenda. ff. de legi. l. quòd vero. & in regula quæ a iure. in 6. & ut not. in c. constitutionem. de regular. eo. li. Sed his non ob. contrarium puto de iure dicẽdum, vt videlicet, non extantibus agnatis uel cognatis do. Franciscæ, succedat eidem collegium ipsarum monialium tertii ordinis beati Francisci. Et si non ex eo, quia ipsa ingressa fuerit illud monasterium renunciando seculo, faciendo in dicto monasterio professionem, secundum quod habetur in d. auth. ingressi. Tamen ex eo, quia ipsa ita profitẽdo Tertium ordinem beati Francisci effecta fuit de or- 19 dine ipsarum monialium beati Francisci, qui † fuit & est approbatus de iure, ut patet in d. cle. cum ex eo. Non solum de ordine ipsarum: sed etiam de collegio ipsarum monialium, cum eis simul habitando: ex quo constituitur collegium. ff. de verb. signi. l. Neratius. & ut no. per Bar. ff. de colle. illici. in rubri. quod collegium fuit & est approbatum, nõ solum de iure ciuili. vt d. §. Sed religionis. sed etiam de iure Canonico. ut patet in d. cle. cum ex eo. & no. in c. tanta. de exces. præla. per Inn. Vnde cũ fuerit effecta de tali collegio deficientibus agnatis & cognatis ipsius do. Franciscæ succedit Monasteriũ illud, in quo fletit uidelicet collegiũ ipsarum mo- 20 nialium, prout † expressum est in l. si quis presbyter. C. de epis. & cle. ibi auth. nunc autem cui legi standum est, cum non reperiatur a iure Canonico vel ciuili derogatum, prout not. in c. 1. de no. oper. nuncia. & hoc etiam, quòd ipsa Ecclesia, seu Monasterium vel collegium ipsius Ecclesiæ succedat ipsi do. Franciscæ de dicto ordine, colligitur ex his, q̃ voluit Io. Ant. post Innoc. loquendo in simili, videlicet, in clericis secularibus non beneficiatis in c. relatum. il 2. de test. non existentibus agnatis vel cognatis ar. d. c. relatum. & c. sint manifeste. 12. q. 1. & C. de hæredi. decuri. l. 1. 2. & 3. & per totum: quasi uelit, quòd dictus titulus, & eius prouisio locum habeat, non solum in illis collegiis ibi enumeratis, sed etiam in aliis. Quod voluit etiã Bart. in l. si quia filio exhæreda. in §. his quoque: exemplificando in quocunque collegio, & Bal. ibi & Angel. & Ioann. de Imo. & ipse Bal. in d. l. 1. C. de hær. Decuri. sumẽ do ipsam. l. cum sequentibus, Pro quibus bene facit ratio posita in l. fin. eiusdem ti. quæ est, vt collegium perfruatur salute & commodo, ex quo dãnis & detrimentis ipsius astringitur, quæ ratio locum habet in quocunque collegio simul habitantiũ, pꝫ ut est collegium dictarum monialium tertii ordinis. Per quod tollitur ratio in contrarium allegata, quæ est, vt nõ fisi extensio, ex quo materia est exorbitans, Cum dici possit, quòd non sit exorbitãs: ex 21 quo † ita in iure est statutũ, vt collegiũ præferatur fisco, ut patet in d. ti. Præterea & si esset exorbitãs, fieret extensio in hoc casu, ex quo ratio expressa in ipsa l. §. fin. conuenit non solum collegiis ibi expres- 22 sis: sed etiam in aliis, ex ratione † enim in ipsa lege expressa fit extensio in quacunque materia etiam exorbitanti & correctiua, prout not. in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccle. & in cle. 1. de electio. &c. Domi. Bene.

THEMA CONSILII CLVII.

Punctus, Fuit dispensatum per Papam Martinum quintum cũ quodam Mihaele ser Gasparis spurio, in tali forma, uidelicet. Nos volentes te præmissarum tenore fauore prosequi gratię specialis, dilecti filij Gasparis, ser Bartholomæi de Cualdo Micernię Diocęsis genitoris & tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tecum ut defectu prędicto, & quibuscunq; constitutionibus, Apostolicis, ac legibus Imperialibus: Nec non statutis nuptialibus, & alijs contrariis nequaquam obstantibus, succedere ualeas in bonis parentum tuorum, & agnatorum, & cognatorum, & cõsanguineorum tuorum, absq; tamen pręiudicio illorũ, qui in bonis prędictis, si parẽtes agnati & cognati uel consanguinei huiusmodi ab intestato decederent, succedere deberent, Nec nõ succedere ad honores dignitates, & officia secularia quęcunque, & ad ea alias rite eligi & assumi, eaq; gerere & exercere libere & licite valeas, perinde ac si esses de legitimo thoro natus, auctoritate Apostolica tenore prędentium de speciali gratia dispensamus. Postea dictus ser Gaspar accepit uxorem, & ex ea filios legitimos procreauit, videlicet, unum nomine Bartolum. Demum mortuo dicto ser Gaspare do. Margareta mater. d. ser Gasparis condidit testamentum, in quo inter cętera Mihaelem, & Bartholũm ser Gasparis sibi hęredes uniuersales instituit. Mõ. d. Bartolus nepos legitimus dictę Margą. dicit dictum Mihaelem non esse capacẽ dictę hęreditatis obstante spurietate, Replicatur de legitimatione, seu dispensatione p̃dicta. Super qua quęritur de infrascriptis dubijs. Et primo, an dicta legitimatio euanescat propter superuenientiam legitimę prolis, & sic ipsius Bar. Secundo, an dicta legitimatio habeat sufficientes clausulas, attento quòd generales sunt. Tertio, an ipsa legitimatio sit

tio sit sufficiens, attento & considerato eius tenore ad habilitandum dictum Mihaelem ad dictam successionem. Super quibus dubijs, quid iuris sit, placeat consulere, & uestro Consilio declarare.

SVMMARIVM.

1 *Spurio nepoti, an stante legitima prole nepotum legitimorum ab auia relinqui possit: & quid si dictus nepos Spurius fuerit legitimatus, an cum legitimo ex testamento succedat. & nu. 18.*
2 *Intellectus. l. fi. C. de natural. liber.*
3 *Legitimatio facta a Papa sine consensu agnatorum & cognatorum, quo ad ipsos non videtur valere, cum non possit tractari de bonis viuentis sine eius consensu.*
4 *Dispensatio ad successionem, dignitatem, & honores, tanquam odiosa est restringenda.*
5 *Dispensatio requirit causæ cognitionem, alias dicitur facta dispositio, non dispensatio. Et sic in ea fienda requiritur citatio eorum qui ledi possunt.*
6 *Legitimatio, seu dispensatio, debet continere clausulam. Non obstante tali lege, quoniam de ipsa lege debet fieri mentio in specie.*
7 *Impetratio quando fit in materia indispensabili. seu prohibita impetrari, requiritur, quòd de ipsa lege fiat mentio specialis.*
8 *Legitimatio facta a Papa de filio monachi, uel ex incestuoso nato. debet continere clausulam. Non obstante. §. fi. auth. quibus mod natu. effic. sui, quod sufficit, licet non fiat mentio de monachatu, uel incestu, cum dicta clausula suppleat.*
9 *Dispensatio est odiosa, & ideo restringenda.*
10 *Papa, quamuis quādo rescribit contra decretales Episcopales, sufficiat, si in rescripto apponatur clausula generalis, tamen quando rescribit contra ius Conciliare, requiritur specialis expressio, quia ius Conciliare uidetur habere generalem clausulam prohibitionis.*
11 *Illud quod, fit plurium authoritate, maiori retinetur firmitate.*
12 *Rescripta Apostolica impetrata contra Concilia non ualent, nisi specialem de ipso Concilio mentionem faciant, cum Concilia sint maioris authoritatis, quam decretales epistolæ.*
13 *Papa cum difficultate dispensat contra Concilia, unde tunc de ipso Concilio necesse est fieri specialis mentio.*
14 *Spurii, illegitimi, & incestuosi parentibus non succedunt ut est statutum in Concilio generali. Vnde rescriptum Apostolicum dispensationis, in quo nulla facta fuerit mentio de illo Concilio. non uidetur ualere.*
15 *Legitimatio seu dispensatio facta de spurio a Papa, an per superuenientiam filii legitimi annulletur.*
16 *Posthumi natiuitate testamentum patris rumpitur, & donatio omnium, uel maioris partis bonorum.*
17 *Legitimatio, seu dispensatio de filio naturali, uel spurio, non ualet, si pater impetrans habuerit filios legitimos, & de ipsis mentionem non fecerit.*
18 *Spurius natus ex damnato coitu, licet excludatur a successione parentum, ex quo natus est ex delicto, quod statutum fuit ad refrenandum parentum vitium & delictum, tamen non excluditur ab hæreditate auiæ, si eum instituat, ut extraneum.*
19 *Spurius ex institutione ab auo facta capere potest, non ab intestato, etiam existente legitima prole.*
20 *Filius legitimus spurij, potest per auum institui, si ut extraneos instituatur, & non contemplatione filij, nam ab extraneo & ipse spurius potest hæres institui.*
21 *Intellectus. l. fin. C. de natur. liber.*
22 *Papa potest in terris suis legitimare seu dispensare cum ipsis spuriis, non solum quo ad beneficia, & honores, sed etiam quoad hæreditates, & successiones.*
23 *Papa habet plenam potestatem in terris suis in temporalibus.*
24 *Papa potest cum spurio dispensare, ut is succedere possit non solum in bonis paternis, sed etiam in bonis agnatorum, cognatorum, & consanguineorum.*
25 *Agnatorum, uel cognatorum, consensus & citatio non est necessaria, quando naturalis, uel spurius legitimatur, seu cum eo quoad succedendum, dispensatur, quia de eorū præiudicio principaliter non tractatur, cum non cogantur ei relinquere, nec is præteritus possit eorum testamentum impugnare: Sed consensus patris, tanquam primus, sufficit.*
26 *Legitimatio proprie dicitur, non dispensatio, quando quis restituitur. ut succedere possit, ac si esset de legitimo matrimonio natus.*
27 *Princeps, qui ius succedendi tollere potest, illud potest & dare.*
28 *Notitiam uerisimiliter habere quis eorū creditur, de quibus est in loco publica uox, & fama.*
29 *Legitimatio, seu dispensatio si de spurio fiat, non est necesse quòd in ea fiat specialis mentio de lege, uidelicet, de §. fi. in auth. quib. mod. nat effic. sui. maxime si in ea fiat mentio de constitutione Apostolica, & legibus Imperialibus.*
30 *Expressio specialis & nominatim facta ea dicitur, quæ fit per uerba equipollentia.*
31 *Legitimatio, seu dispensatio Papæ ualet, licet in ea non facta fuerit mentio specialis de lege, sed tantum apposita fuerit clausula generalis. Quod procedit etiam in materia non impetrabili: Vel si in ea fuerit facta expressa & specialis mentio uitii super quo dispensandum erat.*
32 *Papa si contra ius Conciliare rescribat, quod habet clausulam derogatoriam, sufficit si in literis Papæ rescribentis appareat de certa eius scientia.*
33 *Legitimatio, seu dispensatio Papæ ualet, si in ea constet de certa scientia Papæ de uitio, super quo erat dispensandum, & addita sit clausula generalis. Non obstantibus constitutionibus Canonicis, & Imperialibus, licet facta non fuerit specialiter mentio de ipsa lege, alias nulla legitimatio seu dispensatio, quæ emanat de Curia ualeret, cum omnes in tali forma fiant.*
34 *Intellectus. §. fin. in auth. quib mod. nat. effic. sui.*
35 *Clausula, non obstante tali lege, posita in legitimatione spurii. si sit ita generalis, ut non appareat de specie spurietatis, & ille qui legitimatur esset pluribus odiosus, ut quia ex sacrilegio, seu monachatu natus, tunc nō sufficiunt verba æquipollentia, quæ tam odibiles non comprehendunt.*
36 *Legitimatio, seu dispensatio si contra ius uel Concilium per Papam fiat, requiritur, quòd fiat specialis mentio de illo Concilio, nisi appareat de certa scientia Papæ, cum tunc satis uideatur facta mentio de ipso Concilio, nam papa censetur habere notitiam dicti Concilii in*

scrinio

scrinio pectoris sui.

37 *Intellectus c.pen.de Capel.monach.*

38 *Intellectus c.cum inhibitio.§.1.de clandest. despons.*

39 *Legitimatio naturalis,uel spurij,an uitietur, & annulletur per legitimam prolem superuenientem.*

40 *Clausula,quæ in legitimationibus , seu dispensationibus naturalis uel si ij spurij solet apponi,uidelicet. Ita tamen quòd si contigerit filios legitimos nasci patri tuo,nō concurrat eisdem,quid operetur.*

41 *Res perfecta ualet,nec uitiatur, tametsi ad eum casum, seu actum perueniat,a quo inci pere non possit.*

42 *Clausula,quæ in legitimatione,seu dispensatione filij naturalis,solet apponi,uidelicet,absque præiudicio illorū, qui ab intestato succedere deberent in bonis ipsorum parentum,agnatorum,& cognatorum, si ipsi ab intestato decedant:quid operetur,& quomodo intelligatur.*

43 *Legitimati filij utrum possint uenire contra testamentum,in quo sunt instituti uenientes ab intestato : & an succedere possint,si in testamento instituantur.*

44 *Clausula in dispensatione,seu legitimatione apponi consueta, uielicet,ut succedere ualeat,ac si de legitimo matrimonio natus esset , absque tamen præiudicio uenientium ab intestato,quid denotet , & significet.*

45 *Legitimati non succedunt,si supersunt illi , qui succedere debent ab intestato , si in legitimatione apposita fuerit clausula,ut ualeat succedere, absque tamen præiudicio succedentium ab intestato.*

46 *Legitimati,ex testamento succedere possunt,etiam si subsit ille qui ab intestato succederet,licet in legitimatione dictum fuerit,quòd ualeat succedere,absque tamen præiudicio succedentium ab intestato:Et hoc nisi subsint illi,qui debent succedere etiam si testamentum factum fuisset,ut ascendentes,uel descendentes,nam si sint præteriti,uel eis minus legitima relictum,testamentum impugnare possunt.*

CONSILIVM CLVII.

In nomine domini, Amen.

Et si de pluribus quæratur,tamen, quia omnia tendunt ad hoc unum,uidelicet,An potuerit ipsi Michaeli spurio nato , ex legitimo filio relinqui ab ipsa Margareta matre dicti Gasparis , & etiam instituti attenta præcipue dicta legitimatione.Circa qđ 1 uidetur† dicendum,quòd eidem relinqui non possit de iure , cum stante legitima prole prohibitum sit ipsi auiæ relinquere nepoti spurio, sicut & filio spurio,prout est expressum in l.fi.C. de natu. libe. 2 Quæ† & si loquatur in nepote naturali , fortius & locum habet in nepote spurio , cum magis sit exosus legi.C.de natu.lib.authen.licet , ad hoc authe. multomagis.C.de sacros.eccl. Ita quòd attenta ratione prædicta uidetur dicendum,ꝙ eidem spurio relinqui non potuerit ꝑ ipsam auiam.Quod uidetꝛ procedere,quantumcunque sit legitimatus , cum talis legitimatio non uideatur ualere ex pluribus. Et primo, quia quantumcunque Papa ipsum Michaelem legitimauerit , seu cum eo dispensauerit, ut succedere posit , non solum in bonis paternis, sed etiam in bonis agnatorum & cognatorum.Nihilominus† ex quo non interuenit eorum consen- 3 sus,talis legitimatio seu dispensatio, quoad ipsos agnatos & cognatos,non uidetur ualere,cum non posit tractari de bonis uiuentis sine eius consensu.l.fi.C.de pac.Ita quòd ex hoc uidetur, quòd dicta legitimatio non ualuerit nec ualeat . Pro quo 4 etiam fecit , quia cum hæc sit potius † dispensatio quam legitimatio , quæ dispensatio ad certū actū , puta ad succesionem dignitatem , & honores fit , prout,patet ex tenore ipsius,& ipsa sit odiosa & re 5 stringenda.de filiis presb.c.1.ad fi.Et in ea † requiritur causæ cognitio, cum alias facta dicatur dispositio,non dispensatio:unde requiritur causæ cognitio,prout no.in c.de mulcta.de præb. & in c.ꝓposuit.de concess.præb.& sic citatio eorum,qui lædi possunt.l.nam ita Diuus.ff.de ado.& ff.de re iu. l.de unoquoque.Et hoc uoluit Fed.de Sen.in quodam suo cons.231.quod incipit.Ex tenore priuilegii.& in con.310.quod incipit.Circa primum quæsitum,secundum quod &c. licet Concilium nō ui- 6 derim.Quod & ex alio deducitur,quia † in dicta legitimatione seu dispensatione non fuit apposita clausula ipsa,Nam obstan.tali lege,cum de ipsa lege debeat fieri mentio in specie,ad hoc gl.in d.authen.licet.C.de nat.lib.in auth.qui.mo.nat.eff.le- 7 git.§.fi.Pro quo facit,quia quando† impetratio fit in materia indispensabili,seu prohibita impetrari, requiritur quòd de ipsa lege fiat mentio specialis, prout no.in c.unico.de exces.præl.in 6.& in c.nonnulli.de rescr.ad hoc etiam quod no.per Bal. in l.si 8 qua illustris.C.ad Orfi.ubi loquendo† de filio nato ex monacho,vel incestu dicit,quòd si Papa in legitimatione facit mentionem de his,quæ habentur in auth.qui.mo.na.effi.sui.§.fi.sufficit , etiam si nō fiat mentio de monachatu,uel incestu : Cum dicta clausula,non obstant d.§.fi.suppleat , ut latius ibi per eum:de quo etiam per eum in l. eam quam.C. de fideic.vbi videtur in effectu,idē velle in 8.colū. in uer.Interrogatus fui.& in 10.col.in uer.sed pone quidam . Quod & fortius uidetur ponderare in conc.231.quod incipit.Prout fertur:& maxime ea 9 ratione,quia cum† dispensatio sit odiosa , restringenda est.ut in c.1.de filiis presb.in 6.ad idē quod ipse uidetur sit male in alio cons. 310. Ad idem ēt 10 facit,quia licet† quando ipse Papa rescribit cōtra decretales Episcopales,sufficiat clausula generalis tamen quando rescribit contra ius Conciliare , requiritur specialis expresio,quia ius Conciliare videtur habere generalem clausulam prohibitionis, per id quod habetur in c.pen.de Capel.mona.& in c.cum dilecti.de elec.& istud in effectu.uidetur velle Ioan.Mo.& Ioan.An.in c.unico.de excess.præla.in 6.prout refert & sequitur Ioan.de Imo. in d. c.nonnulli.super verbo mentionē.de rescr. Et istā opi.tenuit Arch.in c.1.de consti.in 6. prout & sequitur in effectu Bal.in l. humanum. C. de legi. in uersic.tertio not.dicens per illum text. quòd illud 11 † quod fit plurium auctoritate maiori retinetur firmitate,ex quo infertur,quòd cum concilia sint maioris auctoritatis,quam Decretales epistolæ , non 12 † ualent rescripta Apostolica impetrata contra ipsa Concilia,nisi specialem de illo Concilio mentionem faciant:pro quo etiam facit quod nota.per domi.Anton.in cap.dilectus.de tempo.ordi.Facit e- 13 tiam ad hoc, quia Papa † cum difficultate dispensat

ſat contra ipſa Concilia, ut in c.poſt translationẽ. de renunc. Vnde cum diſpenſet cum difficultate, eſt neceſſe; quòd de ipſo Concilio fiat mentio, ad hoc quod no. in c. poſtulaſti. de reſcrip. Per quæ vi14detur, quòd cum † ſpurii, illegitimi, & inceſtuoſi non ſuccedant parentibus, prout eſt ſtatutum in Concilio generali, ſecundum quod habetur in c. cum inhibitio. §. 1. de clande. deſpõ. iuncta. gloſ. in fin. & in c. cum haberet. de eo qui dua. in matri. quam pol. per adul. Tale reſcriptum Apoſtolicum, in quo nulla fit mentio de illo Concilio, non valet nec tenet: Imputandum enim eſt ipſi impetranti, qui de eo mentionem non fecit, ad hoc quod not. in c. ſuper literis de reſcript. Vnde cum in tali legitimatione, ſeu diſpenſatione non ſit facta mentio de ipſa lege ſpeciali, non ualet nec tenet. Quod & tertio deducitur principaliter, quia poſito, quòd 15a principio valuerit talis diſpenſatio † ſeu legitimatio: attamen propter ſuperuenientiam ipſius filii legitimi videtur annullari, ſicut in ſimili dicitur 16† in teſtamẽto natiuitate poſthumi rupto. ff. de lib. & poſthu. l. 1. & C. de lib. præter. in l. 1. & de donatione omnium, vel maioris partis bonorum. C. de reuo. donat. l. ſi unquam. Vnde ſi reuocatur teſtamentũ ſeu donatio propter natiuitatem ipſius poſthumi, fortius & ipſa legitimatio ſeu diſpenſatio; quæ, vt odioſa, reſtringenda eſt. ut d. c. r. de fi17liis præsb. in 6. Pro quo etiam facit, quia ſi † ipſe pater impetrãs habuerit filios, & de ipſis mentionem non fecerit, ipſa diſpenſatio ſeu legitimatio redditur nulla, & non ualet, prout uoluit Io. And. in addi. Spe. in tit. de ſucceſ. ab inteſt. do. Nico. in c. per uenerabilẽ. qui filii ſint legit. Vnde ſi a principio non ualuiſſet, pariformiter annullatur ex ipſa procreatione filii legitimi. ex quo deuenit ad caſum, a quo incipere nõ potuiſſet: ad hoc quod no. ff. de hæred. inſti. l. in tempus: & in regula. factum legitimæ. de reg. iur. in 6. Quod & quarto deducitur ex alio medio, quia, & ſi ipſa legitimatio a principio ualuerit, & ex ſuperuenienti filio irritetur, Nihilominus non uidetur nocere ipſi Bar. nepoti legitimo, cum fuerit facta cum clauſula: Abſque tamen præiudicio uenientium ab inteſtato, & ipſe Bartolus ſit de uenientibus ab inteſtato, eidẽ præiudicare non debet. Vnde cum ſit facta cum dicta clauſula, non præiudicabit ipſi Bart. & ſi eidem nõ præiudicat, admittitur ad ſucceſſionem, excluſo ipſo Michaele ſpurio per prædicta. Sed his nõ obſt. contrarium puro de iure dicendum, ut uidelicet d. Michael ad dictam ſucceſſionem admittatur, & ſuccedat ſimul cum do. Bar. prout & inſtituti fuerunt. ff. de hæred. inſti. l. quotiens. §. hæredes. Nec 18obſtat † eidem Michaeli, quod fuerit & ſit ſpurius natus ex damnato coitu, Quia & ſi excludatur a beneficio ſucceſſionis parentum, & ſic patris & matris, ex quo delicto natus eſt, ut in auct. quib. mod. natu. effic. ſui. §. fin. & in d. auc. licet in fine. quod ſtatutum eſt ad refrenandum eorum uicium & delictum, ut patet ex d. l. fin. Tamen non excluditur ab ipſa hæreditate ipſius auie, ſi ipſa auia eum inſtituit, Quod uerum eſt, ſi eũ inſtituit ut extraneũ, cum & poſſit, prout & poſſet quilibet extraneus, prout & uoluerunt quidam ſecundum quod refert Spec. in tit. de ſucceſ. ab inteſta. in uerſ. quid ergo. & ibi Io. an. cum hac opinione uidetur reſidere, re19ferendo Simonem Vincen. qui hoc tenuit. ut † ex inſtitutione ipſe Spurius capere poſſit, & non ab inteſtato. Secundum quem non ob. d. l. ulti. C. de natura. liber. cum loquatur in naturalibus. Nec ob. dictum Cyn. cum ipſe non loquatur in ſucceſſione ex teſtamento, ſed ab inteſtato, ſi eius uerba bene ponderentur. & hoc uidetur ẽt eſſe de mente Bal. in d. l. ultima. ſuper ipſa glo. referendo ſe ad Spec. Et etiam Bar. referendo ſe ad not. in l. gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & poſth. ubi uidetur, quòd 20† poſſit inſtitui per auum filius legitimus ſpurii, ſi ut extraneus inſtituatur, & nõ contẽplatione filii. Ab extraneo enim ipſe ſpurius poteſt inſtitui, prout not. in l. fin. ff. de his quib. ut indig. & ibi p Bar. Quod & ſi forte de iure procedat, tamẽ non proce21dit ſine dubio, nam d. l. ulti. † loquitur in naturalibus, unde & fortius habet locum in ipſo nato ex dãnato coitu, ut non poſſit inſtitui, nec eidẽ relinqui, ſtãte ipſa legitima prole. propter quod non uidet hoc obſtare. Nec expedit in hoc inſiſtere, quia dato, quòd de iure ſuccedere nõ poſſet ipſe ſpurius non data ipſa legitimatione ſeu diſpenſatione. Tamen poterit ipſe ſuccedere ex ipſo teſtamento, ex quo fuit ita legitimatus, ſeu cum eo ita diſpenſa22tum per ipſum Papam: Potuit † enim & poteſt ipſe Papa in terris ſuis legitimare ſeu diſpenſare cũ ipſis ſpuriis, non ſolum quoad beneficia & honores: ſed etiam quoad hæreditates, & quòd ſuccedãt in ipſis hæreditatibus & in d. c. temporalibus. ut aliis per uenerabilem. §. rationibus: Habet enim 23† plenam poteſtatem Papa in terris ſuis in ipſis tẽporalibus. ut eſt ibi expreſſum. Vnde potuit ip24ſum Michaelem legitimare, & † cum ipſo diſpẽſare, ut ſuccedere poſſit, non ſolum in bonis paternis: ſed etiam in bonis agnatorum & cognatorum & conſanguineorum, prout & conceſſit ad impetrationem ipſius ſer Gaſparis eius patris, & ipſius Michaelis per no. in d. c. per uenerabilem. Nec ob. quod & primo in contrarium allegatur, circa hanc diſpenſationem ſeu legitimationem, ut non ualeat quoad bona ipſorum agnatorum & cognatorũ, ex quo non interuenit eorum conſenſus, nec fuerunt citati: Quia ad hoc reſpondetur, quòd eorum 25† conſenſus non fuit nec eſt neceſſarius, nec eorũ citatio, ex eo maxime, quia de eorum præiudicio non tractatur, cum non cogantur ei relinquere, ſicut nec legitimo: Et ſi faciendo teſtamentum ei nõ relinquunt, non poterit ipſe ſpurius tale teſtamentum impugnare, quantumcunque præteritus eſſet, attentis uerbis dictæ diſpenſationis. & hoc uoluit Ioan. An. in additio. in d. tit. de ſucceſſio. ab inteſta. Vnde eorum conſenſus non fuit nec eſt neceſſarius: licet aliud ſit in conſenſu patris, cum conſenſus patris tanquam primus ſufficiat, & hoc uoluit ipſe Ang. in conſil. quod incipit. Spurius naturalis, ſiue Baſtardus. & do. Nico. in d. c. per uenera26bilem. Nec eſt uerum, † quod ipſa ſit proprie diſpenſatio, imo eſt legitimatio, cum ipſum reſtituat, ut ſuccedere poſſit & ſuccedat, ac ſi eſſet de legitimo matrimonio natus: ita quòd dici poteſt legitimatio. prout no. in d. c. per uenerabilem. Præterea

& ſi

& si esset disperatio, nihilominus non requiritur consensus ipsorum agnatorum & cognatorum, ut supra dictum est, & uoluit Ioan. An. in d. addi. Imo & nec de præiudicio aliorum attenta forma ipsius dispensationis, cum fuerit facta absque præiudicio uenientium ab intestato. De præiudicio enim ipsorum agnatorum non tractatur, cum de bonis suis disponere possint, ut pet prius, nec de præiudicio uenientium ab intestato attenta forma ipsius dispensationis ut infra patebit. Vnde cum non tractetur de eorũ præiudicio, non fuit necessarius eorũ consensus, Nec citatio, ex eo maxime, quia † ipse Princeps, qui ius succedendi tollit, potuit & potest ipsis spuriis dare, imo & fortius in eorum personis, prout dicit Io. An. in d. additio. Ita ꝙ ex hoc, ꝙ nõ interuenit cõsensus ipsius auiæ, non potest infringi ipsa legitimatio seu dispensatio: Imo & dici potest, quòd satis ipsa cõsensit & ratificauit, ex quo ipsum Michaele hæredem instituit, una cũ ipso Bart. Cũ † uerisimiliter habuerit notitiã de ipsa legitimatiõe seu dispensatione: ex quo de ea in ipso loco erat publica vox & fama, ad hoc qđ not. in cle. unic. in fide concef. præbend. Ita quòd ex hac prima causa uidelicet ꝙ deficiat consensus ipsius auiæ, non infringitur ipsa legitimatio seu dispensatio. Nec ex secundo supra in contrariũ allegato, videlicet ex eo, quia nõ fuit facta mentio specialis de ipsa lege, seu. §. fi. in au&. qui. mo. natu. effi. sui Cũ † non fuerit nec sit necessarium, quòd fiat mentio de ipsa lege in specie seu de. d. §. fin. vt ex pluribus deducit. Et primo, quia licet nõ fuerit facta mẽtio specialis, & nominatim de ipsa lege, tamen dici potest ꝙ satis de ipso nominatim fuit facta mẽtio, ex quo fuis facta mentio de ipsa constitutione Apost. & legibus Imperial. Pariformiter † enim specialis & nominatim expressio est ea, quæ fit per equipollentia uerba. l. 2. & 3. ff. de lib. & posth. & hoc uoluit Io. An. in c. unico. de exces. præl. in 6. Imo † & si non dicatur specialis, sed generalis, tamen & ipsa uidetur sufficere, prout uoluit glo. in l. 1. C. de natur. libe. quã doct. cõmuniter sequitur: & loquitur uident in materia nõ impetrabili: Et hoc formaliter uoluit Io. An. in d. addi. loquendo de casu pdicto, ut sufficiat ipsa clausula generalis. quod & uidetur etiã uelle Bar. in extrava. ad reprimen. in verbo. Non obstantibus. & Bal. in l. fi. C. si contra ius uel util. publ. Quod & secundo deducitur ex alio, quia in casu prædicto interuenit certa scientia Papæ, cum in ea fuerit facta expressa & specialis mentio vitij, super quo ipse Papa dispensauit: quod uidetur sufficere, etiam si nõ fiat specialis mentio de ipsa lege, prout uoluit Ioan. An. in d. c. vnico. & clarius in d. c. nonnulli. ubi loquitur de constitutione. d. c. nonnulli, qđ Conciliare est, habent clausulam derogatoriã. & dicit † quòd sufficit quod appareat in literis Papæ rescribentis de certa eius scientia, prout refert Ioan. de Imol. ibi idem tenens, per id quod habetur. in cap. si motu proprio. de præbend. in 6. Non enim requiritur ut fiat specialis mentio, nisi ad finem ut appareat, quòd ipse Papa de ipso uitio habuit notitiam, sup quo dispensandum est, & hoc etiam uoluit Bald. in l. fin. C. sententiã rescind. nõ posse. & in c. naturales. in tit. si de Feudo fuerit cõtrouersia: p id qđ habet in l. qua in puincia. §. Diuus. ff. de rit. nup. & in l. 3. §. si is pro quo. ff. qđ. quisque iuris. & p do. de Rota in decis. 455. q incipit Itẽ supposito, & p Pet. de Ancha. in c. si ppter. de rescript. in 6. pro quo etiã facit. l. idẽ Vlpianus. ff. de excusat. tut. Ad idẽ & tertio facit, quia, & si nõ sufficiat certa scientia Papa, nihilominus † ex quo cũ ipsa certa sciẽtia cõcurrit clausula generalis, Nõ ob. ipsis cõstitutionibus Canonicis & Imperialibus, talis gratia & legitimatio reddit ualida, quantũcuuq; nõ sit facta mẽtio specialis de ipsa lege. & hoc uoluit Io. An. in d. addit. & in d. c. unico. & Bal. in d. c. naturales, & in d. l. fin. C. sentẽ. rescind. nõ posse. Ad hoc etiã qđ ipse idem Bal. dicit in l. fin. C. si cõtra ius vel vtili. pub. Alias si aliud diceretur, non ualeret aliqua legitimatio, seu dispensatio, quæ emanat de Curia, cum omnes emanent in tali forma seu stilo: quod uerisimiliter non est credendum, ꝙ ipsa Curia decipere uelit quoscunque ipsas legitimationes obtinentes. Nec ob. in contrariũ adducta. Et primo id, de quo dicitur in d. §. fin. in au&. qui. mo. nat. effic. sui per glos. ibi & in d. auct. licet. Quia dici potest, quòd ibi non fit derogatũ. Voluit enim Imperator. † quòd ipsi filii nullũ participium habeat, uidelicet, sed bona paterna, non autem dicitur ibi, ꝙ non possint impetrare, Præterea, & si dicatur ibi, ꝙ esset necesse, ꝙ apponatur clausula specialis, Nõ obstaute tali lege: Nihilominus dici potest, ꝙ fit apposita æquipollens, tũ quia apparet de certa scientia, tum quia est apposita clausula illa generalis, simul cũ uitio, de quo est facta expressa mẽtio. Vnde nõ obst. ad hoc quod not. in d. c. unico. Nec cõtrariũ uoluit Bal. in d. l. si qua illustris, imo idem, si bene ponderetur, cũ ipse loquat quãdo nõ exprimitur uitiũ & eius species: quia tunc nõ esset necessaria ipsa clausula nõ obstãte. d. §. fin. Requiritur enim ut talis clausula exprimatur, ad hoc ut appareat de certa scientia Principis, de qua si appareat expresso uitio, satis sufficit, ut patet per dicta. Non obstat dictũ Bal. in d. l. eam quã. cũ non loquatur in ipso Principe, sed inferiore, in quo nõ est eadem ratio, ut patet ex no. in c. st si clerici. de iudic. Præterea ibi ipse Bal. uidetur uelle, ꝙ requiritur clausula, Non obstante uel æquipollens, quæ in casu prædicto fuit, cũ fuerit ipsa clausula æquipollens, prout patet ex pdictis. Quod & clarius uoluit ipse Bal. in d. uers. sed pone quidam. ibi enim uidetur dicere, ꝙ tunc requiratur clausula, Non obstante tali lege, quãdo non exprimitur qualitas spurietatis, cum tunc requiratur: sed † qñ clausula. Non ob. esset generalis, ita ꝙ nõ appareret de specie spurietatis, & ille qui legitimat esset plurimũ odiosus, ut quia ex sacrilegio seu monachatu, non sufficiunt uerba æquipollentis, quæ tam odibiles non comprehendunt. ff. de leg. 2. l. Lucius Titius Daman. Ita quòd Bal. ipse videtur velle, quòd tunc demum requiratur, quòd apponatur ipsa clausula, Non ob. in specie, quando verba sunt ita generalia, ut non appareat de specie spurietatis: quod non est in casu prædicto, cum ibi fuerit expressa ipsa species. Vnde dictum ipsius Bald. non obst. Imo & non obstat dictum ipsius Petr. de Ancha. cum non loquatur eo

tur eo casu, quo in ipsa dispensatione fit expressa mentio de uitio, & ipsa dispensatio fit per ipsum Principē, qui sicut tollit & tollere potest ipsam successionem, ita & ad eā restituere, ad hoc quod no. in c. de regul. iur. Nec ob. quòd talis legitimatio seu dispensatio fit cōtra ius, seu Concilium, vnde requiritur, quòd fiat specialis mentio de illo Concilio, per id quod habetur in d.c. penul. de Capel. monac. & in c. porrectum. de cōfirmatio. utili, uel inutili. & prout supra dictum fuit, prout uidetur esse istud quod obiicitur eidē. Quia ad hoc respō-

36 detur, quòd istud † est uerum, nisi appareat de certa scientia Principis, cum tunc satis uideatur esse facta mentio de ipso Concilio, cum ipse Princeps censeatur habere notitiam Concilii & legum in scrinio pectoris sui. vt in c. 1. de constitutio. in 6. & hoc uoluit Ioan. de Imol. post Ioan. An. in d. ca. nonnulli. de rescrip. pro quo facit text. in d.c. por-

37 recta si bene ponderetur. Nec † contrarium dicitur in d.c. penul. cum illud capitulum locū habeat, quando nulla fuisset facta mentio de illo Concilio, quod non est in casu prædicto, cū satis sit facta mētio, ex quo est facta mentio de illo uitio, & specie spurietatis, & ita intelligi debeat gl. ibi per not. in d.c. nonnulli. Præterea non fuit facta ipsa legitimatio; seu dispensatio in tali uitio spurietatis, quod

38 cōtineatur in d.c. cum inhibitio. §. 1. cum ibi † loquatur, quando matrimonium contrahitur in gradu prohibito. Ita q dici pōt q talis legitimatio non sit contra tale Concilium. merito non fuit necesse, q de ipso Concilio fieret mentio. Imo, & sufficit generales clausula hoc casu. prout voluit Io. An in d. addito. Nec Bald. uidetur velle cōtrarium in d.l. humanum. C. de legi. imo idē in l. fi. C. si cō-

39 tra ius vel util. publi. Nec obst. quod & tertio † in contrarium adducitur, de ipsa legitima prole superueniente, ut uideatur ipsam legitimationem seu dispensationem vitiare & annullare, sicut annullat testamentū, & donatio, prout voluit Dyn. secundū quod refert Bar. in l. ex facto. ff. de uul. & pup. Quia prout dicit Bar. ibi cōtrariū tenuit Rai. qđ & placet Bar. ibi, per id qđ habetur in regula. factum legitimæ. de re. Iur. in 6. Quod & tenuit ēt Bald. ibi. & do. Ang. in legitimato per rescriptum Principis, prout & refert Ioa. de Imo. ibi. ubi hoc idem tenet dicens Ioan. An. hoc idem sentire in d.

40 addit. dū dicit, q † consueuit omnino apponere in ipsa legitimatione clausulam. Ita tamen, q contigerit filios legitimos nasci patri tuo, nō coæquetis eisdem: quasi sentiat quòd coæquetur, si prædicta clausula non sit apposita, prout & uoluit ipse Ioa. de Imo. in d.l. ex facto. vbi latius de hoc. de quo per do. Anto. & do. Nico. in d.c. per uenera-

41 bilem. ubi uident idem tenere. Nec ob. quod † res peruenerit ad eū actū, a quo incipere nō pōt. Quia illud nō habet locū, qñ res ipsa est perfecta, prout no. in d.l. ex facto. Vnde nō ob. qđ & tertio in con-

42 trariū allegat. Nec ob. qđ † & quarto in cōtrariū allegat de clausula illa in legitimatione seu dispensatione apposita, uidelicet, absq; præiudicio illorū ab intestato succedere deberent in bonis ipsorum parentū, agnatorū, & cognatorum, si ipsi parentes agnati & cognati ab intestato decedant. Cum talis clausula, q ita in ipsis literis Aposto. apponit, put cōmuniter cōsueuit apponi, plures possit habere intellectus, prout & uoluit do. Ange. in quodā suo Consilio, qđ incipit dom. Papa. ubi uř formaliter uelle, q ad hoc ut hæc clausula aliquid operet, put & intelligi debet, ut nō sit uana: intelligetur de successionibus contra testamentū, uidelicet, q si testō sint instituti aliqui deuenientibus ab intestato, & ipse filius legitimatus sit præteritus, uel exheredatus nō poterit ipsum testamentū impugnare. Vnde uidetur Papa sensisse, quòd sint sucessibiles ex testō, & ab intestato: sed nō contra testamentū, cū præiudicio illorū, qui ab intestato uenirent testō non condito: sed ueniret si esset institutus. Et iste sensus, & interpretatio est satis iuri, & equitati cōtentaneus: cū sic intelligēdo, talis dispensatio mulum operetur, cum reddat eum habilē & successibilē ex testamēto, & ab intestato, in forma, & ī qualitate, in qua succedit quilibet uere secundum naturā legitimationis, ex qua Papa eum ad primum ius geniture restituit, & maculam originis aboiet, saltem quo ad succedēdi potestatem. ut latius ibi per eum, ubi dicit ex hoc, quòd talis filius ita legitimatus ad successionē uocatur, exclusis transuersalibus. Sed quicquid dicat, pro huius articuli declaratione tria sunt consideranda. Et primo, an † ipsi

43 filii legitimati uenire possint contra ipsum testamentum, in quo sunt instituti uenientes ab intestato. Et sine dubio non possunt, ex quo talis dispensatio seu legitimatio fuit facta ita, uidelicet, sine præiudicio uenientium ab intestato. Secundus casus est, quando ipsi legitimati sunt in ipso testamento instituti. Et sine dubio uidentur uenire, prout uoluit Angel. & uidetur esse de mente Bald. in quodam suo Consilio, quod incipit. In Christi nomine amen. Quod & apertius approbat excellentissimus docto. dom. Io. de Montespe. in

44 l. fina. C. de codi. quando uidelicet † fuit apposita clausula consueta apponi in dispensatione, seu legitimatione simpliciter facta, hoc uidelicet modo ut succedere ualeat, ac si de legitimo matrimonio natus esset, absque tamen præiudicio uenientium ab intestato: Cum hæc uerba denotent, ut latius per eum: Qui ex hoc uidetur uelle, quòd in casu pdicto poterit ita institui, & tenet talis institutio, adeo quòd ex ea admittitur: cum fuerit simpliciter dispensatum cum eo, ut succedere ualeat, ac si esset de legitimo thoro natus, absque præiudicio uenientis ab intestato. Imo & clarius fuit in ipsa dispensatione dictum, ut ualeat succedere, absque tamen præiudicio illorum, qui ab intestato succēdere debent, si ipsi parentes agnati & cognati ab intestato decedant, Cum Papa ita declarando, & talē clausulā apponendo, uoluerit, ut ualeat ipsa dispēsatio & effectū habeat, nisi decedat ab intestato, & superersint illi, q ab intestato succedere debēt, cū

45 tunc illis pīudicare nō intendat: Propter † qđ dici pōt, q si decederet ab intestato, nō succedant ipsi legitimati, si supersint illi, qui ab intestato succedere debēt, & hoc uoluit Bal. in d. Cōsilio. & ipse do. Io. in d.l. si Pater q cōcludit, q cū d. do. Margareta decesserit cōdito testō, in quo hæredes instituit ipsos Michaelem, & Bart. potuit & potest ipse Mi-

chael

chael succedere ex dicto testamēto, adeo ꝙ ipsam hæreditatē cōsequetur. Si vero in gratia seu dispēsa tione dicatur, vt succedere valeat ex testō, absque tū præiudicio illorum, qui succedere deberent ab intestato, & ab intestato decederent. Et tunc idem erit dicendum, ut excludantur, & non admittātur ad eorum præiudicium, quando ab intestato succe derent, Alias † si ex testamento, & tunc succedet ip se legitimatus, quantumcunque subsit ille, qui ab intestato succedit. Et hoc, nisi subsint illi, qui debe rent succedere etiam si sit testamentum factum, vt ascendentes vel descendentes, cum & tunc illi pos sint tale testamentum impugnare, si sint prætetiti, vel eis minus legitima sit relictum: Alias vero si ali ter intelligatur, talis clausula nihil operaretur. Do mi. Benedi.

46

THEMA CONSILII CLVIII.

PVNCTVS deficit, quia est quædam ad ditio ad quandam subscriptionem per eū factam ad alterius consilium.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta Do. Massaria. & vsusfructuaria omnium bonorum, fratre testatoris herede instituto, dicitur ali mentaria, & nil præter alimenta consequi debet, quem admodum & si extarent liberi, attenta consuetudine Bulgari, quæ ex identitate rationis extenditur.*

2 *Testatoris intentio ex præcedentibus & sequentibus ver bis colligitur.*

CONSILIVM CLVIII.

In nomine domini, Amen.

Subscribi me cuidam consilio do. Ioan. subscripto per d. Franciscum de Mansuetis: In quo cousuluit, quòd si testator in testamento reliquit uxorem do minam, Massariam, & vsusfructuariam omnium, & singulorum suorum bonorum, toto tempore vitæ, dum castæ & honestæ uixerit, & uitam vidualem seruauerit sine viro, & sine dotibus suis. Et fratres carnales reliquit hæredes: ꝙ dicta domina erit ali mentaria. Et ꝙ si filia, quæ est septennis contraxit mātrimonium, non teneat matrimonium: & ꝙ ipsa relictū ꝓ dote nō possit petere ante tp̄s matrimo nii ꝑ hæc uerba uidelicet. IDEM QVOD elegā tissime dictum & conclusum extitit circa tria priu cipalia dubia per famosissimum legum doctorem dom. Ioan. Et probatum per famosissimum vtriuſ que iuris doct. do. Franci. de Man. dico & consulo ego Benedictus de Bene. de Perusio V. I. doctor, tantum de subscriptione requisitus. Circa primum dubium considerans scilicet, quid veniat sub illo relicto, inquantum reliquit vxorem dominam, Mas sariam & vsusfructuariam omnium & singulorum suorum bonorum, attenta significatione verbo rum, ut patet ex no. in d. auct. hoc locum. & d. §. Ti tia. tamen in hoc dubio recurrendum est ad men tem ipsius testatoris. l. non aliter. ff. de lega. 3. Ex

1 mente † enim testatoris colligitur, ꝙ ipse testator eidem vxori non voluit relinquere dominiū om nium & singulorum suorum bonorum, nec etiam vsumfructum: sed uoluit ipsam esse alimentariam suorum bonorū. Et ita interpretatur eius mentem cousuetudo Bulgari: vt voluit gl. in d. auct. hoc lo cum, stantibus liberis. Quæ consuetudo locum ha bet etiam in casu nostro, Nam licet instituerit fra tres, tamen extenditur ipsa consuetudo ex identi tate rationis, prout voluit Bald. in d. auct. hoc lo cum. circa fi. Adest enim hoc casu eadem ratio, quæ est, quando sunt liberi, cum in casu nostro extent li beri: quia extat filia, & ipse testator prætulerit fra tres carnales ipsi filiæ, instituendo ipsos hæredes vniuersales, & præsumitur voluisse præferre ipsi vxori, in ipso dominio rerum & vsufructu. Item ꝙ ipse testator nō eidem dominæ vsumfructū videa tur reliquisse, sed solum alimenta, colligitur ex uer bis præcedentibus, inquantum reliquit eam domi nam &c. Quia si significatum verborum attenda mus, circa vsumfructum attendi deberet, & circa dominium cum pariter ponantur. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. quod non est præsumendū, ꝙ te stator voluerit ipsam habere dominium & usum fructum bonorum suorum: quia sic fratres inaniter & frustra hæredes instituisset, quod uon est præsu mendum. Colligitur enim mens ipsius testatoris, quod voluit eidē dominæ solum alimēta relinque re, & non vsumfructum ex verbis illis sequenti bus, dum dixit, Sine dotibus suis, Superuacua e nim fuissent illa verba apposita, si intellexisset, ꝙ & ipsa sit vsusfruct. omnium bonorum, prout supra

2 elegantissime est dictum. Vnde ex istis † verbis præ cedentibus & sequentibus colligitur iutentio ip sius testatoris, ad hoc. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. 1. & ita etiam, prout mihi præsuppouitur, ip sa uxor ipsam mentem testatoris approbauit & cō firmauit, recipiendo alimenta de bonis ipsius testa toris per plures annos. vnde impugnare nou po test, ad hoc. l. non dubium. C. de testa. & l. fi. C. ad l. Falci. & l. 2. C. de fideicommis. Domi. Bened. de Be ned. de Perusio.

THEMA CONSILII CLIX.

PVnctus, Bartholomeus magi stri Guini suū solenne cōdidit testamētū: in quo inter cætera reliquit dominę Dialthęę filiæ olim Leonisij Accaioli vxori ipsius testatoris, casamentū ip sius testatoris cū horto & puteo ipsi casamē to cōtiguis, cū iuribus & ędificijs ad dictū ca samentū ꝑtinentibus: qđ dictus testator hēt in ciuitate Perusij, in porta Solis parrochiæ sancti Seueri, cum oībus & singulis rebus, & bonis, pannis lanę, & lini, massaritijs & supel lectilibus: & generaliter cū omnibus, & alijs singulis bonis, rebus, & iuribus, quæ tempo re mortis ipsius testatoris in dicto casamēto

reperirentur, pertinentibus & spectantibus ad dictum testatorem in dicto casamento repertis. In omnibus autem alijs suis bonis, & rebus mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, & nominibus debitorum, vbicũque sunt & inueniri poterũt seu possunt, Hospitale Mercatorum de Perusio porte sancti Angeli: Et pauperes ipsius hæredes instituit &c. Modo quæritur, an bona stabilia, de quibus instrumenta sunt, & sunt in suprascripto casamento, & pœnes dictam dominam Dialtheam, veniant in legato sibi facto per verba in ipso legato apposita. Secundo quæritur, an nomina debitorum olim dicti testatoris, contra quos apparent licentiæ, & instrumenta seu scripturę, quæ sunt in ipso casamento, & pœnes ipsam dominam Dialtheam legatariam, veniant in suprascripto legato, propter suprascripta verba in ipso legato descripta. Tertio quæritur, an nomina debitorum olim ipsius testatoris, quorum debita sunt scripta in memoriali olim d. Bartholomęi testatoris, quod memoriale est in dicto casamento & pœnes ipsam domi. Dialtheam legatariam, veniant in legato, uel hæreditate: cum memoriale non probet nec fidem faciat: & sic appellatione iurium videtur, quòd non comprehendatur ipsum memoriale.

SVMMARIVM.

1. *Legata domo, cum omnibus & singulis bonis, in dicta domo repertis, vtrum veniant bona stabilia, de quibus cantans instrumenta, in dicta domo existentia, & repetita.*
2. *Legata domo cum iuribus & scripturis in ea repertis, an instrumenta debitorum, et licentia, contra ipsos concesse videantur relicta.*
3. *Legata domo cum omnibus ibi repertis, non veniunt ipsa instrumenta, & nomina debitorum.*
4. *Legatis iuribus in domo repertis an veniat liber memorialis, in quo descripta sunt nomina debitorum.*
5. *Voluntas testatoris principaliter est attendenda.*
6. *Legata domo cum omnibus iuribus scripturis in ea repertis, an veniant debita, & credita descripta in memoriali testatoris in dicta domo reperto, quorum instrumenta in domo non sunt.*
7. *Instrumenta conferunt ius saltem probatorium, non autem memoriale, quod non probat, nisi aliquando coram arbitris, sed tantum est pro memoria defuncti.*

CONSILIVM CLXII.

In nomine domini, Amen.

Circa primum dubium, videtur dicendum, ꝙ non 1 † veniant ipsa bona stabilia, ex quo testator ipse reliquit solum casamentum cum bonis ibi repertis. Et in alijs bonis instituit hæredes pauperes Hospitalis Mercatorum. Imo & nec ipsa instrumenta dictorum bonorum, cum ea specialiter non reliquerit, nec veniant in ipso relicto, cũ dici posit ea nõ esse reperta in domo: ex quo ibi non retinentur, vt ibi perpetuo sint, sed vt potius exhibeantur & producantur extra, quando oportebit, ad hoc quod habetur in simili in l. si chorus. §. 1. & in l. si fundus. ff. de lega. 3. & in l. generali. §. vxori. de vsusfruct. lega. Circa secundum vero quæsitum, cum dictus testator reliquerit casamentum cum rebus etiam, & cum iuribus, & scripturis in dicto casamento repertis, Et in dicto casamẽto reperta fuerint instrumenta debitorum, & licentiæ contra ipsos debito-2 res concesse, vr̃ † ipse testator reliquisse, non solum ipsa instrumenta & licentias, sed etiam iura ex ipsis instrumentis & licentijs competentia, & sic ipsa nomina debitorũ. ff. de lega. 3. l. qui Chirographũ. & in l. seruum filii. §. cum qui Chirographũ. Quod forte procederet, quando reliquisset ipsum casamẽtum cum iuribus, & scripturis in eo repertis, pro-3 ut reliquit, Alias † si de ipsis iuribus & scripturis mentionem non fecisset, quia reliquisset domum cum omnibus ibi repertis: & tunc non veniunt ipsa instrumenta, & nomina ipsorum debitorum, vt est casus in l. Chartis. ff. de lega. 3. Circa tertium quæsitum, quod est maius dubium, dicendum vide-4 tur, quæ † primo considerari debet, quid contineat memoriale illud. Et cum, vt puto, & audio, tantum contineat facta testatoris, qui habebat non solum illud casamentum, & bona illo casamento consistentia, sed etiam quamplures possessiones & bona immobilia vltra dictum casamentum, laboratores, & animalia, & creditores, & debitores, ut apparet in dicto inuentário seu memoriali, vbi, vt [illegible] dicitur, sunt scripta omnia eius facta. Vnde v[illegible]dum est primo an ueniat in dicto relicto dictum memoriale. Secundo, an ueniant descripta in eo, & præcipue ipsa debita & credita in ipso memoriali descripta. Circa primum, dicendum est, quòd quantumcunque memoriale ipsum in ipsa domo fuerit repertum: nihilominus, ex quo non fuit ibi, ut ibi permaneret, sed ad hoc, ut ipse testator de eo informationem habeat de eius factis, & consequẽtur eius hæres, cuius personam represẽtant. l. fina. C. de impub. & alijs substit. & in l. cum hæres. ff. de diuer. & temporalibus præscriptionibus; nõ pertinebit ad ipsam legatariam, sed potius ad ipsum hæredẽ, cũ nõ sit ibi vt ibi pmaneat, sed ut informet, & informationem tradat ipsi hæredi, ad hoc d. l. si chorus, & d. l. si fundus. Et quod habetur in l. generali. §. vxori. ff. de usufruc. lega. & ff. de 5 hæredib. instit. l. ex facto. §. fina. Voluntas † enim ipsius testatoris principaliter est attendenda. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demon. De uoluntate enim ipsius testatoris uidetur fuisse & esse, ꝙ memoriale sit apud ipsum hæredem, cuius interest habere, ad hoc vt habeat notitiã de ipsis bonis ipsi hæredi relictis: Interest. n. ipsorũ hæredũ, ut sit ad eos, & non ipsius legatarij, cũ non sint descripta ibi talia, ex quibus ipse legatarius habere possit notitiã de ipso casamẽto

& rebus

& rebus in ipso casamento repertis, & si intersit ipsius legatarii, ut quia, in eo iura dictæ domus, & rerum ibi existentium sint in eo descripta, magis interest ipsorum hæredum, cum apud eos stare debeat, ad hoc quod in simili no. in l. si quæ. ff. fami. hercis. & in l. fin. ff. de fide instr. Facit etiam ad hoc qđ not. in l. si seruus. §. qui Margaritam. ff. de legat. 1. & ita annnere debet ipsa legataria. Et si per apud ipsos hæredes stare non debet, saltem debet deponi apud unum, prout iudici uidetur, uel sacre domui. ut in d. iu. not. Circa secundum, quod est, an
6 ueniant † ipsa debita & credita, dicendũ est, quòd aut super ipsis nominibus reperiuntur instrumenta, & ipsa instrnmenta sunt in domo, & ueniunt. l. qui filium. ff. de lega. 3. Aut non sunt in domo, sed
7 extra. Et non ueniunt, cnm † ipsa instrumenta conferant ius saltem probatorium, & non memoriale: qnod non probat, sed tantum est pro memoria defuncti ut supra ad hoc qnod not. in l. Gaius. ff. de leg. 3. Aut supra ipsis debitis non reperiuntur instrumenta, & in hoc est maius dubiũ. Circa quod potest dici, maxime attento statuto de compromissis, quod cum coram arbitris pro aliquibus memoriale fidem faciat, quòd ueniant ex legato, ex quo testator non simpliciter reliquit, quæ sunt in domo: sed etiam scripturas, & iura in domo cõsistentia, per nota. in dicta l. qui filinm. & in l. certi iuris. C. locati. & ibi per Cynum & cete. Domi. Bened.

THEMA CONSILII CLX.

PVnctus. Quidã Ciechinus do. Ludouici de Arimino condidit testamentum: in quo inter alia iudicauit & reliquid do. Catherinę eius vxori quamplures petias terrarum, & bona, cum hoc onere & grauamine, quòd ipsa eius uxor teneatur, & debeat quolibet anno, tempore, quo uixerit, dispensare in maritando puellas. & in uestiendo pauperes. libras centum. Et ad præsens reuocetur in dubium, an de tali relicto debeatur canonica Ecclesiæ parrochiali, & Episcopo loci.

SVMMARIVM.

1 *Canonica Episcopalis an debeatur de relictis factis pro maritandis puellis, & induendis pauperibus.*
2 *Pauperibus in genere a testatore relictum, uidetur relictum pauperibus hospitalis ciuitatis, uel loci, ubi ipse legans degit.*
3 *Canonica Episcopalis debetur Episcopo de relicto facto piis locis, propter communionem, quam habet cum eis.*
4 *Canonica parrochialis detrahitur de relictis factis Mendicantibus, qui sunt uere pauperes, & in arctissima paupertate constituti, si testator ibi sepulturam elegisset, secus si ibi sepulturam non elegisset, tunc enim non detrahitur, num. 6.*
5 *Canonica parrochialis debetur Ecclesia parrochiali in recompensationem suorum laborum, quando eius parrochianus elegit sepulturam in alia Ecclesia, et eidem aliquid reliquit, alias de relictis factis alteri Ecclesiæ non debetur Canonica parrochialis.*
6 *Canonica parrochialis non detrahitur de his, quæ relicta sunt pauperibus, vel pro maritandis puellis.*
7 *Canonica Episcopalis non debetur Episcopo, si testator grauet eius hæredem, vt certam pecuniæ quantitatem dispenset in puellis maritandis, & induendis pauperibus, Nã videtur singularibus personis relinqui. Aliud est si relictum sit pauperibus certi loci pij, vel pauperibus in genere, quia tunc videtur relictum Hospitali loci.*

CONSILIVM CLX.

In nomine domini, Amen.

1 Circa præsens † dubium videtur prima facie dicẽ
2 dum, quòd debeatur ipsa Canonica, cum † relictũ pauperibus in genere, videatnr relictum pauperibns Hospitalis loci. C. de Episc. & cler. l. si quis ad declinandam. a quibus exigi potest Canonica, cũ
3 de relicto facto piis locis ipsa Canonica † debeatur Episcopo, propter communionem, quam habet cum eis. de testamen. c. requisisti. Et non solũ Canonica Episcopalis: sed etiam parrochialis, cũ
4 † Canonica parrochialis detrahatur de relictis factis Mendicantibus. vt in clem. dudum. de sepul. qui sunt uere pauperes, & in arctissima paupertate constituti, de excessib. præla. c. nimis. Vnde & fortius detrahi debet de relictis ipsis pauperibus. Sed his non ob. contrarium de iure dicendum est, ut ipsa Canonica parrochialis detrahi non debeat de ipsis centum libris distribuendis innubendo
5 puellas, & induendo pauperes: Cum † ipsa Canonica parrochialis debeatur ipsi Ecclesiæ parrochiali in recompensationem suornm laborum, quando eius parrochianus eligit sepulturam in alia Ecclesia, & eidem aliquid relinquit, prout habetur in c. 1. & in c. in nostra. de sepul. & in cle. dudum eod. titu. Alias de relictis factis alteri Ecclesiæ non debetur ipsa Canonica parrochialis, prout not. in di
6 ctis iuri. Secundo ex eo, quia ipsa † Canonica parrochialis non detrahitur de his, quæ relicta sunt pauperibus, pront voluit gloss. in cap. relatum. de sepul. quam sequũtur cõmuniter doct. ibi Quod sine dubio pcedit in ipsa Canonica parrochiali, ut non debeatur de relictis taliter, uidelicet pro maritandis puellis, uel induendis pauperibus, rationibus prædictis, cum & non debeatur de relictis ecclesiis Mendicantibus, si ibi testator non elegisset sepulturam, licet aliud sit, si ibi sepulturam elegisset seu sepultus fuisset. prout no. in d. cle. dudũ. huiusmodi. de sepult. Sed. dubiũ est, de Canonica Episcopali. Circa quã puto idem dicendum, ut Canonica non detrahatur de relictis pro ipsis puellis maritandis, uel pauperibus induendis: ex quo ita in genere ipse testator dispofuit, ad boc glo. in d. c. relatum quæ hoc uidetur uelle. Quod & uo-

fuit Ioan. An. post Vincen. Goffre. & Hosti. in c. dudum. de conuersio. coniuga. Et ita communiter tenetur in d. c. relatum. Quod sine † dubio procedit quando ita disponere, prout dispositum fuit in dicto testamento, grauando ipsam uxorem, ut debeat dictam quantitatem dispensare in pue lis maritandis, & induendo pauperes: cum uideatur singularibus personis relinqui, prout uoluit do. Petrus de Perusio in quinto cap. Canonicæ Episcopalis uers. Sed si principaliter quæratur. per id quod habetur in c. ex parte. de conuersio. coniuga. Esto, quod aliud sit, si relictum fuisset pauperibus certi loci pii, prout uoluit Ioan. An. in d. c. dudum. ubi plenius de hoc: Vel pauperibus in genere: quia relinquendo eisdem, dicitur relictum hospitali, qd est in illo loco, prout disponitur in d. l. si quis ad declinandam: quod, cum non tangat casum nostrum, super eo non insisto Sed concludendo dico, quòd de tali dispositione non debetur Canonica ipsi Ecclesiæ parrochiali, nec ipsi Episcopo, ut patet ex prædictis, &c. Domi. Bened.

THEMA CONSILII CLXI.

Punctus. Quidam Angelus Nardi de Burgo habens quendam filium naturalem maiorem 25. annorum nomine Ioannem, & tres alios filios legitimos, & naturales, existens senex & infirmus, volens in bonis suis cautæ procedere, & ad hoc vt ueritas omni tempore appareret, mandauit eidem Ioann. vt scriberet quandam scripturam manu ipsius Ioa. quam ita ipse Ioan. descripsit, sic scribendo in eius principio. Questo e lo inuentario de certi mobili, & danari, che al presente si trouano appartenenti ad Angelo de Nardo di Piche dal Burgo. In qua scriptura fuerunt descriptæ plures quantitates guatorum, & denariorum. Et descriptis dictis partitis per d. Io. ipse Ange. fecit rogari Notarium: Qui notarius ita dixit in suo rogatu. Factum fuit inuentarium rerum, gnati, & pecuniarum suprascriptarum, per do. Ange. ad se pertinentium: & scriptum de suo mandato manu Ioa. sui filij, & de sua præsentia & consensu, & asserentem prædicta omnia vera esse, & reperiri in bonis di. Angeli inter cetera mobilia, dicto Ioanne sciente, & de dictis omnibus veram notitiam se habere confirmante, ad hoc vt omni tempore veritas appareat in prædictis. Deinde per aliquot menses, videlicet tres, vel circa, ipse Ange. condidit testamentum, in quo factis pluribus relictis, postea instituit hæredes in omnibus suis alijs bonis, d. Ioan. eius filium naturalem, & Nardum, Meum, Christophorum & Iacobum suos alios filios legitimos & naturales hæredes esse voluit, & sibi succedere pleno iure, & æquis portionibus inter eos, prout plenius in dicto testamento continetur. In quo taliter etiam disposuit videlicet. Quia tutorem, & curatorem, & negociorum gestorem & gubernatorem dictorum suorum filiorum minorum, bonorum, rerum, & iurium dictæ suæ hæreditatis, fecit, constituit, & esse voluit, & reliquit supradictum Ioannem eius filium, cum pleno, generali, & speciali mandato: Volens tamen & mandans dictum Ioan. teneri, & obligatum esse ad confectionem inuentarij omnium, quorumcunque bonorum, rerum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum hæreditatis, siue accepta & data cuiuscunque gestionis & actus inscriptis redigere, & rationem administrationis eorum debito tempore reddere, & assignare fratribus suis, & reliqua. Et ad aliud non teneatur. Mandans eidem, quòd super trafficis & mercantijs per eum fiendis colloquium, & Concilium habeat cum Antonio Petri &c. Deinde ad 5. annos vel circa decessit dictus Angelus, superstitibus sibi dictis Ioanne, Nardo, Meo, Christophoro & Iaco. Et dictus Ioan. accepit tutelam Mei Christophori, & curam Nardi, & inuentarium cõfecit. in quo inuentario d. Ioan. duas partitas taliter descripsit talibus uerbis. Item dixit dictam hæreditatem esse creditricem plurium, & diuersarum personarum, in pluribus & diuersis quantitatibus, ex causis ut in libris eorum apparet, ad folia ipsorum. Item dixit se esse creditorem pro pretio gnati vẽditi in ciuitate Florentiæ, prout constat ad libros Christophori, & Ioannis ser Santhis de ciuitate Florentiæ, quando fuerunt exacti debitores dicta occasione, ad quos se refert. Et vltra etiam posuit in dicto inuentario quamplures res, & massaritias. Non tamen in dicto inuentario posuit plures quãtitates denariorum exactas per dictum Ioannem post dictam scripturam sua manu, vel per literas scriptas per ipsum sub nomine patris, Nec descripsit in ipso inuentario quantitates agnatorum descriptas in inuentario facto per dictum Angelum: Nec quantitates denariorum, quæ erant depositatę ad banchum Isaie Mutilani, & dicta mille descripta in dicto inuẽtario descripto manu ipsius Io. exacta postea per ipsum Io. vel aliunde eius mãdato post mortem d. Angeli. Nec etiam descripsit in dicto inuẽtario Florenos sexcentum vel circa exactos de bancho Ioann. ser Santhis descriptas in ipsa scriptura

manu

manu ipsius Ioann. scripta. Et ad præsens filij prædicti Angeli, petant rationem administrationis a dicto Ioan. finita tutela & cura, dicentes, inter alia in bonis dicti Angeli remansisse quantitates, scilicet gnatorum & denariorum descriptorum in dicta scriptura manu ipsius Ioann. scripta: & alias res super descriptas: Ipso Ioan. hoc negante, & dicente, se de prędictis rationem reddere non teneri. Et in dubium reuocetur duo principaliter. Et primo, an dictæ quantitates & res censeantur in hæreditate dicti Angeli remansisse. Secundo, an ex eo, quia non fuerunt in dicto inuentario descriptæ, standum sit iuramento ipsorum filiorum legitimorum ipsius Angeli.

SVMMARIVM.

1. *Bona, quæ testator tenuit & possedit in eius vita, vtrum in dubio præsumantur in eius bonis & hæreditate remansisse: Ita quòd per eius hæredes agi possit contra tutorem uel curatorem ad redditionem rationis eorum, etiam in hæreditatis inuentario non descriptorum, & quæ non apparent, nec probatur peruenisse ad manus tutoris. Et an præstari possit iuramentum in litem, contra ipsum tutorem, vel curatorem testamentariorum.*
2. *Dominus qui semel fuit, semper præsumitur esse dominus, Dominium enim non ita de facili perditur, sicut possessio.*
3. *Possessio rei mobilis, cum sit vilis, et abiecta, de facili perditur.*
4. *Dominus qui olim fuit, præsumitur & hodie dominus etiam si non constet illum eorum esse dominum, Dominium enim non perditur, nisi alteri acquiratur.*
5. *Dominium censetur continuatum, nisi aliud appareat, et ita communiter tenetur.*
6. *Possessor qui olim fuit, præsumitur & hodie, & vsque ad mortem possedisse, non solum si ipse alleget se possidere, sed etiam si id non alleget, ut quia sit mortuus, quamuis & id eius hæredes negent.*
7. *Hæredes non possunt defuncti animum declarare.*
8. *Possessio mobilium, licet sit vilis, & abiecta, et citius perdatur, quam possessio rei immobilis, tamen non præsumitur perdita, nisi aliud accidens detur, vel alius actus intermedius ad priuationem possessionis intercedat: quod non præsumitur, nisi probetur.*
9. *Tutor qui in inuentario bonorum pupilli omnia bona non descripsit, an ei ad interesse teneatur, & an ob id finita tutela præstari possit iuramentum in litem minori, contra ipsum tutorem.*
10. *Inuentario bonorum pupilli per tutorem non confecto, præstatur iuramentum in litem ipsi pupillo ob eius interesse contra dictum tutorem.*
11. *Inuentario bonorum si apposita fuerit clausula apponi solita, videlicet, quòd si qua postea apponenda & c. a dolo conficiens inuentarium excusatur.*
12. *Tutor finita tutela tenetur reddere rationem administrationis sue.*
13. *Tutor, vel curator in administratione reddenda, non solum reddere debet de damno, quod ipsi pupillis vel adultis eius dolo obuenit, sed etiam si eius leui culpa contigerit.*
14. *Tutor, vel curator adhibere debet illam diligentiam circa res pupillorum uel adultorum, quam paterfamilias rebus suis ex bona fide præstare debet.*
15. *Tutor, vel curator tenetur inuentarium bonorum conficere, & non solum rerum, & iurium, sed etiam de ipsorum instrumentis.*
16. *Tutor, vel curator, nō solum si inuentarium bonorum pupilli, vel adulti non confecerit, censetur esse in dolo, propter quod tenetur ad interesse ipsorum minorum, quod ex iureiurando dictorum minorum extimabitur, sed etiam si confecerit inuentarium, & in eo non omnia minorum bona, vel obscure posuerit, ita quòd de bonitate & qualitate eorum apparere non possit.*
17. *Paria sunt non esse, vel non apparere.*
18. *Legitima quid fecisse quis non dicitur, si ex eo conuinci non possit.*
19. *Tutori non videtur concessa administratio eorum, quæ in inuentario non posuit.*
20. *Iuramentum de damno minori illato, quod ipsi minori defertur, non solum deferri potest propter verum dolum tutoris, sed etiam propter dolum præsumptum.*
21. *Dolus ex perspicuis indicijs probari debet.*
22. *Inuentarium si tutor conficiat, & in eo non describat ea bona, quorum notitiam habet, dicitur esse in dolo, & ui detur ea occupare voluisse.*
23. *Iuramentum in litem præstatur, ob dolum alterius.*
24. *Protestatio quo casu, & quando nihil operetur.*
25. *Tutor quomodo possit euitare ne iuramentum contra se ipsum in litem minoris deferatur.*

CONSILIVM CLXI.

In nomine domini, Amen.

Circa primum dubium, uidetur prima facie dicendum, quòd [1] † dictæ quantitates, & res non censeantur remansisse in bonis, & hæreditate dicti Angeli, quantumcunque appareat eum per prius eas habuisse, & tenuisset. & possedisse. Esto, φ [2] † aliud sit in dominio, cum semel dominus, semper præsumatur esse dominus. C. de probat. l. siue possidetis Dominū enim nō ita de facili perditur, sicut possessio. ff. de acqui. pos. l. si quis vi. §. differentia. & ut not. in d. l. siue. ad hoc etiam qđ not. per glo. quæ incipit. nunquid in c. cum ad sedem. de restit. spol. & per Innoc. in c. qualiter. il 2. de accus. Quod præcipue procedit, quando ille, qui dicitur possidere, hoc nō affirmat, vt not. in d. l. siue. vt est in casu nostro: Ita & forte procedit in possessione rei mobilis, quæ [3] † cū sit uilis & abiecta, de facili perdit. ff. de acquir. poss. l. si rē mobilē. & ut not. in Spe. de peti. & possess. §. 1. in ver. quid si petas. vt est possessio de qua hic, cū sit de rebus mobilibus, prout & supra patet. Per quæ uidet, qđ talia bona & res nō videant remāsisse in hæreditate dicti Angeli, quantūcunq; appareat dictū Angelū ea habuisse & tēuisse, si nō probetur tēpore mortis, & usque ad eius mortem ea tenuisse & possedisse. Contrarium tamen puto de iure dicendum, ut uidelicet, dictæ quan-

titates, & bona cer ſeantur remanſiſſe in bonis, &
hæreditate dicti Ang li:conſt.tuto hoc, quòd fue
rint prius dicti Angeli, cum tale dominium cenſea
4 tur continuatum vſq; ad mortem. Qui † enim olim
fuit, dominus, præſumitur & hodie dominus, etiã
ſi non appareat eum de his dominum eſſe. Domi-
nium enim non perditur, niſi alteri acquiratur. ut
d.§.differentia.& ut not. ff. ex quib. cauſ. maior.l.
5 nec utilem. & ita communiter tenetur, ut † domi-
nium præſumatur continuatum, ſi aliud non appa-
reat, ut expreſſum eſt in d. l. ſiue poſsidetis. & ut
not. in c. cum ad ſedem. ubi de hoc per d. gloſ. Vn-
de cum appareat, ut præſupponitur, dictas res &
bona fuiſſe ipſius Ang li præſumitur fuiſſe tempo
re eius mortis, & per conſequens in eius hæredita
te remanſiſſe. ff. de peti, hære. l. item veniunt: Imo
6 † & ſi non appareat, quod fuerint ipſius Angeli: ſed ap
pareat quòd fuerint per eum poſſeſſa & detenta,
præſumitur ipſa poſſediſſe etiam tempore mortis,
ſi aliud non appareat. quod procedit non ſolum ſi
ipſe allegat ſe poſsidere, prout voluit gl. in d.l. ſiue
& ita communiter tenetur, prout no. ibi. & in d.c.
cum ad ſedẽ. maxime per id quod no. in l. nõ igno-
rabit. C. ad exhiben. & in l. ſi creditor. C. de pigno.
acti. & in c. olim. el. 3. vbi hoc aperte probatur ibi.
vel prius. Sed etiam ſi ipſe non alleget poſsidere,
vt quia ſit mortuus: cum & tunc Angelum poſſediſ
ſe dicatur, & præſumendum eſt eum ita poſſediſſe
per dicta iura. quod procedit etiã ſi eius hæredes
7 hoc negent, cum † non poſsint eius animum decla-
rare. ff. de rei vendi. l. Põponius ſcribit. & ff. de ver.
ob. l. inter ſtipulantem. §. 1. prout voluit dò. Ant. in
d.c. cum ad ſedem. quod & voluerunt etiam Domi
ni de Rota in deciſio. 125. quæ incipit. Item ſpolia
tus. ſecundum do. Nico. in d. ca. cum ad ſedem. vbi
hoc idem tenet. Vnde & fortius procedit, ſi ipſi hæ
redes hoc aſſerunt, vt in caſu prædicto, in quo dicti
filij & hæredes ipſius Angeli proportionibus hoc
aſſerunt, ipſum Angelum tenuiſſe & poſſediſſe vſq;
ad eius mortem: cum tunc præſumatur ipſum An-
gelum vſque ad dictum tempus tenuiſſe & poſſe-
diſſe per dicta iura. quod etiam locum habet, ſi ta-
8 lis poſſeſsio ſit in rebus mobilibus: quia † & ſi poſ-
ſeſsio rei mobilis ſit vilis & abiecta, & citius per-
datur, quã poſſeſsio rei immobilis: tamen non præ
ſumitur perdita, niſi aliquod accidens detur, vel a-
lius actus intermedius ad priuationem poſſeſsio-
nis, iuxta no. in c. cum eccleſia. de cauſ. poſ. & pro-
prie. quod non præſumitur niſi probetur, prout vo-
luit ipſe do. Anto. in d.c. cum ad ſedem, ſecundum
quod refert do. Nico. ibi. qui hanc opi. tenet. & ita cõi
ter ibi tenetur ſecundùm Io. de Imo. qui hoc idem
tenet. ut plenius de his in d.c. cũ ad ſedem. & in d.
c. olim. Ex quibus concluditur, quod cum dictus Ang.
tenuerit & poſſederit dictas quantitates & bona,
& hoc appareat, vt præſupponitur, præſumitur ip-
ſum vſq; ad eius mortẽ poſſediſſe: & ſic in eius bo-
nis & hæreditate remãſiſſe, ad hoc d. l. item veniũt.
cũ ſi. Reſtat mõ vt deueniatur ad ſecundũ principa
le, quod eſt, an ſtandum ſit iuramento ipſorũ filiorũ le
gitimorũ & naturalium ipſius Angeli, petentiũ ra-
9 tionem reddi. Circa † quod vr prima facie dicendũ
quod ipſi delationi iuramẽti nõ ſit locus. Primo ex eo

quia dictus Io. inuentariũ fecit pp quod ipſi iuramen
10 to non ſit locus, cum † tunc demum ſit locus ipſi iu
ramento, quã non fecit inuentarium. ut in l. tutor q
11 repertorium. ff. de admi. tu. ſecundo ex eo, quia † &
ſi aliqua omiſerit in ipſo inuentario ponere, ſubie
cit poſtea proteſtationem ſolitam apponi, videli-
cet; quòd ſi qua poſtea apponenda. & ce. per quam
videtur a dolo ipſo excuſari, iuxta no. in c. cum M.
de conſti. & in l. non ſolum. §. morte. ff. de no. oper.
nun. Contrarium tamen puto de iure dicendum, vt
12 videlicet † dictus Io. teneatur reddere rationem di
ctæ adminiſtrationis, ex quo eſt finita ipſa tutela
& cura. ff. de tutel. & rati. diſtra. l. 1. in fi. & l. 2. & ff.
de admini. tuto. l. actus. & l. cum emptum & C. de
13 adminiſtra. tuto. l. 2. Et reddendo † ipſam rationẽ,
reddere tenetur non ſolum de damno, quod ipſis
pupillis vel adultis obuenit eius dolo, ſed et ſi ob-
14 uenit eius culpa ſaltẽ leui: cum † circa res ipſorum
pupillorum vel adultorum, illam diligentiam adhi
bere debeat, quam paterfamilias rebus ſuis ex bo-
na fide præſtare debet. ff. de admi. tuto. l. a tutori-
bus. & ff. de tutel. & rati. diſtrahen. l. 1. circa princi-
pium. & C. arbi. tutel. l. quicquid. Et inuentarium
15 † de rebus ipſorum ſolemniter conficere. ff. de ad-
mini. tuto. l. tutor qui repertorium. non ſolũ de re-
bus ipſorum. & iurium, ſed etiam de ipſorum in-
ſtromentis. C. de admini. tuto. l. tutores. & C. arbi.
16 tut. l. ſi. Adeo † quòd, non ſolũ ſi inuentariũ nõ con
fecerit, cenſetur eſſe in dolo, propter, quod tenetur ad
intereſſe ipſorũ minorum, quod ex iureiurando ipſo-
rum minorũ extimabitur. ut d. l. tutor qui reperto
rum. circa princ. Sed etiam ſi confecit inuentarium
ſed in eo non poſuit omnes res ipſorum minorũ,
uel obſcure poſuit, ita quòd de bonitate earum
apparere non poteſt, prout uoluit Bart. in d. l. tu-
17 tor, qui repertorium, ea ratione motus, quia † pa-
ria ſunt non eſſe uel non apparere. l. in lege. ff. de
cõtrahen. empti. ad hoc. l. cũ res. §. item ſi res. ff. de
18 lega. 1. Pro quo etiam facit, quia † nõ dicitur legiti
mæ feciſſe, ſi ex eo conuinci non poteſt. C. arbi. tu-
te. l. ulti. & C. de ſuſpect. tu. l. etiam. Ad idem etiã
19 facit, quia † in his quæ in inuentario non poſuit,
nõ uidetur cõceſſa adminiſtratio, prout no. C. arbi.
tute. l. ſi. & ibi per Bal. unde ſi ea allegat, dici poteſt
quod ſit in dolo. arg. l. ſi. C. unde ui. propter quòd
20 uidetur, quod † de damno dicta de cauſa illato ſtan-
dum ſit iuramento ipſorũ minorum cũ tale iura-
mentum deferendum ſit & deferri poſsit, non ſolũ
propter uerum dolum, prout not. in l. ſi quando.
C. unde ui. & in c. fi. qđ metu ca. ſed etiã propter do
lum præſumptum. ut d. l. tutor qui repertorium.
21 per quo etiam facit, quia eius † dolus ex perſpi-
cuis inditiis probatur, prout probari debet. C. de
dolo. l. dolum. cum probetur, quòd ipſe Ioannes
in dicto inuentario non appoſuit dictum uas ar-
genti, & quantitates exactas per ipſum ante mor-
tem ipſius Angeli, uel poſt eius mortem. ut d. l. tu-
tor qui repertorium. Imo & etiam probatur, ex
quo non appoſuit in ipſo inuentario quantitates
agnatorum deſcriptorum in ipſa ſcriptura, & de-
nariorum depoſitorum apud bancũ Iſaiæ, & dicta
mille, quæ cenſentur remanſiſſe in hæreditate dicti
Angeli. ut ſupra dictũ fuit: cum dolus ipſe ex per-
ſpicuis

22 spicuis indiciis probetur: Negari† enim non pôt, φ non fuerit in dolo, ex quo sciuit, & de eis notitiam habuit, & in inuentario non apposuit: cum vi deatur eas voluisse occultare, ad hoc quod not. in d.l.fin.& C.fam.erc.l.filium quem habebitem. unde 23† cum uideatur fuisse in dolo, locus est delationi iu 24 ramenti, prout no. in d.c.fi. Nec† talis protestatio iuuat, nec al.quid operatur, ex quo necesse habeat hoc facere, ad hoc quod no. in l.alimenta.C.de nego.gest.& per Bar.in l.non solum.§.morte.ff.de no ui ope.nuu.prout uoluit Bar.in l.tutor qui repertorium in uer.quæro quid si soluit. Et prout habetur in l.index postquam.ff.de re iudic.& in d.l.non solum.§.morte.ff.de not.op.nun. & quòd no. in c. cum M.de const.per quæ concluditur, quòd si ipse Ioannes non tenetur reddere rationem de dictis agnatis, & quantitatibus descriptis in ipsa scriptura manu propria facta, ex hoc, quia nô apparet, nec probatur, quòd ad eius manus peruenerint: tamen ex alia uia, quia præsumitur eas remansisse in ipsa hæreditate, ut supra & in dolo fuisse, ex quo in ipso inuentario non descripsit, de his habês notitiã, 25 tenetur† de ipsis rationem reddere, seu ostendere, quòd in ipsa hæreditate non remanserunt seu aliã iustam causam, propter quam in ipso inuẽtario nô descripsit, si vult euitare iuramentum in litẽ, quod deferendum est eius fratribus dicta de causa, præmissa tamen taxatione, iuxta no. in c.fin. quod me. ca.& in d.l.si quando & l.uideamus.§.iurare. ff. de in lit.iuran.&c.Dom.Ben.

THEMA CONSILII CLXII.

Vnctus, Quidam decessit nullo in scriptis condito testamento: & asseritur per tres de quinque testibus receptis, videlicet, vanna, Rastellina, & Antonia, dictum decedentem dixisse. Ego volo quòd dispensent bona mea vannes Petrochus, & Rastellina inter sanctum Franciscum, & sanctum Petrum, uidelicet, in fabrica.& in certis alijs ecclesijs certam quantitatem per hęc verba: quia dictus vannes testificatur, quòd ipse iuit pro Notario, & non inuenit, & φ tunc dictus Testator dixit: ego morior: ego uolo, quòd tu Petrochæ & Rastellina dispensetis bona mea inter dictas ecclesias. Rastellina dicit, quòd Andræas testator interrogatus a dicto uanne per hæc uerba. O Andrea, come hai fatto i fatti tuoi, & come non fai il testamento, ad quę uerba respôdit dictus testator dicendo. ego feci testamentum, ut apparet manu ser Angeli, φ tu vannes, Petrochus & Rastellina dispensetis bona mea. Et similiter dicit Antonia, & sic videtur, φ iste testificationes sint diuersę. quia Vãnes probat dispositionem per verba dispositiua directa. Et dicta Rastellina, & Antonia per verba enunciatiua, emanãtia propter se. qui testes addiderunt, etiam dictum testatorem reliquisse omnia bona mobilia & immobilia, ut supra. Et dictam hęreditatem apprehenderunt dicti testes, ut executores. modo quęritur, an dictis testibus sit credendum ratione pię causę: maxime quia sunt executores, qui loco hęredem habentur, secundum iura: an ratione dicti officii ueniant repellendi, Et sic, an dicta uoluntas dicti testatoris dicatur imperfecta, non solum ratione solennitatis, sed etiam ratione uoluntatis.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas vltima ad pias causas facta, quibuscumque modis fiat, est executioni mandanda.*
2 *Testes duo sufficiunt non solum in contractibus, sed etiã in ultimis uoluntatibus, quæ tendunt ad pias causas.*
3 *Testis unus non probat, quia uox unius, uox nullius est, quod procedit etiam in dispositionibus ad pias causas, in quibus saltem requiruntur duo testes.*
4 *Testes non dicuntur contestes, si deponunt super diuersis quoad uerba & effectum.*
5 *Verba enunciatiua ualde differunt a uerbis dispositiuis.*
6 *Vltima uoluntas ad pias causas facta, an probetur per testes asserentes se in eadem ultima uoluntate relictos executores, & dispensatores, ita quod dicta uoluntas probetur perfecte, ut executioni mandanda sit.*
7 *Testis non potest testificari super commissione sibi data, cum tunc dicatur in re propria deponere.*
8 *Testis aliquis non potest testificari super officio sibi iniuncto.*
9 *Testis deponens in causa propria non dicitur omni exceptione maior.*
10 *Hæres uidetur ille institutus, cui commissa est omnium bonorum dispositio in testamento, & postea grauatus ad pias causas disponere.*
11 *Testificari in propria causa quis non potest.*
12 *Testes duo ad pias causas sufficiunt secundum communem opinionem: tamen debent esse testes idonei, et omni exceptione maiores.*

CONSILIVM CLXII.

In nomine domini, Amen.

1 Cum† ultima uoluntas ad pias causas facta quibuscunque modis fiat, sit executioni mandanda de cimaterti a quæstio. secunda. ultima uoluntas, etiã si minus solenniter sit facta. de testamen. cap. cum tibi.& cap. cum esses & cap. relatum. & notatur in dictis iuribus & in l.prima.C.de sacrosanct.eccle. & in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testamen. uidetur, quòd dicta ultima uoluntas dicti decedentes, qui uoluit eius bona dispensari per vannem, Petrochum, & rastellinam inter ecclesiam sancti.Francis.& ecclesiam sancti Petri, prout attestatur ipse uannes, erit ualida, & executioni mandanda: ex quo tendit ad pias causas, ut in dictis iuribus. Imo & si hæc non sit ualida, erit ualida alia uoluntas ipsius testatoris dicentis & asserentis se fecisse

fecisse testamẽtum, & in eo apposuisse, quòd dicti uannes, Petrochus, & Rastellina dispensent bona ipsius: cum hoc attestentur duo testes, uidelicet dicta Rastellina, & quædam Antonia. 2 Sufficiunt † enim duo testes, non solum in contractibus, sed etiam in ultimus uoluntatibus, quæ tendunt ad pias causas, prout est expressum in d. c. cum esses & in d. ca. relatum in d. §. ex imperfecto. Contrariũ tamen puto dicendum de iure, ut nec prima, nec secũda ultima uoluntas sit ualida: Prima enim probata solum per ipsum uannem, non ualuit, nec ualet, triplici ratione: primo. quia ad eam probandam concurrit solum unus testis, uidelicet, ipse uannes 3 qui † cum sit unus, non probat. uox enim unius uox nullius. ff. de testibus. l. ubi numerus. quod & locum habet etiam ad pias causas, in quibus requiruntur saltem duo testes ut d. c. relatum. & ut no. in d. c. cum esses. & in d. l. 1. C. de sacrosan. eccle. Non enim super ipsa ultima uoluntate, super qua deponit ipse uannes, deponit ipsa Rastellina, & Antonia: 4 cum † ipse deponant super alia uoluntate longe diuersa quo ad uerba & effectum: unde non censentur contestes ipse mulieres cum ipso uãne. Ipse enim uannes dicit, quòd dictus testator dixit, quòd uolebat bona sua distribui inter dictas ecclesias per dictos commissarios, super quò non deponunt ipse mulieres, ut patet ex eorum uerbis. quia ipse uannes dicit, quòd ipse testator ita disponendo, usus fuit uerbis dispositiuis, quibus nõ fuit usus ipse testator, nec disposuit in præsentia ipsarum mulierum cum usus fuerit uerbis enunciatiuis, 5 quæ † longe differunt a dispositiuis prout no. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. & in l. ex his uerbis. C. de testa. mili. & in c. fi. de successi. ab intesta. unde cum una uoluntas sit diuersa ab alia secundum uerba & effectum, non dicitur una, sed diuersa. nec testes super eis deponentes censentur contestes: unde non probant ipsam primam uoluntatem, ad hoc quòd not. in l. qui sententiam. C. de pœnis & in c. nihil. de uerbo. signi. quòd dicta prima uoluntas non sit probata suadetur ex alio, quia 6 † ipse uannes nõ est omni exceptione maior, quia prout ipse asserit, ipse testator eidem uanni una cum duobus aliis hoc commisit: 7 super hac † enim commissione ipse uannes testificari non potest, cum deponat in re propria. ad hoc l. omnibus. C. de testi. & quòd ibi not. per Bald. in simili de procuratore. & p Bal. in d. l. deferre. §. i dẽ decreuerũt. ff. de iure fisci. & per Canoni. in c. insuper. & c. cum nuntius. de testibus & in c. 1. de testi. in 6. pro 8 † quo etiam facit quòd in simili dicitur de illo, cui aliquod officium est iniunctum ut non possit sibi attestari, nec super hoc deponere, nec testificari, prout habetur in l. uxori. §. 1. ff. de falsis. & quòd no. in c. quoniam contra. de proba. & ibi per Inno. Hostiem. & Ioan. An. & per Barto. in l. ex sententia. ff. de testa. tutel. & per Bald. in l. iurisiurandi. C. de testi. per quæ deciditur, quòd dicta secunda ultima uoluntas, super qua deponunt ipsa Rastellina & Antonia, non probetur: quia licet super ea deponant & sint contestes, tamen ipsam ultimã uoluntatem non probant, 9 cum † non sint testes idoneæ, nec omni exceptione maiores: Deponunt enim quodam modo in causa propria dicendo, ꝙ ipse testator fecit testamentum, & testando commisit ipsis dominæ Rastellinæ & Petrocho, dispositionem suorum bonorum. 10 uidetur † enim testator ipsos hæredes instituere, & grauare, ut disponant ad pias causas, iuxta not. in c. cum tibi. de testamen. unde uidentur deponere super hæreditate debita eis, 11 & sic † in propria causa in qua testificari non possunt. ut d. c. cum esses. Nam & super officio eis iniuncto testificari non possunt, prout supra patet: fortius nec super ipsa hæreditate, ad hoc quòd not. in l. qui testamento. §. 1. ff. de testa. & in l. dictantibus. C. eod. tit. unde cum non sint idoneæ testes, maxime dicta de causa, eam non probant: nam 12 † licet ad pias causas sufficiant duo testes secundum communem opi. tamen debent esse idonei testes, & omni exceptione maiores, ut patet ex text. dicti ca. relatum. ibi. Fratribus, aut duobus legitimis testibus requisitis. de testa. Et ut plenius ibi no. & in c. cum esses. eo. ti. & in l. 1. C. de sacrosan. eccle. de ibi per Bartol. & Bald. &c. Domi. Benedi.

THEMA CONSILII CLXIII.

Punctus. Ciechus decessit, superstitibus duobus suis filijs, videlicet, Antonio, & Angelo, & condito testamento: in quo inter alias disposuit, post institutiones & substitutiones in eo factas, quòd sua turris, locus & domus, & fortilitiũ cum iuribus & pertinentiis suis, nõ possit nec debeat in totum, vel in partem per dictos eius filios, & hæredes, aut descendentes ex eis, vel aliquo ipsorum, aliquo tempore vendi, vel alienari, permutari, vel ad aliũ vsum locari, seu obligari, tacite, vel expresse, seu generali vel speciali obligatione, absque voluntate & expresso consensu, omnium & singulorum superuiuentium masculorum descendentium ex eis, nisi inter ipsos tantum. Nec possit dicta turris, seu fortilitiũ, & domus prædicta, aut aliqua pars eius, peruenire ad aliquem hæredem extraneum, extra dictos descendentes, siue ex testamento siue ab intestato: ita quòd omnis successio in dictis turri, domo, & fortilitio, siue ex testamento, siue ab intestato, intelligatur & sit ꝓhibita. Et quòd si pars vnius, aut plurium ex dictis descendẽtibus, in aliũ seu alios descẽdentes, quomodo libet peruenerit: ꝙ dicti tales, ad quem, vel quos dictæ partes, vel pars ꝑuenerit, ipsam alienare, vel ad hęredẽ legitimum trãsmittere non possit, qui non sit de dictis descendentibus quomodolibet ita ꝙ dicta prohibitio extendatur ad oẽs prædictos descendentes, usq. in infinitum. quod si

contrarium

contrarium attentaretur per aliquē ex eis, il li tales cōtra facientes priuati sint, & pri uatus, & priuati, & priuatus intelligantur, & intelligatur ipso facto, tota dicta hæreditate: & talis portio deueniat ad alios, talē uoluntatē dicti testatoris adimplentes: Et q unusquisq. ex eis possit & valeat dictū locū, forti litiū, ac turrim & domū, in totum uel in partem in iudicio & extra, defendere & uendicare, contra omnem personam & hominē, commune collegium, & uniuersitatem uigore huius cōditionis & prohibitionis, ad hoc ut dictus locus, domus, & fortilitium, cum iuribus & pertinentiis suis, in totum uel in partem in alias extraneas personas, quā quod superius sit expressum, deuenire non possit, tam in dominio & proprietate, quam in possessione. Et ex nunc dictus testator uoluit, q post eius mortem, dictus locus, forti litium, domus, & turris, cum iuribus & pertinentiis ipsorum, obligatæ sint iure specialis pignoris, & hypothecæ prædictis suis filiis hæredibus, & descendentibus ex eis masculis, hanc suam ultimam uoluntatem obseruantibus, & seruari volentibus, contra quoscunque ex eis contrafacientes, uel prædicta non obseruantes, singula singulis referendo, prout superius expressum est, ad hoc, vt incurrat pœnam prædictam, prout in dicto testamento continetur. Et deinde dictus Antonius expē sas fecit in dictis domibus: & postea condidit testamentum, in quo inter alia dictam do mum post mortem dicti Iacob. hæredis insti tuti, reliquit d. Anellæ, ita ut post eius mortem & post mortem suorum filiorum deueniat D. Venturæ & Angelo. Et post ipsius Iacobi mortem, in reliquis bonis uoluit dictus testator, quod succedant & hæredes sint, dicti Angelus Augustinus extraneus, Laurentius, & Cinella. Et deinde decessit dictus Antonius, superstitibus dictis Iacobo, Cinella Laurentius, & Augustino. Et deinde decessit ipse Iacob. maior decimumquartum annis, hæreditate ipsius Antonii per ipsum adita superstitibus ipsa Cinella eius filia, & d. Laurē tio & Augustino. Et ad præsens dubitetur de pluribus. Et an primo an d. Antonius potuerit ita testari: & ita testando incurrerit dicta pœnam in dicto testamento appositam. Secundo, si eam incurrit, quæ pœna ueniat imponenda. tertio, quæ bona veniāt sub tali pœna, & cui dicta domus, & turris alienatæ, & hæreditas applicetur. quarta, ad quē debeat deuenire talis domus, turris, & portio hæreditaria.

SVMMARIVM.

1 *Hæres institutus, in omnibus bonis, adiecta conditione, quòd aliqua ex eis non possint per eum extra familiam alienari, nec aliquo alio titulo in extraneos transferri, & sic contrafecerit, quòd sit omni successione & hæreditate priuatus, utrum possit de dictis rebus testari, & extraneis ea relinquere, & an de eis ita testando pœnam priuationis incurrat ut de dicta hæreditate nil apud eū nec eius hæredes remanere debeat & nu. 8.*

2 *Legati dominium in legatarium transfertur, unde legatum alienationis appellatione uenit.*

3 *Testamenti verba sunt attēdenda & ab eis, quando sunt clara, non est recedendum.*

4 *Testator si prohibeat rem alienari in certum genus personarum, puta, extra familiam, vel extra masculos descē dentes, videtur prohibuisse res alienari non solum titulo singulari, sed etiam titulo vniuersali, puta hæreditario.*

5 *Testator disponere potest in suo testamento, non solum legando, seu relinquendo, sed etiam pœnam apponendo, ita quòd locus sit ipsi pœnæ, sicut si a lege imponeretur.*

6 *Testatoris uoluntas pro lege seruanda est.*

7 *Alienationis prohibitio sine causa facta non ualet.*

8 *Alienatione rei prohibita, uidetur prohibita etiam domini translatio.*

9 *Filius legitima priuari non potest, nec in ea aliquod onus imponi.*

10 *Trebellianica priuatur, qui non implet uoluntatem defuncti.*

11 *Testator potest priuare quem hæreditate sibi delata, etiam postquam eam acceptauit, dummodo ex iusta causa faciet.*

12 *Prohibita alienari sub pœna priuationis si alienentur, applicantur iis, quorum fauore talis prohibitio facta fuit, & nu. 14.*

13 *Expensæ necessariæ, uel utiles detrahuntur grauatum de restituendo hæreditatem, nisi tot fructus percipit, quot sufficerent pro ipsis sumptibus, cum tunc ipsos sumptus non recuperet.*

14 *Testatoris uoluntatem non implens fructus hæreditatis restituere tenetur.*

CONSILIVM CLXIII.

In nomine domini, Amen.

Ad primum dubium dicendum est, quòd d. Antonius ita [1] testando, & disponendo disponere nō potuit: ex quo talia bona ita sibi titulo hæreditario relicta, acceptauit & apprehendit. Imo & ita testā do & disponēdo incurrit dictam pœnam priuationis ipsius hæreditatis ei dem delatæ ex duplici capite. Primo ex eo, quia ipse Antonius domos reliquit d. do. Cinellæ, & eius filiis: q fuit contra prohibitionem ipsius testatoris prohibentis turrim, domos, & fortilitium uendi, uel alienari, uel obligari in genere, uel in specie, absque uolūtate & expresso consensu omnium & singulorum superuinē tium masculorum, descendentium ex eo, nisi in ipsos tantum: apponendo pœnam si contrafiat. Ex hoc

hoc.n. capite ipse Antonius testator pœnam incurrit, ita relinquendo ipsi Cinelle eius filiæ, in eam dictá domum alienádo prohibitus alienare extra ipsos descendentes ipsius Ciechi masculos, Tráfsert 2 † enim dominium relinquendo in legatarium.l. cú pater.§.surdo.ff.de le.2.& in l.a Titio.de fur. vnde appellatione alienationis venit l.fi.C.de re. alienis non alienan.& ut no.in c.nulli.de rebus eccle.vnde cú per tale relictum transferatur dominium, & alienetur in ipsam Cinellam, & eius filios, qui nó sunt de descendentibus masculis prout ipse testator reliquit, est locus tali ꝓhibitioni, & pœnæ, ut denotant uerba ipsius testamenti, quæ † cum sint clara, 3 ab eis recedendum non est.l.ille aut ille.§.cú in verbis.ff.de leg.3.quod ex alio capite demóstratur, vt nó potuerit dictam domum, & turrim sibi relictá alienare in ipsos Cinellá & Angelú, ipsos hæredes instituendo, & eis relinquendo reliqua eius bona, inter quæ erat ipsa turris & eius pars relicta ipsi Antonio ipse enim testator prohibuit, non solum expresse alienari extra dictos descendentes: sed etiam disposuit, ꝙ dicta turris, & domus nó peruenirent ad aliquem hæredem extraneum extra prædictos descedentes masculos, ex tastamento vel ab intestato, apponendo postea pœnam si contra attentaretur. Vnde dictus Antonius ita relinquendo in genere dictam turrim, ita ꝙ peruenerit ad ipsam Cinellam & Angelum, & sic extraneos a dictis descendentibus incurrit dictam pœnam, prout ipse testator disposuit. pro quo etiam facit. Nam † quando 4 testator prohibet rem alienari in certum genus ꝑsonarum, puta, extra familiam, uel extra masculos descendentes, vt in casu prædicto, videtur prohibita res alienari non solum titulo singulari, sed etiam titulo uniuersali, puta hæreditario, vt est casus in l.peto.§.fratre.ff.de le.2.& ut plenius no. per Bar. & Io.de Imo.in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de uer.obl. unde cum dictus Anto. instituendo, & disponendo alienauerit, seu conatus fuerit alienare, non solú titulo vniuersali: sed etiam singulari extra ipsos descendentes masculos, contrà dictam prohibitioné, incurrit dictá pœná, prout ipse testator disposuit. 5 potest † enim testator disponere in suo testamento, non solum legando seu relinquendo sed etiam pœnam apponendo ita quòd est locus ipsi pœnæ, sicut si a lege imponeretur.l. unica. C. de his quæ 6 pœnæ no. uoluntas enim † testatoris pro lege seruanda est in aut.de nup.§. disponat. Nec.ob.quòd 7 prohibitio † alienationis facta sine causa non ualet. quod in casu prædicto fuit uidelicet dicta alienatio prohibita, respectu certæ personæ, disponendo ut dictis descendentibus masculis applicetur, prout ipse testator disposuit. unde non fuit facta talis prohibitio absque causa: imo ex causa uidelicet, ne extra descendentes uadat, & ipsorum respectu: unde fuit ualida, vt patet ex tex.d.§. Diuus Seuerus.ibi: nisi inueniretur persona. ad hoc etiam quòd no.per glo. C.de fideicómis.l.voluntas. Nec ob. ꝙ ipsa eidem ab intestato succederet, cum sit filia ipsius Antonii, cum prohibeatur successio non solum ex testamento, sed ab intestato in ipsis domibus, turri, & fortilitio, ut patet in ipso testamento. Circa secundum vero ꝙ est, quæ pœna ueniat imponenda, ex quo locus est prohibitioni, sed pœnæ, dicendum est, ꝙ ex quo testator ipse prohibuit ita alienari ipsas domos, turrim, & fortilium, non transfertur dñium ipsius domus, vel turris, ita alienatæ in ipsam do. Cinellá, nec in ipsum Angelú 8 extraneum, cum † prohibita alienatione per testatorem extra ipsos descendentes masculos, prohibita videatur dominij translatio, adeo ꝙ dominium ipsum non transfertur.l.peto.§.fratre. ff. de leg. 2. & d.§.Diuus.& l.cum pater.§.libertis. ff. de leg. 2. & d.§.diuus.vbi plenius de hoc.de quo in d.§. ea lege.per Bar.imo & non solum impeditur ipsa dominij translatio in ipsos extraneos, sed etiam ipse Antonius, & eius hæredes adueniente dicta conditione, priuantur ipsa hæreditate ipsi Antonio delata, prout ipse testator disposuit: intantum ꝙ apud ipsum seu eius hæredes post eius mortem, & morté dicti Iacobi, nihil remanet de hæreditate & bonis ipsius Ciechi, eidé Antonio relictis, in quibus fuit 9 institutus hæres, excepta legitima, qua † priuari nó potuit, nec onus aliquod apponi l. qm̃ in prioribus.& l.omnimodo.C.de inoffi. test.& hoc uoluit Bal.in l.unica.C.de his quæ pe.no. dicens, tunc ip-10 sum priuari Trebellianica, sicut † & priuatur non implens volútatem defuncti, prout habetur in aut. de hær. & fal.in §. si quis autem non implens. & in 11 aut.hoc amplius.C.de fideicommis.potest † enim testator priuare quem hæreditate sibi delata, etiá postquam eàm acceptauit: dummodo ex iusta causa faciat, ꝑut hic fecit.iuxta no.per Bart.in l.pater, ff.de hære.instit.& in l.vxorem.§.hæredis.ff.de leg. 3. Restat modo vt deueniatur ad tertium, ꝙ est, cui dicta domus, & turris alienata, & hæreditas applicetur. Circa ꝙ dicendum est, ꝙ cum ipse testator prohibuerit dictas domos, turrim, & fortilitiú alienari respectu certarum personarum, uidelicet, respectu filiorum masculorum & descendentium ex 12 eis, dictæ † domus alienatæ, & turris, & fortilium eis applicabuntur. ut d.§.Diuus.& d.l.uoluntas.& sic ipsis Venture, & Angelo filijs dicti Ciechi, quorum respectu prohibuit, ita alienari: quibus applicatur non solum dicta domus, & turris alienata cótra prohibitionem testatoris: sed etiam tota hæreditas delata ipsi Antonio per ipsum Ciechum, prout ipse testator disposuit, disponendo ꝙ applicet ipsis descendenti masculis seruantibus eius uoluntaté, detracta tñ legitima ut supra dictú est. Et expensis factis ꝑ ipsum Antoniú, si fuerint necessarie 13 uel utiles, cú † & ipse detrahantur per grauatum de restituendo hæreditatem, iuxta no. in l.vbi pure.§. fi.& l.mulier.§. sed & ipse. ff.ad Trebellia. Et hoc, nisi ipse Antonius tot fructus, ultra fructus legitimæ ex ipsis bonis recepisset, quot sufficerent pro ipsis sumptibus, cú tunc ipsos sumptus eius hæres non recuperet, prout hr̃ in l.sumptus.ff.de rei ven. Imo & forte posset dici, ꝙ fructus, quos talis Ant. percepisset, ultra fructus ipsius legitimæ, & vltra dictos sumptus, restituere debet ipse Ant. vel hæres ipsius, Veture, & Angelo, quibus applicatur ipsa 14 portio ipsius Antonij hæreditaria, sicut † in simili dr̃ de hærede non implente voluntatem testatoris, prout uoluit Bal.in d.l.vnica.C.de his q̃ pe. no. per id quòd habetur in d. §. si vero non implens. Nunc

vero

uero his expeditis, restat uenire ad quartum, ad quē debeat deuenire talis domus & turris, & portio hæreditaria. Circa ꝙ dicendum est, ꝙ debet deuenire ad ipsos Venturá & Angelum cum prout ipse testator disposuit deuenire debeat ad alios ex ipsis filiis superstites, prout fuerunt ipsi Ventura, & Angelus, qui tempore mortis ipsius Ciechi, & Iac. superuixerunt. Vnde ad eos deuoluta fuit talis portio, & eis restitui debuit. Vnde cum postea ipse Ventura decesserit, ut præsumitur, superstitibus Laurentio eius filio & Francisco filio Michaelis filii dicti Venture, ipsæ Ventura portionem tangentem de tali turri, & domo & portione ipsius Antonii transmisit ad prædictos eius descendentes, & hæredes iuxta no. in l. cum filio. ff. de leg. 1. & ibi p Bar. & in l. postulante. & in l. cogi. §. fi. ff. ad Trebel. & not. hoc in l. 4. & l. in personam. C. de fideicommis. &c. Domi. Benedi. de Benedict.

THEMA CONSILII CLXIIII.

PVnctus. Quidam testator reliquit do. Lucretiæ suæ filię iure institutionis, vltra dotes suas, quas dedit, quæ fuerunt libre. 106. vnum tenimentum terre laboratiuū, vineatū, & consitū inter suos confines, & in ipsis dotibus, & dicto tenimento ipsam hæredem instituit, & ꝙ plus de bonis suis petere non possit, & si plus petat, cadat a dicta institutione, & ob omni suo iure, Et Astolphum eius nepotem hæredem instituit in omnibus alijs suis bonis. Et dictus Astolphus hæreditatem adiuit, & dicta do. Lucretia tale relictum acceptauit, Et quæritur, an dicta D. Lucretia dotem maternam petere possit.

SVMMARIVM.

1. *Testator filiæ relinquens iure institutionis, vltra dotem sibi traditam, certos fundos, Et prohibens eam plus de bonis suis petere posse, an videatur reliquisse animo cōpensandi cum dote materna filiæ debita, ita quòd filia tale relictum acceptando, dotem ipsam maternam petere amplius non possit.*
2. *Legitima si filio relinquatur per patrem, nil amplius in bonis patris petere potest.*
3. *Testamenti verba sunt ita intelligenda, vt aliquid operentur.*
4. *Dos si sit in specie, dominium ipsius speciei redit ad vxorem soluto matrimonio.*
5. *Prohibitus ab aliquo plus petere, potest aliena petere, cum ad ea prohibitio non extendatur, testator enim in eis legem imponere non potest, sed in suis.*
6. *Compensatio non cadit de quantitate ad speciem.*
7. *Bona dicuntur deducto ere alieno.*
8. *Coniecturis standum est.*
9. *Prohibitio de plus non petendo, alicui generaliter facta, propter incertitudinem non valet.*
10. *Relictum incertum non valet.*
11. *Prohibitus simpliciter a testatore plus petere, in dubio censetur prohibitus plus petere de bonis ipsius testatoris tantum.*
12. *Voluntas testatoris circa media demonstratur ex verbis precedentibus, & sequentibus.*
13. *Testator in dubio videtur de bonis suis disposuisse, non de alienis.*
14. *Prohibitio plus patendi incerta, potius vitiatur, quam relictum.*
15. *Prohibitio plus non petendi incerta, respectu personarū in testamento facta non vitiatur, cum testator in dubio videatur velle prouidere eius haredi, vt uidelicet ab eo plus peti non possit.*
16. *Compensandi animo non videtur à patre quid filia relictum, nisi id in ipso relicto exprimatur, vel aliud ex coniecturis appareat.*
17. *Filia relictum a patre, quando videatur relictum animo compensandi cum dote materna filia debita, & quando non.*

CONSILIVM. CLXIIII.

In nomine domini, Amen.

1 Videtur, quòd dicta † D. Lucretia dotē maternam petere nō possit, cū tale onus nō petendi uideatur in esse eidem relicto, adeo quòd tale relictum sine tali onere acceptare non potest. l. neminem & l. sed duobus. ff. de leg. 2. & ibi per Bar. unde cū acceptauerit cū tali onere, tale onus seruare tenet, ut ibi no. unde non poterit ipsa do. Lucre. ipsam dotē maternam petere, cū satis dicatur tunc plus petere, petendo vltra tale relictū, prout ipse testator disposuit, tunc prohibendo simpliciter plus peti. ꝑ quo facit, quia tunc ipse testator ita relinquendo, videatur reliquisse animo cōpensandi cū ipsa dote materna. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. sciendū & C. de hære. acti. l. si adulta. Alias dicta verba nihil opera- 2 rentur cum† de bonis ipsius testatoris nihil petere posset, cum fuerit relictum tm̄, ꝙ sufficiat pro legi- 3 tima. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. verba † enim testamenti sunt ita intelligenda, vt aliquod operentur. ff. de leg. 1. l. si qn̄ & in c. si Papa. de priuile. in 6. Per quæ vr̄, ꝙ dicta do. Lucre. dictam dotem maternam petere non possit. Et hoc vr̄ sentire Spe. in ti. de loca. §. nunc aliqua. ver. 78. & clarius Bal. in l. liberti liberteque. C. de ope. liber. Contrarium tn̄ puto de iure dicendum, vt videlicet dicta domina Lucre. dictam dotem maternam petere possit, non obstante ꝙ tale relictum acceptauit, siue talis dos materna fuerit & sit in specie, siue in quantitate.
4 Nam † si talis dos fuerit & sit in specie, dominiū ipsius speciei rediuit ad ipsam do. Lucretiam soluto matrimonio. l. in rebus. C. de iu. do. & ut no. in l. 1. C. de bo. mater. & in l. 2. C. de bon. q̄ libe. & in l. dotis. ff. solu. matr. vn̄ nō peteret tūc aliquid de bonis ipsius testatoris: imo sua propria bona, q̄ recte pe-
5 tere poterit, nō obstāte tali prohibitione. non † n. talis ꝓhibitio extenditur ad bona aliena, de q̄bus ipse testator non sensit, cū in eis legē imponere nō videatur, sed in suis. l. serui electione §. cū fundus. ff. de le. 1. pro quo etiá facit, quia testator ita relinquendo,

quendo, non uidetur animo cōpensandi relinquere, cū† de quantitate ad speciē non cadat compensatio. C. de cōpen. l. fi. & hoc uoluit Bal. in d. l. quoniā Nouella. & in d. l. liberti liberteque. C. de ope. lib. Si uero ipsa dos materna fuerit in quātitate, & tūc est maius dubiū: super quo dici pōt, ꝙ aut ipse testator ita relinquēdo probibuit ꝙ plus de bonis suis petere non posset: & tunc sine dubio petere poterit dotem maternam, cum† bona intelligantur deducto ære alieno. l. bona. & l. subsignatum. §. bona. ff. de uerb. sig. & hoc noluit Bar. in d. §. si liberis. dicens se ita consuluisse. ꝙ uoluit etiam Bal. in d. l. quoniam nouella. C. de inof. test. adducēs ultra hoc tex. in d. §. sciendum. ibi, dum dicit: nisi specialius. per quod patet, ꝙ ad hoc ut fiat talis compensatio, requiritur, ꝙ hoc exprimatur, ꝙ nō est in casu prædicto: quod intelligendū est esse uerum, nisi ex aliqua coniectura aliud appareat, uidelicet, ꝙ testator uoluerit compensare cū ipsa dote. Cōiectu ris† .n. est standum. l. cum proponeretur. ff. de leg. 2. & l. licet Imperator, de leg. 1. aut ipse testator simpliciter dixit, ꝙ petere plus non posset, prout fuit in casu prædicto, non exprimendo bona, nec personas: & tunc, cū in tali prohibitione sit incertitudo rerum, cum nō exprestit, de quibus rebus seu bonis: & etiā de personis, quia non dixit a quibus petere nō possit uidetur prima facie dicendum, ꝙ talis prohibitio ut incerta non ualeat propter ipsam incertitudinem: sicut† in simili dicitur de relicto incerto prout habetur in l. legato generaliter. ff. de leg. 1. & in l. Paulus. & in l. quidam. ff. de reb. du. ad hoc etiam ꝙ habetur. ff. de re. du. in l. si quis de pluribus. & ff. de man. test. l. nam ex pluribus. & ut no. per Di. in regula. in obscuris in 6. Nisi dicatur, ꝙ licet talis prohibitio ex se sit incerta: tñ redditur certa respectu bonorū, ex alio, uidelicet, ex pcedentibus uerbis, in quibus de bonis ipsius testatoris facta est mentio, uidelicet, de dotibus datis per ipsum, & de dicto tenimento terræ per eum relicto, & etiam ex sequentibus, uidelicet dū dixit: in omnibus aliis suis bonis, per quæ uerba sequentia & præcedentia apparet de mente ipsius testatoris uidelicet ꝙ sensit, ꝙ non posset plus petere de bonis ipsius testatoris, prout† uoluit Bar in d. §. si liberis. ubi formaliter hoc uoluit, ut intelligatur simpliciter prohibendo de bonis ipsius testatoris. Ex uerbis† .n. præcedentibus, & sequentibus demonstratur uoluntas ipsius testatoris ad media. l. si seruus pluriū. §. fi. ff. de leg. 1. pro quo etiam facit, quia† in dubio testator de bonis suis uidetur disposuisse ꝑ ut habetur in l. legato generaliter. ff. de leg. 1. & in d. §. cum fundus. Ita ꝙ respectu rerum uel bonorū nō uidetur talis prohibitio incerta, cum referatur ad bona ipsius testatoris ut super eis nō possit plus petere: alias ut incerta non ualet ut patet in d. tu-rib. ipsa. n. prohibitio† ut incerta potius uitiatur, quam relictum l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. 1. Nec uitiatur talis prohibitio, ut incerta respectu personarum, cum† in dubio uideatur uelle prouidere eius hæredi, ut uidelicet, non possit plus peti ab eius hærede. ad hoc. l. qui pecuniam. & ff. de sta. lib. & ꝙ no. in d. l. quidam. & per Bal. in d. l. liberti liberteq;. ubi dicit, ꝙ talis prohibitio est quædam pronisio facta ipsi hæredi uniuersali. per quæ uidetur ipsum testatorem relinquendo, & ita ꝓhibendo plus petere, disposuisse, ut non possit ipsa Lucretia plus petere de bonis ipsius testatoris ab eius hærede: quo casu: cum bona intelligantur deducto ære alieno, ut supra: nō prohibetur ipsa do, Lucretia petere dotem maternam. Et hoc uoluit Bar. in d. §. si liberis. ꝓ quo facit, quia† non uidetur animo compensandi relictum nisi hoc in ipso relicto exprimatur, ut patet in d. §. sciendum. ibi. nisi spālius: per quem tex. Bal. ipse hoc uidetur tenere in d. l. qm nouella. ut non uideatur animo compensandi relictum, nisi hoc fuerit expressum, uel aliud appareat ex coniecturis. qđ pcipue procedit in casu prædicto, cum in dicto casu non fuerit relicta quantitas, sed tenimentum terræ, & sic species & dos materna fuerit in quantitate, quo casu non cadit compensatio. ut d. l. fi. C. de comp. & ꝓut uoluit Bal. in d. l. qm nouella. & in d. l. liberti. Nec ob. quod uoluit Spe. in d. uer. 78. non. n. uoluit contrarium, imo uoluit idem uelle. Nec ob. quod uoluit Bal. in d. l. liberti liberteque. quia ipse Bal. hoc præcise non firmat in ipso persistendo: sed ponendo alias lecturas uidetur hoc idem tenere in casu prædicto, cum dicat, ꝙ† si sit debitum speciei non uideatur animo compensandi relictum, quātumcunque prohibitum fuerit simpliciter plus petere: qđ & locum habet in hoc casu, in quo, licet sit debitor quantitatis, tamen. pro dote reliquit speciem, in qua non cadit compensatio. ut d. l. fi. Si uero sit debitum quātitatis: & tuc, si fuit habitus respectus ad bona, ut quia dicat relinquo filiæ meæ centum ꝓ sua legitima: & ꝙ plus petere non possit: & tunc non probibetur petere dotem maternam, ut latius ibi per eum. quod & dici potest ut locum habeat etiam in dicto casu, in quo similem consideratio nem habuit dictus testator ad bona propria, dicendo, ꝙ relinquebat ultra dotes, quas sibi dedit, dictum tenimentum terræ prohibendo plus petere. per quæ uerba uidetur haberi respectus ad bona, cum sic uideatur pro sua legitima relinquere, prout uoluit ipse Bal. in l. si adulta. C. de hær. acti. Si uero non fuit habitus respectus ad bona: & tunc in dubio, prout Bal. dicit, uidetur relictum animo compensandi, cum talis prohibitio facta uideatur in fauorem hæredis, prout uoluit Bal. ibi. Cuius dictum forte non procedit, cum ut dictum est, uideatur ita probibendo plus petere de bonis suis, ut supra dictum est. Et etiam si procedat, haberet locum, quādo dos materna esset in quantitate & relictum similiter esset in quantitate, in quibus cadit compensatio: quod non habet locum in casu prædicto, ut supra patet per prædicta. &c. Domi. Ben.

THEMA CONSILII CLXV.

Vnctus. Quidam Saulus de Cassia in eius uita tradidit nuptui tres eius filias, easque dotauit. Deinde decessit superstitibus dictis filiabus: & ser Benedicto eius fratre carnali, qui hæreditatē dicti Sauli

li acceptauit, Cùm quo post multa venerunt ad compromissum, & compromisserunt, & compromissum fecerunt in quosdam arbitros de omni lite, causa & controuersia, quæ esset & esse posset inter dictas partes maxime occasione hæreditatis rerum & bonorũ dicti Sauli: Et maxime ex eo, quia dicebatur per ipsas filias hęreditatem & bona ipsius ad ipsas de iure spectare & pertinere, tanquam ad filias legitimas & naturales: & maxime quia prima causa successionis est filiorum: ipso ser Benedicto hoc maxime negante, & dicente ipsam hæreditatem dicti Sauli ad ipsum spectare, & pertinere ex dispositione stá tuti Cassiæ disponentis, quòd nulla mulier de Cassia & eius destrictu, quæ dotata esset a patre, matre fratre carnali, vel patruo, posset venire ad successionem dotantis, remanente ex eo filio masculo, vel nepotibus ex filio, seu fratre carnali masculo dotantis, seu filio masculo fratris prædicti, donec dicti filij masculi tunc superstites superuixerint: sed sit ipsa mulier sua dote contenta. Deinde ipsi arbitri laudauerunt, & laudando declarauerũt inter alia, ꝙ certe petię terrarum dicti Sauli, & certa alia eius bona sint dictarum filiarum & ad eas pertineant. Et ꝙ omnia alia bona pertineant ad dictum ser Benedictum pleno iure, Ac etiam ꝙ una pars alteri, & altera alteri teneatur facere finem, & refutationem de contentis in dicto compromisso. Deinde filiæ prædictæ fecerunt finem, & refutationẽ d. ser Benedicto ut hæredi dicti Sauli de dictis petijs terrarum, & bonis ad ipsas pertinentibus, vigore dicti Laudi, & generaliter de omnibus & singulis bonis & rebus dicti quondam Sauli, quę continentur in compromisso & laudo. Et hoc fecerunt pro eo, quia fuerunt confesse dictas res. & bona habuisse a dicto ser Benedicto: qui versa uice ut hęres dicti Sauli fecit finem, & refutationem dictis filiabus, de omnibus & singulis bonis, & rebus, de quibus in dicto compromisso fit mentio, ad earum manus peruentis. Nũc vero dictæ filiæ petere volunt legitimã dicẽtes eas nõ esse exclusas a dicta legitima vigore dicti statuti, nec laudi, vel refutationis: cũ de ipsa legitima nõ sit facta mentio expressa. ipso ser Benedi. cõtradicente & dicẽte eas exclusas esse a dicta legitima vigore d. statuti, & ẽt compromissi, & laudi, & refutationis: ac ẽt ex eo: q̃a ipse cõsecuta fuerunt cõputatis dotibus, & alijs bonis ipsius Sauli adiudicatis, ꝑ ipsos arbitros, vltra tertiã partẽ bonorũ, & sic legitimã. Et in dubiũ reuocetur, an. dictæ filiæ dictam legitimam petere possint.

SVMMARIVM.

1 *Mulier dotata, a successione dotantis exclusa vigore statuti, vtrum intelligatur exclusa a legitima iure naturę debita in bonis dotantis, & nu. 6.*

2 *Legitima succedit loco alimentorum, quæ sunt de iure naturali, vnde non videtur posse tolli per statutum, licet possit diminui.*

3 *Filij, ad hoc vt per compromissum, laudum, uel refutationem per eos factam dicantur exclusi a legitima, oportet, quòd in eis sit de ipsa legitima facta expressa mẽtio.*

4 *Filia congrue dotata non dicitur, quando ei tantum pro dote non est assignatum, quantum sufficiat pro legitima vnde hoc casu petere potest supplementum congrue dotis iudicis arbitrio.*

5 *Dos congrua intelligitur arbitrio boni viri.*

6 *Statutum, vt lex seruandum est inter subditos ipsorum statuentium.*

7 *Filia exclusa per statutum a successione, censetur etiam exclusa ab ipsa legitima.*

8 *Mater, quæ excluditur a successione filij propter pupillarem substitutionem factam per patrem, dicitur exclusa etiam a legitima sibi debita.*

9 *Legitima filio non debetur in vita patris, nec pro ea contra patrem in vita agere potest, sed post mortem, nec ea potest defraudari, nisi propter ingratitudinem.*

10 *Statutum non solum potest ipsam legitimam diminuere, sed etiam in totum tollere, quia licet legitima filij sit ei debita in bonis patris iure naturali, tamen est debita iure ciuili persuadente naturali coniunctione, vnde poterit de iuris rigore diminui, & tolli.*

11. *Rigor in specie præfertur æquitati in genere.*

12 *Successio omnis est de iure positiuo, Et si qua dicatur esse de iure naturali, exponi debet de iure ciuili, suadente naturali coniunctione.*

13 *Statuta, quæ disponunt super successione filiorum vel filiarum valent, et sufficit quod statutum habeat aliquod motiuum, licet non contineat æquitatem, sed tantum statuentium voluntatem, & authoritatem.*

14 *Statutum excludens ipsas filias a successione patris, valet, licet eas etiam excludat a legitima quamuis enim non subsit causa, dummodo subsit ratio positiua, puta exclusio fœminarum propter masculos, dictum statutum a legitima excludens valet.*

15 *Legitima redacta est ad quartam iure positiuo.*

16 *Legitima quis iure positiuo priuari potest, sed non potest priuari iure petendi alimẽta, quæ sunt de iure naturali.*

17 *Legitima potest a statuto diminui.*

18 *Statutum excludens filias fœminas dotatas a patre ab eius successione, valet cum dos succedat loco legitimæ, Et in eam imputetur.*

19 *Filia dotata a statuto exclusa a successione, iubens eam debere stare tacitam & contentam ipsa dote, non solũ dicitur exclusa ab ipsa legitima. sed etiam a iure petendi sibi suppleri congruam dotem. Et tale statutũ valet.*

20 *Compromissum & laudum vim transactionis habet.*

21 *Qui omne dicit nihil excludit.*

22 *Intellectus. l. si quando. C. de inoffic. testa.*

23 *Legitima petitioni quando per generalem refutationem per filium factam censeatur renunciatum.*

24 *Dotes, & omnia alia donata per testatorem in legitimam computantur.*

25 *Adiudi-*

15 *Adiudicatio bonorum filio facta per arbitros, videtur pro legitima facta, quando tempore adiudicationis alia causa non suberat.*

CONSILIVM CLXV.

In nomine domini, Amen.

1 Videtur prima facie dicendum q † dictæ filiæ ipsam legitimam petere possint triplici ratione: primo ex eo, quia † cum ipsa legitima succedat loco alimentorum, quæ sunt de iure naturali. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. filium autem. non videtur tolli posse per statutum, licet minui possit, prout tenuit disputando Ricar. secundùm quod refert Di. in l. sancimus. C. de nup. & in regula. indultū. in 6. & Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. pro quo facit quod nos. inst. de iu. natu. in §. sed naturalia. per quæ dicitur, q quantumcunq; dictæ filiæ sint exclusæ a successione, propter existētiam dicti ser Benedic. fratris carnalis dicti Sauli: Nihilominus petere possint dictam legitimam, a qua per statutum excludi non potuerunt, Nec excluduntur † ab ipsa legitima propter compromissum, laudū, & refutationem, cū in eis de ipsa nō sit facta expressa mentio, prout de iure requiritur, ad hoc ut ab ipsa legitima ipsæ filiæ Excludantur, prout hř. C. de inof. test. l. si qñ. §. & generaliter, vbi de hoc. pro quo facit. qđ no. ff. de transact. in l. de hia qđ & secundo videtur demonstrari ex alio, Nam & si ab ipsa legitima essent exclusæ, nihilominus † non censentur congruæ dotatæ: ex quo pro dote non assignatum eis tm, q sufficiat pro legitima, ad hoc. l. si filio. ff. de leg. 2. pp quod petere possunt supplementum congrue dotis iudicis arbitrio, prout voluit Bal. formaliter loquendo de filia dotata exclusa a successione propter super existentiam masculorum, in l. fi. ver. sed pone, quòd ista filia. C. de do. promis. ex eo, quia † dos intelligitur arbitrio boni uiri. ff. de le. 2. l. 1. & d. l. si filio. pp quod cōsequentur legitimam, cum non sint congruæ dotatæ. ut d. l. si filiæ. Contrarium tamen puto de iure dicendū, ut dictæ filiæ ipsam legitimam petere non possint, cum dictæ filiæ attenta dispositione ipsius statuti, ex quo dotate fuerunt, exclusæ sunt ab ipsa successione propter superexistentiam ipsius fratris carnalis, prout disponitur in ipso statuto, quòd † ut lex seruandum est inter subditos ipsorum statuentiū. ff. de iusti. & iu. l. omnes populi. & C. de cōsti. pec. l. fi. & ut no. in l. fi. C. de iurisd. om. iu. Et † cū sint exclusæ ab ipsa successione, censentur exclusæ ab ipsa legitima, sicut in simili dicitur de matre, q̄ excluditur a successione filij pp pupillarem substitutionem factam per patrem, cum tunc ipsa excludat etiā a legitima. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa. & in c. si pater. in fi. de testa. in 6. ipsa † enim legitima in uita patris non debetur. cū non possit agi contra ipsum ad ipsam in eius uita: sed bene debetur post mortem, adeo q ea defraudari non pōt filius, nisi propter ingratitudinem, prout voluit gl. mag. in c. Raynutius. de testa. vnde cū ipsæ filiæ excludantur ab ipsa successione, excluduntur ab ipsa legitima ex dispositione ipsius statut. statutū † enim potest non solum ipsam legitimam diminuere, prout cōmuniter tenet, secundū quod no. in d. §. Titio genero. & d. regula. indultū. & in d. l. sancimus. C. de nup. ad hoc d. c. Raynaldus in fi. de testa. Sed etiam ipsam legitimam tollere, prout & tenuit Di. in d. regula, indultū. in 6. & Io. An. post eum, ea ratione, quia licet legitima filij sit debita in bonis patris iure naturali, tamen est debita iure naturali & iure ciuili, persuadente naturali coniunctione: unde potest de iuris rigore diminui, & tolli. talis † enim rigor in specie præfertur æquitati suadenti contrarium, cum ipsa æquitas sit in genere scripta. C. de iudi. l. placuit. prout voluit Io. An. post. Di. in d. regula. indultum. pro quo facit quod not. per Bal. in l. lege. C. de legi. hære. vbi dicit, q † omnes successiones mundi sunt de iure positiuo. Et si quæ dicantur esse de iure naturali ex poui debet de iure ciuili suadente naturali coniunctione constituta. ff. de verb. sig. l. pronunciatio. §. familiæ. ex quo infertur, q cum ius ciuile sit mutabile, ualent statuta † quæ disponunt super successione filiorum vel filiarum, & sufficit q statutū habeat aliquod motiuum, licet non contineat æquitatem, sed statuentium voluntatem & authoritatem secundùm eum ibi. qui ex his uidetur uelle, q ualeat † statutum excludens ipsas filias ab ipsa successione, quantumcunque excludat ab ipsa legitima. q & clarius uoluit ipse Bal. in l. cum leg. C. de epi. & cle. dicens, q si non subsit causa, dummodo subsit ratio positiua: puta exclusio fœminarum propter masculos, ualet statutum excludens a legitima: quod uoluit ipse Bal. in l. cunctos populos. C. de summa trini. Et tenendum est, ut ualeat statutū præferens ipsos masculos, quantumcunque excludat ab ipsa legitima, quicquid dicat Bar. in d. §. Titio. & Bal. post Ci. in d. l. sancimus. cum † ipsa legitima redacta sit ad quartam iure positiuo. C. de inof. test. auth. nouissima: ad hoc etiam tex. in d. §. sed neque impuberes. & etiam in d. c. si pater. in fin. vbi patet iure † positiuo quem posse priuari ipsa legitima, licet forte priuari non possit iure petendi alimenta, q̄ sunt de iure naturali, prout uoluit Bal. in d. l. cum lege. & in d. l. cum non solum. §. ipsum autem. C. de bon. quæ liber. quod præcipue procedit quādo aliquid succedit loco legitimæ, ut dos, cum tunc non in totum tollatur, sed diminuatur. ut uoluit Bal. in auth. nunc autem. C. de epi. & cle. diminui † enim potest ipsa legitima, prout communiter tenetur: & ut tenent Domini de Rota in Decis. 17. & maxime per tex. d. c. Raynaldus. unde † cum in casu prædicto ipsæ filiæ excludantur ab ipsa successione ex eo, quia fuerunt dotate ab ipso patre, valet sine dubio tale statutum, cum ipsa dos loco legitimæ succedat, & in ea imputetur. C. de inoffic. test. l. quoniam nouella. per quæ † patet ipsas filias ipsam legitimam petere non posse. nec possunt præterea suppleri congruam dotem, cum statutum non solum ipsas filias ab ipsa successione excludat, sed iubeat eas esse contentas ipsa dote per quæ verba statutum ipsum uidetur eas excludere, non solum ab ipsa legitima, sed etiam a iure petendi suppleri congruam dotem, prout uoluit formaliter Bald. in d. l. fi. ver. sed pone. arg. l. qui uolebat. ff. de hære. insti.

insti. Valet enim tale statutum ita excludens, ut supra dictum est. per quæ patet dictas filias petere non posse ipsam legitimã, nec ipsã dotẽ cõgruã suppleri. qđ psuaderi pt alia rõne, videlicet, ex ipo cõpro 20 misso, & laudo, cũ † uim trãsactionis habeat, ut no. in auth. ut differentes iudices. §. 1. & in auth. si non contigerit. C. de iudi. In ipso enim compromisso uenerunt oĩa bona ipsius Sauli, super quibus bonis non solum fuerunt bona certa adiudicata ipsis filiabus. sed etiam oĩa alia bona ipsi ser Benedicto, propter quod uidetur ertansactum quòd oĩa bona sint ipsius ser Benedicti. vnde nõ potuerũt aliqua ex ipsis bona pro ipsa legitima petere, ex quo ita fuerunt ipsi ser Benedicto adiudicata per arbitros: & quodammodo quadam transactione generali. ad hoc quod no. ff. de exce. rei iudi. l. si inter te. & me. & C. de transac. l. si de certa. & in c. 1. de trãsac. Imo & non solum ipsum laudum, & sic transactio, sed ipsa refutatio generaliter facta de quibuscunq; bonis in dicto compromisso contentis, in quo omnia bona ipsius generaliter uenerunt, ad hoc quod no. ff. de pac. l. tres fratres. & in l. emptor. §. Lucius. & in d. l. si de certa. ff. de libe. leg. l. Aurelio. §. 1. qui 21 † enim omne dicit nihil excludit. de ma. & obe. c. solite. Vnde talis refutatio ad omnia extenditur, etiam ad ea bona, quæ ipsæ filiæ pro legitima pe- 22 tere potuerunt. Nec ob. d. l. si quando. cum † loquatur quando fuisset relictum minus legitima, & ipsam acceptasset, & de eo fecerit refutationem, & 23 non de, alio alias † si fecerit refutationem generaliter de omnibus aliis bonis, quæ remanserunt pœnes ipsum hæredem: & tunc ipsam legitimam petere non possunt, nec agere ad eius supplementũ, ut probat tex. in d. §. & generaliter. ibi. nisi p hoc specialiter sint in apothecis siue in transitu scripserũt, vel pactus fuit ꝙ contentus de relicto uel parte data de eo qđ deest nullã hz quæstionem. Tum enim vr̃ de residuo refutationem facere, prout & in casu nostro fecit refutationem de omnibus aliis in dicto compromisso contentis, in quo omnia bona defuncti ueniũt. Sed posito sine præiudicio, ꝙ ipsæ filiæ per statuta non excludantur ab ipsa legitima, nec per compromissum, laudum, uel refutacionem: tñ ipsam legitimam amplius petere non possunt, cum prout præsupponitur, ipse fuerint consecute dotes, & ultra dotes uigore dicti conpromissi. & laudi tantum, quòd transcendit ipsam legitimam: in 24 † ipsa enim legitima computantur ipsæ dotes ut d. l. quoniam nouella. & l. oĩmodo. & etiã omnia alia bona ipsius Sauli ad eas peruenta ex donatione facta per ipsum saulum. C. de colla. l. illud. & per ipsos arbitros eisdem adiudicata, cũ eisdem, pro portionibus sibi debitis, uideant̃ adiudicata. ut d. l. si inter te. & me. ad hoc quòd no. in d. l. qm̃. & in d. l. omnimõ. & in d. l. illud, & in l. ut libe. C. de colla. 25 ex tali † enim cã, vcz, legitimæ uidẽtur ipsa bona eis adiudicata. cum tunc alia causa non subesset ad hoc quod no. ff. de rei uendi. l. quædam mulier. & C. de acquir. poss. l. 2. &c. Domi. Bnedi.

THEMA CONSILII CLXVI.

PVnctus. Fuit quidam testator, qui cõdẽdo suum ultimum testamentũ, inter alia legata & relicta in eo pluribus facta, fecit certa legata ecclesię sancti Francisci de Obseruantia, sub tali cõditione, ucz si fratres ipsius ecclesię reciperent ipsum ad sepulturam in ipsa ecclesia, in qua elegit sepulturã, alias, si nõ reciperẽt, uoluit dictus testator dictũ relictum non ualere nec tenere. Accidit postea, qđ ipe testator mortuus ẽ absq; cõfes. & cõione, nec illo ãno cõfessus fuit, nec corpus Christi assumpsit, put q libet fidelis tenetur, propter qđ non potuit in ecclesia sepeliri, & sic eidẽ fuit sepultura denegata. modo dicti Fratres uellent habere dicta relicta sibi facta: contra quos opponitur, ꝙ non possunt ea petere cũ sint relicta sub cõditione, si ipsum reciperent ad sepulturam, ꝙ cũ nõ fecerint, cõditio nõ fuit impleta, merito ergo nõ debentur eisdem, queritur modo pro parte dictorum Fratrum, an huiusmodi legata eis facta debeantur dictæ ecclesię.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum fratribus unius ecclesia sub conditione, si ipsi testatorem in sua ecclesia reciperent ad sepulturam, alias quod relictum non ualeret, an a dictis fratribus possit peti, & debeatur, si in ea testator non fuerit sepultus, prohibentibus constitutionibus, ut quia tempore mortis reperiretur excõmunicatus, uel interdictus.*
2 *Conditione nõ eueniente nõ est locus relicto conditionali*
3 *Testator potest de suo disponere prout uult.*
4 *Relictum factum fratribus de obseruantia, & sic incapacibus in dubio censetur relictum ad usus priuilegiatos, pro quibus capere possunt, & sic pro usu licito.*
5 *Christianus quilibet fidelis semel in anno debet peccata sua confiteri, & assumere eucharistiam.*
6 *Sepultura in ecclesia est illi deneganda, qui semel in anno non fuit confessus, nec Eucharistiam assumpsit.*
7 *Conditio de iure impossibilis de relicto reiicitur, & habetur pro non apposita.*
8 *Quarta de non sepultis debetur, quando eorum culpa, ut quia interdicti, uel excommunicati, non fuerunt sepulti.*
9 *Canonica debetur de relicto ecclesia pro sepultura, quantum cunque non fuerit sepultus, quia excommunicatus cum tunc habeatur pro sepulto in ipsa ecclesia, ut relictum ecclesiæ debeatur.*
10 *Pœna priuationis apposita super impossibili, de iure effectum non habet.*

CONSILIVM CLXVI.

Innomine domini, Amen.

1 Et si † uideatur prima facie dicendũ, ꝙ huiusmodi

legata non debentur, etsi fuerint relicta dictæ ecclesiæ nō simpliciter, sed sub cōditione, uidelicet, si illi Fratres reciperēt ad sepulturā & sic† sub cōditione, q cum non euenerit non est locus tali relicto vnde non poterit nec potest peti. ff. de uerb. sig. l. cedere diem. cum si. Secundo ex alio, quia testator ipse ipsa relicta non reliquit solummodo sub conditione, imo & ultra hoc disposuit, quòd si ipsi nō reciperent ad sepulturam, tale relictum non ualeret, nec teneret: quod cum euenerit, quia non receperunt: tale relictum non uidetur ualere, potuit 3 † enim testator de suo disponere, prout uoluit. C. man. l. in re mandata. Et de his quæ pen. no. l. unica. facit etiam ad hoc quod not. in c. in nostra. de sepul. & in l. si quis ad declinandam. C. de Epis. & cle. ibi per Bald. Per quæ uidetur, quod ipsi Fratres talia relicta consequi non debeant: & præcipue, quia ipsis Fratribus repugnat regula beati Francisci, ut patet in cle. exiui. de uerbo. sig. Contrarium tamē puto de iure dicendum, ut dicti Fratres de Obseruantia talia relicta consequi possit, & eis assignari 4 debeant, cum † in dubio censeantur relicta ad vsus priuilegiatos, pro quibus capere possunt, & sic pro usu licito. ut d. cle. exiui. §. ad hæc. & quod not. ff. de usu. & ha. l. plenum. §. equitii. Et hoc uoluit Bar. in c. 1. in 2. lib. Minoricæ. in 3. dis. & Bal. in auc. ingressi. C. de sac. eccl. & communiter tenetur, prout no. in d. cle. exiui. Ita quòd si ex forma dictorū relictorum aliud nō appareat, sunt ipsis Fratribus debita, & ea consequi possunt, Non obstante quòd ipse testator ea reliquerit sub ipsa conditione, si sepelirent eum in dicta ecclesia, seu eum ad sepulturam reciperent, Nam, cum, ut præsupponitur, ip 5 se † non fuisset confessus in anno, nec assumpserit corpus Christi, prout tenetur quilibet Christianus, secundum quod habetur in c. omnis utriusque sexus fidelis. de pœni. & remis. non potuit de 6 iure in dicta ecclesia sepeliri. Imo † & eidem dicta sepultura fuit & est deneganda, ut est expressum in d. c. omnes. Et cum non possit de iure in dicta

7 ecclesia sepeliri, dicta † conditio ut de iure impossibilis reiicitur, & habetur pro non apposita, prout est casus secundum unam lecturam in l. 1. ff. de condi. insti. & ut plenius not. ibi per Bart. & Ioan. de Imo. ad hoc etiam quod not. per Inno. in ca. in nostra. de sepul. vbi loquendo in simili, dicit, quòd 8 † debetur quarta de non sepultis, quando eorum culpa, vt quia interdicti vel excommunicati, non fuerunt sepulti. ad hoc etiam quod no. per Bald. in d. l. si quis ad declinandam. in fin. vbi dicit, quod 9 † quando fuisset relictum pro sepultura, debetur Canonica, quantumcunque non fuerit sepultus, quia excommunicatus, cum habeatur tunc pro sepulto in ipsa ecclesia. Et hoc etiam & clarius nouit do. Pet. in sua Canonica parrochiali in 6. ca. in ver. octauo quæritur. Dicens hoc procedere, siue fuerit relictum ipsi ecclesiæ pro sepultura, siue simpliciter, cum tunc pro sepultura videatur relictum prout voluit Innoc. in d. c. in nostra. Vnde debetur Canonica, cum & debeatur relictum, quantumcunque ibi non sepeliatur, cum non possit, cum talis conditio seu modus vt impossibilis de iure reiicitur per d. l. 1. vt plenius ibi per eum. Et cum reiicitur talis conditio, debebuntur talia legata: licet ipse testator in suo testamento disposuerit, quòd nō valeat non recipiendo ipsum ad sepulturam, cum 10 talis † pœna priuationis ita apposita super impossibili, de Iure effectum non habeat, prout est expressum in l. 1. C. de his quæ pen. no. &c. Domin. Benedic.

FINIS.

Consilia siue responsa in quotidiana atque vtilissima vltimarum voluntatū, substitutionum, ac successionum materia, per Clarissimum I. V. Doctorem D. Benedictum Capram, alias de Benedictis de Perusio ædita, fœliciter expliciunt.

LVDOVICI BOLOGNINI,

IVRECONS. CLARIS. AEQVITIS AVRATI ET ADVOCATI EMINENTISSIMI, ATQVE ADEO CONSISTORIALIS IN Palatio Apoſtolico, Conſilia,

SVMMA FIDE ET STVDIO RECOGNITA, AC SVMMARIIS, NVNC PRIMVM ILLVSTRATA.

CASVS CONSILII I. TALIS EST.

ILLVSTRISSIMVS Ac inuictiſſimus princeps ac dominus d. Philippus maria, vicecomes, dux Mediolani, tertius, olim, inueſtituit nobiles dominos Io. & Ioannem Franciſcum, fratres & filios quōdam magnifici domini Todeſchini de Federicis, camerarij ſui fideliſſimi: de certis bonis feudalibus ꝑ hæc verba formalia: pro ſeſe filijs & deſcendentibus in infinitum, maſculis in feudum gentile, honorabile, nobile, paternum, auitum, antiquum, & rectum: ita ꝙ naturã feudi gentilis honorabilis, nobilis, paterni, auiti, antiqui, & recti in omnibus & per omnia ſapiat & ſortiatur &c. Demum inde ad certum tẽpus dicti fratres diuiſerunt inter ſe dicta bona feudalia, & etiã omnia alia bona patrimonialia. quã diuiſionem approbare & confirmare fecerunt per illuſtriſſimũ dominũ d. Franciſcũ Sfortiã ducẽ Mediolani quartũ, cũ inueſtitura & ex abundanti de nouo per eundem, in eoſdem facta per verba de quibus infra etiã formaliter fit mentio. Et ſimiliter ſuccedente tempore idem fecit Illuſtriſsimus ac glorioſiſſimus princeps ac dominus, dominus Galeatius maria, dux Mediolani quintus. ꝑ verba, de quibus etiam infra fit particularis mentio: in quibus verbis habenda eſt diligẽs conſideratio. Ex poſt mortuus eſt præfatus dominus Ioannes de Federicis, relicto Ioanne Stephano, filio vnico ſuo legitimo & naturali, quia inueſtitus fuit de dicta parte paterna bonorum feudalium, quæ in partẽ obuenerant iamdiu eius patri: qui etiam Ioannes Stephanus ex poſt obijt relictis ex ſe nobilibus dominabus Beatrice & Blancha maria, filiabus ſuis legitimis & naturalibus. quas tamen eo adhuc viuente, inueſtiri fecerit de dictis bonis ti. dotis & donationis per illuſtriſſimum & excellentiſſimum dominũ d. Ioãnem Galeatium ducem Mediolani ſextum meritiſſimum, ut etiam in inſtrumentis ſuperinde confectis latius continetur. Quo Ioan. Stephano mortuo orta hinc eſt controuerſia de parte dictorum bonorum ſuorum feudalium iam conceſſorum, ut dictum eſt pro dotibus dictis ſuis filiabus, inter eas ex vna parte mediantibus earum magnificis & nobilibus dominis maritis: & ex alia parte inter nobiles dños de Federicis patruos d. Io. Steph. aſſerentes ſe debere præferri in ea parte bonorũ feudaliũ: vtpote in & de feudo antiquo paterno & auito &c. Econtra dicunt dictæ dominæ illa ad ſe ſpectare: vtpote q̃a hoc ſit feudum nouum, in quo frater non ſuccedit fratri. Et poſito, etiam, ꝙ eſſet antiquũ dicunt ſe inueſtitas titulo dotis & per conſequens fore potiores in eis bonis, & maxime etiam cum ſint inueſtitę ob merita paterna: & ex alijs pluribus cauſis, de quibus in proceſſu ſit mentio hinc inde. Quæritur modo quid iuris. & tenores inſtrumentorum ſunt inferius deſcripti particulariter in princ. cõſilij. ideo hic non ponuntur.

SVMMARIVM.

1. *Feudum quod nam dicatur paternum, auitum, vel nouum. Et quid operentur verba hæc appoſita in inueſtitura: Concedo tibi rem feudalem, in feudum paternum, auitum, &c.*
2. *Bonorum feudalium diuiſio, facta inter fratres, accedente domini conſenſu, an inducat nouum feudum. et nu. 5.*
3. *Prælatus an poſſit rem eccleſiæ, concedere in feudum. & nume. 22.*

4 *Frater an succedat fratri in nouo feudo. Et quid in aliis agnatis inferioribus.*

6 *Feudum an possit dari filiæ in dotem per uasallum, accedente domini consensu.*

7 *Qualitas noua apposita in feudo antiquo, an reddat nouũ feudum.*

8 *Verba ista: Pro sese &c. an in materia feudorum, denotent separationem: ita ut inuestitus uideatur sibi proiuè disse, & suis tantum descendentibus.*

9 *Inuestitura feudi infra quantum tempus peti debeat a filiis, post patris mortem.*

10 *Filia fœmina an possit inuestiri in feudo antiquo & paterno, ob merita paterna inuitis agnatis: ad quos alias deferebatur feudum uide & num. 12. 13. & 21.*

11 *Textus noui mira inuentio, in c. 1. in prin. de alie. feud. pat per Ludo. Bolog. per quem declaratur text. in c. 1. & 2. quemad. feu. ad fœmi. per. super quibus doc. fuerũt uarie diffidentisque opinionis.*

14 *Vel, dictio, quid importet.*

15 *Agnati omnes an succedant in feudo paterno, auito, & antiquo, excluso domino feudi.*

16 *Pacta extranea & insolita, an admittantur in concessionibus feudalibus.*

17 *Verba ista: ita tamen, & ita quod. quid operentur.*

18 *Verborum geminatio uis magna: maxime in feudorum inuestituris.*

19 *Verba ista: in omnibus & per omnia. in materia feudorum, importent ne omnem substantiam & qualitatem feudi.*

20 *Filii uerbum, in inuestituris appositum large sumitur. & nu. 23. 26.*

24 *Feudum nouum, an possit fieri antiquum, aut econtra, per pactum nouum.*

25 *Mediolani Dux, an habeat uim imperii in ducatu suo. Et quam late pateat eius uirtus & potentia.*

27 *bona concessa pluribus in feudum, an uideantur concessa cuilibet insolidum uel quomodo. & num. 31.*

28 *Feudum ubi continet aliquod indiuiduum, tunc est locus iuri accrescendi in indiuiduis.*

29 *Verba ista: utrunque, & alterum eorum. & posita in confirmatione inuestiture. quid operentur, & num. 32.*

30 *Alteruter, uerb. uarie sumitur.*

33 *Ius accrescendi, & an quando habeat locum in donatione imperiali.*

CONSILIVM. I.

Cor mundum Crea in me Deus, & spiritum rectum in noua in uisceribus meis: ut in præsenti famosa consultatione, ea quæ iuri & ueritati consona, sunt, in medium afferre ualeam. Tu enim nouisti abscondita, præsentia, & futura, & ultra me intentionem meam. secundum Angel. in consil. cxcvj. incip. de forma &c. in prima colum. & Ange. in consilio. xciij. incip. de emancipatione. &c. & in consilio. 160. incip. de uenditione &c. & in consi. 190. incip. incendium est ortum &c. in prima col. & in consi. 236. incip. de facto de transgressione &c. & in consilio. cclxxi. incipien. an ualeat compromissum, &c. & in consi. cclxxiii. incip. an quis possit petere prælaturã uel præbendã &c. in secunda col. in uer. tamen. qui papa &c. ubi dixit, quod intentio nostra solum nobis, & Deo nota est: qui solus est intentionis hominum scrutator. allegat. l. 2. ff. de interro. act. & cle. exiui de paradiso. de uer. sign. & gl. in §. alie. instit. de actionibus. Viso igitur primo instrumento inuestiture, iamdiu factæ de anno, Mccccxli. die. xvi. mensis Ianuarii, per felicis. memorie, Philippum mariam, uicecomitem, ducem Mediolani tertium, plusquam bene meritum, de certis bonis feudalibus in nobiles dominos Ioannem & Ioannem Franciscum, fratres & filios quondam domini Stephani, dicti todeschini de federicis, camerarij sui fidelissimi. ve indilectos suos &c. ꝓ ut in eo instrumento dicitur. & maxime de loco & castro, mero & misto imperio, & omnimoda iurisdictione terre cagnoli, uillarum & locorum sanctæ cristinæ, & casellarum diocesis mediolanensis &c. per hæc uerba formalia, pro sese filiis & descendentibus suis. & descendentium descendentibus in infinitũ masculis in feudum gentilem honorabile, nobile, paternum, auitum, antiquum & rectum: ita ꝙ naturam feudi gentilis, honorabilis, nobilis, paterni, auiti, antiqui, & recti in omnibus, & per omnia sapiat, & sortiatur &c. licet uerba in mandato emanato ab illustrissimo dicto domino duce Philippo maria, aliqualiter diuersimode sonent & non ita late, prout suprà tamen in hoc non facio magnam uim. nisi ut sciamus quomodo hæc omnia iacent. Nec non uiso etiam quodam laudo seu sententia arbitramentali lato, & lata ex post inter prædictos fratrès scilicet do. Ioan. & Ioan. Franciscum, super diuisione omnium bonorum paternorum. ac etiam bonorum allodialium, & feudalium, cum assignationibus & declarationibus ꝓceptis quæ hinc inde emanatis àb arbitratoribus concorditer per eos ad hæc electis, & deputatis, cum præsentia & approbatione in omnibus & per ominia per eosdemmet fratres facta & statim accedente per verba satis pinguia: licet potuissent esse pinguiora. Sed de hoc etiam non multum cura, cum uictoria nostra ex aliis multifariæ appareat. vt infra apertissime docebitur. Nec non visa confirmatione & approbatione dictæ primæ inuestituræ ex post emanata, & inuestitura ex post facta ex abundanti de nouo ex certa scientia & deplenitudine potestatis etiam absolute, motuque proprio de eisdem bonis feudalibus in eosdemmet fratres per fœlicis recordationis illustrissmum comitem Franciscum Fortiam, ducem Mediolani quartum, mediantibus eiusdem mandatariis. & procuratoribus ad hoc specialiter deputatis: videlicet domino Sillano de nigris, doctore Papiensi, eiusdemque consiliario, & Ticho simoneta, eiusdem secretario, in dictosmet fratres, qui iam possidebant & possederant ea bona feudalia separatim & pro diuiso per spatium decem annorum a die diuisionis vsque ad dictam secundam inuestituram. seu confirmationem. Quæ sonat per hæc uerba uidelicet supra scriptos Ioannem & Ioannem Franciscum fratres de Federicis, filios quondam suprascripti, Stephani dicti todeschini, & vtrunque & alterum eorum stipulantes & recipientes pro sese, eorumque & alterius eorũ filiis & descendentibus in per

petuum

petuum masculis inuestiuerunt & inuestiunt in feudum gentile, honorabile, nobile, paternum auitum, antiquum, & rectum: ita quòd naturam feudi gentilis, honorabilia, nobilis, paterni, auiti, antiqui, & recti in omnibus & per omnia sapiat & sortiatur &c. & prout latius in eo instrumento superinde confecto continetur. de anno. 1452. de 16. mensis Maii. Quæ verba vtrunque &c. & alterius eorum &c. diligenter notanda sunt. propter ea, quæ infra dicemus, circa significationem eorum, iunctis uerbis ibidem immedietate sequentibus, cum quibus iungi omnino debent; ut de se patet, dum dicitur recipientes & stipulantes pro sese &c. de quibus omnibus etiam inferius tractabimus. & in fundamentis nostris. & etiam in responsionibus ad argumenta facta per clarissimum do. Franciscum curtium consultorem dictorum nobilium fratrum de federicis. maxime in 11. argumento, ubi ipse se multum fundant in verbis prædictis vtrûque &c. l. alterius eorum &c. quæ verba ut infra probabo sonant. totũ cõtrariũ eius ad qđ allegant per eum, cum eius reuerentia, & ea retorque bo. contra eum. Nec non viso etiam instrumẽto comprobationis prædictæ inuestituræ secũdæ. & etiam de nono inquantũ expediret factæ de anno. 1458. diæ. 28. mensis Martii. de eisdem met bonis feudalibus per illustrissimum dominũ ac principem potentissimum & gloriosissimũ Galeatiũ Mariá, ducẽ Mediolani quintũ, per verba hoc formalia, uidelicet & ex certa scientia ac animo deliberato, nulloque iuris aut facti errore interueniẽte, & de plenitudine potestatis etiam absolute, motuque proprio Ioannem pizininum de federicis procuratorem & procuratorio nomine prædicti Ioannis pro locis cugnoli & casellarum, & dictum dominum Ioannem Franciscum pro castro loco & terra sanctæ Cristinæ recognouit, & reinuestiuit ac cognoscit, & inuestit de nouo, & inquantum expediat, inuestiuit cum eisdem separatione meri & misti imperii gladii potestatis, & omnimodæ iurisdictionis concessione &c. & in omnibus & per omnia. prout & quemadmodum vt permittitur inuestiti fuerunt ac eis concessum extitit per prælibatum quondam illustrissimum ducem Franciscũ, eius genitorem, seu præfatos dominos, Sillanũ & Cicbum procuratores & mãdatarios suos eius nomine. Quæ verba tertiæ inuestituræ confirmationis prædictæ diligenter etiam, ac magis atque magis notanda sunt. nam ex eis multum dependet virtus præsentis consultationis propter diuisionem ac distinctionem & separationem expresse factam per dictum dominum concedentem, recedente cõsensu dictorum fratrum inuestitorum de dictis castris, & locis, videlicet in dictũ Ioannem piaininũ procuratorem prædictum, pro dicto domino Ioãne tunc absente de locis cugnoli & casellarũ & in dictũ dñm Iannẽ Franciscũ præsentẽ, tũc de castro terra, & loco sanctæ Cristinæ &c. & sic fuit inter eos dño cõcedẽte axpressa diuisio dictorũ locorũ. quæ diuisio mirabiliter operatur, vt infra in loco suo ostendemus. & hoc non fuit cõsideratũ a dñis scribentibus in hac notabili consultatione. & iudicio meo aurea & multum facit ad rem. hanc ut infra docebitur. Necnon & uiso instrumento inuestiture distinctæ & separatim ex post factæ in dominiũ Ioannem Stephanũ filiũ quondam dicti domini Ioãnis prædefuncti pro se eiusque filiis & descendentibus ac successoribus masculis & legitimis, ex legitimo matrimonio lineaq; masculina natis & nascituris in infinitũ &c. de anno. 1470. diæ. 26. Aprilis iam præcedente, tunc & facta alia inuẽstitura seu saltem recognitione separatim in & p dictũ dominum Ioannem Franciscum, quã tñ non vidi. sed ex scripturis mihi porrectis eam fuisse factam colligi ante illam in Ioannem Stephanum factam. quæ non sit, etiam nobis satis est, quod extabat illa facta, anno. 1468. de qua supra dixi separata ab ista. Et viso etiam in instrumento inuestituræ ex post factæ per illustrissimum dominum ducem Mediolani Ioannem Galeatium, sextum, Modernum dignissimum, & dictũ do. singularissimũ, interueniente titulo donationis & dotis per dictũ do. Ioannem Steph. in nobiles dictas Beatricem & Blãcham mariam dicti Io. Step. filias legitimas & naturales, præcedente earundem emancipatione de parte illa bonorum feudalium iam obuentorum præfato do. Io. & ex post dicto do. Ioa. Step. eius filio, cuius inuestiture tenor in dictas filias, etiam considerandus est, propter ea quæ infra dictam in 2. fundamento meo principali. maxime in ea parte, dum dicitur in ea donatione seu confirmatione dotis seu inuestituræ, quòd propter merita earum & prædecessorum suorũ, & quod non posset tantum facere quin dictus Io. Ste. plus mereretur. & sic ex his dictus do. dux eã cõcessionẽ fecit, quæ uerba sunt diligentissimæ notãda ut infra patebit in processu. Et viso finaliter & mature considerato toto processu agitato hinc inde inter circũspectos do. fratres prædictos de federicis, filios dicti d. Io. Fran. videlicet do. Steph. I. V. doctorem & magistrum Euangelistam, artiũ & medicinæ doctorem, & Todeschinum, & Philippũ ex una parte agentes, & prædictas nobiles dominas Beatricẽ & Blancam mariam, ex altera parte se defendentes medietatibus vtriusque partis intercessoribus coram sacro & venerando collegio do. meorũ doctorũ Mediolanensiũ iudicũ ad hæc deputatorũ & uisa snia per dñationes suas superinde lata. Et uisis & consideratis consiliis clarissimorum in utraque censura virorũ & iureconsultorũ pro utraque parte factis & copiose & subtiliter celebratis: q̃ oĩa maturæ prospexi, ac percunctaui, prout in cã tanti & talis ponderis decet. Resecatis superfluis more meo, reducam me ad pauca pro ueritate ipsa appetenda: nouis equidem mediis hucusque intactis per præfatos do. consulentes & reducemus nos ad tutissimum & inexpugnabile fortilium, cũ paucis tamen verbis, inquantum poterimus, sed sentẽtia mea potestatem consultationem decidentibus. nã veritas in paucis cõsistit: quæ sapiẽtibus amica est quibus & inimica prolixitas esse cõsueuit. Et ostẽdam omnino dictos nobiles fratres de federicis fore in casu succumbentiæ nec de iure quouis modo bona feudalia p̃dicta, de quibus nũc agit, seu actũ est, eos obtinere posse. imo, vel ea fuisse delata ad illustrissimũ dñm ducẽ mediolani, mortuo d.

Io. Step. statim & apertam fuisse ei viam succedendi in eis, & per cōsequens vt de bonis suis iustissime & licitissime potuisse inuestire dictas nobiles mulieres, prout & eo modo quo fecit nec dicitur fecisse p̄iudicium aliquod propter hoc dicto do. Ioanni Francisco, nec eius filiis, stante delatione prædicta. & hoc tenendo feudum, istud, prout probabo, esse nouum. Et etiam tenendo, quòd essemus in feudo paterno & antiquo & antiquissimo. & sic non fuisse apertam viā succedendi præfato illustrissimo domino duci in eisdem bonis. adhuc probabo dictam inuestituram in dictas nobiles mulieres factam, valuisse, valere, tenete, nec posse dici eam esse in præiudicium dictorum fratrum de Federicis. nec eos iuste de hoc conqueri posse, & per consequens adhuc eam concessionem esse in viridi obseruantia. cum per eam non derogetur in aliquo iuribus ipsorum fratrum de Federicis: quia aliqua iura non habuerunt in eis, nec habent, saltem talia, propter quæ dicta concessio fieri de iure non potuerit. & vt ea facta dicatur præiudicare iuribus suis. & ob eam causam reuocata fuerit dicta cōcessio dictis nobilibus mulieribus facta ut patet ea literis ducalibus cessante ista causa derogationis iurium ipsorum fratrum, quæ iura non sunt, vt ea infra dicendis apparebit: concessio ipsa non intelligitur sublata imo durat illæsa. cap. cum cessante extra de appell. l. adigerc. §. quamuis de iure patro. cum si. Aggredior modo rem ipsam, & ex duplici capite solum & principaliter tuebimur iura præfati illustrissimi domini ducis, & effectualiter dictarum nobilium mulierum, ob confirmationem & inuestituram & concessionem eisdem ab illu. d. sua factam. Et primo, probabo in conuincibiliter & aperte, quòd dictum feudum, quantum est pro parte dicti do. Ioan. & ex post do. Ioann. Stephan. eius filii deuolutum fuit & est tanquam feudum nouum ad prædictum illust. dominum ducem, & ad eius cameram mortuo dicto Io. Stepha. quo dato apparebit liberas esse ades: quoad dictos fratres de Federicis. nec ipsi ius aliquod habent in ea parte bonorū feudalium, & sua non interest ea petere. Secundo ostendā, q̄ posito & tamen non concesso q̄ essemus in feudo paterno & antiquo, imo & antiquissimo, adhuc et p̄dicti fratres de Federicis non habuerunt, nec habent tale ius in ea parte bonorum, p̄p quod illust. do. dux non potuerit licite & iustissime, & lege permittente inuestiture dictas nobiles mulieres, prout fecit nec dicitur per hoc in aliquo derogasse, vel præiudicasse iuribus dictorum fratrum, nec cum eorundem iniuria aliqua hoc fecisse primo, cum hæc inuestitura seu concessio facta in fœminas, hoc casu fuerit facta adhuc uiuente do. Ioan. Steph. quo tempore nullum ius habebant dicti de Federicis. Secundo, si etiam post mortem eius facta fuisset, de iure fieri potuit, & non dicitur præiudicatum eis quoquo modo, cum talis concessio approbetur a lege. quæ lex nedum hoc præcipit seu domino feudi concedit, sed etiam tollit facultatem omnino dictis fratribus tāquam agnatis petendi seu reuocandi concessionem factam & ea bona feudalia stantibus rebus prout stant in casu isto & per consequens apparebit, quòd illud fuit factum lege permittente. nec princeps ob hoc damnari potest. l. Gracchus. cum si C. de adul. & hoc secundum demonstrabis dominos consultores pro parte contraria non bene intellexisse ea. in cap. 1. in tit. quem feud. ad fœmi. perti. & scrupulum appellatum per eos esse bene apertum & dissolutum, & sine scrupulo aliquo bene tersum. & adducentur casus aperti cōtra eos, in eo vltimo articulo, ad intellectum d. c. vni ei quem feu. ad fœmi. perti. quod non possunt cauillari. & maxime tex. in c. 1. in prin. in ti. de alie. feu. pater. quem text. non viderunt eo modo, quo sunat in veris originalibus, & prout ego uidere curaui, & etiā in c. 1. §. filia. in ti. de succ. feud. in vsi. feu. de quibus infra latius dicemus in loco suo, in quibus stat maxima virtus præsentis consultationis. Capio primum nec declinabo in dextram magis, quam in sinistram: sed iute medio tutissimus ibo. nam medium est laudabilius, secundum Bald. in consi. 43. In prima parte consiliorum suorum incip. ad euidentiam est præmittendum &cet. perstringendo breuiter tem ipsam. dico igitur † quòd posito quòd hoc feudum de quo agitur esset paternum & auitum, & antiquum, & quòd plus est antiquissimum, & nobile ad quod faciendum multa tamen requiruntur. super quo dominus consuluit dictorum nobilium de Federicis. s. præfatus do. Franc. curtius multa verba effudit. maxime in quinto eius arg. Attamen retorquendo hic contra eum dico, quòd ex eo quòd paternum est, potuit dari in dotem per dictum do. Io. Steph. dictis duabus filiabus suis iuxta no. per Host. in sum. de immu. eccl. in §. in quibus in ver. sed quæ est &c. & Ioan. An. & do. Abb. in ca. ex parte extra de feu. & dominum meum Alex. de Imol. in suo cons. 28. in vld. eoi. in fi. in quinto volu. & eo maxime accedente consensu domini, prout fuit in casu nostro iuxta no. per gl. & cōem sententiam relatam per moder. maxime do. alua. in c. 1. in §. donare tu ti. qualiter olim feu. ali. pote. vbi attestatur hāc esse communem sententiam. Vel aliter dico, & hic est secūdum fundamentū, q̄ statim mortuo dicto Io. Steph. deuolutū fuit omnino ad dictum illustrissimum dominum ducem, quia in tertia Inuestitura solēniter facta per dominum Galeatium mariā, in dictos fratres, distincta & separata fuerūt castra & loca prædicta feudalia, ponēdo. s. castrū & loca cugnoli expresse in partem ipsius domini Io. mediante Io. pizinino eius procuratore, & ponendo expresse castrū terram & locum sanctæ Christinæ in partem, & pro parte dicti d. Io. Francisci presentium tunc consentientium & acceptantium domino ita concedente & diuidente prout ea tenore dictæ tertiæ inuestituræ apparet. quæ concessio licet confirmet inuestituram, præcedentem in eosdem met fratres facta per ducem Fran. nihilominus, in ea inducitur illud & nouum pactum, & noua forma p̄p diuisionem expressam in eo feudo. ea quo resultat nouus contractus, & nouū feudum. ar. l. ab emptione in fi. ff. de pactis. ita in indiuiduo & in terminis nostris: & proprie in feudo honorabili paterno, antiquo, & auito, (quod plus est) antiquissimo, vero iam concesso, & ea post ita etiam per nouum dominum confirmato, & nouiter etiam concesso, vt paterno, & auito, antiquo, & antiquissimo, & honorabili, & pro masculis. & ab eis ex linea masculina descendētibus &c. & quod feudum uere erat ibi paternum, antiquum, & antiquissimum, & nō ita simpliciter ex uoto concedentis baptizatum. prout fuit

fuit in casu isto. Ita dico voluit Bald. in loco valde peregrino.& omnibus hinc inde dominis consulen tibus cum reuerentia incognito, scilicet in suo cõ sil. 117.in prima parte cõsiliorum suorum inci. ver ba inuestiture sic dicunt Salomonem &c. vbi pro prie & in indiuiduo & in terminis, de quibus nos agimus,& etiam in strictioribus consuluit d.Bald. dicens, ꝙ prima facie uidebatur dicendũ feudũ de bere dici,paternũ,antiquũ, & auitũ pp verba scri pture ita sonantis,prout hic sonant: & pp assertio nem partium iuxta l.cum precibus. C. de probat. & l.optimã.C.de contrahen.& cõmit.stip.& in l.il le aut ille.§.cũ in uerbis.ff. de leg. 3. tñ decidit, ꝙ imo efficitur nouũ feudum,ex eo, ꝙ infeudati con senserunt, ꝙ inuestitura a domino fieret separatim & distincta respectu dictorum bonorum feudaliũ nã secundum eum, tale pactum facit nouũ contra ctũ,& reddit nouum feudum,nõ obstante, ꝙ in in uestitura antiqua & noua diceretur feudum pater nũ,auitum,antiquũ,& antiquissimũ &c.& vere es set feudũ paternum,& antiquũ,& antiquissimũ.al legat tex.in d.l.ab emptione.in fi. de pac. ergo in proposito nostro illa separatio & diuisio horũ bo norum,facta in dicta tertia inuestitura de dictis ca stris,& terris in psonã dictorum fratrum particula riter & separatim, & p diuiso ita recipientium, & ad hoc expresse consentientium:& q. et p prius in ter se ea bona feudalia diuiserant anno do. 1442.& ita diuisa steterant bene per 30. annos continuos vel circa, a die prædictæ diuisionis celebratæ vsque ad diem dictæ tertiæ inuestituræ factæ per dictum illustr. do. ducem Galeatium mariam, de anno. 1468.die.28.Martij. Fecit omnino nouum contra ctum,& per consequens produxit,& creauit etiam nouum feudum d.l.ab emptione in fi. Nec dica tur mihi,quòd Bal.loquitur in abbate,& sic in præ lato ecclesiæ, qui non potest concedere rem eccle siæ in feudum &c.quia hoc est verum, nisi sit res so lita locari.& ita erat ibi prout expresse præsuppo nit ipsemet Bal. cui hoc non fuit nouum uel inco gnitum.vt in c.1.§.1.in ti.qui feu. da.pos. pro quo etiã facit ea,vbi fit in uestitura,& in ea aliquid in fa cto nouatur, dicitur nouum feudum saltem quoad infeudatos,secundum eundem Bal.in l.quoties.C. de suis & legit.ergo hæc illa expressa diuisio castro rum interueniens in inuestitura illa tertia fecit no uum feudum, quo ad dictos fratres saltem : & hoc non potest negari, & habet in se rationem appa rentem, quibus accedente consensu domini nõ est dubium potuisse præiudicari saltem respectu ipso rum,& de hoc nullus dubitat. Quo dato prout ne gari non potest, nulli dubium est, ꝙ mortuo dicto Io.& postea dicto Ioan. Step. eius filio aperta fuit via succedendi in illis bonis feudalibus prædicto illustris.do.duci nec dictus Io. Fran. & multo mi nus eius filij succedere poterant,nec poterunt,nec possunt,utpote in feudo nouo.iuxta tex. in ca.1.§. hoc quoque cum ibi no.in ti.de suc.feu. & firmant oẽs scribentes in c.1.in tit.de eo qui sibi & hæredi bus suis masculis,& fœminis.& Bal.in c.1.in ti.an agnatus vel filius in usi.feu.& Ang.in suo cõs.106. inci.Sanctissima & illustri.regi.&c.& do.Ab.in cõ sil.81.in 7.col.in primo vo.consi.inci.conditor om nium &c.quæ consil.do. Ab. ego ædidi alias in ci uitate Ferrariæ,dum ibi iura ciuilia de mane ordi narie legerem, anno domini. 1475. & idem uoluit Pau.de Cast.in cons. 156.inci.quòd istud feudum &c.& d.meus Alex. de Imo. in consil. 10. in tertio vo.incip. quid operentur illa uerba &c. & ita pro prie in terminis nostris: ꝙ propter illam qualita tem diuisionis bonorum feudalium, & consensum eorum qui ita separatim bona receperunt a domi no confirmante, etiam primas inuestituras, & ex post antecedente etiam pro feudo paterno auito, antiquo,& antiquissimo,& honorabili, &c. efficia tur nouum feudum,adeo quòd aperiatur uia succe dendi domino & excludantur filii & alii agnati.uo luit idẽ Bal.in d.consil. 117.in uerb.quid dicemus &c. vbi subdit ꝙ fratres tunc simul inuestiti cum il la bonorum feudalium diuisione seu distinctione, quod tali facto uidentur uoluisse magis prospice re sibi met,& descendentibus suis,quam sibi & fra tribus adinuicem . nec filiis alterius fratris cum de natura talis contractus secundum eum sit, quòd quis alteri non paciscatur.vt in cap. 1. §. sinautem vnus.in tit.qui feud.dare pos.& in l. si quis ita sti pulatus.§.Crisogonus.ff.de uer.obl. in ver. perso nam vero nunquam &c.& in l.stipulatio ista. §. al teri. ff. eod. tit. cum si. allegatis per Bald. in dicto consil. 117. multum singulariter & magistraliter loquentem, & proprie in terminis, de quibus nos agimus : quinimo & in fortioribus terminis sci licet in casu quo id feudum uerissime ab anti quo fuerat concessum, ut paternum, & antiquum, & antiquissimum & concedens nunc illud primo confirmauit tanquam paternum, antiquum, & an tiquissimum , & etiam reinuestiuit postea, prout in eo: vt de feudo paterno,& gentili,& legali,& an tiquo, & antiquissimo, vsque in perpetuum.ut pa tet in dicto consil. Bald. de quo nullus ex dominis consulentibus, ut supra. dixi facit mentionem. & mirum est: cum sit consilium ad rem nostram de brocha, & non posset esse magis accommodatum. Pro quo etiam facit ratio urgens. nam ex quo ve re hoc feudum,de quo agimus, erat nouum in sui prin.quo ad illos fratres: licet fuerit uerbo factum antiquum per dominum concedentem : tamen res de facili redit ad naturam suam l. si uuus §.pa ctus. ff. de pact. Nec dicatur mihi, quòd ex rela tione facta in illa tertia inuestitura ad inuestitu ram proxime præcedentem, apparet de contraria voluntate principis & in feudorum, propter ver bum utrunque &c. & alterum eorum &c. & alte rius eorum &c. in quibus uerbis dictus d.consul tor multum se fundat: & in eis satis se inuoluit: quia ego respondeo quòd imo ea uerba sonant in eundem finem,& effectum,quo ista, propter illud uerbum pro sese &c.ibi positum,prout infra dice mus clarius in intellectu secundæ & tertiæ inuesti turæ. & etiam in responsionibus nostris dandis ad vndecimum arg. dicti domini consultoris. Sed ad rem nostram nunc redeundo,ne exeamus princip a le propositum,dico ꝙ diligentissime consideranda est decisio Bal.in dicto cons. 117.in prin.& in fi.cõ silij. nam apponit gladium ad radicem huius quæ stionis : & seruit nobis singulariter in duobus.

5 Primo † quòd illa qualitas diuisionis & separationis bonorum feudalium factæ in tertia inuestitura cum consensu ipsorummet recipientium etiam in feudo antiquo, & antiquissimo, & vere, non autem per simplicem nuncupationem ipsius cõcedentis, facit omnino nouum contractum, & nouũ reddit feudũ. in quo frater nõ succedit fratri iuribus prælegatis. Secũdo, ꝙ adeo & taliter reddit nouũ feudũ, quòd mortuo vno ex inuestitis aperitur etiam via succedendi ipsi domino. & excluduntur fratres & eorum filii adinuicem, utpote in nouo feudo. & etiam filii fratrum in succedendo patruis cum unusquisque videatur ex hoc sibi & filiis suis solũ prouidisse, non autem fratri vel eius filiis: ut ibi per Bal. in uerb. in contrarium uidetur quia propter nouum tenorem &c. & in ver. tamen, quia cõsenserunt quòd inuestitura fuerit singularis pro se & hæredibus suis masculis tale pactum ualet in nouum contractum &c. & in fin. consilii, in uerb. ex his igitur, concludendo, sentio pro mona-

6 sterio &c. † Accedat ad confirmationem prædictorum. & ad ostendendum etiam nouitatem huius contractus & etiam nouum fuisse factum feudum in casu isto: quia prælibatus dux Galeatius maria ex post de anno. 1470. die. 26. Aprilis inuestituit prædictum Io. Steph. in sua parte feudi separatim & particulariter distincta de prædicto loco cugnoli & eius pertinentiis cum prius, etiam inuestiuerat: seu saltem recognouerat & receperat ad fidelitatis iuramentum sine dicto Io. Stepha. dictũ dominum Ioan. Fran. etiam separatim in sua parte feu. scilicet de loco prædicto sanctæ Crestinæ. qui do. Io. Fran. inuestituræ prædictæ & recognitioni sibi de sua parte factæ expresse tunc ut supra dixi, consensit & acquieuit. ex quo etiam confirmata fuit illa distinctio & diuisio bonorum feudalium: & sic factum fuit nouum feudum. Præterea in dicta ultima inuestitura in dictum Ioa. Stepha. facta fuit apposita alia noua qualitas, quæ etiam consideranda est in proposito nostro, pro inducendo nouo contractu. nam dicitur in ea pro se eiusque filiis & descendentibus, masculis & legitimis: & de legitimo matrimonio lineaque masculina natis. & nasciturís in futurum &c. quæ uerba sine dubio strictiora sunt, quam sint uerba aliarum inuestiturarum præcedentium nam dicitur in ista: & de legitimo matrimonio &c. ex quibus verbis dictus Ioan. Stepha. redditus fuit deterioris conditionis in succedendo, respectu suorum descendentium: quam esset dictus Ioan. Francis. respectu suorum descendentium. qui & si non ex legitimo matrimonio nati fuissent, sed legitimati expresse fuissent, ad feuda succedere potuissent eis: sed non filii & descendentes dicti Io. Steph. non legitimi, si legitimati fuissent: vt infra etiã dicam de hoc. & sic inducta est alia noua qualitas, quæ etiam reddit

7 nouum contractum & nouum feudũ. † Confirmantur prædicta ex alia noua qualitate inter ꝑdictas inuestituras apparente, q̃ similiter habet inducere in casu isto nouum contractum, & nouũ feudũ. nã vbi in prima inuestitura dr̃ pro sese filiis &c. ꝑꝑ q̃ verba, intelligebãtur ea bona cõcessa dictis duobus

8 fratribus pro dimidia, & maxime propter † illud uerbum sese &c. quod uerbũ multum importat. l. qui in futuro. §. si ex altera. ff. de pactis vt infra dicemus. Et etiam uidebantur ea bona concessa pro indiuiso. tamen pro dimidia cuilibet eorum, ut in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. reis. & in capi. 1. in titul. de fratribus de nouo bene. inuesti. & in l. si mihi & Titio ff. de uerb. ob. & uoluit do. mens Alex. de imo. in consi. 13. in ult. colu. in uer. nunc de tertio & ultimo dubio, &c. inci. an si vnus ex fratribus &c. & Bald. in consi. 129. incipi. considerandum est, quòd quãdo emphytheusis &c. in uer. sed tenor scripturæ sic dicit per sese &c. ubi propter hoc considerat uerbum sese, in materia nostra per denotanda separatione bonorum, in personã cuiuslibet, per text. in d. l. qui in futurum. §. si ex altero. ff. de pac. & in l. si unus in prin. eo. tit. Postea vero in secunda inuestitura dicitur & utrunque & alterum eorum stipulãtes & recipiẽtes pro sese. ubi repetuntur eadem verba pro sese &c. separationẽ denotantia, vt dixi: quæ verba regulat omnia illa uerba præcedentia, videlicet utrunque, & alterum eorũ, ut dicamus quòd uterque fuit inuestitus & recepit, & stipulatus est id feudum, pro sese separatim: tamen simul stipulando, & etiam alter eorum stipulans est pro sese separatim. & etiã separatim stipulando pro se & pro filiis suis. & illud verbum & alterius eorum filiis &c. ut est in instrumento inuestituræ, respicit illud uerbum alterum &c. quod præcedit ut dicat, ꝙ sicut alter separatim stipulatus erat pro sese & separatim stipulando. & ita etiã alter stipulatus fuit separatim, & pro diuiso pro filiis suis: non autem, quòd alter stipulatus sit uel esset pro filiis alterius & istud denotat illud uerbũ eorum &c. ibi posito quòd uerbum, eorũ, aperte declarat illud uerbũ alterius &c. quod uerbũ si nõ fuisset fortasse, si alia non obstarent, prout obstant, diceremus ꝙ vnus stipulatus esset pro filiis alterius: sed ex quo dicit alterius eorum. & iam supra proxime dixerat, alterũ eorũ. clarissime sonat, ꝙ unusquisque pro sese & suis filiis stipulatus est, & pro diuiso stante diuisione inter eos iam præcedẽte, bene per plures annos antea & tãto magis hoc colligitur fuisse de mẽte partiũ: cũ iã vt dixi diuisissent ea bona de anno. 1441. & steterant in separatione bonorum vsque ad illud tẽpus secundæ inuestituræ per decẽ annos. propter quod vnusquisque iam uerisimiliter conceperat sibi & suis diuisim, & particulariter prouidere ob eam diuisionem, & separatam possessionem per eos tentam.

9 † Quod etiam magis postea detexerunt: & ita dixerim oculi eorum aperti sunt: ex uerbis tertiæ inuestituræ in qua separatim & disiũctim inuestiti fuerunt a principe accedente consensu principis, qui non diuisisset eo modo, quo fecit si ipsi inuestitã non declarassent & aperuissent mentem suam ita fore. quo tẽpore tertie inuestiture iã erãt lapsi. 30. anni vel circa, a die diuisionis, quæ oĩa simul iũcta, inducũt oĩno nouũ cõtractũ, & quid noui in facto habent, & per consequens nouum feudum indubitanter, quo ad ipsos fratres. & ideo dictus Io. Frã. & eius filii fuerunt omnino & sunt exclusi a successione dicti feudi, vtpote effecti uere noui inter se, sine dubio ꝓut aperte decidit Bal. i d. cõsi. 117.

ubi

ubi loquitur de fratribus & de eorum filiis in terminis uostris exclusis, maxime in ver. nam dato quòd Salomon & eius filii potuissent dicto casu succedere &c. quod satis rationabile est, vt res de facili redeat in casu nostro ad naturam suam: ut supra dixi. nam hoc feudum de quo agimus non ab initio, erat nouum, & fuit factum antiquum per ipsum concedentem. vnde de facili potest & debet redire ad naturam suam. d.l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. Vnum tamen mihi occurrit nunc, quòd licet Bal. in d. consi. 117. loquatur in fratribus & in eorum filiis excludendis in succedendo inuicem, vt a nouo feudo inducto propter illam nouam diuisionis qualitatem in inuestitura apposită: de qua ibi per eum, & etiam in casu nostro considerata secunda & tertia & quarta inuestitura. tamen possemus dicere quòd respectu dicti Ioan. Fran. qui dictæ nouæ qualitati consensit in dictis inuestituris: licet liberas ædes omnino habeamus. & hoc negari non potest aliquo modo, ut mortuo dicto Ioa. & postea dicto Io. Steph. eius filio non posuisset nec potuit ipse quoquo modo succedere in ea parte feudi, vtpote noui & omnes reseruationes sibi factæ ex literis ducalibus nihil sibi profuerunt: nec prosunt, cum nullum ius ipse haberet in eo feudo, utpote nouo sine dubio, quoad eum, nec etiam requisitiones factæ per eum, vt inuestiretur de ea parte feudi sibi profuerunt nec prosunt. Nihilominus filii dicti Ioan. Francisc. forte possent dicere sibi fuisse & etiam fore apertam viam succedendi. cum ipso non consenserint dictæ diuisioni in dictis inuestituris, vtpote qui habeant ius quæsitum ex eis inuestituris, sonantibus in feudum paternum, antiquum, & auitum & cæt. Sed ad hoc ego respondeo. & hic etiam aduertite quæso: nam nulli dubium est, quòd dictus Ioan. Francis. vt dixi omnimodo exclusus fuit ipse a successione dicti feudi, vtpote noui quo ad eum & etiam dicti eius filii omnino sunt exclusi ex multiplici capite uolentes succedere ut agnati. Et primo quia Bald. in d. consi. 117. hoc expresse decidit, loquens etiam de filiis, ut uideri potest & hoc solum sufficeret ob eius authoritatem, nam alibi dixit Rapha. fulg. in suo consil. 25. in fi. incip. hæres filii grauati & capi. quòd iudex in iudicando non debet recedere ab authoritate Bald. & dicit etiam dom. meus Alex. de imo. in l. 2. in prin. de uulga. & pupilla. quòd Bald. est maxime authoritatis ubi non habet contradictionem. Et ipsemet Rapha. fulgo. in suo consi. 92. in 4. column. incip. punctum super quo consultatio &c. appellat Bald. doctorem excellentissimum & utriusque iuris lumen de quo Bald. plura dicere possem. sed pro nunc contentus ero, nisi quòd remitto me in hoc ad consilia Angel. eius germani, in quibus de eo sæpe commemorat extollit maxime in consi. 36. incip. nota nomina diuersarum sollennitatum & capi. ubi dicit eum esse unicum iuris professorem. & in consi. 58. incip. quidam paterfamilias & cæt. & in consi. 69. incip. secundo dubitatur &c. & in consi. 80. incip. Ioannes suum condidit testamentum &c. in consil. 150. & in consil. 225. Vel & secundo dicam, & princeps & ipsimet infeudati dederunt hanc nouam formam huic feudo. & omnes simul, & maxime princeps de plenitudine absolute potestatis hoc faciens cum consensu principalium infeudatorum iuxta l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. Nec ad hoc ob. si ad hoc diceretur subtilius considerando aduerte, quia princeps qui de plenitudine potestatis & cum consensu partium hoc fecit, & facere potuit, nouum feudum de paterno & antiquo: ipsemet in eadem tertia inuestitura fecit etiam feudum paternum & antiquum, & cum plenitudine potestatis: & motu proprio & capi. prout sonant verba eius concessionis: ergo vigore huius concessionis hii admitti debent in feudo vt paterno: quia ad hoc etiam ego respondeo quòd attenditur solum illud, quod feudum sit factum nouum de antiquo, cum hæc sint duo contraria secundum Bald. in d. consi. 117. & ratio est quia magis debet attendi illa nouitas feudi cum sic considerando res reducatur ad naturam primă. & in hoc magis etiam concedĕs conformat se iuri communi iuxta no. in l. quanquam. C. de testa. mili. & in l. centurio. ff. de uul. & pup. Vel & aliter respondeo dato, quòd omnia prædicta cessarent, sunt omnino exclusi filii dicti Io. Franc. ex alio capite: quia post mortem dicti Io. Step. cum Io. Franc. eorum pater esset exclusus, prout uere ipse sine dubio fuit & prout supra probaui debuerunt ipsi petere inuestituram infra annum & diĕ. iuxta ea quæ habentur in c. 1. §. præterea in titu. de prohib. alie. per fede. cum ibi not. per omnes, maxime, Iac. de bel. Bal. & Aluarotum. & in c. 1. in tit. quo tempore miles. sed cum hoc nŏ fecerint, fuerunt & sunt priuati iure succedendi. & potuit dominus alios inuestire, prout late declarauit Roma. in consil. 27. incipi. uiso themate mihi proposito & cæt. nec eis prodest petitio paterna. quia sua non intererat: nec ipse ut exclusus petere poterat l. quoties. qui satisd. cog. l. putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. Præterea, si forte uellent ut hæredes patris inniti in ea petitione, & non possent: quia nulla est, & dato quòd esset aliqua, opus esset quod approbarent patris factum in eo quod fecit feudum nouum iuxta l. cum a matre. C. de rei vendica. & bene consideretur, si adiuerunt ipsi hæreditatem paternam. & si possident bona peterna: quia excluderentur per not. in d. l. cum a matre. & etiam in l. fina. §. in computatione. C. de iure delib. cum simi. Nec etiam eos releuat si dicerent, se credidisse locum fuisse patri suo: non autem sibi quia iste error non excusat eos. & maxime cum succedendo tanquam agnati prout succedere uolŭt: dicuntur tractare de lucro. & de acquirendo de nouo. iuxta not. per gloss. in capi. 2. in gl. fina. in fi. in titu. de feudo. agni. & ibi per dominŭ Aluarot. in penu. colu. iuxta. l. regula cum ibi not. ff. de iur. & fac. igno. Vel & aliter possumus dicere quòd si prædicta non obstarent: quæ vere obstant, illa uerba: paternum, auitum, & antiquum, posita in omnibus inuestituris prædictis, respiciunt solum personas dictorum dominorum Io. & Ioan. Fránc. quibus indultum fuit per principes, vt sibi adinuicem succedere possent tanquam in feudo paterno, & antiquo: cum alias non potuissent: vtpote quo

te quo

te quoad eos nouo, & istud etiam confirmat
dominus eorum consultor in secundo eius argu-
mento in fine, licet non fuerunt apposita ea uerba
respectu filiorum suorum uel descendentium: cum
ipsi ut filii & descendentes sine dubio successuri
erant in eo feudo ut paterno & antiquo: & sic eis
ut ualentibus non erat opus medicis. Vel & aliter
possumus dicere, si uolumus, quòd ea uerba in
paternum & auitum etiam fuerint prolata respe-
ctu filiorum & descendentium: ut referamus sin-
gula singulis. scilicet ut concedens qui dixit pro
sese, filiis, & descendentibus suis &c. & qui omni-
no considerauit duas partes diuisas in eis bonis
respectu dictorum primorum infeudatorum pro-
pter illud uerbum sese &c. & p tex in l. reos. § cum
in tabulis. de duobus rei, cum aliis supra per me al-
legatis, & sic tacite diuisit & aliquando etiam ex-
presse. ut in dicta tertia & in quarta inuestitura &c.
uoluit feudum esse paternum, auitum, & antiquum
scilicet inter filios suos separatim succedentes. ta-
men in parte obuenta cuilibet patri suo de per se,
non autem uoluit, quòd descendentes unius fra-
tris succederet in parte alterius: sed, ut dixi, ea ver
ba uere & principaliter, & solum fuerunt apposita
respectu dictorum primorũ fratrum infeudatorũ.
quibus de nouo concedebatur & opus erat ut di-
ceretur paternum: ut ipsi sibi adinuicem succedere
possent. & ita illis primis fratribus tanquam dile-
ctis suis princeps hoc cõcessit: quos dilectos suos
appellat. & utpote benemerentes, & ex gestis pa-
ternis: & qui ambo tunc in rerum natura erant: sed
alii descendentes, non quibus satis fuit & est, ut ad
mittantur in partibes paternis separatim factis,
quas eorum parentes uidentur omnino fecisse sibi
met, prout fecerunt & in eis partibus uoluisse sibi
& suis separatim prouidisse, ut ex supradictis ap-
paret. & uoluit Bal. in d. consilio cxvij. in 2. col.
Et quas partes etiam princeps in ea prima inuesti-
tura fecisse uidetur per ea uerba, uidelicet, Ioan-
nem & Ioan. Franc. pro sese &c. quæ uerba, etiam
denotant quandam separationem: prout supra di-
xi allegando Bald. in d. consi. cxix. per tex. in l. quã
in futurũ. §. si ex altera. ff. de pactis. Præterea, con-
sidero aliud, quòd si uellemus successionem dari
in hoc feudo ipsis agnatis, melioris conditionis
essent ipsi, quam eorum primi progenitores, qui
non habuerunt feudum hoc, nisi pro dimidia. &
isti habere uellent in totum & per totum. Insu-
per melioris cõditionis essent etiam descendentes
dicti Ioan. Fran. quam descendentes dicti Ioan-
nis. Stepha. nam ad hoc ut isti succederent, opor-
teret esse ex legitimo matrimonio natos a princi-
pio, & sic legitimati non admitterentur, sed de-
scendentes ex parte Ioann. Franc. bene admitte-
rentur in portione Ioann. Stephan. ergo &c. & ex
hoc ut supradixi inductum est etiam nouum feu-
dum propter illam nouam qualitatem adiectam
magis, in una parte feudali, quam in alia. & hæc suf
10 ficiant quo ad primum caput † Secundo, principa
liter ex alio capite moueor posito & non conces-
so, quòd essemus in feudo paterno, & auito, & anti
quo, & quòd non fuisset constitutum nouum feu-
dum, prout uere est, per ea quæ supra diximus: ad
hoc dico quòd præfatus illustrissimus dux Medio
lani modernus, licite & iustissime potuit inuestire
dictas nobiles mulieres: prout fecit nec per hoc di
citur: de iure loquor. præiudicasse dictis nobili-
bus fratribus de Federicis, & per consequens lite-
ræ emanatæ ab illustrissima d. sua ad reuocationẽ
dictæ inuestituræ, in aliquo non obstant eis, cum
dicatur quòd mentis fuerit, & sit, non derogare in
aliquo de iuribus dictorum fratrum de Federicis
&c. nam si probatum est, prout probauit de non iu
re eorum per supradicta: & etiam docebitur aper-
tissime per infra dicenda: quòd iure medio & lege
permittente potuit fieri dicta inuestitura: non po
tuerunt nec possunt dicti fratres de Federicis iuste
conqueri, nec prætendere aliquod præiudicium si
bi fieri de iuribus suis. Et hinc etiam animaduertẽ
dum est in hoc secundo capite principali, nam stat
casus unus ualde singularis, inter alios in quo lex
dat licentiam & omnimodam potestatem domino
in feudandi fœminam etiam in feudo paterno &
antiquo, agnatis extantibus, quibus agnatis lex eo
casu tollit facultatem succedendi & potestatem cõ
querendi & bona feudalia aduocandi, per conse-
quens non possunt tractare de aliquo præiudicio
11 cum lex ita disponat casus † est diligenter no. in
c. unico in titu. quemadmo. feud. ad fœmi. perti.
qui tex. decidit quæstionem nostram, si bene & ma
ture subtiliter quæ ponderetur, intelligendo illum
tex. in feudo paterno, prout semper & bene iudi-
cio meo intellexit Ia. de bel. ibi & antiqui scriben.
maxime Di. & Ci. & etiam Iac. de bel. in c. t. §. hoc
quoque in tit. de succes. feudi. & do. Ant. de prato
ueteri optimus feudalis & feudorum reformator,
in sua diuisione in ultima parte in uerbo. fœmina
autem &c. & Rapha. cuma. in consili. xcix. in secun
da colum. incipienti. quædam possessio soli ta erat
&c. ubi allegat textu. in dic. cap. t. quem feud. ad
fœmi. perti. & clarius Rapha. fulgo. in consilio 4.
incipient. in feudo paterno: an posset &c. ubi re-
fert duplicem intellectum ad illum tex. de quibus
domini consulentes mentionem non faciunt & o-
mnes isti sunt doctores, quorum omnium autho-
ritas maxima est, & quorum opinio probatur aper
te in eo tex. dum loquitur de parentibus suis: nam
frustra ibi dubitaretur de reuocatione feudi fien-
da per agnatos parentes, si ille tex. loqueretur in
feudo nouo: & frustra diceretur ibi, utrum conce-
dens possit inculpari uel damnari, si loqueretur in
feudo nouo, cum in eo nec fratres nec etiam alii
agnati succedant d. c. t. §. hoc quoque de suc. feud.
& d. l. si mihi & titio cum ibi not. per. Barto. ff. de
uerbo. obli. & per Bar. in l. cum fundum mihi uen-
deres. ff. de actio. empti. & per dñm meum Alex. de
12 Imo. in cons. xvii. in v. uolu. Cum † ergo tex. ille di
cat quod filia uasalli propter seruitium & amorem
patris, potest inuestiri, dicamus ita in propsito no
stro quod cum dictæ nobiles mulieres fuerint in-
uestite propter fidem deuotionem & merita quam
& quæ ipse & maiores sui erga illustrissimum do-
minum Ducem statumque suum impenderunt,
&c. & sic nõ solum amor paternus & seruitium pa-
ternum intercessit, sed etiam merita propria ipsa-
rũ, ut in dicto instrumento cõtinetur, poterunt de

iure

iure præferri dictis agnatis, & maxime solū in parte paterna nec possunt dicti agnati prætendere aliquod præiudicium, cum lex hoc concedat. & isti est nerus intellectus dictis c. unici. propter ea uerba parentibus suis &c. de quibus supra. & etiam propter alia uerba ibi in fine posita, in uer. nec damnetur &c. quicquid dicant Pe. de ceruia & An. de isernia, & aliqui scriben. ibi quos refert & sequitur dominus Franciscus curtius consultor maior meus hon. in ultima parte consilii sui, dum loquitur de scrupulo &c. intelligentes illum tex. in feudo nouo. & aperte uiolantes illum tex. cui infra addemus similes alios, qui cauillari non possunt: & nemo eum reuerentia eos uidit. scilicet tex. in c. 1. in ti. de aliena. fend. pater. quem inferius ponemus. & text. in c. 1. §. si filii. in tit. de succes. feudi ubi sunt casus in terminis de hoc, quod dicit tex. in d. c. unico. quod declaratur aperte ab illis. & sunt casus non considerati in materia, qui sunt in ueris originalibus, quos ego oculata fide uidere uolui. & sunt in hac regia ciuitate bono. apud patres meos fratres prædicatores sancti Dominici

13 in eorum sacristia & omnibus patent † Plus dico ego quòd ille tex. in d. c. unico, potest intelligi siue inuestitura fiat in filia fœmina. suo patre uiuente & consentiente. siue eo mortuo. & tex. ille indistin cte loquitur & eius ratio militat omni tempore. Nec ob. tex. in d. c. 1. §. hoc quoque de succes. feudi, propter quem tex. aliqui doct. restringunt illū tex. in d. c. unico: dummodo mortuo patre hoc fiat: quia ille tex. loquitur, quando filia inuestiretur in præiudicium agnatorum a dño non præcedente seruitio & amore paterno, quod probatur, diligenter ponderando uerba illius literæ: ubi non fit aliqua mentio de seruitio & amore paterno. imo loquitur ille tex. bene ponderatus in casu prohibito. ut in uer. si frater meus alienauerit partem suam,

14 uel fecerit, inuestire filiam &c. nam illa † alternatiua, uel ostendit quòd illi erant duo casus similes ratione prohibitionis. Et istud habet in se rōnem, quòd filia possit hoc casu inuestiri licite & dño, saltem in ea parte tantum. contra alios agnatos, quia seruitium paternum & amor paternus erga dominum censetur esse filiæ: & propter hoc condecens est ut filia præferatur in iure suo feudali aliis agnatis quibus forte non tollitur ius suum. sed differtur casu, quo alia eos non excludant: prout excluduut in casu nostro, de quibus supra dixi, quæ non repeto: & sic patet quòd prouisio dicti c. unici cum similibus. non est ita dura, sicut uidebatur cū non tollat perpetuo ius agnatorum: sed deferat ob merita paterna filiæ fœminæ. Sed dato & non concesso, quòd tex. in d. c. unico non probaret hoc, qđ dixi, & intelligeretur in feudo nouo. adhuc ego allego casum in terminis, qui non potest cauillari in c. 1. in prin. in ti. de alie. feu. pater. ubi est casus ad hoc in uer. si tamen propter amorem patris &c. ubi tex. loquitur in feudo paterno ut patet in rubro & in nigro: & uult quòd ob amorem patris potest cōcedi fundum filiæ defuncti uasalli, etiam non consentientibus agnatis, nec ab eis potest reuocari, ut ubi: & hic nō potest cadere scrupulus: nec hic cadere potest aliqua dubitatio. uerba aūt istius literæ sunt hæc. c. Alienatio feudi paterni non ualet, etiā domini uoluntate, nisi agnatis cōsentientibus ad quos beneficium quandoque sit reuersurum, nec in filiam. si tamen propter amorem sui patris iam defuncti ipsam filiam dominus inuestierit, ualebit quod factum est, nec ab agnatis poterit reuocari. Ad idem allego etiam tex. in c. filia. in ti. de succes. fund. in uer. nisi inuestite fuerint. de fendo paterno. &c. Et ex his etiam tollitur obiectio literarum ducalium, dum dicitur in eis, quòd mentis sue fuit & est, non derogare iuribus dictorum fratrum de Federicis. nam de præiudicio eorum nullibi constat, nec constare potest: prout ex supradictis ap paret in primo & secundo capite principali: imo euidenter apparet de non iure eorum in ea parte feudi, de qua agimus. Ex quibus redditur fundatum ius præfati Illustri. do. ducis: & effectualiter & in consequentiam dictarum nobilium mulierum & redduntur euacuata & sublata oīa ea, quæ in contrarium adducebantur per tenentes & consulentes contrarium: quæ nunc particulariter de uno in unum tollemus pro clariori intelligentia ipsius cōsultationis, & ut constet omnia nos perscrutasse & uidisse licet ipsi hæc non uiderint, maxime illud au reum cons. do. Bal. & no. illum tex. in d. c. 1. de alie.

15 fen. paterni. † Et primo non obstat, dum dicitur per dominum eorum consultorem pro solidissimo fundamento & marmoreo, secundum cum, pro parte sua, quòd per illa uerba in omnibus inuestituris apposita, ualet in feudum paternum, auitum, & antiquum: ita ꝙ naturam fendi paterni, auiti, & antiqui, sapias, & sortiatur uim & effectum in omnibus & per omnia habeant &c. nā succedere possunt in istis bonis dicti nobiles de federicis exclnso domino feudi, & quibuscunque aliis: cum trita sit decisio, quòd feudo paterno, auito, & antiquo succedunt omnes agnati. c. 1. de succe. feu. c. 1. de gradi. succes. & c. 1. in fi. de feu. marchiæ. & in hoc nemo discrepat &c. Quia ad hoc ego respondeo, posito quòd ea uerba, paternum, auitum, & antiquum, &c. faciant feudum. quod uere est nouum, fieri antiquum, contrarium tenuerunt Oldra. Pau. de Cast. & Albe. de Rosa. & do. meus Alex. de Imo. in locis allegatis per dominum consultorem qui conatus est (cum reuerentia) satis cauillari eorum dicta. circa quæ non intendo nunc dicere, cum do ctrine ille omino uere sint, & clare loquanť, quòd istud assumptum domini consultoris non facit ad propositum, de quo nos agimus, quia hic, feudum primo erat & fuit nouum, & posito quòd esset & potuisset esse effectum paternum & auitum, ex nūcupatione concedentis: tamen post ea tempore succedente redit de facili æquidem ad naturam suam primeuam, & est effectum nouum per illam diuisionem, & nouam distinctioně bonorum in secda, & clarius etiā in tertia inuestitura facta, accedente consensu ipsorum infeudatorum principalium & dispōne ipsius principis ita facientis de plenitudine potestatis & motu proprio, per ea quæ supra diximus in primo fundamendo principali. & per consequens cessat obiectum. Vel secundo rñdeo. quòd posito & non concesso, quòd adhuc esset feudum paternum: & antiquum, prædicta procedunt,

cedunt, nisi filia fœmina vasalli prædefuncti inuestiretur a domino obseruantia, & amorem paternum prout inuestiri de iure potest non obstantibus agnatis, vt in d.c.vnico.quemad.fœmi.admit. ad feu.& melius in d.c. 1.in ti.de alie.feud.pater.& in c.1.§.filia.de suc.feu.& per hoc tollitur primum argumentum multis verbis ad idem tendentibus, per do. consultorem coadiuuatum. & maxime dũ dicebatur, per do.consultorem, quòd tenor inuestiture & priuilegiorum & contractuum & libellorũ & compromissi & sententiæ & testatorum, & similium semper debet considerari &c.nam ego fateor hoc sed retorqueo contra eum, quia tenor dictæ secundæ tertiæ & quartæ inuestituræ diligenter debuit & debet ponderari in casu nostro. Ex quibus declarantur & limitantur omnia iura loquentia de agnatis admittendis in feudo paterno & antiquo. nam procedunt nisi feudum, quod etiam vere esset paternum, & antiquum, & quòd plus est antiquissimum, ex post factum fuisset nouum propter qualitatem nouam superuenientem, & pactum nouum interpositum per dominum accedente consensu partium, prout hic fuit. Vel rectius loquendo per ipsas partesmet principales accedente consensu ipsius domini, cum clausulas, de quibus supra quæ operantur in præiudicium quorumcunq; maxime ad instantiam eorum, qui in feudo principales erant. & prima causa dictæ concessionis iuribus vulgaribus & sicut princeps ab initio potuit facere feudum assumere naturã & qualitatem feudi paterni, & auiti, & antiqui, tenendo opinionem domini consultoris contra Oldr. Pau. de Cast. Albe. de Ros. & Alex. de Imo. ita etiam eodem vinculo potuit tollere illas qualitates, & nouam formam in eo feudo ponere, & maxime accedente consensu vasallorum principalium, quibus, & propter quos concessio facta fuerat l.sicut C.de act.& obli. l.nihil tam naturale.ff.de regu.iur. nã nedum potuisset princeps imponere nouam formã & facere nouum feudum accedente consensu infeudatorum: sed etiam potuisset in totũ illud annihilare de plenitudine potestatis, etiam non concurrente cõsen-

16 su eorum. † Secundo non ob. aliud argumentum secundum eundem dominum consultorem ad idẽ tenendus, secundum eum dicentem, ꝙ pacta extranea & insolita contra naturam feudorum nunquã admittuntur, & tollerantur in concessionibus feudalibus: vt in c.feudum in tit.si de feudo fuerit contro.& in c.1.§.fin.in tit. per quos fiat inuesti. & in c.1.§.fin.in tit.quid sit inuesti. & in ca. 1.de feudo non habente propriam naturam feud.cum si. & ẽt voluit Bal.in d.c.1.§.hoc quoque. de succes. feud. & Bal.in l. 1.de re.diui.& do. Alua in ca. 1.de vasal. decrepi.æta.& in c.1.de gra.succes.cum ergo. post illa uerba in paternum, auitum, & antiquum &c.dicatur in his concessionibus, ita ꝙ sapiat & sortiatur naturã feudi paterni, auiti, & antiqui, quæ verba important pactum factum inter principes concedentes & dictos infeudatos, ut habeat naturam

17 antiqui feudi, debet hoc pactum seruari: † quia sicut dictio ita tamen &c.restingit & modificat vt in l.vbi adhuc.& ibi.Saly. C. de iure dotium. ita econtra dictio ita, quod &c.ueniens ad augẽdum & nõ diminuendum copulat & auget, & ampliat præcedentia uerba scilicet infeudum auitum, paternum, & antiquum, &c. maiori & efficaciori expressione mentis. & sic verba hæc secundùm dictum dominum consultorem sonant in pactum inter principẽ & infeudatum, quod seruari debet &c. Or ad hoc ego respondeo fatendo assumptum. sed tollẽdo in omnibus & per omnia prout supra dixi ad primũ argumentum quæ hic etiam conuenitur. Sed nũ in hoc secundo argumento non obmitto, quòd dicit dominus cõsultor ore proprie in finalibus uerbis huius secundæ argumentationis, quòd illa uerba in feudum paternum auitum, & antiquum. non operantur in fauorem descendentium, dictorum doctorum do.Io.& Ioannis Francisci, sed operantur solum in fauorem ipsorum fratrum inuestitorum: quia siue feudum sit antiquum, siue nouum, filii semper succedunt in infinitum, etiam si nihil dicatur secundum Bald. in d.c. 1.de feud. mar. nam dico ego hoc esse uerissimum, & ipsemet consultor proprie percutit se ligone suo. nam si ea verba solum operantur in fauore illorum primorum inuestitorum prout etiam supra dixi in fundamentis meis potuerunt dicti inuestiti tollere hunc fauorẽ suum, & ei renunciare accedente consensu principis, & potuit fieri nouum feudum, sicut eorum respectu illud pactum fuit appositum. & per consequens respectu descendentium omnino feudum stat paternum, quantum est pro filiis succedentibus patribus suis, secũdum ea: quæ supra diximus allegando Bal. in d.consil. 117. Et etiam posito, ꝙ non esset paternum & antiquum feudum, obstat adhuc dispositio.d.c. unici. quemad. feud. ad fœmi.pertin.& d.ca. 1. in prin.de alie.feu.pater.& in d.c.1.§.filia.in fin.in tit.de succ.feu. Vel & quarto dicas posito, quòd vocati fuissent agnati dicti fratres de Federicis sunt priuati ob inuestituram tempore debito per eos non petitam, & per alia de qui-

18 bus supra dixi quæ non repeto. † Tertio non obst. aliud quod dicebatur per do.consultorem, scilicet, quod illa uerba sapiat & sortiatur &c. geminata plus operantur, quàm simplicia uerba, secundum Bald. in l. precibus. in xv.col.C.de impub. & alijs substi.& in prima consti.fforum.in 4.col.cum multis alijs similibus adductis per dictum do. consultorem circa uerba geminata & importantiam, & etiam circa ea verba, vim naturam & effectum &c. geminata & etiam circa illa uerba in feudum antiquum, paternum, & auitum, &c. sæpius repetita, vt debeant multum operari &c. ut hic per eum multum se fundantem in geminatione uerborum. ultra quem allego Illustrem do. Franc. Arc. in suo cõsil. 74. incip. diligenter & mature ponderatis in 3. col. ubi põnit de importantia actus geminati dicẽs quòd fortius operatur, quàm actus simplex, ut ibi per eum, qui allegat ad his text. in l.cum scimus. de agri. & censi.cum si. etiam allego do. meum. Alex. de Imol. in consil. ccxiij. in viij. col. in 2.uol.incip. an princeps potest &c.& in consil.ci.in primo uol. incip. uisis instrumentis exemptionis.&c.& in l.3. in prin. ff. quòd quisque iur. & Paul. de Castr. in consil. clxxvi. incip. proponitur in facto &c.in consil.lxxxiiij. incip. quod præfata &c. Quia fateor hæc

esse

esse vera si non superuenisset noua illa prouisio concedentis, accedente consensu dictorum infeudatorum. quæ substulit & eneruauit effectum omnium dictorum verborum geminatorum. & plus etiam si triplicata fuissent. l. pacta nouissima. C. de pact. l. cum in plures. §. lege dicta. ff. locati. l. Valerianus. ff. de præto. stip. & facit bonus tex. in c. tres erant agnati in ti. de eo, qui fecit fidē agnat. & ita in terminis nostris voluit Bald. in d. consil. 117. in 2. col. ubi commemorat verba geminata in prima & in secunda inuestitura repetita, prout hic sunt in omnibus. Et tamen concludit ibi Bal. omnia ea verba esse sublata per nouam qualitatem appositā in inuestitura a sequenti prout latius dixi. Et vt dixit ipsemet consultor ea uerba fuere apposita in fauorem & respectu dictorum fratrum inuestitorū tantum. ergo sequitur quòd ipsi poterunt fauori suo renunciare. d. l. si quis in conscribendo. de pac. Nec dicatur, quod etiam in tertia inuestitura repetita sunt eadem mea verba, quæ respectu eorum debent operari: quia dico quòd non possunt operarari hunc effectum ob diuisionem factam per principem: qui esset sibi contrarius in eodemmet contra. l. 1. C. de fur. l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. nam quòd feudum sit nouum & antiquum in eodem instanti, & ex eodem respectu, hoc est impossibile, ergo &c. Quarto † non ob. illud quod dicebatur, quòd in tribus primis inuestituris habetur, in omnibus & per omnia sapiant & &c. nam ea uerba importāt secundum eundem dominum consultorem, omnem substantiā & qualitatem dicti feudi: per l. secundam. §. furiosus. & ibi per Angel. qui reputat illum text. ad hoc singularem. ff. de iure codi. & per Angel. in l. in negociis. ff. de regul. iur. & posuit Lud. Rom. in suo cōsil. 82. incip. quo ad id quod quæritur &c. Angel. in suo consil. 6. incip. si sententia lata &c. cum multis alijs de quibus per do. cōsultorem. & de quibus alias legēdo dixi ego post do. meum Alex. de Imo. in l. 1. per illum text. vbi est locus proprius. ff. de leg. 1. & sic illa verba latissime sunt interpretanda contra ipsum principem infeudantem, iuxta. l. fin. ff. de constit. princ. cum si. & dicit idem do. consultor quòd istud fundamentum cum aliis præcedentibus apponit gladium & securim ad arborem &c. quia ad hoc ego respondeo, quòd illa uerba in se valde prægnantia 20 sunt. & maxime cum aliis præcedētibus. Et † quo infero contra do. consultorem, vnum ex his verbis suis, quòd illud uerbum filiis &c. positum in omnibus inuestituris, debet large intelligi etiam in fœminis. & illa qualitas masculini sexus postea posita referri debet ad alios descedentes vlteriores in gradu. & hoc modo largior esset interpretatio & benignior respectu patris stipulantis filiis. & tanto magis, cum dom. consultor dicat hanc esse donationem Imperialem, iuxta. l. 1. C. si soc. imper. do. ut ipse uoluit infra in nono argumento suo, & ibi aliquid etiam dicam de hoc. Vel secundo respōdeo, quòd hoc argumentū & contenta in eo tollūtur eo modo quo prædicta alia hucusque sublata fuerunt. nam bene ea uerba mirabiliter operabuntur: si non interuenisset inuestitura illa secunda. & maxime etiam tertia inducens nouum pactum, & nouum feudum quo dato cessant omnia prædicta: hic est opus disputare de uirtute uerborum, cum qualitas illa superueniens & in secunda & in tertia inuestitura, ea omnia radicauerit, ut ex supradictis apparet. Quinto non obst. aliud quod addu cebatur, quòd vbi princeps concedit castrum nomine paterni feudi possidendum, licet feudum sit nouum, assumit tamen qualitatem feudi paterni: secundum Iaco. Ardi. in summa feudorum in uer. nouum. & nō paternum &c. sub rubricella prima. & Bal. in c. 1. in tit. de alien. feud. pater. & do. Alua. in c. 1. in tit. de gradi. suc. & in ca. 1. de nasal. decrepi. ætā. & do. meum Alexa. de Imol. in d. consil. 30. in 1. vol. incip. extant priuilegia &c. & in cons. 10. in 3. uol. inci. quid operent illa uerba &c. & in consil. 1. in 10. col. in 5. vol. incip. an stantibus verbis, & in consil. 29. in eo. 5. vol. incip. an succedatur in stirpes &c. cum multis aliis similibus, quæ breuitatis causa obmitto: quia respondeo non intrando nunc eam difficultatem, de qua per dictum dom. meum in d. consil. 10. in 3. vol. vbi satis superque satis disputat, quid operentur illa verba, auitum, paternum, & antiquum. & tenet quòd non immutant ueritatem, allegando Paul. de Castr. ita tenentem in consil. 154. incip. quòd istud feudum &c. & etiam respondet dominus meus multifariæ multisque modis ad theoricam dicti do. Iaco. Ardizo. & sequacium &c. nam dico quòd dominus consultor non bene nec fideliter allegat Bald. & alios in contrarium. nam loquuntur ipsi omnes in rege ipsi concedente. Sed dominus consultor loquitur & refert eos loqui in quolibet principe. quod nō est verum, vt ex verbis Bald. & aliorum patet in locis suis. Vel & aliter dicere possumus, quòd dato quod hoc procederet indistincte: uerum forte esset, si nō hæc qualitas feudi paterni auiti, & antiqui &c. in casu isto sublata tam respectu dictorum infeudatorum, quam respectu agnatorum. ut supra probaui in primo fundamento meo per secundam & magis per tertiam inuestituram factam cum distinctione bonorum, accedente consensu & uoluntate dictorum infeudatorum principalium, & qui fuere causa principaliter dicti feudi, vt dilecti pri-21 mo illo domino concedente. † Vel & tertio dicā, quòd posito quòd esset & remansisset feudum antiquum, & paternum, nihilominus potuit concedi dictis nobilibus mulieribus ob merita sua & suorum antecessorum, etiam extātibus agnatis prout sonat eorum inuestitura per text. in d. ca. vnico. & in d. c. 1. de aliena. feud. pater. & in c. 1. §. filia. in fi. in titu. de succes. feud. vbi sunt casus aperti de hoc qui non bene considerari: imo nec visi fuerunt. & maxime text. in d. ca. 1. in tit. de alien. feud. patern. quem ego nouiter detexi, vtpote positum in sacristia reuerendorum patrum meorum fratrum prædicatorum de Bon. cum quo etiam reperiuntur cōcordare multi codices, quos ego vidi in hoc nostro uetustissimo Bono. gymnasio, & in studiis virorum approbatorum: quorum aliqui viuunt & 22 aliqui mortui sunt. Vel † & quarto dicamus, quod do. Oldrad. & etiam Paul. de Cast. aperte decidunt istum casum in dictis consiliis, quæ uerba: licet dominus consultor conetur cauillare, dicendo quòd

loquitur

loquitur Pau. de Castr. in Episcopo, qui prohibetur infeudare rem insolitam infeudari. dico quòd Paul. de Castr. aperte loquitur in casu, quo Episcopus ipse omnino poterat infeudare rem illam. & certissimum erat per instrumenta antiqua rem illam fuisse solitam infeudari. ut patet in casu posito per do. Paul. de Castr. ante illud consil. 154. quem casum do. consultor recte non gustauit. Itaque do. Paul. de Castr. aperte decidit istud casum, si bene ponderetur decisio eius, & apertius do. Old. in consil. 178. allegato per eum, qui conatur cauillari etiam uerba eius. sed iudicio meo etiam loquitur ipse in terminis nostris, & seruit nobis eorum decisio. Non obst. etiam sexto loco principali, aliud fundamentum do. consultores, dicentis quòd feudum rectum & simplex dicitur esse beneficium, & quòd liberalitas & gratia in eo magis praeponderat, & ideo secundum eum latissime est interpretandũ, quo ad ea, quae soli principi afferunt praeiudicium: ut in d. l. fin. de constit princ. & in ca. decet. cum ibi not. de reg. iur. lib. 6. & sic haec concessio debet latissime interpretari in fauorem masculorum, cum nemini noceat nisi concedenti &c. Quia ad hoc respondeo, quòd assumptum in se uerum est: nisi concedens & illi quibus facta est concessio recedunt ab ea concessione: & aliam nouam faciãt secundum quam prima limitetur & declaretur, & quo ad quaedam tollatur, prout est in casu isto, per ea quae supra diximus. Vel secundo respondeo, quòd quomodocunque latissime, interpretetur hoc feudum, hoc nihil releuat: ex quo dicti fratres de Federicis sunt priuati, ex quo non petierunt inuestituram tempore debito. Vel & tertio respondeo, quòd praedicta procedunt, nisi praedictae mulieres fuissent inuestitae, prout de iure potuerunt inuestiri, per text. in d. cap. vnico. & in d. cap. t. de alien. feud. patern. cum his, quae supra dixi in secundo fundamento principali. Vel & quarto possum respondere quòd si haec est donatio imperialis, prout firmiter attestatur ipsemet dominus consultor in suo nono argumento, dicens hanc esse communem opinionem. iuxta not. in l. 1. C. si soc. impe. dona. lib. 10. debent filiae admitti in hac donatione imperiali. & † illud verbum filiis &c. postquam agimus de donatione imperiali latissime interpretanda, potest intelligi large tam de masculis, quòd de foeminis, & illa qualitas masculini sexus postea posita, debet referri ad alios descendentes ulteriores, de quibus in eis inuestituris fit mentio. Non † obst. illud quod septimo loco dicitur, quòd sicut per pactum potest fieri, quòd feudum antiquum fit nouum, ut in cap. 1. in fin. in tit. de eo qui fecit fid. agnat. & uoluit gl. & Bal. & alij scrip. in c. 1. in tit. Imperator Lotha. Eug. Papae 2. ergo a contrario feudum nouum potest etiam assumere qualitates feudi antiqui, & subrogari loco ueteris: quia militat eadem ratio secundum dominum consultorem interueniente consensu contrahentium & ordinatione ipsius principis concedentis: quia secundum eius ordinationem succeditur in feudo, ut in c. 1. de bene. fra. & in c. t. qualiter frater fratri in feudum succe. & ibi Bal. & in c. 1. in fi. de succes. feud. &c. quia ad hoc respondeo retorquendo istud argumentum de directo cõtra do. consultorem, & de directo in assumpto. quo, dum fatetur feudum antiquum posse fieri nouum interueniente consensu infeudatorum, vna cum consensu domini cõcedentis, iuribus praealleg. & maxime per tex. In d. c. t. qualiter frater fratri in feud. succe. in uer. nisi per inuestituram a domino ordinatum fuerit &c. quem tex. mirabilem reputat ibi Bald. ad hoc. nam per istam secundam. & magis per tertiam inuestituram habentem in se nouam illam distinctionem bonorum & qualitatem: & bonorum diuisionem, istud feudum quod erat antiquum, potuit fieri, & factum est uere nouum, & ultima derogant prioribus. l. pacta nouissima, C. de pact. & in proposito nostro proprie uoluit Bald. in d. consil. 117. Vel responderi potest, ut etiam supra diximus, quòd sunt exclusi isti ratione inuestiturae debito tempore non petitae. Vel etiam, quia istae filiae potuerunt hoc casu inuestiri. per tex. in d. ca. vnico. Nec obst. etiã illud quod octauo principali loco dicebatur, quòd concedens in inuestitura feudali, ubi apposuit illa verba in feudum paternum, auitum, & antiquum. ita ꝙ sapiat & sortiatur in omnibus & per omnia naturam feudi paterni antiqui &c. adiecit etiam multas clausulas maxime, scilicet de plenitudiã ne potestatis, & ex certa scientia, & motu proprio, quo casu potuisset facere etiam infeudationem de rebus non infeudalibus, iuxta no. per Bald. in praeludiis. feudo. in 8. col. cum similibus de cuius clausulae uirtute satis abunde ponit praefatus do. consultor: & etiam de ea clausula ex certa scientia. & ꝑ consequens nemo secundum eum, nisi obtusi ingenij, posset dubitare de hoc, nisi quaerens nodum in cyrpo. quia ad haec ego respondeo, retorquendo etiam de directo istud argumentum contra eum nã in secũda & magis in ea tertia inuestitura quae operata est nouum feudum propter illam distinctionẽ verborum. & propter nouam qualitatem princeps vsus est omnibus istis clausulis: & motu proprio. & ex certa scientia & de plenitudine potestatis absolute. vnde non potest quisquam ei dicere, cur ita fecisti. quando haec concessio nõ ualeat in uim feudi noui: ut dixit Bald. in dictis praeludijs feudo. & Paul. de Cast. in consi. 281. incip. primum dubium procedit, &c. in 1. col. † Non obst. illud quod nono loco dicebatur, quòd illustris. dux Medio. in suo ducatu obtinet locum supremi principis secundum quod proprie consuluit Pau. de Castr. in consil. 225. incip. super primo dubio, &c. in tertia & vltima col. & do. meus Alex. de Imol. in consil. 20. in 1. uol. consil. & in consil. 15. in 5. vol. consil. inci. an bona praesumantur feudalia, &c. & Ang. in consil. 193. incip. in causa accusationis &c. cum pluribus deductis per dictum do. consultorem, ultra quem potest adduci, illud quod consulendo dixit do. Card. loquens proprie de duce Medio. in consil. 125. incip. Petrus in testamento, &cet. in 2. col. vbi dixit, quòd est uicarius imperialis, habens merum & mistum imperium, & quòd potest donare res publicas & quem ego, ut dominum obseruo, & colo. Ex quibus infert unam secundum eum neruatam conclusionem, quòd cum in donatione seu concessione feudali facta ab Imperatore, Rege,

vel Principe teuente locum supremi Principis, ex cludatur semper infeudans per mortem alterius descendentis sine masculis, habet locum ius accrescendi seu ius non decrescendi, per text. singulare secundum Bar. ibi in 1.q. in l. vnica. C. si soc. lib. imper. lib. 10. & Bald. in l. vnica, §. in primo. in penul. col. C. de cad. tol. & Bald. & alii in c. 1. de fratribus de nouo benefic. inuest. & Ang. in l. vnica. C. quando non pe. partes. & do. meus in dicto consil. 30. in 1. col. inci. extant priuilegia, &c. & in d. l. si mihi & Titio. de verb. obl. & uoluit etiam illustris do Frã. Aret. in suo consil. pen. incip. diligenter pro quali tate temporis & breui &c. quia ad hæc respõdeo primo quòd contrarium expresse tenuit Cyn. & Sa sy. in l d. l. vnca. C. quando non pe. part. per iura, de quibus ibi per eos. Vel secundo dico, quod Paul. de Cast. & alii loquuntur in alio. Vel tertio possumus euitare hoc dicendo, quòd ex quo hæc est donatio imperialis, debet large interpretari. & p consequens † verbum, filiis, appositum in concessionibus intelligi debet etiam de fœminis. Et illa quali tas masculina, referri debet ad alios descendentes vlteriores. vt sic lata fiat interpretatio. Vel † quar to dicam, φ fortasse hæc procederent, nisi dicta cõcessio diuisa & disiuncta fuisset per ipsum concedentem, prout fuit in his concessio hæc in prima, & in secunda, ibi: sese &c. Et clarius in tertia inuestitura assignãdo partem suam separatim cuilibet dictorum fratrum. Ex qua assignatione videtur aperte dominus voluisse segregare unum socium ab altero, & tollere inter eos ius accrescẽdi, uel nõ decrescendi. & ita proprie loquitur text. in d. l. 1. si soc. lib. imper. a me põderatus in ver. ex his, quiqus a nobis communiter aliquid donatum sit &c. nam notandum est illud uerbum communiter, &c. maxime innõcto text. in l. fi. §. Lucius. ff. de leg. 2. & nota per Barto. in l. Quintus. ff. de annuis leg. & in consi. incip. Bitonensis &c. Sed plus etiam voluit glo. in d. l. 1. quòd ille text. procedat solum in liberalitate emanata a principe, nemine petente. & ita illum text. intellexit. Bal. in l. unica. C. quando nõ pe. par. Nec dicatur mihi, quòd in casu nostro mo tu proprio concedentium, hæc facta fuerunt: quia respondeo primo, quòd non proprie est hæc liberalitas imperialis, de qua loquitur ille text. in d. l. 1. sed sumus in feudis, in quibus aliqua seruitia pstantur. Vel posito, quòd omnia cessarent, debuit peti inuestitura suo debito tempore: quæ cum nõ fuerit petita per dictos fratres de Federicis, sunt priuati iure suo in totũ: & per totum. & hoc clau dit os omnibus, & omnia argumenta possunt euacuari hoc medio: ut in cap. 1. in tit. quæ fuerit prima causa benefic. amit. cum simil. Non obst. etiam illud quod decimo loco dicebatur, scilicet, quòd in concessionibus & inuestituris prædictis do. cõcedentes separarunt ea castra & loca, a quãcunque alia ciuitate, & iurisdictione & separatione sic facta, dispusuerunt quòd ea castra & loca cum suis iuribus essent, & intelligeretur vnum corpus de p se, & liberum & exemptum ab omni alia iurisdictione. & incontinenti inuestiuerunt prædictos do. Io. & Ioan. Franc. ex quo † infert do. consultor quòd ubi feudum continet aliquod indiuiduum, tunc in indiuiduis est locus iuri accrescendi, per glo. not. in c. 1. de duo. frat. de no. benefic. inuest. & Bal. in d. l. vnic. in pen. colu. & Sal. ibidem in 10. q. C. quando non pe. par. nam hæc procederent in valentibus hæc facere. Vel secundo ego fateor assumptum, nisi postea hæc omnia diuisa & distincta fuissent prout fuerunt per inuestituras & per alias de quibus supra dixi quæ nõ repeto. quæ tollunt omnia prædicta. in argumenta, iunctis no. per Bal. & alios in c. 1. §. præterea. in tit. de prohi. alie. per Fede. ubi voluit, quod omnia recipiunt diuisionem, nisi essemus in dignitatibus maioribus, ut ducatus & marchionatus, & similibus, vt ibi per eum & per do. Aluar. in versi. & ex prædictis infert Bal. &c. Nou ob. † etiam illud quod 11. loco dicebatur de verbis illis contentis in confirmatione primæ inuestituræ, & in noua inuestitura de nouo; tunc facta ad abundantem cautelam, per præfatum illustri. do. ducem Franciscum mediantibus suis procuratoribus ibi, dum dicitur vtrunque &c. & alterum eorum stipulantes & recipientes pro sese eorumque filiis, & descendẽtibus in perpetuum masculis &c. nam ex dictis verbis vtrunque & alterũ eorum, infert præfatus do. consultor, quod inter hos omnes habet locum ius accrescendi, seu non decrescendi: adeo quòd post agnitum emolumentum omnino alteri accrescit. secundum Bal. in c. 1. §. fin. in tit. de succes. feu. in final. verbis, vbi dixit, quòd si Petro & Ioan. concessa est res in feudum, & cuilibet eorum &c. vnus succedit alteri, per tex. in l. creditor. §. duobus. de leg. 2. vnde in proposito in hoc feudo admittendi sunt dictus Ioan. Frãcis. & eius filii masculi post eum. secundum eum ad hoc posset Apollo respõdere. Quia ad hoc ego respondeo, quòd in hoc domi. consultor vehementer fallitur ut supra diximus in fundamentis nostris, declarando ea uerba, vtrunque & alterum eorum, &c. eum illis verbis pro sese, &c. stante maxime diuisione præcedente per 10. annos ante: nec Bald. loquitur in terminis nostris: sed in casu, in quo cuilibet insolidum res concedebatur, non autem separatim. sicut dicimus in uerbo † alterutter. nam capitur diuersimode, secundum subiectã materiam secundum Rapha. Fulg. in consil. 229. in 2. col. incip. cũ nobiles de uno agerent &c. de quo verbo. vtrunque &c. Posuit etiam aliquid do. meus in cõsi. 175. in 6. nol. in 3. col. inc. si testatot filio instituto &c. ubi ponit an illud interpretetur ob destruendum mentem disponentis. † Vel aliter dicã. quòd ex quo tertia inuestitura omnino separationem inducit, tanquam ultima deroget secundæ. & licet eam confirmet intelligitur, præterquam in his, in quibus confirmans expresse contrarium disponit. nam impossibile est assignare insolidum illud, quod expresse diuidit & separat sed bene intelligitur dedisse partem suam cuilibet eorum, pro sese & filiis suis separatim, & insolidum, non ante totum integrum feudum omnibus. Vel & aliter dicamus, quòd ex eo per tertiam inuestituram facta est diuisio: quæ induxit nouum feudum intelligitur factum nouum, & transit cum qualitatibus insolidum. sed satis est uobis, quòd sit nouum, qđ non transit ad aguatos. Vel posito, quòd sit antiquum,

quum, potuit hoc facere, prout fecit per text. in d. c. I. in titul. de alic. feud. pat. cum aliis supra deductis† Noo obst. quod 12. loco dicebatur, quòd ea uerba alterins eorum filijs. &c. uidētur concedere cuilibet filio masculo eorum: quia illa dictio & alterius &c. attribuit rem vnicuique insolidum &c. quia ad hoc respondeo, quòd in dicta secunda inuestitura mihi porrecta, non dicitur & alterius eorum, sed dicitur eorumque filiis. sed posito, quòd adhuc esset ilud verbum, & alterius eorum, &c. regulatur per verbum illud, pro sese &c. † Vel dicam, tenendo, prout tenet dominus consultor, hác esse donationem imperialem, large interpretandá, intelligam illud verbum filiis, non solum in masculis, sed in fœmiois. nam verisimile est quemlibet dictorum fratrum voluisse prouidere suis omnibus in parte sua siue fœminis, siue masculis, stante illa diuisione bonorum per 10. annos citra facta. Non obstat 13. loco & vltimo quòd dicitur illud quod uerba omnia prædictarum inuestiturarũ obtinent vim legis & debent seruari, vt statuta ciuitatis per l. pen. cũ ibi notatis per Bar. C. de dona. inter vir. & vxo. cum si. &c. quia respondeo, quòd non inficior hoc; sed dico, quòd leges & statuta declarantur per eosdem conditores vel successores. quinimo dico, quòd si sumus in legibus gratiosis, prout attestatur do. consultor, large interpretandæ sunt ut intelligantur etiam de filiis fœminis, iuxta ea quæ habentur in l. fin. ff. de constit. prin. cum nulgaribus quæ in medium afferre possem, si iam mea oratio longins progressa non fuisset, quam statueram & prout supra in principio pollicitus sum. Ex quibus omnibns concludo nullum ius competere dictis nobilibus de Federicis: & reuerendos dominos doctores de collegio Mediolanensi recte & sancte iudicasse. Laus Deo clementissimo amen. Et ut supra scriptum est. consulo & iuris esse dico, Ego Ludouicus Bologninus, utriusque iuris doctor, & æques sacri palatii Apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia legens in hoc uetustissimo Bononiæ patriæ meæ studio. In quorum fidem propria mann me subscripsi, & solito sigillo signare iussi. Laus Deo amen. Huic consilio se subscripserunt quam plures præstantissimi doctores almi collegii nostri Bononiensis particulariter, videlicet dom. Cald. de Caldarinis, do. Hieronymus Zanetinus, qui etiam consuluit, do. Petronius de zagnis. do. Achilles volta, dom. Ludou. Grispo. do. Iacob. de bouc. & multi etiam docto. Italiæ præclarissimi, consuluerunt pro hac parte. ad fauorem dictarum nobilium dominarum: & inter alios do. Iacopinus de S. Georgio. do. Ambrosius de Opizonibus. dom. Barth. socinus, dom. Iason de mayno, do. Alex. de alexandris. Et pro ista parte iudicauit etiam maior pars doctorum venerandi collegii Mediolanensis, per multa iura & rationes, quæ in prædictis consiliis equidem elegantissimis continentur & uideri possunt. licet aliqui etiam in contrarium consuluerint tam Bonon. quam exteri. & maxime, veneraodum iuris ciuilis collegium Bononiense. quorum iuribus & rationihus ex supradictis clarissime responsum apparet. Ideo hic ponere non curaui. Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo, amen.

CASVS CONSILII II. TALIS EST.

ILlustrissimus dominus ac excel. Mediolani dux, &c. fecit uenditionem & datum insolutum, accessionem, & translationem ad proprium, liberam francam & absolutam ab omni ficto, censu, seruitute, præstatione, & onere alicui personæ. c. collegio & uniuersitati, communi, uel aliter quouismodo cuipiam, faciendis, præstandis, ac sustinendis specialiter Philippo bentiuolio, & ser Matthæo gua stauillano, illustris do. Ioa. bentiuoli de Aragonia, &c. procuratoribus & mandatariis specialiter ad hæc constitutis præsentibus ac pro ipso d. Io. pro quo ex abundanti uirtute antedicti mandati sui promiserunt sub obligatione omnium suorum bonorum. Nominatiuæ de arcæ, domibus, ędificijs, posessionibus, fundis, & bonis omnibus immobilibus, ac etiam mobilibus, pertinentibus ad munitionem arcis pro defensione uel offensione, & de uasis omnibus uinariis, quæ magnificus do. comes Pet. de uerme tempore quo mortuus est, tenebat & possidebat: tã in loco & territorio Mũgutii, plebis incini ducatus Mediolani, quã in locis & territoriis Cauogni: Colgiaphi, Luraghi, & Calpunii dictæ plebis, & partibus circũstantibus ac ẽt in loco & territorio Roncharoli agri Placẽtini, & bonis circunstantibus, conexis, cũ loco Roncharoli. Ac etiã honorãtiis & bonis S. Nazarii his modo & forma: quibus ab ipso comite Pet. posside bantur, quibus suis nominibus nũcupentur & coherentiis teneantur. quæ qualia, quantaue sint, hæc pro expressis prælibatus dom. uẽditor haberi vult, & declarat. Item de iuribus decimãdi ac decimare faciendi prædicta bona plebis incini, & partium circũstantium, & fructus decimales præcipiendi, & habendi, sicut prædicto tẽpore nominatus comes Pe. habebat, tenebat, gaudebat, & possidebat. Item de medietate lacus conseruii, siue Montagutii, uidelicet de aqua inferiore: sicut ipse comes Pe. habebat. Item de ficto & intrata aquæ superioris dicti lacus, modo quo supra. Item, de nemoribus seu buscis duobus, sitis in territorio Anzani, modo quo supra. Item, de omnibus immunitatibus ac exemptionibus tam respectu ipsius domini ementis, quam massariorũ & fictabilium: ac pensionariorum bonorum, & proprietatum

de quibus supra,& prout hactenus viuente p̄ fato comite Pe.erant,habebantur, tenebantur,& tractabantur. Itē, de omnibus iuribus asijs, accessibus, ingressibus, & regressibus, pertinentijs,datijs,pedagijs,honorātijs,pescarijs, regaliis, proeminentijs, & reditibus quibuscunq; dictis arci,castello,locis,& bonis supra nominatis spectantibus & pertinentibus:ac per præfatum comitem.Pe.legitimę propterea percipi solitis & haberi. Quæ quidem bona præfatus princeps ad camerā suā ob mortem ipsius comitis iure pertinere ex certa scientia declarauit & declarat, reseruatis tamen in præsenti veuditione pro excellentiæ sue camera,datijs mercantiæ, & ferraritiæ, & strate Gualdorum, quæ non sunt propria ipsorum locorum,& villarum:sed ciuitatum. quam quidem uenditionem & insolutū dationem, prælibatus Mediolani dux, cum prædictis,authoritate,licentia, consensu, & decreto vt supra fecit cum cesione iurium, translatione dominij, & possessionis constitutione,misione, & procuratione, ac possessione in locum,ius, & statum suum, & camerę suę: ita q ab hodierna die in antea nominatus do. Ioan.eiusque hæredes & successores,& quibus dederit,seu dederint,titulo huius venditionis, & dati insolutum prædicta bona & iura teneant,gaudeant, & possideant, & de eis facere & disponere posint, quicquid uoluerint absque contradictione præfati do. uendentis & insolutum dantis, nec alterius personæ,constituens.& cōstituit præfatus Illustri. do. venditor eius.d.Io. nomine dicta bona, & iura vendita, tenere ac posidere,vel quasi.Et hoc,quousque ipse d. emptor,& insolutum acceptor,intrauerit ac ceperit & apprehenderit ea bona, & iura,eorumque corporalem possessionem & tenutā quam pro suo arbitrio intrare, apprehendere,& retinere posit, etiam authoritate propria.Et uolens illust.do. venditor & insolutū dans constituere ipsum do.empto. & insolutum accipientem,vt supra,uerum do. & possessorem bonorum,& iurium ut supra venditorum & insolutum datorum & innominatū d.Io.seu prædictos eius mandatarios præsentes eius nomine stipulantes & recipientes dictis bonis & iuribus ac eorū dominio & possessioni vel quasi renunciauit: & sese exinde absentem fecit. Quare præfatus d. uenditor & insolutum dans, interuenientibus authoritate, decreto,licentia, & consensu suprascriptis,promisit,& uadiam dedit, obligando se & omnia sua bona,etiam ea quę nō comprehenduntur in generali obligatione, pignori prædictis mandatarijs eius.d. Io.nomine stipulantibus & recipientibus, quod semper & perpetuo in uerbo ac fide veri, & legalis defendet, guarentabit, authorizabit,liberabit, & disbrigauit ac libera tradet,dimittet,& relaxabit, ac manutenebit bona & iura, ut supra uendita & insolutum data:ac eorum corporalem possessionem & tenutam,vel quasi, dicto emptori & insolutum accipienti, eiusque hæredibus, & successoribus, & quibus dederit seu dederint ab omnibus personis communi, collegio, & uniuersitate.& a qualibet hypotheca, & dominio in forma communi, & iuris, & prout veri venditores: & insolutum dantes suo uero emptori & insolutum accipienti tenentur. & quòd defendet & exhonorabit ipsum d. emptorem & insolutum accipientem, eiusque hæredes & successores, a quibus dederit seu dederint ab omnibus, & singulis taleis, mutuis, & subsidijs, collectis, æstimationibus, conditijs, æstimis, impositionibus, & oneribus, quibusuis impositis, ac de cætero imponendis præfato d. emptori. & insolutum accipienti, uel aliquibus dicta bona & iura fuissent, uel fuisse dicerentur in toto vel in parte. & quod ponet ac inducet ipsum d. emptorem & insolutum accipientem, in corporalem possessionem,& tenutam.vel quasi dictorum bonorum & iurium. & a nemine occupatam ad omnem eius uoluntatem & insolutum dans faciet,obseruabit, & attendet suis proprijs sumptibus,& impensis,damnis,ac inter esse,atque soluet & restituet,prout in instrumento latius continetur. Facto & celebrato dicto instrumento, præfatus illustrissimus d. Dux pro executione contentorum in eo, fecit per eius specialem nuncium, & tubicinem induci in possessionem procuratores ipsius d. Ioann.rerum, quæ sibi vendiderat,vigore dicti instrumenti actualiter offensarū, & specificatarum, per dictos tubicinem & nuncium dicti d.Ducis,& per commissarium eius d. Ducis. itaque bona & specialiter ostensa, & designata per loca latera & confinia in instrumento tenta, & descripta, & maxime possessionis in uilla gulzaghi.quam d. comes Petrus tempore suæ vitæ usque in tempus eius mortis possidebat in dicta uilla Gulzaghi. quam d. Ioannes post factam sibi dictam uenditionem, & insolutum dationem ac tenutam, sibi specialiter datam, & ex ea recepta obedientia a massariis eiusdem de speciali commissione d. Ducis tenuit & possedit vigore dictæ dationis insolutum, tanquam bona,quæ posidebant per

d. comitem Petrum tempore suæ vitæ & mortis, tanquam possessionem sibi designatã per tubicinem & commissarium dicti do. Ducis. Stantibus modo prædictis superuenit quidã tertius asserens se emisse maiorem partẽ dictorum bonorum. de Gulzagho a d. comite Petro, tẽpore suæ vitæ, & ẽt d. comitẽ Petrũ illa conduxisse in liuellũ ab eo, videlicet vnã ex illis, in quarũ tenuta & possessione positus fuit dictus d. Ioan. vigore dictæ venditionis per speciales nuncios & commissarios dicti d. Ducis. & intrauit de commissione Ducali in possessione dictorum bonorum de Gulzagho eidem d. Ioan. in instrumento assignatorum. Stantibus prædictis, quæritur de duobus. Primum est posito, quòd appareret d. comitem Petrum vendidisse tempore suæ vitæ per plures annos, ante eius mortem dicta bona tamen. quæ idem d. comes Pet. permansit in possessione dictarum rerum vsque ad tempus suæ mortis, an dicta alienatio, si qua facta fuit per d. comitem Petrum, fuerit fictitia & simulata ex quo dictus emptor nunquam possedit actualiter, sed venditor & sic præsumitur de iure. Secundum dubium est, posito fine præiudicio, quòd dicta bona vendita per d. comitem Petrum possent vendicari per d. emptorem a prædicto d. Io. an illustris. d. Dux qui vendidit & dedit insolutum dicto d. Ioãni, teneatur ad defensionem dictarum rerum quas tenebat & possidebat d. comes Petrus, vsque in tempus suę mortis. Et præsertim, q. post dictam venditionem factam dicto d. Io. de speciali commissione ducali dicti procuratoris d. Ioan. fuerunt positi in possessione dictarum rerum nominatim, & particulariter. Et attento maxima, quòd ipse Dux voluit, quòd omnia bona quę possidebantur & tenebantur per d. comitem Petrum, tempore suę mortis, comprehenderentur in dicta datione insolutum, & asseruit & conuenit illa esse vacua, libera, & expedita ab omni affictu, liuello, grauamine, & onere, & a quacunque persona, & sic illa promisit perpetuo liberare, manutenere, & defendere, prout superius in narratione instrumenti continetur. Et attento etiam, quòd si talia bona quæ nũc vendicantur, non fuissent comprehensa in dicta venditione facta dicto d. Ioanni residuũ de dicta terra Gulzaghi, veniens in venditione, esset modici valoris, & non remaneret de sex partibus vna dicto do. Ioanni de rebus dictæ villę Gulzaghi.

SVMMARIVM.

1. *Contractus, legem accipiunt ex conuentione partium.*
2. *Venditio facta iisdem modo & forma, quibus talis, puta Titius, tenebat & possidebat, an intelligatur iure proprio: an vero eo modo, quo ille tenebat, & num. 5. 7. 9.*
3. *Prout, dictio, est similitudinis, & identitatis significatiua. Limit. num. 10.*
4. *Textus dictum: dico prout alias dixi. quomodo intelligatur.*
6. *Verba ista: franca, absoluta, & libera ab omni censu datijs, & c. quid operentur in contractu maxime emptionis & venditionis. & nu. 15.*
8. *Qui, relatiuum, iunctum verbo futuri temporis, dispositionem importat non conditionem. Limit. nu. 17.*
11. *Fides, maximum est in principe ornamentum.*
12. *Verba ista in contractu emptionis & venditionis apposita vendo ad proprium, quid importent.*
13. *Verba ista: vendidit, & tradidit quid operentur in contractu venditionis.*
14. *Venditor quando teneatur vendere rem iure proprio. Et quando solum ius, quod habet in re.*
16. *Venditor an & quando teneatur disbrigare, defendere, authorizare & c. emptorem.*
18. *Possessionis appellatione, an veniat naturalis, vel ciuilis, tantum.*
18. *Clausula in fine posita, quando referatur ad omnia præcedentia, & quando non, num. 10. & 21.*
22. *Verborum istorum: secundum pristini temporis morem quid importent.*

CONSILIVM II.

Cor mundum Crea in me

Deus: & spiritum rectũ innoua in visceribus meis: vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati consona sunt, in medium afferre valeam. veritas. n. habenda est ad vnguem, si potest: alias remittitur iudicis subtilitati discutienda, secundum Bald. in consil. 18. in fin. incip. Ius hoc si dicit &c. in prima parte consiliorum suorum. Viso igitur puncto mihi porrecto: nec instrumento venditionis & dationis insolutum: ac cessionis de arce, domibus, ædificijs, possessionibus, fundis, & bonis alijs mobilibus & immobilibus, &c. facto per illustrissimum & excellentissimum inuictissimumq; principẽ: & dominum d. ducem Mediolani &c. procuratoribus & mandatarijs illustris domini ac magnifici & generosi æquitis domini Io. de Bentiuoliis, de Aragonia &c. armorũ ducis &c. Et visis ac diligenter cõsideratis omnibus aliis ad præsentem cõsultationẽ facientibus. Prima facie videtur dicendum præfatum illustrissimum do. d. Ducẽ non teneri: nec obligatum fore in aliquo dicto d. Io. emptori ratione eorum bonorum euictorum, & quæ, vt fertur, tertius quidam asserit se emisse a magnifico do. comite Petro de verme, tempore eius vitæ. & quod dicitur postea dictum do. Pet. ab eodem tertio in liuellum conduxisse, &c. & latius prout in dicto themate mihi tradito fit mẽtio. Et 1 moueor primo, quia contractus ex cõuentione partiũ, legem accipiunt, vulgata. l. 1. §. si conuenerit. ff. depos. l. legem. C. de pact. & ideo dicimus, quòd si ab initio actum est, ut unus sit obligatus in contractu, alter vero non, non ualet talis conuentio: sed bene valet

let contractus conditionalis seu modalis & interim non potest aliquis ab eo resilire, cum sit celebrant gratia utriusque. l. hæc uenditio. ff. de contrah. emptio. l. 3. cū glo. ff. de seruis expor. l. in executione. §. fin. ff. de uerbor. obliga. & latæ explicat dominus meus Ale. de Imol. in consi. 40. in 6. uol. incipien. domini redemptoris nostri innocato suf fragio. Circa primum uideretur prima consideratione &c. Sed ita est, quòd inter præfatos dominos contrahentes duo inter alia conuenta & dicta fuerunt. Primo, quòd uendebantur præfato domi. Ioan. seu eius procuratoribus vel mandatariis & dabantur insolutum ea bona: quæ magnificus do. comes Petr. de nerme tempore quo mortuus est tenebat & possidebat &c. Secundo in eodem instrumento aliud & fortius, in quo maiorem vim facto, dictum & conuentum fuit inter eosdem, videlicet quòd vendebantur & tradebantur in solutum dictis procuratoribus dicto nomine, ea bona, his modo & forma: quibus & prout ab ipso comite Petro possidebantur &c. Et idem affectualiter repetitur statim in ca. sequenti. in ner. item de iuribus decimandum ac decimare faciendi prædicta bona plebis incini: & partium circunstantium & fructus decimales præcipiendi & habendi sicut prædicto tempore nominatus comes Petrus habebat, tenebat, gaudebat, & possidebat &c. Et in uer. item de aqua inferiore, sicut ipse comes Petrus habebat &c. & in aliis capitulis sequentibus, in quibus semper fit repetitio illius qualitatis. sicut & prout dictus dm. comes Petr. tenebat & possidebat &c. & hoc fit expresse, & aliquando saltem tacitæ: prout ex inspectione dictorum capitulorum rectæ intuendo clare dignoscitur. Ex quibus 3 omnibus † verbis simul iunctis, & tantum & totiens repetitis, & etiam separatim & de per se sumptis datur apertissimæ intelligi, quòd prælibatus Illustrissimus do. dux Mediolani, non voluit aliter teneri vel obligari. nec aliter vendidit, nec vendere noluit ea bona de quibus in d. instrumento fit mētio, nisi eo modo, & forma, quibus & prout ab ipso comite Petro tenebantur, & possidebantur ex prædictis apparet. Ex quo necessario nunc infero, quòd si iure dominii seu proprietatis uere possidebantur, per dictum comitem Petrum, eodem modo & iure a tempore dicti contractis ei tra spectarunt & pertinuerunt & de præsenti eodem iure spectant & pertinent ad præfatū Illustri. dominum Ioa. emptorem. Si uero iure liuelli, uel usufructus, vel usus, vel alio quocumque maiori vel minori ti. vel causa, spectarunt, & possessa fuerunt per do. comitē Petrū, eodē modo debent nūc teneri & possideri per eūdē do. emptorē. & hic est q̄ sonare uidentur uerba dicti contractus in pluribus eius partibus. Adeo q̄ etiā possemus ex his attentare, q̄ si aliqua ex dictis bonis in dictia territorijs collocata nullo iure spectassent, nec pertinuissent ad d. comitem Pet. nec per eū tenta nec possessa fuissent tempore mortis, & libere a se ea abdicasset, similiter nō pertinerēt: nec spectarent mō aliquo ad dictū do. emptorem. & hæc est propria & uera natura relationis. l. asse toto. ff. de hære. insti. l. edita. cū ibi no. in uerbo prout. & hoc ibi uoluit Bar. in pœn. col. & ēt Bal. ibidē in 38. col. C. æden. & est etiam text. in l. prout. de solu. & in c. si duo. §. fin. de procur. lib. 6. & voluit etiam Bart. in extrauag. ad repri. in verbo prout. & Bal. in l. 2. C. de erro. aduo. Et ideo multam singulariter in proposito nostro, dicebat Ange. in consi. 11. incip. in nomine domini amen. si dictus Ioānes, &c. quòd si quis in testamento suo legauit cuilibet filiæ suæ ducenta, dicendo prout Petrus in testamento suo legauit &c. Videtur reliquisse ducendum cuilibet filiæ cum eodemmet onere restitutionis: quo Petrus illæ primus lagauerat. † Nam secundum Ang. illa dictio prout &c. est dictio similitudinis, & q̄d plus est, secundum eum est dictio significatiua identitatis. & ita uoluit etiam celeberrimus dom. meus Alex. de Imo. in consi. 3. in 1. col. in 2. vol. incip. de materia generalis absolutionis &c. & in consil. 39. in 7. colu. in 5. volu. incip. an succedatur in stirpes &c. & in consil. 179. in 3. col. in eodem quinto uol. inci. an id quod datum est &c. & in cō. 46. in 5. col. in 2. uol. inci. quid probādū sit cōtra illū &c. & in consil. 106. in 5. vol. in 3. in volu. incip. redemptoris &c. & in consil. 41. in 1. nolu. in 6. col. incip. redemptoris innoc. &c. Licet de Angel. mentionem non faciat ubi concludit, quòd ista uerba de sui natura sunt limitatiua & restrictiua, & allegat Bar to. in d. l. edita. in pen. col. de eden. Ad idem facit, quod not. Bald. in suo consil. 159. circa princip. in prima parte consil. incip. constitutio patriarchalis 4 &c. vbi dicit, quòd denotat tempus & qualitatem allegat text. in d. l. edita. de edend. † Præterea ad idem vltra do. meum ubi supra faciat illud, quod dicimus in teste deponēte seu dicente: dico, prout alias dixi. uel prout alias Petrus deposuit. nam uidetur limitare & regulare sermonem suum, secundum alias dicta per se, vel per alium. d. l. asse toto. de hære. insti. & l. si ita scriptu. ff. de condi. & demon. & no. Barto. in terminis in l. eos. ff. ad l. Cor. de fal. & Bal. in l. iurisiuran. & in l. fin. C. de testi. & Bald. in l. gesta. C. de re iudic. & Pet. de Ancha. in cle. testibus. extra de testi. & do. Anto. in c. cum in 5 tua. eo. ti. cū multis aliis similibus: quæ breuitatis nunc omitto. Ex † quibus uidetur dicendum, redeundo ad rem nostrā, q̄ ex quo in dicto cōtractu venditionis præfatus illustris. dux Mediolani nen dixit ea bona per illa verba: his modo & forma &c. & sicut &c. & prout hactenus viuente præfato comite Petr. possidebantur ab eo, &c. limitate ea uendit & restrinxit valde venditionem prædictam de dictis bonis per Illustr. d. suam factam. adeo, q̄ si de dictis bonis aliqua repetiuntur fuisse liuellaria, vel alio titulo ab eo com. Pet. tenta & possessa, uel alienata, debent eodem iure limitato esse nunc apud dictum magnificum do. emptorem: qui de se magis conqueri seu de eius procuratoribus uel mandatariis posse uidetur quam de alio. & cui uidetur merito dici posse: Disce cautius negociari &c. l. in ciuilem. C. de furt. cum simi. Nihilominus prædictis non obstantibus, quæ uere non obstant, si recte & subtiliter ponderentur in contrarium peto fore veritatem. Sed anteqnam aggrediar rem ipsam principale, & decesionem præfatis cōsultationis, pro ostendenda indubitata iu

11 tes inducatur decepti. † Sexto præmitto, aliud ꝙ nihil est, quod magis præfulgeat in principe, quã recta fides tex. est in epistola inter claras. C. de sum. trin. & fid. cath. & in ꝓposito nostro ipsemet illustris. dux. Mediolani, prout fui semper moris fuit & suorum illustrissimorum ꝑdecessorũ, & est, attestatur in hoc præsenti contractu in uer. ꝙ sem ꝑ & perpetuo in uerbo ac fide ueri & legalis &c. Postremo præmitto, quòd exteriora indicant interiora, & subsequentia ꝑcedentia. ut in §. pauo num. instit. de rerum diui. sed cum post uenditionem prædictam fuerint procuratores præfati do. Ioan. emptoris actualiter inducti in possessionem omnium prædictorum bonorum, quæ specialiter per loca latera & confinia fuerunt tũc ostẽsa, & de signata: ergo detegitur uera intentio præfati illustrissimi do. Ducis uenditoris, ut ea omnia bona ad eum emptorem spectarent & pertinerent, prout infra dicemus. &c. Istis sic præludiis ad hanc materiam præmissis condescendo nũc ad decisionem secundi dubii, in quo dico prælibatum illustrissimum do. Ducem omnino teneri & obligatum esse ad obseruationẽ dicti contractus. & ad faciendũ ꝙ omnia ea bona, de quibus in eo fit mentio iure ueri & directi dominii, spectent & pertineãt ad præfatum do. emptorem & casu quo aliqua ex eis reperirentur obligata uel uendita per præfatum do. Petrum ad liberandum ea & liberara ea manutenen-
12 dum. Et primo † ad hoc considero illa uerba posita in principio dicti cõtractus in parte, prima substantiali dũ dicitur fecit uenditionem & datum in solutũ accessionẽ & translationem ad propriũ &c. Nam hæc uerba ad proprium, denotant dicta bona omnia fuisse uendita iure directi dominii. text. est in proposito nostro multum accommodatus in l. 3. C. ita non compe. in di. & ita per illum tex. uoluit ibi Bald. in 1. col. & hoc etiam patet ad sensum nam proprium dicitur, in quo nullus alius habet facere aliquid. text. est in l. proprium. ff. communia prædiorum. & l. omnes populi. ibi suo proprio. ff. de iusti. & iur. Et † ubi alias uenditor per illa uer-
13 ba dedit, uendidit, & tradidit &c. intelligitur obligatus transferre dominium in emptorem: quando est dominus: sed ubi non est dominus, intelligitur obligatus tantummodo ad tradendum simpliciter, ius ia plene not. per Barto. in l. ex empto. in fin. ff. de act. empt. & Bar. in l. fin. ff. de condit. ob caus. & Bar. in l. si stipulatus. in prin. ff. de usu. tamen quan do dixit, quòd uendebat ad proprium, &c. uel iure proprio, &c. illa uerba important, ꝙ oĩno teneatur transferre dominum rei uendite in emptorem. Plus dico, ꝙ etiã si non dictũ fuisset, ad proprium
14 † uel iure proprio, &c. tñ ex quo præfatus do. Ioan. emptor, non sciebat tunc qualitatẽ dictorũ bonorũ, & ille asserit uenditiones factæ per præfatũ do. comitẽ Petrũ & cõductiones ad liuellũ, eũ omnino latebant: isto casu uenditor uidet̃ uẽdere & intelligitur uẽdidisse iure ꝓprio & libero: ubi alias, si daremus emptorẽ sciuisse qualitatẽ rei, nõ uideret̃ uenditor uẽdere nisi ius, quod habet in re. glo. est multum notabilis in l. ex prædiis. C. de euict. quam glos. sequitur & magnificat Bald. in rubr. C. de contrah. empt. in vj. col. in vj. q. principali. Pro quo facit tex. in l. si arborem. §. fin. per quẽ ita determinauit etiam ibi do. Floria. ff. de seruit. urban. præd. ubi aperte probatur, ꝙ uenditio rei intelligitur libera & iure proprio, nec dicatur, ꝙ in dubio uenditor uidetur uendere ius quod habet in re uẽdita solũ. l. qui tabernas. ff. de contrah. empt. l. prædia. C. de loca. prædio. fisca. lib. xi. c. pastoralis. extra de dona. quia respondeo illud procedere, ubi emptor sciebat qualitatẽ rei, uel iuris, quod habet uenditor secus si ignorabat, quod in dubio præsumitur. l. Iulia. in prin. ff. de act. empt. iuncta. l. fin. ff. pro suo. l. uerius. ff. de pro ba. ita uoluit Tyn. in l. 1. C. si pig. pigno. do. fit. & Bal. in d. l. ex prædiis per illum text. cum glos. C. de euic. & Bald. in d. rub. C. de contrah. emp. in ui. q. & Bald. in l. cũ alienã. C. de leg. & Bald. & Ang. in l. 1. C. qui testa. face. pos. & Bald. Ang. & Io. de Imol. in l. si domus. §. fin. ff. de leg. 1. & Bald. in l. 2. C. de remis. pign. & do. meus Alex. de Imo. in consil. xcv. in ult. col. in v. uol. in cip. quomodo uẽditor teneatur, &c. sed hoc tanto magis habet locũ in casu nostro, ubi hæc omnia dicta fuerunt, ut patet in eadem parte substantiali dicti contractus in uer. liberam Francã &c. de quorũ uerborũ importantia, etiã inferius dicemus, & statim & dictus do. emptor fuit ignorans. Secun-
15 do † principaliter considero uerba dicti cõtractus in dicto uer. liberam, Francã &c. quæ uerba sunt maxime importãtiæ: nam tunc res dicitur uendi libera, in qua tertius non habet ius uel dominum: & quod plus est, in qua quis non habet seruitutẽ aliquam, secundum Bart. in l. meus. §. duobus. de leg. 2. & Bart. in l. uim facit. ff. de ui & ui arma. & Bar. in l. 2. §. uacua. per illum text. & in l. si quis fundo. ff. de act. empt. & est glos. in l. si. C. unde ui. & facit text. in c. Pisanis. in fin. extra de restit. spol. & quod not. arc. in c. si tibi. §. sed si episcopus. de præb. lib. 6. & Ioan. And. in d. c. t. de regula. eod. lib. & Ioan. And. in c. plures. de offic. deleg. & est bonus text. in c. j. de reg. in uerbo, libere &c. lib. 6. & in c. irrefregabili. circa princ. extra de offic. ordi. in uerbo, libere, cũ ibi no. per do. Ant. & Io. de Imo. & quod not. glo. in Clem. dudũ. in uerbo libere, extra de sepul. & do. meus Alexan. de Imol. in consil. xcvi. in 1. col. in v. uol. incip. quomodo cognoscatur esse intentatũ petitoriũ &c. Similiter illud uerbum Frãca &c. istud etiã denotat, secundũ Bal. in c. 1. in fin. per illũ tex. in tit. de capi. qui cu riã uend. in usibus feud. ubi dicit ꝙ importat idẽ, & sui iuris est Similiter hoc idẽ cõfirmatur ex uerbis eiusdẽ contractus in uer. & absolutã ab omni ficto censu seruitute, præstatione, & onere alicui ꝑsone, capitulo, collegio, & in uer. teneat gaudeat & possideat, & de his facere & dispõere possit quicquid uoluerit absq; cõtradictione præfati dñi uẽdentis & in solutũ dantis nec alterius ꝑsonæ &c. in uersic. immediate sequenti ibi uerũ dominũ & proprium & franchum liberũ & expeditũ cuiuscunq; alterius ꝑsonæ &c. in uersic. immediate sequenti ibi uerũ dominũ & sui iuris & pacifice possessorẽ bonorũ &c. Ex quibus uerbis simul iunctis & ẽt separatis, manifestissime probat̃ dicta bona omnia fuisse uẽdita iure proprio, iure directi domini, & omnino libere & expedita prout sonat per præfatum illustrissimum dominum uenditorem. Ergo si euincantur debet teneri liberare & disbrigare prout de iure est & ꝑut expresse promisit: & infra dicemus in ꝓ

 cessu.

16 cessu.† Sed posito & concesso, quòd dicta uendicio nō fuisset facta iure proprio & iure directi dominii: tamen adhuc dico quòd præfatus illustrissimus do. vẽditor tenetur ea, bona quæ non sunt libera disbrigare, & liberare. & hoc uigore conuentionis expressæ in dicto contractu descriptæ, ut patet in d. uer. ꝙ semper & perpetuo. & in uer. ac fide veri & legalis defendent, guarantabit authorizabit, libetabit, & disbrigauit, ac libera tradet, dimittet. &c. & in ver. absolutam & ab omni ficto, cẽsu, seruitute, præstatione, & onere, faciendis, præstandis, &c. quæ uerba clarissime inducunt, quod si dicta bona vendita uel aliqua ex eis obnoxia vel obligata, uel uendita per dictum do. comitem Petrum fuissent tẽpore uitæ suæ, debent omnino vendicari, relui, & liberari, & liberata manuteneri, per dictum dominum venditorem, prout uerba dicti contractus in pluribus eius partibus manifeste sonant, & si uunquam hoc expressum fuisset, hoc facere deberet propter ueuditionem factã liberã Frãcam, & ad proprium, & etiam quia ignoranti qualitatem dictorum bonorum. Modo restat respondere ad aliqua superius deducta in contrarium quæ videntur prima facie obstare, sed vere non obstãt, si recte considerentur imo de eorum solutione apparebit magis ac magis de iure indubitato præfati domino emptoris. Non obstat igitur, dum dicitur, quòd præfatus illustrissimus domi. uendens solum vendidit ea bona, quæ magnificus dom. comes Petrus de nerme tempore, quo mortuus est, tenebat, & possidebat, &c. sic limitate & restrictiue facta fuit dicta venditio, & sic limitatum debet parere effectum. d. l. asse toto. & d. l. si ita scriptum. cum aliis supra alleg. & l. cui agris. ff. de eui17ctio. quia ad hoc respondeo primo, quod † illud relatiuum quæ, stat in casu nostro assertiuæ, & dispositiuæ, & affirmatiuæ. Nam ex quo est iunctum illud relatiuum, quæ verbo præteriti temporis, & non futuri, & uendens sciebat vel saltem & hoc sufficit ut supra dixi credebat illud, quod referebatur habere se ad esse: importat & deuotat ueram dispositionem. casus est multum notandus in l. fin. cum gloss. C. de posthum. hæred. instit. vbi plus probatur, quòd nedum quando relatiuum est iunctum uerbo præteriti temporis, sed etiam verbo futuri temporis, si disponens credebat illud se habere ad esse magis, quòd ad non esse, tunc nõ facit conditionem, sed exponitur pro quia. d. l. fin. & ita per illum text. uoluit Paul. de Cast. in terminis in d. l. sticbu. in 1. col. de leg. 1. vbi reputat illum casum ad hoc notabilem & singularem &c. Vel secũdo dicamus, quòd illa uerba, quæ magnificus dominus comes Petrus tenebat, & possidebat, &c. intelliguntur & etiam exponuntur, id est quæ magnificos dominus Petrus solebat tenere & possidere. text. est in l. quæsitum. §. fin. ff. de leg. 3. vbi legatis rebus, quæ sunt in fundo, ueniunt etiam ea, quæ tunc non sunt. sed esse solebant in eo, & idem probatur in l. cum delanionis. §. Sabinus. ff. de fundo instructo. in uer. quæque, ibi sint legata sunt: fundus: & omnia quæ in eo solita sunt, esse legata videntur &c. & in l. si ita cũ ibi plene not. ff. de auro & argen. legat. in quibus locis disponens disponebat de rebus certo tempore & limitatio existentibus: ut patet in uer. quæ in fundo sunt &c. & debentur etiam ea, quæ esse solebant in eo. Et idem probatur etiam in dict. §. Sabinus. in ver. quæque ibi sint, &c. & ita dicamus in proposito nostro: licet dominus vendens loquutus sit de certo tempore, scilicet, quo mortuus est dictus comes Petrus: tamen intelligitur etiã de his, quæ tenebat & possidebat &c. Vel dicamus, ꝙ ex quo tempore mortis suæ dictus do. Petrus tenebat dicta bona, & ea habebat etiam tanquam liuellaria, dicitur ea tenuisse & possedisse eo tempore. Nam ex quo præsupponitur in facto fuisse ei concessa ad liuellum: dicitur ut liuellarius tenere & possidere: cum fiat liuellus in 30. annos pro annua pensione, secundum Bald. in l. 1. C. de iure emphy. & transit ad quoscunque hæredes, secundum Bal. in authen. si quas ruinas. de sacrosan. eccle. & Pau. de Cast. in consil. 88. incip. dubium facit circa primum &c. In 2. co. Plus 18 dico † quod etiam possessionis appellatione venit naturalis, quando non potest uenire ciuilis. l. stipulatio ista. §. hi quoq;. ff. de uer. ob. & no. Spe. in ti. de probat. §. 6. uer. sed pone stat &c. & eo maxime, quia contrahentes ita intellexerunt, & ceperunt in proposito nostro possessionem: quod probatur in capitulis sequentibus in ver. habebat, tenebat, & possidebat. & gaudebat. &c. & ĩ ver. sicut ipse comes Petrus habebat, &c. & in uer. prout hactenus erant, habebantur, tenebantur, quæ oĩa sonant in facto, & magis denotant quid facti, quã iuris: vnde illa uerba tenebat, & possidebat, supra & primo posita, recipiunt declarationem ex uerbis aliorum capitulorum, eiusdem cõtractus. & sic nõ 19 obstat primum arg. in contrarium. † Secundo principaliter nõ obstat, aliud, qđ uidebatur magis stringere in contrarium, dum cõuentũ fuit inter eosdẽ cõtrahentes, ꝙ uendebantur ea bona his modo & forma, quibus ab ipso comite Petro possidebantur &c. & in uer. sicut prædicto tempore nominatus comes Petrus habebat &c. cum aliis supra deductis: Ex quibus uidetur manifeste colligi contrahentiũ intentionem fuisse, ꝙ qualia fuissent dicta bona apud præfatum dominum comitẽ Petrũ: talia similiter essent apud præfatum dominum emptorem. & per cõsequens si apud eum erant liuellaria, etiam apud emptorẽ ut liuellaria esse deberẽt. & si nullo iure fuissent apud dictum dominum Petrum, similiter nullo iure esse deberent nunc apud dictũ dominũ emptorẽ, ꝑ ea quæ suprà dicta sunt &c. quia ad hoc respõderi potest & pluribus modis. & primo quod ex quo illa clausula his modo & forma &c. est posita in secũdo capitulo principali dicti cõtractus ualet respectu bonorũ territorii, & Roucharoli: & respectum bonorum sancti Nazarii, nõ potest nec debet vt de se patet referri ad alia capitula præcedẽtia: ut est text. in l. filiũ. in prin. ff. qñ dies lega. ce. cum ibi no. & uoluit in terminis Bart. in l. fi. ff. de re. dub. in uer. si enim illa clausula &c. ubi hoc modo limitat & declarat no. in l. talis scriptura. §. 6. ff. de lega. 1. cum similibus. Et facit quod uoluit dominus meus Alex. de Imo. in cons. 38. in 1. col. in. 6. uolu. incip. inita & societas &c. in uer. & licet instrumentũ ultimum referri uideatur

tur &c.& in consilio 47.in pe.co.in eodem quinto volu.incip.perspectis his, quæ in themate narrantur, &c.in uersi. non obstat quod exceptio &c.ubi dixit quod † ubi relatio non est per se simpliciter posita: sed ad qualificandum præcedentem dispositionem, non refertur ad omnia, sed ad illam proxime præcedentem dispositionem. Ad idem no.p Bar.in l.si.ff. de rebus dubiis. Ad idem facit quod uoluit Pau.de Castro in consilio.153.in vltim.col. incipi.super primo quæsito inquantum &c. ubi dixit, quòd clausula posita in diuersa oratione, nō refertur ad præcedentia, per text. in l. quod fundum.ff.de contra. emptio. & no.per Bartol.in l.iu repetendis.ff.de lega.3.& in l.scię.§.gaio.de facto insti. Accedat quod uoluit illustris doctor domi: Francisc. are. in consilio 116.incipien. viso priuilegio & quæsito &c.in 1. column.ubi dixit, quòd clausula in medio uel in fine posita, non refertur ad præcedentia, quando mens uel ratio legis non est uniformis, uel quando commode non potest referri. & ita est in casu nostro, ut de se patet, ergo &c. Vel dici potest, quòd dato & non concesso, quòd hoc sit unum capitulum, non potest etiam nec debet dicta clausula referri nisi ad bona Roncharoli & sancti Nazarii,& forte ad bona sancti Nazarii tantum, ut infra dicemus.quia si refertur ad omnia præcedentia, destrueret uel saltem minus utilem redderet dispositionem ipsam principalem. Nam vbi uenditio fuit facta iure proprio libera, & franca, nunc eneruaretur in totum & mirum in modum eliderettur:adeo,quod,ubi sa cta fuit libera & propria efficeretur serua & conditiitia, & ipsemet uendens in eodem instanti esset sibi contrarius. quibus casibus dicimus uel alteto eorum clausulam positam etiam in eodem ca pitulo, non referri nisi ad proxima proximiora, etiam eisdem capituli.l.cum uulgari.ff.de dot.præle. Et uoluit Barr.in terminis & communiter omnes doc.in d.l.talis scriptura.§. fin. ff. de lega. 1.& in l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iurisdi. omnium iud. & ibi alias legendo dixi de hoc &c.

† Vel & dicamus, quod clausula non refertur ad præcedentia,quando suadente aliqua ratione, referri non potest, ut probatur in dicta. l.si idem. §. fin.& in l.1.§.inde. cum sequen.ff.de postu.& uolunt scribentes in dicta.l.si idem.§. fina. & Angel. in consil.28. incip. utrum reditus, & expensæ &c. Et ita dicamus in proposito quòd illa clausula his modo,& forma &c. non refertur ad omnia præcedentia nec referri debet, ne inducat quod uenditio prædicta facta iure proprio, & libera, & franca,& liberæ & expeditæ cum tanta liberalitate, & largitate,vt ex tenore dicti cōtractus apparet,statim mutet naturam, & ēt ne ipsemet illustrissimus dńs uendens in eodē instanti, ut mō dixi,uideatur sibi contrarius, contra.l.nam ad ea.ff. de condi.de mon. & in l.ubi repugnātia.ff.de reg.iur. & l.1.C. de furtis cum similibus &c. Vel & aliter dicamus, ꝙ illa clausula his modo & forma &c.tantū rerfert ad honorātias,& bona sancti Nazarii tātū,de quibus ibi proxime & immediate fit commemoratio: quæ bona non poterant uendi ad proprium, neē libera uel franca tradi, nec etiam facile liberari, præ.d.dominum vendentem, tanquam bona ecclesiarum: quæ sine maxima solemnitate alienari non possunt: vt in autheu. hoc ius porrectum.C.de sacrosan.ec.& 12.q.2.in summa. & c. sine exceptione.cum similibus. ad hoc vt referantur singula singulis.Vel alio modo dicamus, quòd si pure referre volumus ad omnia illam clausulam, saltem erūt eodem modo iure liuelli apud dńm emptorem, sicut erant, vt dicitur apud dńm comitem Petrum. Sed illustrissimus dńs venditor tenebitur omnino soluere affictum soluendum,& hoc vigore conuētionis expresse, de qua in principio dicti contractus,in uer.& absolutam ab oī ficto & censu &c.& quod plus. ēt volente dicto emptore tenebitur ea bona liberare vigore conuentionis expresse in eo demmet cōtractu descriptæ,ut patet in uer.ꝙ semper perpetuo &c. Vel ēt dici pōt ꝙ illa clausula his mō & forma &c.casu quo pure referatur ad oia pcedentia,fuit posita ad alium diuersum finem; videlicet ad augmentum ipsius emptoris. Nam omnino firmum remanet semper ꝙ venditio ista fuit & esse debet iure proprio libera, & franca, prout expresse verba sonant. & supra probatum est: nec hoc nunquam voluerunt dicti cōtrahentes mutare, sed salua semper proprietate dictorum bonorum apud dictum dńm emptorem, si quod oneris, uel præeminētiæ. in dictis bonis,& locis fuisset apud dictum dńm comitem Petrum:nunc his modo & forma debet etiam esse apud dictū dńm emptorē. Nam de uero domino & proprietate rei non erat opus aliter sentire, cum in hoc iam prouisio specialiter facta fuisset: & cum a principio iu parte ꝑpric substantiali contractus fuisset, satis superque satis ꝓuisū, superinde postmodū illa clausula solū posita fuit ad augmētū. unde nō parere diminutio nē.l.legata inutiliter. ff. de leg. 1.cum uulgaribus.

† Cōfirmanē ꝑdicta ēt,quia quātitas ptiī tūc debiti,& ēt eā iusta mercedis stipēdiorū debitorū dicto dńo emptori hoc suadet,iūcta fide legalissima tāti,& talis inuictissimi principis,ꝑut est illustrissimus dńs dux Mediolani:quia cū legaliter & fideliter ,ꝑut decet, seruitū fuisset a pfato do.emprore promerēte,uoluit eidē legaliter & liberalitet, ꝑut sui semp fuit moris,& est,ei soluere & satisfacere oīno de stipēdio suo &c.Pro quo ēt facit: quia qn̄ præfatus dńs venditor in eo cōtractu limitate loqui voluit,hoc bene facit,& bene facere sciuit, ut patet in uer. item de oībus iuribus, aliis,accessis, &c.dū loquutus est de pedagiis,datiis, & similib. dixitque dūmodo esset lētime imposita,& lētime solita haberi, & percipi a dicto dńo comite Petro, &c.Et ꝓhoc facit:quia si aliter diceremus, sequeretē, ꝙ ipse princeps illi tertio asserto emptori haberet & abuisset necesse soluere canonē, qđ uō est dicēdū.l.1.cū similibus.ff.si ager.vecti.uel cē si.v ñ ex quo attestat deuoluta esse ad camerā, nō debet pēsio alicui, & sic p3, ꝙ pleno iure uoluit ea bona transferre in dictum dominum Ioannem, & eius successores, ut uerba dicti contractus sonant. Accedat ad cōfirmationē prædictorū: quia in uer. itē de oībus immunitatibus,&c.aperte dictus dńs vēditor declarat etiam se uoluisse uendere proprietatē omnino omnium prædictorum bonorum, dum

dixit quòd concedebat immunitates tàm respectu massariorum, & fictualium, & pensionariorum bonorum, & prouentuum, de quibus supra &c. Et sic repetendo & recepilogando omnia capitula praecedentia, respectu bonorum, & prouentuum in eis descriptorum, uoluit q̃ essent exempta. & sic proprietates praedictae exemptae, & sic secundum eum praesupponebatur esse apud dictum emptoré uerum proprietarium dictorum bonorum, nam si aliter diceremus, exemisset potius illum assertum tertium praetendentem ius in illis bonis de quibus agimus. Vel & dicere possumus, quòd ex quo saltem non constabat eo tẽpore apud dictos contrahentes de alienatione aliqua uel conductione dictorum bonorum, ut dicitur, facta a dicto domino comite Petro, illa uerba his modo & forma, quibus ab ipso domino Pet. possidebantur &c. intelliguntur & exponuntur, idest quae uere possidebantur ab ipso comite Petro. Nam ubicunque illa uerba his modo & forma &c. uel prout, uel sicut, & similia, &c. referuntur ad aliquod, quod non sit de futuro, sed praeterito, ut est in casu nostro, tũc apud disponentem illa uerba stant omnino dispositiue. casus est multum notandus in. d. c. abbate. de uerbo. signific. & uoluit dñs Cy. in. d. l. secundum responsum. C. de cõtrahen. & committen. stipu. per illum text. & Bart. in. d. l. admonendi. in 6. col. & in. d. l. cũ qui. §. Iulianus. & Alex. de imo. in dicto consi. xlvii. in. 6. col. cum sequentibus. in. t. uolu. incip. de materia generalis absolutiõis &c. Vel dicamus, quòd ex quo dictus uenditor credidit dictum dñm Petrum possedisse & tenuisse omnia bona praedicta, prout probaui, illa relatiua, quae & quibus &c. important ueram dispositionem. text. est in d. l. fi. C. de post. haered. insti. & supra etiam aliquid dixi dũ respondi ad primum obiectum. & ibi dicta possunt hic merito adaptari. Vel dicamus, quòd dicta uerba sunt posita magis ad cautelam. unde non restringunt, secundum Bal. in. c. 1. in principio in tit. an agnatus uel filius, & eo maxime, quia uerba enunciatiua, per principem prolata, dispositionem inducunt, secundum Bal. in. c. 1. §. notandum, in ultima col. qui feudum dare possint, cũ similibus aliis. Vel dicamus, quòd illa clausula his modo & forma &c. posito, quòd referretur ad omnia bona praecedentia, refertur tantummodo respectu possessionis, non autem respectu dominii uel proprietatis: quae omnino habuit uenditor pro constanti transferre & trãstulisse ut ex suprà deductis apparet. sed si respectu positionis aliquid fuisset innouatum, bene eius respectu disponitur, ut patet in uer. ab ipso comite Petro possidebantur &c. firma ergo remanet proprietas iam libere & expedite uendita, & tradita, & hoc non potest in dubium refricari sed nec possessio, ut suprà probatum est iuribus & rationibus apertissimis. Non obmitto, quòd etiam corporalis traductio & tẽuta data postea particulariter de omnibus praedictis bonis dicto domino emptori, seu eius procuratoribus uel mandatariis post celebratum dictum contractum, multum detegit mentem dicti domini uenditoris fuisse, uendere omnia praedicta bona libera & expedita: pro quo facit, quia uerba ambigua in dispositione declarant eandẽ dispositionem per alia uerba: secundum Bar. in. l. qui filiabus. ff. de lega. 1. & Bar. & Bal. in. l. utrum. ff. de peti. haeredi. & facit quod no. Bar. in. l. Nensennius. ff. de neg. gest. uel saltem dicta tenuta data de dictis bonis per latera & confinia sua probat aperte dictum dominum uenditorem ignorasse praedictas alienationes. imo credidisse sic potiusquam non, ea omnia bona fuisse uere dicti domini comitis Petri, iure proprietatis & dominii: quae credulitas locata prout uere fuit, magis in hoc quam in alio contrario multum operatur, circa illa relatiua: ut dicit Pau. de cast. in dicta. l. Stichum, qui meus erit & hic etiam necessarium est dicere, quia aliter tenendo, quod praefatus illustrissimus dominus uendens, uel sciuisset alienationes praedictas uel solum hoc credidisset, non esset sine leui illustrissime do. sue nota: quod non est usquequaque & in aeternum dicendum nec praesumendũ, nec (quod plus est) de tali & tanto principe cogitãdum est: quod cuius sincera & immaculata fides in toto terrarum orbe notissima est, & omnium eiusdem illustrissime do. sue progenitorum, & nemo est qui nesciat &c. Ex quibus omnibus concludo nunc dicta bona omnia libere & expedite spectare & pertinere ad praefatum illustrem dominum emptorem iure directi dominii & proprietatis: & casu quo ex eis reperirentur aliqua alienata per praefatum magnificum dominum Petrum de uerme, tẽpore uitae suae, uel obligata, debere liberari, & relui, & liberata manuteneri per praelibatum excellentissimum & inuictissimum principem ac dominum ducem Mediolani &c. Laus Deo clementissimo, qui trinus & unus uiuit in secula seculorum. Amen.

Et ita, ut suprascriptum est, iuris esse dico & cõsulo ego Ludouicus Bologninus, sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis. & V. I. doctor & eques, iura ciuilia ordinarie legens in hoc nostro Bononiensi studio uetustissimo: in quorum fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus supremo Deo. Amen, & beato Dominico aduocato meo: & etiam pro eadem sententia consuluit sacrum & uenerandum iuris ciuilis collegium Bononiense.

CASVS CONSILII III. TALIS EST.

Bartholomeus fuit condemnatus per sententiam diffinitiuã dominorum cõsulum cum adiunctis, ut socius illorũ de Lug. d. Tho. in florenis. cccl. ex causis in libello & lite enarratis, & occasione trium partitarum enarratarum, cum hoc formaliter: Et se il detto Bartholomeo darà fra sei mesi el conto & partite con ogni sua dependentia al dicto Thomaso sia libero detti fiori. cccl. & abbisi a stare al iudicio de quello, & quanto el detto Bartholomeo fusse debito o non debitore, del detto Thomaso secundo, le cose produtte dai iudici com-

ei competenti dele parte, & se ara producte lui detto conto & partite: chome de sopra nabbino a stare al iudicio de consuli præsen ti existētti de dicta arte. Infra, semestre. Bar. produxit coram consulibus partitas & com puta, siue omnibus dependentiis. & petiit de clarari ipsum prodixisse omnia bene, prout obligatus erat & si aliqua dependentia non essent, non poterat exhibere, quia non omnia in sua potestate erant, quãuis omnia pro duxisse assereret, prout in sententia obligationis erat. Thomas respondet ipsum non produxisse omnia, ad quæ tenebatur & tanto magis, quanto ipsemet. Bar. tacite asserebat hoc: & propterea ipsos consules non possenec debere declarare, secundum petita allegās, pducens oīa statuta leges, & reformationes in generali, quibus generaliter usus fuit, Post declarauerunt elapsis centum. x. diebus soli consules in hūc modum, uisa sententia & omnibus inde secutis, & uisis uidendis, omni meliori modo, dichiaramo sentenziamo & iudicamo dicto Bart. hauere fra il tempo detto producto el conto partite e dependentię come era obligato &c. tandem uertente lite inter eos quilibet ipsorum vsus fuit & allegauit primam sententiam latā cū arrotis. secundam vero latam per consules solos Thomas infringit, dicendo nullā: quia primi consules non potuerunt delegare vel committere consulibus futuris hanc declarationem, & sic in illa tamen parte non valet & dato quòd ualuisset commissio illa consulibus futuris, debebat intelligi consulibus cum adiunctis, & modis secundum statuta, quæ requirunt adiunctos in tali sententia & quando commissio est facta a iudice non potest habere maiorem vim & authoritatem committens: & si commissio illius declaratio nis est nulla. consules futuri non potuerunt declarare sine adiunctis & si potuerunt, non fuit factum infra legitimum tempus concessum, quando soli consules possunt declarare, quo elapso ab ipsis deuoluta est iurisdictio, ergo stantibus suprascriptis, & etiam quod omnes infrascriptæ leges ualeant, quæ ritur quid iuris. & quia produxit in parte, in parte autem non, si in parte est liber, in parte valet floren. 356. non, & sic interesse lucri cessantis & damni emergentis debetur dicto Thomaso a die crediti sui vel a die latæ sententiæ. Verba autem statutorum dictæ ci uitatis sunt hæc in diuersis & uariis locis. Consules. 3 1. artium possint cognoscere iura reddere & terminare. Deinde, vero secundum formam statutorum talis artis, vel communis Flo. Deinde, quod inter alios consules mercatores possint cognoscere de omni quantitate. De quibusdam alijs vero dicit possint sententias ferre vsque &c. Deinde subdit, a quibus sententijs appellari non possit de nullitate, dici aut opponi: nisi talis sententia lata esset contra formam statutorum. Deinde, quod debeant causas terminare infra. 40. dies proximos, & postea & si causæ nō fuerunt terminate, infra tempora prædicta eorum cognitio & iurisdictio deuoluta sit ad dominos sexdecim. Deinde per consules cū approbatione Flor. populi statutum fuit. Et consuli siano tenuti procedere sel piato fusse de lire cento insu col consiglio almeno de dundeci boni mercadanti &c. Deinde e consuli &c. & supra ciascuno & di ciascuno piato non diffinito posino & debino procedere secundo la forma de li statuti de quella arte & per aliam legem sancitum est. Et debeneli statuti dalcune arte dalcuna lite hauess hauere, el ricorso delarte obseruesi lo statuto che ditale recorso parla, & per ricorso se expedissceno le causæ per diffinitiua sententia, & fral termino delquale nelo statuto e ordinato di tal ricorso. Recursus autem intelligitur, quando consules debent expedire causas cum consilio aliorum &c. E consuli cosi procedano e diffinire siano tenuti, infra quaranta di. reperitur editę lex vt nullus officialis ualeat directe vel indirecte trāsgredi vel aliquid facere contra vel præter iurisdictionem & baliam sibi concessam per statuta & ordinamenta communis Flor. &c. & quicquid in contrarium fecerit, sit proprio iure nullum. Deinde, per aliam legem che nessuno magistrato ardisca ouer præsumma trapassare la sua iurisdictione o i termini di quella intendendosi tanto hauere de iurisdictione ciascuno tal magistrato o altri iurisdicenti quanto per li statuti e ordini del cōmune di Fiorenza facti o che si facessено de che auctorita nauessi hauto li fusse stato concesso & conferma lo statuto disopra col decreto annullatiuo. Et deinde per aliud statutum artis legitimæ confirmatum prouisum fuit e se da. 400. lire in su e cusi sieno tenuti e debino a ogni rechiesta dello actore: & etiā debeno trare el verso &c. i sei citadini &c. Deinde, per hauer deciso & terminato in tutto & per tutto dicta causa quæstione & differentia per sententia diffinitiua condemnatoria o absolutoria libera & expedita in quello modo & forma che parera & piacera. Deinde, & se passasi. 300. lire labino aspazare dicti consuli & sei citadini sotto le medesime

tne pene. Quibus stantibus quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Socius, qualiter accipiatur in statutis. & nu. 4. & 5. 6.*
2 *Pertinere, verbum, Latum est.*
3 *Seu, dictio, quam vim habeat.*
7 *Statutum antiquum, an tollatur per legem nouam.*
8 *Clausula, non obstante &c. quanta sit in legibus & statutis.*
9 *Clausula hæc generalis: Non obstantibus quibuscunque legibus in contrarium facientibus. an sufficiat: vel debeat omnino fieri specialis mentio de vnaquaque lege.*
10 *Clausula derogatoria generalis, differt a nominatim facta.*
11 *Clausula posita in fine, et quando referatur ad omnia præcedentia: vel solum ad proxima.*
12 *Priuatio præsupponit habitum.*
13 *Verba ista: in omnibus & per omnia in priuilegijs posita, quid importent.*
14 *Statuti partem facientem ad causam, an sufficiat producere: vel an totum debeat produci.*

CONSILIVM III.

In nomine domini, Amen.

Viso casu & dubiis ex eo mihi porrectis, & consideratis & diligenter animaduersis omnibus statutis excelsi ac potentis populi Florentini ad rē hanc facientibus, obmisso multiloquio, prout mei moris est, breuiter dico quinque uel sex fore principaliter consideranda circa ualiditatem uel inualiditatem sententiæ latæ per dominos consules inter do. Thomam de caponibus ex una & Petrum de bondalmontibus ex altera: inter quos consules iudicātes fuit Bertoldus, quidam, qui asseritur tunc fuisse socius dicti domini Thome, ex quo uidetur inferri, quòd dicta sententia non ualuerit: ut pote lata contra formam statuti Florentini in uer. & similiter in aliqua curia uiginti unius artium non possit cognosci super aliqua quæstione pertinente ad aliquem ex consulibus &c. 1 † Nam dictum statutum loquens indistincte de socio, ratione cuius prohibet cognitionem cuiuscunque causæ durante eius officio, indistinctè debet intelligi, etiam si quis nō fuerit socius omnium bonorum: & etiam si nō fuerit socius illius rei siue negocii particularis, de quo agitur & hoc per regulas generales & vulgares, ut in. l. de precio. ff. de publicia. & in. l. 2. §. & generaliter. ff. de le. præstan. cum si. & in. l. si seruum. §. uo dixit prætor, nec nos dicamus. ff. de acqui. hære. Secundo principaliter probatur, quòd dispositio dicti statuti non possit restringi ad socium omniū bonorum, uel ad particulare illius rei uel negocii, de quo agitur: ex quo statutū clare expressi, quòd non possit cognosci de aliqua causa, quæ pertineret ad aliquem ex consulibus, & sic inquantum socius consul. participaret 2 † uerbum enim pertinere latum est. l. uerbum illud. ff. de verb. sig. & sic illa sequens expressio statuti de pertinentia facit oīno esset supernatua: & sine aliqua uirtute contra. l. si quando. ff. de leg. 1. &. c. si papa de priuilegiis lib. 6. 3 Cum his † maxime sit apposita dictio, seu, quæ de sui natura propriè est disiunctiua orationum inter quas ponitur, ut in. l. si is qui ducenta. §. nirum ubi etiam per Bar. ff. de reb. dub. & designat diuersitatem terminorum, inter quos ponitur per notata per Bar. & alios in l. cum quidam. C. de verb. sig. 4 Vnde non † possumus dicere, quod statutum prædictū intelligatur solum de socio illius causæ seu negocij, de quo agitur, licet quomncunque & qualitercunque sit socius. Tertio ad idem potest adduci, quia statutum prædictum prohibitiuum non solū se fundat in participatione interesse, sed etiam in suspitione affectionis, si bene ponderentur verba eius, & meus. Et est ratio clara. quia de lucro fratris non participaret ipse consul. Vnde statutum potius fundat se in præsumpta ratione affectionis sui socii. vñ debet necessario intelligi de quolibet socio indistinctè: etiam extra illam causam de qua agitur cum in eo etiam cadat affectio: unde si est eadē ratio, idem ius esse deber. l. illud. ff. ad. l. Aquil. l. a. titio. ff. de uerb. ob. Nec dicatur mihi, quod statutum prædictum prohibitiuum, intelligitur correctum per nouum statutum: quia hoc minime verum, uidetur, cum non expressè corrigatur, nec cōtrarietur legi noue, nec sufficit quod correctio vel contrarietas uideatur inducta saltem per subauditum intellectum, quia hoc non sufficit, per glo. in. c. cupientes. §. quod si per uiginti. de elec. li. 6. Vnde quod non mutatur, quare stare prohibetur. l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus. C. de appel. in illa enim noua lege nullibi reperitur, quod aliquid expresse disponatur de sociis ipsorum consulū, ergo lex antiqua remanent firma & incorrecta. 5 † Nihilominus prædictis non obstantibus, quæ uere non obstant: si bene & subtiliter ponderentur, in contrarium puto fore ueritatem, uidelicet statutō prædictum necessario intelligendum fore, in consule socio, omnium bonorum uel saltem eiusdē causæ negocii, de quo agitur, & per consequens dictus Bertoldus consul. particularis socius solum extra causam & negocium, de quo actū fuit inter dictos Thomam & Petrum, potuit cognoscere & iudicare in huiusmodi causa & hæc sententia omnino ualet. Et ad hoc dicendum in primis pondero uerba dicti statuti in uer. super aliqua quæstione pertinēte ad aliquem ex consulibus &c. arguēdo ex eo, ut seruiat nobis, & ponat plures casus diuersos: stante tamen eadem qualitate, propter uerbum pertinere, a quo uerbo regulatur tota illa dispositio: & omnia alia uerba ibi sequentia. nam statutum in primis ponit quoddam interesse proprium ipsius solius consulis: & totale & maius omnibus, & postea ponit aliud interesse commune & minus, ut dicamus primo quod ubi ageretur causa propria sola ipsiusmet consulis, solius, non possit cognoscere de dicta cā. Secundo ponit de causa patris eius, in quo patre concurrit non solum ratio affectionis naturalis, sed etiā spes succedendi ei: & etiam quasi dominium etiam patre uiuente bonorum fuorū ad filium. l. in suis. ff. de liberis & posthumis. & in §. sui instituta de hæred. quali. & differ. & in. l. cum ratio.

ratio.ff.de bonis damnat. & idem est fere etiam in fratre & in filio, & nepote, & in alijs ulterioribus, quos statutum enumerat. nam in eis cadit ratio, primo, naturalis affectio & mutua etiam spes succedendi a communiter accidentibus, secundū quæ loquitur & intelligi debet statutum prædictum: ut in.l.nam ad ea.ff.de leg. Vnde loquens de patre, fratre, filio, & nepote, consideravit semper præsens interesse in consule. & forte consideravit & præsupposuit cohabitationem istorum omnium, uidelicet patris, fratris, filij, & nepotis, & sic de singulis ibi enumeratis. Quarto statutum prædictum consideravit aliud interesse minus ab omnibus prædictis, uidelicet, ubi ageretur causa socij ipsius consulis, vel sociorum patris, uel aliorum, de quibus ibi fit mentio: vnde incipiendo a primo interesse maiori, & prosequendo cum eadem qualitate, tamen semper statutum omnino consideravit inter esse pecuniarium ipsius consulis. sed aliquando maius, & aliquando minus, & sic minorando procedit hoc statutum. Præterea, hoc esse verum probatur ex alio capite principali, uidelicet ex annotatione interesse ipsius consulis proprii & patris, & fratris, & filij & nepotis, cum quibus & quolibet prædictorum cadit affectio maxima, & a communiter accidentibus commodum seu interesse ipsius consulis: vnde non esset bone similitudinis de socio mero ipsius consulis, respectu similitudinis in alia re seu negocio, in quo non esset iudicium. nam talis socius respectiue ad hic numeratos iudicatur extraneus: unde non est conueniens nec verisimile statuentes uoluisse connumerare ipsum cum alijs personis ibidē enarratis, alias statutum inepte loqueretur, cum reperiantur & aliæ personæ magis considerate a lege quam socius extra causam, de qua agitur. quas non commemorauit gener, socer, quamplures alii. vnde statutum prædictum omnino consideravit in qualibet persona interesse domini consulis. sed aliquando plus, & aliquando minus. sed non ita minutim, quod non conueniat cum aliis personis enumeratis ibi: & quod fere sit nihil, vt est, si consideremus socium & causam, de qua agitur. de quo socio lex etiam communis loquitur in iudicio. & in aliis dispositionibus, ut patet in locis uulgaribus Ergo nec hoc statutum.l. 2. C. de noxa.l.scimus.§ in computatione. C. de iure delibe. cum ibi plene notatis. Successiue & principaliter facio aliud fundamentum pro validitate dictæ sententiæ. Nam posito & non concesso, quod statutum prædictum intelligeretur de socio, etiam extra causam seu negocium de quo agitur, adhuc sumus in casu victoriæ, 6 nam† statutum hoc debet necessario intelligi de socio uero & non ficto.l. 1.§.is qui nauem.ff. de exer cit.l. quod constitutum. ff.de testa.mili.l.constitutionibus. ff. ad municip. & in specie in materia nostra hoc uoluit illustris dominus meus Alexan. de imol. in suo consi. 40. in secundo vol. consiliorum suorū, in secunda col. in uer. ad quod ostendendū præsuppone &c.quod consilium incipit: statutum loquens de socio, vel societate &c.sed dictus Bertoldus non fuit nec est socius uerus dicti Thomæ: ut infra ostendam, statim, ergo &c. Quod autem non sit eius socius, probatur per tex. in terminis in l.vt si pro socio, cum omnibus sequentibus. ff. pro socio. vbi non sequitur: negocium est commune inter te & me, ergo dicitur esse societas inter nos. & facit tex. in l.2. in prin. iuncta.l. 1.ff. communi.diui.in uerbo pariter. & ut nostris detur audacia verbis proprie, & in indiuiduo in intellectu huius statuti florētini, quod huiusmodi personæ, inter quas est communio alicuius rei, vel negocii, prout hic, non dicuntur socii: allego præfatum dominum meum Alexan.in d.consilio.xl.in casu ibi præposito ad consilium. & etiam in consultatione sua, vbi hoc aperte decidit per iura & rationes de quibus ibi per eum.& subdit etiam ibi aliud, quod hoc statutum, de quo agimus, est contra ius commune, ꝓ ut ibi optime probat: prout potest videri. Et concludit illud intelligi debere in socio vero, solo, & non in his, de quibus nos loquimur habentibus aliam communionem in re, vel negocio: cuius auctoritas nobis sufficeret pro præsentis casus decisione, si nunquam alia deduxissemus quæ supra deduximus. de quibus dominus meus mentionem non facit in eo consilio. Ex quibus modo infero dictam sententiam latam fore validam, & latam secundum ordinem & modum statutorum loci flo. & quod ab 7 illa non possit appellari quoquomodo, † Interea possumus etiam tueri dictam sententiam ex alio nouo capite & clypeo tutissimo, uidelicet ut dicamus statutum antiquum fore sublatum per legem nouam, quæ noua introducit certum modum procedendi & terminandi causas, & non excludit nec 8 prohibet socium. & postea † in fine ponit clausulā non obstantibus &c. in latissima forma, prout uideri potest, cuius clausule, uirtus maxima est, iuxta notata per Bart. in extra.ad reprimendum. in uerbo non obstantibus, &c.& per Pau.de Cast. in consil.46.incipiente dico non obstante, &c.& etiam in consi.363.incipiente, de testamento cōtinente clausulā &c.maxime in quarta colum. in uersi. ad idem &c. & Ang.in consil.287.incipiente, de malabiato cancellato &c.& per dominum meum Alex. in consil.199.in 1.col. in secūdo uol.inci. nobilis uir &c. & etiam in consil. 107.in 6. col. in eodem secundo uol. incip. pro inuestigatione prædictorum &c. & in consil. secundo, in tertia.col.in eodem secundo vol.incip.uisis dubitationibus, &c.& etiam in consil.136.in tertia col.in primo uol.incip.an sufficiat quem &c. & in consil.137.in tertia col. in quarto uol.incip.ulso puncto &c.& etiam in l.omnes populi in 8.col.in apostillis suis ad Bart.ibi. ff. de iusti.& iur.& Lud. Ro.in suo consi.479. Et per dominum Andream Barbatiam in suo.consi.127.posito inter consilia domini mei Alex. in.4.uol.quod consilium incipit: scripsit ecclesiasticus, & in quibus locis concludunt præfati scribentes. Quod huiusmodi clausula specialiter, prout hic fuit apposita, reuocat omnia contraria, & quomodocunque repugnantia. per iura & rationes de quibus ibi per eos, quæ & quas potius esset laboriosum quàm subtile in medium afferre, & inter alia allegant text. in l. sed & posteriores. ff. de legibus & in l. generali. C.de sacrosanc.eccle.& in aut.sed nouo iure. C.de seruis fug.cum multis similibus.& est bonus tex. etiam in auth.de hæred.ab intest. in prin.cum gloss. in verbo,

9 in uerbo, uacantibus &c. Et dicunt † etiam præfati scribentes in locis prædictis quod sufficit clausula huiusmodi, dicendo non obstantibus quibuscunque statutis in contrarium facientibus, absque eo, quod fiat mentio specialis de statutis. nam intelligitur esse expresse derogatum, sed multo magis hæc procedunt in proposito nostro, vbi posita est clausula in terminis subtilioribus. vt de se patet. Et facit etiam, quod uoluit Cy. in l. fi. C. si contra. iua vel vtili. pub. & Bar. in l. 1. ff. de vul. & pup. & in prima constitut. codicis & in l. unica. §. ne autem. C. de cad. tol. & in l. non dubium. ff. de iure. fisci. & in l. cum proponas. post gloss. ibi. C. de transact. & in l. fi. §. fi. ff. de test. mili. & Bal. in l. pe. C. de edict. diui. Adri. tol. & Bald. in l. omnes populi in. 22. col. ff. de iust. & iu. & etiam in c. de causis extra. de offic. dele. & in l. diximus. in §. si duas de execut. & Pet. de Anc. in repe. c. canonum statuta. extra de consti. in 7. col. & in 14. q. principali. Nec dicatur mihi, quòd lex noua non est contraria vel repugnans statuto antiquo faciente mentionem de socio. quia hoc falsum est, ex eius inspectione. nam lex noua in consulibus nullam facit mētionem de socio, nisi in ea parte, dum commemorat coniunctos seu adiunctoa. Ex quo clare constat, quòd in consulibus eos non prohibet, imo permisit non ꝓhibendo. l. ne non. §. quod eis. ff. ex qui cau. maio. c. nonne extra de præsump. l. maritus. C. de procura. l. cum prætor. ff. de iud. cum si. Et hæc non est tacita correctio, nec per subauditos intellectus, iuxta gl. in d. §. quod si per uiginti. & in ca. causam. extra de rescrip. & in auth. ex testamento. C. de colla. nā subauditus intellectus est, qui colligitur ex aliqua significatione subintellecta in aliquo uerbo. sed in casu nostro non est huiusmodi: imo lex noua clare & aperte tradit modum cognoscendi & iudicandi, & exprimit personas prohibitas, & permissas, tollendo postmodum omnia quomodocunque & qualitercunq; in contrarium facientia. Ex quibus verbis possimus etiam attentare, quòd si correctio fieret per subauditos intellectus permitteretur & fieri posset propter illa verba ita prægnantia. l. Iulia. ff. de lega. 3. l. mandatore. C. mandati. cum si. Et

10 † hinc est quòd facimus differentiam inter clausulam derogatoriam generalem, & nominatim factā. vt in cle. dudum. extra de sepulturis. cum gl. in verbo pacta, & per dominum Arch. in c. 1. de consti. li. 6. super gl. in uerbo expresse & per Ludo. Roma. in l. si uero. §. de viro. ff. solu. mat. in 23. fallen. sua & per Bar. in d. verbo non obstantibus. & in d. l. fi. C.

11 si contra ius vel vti. pub. cum si. † Nec etiam dicatur mihi, quòd ꝑ illa verba posita in l. noua. in uer. supradicto ordine modo intelligatur commemorata lex antiqua: quia hoc est ridiculum dicere. nam non est uerisimile, statuentes uoluisse tunc commemorare legem conditam a centum annis vltra, sed per illa uerba uoluerunt se referre ad proxime dicta in eademmet lege noua ex quo potest commode referri ad ea, & non ad alia, de quibus nō habuerunt memoriam, iuxta not. per omnes in l. si idem cum eodem. in fin. ff. de iurisdi. om. iu. & in l. talis scriptura. ff. de lega. 1. & per dominum meū Alex. in consi. 48. in 4. col. in 1. uolu. inci. rubrica de uacatione. & in consi. 11. in penul. col. in fi. in 1. uol. inci. uiso ac ut oportet. & in cons. 43. in 4. col. in 3. uolu. inci. quando incipiat currere instantia &c. & in consi. 104. in 4. col. in eodem tertio uolu. incip. super eo de quo quæritur. &c. Ex quibus omnibus patet manifeste de validitate dictæ sententiæ & de correctione etiam dictæ legis antique. quæ lex dato & non concesso, quòd esset in uiridi obseruantia, nihilominus non facit ad propositum nostrum, nec loquitur in terminis nostris. Et ex his patet responsum ad ea omnia, quæ supra deducta fuerunt in contrarium, ad quæ nunc tamen particularius respondebimus. Et primo non obstat illud, quod dicebatur quòd dictū statutum indistincte loquens de socio, debet indistincte intelligi. d. l. de precio. ff. de publi. cum si. &c. quia ad hoc respondeo. Primo, quod isti de quibus agimus, non sunt socii, per tex. in d. l. ut sit pro socio. cum tribus sequentibus. ff. pro socio. & per ea quæ late consulendo dixit dominus meus Alexan. de Imo. in d. consi. 40. Vel secundo respondeo aliter, dato & non concesso, ꝙ essent socii, non erant nec sunt tales, de quibus statutum prædictum loquitur, uidelicet de habentibus interesse in causa, quæ agitur, de quibus intelligi debet dictum statutum, ut supra probatū est. Vel & tertio possumus etiam dicere, quòd dictum statutum sublatum est per legem nouam. per ea, quæ supra late deduximus, ponēdo uim ac uirtutem dictæ clausulæ, non obstantibus & aliis supra deductis. Secundo principaliter non obstat dum diceba tur, quòd dispositio dicti statuti non poterat restringi ad socium omnium bonorum, uel etiam ad particularem illius rei uel negocii, de quo ageretur: ex quo statutum clare expressit, quòd non possit cognosci de aliqua causa quæ pertineret ad aliquem ex consulibus. & sequens expressio de pertinentia socii, esset omnino superuacua, &c. quia ad hoc ego respondeo, ꝙ primo sumus extra terminos dicti statuti, cum isti non sint nec fuerint socii, & per consequens non est opus restringere, uel ampliare statutum prædictum quoquomodo, per notata per dominum meum in dicto consil. 40. & supra etiam proxime dixi in responsionibus ad primum argumentum. Vel secundo potest respouderi, posito & non concesso, quòd essemus in sociis, quòd tamen negamus, quòd expressio de pertinentia non esset superflua. nam diuerse sunt pertinentiæ, secundum diuersitatem ꝑsonarum, de quibus loquitur statutum prædictum, quòd primo loquitur de pertinentia seu interesse proprio, & totalī ipsius consulis. Postea statutum minorando procedit, solum personas ibi enumerando, in quibus cadit omnino interesse pecuniarium. sed non totale, uel proprium, prout in primo casu. sed in socio mero, extra causam, de qua agitur pertinentia, nulla est, uel si qua esset uel dici posset, non est in consideratione dicti statuti, nec conformis esset in aliquo aliis, de quibus ibi fit mentio prout supra in fundamentis nostris latius deduximus. Non ob. tertio illud, quod dicebatur, quòd statutū prædictum fundat se in præsumpta affectione. & sic debet intelligi de quolibet etiam socio &c. Quia ad hoc ego respondeo, quòd posito & non concesso, quòd hoc

esset

esset uerum non damus qualitatem societatis, pro ut supra diximus. & sic ea cessante, cessat dispositio Ladigere. §. quamuis. ff. de iure pa. c. cum cessante. extra de appel. nam si isti non sunt nec fuerunt socii, frustra quærimus de præsumpta affectione so-
12 ciorum. nam † priuatio præsupponit habitum. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. l. decem. ff. de uer. obli. c. ad dissoluendum cum si. extra de desponsat. impub. Ex quibus omnibus redduntur euacuata omnia ea, quæ supra deducta fuere pro contrariis, quæ minime obstant. si bene & subtiliter considerentur. Minus etiam facit responsio, data ad obiectũ unum, de statuto non correcto per legem nouam, cum dicebatur quòd non contrarietur legi noue &c. quia ad hoc nos replicamus. quòd imo contrariatur & corrigitur per legem nouam, prout supra ostensum fuit, dum diximus de clausula derogatoria, & de intellectu illorum uerborum, modo & ordine supra dicto &c. Tutata est igitur ac defensa ta sententia prædicta. Nunc opere precium est, ut uideamus quibus pœnis subiiciatur appellans ab huiusmodi sententia, & de nullitate eiusdem: dicẽs prout mihi dicitur, cum appellasse & de nullitate dixisse, etiam & in hoc dicendum est eum incurrisse pœnas omnes ordinatas ex dispositionibus mercantiæ inclitæ ciuitatis Florentiæ, nec non etiam introductas ex dispositionibus aliis generalibus ipsius ciuitatis seu communis eius, copulatiue loquendo in omnibus prædictis pœnis. Et ad hoc dicendum me mouet in primis statutum, quod incipit: Considerando in presenti consuli de l'arte del cambo &c. in. §. & le sententiæ che per dicti consuli soli &c. ubi disponitur expresse quòd sententiæ huiusmodi ualeant & mandentur executioni & gaudeant omnibus illis priuilegiis & fauoribus concessis & attributis aliquibus aliis sententiis, & q ab eis non possit appellari nec de nullitate dici. Et quòd habeant priuilegia, quæ habuerunt & habebunt, iuxta quodcunque statutum & ordinẽ dictæ ciuitatis & mercantiæ & cose eiusdem. & in omnibus & per omnia, sicut si ordinationes dictæ artis uel mercãtiæ Florentiæ uel coẽs eiusdem loquerentur de sententiis &c. Quæ uerba ponderanda sunt. Et primo circa incursum dictarum pœnarum omnium copulatiue loquendo: quæ imponuntur cõtra appellantes. vel dicentes de nullitate sententiæ latæ in quocunque foro dictæ ciuitatis & etiã mercantiæ eiusdem quocunque sint, & qualescunque sint. l. hæredi plures. ff. de cõdi. insti. l. hæredi. §. Cato. ff. de fun. instruc. l. quod senatus. ff. de iniur. l. cũ uterque. ff. ne quis eum qui in ius uo. & late posuit Oldr. in sue consi. clxi. & Bal. in. l. fi. in fi. in quarta col. C. de codicil. cum simili. Et hoc mõ intelligitur illud, quod habetur in. l. si duo. §. 1. ff. de arbitris. & in. l. si sic. ff. de uerbo. ob. ubi habetur, quòd pœna non committitur nisi semel, & unica pœna sufficit. nam hoc est uerum, nisi imponantur plures pœnæ copulatiuæ, prout in casu nostro etiam ex diuersis dispositionibus copulatiuæ enunciatis: uel nisi apponatur unica pœna, & dictum fuerit totiens, quotiens, &c. per no. per Bal. in. l. qui fidem. ff. de transacti. & Bald. in. l. 2. C. de iure emphy. & Bal. in addit. Spe. in titu. de locato. in uer. pœna le-
13 galis &c. Et † si diceret mihi, amice aduerte, quia statutum prædictum non commemorat pœnas in aliquo loco: sed solum istis sententiis concedit priuilegia concessa sententiis latis iuxta statuta & ordinationes dictæ ciuitatis & mercantiæ eiusdem in omnibus & per omnia &c. quæ uerba non uidẽtur sonare in pœnas: sed in fauoribus & in priuilegiis, & nõ in odiis. ergo &c. Ad hoc ego respõdeo per not. per Bal. multum singulariter in. l. quòd fauore in septima opposi. C. de legibus. & Paul. de Ca. in. l. si duo. ff. de acqui. hære. & Pau. de Ca. in. l. nulla. ff. de leg. & dñm meum Alex. de Imol. in. l. t. in. vii. col. ff. de lega. t. ubi concl'u iunt, quòd ubi in aliqua dispositione dicitur, quod quis gaudeat in omnibus & per omnia priuilegiis, quibus gaudet ciuis, puta Bononiæ, intelligitur actiue, & etiã passiue, id est quo ad honores; & quo ad onera propter illa uerba, in omnibus & per omnia, seu in totũ & per totum, &c. Et facit etiam text. in. l. 2. §. furiosus. ff. de iure codicil. quem text. dixit Angel. ibi fore ad hoc singularem. & tex. in. §. 1. instit. de donat. & text. in. §. pari ratione insti. qui. mod. ius pat. po. sol. & text. in. c. grãdi de supplen. negli. præla. & in. c. fundamenta de eec. libro sexto. & in cle. exiui. §. circa. de uerbo. signi. cum multis similibus: quæ breuitatis causa omitto. Nec obstat etiã si diceretur aliud, quòd statutum prædictum non potest interpretari, prout supra diximus ut intelligatur etiam in pœnis. nam ita intelligendo esset superfluũ contra tex. in. §. ita quibus. in prima constitutione codicis, & hoc esse uerum probatur in dicto statuto in uer. Et cosi se obserui per ciaschaduno. & in qualuncha luoco, & sotto le medesime pene, & pre iudicii che sono ordinate contra a chi dice con tro a le suie di consuli de detta cita, o di qualũcha altra consulato della detta cita &c. Quæ uerbo expresse & particulariter prouideur de pœnis. ergo præcedentia statuti uerba non possunt nec debent intelligi, prout supra dictum est, ratione superflui tatis euitandæ. d. § quibus. Quia ad hoc ego respõdeo quod in. d. uer. & cosi se obserui &c. fit prouisio de alia noua pœna i casu penitus diuerso a prædictis aliis. §. nam postquàm in superiori. §. statutũ introduxit pœnas contra appellantes & contradicentes de nu litate huiusmodi sententiarũ postmodum disponit ita debere seruari, per quoscunque & in quocũque loco. & uult mõ punire non appellantes, uel dicentes de nullitate sententiarum: sed contradicentes ad statutum & obseruationem inductam puta, dicendo hoc statutum non ualere vel in aliquo deficere uel similia, quæ diuersa omnino sunt, & se patet. & hoc esse uerum probatur ex illis uerbis. & cusi se obserui per ciascuno: & in qualũche luoco &c. nam statutum hoc ponit hæc tanquàm diuersa pœnitus appellare. l. & dicere de nullitate. uel dicere contra sententias consulum, uel aliorũ: ut patet inferius in fine dicti statuti, in uer. & insuper unusquisque rector, qui prædicta non seruauerit. uel aliquid contra prædicta dicentem admiserit. ubi similem mandat obseruationem & statim punit dicentem contra. & sic contra in materia nostra magis concernit factum, quam ius, & respicit ipsum ordinatum. & non sententias de quibus

bus in ordinatione fit mentio. Quæ duo, ut dixi, omnino diuersa sunt: quæ ut diuersa posita sunt etiam per statutum prædictum, ut patet ex eius partibus separatis in quibus separate & diuerse sunt prouisiones, ut constat ex eius lectura. Et ex his constat dictũ appellantem seu dicentem de nullitate incidisse copulatiue in omnes pœnas statutorum mercantiæ: & etiam ciuitatis Florentiæ, iuxta secundum ordinationes eorundem. Et similiter etiam iudices non seruẽtes & qui non seruarunt prædicta seu quolibet prædictorum in casibus in quibus debuerunt qui domini iudicantes non solum sunt obligati ad pœnas in dictis omnibus prouisionibus contentas: sed etiam fecerunt litem suam & tenentur ad omnia damna & interesse parti læsæ: vt in §. 1. instit. de obliga. quæ ex quasi delicto nascun. & in l. si filius. §. si iudex. de iudiciis. & posuit Bald. in l. ne quicquã. §. proficisci. in 22. q. ff. de officio proconsulis. & Bal. in l. sancimus. in fi. C. de iudiciis. & Bal. in c. iudices. in tit. de pace iur. fi. & Bal. in c. 1. §. fin. in fi. in tit. quo temp. miles. & Ludo. Ro. in l. 1. ff. quod quisque iuris. & Innoc. in c. sacro. de sent. excom. & Modern. in c. quoniam contra falsam. in ver. expensæ. &c. extra de probat. † Postremo pro complemento præsentis consultationis occurrit videre: nunquid satis fuerit per partem allegasse contra aduersarium & contra iudicem & statuta communis Florentiæ in genere, an vero requireretur allegatio statuti particularis. Et in hoc breuiter dico sufficere allegasse statuta in genere: & produxisse in genere, per notata per scribentes, maxime modernos in rubrica. ff. de oper. noui. nun. post Bart. ibidem & dom. Anto. in c. 1. in vlti. colum. extra. de proba. & Bal. in. l. in ciuile. ff. de legibus in illa quæstione. Vtrum sit necesse producere totum uolumen statutorum, uel statutum unum duntaxat: nam dicunt quod iudices debet habere custodiam statutorum, quæ sunt plnta: & quæ præsumuntur esse eis nota: ergo &c. & hoc maxime dico in proposito nostro hoc esse uerum, cum officiales omnes in hac inclyta ciuitate Florentiæ in principio sui magistratus assumendi iurent seruare statuta omnia, quod iuramentum habet in se uirtutem certificationis ex parte iurantis, & maxime iudicis. l. si quis maior. C. de transac. cum ibi plene notatis. & posuit Bald. in. l. 1. C. commoda. & scribentes maxime dominus meus in iure pontificio. do. Andreas Barbatia in rubrica extra de iureiuran. ubi ad hoc allegat textum in. l. cum pater. §. filius matrem. cum glos. sua singulari, ff. de leg. 2. & in c. ex rescripto. extra de iureiuran. ubi subdit unum notabile uerbum, quòd iuramentum adeo habet uirtutẽ certificationis, quod habet etiam eam in casu. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. testa. Laus Deo supremo, amen.

Et ut supra scriptum est, consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus, utriusq; iuris doctor &c.

CASVS CONSILII IIII. TALIS EST.

PEtrus falopia de mutina, habens certa bona immobilia in comitatu terræ saxoli, ea vendidit Ioanni Alberto columbo similiter de mutina. vigore quorum bonorum nunc commune Saxoli agit contra dictum Albertum emptorem ad solutionem onerum debitorum, occasione bonorum in dicto territorio suo existentium. Qui Ioan. Albertus tueri se conatur ex multis. Et primo, quòd non est secundùm eum probata in iudicio prædicto identitas dictorum bonorum nam ea neget. Secundo se defendere quærit, vigore cuiusdam decreti olim emanati ab illustrissimo domino duce borsio, de quo in processu agitato fit mentio. Econtra agentes pro dicto communi, dicunt probatam fore identitatem rerum. & etiam, quòd dictum decretum non opitulatur ei, quia loquitur in ementibus bona a masculo, vel fœmina de dicta terra saxoli, seu potestaria dictæ terræ. sed Petrus prædictus non erat, nec est de dicta potestaria, imo est Mutinensis, vt deductum & probatum est ex eodem processu. ergo &c. modo quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Dominium vel possessio an probetur per æstimum seu catastrum. Et an confinia, & eorum æstimatio.*
2 *Collectorum libri, an probent. Et quo ad quid faciant fidem.*
3 *Confinia probantur etiam per sola indicia.*
4 *Confinia bonorum an per instrumenta, in quibus de eis fit mentio.*
5 *Confessio an inducatur expositionibus, ex parte eius, qui ponit.*
6 *Res an & quando transeat cum onere suo: etiam si alienetur in Ecclesiam: vel aliam personarum priuilegiatam.*
7 *Ciuis emens rem a Comitatiuo soluente collectas ratione rei, an eas teneatur soluere. Et quis teneatur ad collectas præteritas, an emptor an venditor. disting. nu. 8.*
9 *Priuilegium semel concessum, an & quando censeatur reuocatum. Et quæ clausula requirantur in reuocatione priuilegij per Principes. nu. 10. Et an posset reuocari postquam transiuit in contractum. nu. 11.*
12 *Res, de facili ad naturam suam redit.*

CONSILIVM. IIII.

Cor mundum Crea in me

Deus: & spiritum rectum in noua in visceribus meis, ut in præsenti consultatione, ea quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Viso igitur & diligenter discusso processu causæ uertentis inter commune saxoli modo agens ex parte una: & Ioannem Albertum columbum, de Mutina, ex parte altera, se defendentem mediantibus utriusque partis intercessoribus seu procuratoribus. necnon uisis puncto & dubiis subtilibus per dominum iudicare debẽtem, porrectis mihi & omnibus aliis ad præsentem consultationem facientibus mature pensatis. obmisso (prout mei moris est:) multiloquio. Quia ueritas in paucis consistit: & etiam quia apud sapientem uirum

verba

uerba facimus: dico breuiter partes do. uestræ fore, & esse in pronunciando ad fauorem dicti communis, & in condemnando dictum Ioannem Albertum ad soluendum collectam, & alia onera ratione dictarum terrarum per eum possessarũ in dicto territorio existentium: & etiam ad alia de quibus infra, circa conclusionem dicemus. Et 1 † præsuppono primo ab extra, an per æstimum seu catastrum probetur dominium, uel possessio uel estimatio: seu ualor rei: de quibus omnibus habetur per Bar. & Bal. in. l. si pater per illum text. C. de action. empr. & per Cyn. & Bald. in. l. solemnibus. C. de rei uendi. & per Bal. in. l. indicta, eo. tit. & per Bar. in. l. quòd quis. ff. de acqui. rerum do. & per Bart. in. l. rura. C. de omni agro deser. lib. xi. & per moder. in. c. quoniam contra falsum. in uerbo, testes. in uer. illud tamen notandum est, quòd per æstimum &c. extra de probat. cum aliis adductis per dominos consulentes in præsenti causa quibus addo, etiam nunc not. per dominum meum Alex. de Imo. consi. cxlvii. in ulti. col. in. v. uol. incip. an marito supportandi onera &c. & in consi. clxxxv. in pen. col. in eodem quinto uol. incip. non potest agi petitione hæreditatis &c. & etiam in consi. xxxvi. circa medium in eodem. v. uol. incipien. uiso processu causæ uertentis inter Antonium &c. & in consi. xcii, in quarta. col. in secundo uol. inci. si duo fratres &c. in uer. ad confirmationem, &c. & Bal. in consi. clx. in quarta parte consiliorum suorum incip. factum tale, &c. & Bal. in consi. cclxxvi. incip. uiso puncto &c. & in consi. cccxii, incip. quidam uerius &c. in eadem quarta parte consiliorum suorum. & do. Franc. Are. in suo consi. lxv. incip. in præsenti consultatione &c. vbi in specie ponit, an per æstimum probatur ualor bonorum ibi descriptorum, & alia, quæ in præsentia nõ attingo: quia sunt aliqualiter extra principale propositum de quo agimus. & dico ego quòd uirtus præsentis consultationis principaliter consistit in duobus: quibus absolutis cætera dubia resecantur & soluuntur. Primo, an sit probata identitas rei, occasione cuius petuntur collectæ. Secundo, an dictus Ioannes Albertus probata identitate rei teneatur soluere onera & collectas occasione dictarum terrarum, attento quòd ipse ser Antonius eius pater emit ea bona a Petro Falopia ciue mutinæ: non ab alio masculo uel fœmina, de dicta potestaria, prout loqui uidetur & requirere illud decretum emanatum ab illustrissimo olim domino. d. duce Borsio, de anno. M. ccccliii. Capio 2 † primum de identitate rei: in quo dico quòd manifeste identitas rei probata est ex libris collectoris, & ex æstimis & confinibus in eis comprehensis, iunctis confinibus, de quibus in instrumentis dictæ emptionis fit mentio, ex quibus manifestissime liquet de idẽtitate rei, Ex libris enim collectoriis hoc primo probatur: quia ubicunque liber collectoriis est scripta ab eo, qui publica authoritate est electus, probat: secundum Bar. in. l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. de quo posuit etiam do. meus in consi. cxxxv. secundo uolu. consiliorum suorum inci. ponderatis his, quæ in themate &c. in ulti. col. & in consil. ccvi. inci. an literis officialium &c. & posito, quod iste liber non probaret probat saltem cum descriptione facta in æstimo, quod æstimum licet non probet dominium uel possessionem: tamen probat confinia: quæ confinia proban-

3 tur etiã per multas minores probationes † nam probantur per sola indicia tex. est in. c. cum causam cum ibi notatis extra de proba. & notat gl. in. c. si Papa. de priuile. lib. 6. in glos. in uerbo probata & uoluit Bal. & Pau. de Ca. in. l. cum aliquis per ibi not. C. de iure delib. & late posuit Bald. de modo probandi confinia in suo con. ccclii. in tertia parte consiliorum suorũ incip. uerba principis &c. & dominus meus Alex. de Imo. in consi. lxxxviii. in quarta col. in. v. uol. incip. plura dubia in materia possessorii, &c. & in consi. lxxxix. incip. an contra habentem titulum &c. in 4 prima col. in eodem. v. uol. ubi † ponit an probentur per instrumenta antiqua. & licet non sit uendita tanta petia terræ, quanta reperitur descripta in catastro: tamen per hoc non tollitur quin sit eadem, iuxta notata per Bar. in. l. demonstratio falsa. in fin. princ. ff. de condi. & demon. & per Bar. in. l. demonstratio falsa. in fin. princ. ff. de condi. & demon. & per Bar. in. l. senatus in fi. ff. de accu. & in l. cum quid. ff. si cer. pe. & per Bar. & Bald. in. l. 1. C. si unus ex pluribus appel. & per dominos cano. in. c. auditis. per illum text. de præscri. & in. c. auditis de resti. in integ. & Pau. de Cast. in 5 cõsi. cccxx. Præterea † & clarius hoc probatur expositione facta per partem aduersam in ordine. xvii. ubi referendo instrumenta prædicta, asserit se possidere ea bona de quibus agimus. & sic aperte fundata est intentio communis ex hoc solo. licet omnia alia deficerent iuxta not. per domi. Anto. & scriben. in. c. fi. extra de confes. & Ioan. And. in. c. cum in positionibus de iureiuran. lib. 6. & Bald. in. l. generaliter. C. de rebus. credi. & Bal. in. l. sicut. in fi. C. de repudi. hære. & Pau. de Cast. in consil. ccxcvi. ubi concludunt, quòd ponens confitetur contenta in positione, & eo maxime, quod fuit acceptata per commune, ut patet ex actis. & idem uoluit dominus meus Alexan. de Imo. in consili. cli. in quinto. uolu. incip. repetitus in causa matrimoniali &c. circa prin. & in consi. xcii. in eodem. v. uolu. inci. de remedio ex canone &c. & in consil. clxxxii. incip. an petitio hæreditatis &c. in eodẽ quinto uolu. Confirmantur prædicta etiam posito, quòd prædicta non opitularentur dicto communi, quia satis est sibi, quòd dicta petia terræ probetur esse in dicta potestaria, & hoc expresse probatur ex dictis instrumentis emptionum in nec. Item medietatem unius petiæ terræ positæ in territorio Florent. &c. Nam. instrumentum hoc absque dubio probat. d. c. auditis. Itaque existentia dictæ rei & identitas eius-6 dem apertissime probatur. Qui ergo † reperitur possidere hanc petiam terræ in ea potestaria, soluere tenet collectas. sed ut dixi aperte probatur possessio dicti Ioannis Alberti per ea, quæ supra dicta sunt. & ideo ipse teneri debet ad collectas. Capio nunc secundum, in quo iudicio meo stat tota uis præsentis consultationis, & in qua iacet lepus: & in hoc dico omnino dictum Ioannem Alber. teneri ad solutionem collectarum & onerum prædictorum: & hoc ostendo multifarie multisque modis: non obstante, quòd Antonius emerit a ciue Mutinense: non autem a masculo uel fœmina de dicta potestaria &c. prout dictare uidetur dictum decretum. & hic aduertite quæro. nam decretum illud illust. ducis Borsii duo principaliter inducit. primo facit bona in dicta potestaria existentia, affecta oneribus & collectis,

ctis, prout petitum fuit per homines dictæ terræ. Secundo prædicta expresse declarando induxit, quod ea bona non possint alienari in aliquem, qui non habeat uel debeat soluere dictas collectas & grauamina: & si contrarium fiat, annullat alienationes inde sequutas. Ex quibus duobus datur intelligi, quòd ea bona sunt omnino affecta sub prædictis oneribus.& per consequens infertur ex hoc, quòd ad quemcumque transeant, transeunt cum onere suo, & si ille in quem translata sunt non uult soluere, tutus aliquo uelamento iuris uel facti alienatio facta annullatur. Aut ergo dictus Ioannes Albertus recusat soluere dictas collectas: & contractus uenditionis redditur nullus, & potest commune sumere collectas ex ipsa re: aut non recusat soluere & tunc habemus intentum. Sed rectius dicendum est, quod ipsa possessio peruenit omnino ad eum cum primeuo onere suo, sicut dicimus in re trãseũte ad ecclesiã.ut voluit Archi.& Ioan.An.in c.1.de immu.eccle.lib.6.& Inno.in c.uõ minus de immu.eccle.& not. glo.& scrib. ibidem in c.1.extra de censibus. & Bal.in l. omnes.C.de sacrosan. eccl.& Bal.in l.fin.per illum text.C. de bonis dam. & facit quod not.Bal.in l. rescripto.§.fi.ff.de mune ri.& hono.& Bart.in l.1.C.de murileg.lib.x. & in terminis nostris uoluit dominus meus Alexan.de Imo. in suo consilio cxxxv.incipi. in causa & lite uertente inter Iacobum Martii.&c.in 2. uol.in v. col.in uersi. præterea ultra pdicta &c. Ad hæc † et 7 faciat doctrina Bar.in l.2.C.de prædiis & oĩbus re bus nauicu.lib.xi.ubi per illum text. dixit in termi nis circa collectas debitas ratione rei, quòd si ciuis emit rem a comitatiuo: aut fecit in fraudem, aut non: primo casu, tenetur soluere collectas tanquã comitatiuus. secundo casu. tenetur omnino soluere collectas sed non vt comitatiuus, sed vt ciuis tamen in proposito nostro, ex quo per decretum prædictum bona prædicta sunt affecta, ad quemcunque transeunt: clarum est, quòd dictus Ioannes Albertus tenetur omnino soluere, & si sol uere recusaret, contractus ille debet pronunciari nullus, & nullius ualoris: nec ex eo posset niti, quod nititur impugnare, ut in reg. ex eo de regulis iuris lib.6. Accedat ad prædicta, quod multum singulari ter dicebat Ang.in suo consi.xxiiii. incipiẽ.an.ecclesia teneatur ad collectas &c.vbi concludit quod vbi impõnit collecta certa, si postmodũ res illa perueniat ad ecclesiam, tenebitur ecclesiæ, seu res ecclesiæ ad illas, & hoc modo dixit se intelligere Bar. in d.l.rescripto.& in l.placet.C.de sacrosan.eccl.& idẽ.uoluit Io.Calde.in suo cõsi.vii.incip.an si statu to cauet &c.sub rub.de constit.ubi loquit de eccle sia, & pio loco acquirente rẽ subiectã collectis.& proprie, quãdo est statutũ, quod talia bona nõ possint alienari in aliquem non subiectũ: & concludit pro ut supra dixi. & idẽ uoluit do.Abb.in consi.xiii.in 2.uol.consiliorum.incipi.uniuersitas ciuitatis &c.

8 †Ad idem faciat, quod uoluit illustris doctor do.Frã. Are. in suo consi. cxv. incip. In causa magnifici & præstantissimi equitis, domini Antonii de petrutiis &c. ubi multum singulariter more suo loquutus est, cõcludens quod si loquimur in collectis præteritis, debent solui per eum, qui prius erat obligatus.allegit.l. r.§.si hæres.ff.ad Trebel. & quia secũdum eum, imponuntur personæ, sed de futuris collectis & currentibus post contractum celebratum, secus est, secundum eum, dicendum, quia sequuntur possessorem. Et etiam ponit quid in tributis: sed in casu nostro multo magis hæc procedunt, cũ bona prædicta prædictis sint omnino affecta collectis & grauaminibus, ut ex tenore dicti decreti

9 apertissime colligitur &c. Nec † obstat si dicatur mihi, quòd sit reuocatum hoc priuilegium seu decretum: quia respondeo pluribus modis.& primo, quia in his sequentibus, per quæ dicitur facta reuocatiõ primi, non sunt clausulæ sufficientes ad illud primum munitũ tot & tantis clausulis, de quibus in eo tollendum, iuxta not.per scriben.in l.fin.C.si contra ius.& per Bal.& Paul.de Cast.post glo.ibidem in authen.quam in prouincia.C.vbi de cri.agi opor.vbi dixerunt expresse, quòd per cassationem etiam priuilegiorum non intelligitur cassata concessio collectarum: nisi expresse hoc sit actum ergo &c. & facit etiam text.& quòd not. ibi Bar. in l.in fraudem.de an.& tribu.li.10.& in l.1.C. de indict. eo.lib.& in l.euacuatis.C.de decurioni.& Bal.in l. etiã, in pe.col.C.de execu. rei iudi. ubi cõcludunt,

10 quod † qui tenetur soluere collectas, etiam si habeat rescriptum quod soluere non teneatur, tamen tenetur

11 soluere. † Plus dico, quod priuilegium seu decretum circa collectas dicitur per concessionem trãsire in contractum: adeo quod non põt reuocari amplius. ita signanter uoluit Bart.in l.hi qui.in fi.ff. de iure im mu.& Bar.in l. quod semel. de decre.ab ordi. fa. & facit quod notat Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti. & iu.circa medium.& Bal.in l.non plures C. de sacrosan.eccle.& Bal.in l.fi.C. de condic.ob causam. & Io.And.in c.decet.de regu.iur.lib.6.& Io. And. in addi.spec.in tit.de censibus.§.nunc dicendum.in addi.incipiente: potest in eadem lege &c. Præterea hoc secundum decretum non tollit primum, nec ad hoc tendit. Et hoc non dicit: sed dicit, quod si ter ea, quæ erat ciuis, peruenerit ad comitatiuum, effici

12 tur collectis subiecta: † sed si redit postea ad ciues redit ad primam naturam suam: quia res de facili redit ad naturam suam. Sed nos loquimur in casu diuerso: nam hæc res non fuit, nec probata est fuisse ciuis: sed ab initio hæc fuit comitatiui, scilicet Iacobi de Papa, ergo &c. Itaque secundum decretum non facit ad rem. Ex quibus omnibus conclu do partes d.v. fore & esse in pronunciando d. Ioannem Albertum teneri & obligatum fore ad solutionem prædictarum collectarum. Vel si soluere recusauerit, ad pronunciandum prædictum contractum eius respectu fore nullum. & ex dictis bonis eas collectas dicti comitatiui seu eius bursæ fiscali solui debere. Pro quibus omnibus etiam allego Paul. de Castr. multum notabiliter loquentem in hoc passu & concludentem in specie ad propositum in suo consil.316.in 2. col. incipi. an & quando secundum &c. vbi ponit quomodo priuilegium primum debet tolli per secundum. In quo ultimo multum non me extendo ulterius: cum satis superque satis dictum fuerit de hoc per dominum consulentem. Laus Deo clementissimo. Amen.

Et, ut supra scriptum est, consulo & iuris esse dico.

Ego

Ego Ludouicus Bologninus V.Iuris Doctor, & eques, sacri palatii apostolici consistorialis aduocatus: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo Bon. patriæ meæ studio in quorum fidē: propria manu me subscripsi.& solitum sigillum apposui iussi. Laus Deo clementissimo,& Beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII V. TALIS EST.

Nobilis Bartholomęus de Guidonibus de Mutina, fuit quadā die insultatus,& etiam vulneratus a quodam Fran. de ferrariis similiter Mutinensi: cui maleficio opē dederūt nonnulli eiusdem fratres.& ad eius medelam fuit adhibitus quidam magister Andręas de carpo, chyrurgicus, equidem expertus & doctus: prout ex pluribus testibus probatum est, qui cū curauit. sed non obstante eius bona cura d. Bartholomęus die septima propter illata, vt dicit, vulnera mortuus est. Modo dubitatur an d.Franc.de ferrariis & etiam eius fratres, qui dicto maleficio opem & auxilium præstiterunt, & etiam probatum est, ueniant omnes plectendi, ut homicidæ, pœna capitali: an uero dictus Bartholomęus censeatur potius mortuus ex incuria medici, & negligentia sua,& per consequens illi de ferrariis ueniant excusandi vel ne, cum plures testes sint examinati, deponentes quod dictus Bartholomęus non erat vulneratus mortaliter: & ꝙ vulnera ei illata non erant lethalia. Quibus stantibus, quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Moriens, an & infra quantum tempus post vulnus illatum, præsumatur mortuus ex causa vulneris illati, uel ex alia causa. & num. 3.*
2 *Dies pauci, qui dicantur, circa mortem sequutam post uulnus illatum alicui.*
4 *Medicus, qui promisit curare podagram, an debeat habere salarium, si podagra reuersa est. Et infra quantum tempus præsumatur rediisse ex causa antiqua, uel noua, num. 5.*
6 *Vulnerans quibus casibus non teneatur de vulnerato, si ille moriatur. 7.8.*
9 *Medico an & quando possit imputari mors eius, quem curauit egrotantem, vulneratum ab aliquo. Vide per discursum, nu. 10. 11.12.13.& 14.*
15 *Peritis in arte, an & quando standum sit. Et an peritioribus credatur: & etiam Doctori de sufficientia scholaris. & sic de simili.*
16 *Vulnus an præsumatur mortale, ex qualitate armorum.*
17 *Præsumptio ualidior, an & quando tollat leuiorem.*
18 *Sententia lata per testes deponentes de credulitate, an transeat in rem iudicatam.*
19 *Sententia vnius iudicis, an possit corrigi per alium iudicem magis peritum.*
20 *Testi an & quando in re propria sit credendum.*
21 *Opem dans maleficio, an & quando teneatur eadem pœna, qua author impietatis. disting.*
22 *Auxilium præstari in maleficio, ante, & post, & etiam in actu, an, quotque modis dicatur.*

CONSILIVM. V.

Cor mundum Crea in me Deus:& spiritum rectum innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medi[illegible] afferre ualeam. nam Dominus prope est inuocantibus eum &c. Visis igitur attestationibus & aliis depositionibus peritorum in arte medicinæ,& etiam aliis omnibus facientibus & spectantibus ad præsentem quæstionem uertentem inter magnificos ac generosos viros de Guidonibus, de Mutina ex una parte:& nobiles uiros de Ferrariis, similiter de Mutina ex alia deducendo omnia ad summum, uidetur principaliter de duobus posse dubitari. Primo an ille qui vulnerauit Bartholomæum de Guidonibus: qui post vulnus illatum mortuus est infra octo dies, teneatur de occiso: an uero de vulnerato tantum: attento quòd non est mortuus incontinenti post vulnus illatum: sed infra octo dies. Secundo posito, quòd dictus vulnerans teneatur de occiso: an fratres ipsius,& socij qui assisterunt tali delicto,& eū associauerunt ad delictum committendum, teneantur eadem pœna, qua dictus vulnerans: an uero minori, uel quomodo. Venio ad primum. In 1 † quo uidetur prima facie dicendum dictum vulnerantem non teneri de occiso: sed tantummodo de vulnere illato. nam mihi præsupponitur quod dictus Bartoholomæus vulneratus non est mortuus incontinenti, sed septima die post vulnus illatum. unde succedit theorica tradita per glo. no. in l. unica. C. de emendatione seruorum. in uer. depulsa: quæ dixit ꝙ ubicunque vulneratus infra triduum moriatur, nec per ambulauerit, præsumitur ex dicto vulnere mortuus: secus si post triduum perambulauerit,& super baculum suum iuerit, dicens quòd ita distinguebatur in lege Mosaica. & posuit de his Bal. in consil. cxcv. in prima parte consiliorum suorum incip. an uiduus &c. & Bal. in consi. cv. in eadem prima parte incip. ad euidentiam præmittendum est, &c. & in consil. cclxxxix. in eadem prima parte incip. de quæstione &c.& in l. qui occidit. §. fi. ff. ad l. Aquili. & infra dicemus etiam. Sed in casu nostro præsupponitur mihi in themate, quod dictus Bartholomæus vulneratus nō est mortuus infra triduum: sed post per aliquos dies, hoc est septima die. ergo nō debet dici mortuus ex causa vulneris prædicti illati: sed potius ex alijs causis allegatis per partem aduersam scilicet incuriam medicorum. Secundo ad idem adduco text. in c. præsbyterum, extra de homici. ubi dicit, quod vbicunque vulneratus mortuus est infra paucos dies,

a tempore illati uulneris, præſumitur mortuus ex uulnere. alias autem non, ut pateribus in uerſi. cum 2 poſt paucos dies expiraſſet &c. Sed † in caſu noſtro non præſupponitur mortuus infra paucos dies. nam pauci dies uidentur eſſe, ſecundum diſtinctionem illius gloſſ. in d. l. unica de emenda. ſeruo. ſcilicet ſi infra triduum deceſſiſſet. ergo iſtæ non tenetur de occiſo ſed de uulnerato tantum. Nihilominus prædictis non obſtantibus, quæ ſi bene & ſubtiliter ponderentur, non obſtant, contrariam ſententiam arbitror de iure ueriorem fore, & moueor principaliter per caſum huius quæſtionis deciſiuum in c. continebatur extra de homicidio. ubi eſt text. quòd ubicunque uulneratus moritur etiam poſt octo dies, præſumitur mortuus ex uulnere præcedenti, quod præſumitur fuiſſe mortale: ut patet ibi in uerſi. mortale uulnus accepit, de quo poſt octo dies expirauit &c. Et ita illũ text. ad hoc propoſitum expreſſè allegauit dominus Abb. in c. 2. extra de clerico percuſ. circa finẽ. ergo multo magis, hoc eſt dicendũ in caſu noſtro, ſ quo vulneratus mortuus eſt, nedũ poſt octo dies ſed infra, hoc eſt ſeptima die: & ſic breuiori temporis interuallo, ut omnino uulnus dicatur mortale fuiſſe. Secundo, pro eadem parte adducitur text. in d. cap. 2. de clerico percuſ. cum ibi notatis, maxime per dominum Abb. in primo notabili, ubi probatur, quòd uulneratus moriens poſt octo menſes a die illati uulneris, non præſumitur mortuus ex cauſa uulneris. ſecus ſi ante octo menſes. ut patet ibi in uerſic. licet ex inde poſt octo menſes deceſſerit, minime arbitremur fuiſſe defunctum. &c. Iuncta notabili theorica, quam ibi tradidit dominus Abb. qui dixit, quòd etiam, ſi uulneratus moriatur poſt octo menſes, dummodo nunquam reconualuerit: ſed ſemper proceſſerit de malo in peius, præſumitur omnino mortuus ex cauſa uulneris mortalis illati. & poſuit etiam Bald. late, in con ſiliis ſupra per me allegatis. Cum ergo in caſu noſtro uulneratus ſemper proceſſerit in deterius; ut præſupponitur, & non dico poſt octo menſes mortuus ſit: imo infra breuiſſimum tempus, ſcilicet infra octo dies multo magis debet præſumi & firmiter credi mortuus, non ex alia cauſa: niſi ob & propter uulnus præcedens mortale illatum. Et iſtud eſt conſiderandum non mediocriter in caſu noſtro in quo duo cõcurrũt ſcilicet mors ante octo dies: & etiam quòd uulneratus ille ſemper proceſſit de malo in peius: & per conſequens ille, qui uulnerauit, debet teneri de occiſo: & hanc ſententiam uidentur ſequi omnes canoniſtæ in d. c. 2. de clerico percuſſo. & in d. c. continebatur. & in d. c. præsbyterum. & in c. ſignificaſti. eod. titu. & Bal. in conſiliis ſup. p me deductis, ĩ qoibus latiſſime explicat hanc materiã. & Bal. in c. 1. & 2. q. mod. feud. amit. in uſib. feud. Et eandem ſententiã etiam uidentur amplecti omnes Legiſtæ ſcribentes in d. l. unica de emenda. ſeruo. & Bar. in l. ſi. in ulti. co. ff. ad l. Cor. de ſicca. Vbi facit cõmemorationẽ illius glo. in d. l. unica. & ſimiliter cõmemorat diſpoſitionem iuris canonici, circa tẽpus octo menſiũ, prout ſupra retuli, &c. & idẽ apertius firmauit et Sali. contra Bononienſes in d. l. unica in uer. alterius hic not. &c.

ubi multũ magiſtraliter & copioſius cæteris examinant iſtã quæſtionẽ in terminis diſtinguẽdo, ꝙ aut cõſtat uulneratũ eſſe mortuũ ex uulnere: & tũc nõ inſpicit nec cõſideratur tẽpus, hoc eſt ſiue moriatur ex interuallo: ſiue incõtinenti poſt uulnus. text. eſt in l. ſi ex plagiis in prin. ff. ad l. Aquili. Aut 3 † ecõtra certum eſt, quòd non eſt mortuus ex uulnere, & tunc uulnerans non tenetur de occiſo, nec inſpicitur tempus, hoc eſt ſi incontinenti ſiue ex interuallo mortuus ſit. tex. eſt in l. qui occidit. §. fi. & ibi Bal. ff. ad l. Acquil. Aut uero dubitatur, & ſic ſumus in caſu dubio: & tũc ſi uulneratus moritur infra triduũ, præſumitur mortuus ex uulnere. & hoc modo procedat gl. in d. l. unica. Aut uero mortuus eſt poſt triduum, & tunc aut non perambulauit & præſumitur mortuus ex uulnere. Aut uero perambulauit: & tunc aut poſt octo menſes mortuus eſt: & nõ præſumitur cauſa uulneris. ſecus ſi infra octo menſes. allegat text. in d. c. 2. de clerico percuſſore. ſed in caſu noſtro neceſſarium eſt dicere unum de duobus: uel quòd ſumus in caſu certo ſcilicet ꝙ uulneratus ſit mortuus ex uulnere, propter eã breuem diſtantiam mortis ſequutæ, & dictus uulnerãs tenetur de occiſo d. l. ſi ex plagiis. in princ. Aut ꝙ ſaltem ſumus in dubio, & adhuc dico dominũ uulnerantem teneri de occiſo. nam ex quo præſupponitur mortuus, nec unquam perambulauit. & nedum infra octo menſes, prout ſufficiebat, ſecundũ ea quæ ſupra dixi: ſed etiã infra octo dies. ex quo uidetur inferri, quòd propter mortem ita ſtatim ſubſequutã uulnus fuerit mortale: & ꝙ ſumus in caſu certo ſcilicet uulneratum eſſe mortuũ ex uulnere mortali, iuxta ea, quæ habentur in d. l. ſi ex plagiis in prin. & poſuit Rap. cuma. in ſuo conſi. 134. incipi. uulneratus ab aliquo non lethaliter &c. & Bal. in d. conſi. 105. in prima parte cõſiliorum ſuorum, incip. ad euidentiam præmittendum eſt, &c. & Bal. in d. conſi. 95. incip. an uiuus &c. in eadem prima parte conſiliorum. & in conſi. 302. in ſecunda parte incipi. proponitur &c. & do. meus Alexa. de Imo. in conſi. 109. in primo uol. incip. uiſis & ut oportet conſideratis &c. & dominus. Fran. Aret. in 4 ſuo conſi. 80. † Ad idem facit elegans doctrina gl. quam ſequitur & ampliat ibi Bart. in l. maritus. ff. locati. in uer. ultimo hæc lex inducitur in argumentum ad quæſtionem de medico &c. ubi concludit, quòd ſi medicus promiſit curare aliquem a podagra: & ſequuta eſt liberatio: & poſtmodum de nouo podagra reuerſa eſt, ſi dubitatur, utrum debea5 tur medico ſalarium uel nõ: dicendum † eſt aut infirmitas ſuperueniẽs proceſſit ex noua cauſa, & debetur ſalariũ medico. Aut uero proceſſit ex eadẽ cauſa quia eius cauſa non erat bene curata. ſed uiſa eſt aliqualiter ceſſaſſe: & tunc nõ dr̃ curaſſe, nec debetur ſibi ſalarium. Aut ſumus in caſu dubio. & tunc aut podagra eſt reuerſa de proximo, & tunc ur̃ rediiſſe ex prima cauſa: & per cõſequens nõ debet medico ſalariũ. Aut ſuperuenit ex interuallo, & tũc præſumitur ex noua cauſa, & ex nouo ſuperueniſſe, & debet medico ſalariũ. & hanc eandẽ glo. & Bar. opi. ſñiam ſequutus eſt dñs Abbas in d. ca. presbyterũ. ſ ult. co. extra de homi. & ita dicẽdũ eſt in ꝓpoſito noſtro, cũ mors iſtius ſequuta fuerit nõ

ex inter

ex interuallo: sed incontinenti & de proximo, quòd fuerit omnino ex causa præcedente scilicet propter illud vulnus mortale, qđ quasi immediate ante cadebat; & per cōsequens dictus vulnerans debet teneri de occiso. nam ea quæ incontinenti fiunt, in esse uidentur. l. lecta uer. dicebant. ff. si certum peta. Præterea hoc iure etiam municipali dictæ ciuitatis cauetur: vbi apparet quòd vulneratus moriēs infra quadraginta dies a die illati vulneris, præsumitur mortuus ex causa vulneris, secus si post. ergo casus noster aperte deciditur per dictum statutum: qđ etiā fere uiget per totam Italiam eiusdem

6 tenoris. Ad † idem adduco pro confirmatione prædictorum quia ualidum est argumentum a sufficienti partiū enumeratione: ut in §. actionum instit. de actionibus. sed multi sunt casus, in quibus vulnerans non tenetur de occiso: sed tantū de vulnerato, inter quos casus iste nun reperitur: ut infra statim ostendam. ergo ie vulnerans tenebitur de occi-

7 so. Primus casus † est, in quo vulnerans quis tenetur tantum de vulnerato, quem ponit Iurisconsultus in d. l. si ex plagiis. in prin. ad l. Aquil. scilicet quando negligentia illorum de domo mortuus est ut ibi in uersicu. aut domini negligentia cecidisse &c. Sed nō est dubitandum in casu nostro, imo certissimum est, hanc negligentiam non affuisse. nam illi de familia omni diligentia usi sunt erga prædictum scilicet in adhibendo medicos & alia pro hoc necessariā: quæ omnia interuenerunt pruut requirebat nobilitas & conditiu prædicti Bartholomæi: necnon aliorum ex magnifica domo de Guidonibus. ergo non sumus in hoc primo casu, vt vulneratus possit dici decessisse ex negligentia suorū: nam omnis negligentia hic cessauit & ōis diligentia adhibita est: & propter hoc in hoc non insistam tanquam non habente dubitationem, quia nemo

8 est, qui nesciat. † Alius est etiam casus in quo vulnerans non tenetur de occiso. sed tantummodo de uulnerato. quantumcunq; moriatur scilicet quando ex medicorum insitia hic accidit seu imperitia. vt est tex. in d. l. si ex plagiis in prin. in uersi. aut ex medici insciētia &c. & voluit Bal. in l. quod si nolit. §. si mancipiū. ff. de edicto. & in c. s. in titul. qui. mo. feu. amit. & in c. s. §. itemque. in tit. quæ fuerit prima causa bene. amit. Sed in casu nostro cessat hæc ratio. nam fuerunt adhibiti medici in arte peritissimi, maxime quidam magister Andreas de carpo, in arte sua pertissimus, vt fama est, qui dictum ægrotum curauit & bene & diligentissime: & vt dixi in arte sua peritissimus est, prout apparet ex depositionibus testium super hoc productorū, & ex infra latius dicendis circa hæc in fine huius primi dubii. ergo &c. ex quibus apparet eum aliquando talia & maiora curasse & in eo non cadit ignorātia aut insciē ntia circa hāc artē chyrurgiæ. unde cessat etiam ista alia ratio, quæ consueuit relevare uulne-

9 rātes, ut nō teneantur de occiso. Et † animaduertendum est circa hoc. Nam ad hoc ut mors medico possit imputari, necesse est, ut infra dicenda reperian-

10 tur. † Primo si talis medicus esset clericus, non autem laicus. nam clericis tale officium medicandi est interdictum ca. sententiam c. non magnu. extra ne

11 clerici, uel mo. & c. fi. eo. ti. † Item in alio casu mors imputaretur medicis, quando esset imperitus & asscreret se peritum, & ex imperitia sua mors vel damnum sequeretur d. l. si ex plagiis. & l. illicitas. §. sicut. ff. de off. præsi. & in regula, non est sine culpa de reg. iur. lib. 6. cum simi. Et aliis etiam, quæ supra deduxit maxime Bal. in d. c. 1. §. item qui. in tit. quæ fuerit prima causa benefi. amit. & facit quod no. gl.

12 in c. 1. extra de confes. Item tenentur medici † quando adhibuerunt omnem diligentiam iuxta artem suam. & quando non informauerunt ægrotum de his, quæ erant necessaria ægritudini suæ, his enim non seruatis, euentus mortis uel alterius damni imputatur medicis: aliis autem non hæc omnia habētur & multum copiose declarantur per do. Abb. in c. tua nos. extra de homicidio & per do. Cardi. & eundem do. Abb. in c. calumnia in pe. col. de pe. & du. Abb. in c. fi. in uersi. no. tex. ibi imperitia tua cōtra medicos &c. extra de iniuriis. & Bal. in d. c. 1. §. item qui in tit. quæ fuerit prima causa benefi. amit. In quibus locis concludunt scrib. idem esse in doctore iuris ciuilis: seu canonici. nam si eius imperitia datum est damnū cliētulo eius, tenetur ad dānū seu æstimationem damni. d. l. illicitas. prope finem de offi. præsi. & idem uoluit etiam Host. in d. c. calumniam de pœnis. Sed, ut dixi, in casu nostru cessant prædicta omnia. nam medici adhibiti non fuerunt clerici, nec imperiti, nec tacuerunt dicenda necessaria ad ualitudinem ipsius uulnerati, ut plenius ex dictis productionibus testium pro secunda parte productorum apparet, uidelicet in persona dicti

13 magistri Andreæ de carpo, ergo &c. Alius † est etiam casus enumeratus inter prædictos, in quo uulnerans non tenetur de occiso scilicet quandu uulneratus mortuus est post octo menses: ut est casus in d. ca. 2. de clerico percus. sed in terminis nostris uulneratus, nedum decessit post ucto menses: sed infra octo dies mortuus est: ergo non sumus in casu, in quo uulneratus debeat excusari ab uccisio-

14 ne. † Alius est etiam prædictus connumerandus casus, quando certum est quòd uulneratus non est mortuus ex uulnere: ut est tex. in d. l. qui occidit. §. fi. & ibi Bal. ad l. Aquil. sed in quæstione nostra hoc non est certum: imo potius est certum cōtrarium, per ea quæ supra ostendi. uel saltem sumus in casu dubio. ergo arguendo a sufficienti partium enumeratione, sumus extra casus prædictos, in quibus vulnerans excusatur ab occisione. igitur tenebitur de occiso iste, qui uulnerauit dictū Bartholomæum.

15 Accedat † ad confirmationem prædictorum depositio, & (ut rectius loquar) sententia ut infra probabitur præfati magistri Andreæ de Carpo, peritissimi in arte & aliorum, qui deponunt de mortalitate dicti uulneris, & deponunt apertissime, concludentes dictum uulnus fuisse mortale, quibus peritis in arte omnino standum est, quando recipiuntur iuxta formam & solenniter, prout fuerunt in casu nostro. l. semel. C. de re mil. lib. 12. cap. significasti extra de homicidio. nam creditur peritis in arte sua: ut rusticis de agricultura, & obstetricibus, an fœmina uel uirgo sit, uel prægnans, & doctoribus, an discipulus sit peritus, uel non, de quo per speculatorem in titu. de proba. §. fin. circa fi. in uer. hoc quoque, &c. ubi etiam ponit de ma

gistro militum, qui testificatur de suo milite. & de aduocato, & de assessore, & medico: & generaliter de quolibet perito in arte sua. & ibi etiam ponit de quadam cõtingentia facti in ciuitate nostra Bononie. de quodã campsore, qui pcussit certũ scholarem. In qua pronunciatum fuit tandem stari debere & credi respõsioni. factæ per medicos chyrurgicos allegat. l. certi iur. C. de iudiciis, & quæ habẽtur in proemio. ffforum. in princi. ibi quis amplius quam vos cognoscit. &c. Pro quo et allegant doctores præfati illud, quod habetur in l. iurisiurandi. C. de testibus. facit etiã tex. in l. nemini. C. de aduocat. diuersorũ iudi. vbi probatur ꝙ statur assertioni doctoris de sufficiẽtia scholaris. & ideo dicit ibi Bal. ꝙ doctor pro causa sui scholaris non debet haberi suspectus, si producitur in testem. 16† Ad idem adduco pro probatione dicti vulneris illati, ut præsumendum sit omnino mortale propter qualitatem armorum, cum quibus fuit percussus dictus Bartholomæus: nam pp genus armorum cognoscitur & iudicatur vulnus mortale. secundum Bal. in proe. digestorum. in 3. col. ubi allegat ad hoc tex. in c. significasti. §. si uero extra de homi. & etiam facit tex. in l. eum, qui C. de sica. & in l. sed si quæcunq;. §. si magister. ff. ad l. Aquil. & d. c. præsbyterum. de homicidio. & d. l. 1. C. de emen. seruo: ubi Bal. allegat d. c. significasti. §. si uero ad hoc propositum de qualitate armorũ. sed hic fuerunt arma huiusmodi, &c. Ex quibus omnibus patet euidentissime vulnerantem omnino teneri de occiso. Non obstat adducta supra incõtrarium. & primo doctrina gl. in d. l. vnica. de emenda. seruo. quia ad illã gl. sufficienter respõsum est, per supra dicta: maxime declarando eã, prout debet declarari ex notatis per scribentes ibi: maxime per Sali. & etiam per canonist. scriben. in locis præallegatis: maxime dominum Abb. in d. c. 2. de clerico percussore. cum si. Secundo non ob. text. in d. ca. præsbyterum in uersi. post paucos dies &c. quia ad illũ tex. et põt rñderi, ꝙ pauci dies intelliguntur, sed ea quæ supra dicta sunt secundum distinctionem supra traditã. Tertio non obstant depositiones seu responsa aliquorũ medicorũ physicorũ, qui uidentur deponere dictũ vulnus nõ fuisse necessario mortale & conantur pluribus mediis illud ostendere. nam eorum depositiones facile corruunt. Primo. n. adinuicem contrariantur. nam aliqui dicunt medicos seu peritos in hoc adhibitos, non fuisse idoneos, aliqui dicunt, ꝙ sic, maxime cũ de hoc non sit dubitandum absq; eorum depositione. nam nota est peritia præfati magistri Andreæ de carpo, cui omnino magis tanquam petitiori credendum est: nam ubicunq; medici discordant standum est potius peritioribus & habentibus fundatã sapientiã. l. diui fratres. ff. de iure patro: & ita p illũ tex. dicebat Bal. in proemio. ffforum. & etiã in cõsiliis supra per me allegatis. ubi subdit, ꝙ vulnus debet præsumi mortale, si mors sequuta est, maxime de recenti: prout fuit in casu isto: quia effectus causam ostendit. allegat not. in d. l. unica. C. de emen. seruo. Et pro hoc facit illud quod not. Ioa. And. in tit. de homi. in §. 1. uersic. pone A. vulnerauit B. qui superueniente febre obiit, &c. ubi dicit post Guidonem de Suza. ꝙ si iudex condemnauit Titium ad dictum medici, dicentis uulnus mortale de occiso. & Titius condemnatus petit antequam sepeliatur mortuus, petitiores medicos adhiberi, & illi referant illud uulnus non fuisse mortale, retractabitur sententia illorum & stabitur peritioribus. allegat tex. in l. 2. §. ex actis. ff. de orig. iur. in uersi. turpe est patricio &c. Et istud idem in effectu tenet Bart. in l. si ab hostibus. §. si uir. ff. solu. matri. ubi dicit per gl. ibi positam, ꝙ quando medicus imperitus testificatur: & iudex sequitur eius dictum, & postea ex dicto magis peritorum apparet contrarium, retractatur factum per iudicem, ac si esset factũ per falsas attestationes, pro hoc etiam facit text. elegans & ad propositum urgens in l. si quis adulterii. secũdum unum intellectum. C. de adulteriis. quem intellectum approbat ibi Iaco. But. ibi probatur ꝙ vbi sententia fertur super eo, super quo non cadit uera & perfecta probatio sicut est in crimine adulterij: ut in c. præterea de testibus. & sic fertur sententia ex præsumptione iuris, ꝙ talis sententia retractatur ex alia præsumptione ualidiori ut ibi in uersi. indiciis euidentibus publicabũe, &c. & istud etiam uoluit ibi Bart. qui dicit illam legem in hoc singularem ad hoc; ꝙ absolutoria lata ex præsumptione iuris: quæ ibi resultabat propter consanguinitatem, retractatur ex alia præsumptione, quæ resultat ex matrimonio, & sic ualidiori: & sic probatur ibi secundum Ange. etiam ꝙ ex præsumptione quis damnatur ad mortem, etiam lata absolutoria: & per consequens est ibi casus istius quæstionis nostræ. nam si aliqui medici referunt uulnus non fuisse mortale, & propter hoc percutiens sit absoluendus: si magis periti dicunt contrarium, poterit 17 percutiens damnari ad mortem. † Pro hoc etiam facit quia una præsumptio magis ualida, tollit aliam minus ualidam, per id quod habetur in l. diuus. ff. de in integr. resti. & in l. siue possideris cum ibi no. per Bal. C. de probat. & in l. mater cum ibi not. per Ang. & Saly. C. de calumnia. & uoluit do. meus Ale. de Imo. in consi. 150. in 7. colum. in 5. uol. incip. in causa & lite uertente inter dominam Lucretiã &c.

18† Pro hoc etiam adduco doctrinam doctorum canon. in c. proposuisti extra de proba. ubi dicunt, ꝙ sententia lata per testes deponentes de credulitate, nunquam transit in rem iudicatam: imo semper poterit retractari, si probatur cõtrarium per testes melius informatos, & per magis peritos. Et ideo infert ibi multum singulariter dominus Ant. de But. quòd sententia lata de consilio unius doctoris põt semper retractari si reperitur cõsilium alterius doctoris magis periti & famosi, prout est in casu nostro, ex quo allegat illud quod habetur in l. admonendi. ff. de iurei. & in c. 2. de purgatione uulg. &c. 19 causam matrimonii. de ꝓba. Ad idem† faciat, quia sententia iudicis potest corrigi per iudicem magis petitum. l. 1. in prin. ff. de appel. cum similibus. & ita dicendum est in proposito nostro, quòd depositio seu sententia præfati magistri Andreæ in arte sua peritissimi, & peritiores cæteris in chyrurgia cuius apud omnes peritia non uulgaris reputatur, deberet præferri depositionibus aliorum non ita peritorum, in illa arte chyrurgis, de qua tractamus. Ex quorum etiam dictis probatur peri-

tia

tia dicti magistri Andreæ: nam asserũt ipsimet pro ductis pro parte aduersa, eum esse idoneum in arte sua, & tanto magis, quia per alios testes coadiuuatur depositio, seu, ut dixi, sententia dicti magistri Andreæ qui, ut chyrurgicus & qui huic rei assistit, & adhibitus fuit, melius ueritatem & naturam rei perquirere potuit, & occultum cognoscere, quam cœteri medici, qui non sunt chyrurgici, sed physici: qui non continue assisterunt huic rei: sed aliquando uiderunt uulnus, & in hoc magis credẽdum est ei quam aliis medicis, cum peritioribus sit magis credendum, per ea, quæ supra dixi. & etiã adduco tex. in l. 3. C. de in genu. manu. in uer. si cũ peritioribus tractatum habuisses, facile intelligeres &c. Qui dictus magister Andreas ultra depositiones dictorum testium, habet omnes iuris præsumptiones pro se, qui resultat ex supradictis, quæ dicitur euidens probatio. l. licet Imperator. ff. de leg. 1. l. 1. C. de test. mili. 20 † Nec dicatur, quòd sibi minus sit credendum, cum in re propria deponat, iuxta. l. nullus idoneus. ff. de testi. cum simi. quia lex approbat talem depositionem, imo mandat ad tales personas recurri. d. l. semel de re mili. lib. xii. cum aliis supra allega. maxime per Specu. in tit. de proba. & d. l. nemini. de aduo. diuer. iudi. ubi ut dixi creditur doctori deponenti pro schola ri, in quo deberet cadere aliqua suspicio, & lex eũ habilitat ad testificandum. Præterea isti periti in arte non uocantur ut testes, unde cessat ratio d. l. nullus idoneus cum simi. quæ loquitur in testibus isti autem periti non uocantur tanquam testes, sed ut iudices: ut probat tex. in l. certi iuris. C. de iudi. in uer. qui cuiusdam rei peritiam habent, de ea iudicant &c. Pro hoc etiam text. in c. quia iudicante extra de præscript. in uerb. agrimensoris diffinitionis, &c. & si diceretur incidisti in Scillam uolens euitare carybdim. nam licet iste magister Andreas non debeat repelli tanquam non sit testis in re suo, & in causa propria: nonne est iudex, ut dicunt iura proxime allegata: si ergo ita est, multominus quis potest esse iudex uel quomodocunque iudicare in causa propria l. 1. C. ne quis in causa sua ius sibi dicat &c. Ad hoc ego respondeo, quòd licet dicatur tanquam iudex deponere: tamen lex isto casu non reprobat: imo admittit necessario tale iudicium, sine quo talia facile aliquando decidi non possent d. l. semel cum aliis supra allegatis. lex ergo non habet suspectos tales iudices, imo mandat ad eos recurri. Nec dicatur mihi, lex mandat recurri ad alios, non autem ad illos qui operam adhibuerunt circa uulnus. dico quòd imo lex potius uocat tales, qui melius noscere potuerunt ueritatẽ & qui sunt peritiores, ut est iste magister Andreas, qui in hac arte chyrurgiæ alios antecellit: & melius examinauit hac rem cæteris. unde succedit doctrina Bart. per illum text. quem ad hoc dixit singularem in d. l. semel. de re mili. libr. xij. ubi dixit, quòd nunquam denunciatio facta per medicum, quòd ex uulnere quis non debebat mori, uel quòd ex uulnere non debebat remanere cicatrix, debet aliquid operari, nisi procedat, quòd medicus diligentissime examinauit uulnus. Istud aũt non potest dici factum, nisi a dicto magistro Andrea, qui semper astitit. alii uero aliquando uisitauerunt ægrotum, prout ipsimet asserũt, ergo &c. & posuit etiam Pau. de Cast. in consi. cxcvii. incipien. una inquisitione &c. ubi tenet ꝙ plus creditur medicis. quã aliis testibus. & Raph. cuma. in consi. cxxxiiii. incip. vt suprà. dixi. & Bal. in d. consi. ccccij. Et multo magis hæc procedunt in casu nostro, ubi non tractamus de reuocatione sentẽtiæ latæ: imo sumus in faciliori, & magis absoluto casu scilicet ante sententiam. & sic si doctores iuribus & rationibus, de quibus supra latius, determinarũt, ut in illo difficiliori casu reuocationis fiende debet magis attendi dictum peritorum: multo magis hoc est dicendum in casu nostro. ubi non tractatur de reuocatione actus maxime tanti roboris ac firmitatis, cuius est sententia. quæ habetur pro ueritate l. res iudicata. ff. de reg. iu. l. ingenuum. ff. de sta. ho. cum simi. & turpius eiicitur, quam non admittitur hospes. c. quemadmodum. extra de iureiur. cũ si. & hæc quo ad primum dubium, dicta sufficiant pro tunc. Ca21 pio † nunc secundum principale dubium, quo subsequenter quæritur, an fratres & socii dicti uulnerantis teneatur eadem pœna, qua dictus uulnerans ex eo, quòd dederunt ei opem & auxilium in tali delicto. Et uidetur primo dicendum, quòd non: quia pœnæ debent tenere authores suos. l. sancimus. C. de pœnis. sed author istius delicti uidetur fuisse dictus uulnerans. non aũt fratres ibi adstantes. ergo. &c. & hoc dicendum uidetur maxime iuncta theorica Di. prout refert Bar. & scriben. in l. is, qui opem. ff. de furtis. ubi dicebat quòd aut præstans opem dedit causam delicto: & sic fuit causa: & tunc tenetur eadem pœna qua tenetur ipsemet delinquens. aut non dedit causam delicto eius ministerio, & tũc nõ tenet in totũ. sed media pœna puniri debet d. l. is, qui opem. & ita uidet in casu nostro fore dicẽdũ. nã dicti fratres socii nõ fuerũt causa dicti delicti, nec eorũ ministerio factum est. ergo non tenentur eadem pœna, sed leuiori & mitiori, cũ melius sit absoluere nocentes, quã condẽnare innocentes. l. absentẽ. ff. de pœnis facit. l. præses. & l. de interpretatione. ff. de pœnis. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. cũ simi. Sed hoc nõ obstante cõtrariũ puto de iure fore, ut scilicet ꝙ dicti fratres opem præstantes teneantur eadẽ pœna, qua delinquens. Et primo & ante omnia de hoc est casus in l. 1. C. de rap. uirgi. in uer. & his qui auxiliũ tempore inuasionis præbuerunt, &c. ubi est decisio de hoc. Secũdo de hoc est tex. in l. is, qui opem. ff. ad l. Corne. de sica. vbi est casus etiã de hoc, & ut per illum tex. decidit ibi Bar. & magis communiter alii post eũ. Et nõ solũ hoc procedit de iure ciuili. sed etiã de iure canonico. Tex. est in c. si culpa. extra de pœnis per quem text. ita in terminis decidit ibi dominus Abbas in secundo notabili. & idem uolunt etiam domini cano. in c. sicut dignum. de homicidio. & in c. 1. extra de officio deleg. & in c. significasti de homicidio. & Ioan. An. in c. fi. de cleri. pcusso. nam ex eorum præsentia insultans redditur audacior: & insultatus timidior. & hanc eandẽ sententiam approbauit Bar. in d. l. is, qui opem. & Bart. in l. si quis in graui. §. quisque. ff. ad Silla. & Bar. post. Di. in l. sæpe. ff. de uerbo. sign. & Bald. in

l.2.in 12.col.C.de seruitu.& Bal.in l.1.C.de nil.agger.non rumpen.& Bal.in l.1.C.de crimi.pecul. & Auge.in d.l.is,qui opē.& Ange.in d.l.1.de nili.agger.non rumpen.& Saly.in d.l.1.C.de rap. uirgi.in 8.col.in fin.& Pe.de Ancha.in c. fœlicis.§. illud de pœnis in 6.& Pe.de Ancha.in consi.203.in quibus locis doctores concludunt unanimiter præstantem opem seu auxilium delicto, teneri eadem pœna, qua ipsemet delinquens tenetur, declarantes quomodo & quando quis dicatur præstare opem uel auxilium delicto.& finaliter concludunt,quòd auxilium aliquando punitur ratione alicuius actus indeterminati: uerbi gratia si disponitur quòd non præstetur auxilium bānito, & hoc casu dicitur præstari auxilium largo modo, qualitercunque succurratur sibi, siue præstando sibi pecuniam, siue eum associando, uel præstando ea, quæ habeant afferre ei utilitatem uel honorem.l.4. post principium.ff. ad l. Iuliam maie.l.si fuerit.ff.de rebus dubiis.l.diuus.& l.in metallum.ff.de pœnis. Aliquando uero punitur auxilium ratione alicuius notorii, & determinati actus,ut puta si dicitur: quicunque præstiterit opem uel auxilium furi, uel homicidæ. Et 22 iste † est casus noster, in quo determinant præfati scribentes, quod potest præstari pluribus modis,uidelicet ante maleficium, & in ipso maleficio, & post maleficium. primò casu, dicitur præstari, si quis præstiterit scalas uel ferramenta: aut arma ad maleficium committendum. & de isto auxilio loquitur text.in l. si pignori. §. qui ferramenta. ff. de furtis.Secundo casu,dicitur præstari, cum quis est præsens in maleficio & suadet uel hortatur, ut id committatur de quo loquitur. l. 1. præalleg. de rapt. uirgi. & iste est casus noster in quo dicti socii hortati sunt dictum uulnerantem tempore perpetrati delicti,ut probatum est ex testibus productis,qui hoc apertissime & concludenter probant, ut cuilibet recte intuenti patet. Tertio uero casu dicitur præstari auxilium quando reus arriperet fugam: & ei præstaretur auxilium. & de hoc loquitur text. in l. 1. & fin. C.de his qui latrones. Ex quibus omnibus dicendum est dictos fratres, qui fuerunt socii & opem præstantes dicto uulneranti, teneri omnino eadem pœna,qua ipsemet,qui uulnerauit dictum Bartholomæum. Et ita in hoc concludam breuiter,cum uerbis domini Saly. in l.quoniam.C.ad l.Iul.de ui pu.in 11.col.ubi dixit,quòd cautus iudex poterit punire eos, qui fortasse uenirent aliter puniendi ex forma statutorum, tāquam opem & auxilium præstantes, prout ueros homicidas,& eadem pœna,qua ipsemet homicida. Et hæc omnia procedunt salua semper dispositione municipali extante tam circa primum, quam secundum dubium, quæ ex prædictis discussa de iure satis ac satis redduntur. Nec obst.quòd pœna debet tenere suos authores & cæt. quia isti fratres satis dicuntur authores delicti, ex quo opem & auxilium dederunt. d.l. is, qui opem reprobata opi. Di. de qua supra, quæ iure non probatur, & communiter alii tenent contrarium in locis suprà allega. & uoluit do.meus Alexan.de Imo.in consi.15.in primo uol.incip.cum plures percusserunt &c. Laus Deo omnipotenti.

Et,ut supra scriptum est, consulo,& iuris esse dico,ego Ludouicus Bologninus, minimus inter alios V.Iuris Doctor,& æques,Iura ciuilia de manè legens in almo Ferrariensi studio. In quorum fidē propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII VI. TALIS EST.

Reuerendissimus In Christo pater & do. d. Philippus,olim Eṗs Bonon. dignissimus, iniuit cum hominibus terrarum,centi, & plebis subditis suis certos contractus, super quibusdā terrenis in eisdem territorijs sitis & confinatis, prout in instrumento latius superinde confecto cōtinetur. Et ex post etiā cū inter dictos homines post mortem præfati reuerendis. d.Cardi. orta esset contentio & lis super eisdē bonis tpe d. Cardi. Mantuani, successoris in eodem episcopatu: & lata fuit sentētia secundū tenorē & substantiam prædicti contractus,quæ in rē transiuit iudicatam.Demum mortuo d.Cardi.Mātuano & succedente in eodem episcopatu reuerendissimo in Christo patre & domino tituli sancti Petri ad uincula,Cardinali dignissimo,& episcopo Hostiēsi meritissimo, domino Iuliano de rouore. Inter eosdē homines orta est ēt contentio & lis super eisdē bonis & terrenis, ex quo homines terrarum prædictarum fecerunt & dederunt procuratores & legitimos nuncios ad præfatū reuerendissimum dominum eo tempore Romæ degentem, cum potestate resignandi ea bona in manibus eiusdem, prout latius in instrumentis superinde confectis cōtinetur.Qui procuratores seu legati inuicem se concordauerunt super prædictis bonis: & ex post fecerunt compromissum in dictum d. Cardinalē, vt in arbitrum & arbitratorem: qui uidēs eorum uoluntatem & concórdiam, iuxta & secundum eam in totum & per totum iudicauit,& arbitratus est:prout in laudo eius continetur.Nunc dubitatur de validitate omniū prædictorum, & in consequentiam circa prædicta,quæritur quid iuris super prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a sufficienti partium enumeratione, validum est in iure.*

2 *Arbitri seu arbitratoris iurisdictio causatur a compromisso,& in eo fundatur.*

3 *Tutor,curator, vel procurator, an possint compromittere de rebus*

de rebus principalium suorum, sine speciali mandato ad hoc. & nume. 5.

4 Compromitti, uel transigi an possit super rebus liquidis & claris, post rem iudicatam: vel post probationes, ante sententiam.

6 Compromissum, an dicatur transactio.

7 Promissio facta de stando dicto & determinationi alicuius, intelligitur, dummodo fiat, vt a uiro bono.

8 Arbiter vel arbitrator an possit auferre vni ex litigatoribus, & dare alteri in parua, vel magna quantitate. Et quomodo.

9 Ius declarandi, concessum alicui, an cohæreat solummodo personæ eius, qui debet declarare.

10 Industria personæ, an in dubio & per quæ verba videatur electa.

11 Verba ista: quoniam, & quia & similia, an sonent in conditionem: & in causam finalem. Et quid de ablatiuis absolutis.

12 Ab, ex dictiones. & aliæ similes, an excludant: & denotent causam mediatam vel immediatam. & nu. 13.

14 Forma, dat esse rei.

15 Procurator habens etiam liberam potestatem, an possit ea facere, per quæ dominus posset incidere in pœnam.

16 Prælatus vel Princeps successor, an teneatur stare contractus iusto per suum prædecessorem.

17 Procurator cum libera potestate, an possit donare eius domini sui.

18 Mandatum qui habet ad transigendum, an possit aliquid remittere gratis.

19 Procurator an possit remittere exceptionem peremptoriã vel renunciare appellationi per se interpositæ.

20 Procuratorum stricte limitata est potestas.

21 Principis potestas quanta hodie, & quanta olim.

22 Princeps an possit, vel videatur in dubio præiudicare iuri tertij, & quomodo nume. 26. Et ex qua causa. Et cum quibus clausulis, an specialibus vel generalibus. nume. 23.

24 Causa iusta quæ dicatur, vt Iudex possit tertio præiudicare.

25 Princeps quilibet, etiam recognoscens superiorem, an possit vti clausulis derogatorijs in suo territorio.

27 Princeps non teneatur seruare pacta sua, & contractus initos cum subditis suis: vel etiam si fuerint a suis prædecessoribus.

28 Princeps quæ nam possit de plenitudine potestatis. Et an possit et dici cur ita facit.

29 Disponentis vel statuentis mens, an declaretur ex proœmio legis, vel statuti.

CONSILIVM. VI.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritũ rectũ innoua in visceribus meis: ut in præsenti ardua quæstione, ea quæ iusta sint & iuri consona, dicere ualeam, tibi enim possibilis est omnis quæstionis solutio secundum dominum Cardi. in consil. 142. incip. sanctissimus dominus noster &c. & ipsa ueritas omnia uincit: quam quilibet iudex targere debet, secundum Ange. in consi. 222. incip. de testamento quo quæritur &c. circa princi. Visis igitur instrumẽto venditionis iam diu celebrato per olim reuerendissimum in Christo patrẽ & dominum d. Philippum, tituli sancti Laurentii, in lucina, sanctæ Romanæ ecclesiæ præsbyterum, Cardinalem dignissimum. & tunc episcopũ Bonon. benemeritum, anno 1461. certis hominibus castri centi, & castri plebis: & de certo terreno nuncupato, malafictus. iuxta suos plures confines. de quibus omnibus & singulis in dicto instrumento latius continetur, & fit mentio. Et demum uiso processu expost actitato corã olim domino d. Cardinali Mantuano, successore eiusdem in dicto episcopatu Bononiæ. Nec non & uisa sententia exinde per R. d. suam lata inter procuratores & syndicos vniuersitatum prædictarum terrarum centi & plebis, legitimæ constitutos ex parte una, & inter procuratores possessorũ seu inter possessores dicti terreni malafictus ex alia. & in fauorem dictorum possessorum. Necnon uisa ultimo loco quadam declaratione de consensu & uoluntate & concordia Syndicorum dictarum uniuersitatũ ex una: & uoluntate dictorum particularium hominum seu eorũ successorũ de dictis terrenis, ex alia: præcedẽtibus eorum mandatis Syndicatus & procuratoribus interuenientibus: non tamen generalibus & legitimis ad id quod fecerunt, sed multum limitatis: lata per R. in Christo patrem & dominũ d. Iulianum de rouore episcopum hostiensem: Cardinalem sancti Petri, ad uincula, vulgariter nuncupatum: sanctissimi domini nostri Papæ pœnitentiarium: & ad p̃sens modernum, episcopum dictæ ciuitatis Bono. dignissimum, & plusquam benemeritum: & prædictarum terrarum centi & plebis principem benemeritissimum. Et uisis omnibus in præsenti causa uidendis, & omnibus diligenter pẽsatis ac mature consideratis. Obmissis superfluis, cum coram eruditissimis uiris uerba facturus sim, ad ostendendũ ꝙ dicta declaratio ultimo loco facta per præfatum R. d. Cardi. modernum episcopum, cum reuerentia non tenet, & non ualet in præiudicium dictorũ particularium hominum centi & plebis in dicto testamento malafictus. Sic dico: & 1 † moueor primo & fundamentaliter arguendo a sufficienti partiũ enumeratione: quod argumentũ ualidum est in iure. ut in §. actionũ instit. de actio. & in l. 1. ff. de his, qui sunt sui uel ali. iur. aut enim dicta declaratio fuit facta per d. R. dominum tanquam arbitrum & arbitratorem a procuratoribus uel a partibus electũ. aut tanquam per eum cuius declarationi stare promiserant dictæ partes, & sic ut & tanquam per bonũ uirũ, cuius declarationi stare uoluerunt. aut & ultimo loco ut & tanquam per principem & dominum dictarum terrarum centi & plebis decernentẽ per uiã decreti seu legis, uel constitutionis, inter dictos homines subditos suos: & neutro p̃dictorũ casuum ualet dicta declaratio, arbitramentum, decretũ, seu constitutio. ut inferius apertissime ostẽdam. 2 † Capiendo igitur primum caput respectu laudi seu arbitramenti. Dico ꝙ primo ex hoc capite non ualet nec tenet: quia iurisdictio arbitri seu arbitratoris causatur a compromisso, & in eo fundatur l. non distinguemus. §. de officio. in uer. tractatũ ex ipso cõpromisso sumẽdum &c. ff. de arbi. & in c. si. extra de re iudi. §. cũ dilectus. & i c. exami-

natt. extra de arbi. cũ ibi plene notat. adeo quòd dicebat Bal. ad propositum multum notabiliter in tit. de pace constan. in 9. charta. quod laudum seu arbitramentum non potest emologari a partibus, nisi super eo, super quo fuit factum compromissum. Si ergo non ualet compromissum factum in casu isto, uel multiplici capite, & maxime, quia sine mandato aliquo per dictos Syndicos seu procuratores ad hoc factum est, & dato & non concesso, quòd uigore mandati id fieri potuisset, tamen de iure in casu isto fieri non poterat: ut de his omnibus infra clare patebit & demonstrabitur. Ergo corruente iurisdictione & potestate arbitri seu arbitratoris, qua mediante id laudum seu arbitramẽtum latum est, corruit merito etiam dictum arbitramentum, & dicti homines particulares habent intentum suum: nec sibi dictum laudum præiudicat uel nocet in aliquo, nec nocere potest. Ad hoc igitur demonstrandum, primo ego cõsidero: quòd mandatum factum per dictos particulares homines præfatis eorum procuratoribus continet inter alia, hæc uerba formaliter: uidelicet ad repetendũ possessionem eisdem & unicuique eorum uiolenter sublatam de dicto tenimento, malafictus nuncupato, & ad petendum se reintegrari, & tanquam de facto spoliatos restitui in sua pacifica possessione. Item ad renunciandum & consignãdum in manibus dicti R. Car. omnia iura sua: quæ sibi & unicuique eorum pertinent in dicto tenimento quocunque modo & quauis ratione, uel causa. Item ad ratificandum & approbandum omnem declarationem ab eo uel ab altero delegando faciendam super præmissis &c. Quæ uerba diligentissime in proposito notanda sunt. nam ex is non apparet aliquo modo data eis potestas compromittendi, ut euidẽter patet. Cum † ergo dicti procuratores ex se cõpromiserunt, non ualuit compromissum tale: cum diligenter fines mandati custodiendi sint. l. diligenter. ff. manda. ca. cum dilecta extra de arbi. Et ideo dicebat Ludo. Roma. in suo consi. 155. incip. præmissum laudum &c. quòd ubi laudum est latum super eo de quo non est factum compromissum etiã si sit ratificatum, nõ ualet, nec iuuatur ex clausulis generalibus positis in compromisso, ut ibi per eũ in prima col. & in consil. 175. incip. dictum ultimũ laudum &c. ubi ponit de arbitratore laudante aliter, quam compromissum fuerit: & dicit quòd non ualet ut ibi per eũ. Et hic est quod dicimus, quòd laudum latum extra terminum de quo in compromisso fit mentio non ualet, secundum Io. de Ana. in consi. 85. Et ideo etiam dicebat Auge. in consi. 42. inci. porrecta est quædam positio &c. quòd arbiter non potest ponere pœnam in laudo quæ nõ sit apposita in cõpromisso facto per partes, in quo sit data fides de potestate. & posuit dominus meus Alexan. de Imol. in consil. 44. in secundo uolumine, incip. uiso & discusso processu &c. & in consil. 94. in secundo vol. inci. in causa & lite uertente coram arbitris &c. ubi dicit quòd non potest arbiter iudicare super eo, de quo non est factum compromissum. Nec obstat si diceretur, quòd ex quo uoluerunt stari declarationi R. dominationis suæ, ut deatur aperte elegisse eum tanquam bonum uirũ & per consequens tanquam arbitratorem. Quia respondeo, quòd si principales elegerant, ipsi minime potuerũt procuratores prædicti facere hæc seu compromissum: imo istud ostendit apertissime quòd non debebant ulterius dicti procuratores compromittere. Sed † ut inferius ostendam nõ fuit factum compromissum per principales dominos per ipsosmet constituentes, nec facere potuissent: si bene uoluissent, tanquam de re liquidissima & super qua lata etiam fuerat sententia: quæ iã transiuerat in rem iudicatam, prout uoluit Ludo. Roma. in d. consil. 155. In 1. colum. ubi allegat text. in d. l. post rem de transac. & ex aliis infra deducendis, ergo &c. Et hoc igitur primo capite respectu compromissi nulliter facti, nullum redditur illud laudum inde sequutum. Et in hoc primo nemo est qui nesciat hoc primum fundamentum in præiudicium dominorum hominum non subsistere. & in hoc primo fuit deceptus a dictis procuratoribus præfatus reuerendissimus do. Cardinalis: qui uiso cõpromisso primo & ante omnia pronunciauit ut arbiter & arbitrator &c. quòd minime fecisset si prædicta sciuisset. Secundo etiam, quòd dicti procuratores minime compromittere potuerint, aliter & apertissime ostendo: quia compromissum est quædam alienatio: unde † dicimus quòd procuratores, tutores, & curatores pupillorum vel minorum absque licentia iudicis hoc facere non possunt. l. imper. ff. de pactis, & voluit spec. cul. in titu. de arbitr. in §. 2. in verb. sed quid de minore &c. & Barto. in l. non solum. C. de prædiis mil nor. sed in diuiduo & in specie, quod procurator priuatus non possit facere compromissum absque speciali mandato domini, est casus in dic. cap. qui ad agendum. de procurat. lib. 6. & in l. transactionis. C. de transac. cum ibi not. per scribentes & in l. Paulus. ff. de procurat. & multo minus potuerũt in præsenti casu dicti procuratores compromittere, cum lata iam diu fuisset sententia per dictum reuerendissimum Cardinalem Mantuanum prædecessorem, super prædictis bonis, quæ transiuerit in rem iudicatam: & sic nedum erat res liquida sed liquidissima. quo casu non potest de iure transigi, nec compromitti, etiam per principales, & etiam si esset apposita clausula in compromisso, quod intelligatur fuisse lis super eo, super quo feretur laudum. Ita clare habetur in l. post rem iudicatam. ff. de transacti. & in terminis voluit Ang. in l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ff. de pactis. & Aug. & Paul. de Castro. in l. cum hi. §. sed cum lis. ff. de transac. & Paul. de Cast. in l. t. ff. eod. tit. & Paul. de Cast. in d. l. post rem in fine, post Bart. ibidem idem tenentẽ eo. tit. ergo, &c. & Ludou. Roma. in d. consi. 155. in prima colu. incipien. ut supra dixi & illustris d. Frãci. Areti. in consil. 10 t. incipien. in causa Gregorii de Thomasiis &c. ubi plus uoluit quòd etiam ante sentẽtiam quando factæ sunt probationes, ex quibus res dicitur liquida, non potest quis compellã ad compromissum uigore statuti compellentis affines ad compromissum, ut ibi per eum. & uoluit etiam do. Abb. in suo consi. 65. incipien. uenio ad primum &c. in. 1. uolu. consiliorum per me ædito in studio Ferrariæ, dum ibi legerem ordinarie de

mane

meus iura ciuilia, anno domini 1475. & domi. meus Alexa. de Imo. in consi. 22. in primo vol. incipien. si Syndicus castri, &c. in consi. 94. in secundo uolu. incipien. in causa & lite uertente, &c. in consilio 119. in eodem secundo uolu. incipien. titulus quæstionis, &c. & Bald. in consil. 112. in prima parte consiliorum incip. proponitur quòd sententia, &c. & Bald. in consil. 119. in eadem prima parte consiliorum incip. proponitur, &c. & in consil. 300. inci. considerato &c. in eadem secunda parte cōsiliorum suorum. & Bal. in consi. 152. in quarta parte consiliorum incip. post cōclusum, &c. ubi ponit an possit fieri compromissum post conclusum in causa & in terminis statuti disponentis posse uel debere compromitti de causa &c. & Rapha. cuma. in consil. 17. incipien. fine disputatione &c. Nec dicatur mihi, amice aduerte, quia isti procuratores habuerunt mandatum renunciandi, & assignandi omnia iura dictorum constituentium in manibus præfati R. domi. Cardinalis: & sic potuerunt vnum, quod est plus, ergo multo magis potuerunt compromittere, quod est minus. authen. multo magis. C. de sacrosanc. eccle. l. quanto minus. ff. de iureiurand. ca. cum in cunctis extra de electio. quia ad hoc respondeo, quòd imo minoris importantiæ est, & fuit illa renunciatio simplex fienda per eos in manibus dicti domini Cardinalis, quam facere compromissum. Nam renunciatio de iure fieri non prohibebatur, sed compromissum prohibebatur: prout aperte supra probaui. Secundo dicta renunciatio non est contractus: sed potius quidam distractus: sed compromissum est contractus ad instar transactionis, ut in auth. si uero contigerit. & in corpore unde sumitur. C. de iudi. & uoluit etiam domi. meus Alexand. de Imo. in consil. 119. in secundo uolum. incipien. titulus quæstionis, &c. in colum. cum sequenti & Bald. in consil. 34. prima parte consiliorum, incipi. in testemento &c. & Bal. in consi. 185. in tertia parte consiliorum incip. quatuor fuerunt. &c. & in consil. 347. in eadem tertia parte consiliorum incipi. præmittendū est &c. & Bal. in consi. 222. in secunda parte consiliorum incipi. tres sunt casus, &c. & noluit Pau. de Castro. in suo consil. 73. incipien. in nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis, amen &c. in 3. colum. & idem domi. meus Alexand. de Imo. in consil. 40. in quinto volu. consiliorum in ultim. colum. incip. circa primum uideretur, &c.

6 † Vbi dicit, quod procurator habens mandatum ad compromittendum in aliquos, ut in arbitratores potest etiam transigere: compromissum sit transactio, vt ibi per eum & Paul. de Castr. in suo consil. 70. incipien. uiso puncto supradicto & aliis &c. & Rapha. cuma. in suo consil. 7. incip. uiso compromisso Ioannis &c. & in consil. 17. incipien. Hieronymus de biseriis &c. & in consil. 19. incip. quidam nobilis uir. &c. & in cō sil. 136. incipien. uisis instrumentis compromissi, &c. in quibus locis concludunt dicti omnes, quòd compromissum, est quædam transactio, &c. & idē uoluit Raph. fulgo. in suo consi. 73. incip. paterfamilias habens filium, &c. & in consil. 117. incipi. Ioannes quondam, &c. & in consil. 155. incip. proponitur, quod in ciuitate Ferrariæ &c. & etiā dominus Cardinales in consi. 92. incipien. nobiles uiri domini &c. & Ioann. de Anania in suo consil. l. incip. in Christi nomine, amē &c. Vbi etiam ego aliquid posui in additionibus meis ad illa consilia & etiam Ang. in consil. 311. incip. an casus contingens, &c. & Angel. in consil. 98. incip. testator quidam nomine Ange. ubi dixit quod non potest compromitti de his, de quibus non possit transigi. Vnde maior obligatio resultat ex contractu, quam ex distractu: ut de se patet. Præterea dicta resignatio fienda in manibus dicti R. d. ostendit maximam fidem, quam dicti constituentes habuerunt in R. d. S. qua facta renunciatione dicti homines confidentes de tam apertissimo iure suo, cui nihil obstabat, uel in cōtrarium dici poterat nec potestiuo [illegible] uerunt simpliciter declarationem per eum uel eius delegatum fieri posse super dictis iuribus, & in eandem R. d. S. totaliter commisisis. sed non uoluerunt quod dicti procuratores haberēt ipsi uel possent aliquid declarare seu facere ante dictam declarationem, nec se de partibus facere iudices uel se immiscere, prout fecerunt simul & inter sese sine scientia R. d. Cardinalis prædicti colludentes. de qua collusione præfatus R. Cardi. ut suprà proxime dixi inscius omnino fuit. Plus dico, quod dato & nō concesso, qd procuratores prædicti talia non perpetrassent contra mandatum & contra iuris dispositionem: tamen non poterat dictus R. Cardi. etiā solus in casu isto declarare, prout fecit in præiudicium tam graue dictorum hominum.

7 Nam † promissio facta de stando declarationi alicuius, intelligitur dummodo fiat ut a uiro bono, & non aliter ut dixit Bal. in dicta l. penultima. ff. de arbitris. Sed nulli dubium est, quod uir bonus non declarasset, prout declaratum est, prout etiam dictus R. d. non declarasset in eternum: nisi uidisset procuratores utriusque partis fore in dictis capitulis & laudo antea & per prius concordes. ut suprà late deduxi. Nec declarasset ius quæsitum ex titulo tam iustissimo, & etiam bona fide, & ex sententia demum solemniter sequuta: & quæ in rem iudicatam transiuerat: ut tam ex arrupto ab illis auferretur: & tam enormiter & enormissimæ, & plusquam enormissimæ, si dici potest, læderentur, iuxta not. per Bart. in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbitris. & per Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio & Barto. in l. fi. in prima oppositione. C. de contrahen. emp.

8 vbi † dicit quod talis arbitrator seu bonis uir non potest auferre etiam in parua quantitate de bonis unius & dare alteri. Et hæc sint quo ad primum caput. uigore cuius non potest quoquomodo subsistere dicta declaratio. Et hæc dicta possunt etiam adaptari ad secundum caput principale, cuius uigore etiam minus subsistit declaratio prædicta, vt statim apparebit. Quod secundum caput principaliter aggredior nūc, in quo possumus forte dicere qd, in casu isto nō fuit factum compromissum: sed imo promiserunt partes prædictæ stare declaratio in fiende per R. d. S. & sic ipse ut & tanquā bonus uir, & ut electus declarauit super prædictis. sed etiam isto casu dico, quod dicta declaratio facta ex hoc capite, non ualet nec subsistere potest. Nam non fuit data potestas dictis procuratoribus dandi hanc

de offi.proconsul.& Bald.in l.ex arrali.C.de actio. empt.& Bal.in consi.28.in secunda parte consiliorum incipi.de iure &c.in uersi.aliud est dicere,&c. & notat Oldra.in consil.49.inci.consuenit dubita-13 ri &c. sicut dicimus in † dictione ex, quæ denotat causam immediatam secundum Paul.de Cast.in cō sil.41.incipi.uisis actis &c.& in consil. 161.incipi. in præsenti causa &c.in 5.colum. in uersic. constat autem.& posuit etiam de ea aliquid Oldra. in d.cō silio.49.ut supra proxime dixi & Raph.fulg. in suo consil.13.incipi.circa primum consultationis, &c. in 3.colu.& do.meus Alexan.de Imo.in consil.56. in 5.uolu.consiliorum suorum incipi. Aldrouādus testamentum condidit, &c. in 3.col. & in consilio. 61.in penu.colum.in eodem v.uol.incip.uiso processu causæ uertentis inter. &c. Cum ergo in proposito nostro dicta declaratio, quæ præueniri nec associari debuit, uel potuit per dictos procuratores: sed tantum debuit facta ratificari, per eos nec etiam absolute, sed cum grano salis, ut infra probabo ut sonant uerba dicti mandati eis concessi, & etiam iura prouident fuerit aliter & diuersimode pœnitus facta, non ualet: nec tenet.d.l. diligenter mandati.& d.c.cum dilecta.& facit l.eum hi.§.prætor.ff. de transactio. & l.forma.ff.de censibus. & l. certa forma.C.de iure fis.lib.10.& l.Iulianus.§.sed & si quis.ff.ad exhiben.& no.Bal.in l. non possunt. ff.de legibus.& Bal.in l.si quis mihi bona.§.coram. ff.de acquirend.hæredi.& Bal.in l.t. in antepenulti.colum.C.qui admitti.& Pau.de Ca.in consil.71. & Specu.in tit.de instru.edi.§.4.uersicul. sed nunquid &c.& Bald.in l.pe.C.de condi.infer.in 4. col. 14 ubi dicit quod † forma est idem, quod actus perfectus dispositionis,& quæ dat esse rei. & qua non seruata actus est ipso iure nullus. & omnino corruit:& posuit etiam do.meus Alex.de Imo.in consil.l.circa medium in v.uol.inci. in causa.& lite uertente inter Bartholomæum &c.ubi ponit, quando forma est de substantia actus, adeo quòd aliter actus non ualeat. Excesserunt enim miurm in modū dicti procuratores fines mandati sibi dati a dictis hominibus,& per consequens declaratio prædicta 15 ex hoc primo capite corruit.† Accedat etiam,quia dato & non concesso,quod dicti procuratores potuissent concurrere cum dicto R.d.Card. in declaratione & etiam potuissent præuenire,ut fecerunt tamen fuerunt concordes in uno,quod minime facere potuerunt. Nam concordarunt in hoc, quod dictum tenimētum malafictus diuidi posset, quod nequaquam facere poterant,nec in æternum facere possent: quia nunquam procurator quantumcunque habeat mandatum etiam generalissimum: & cum omni ballia,authoritate,& potestate potest facere ea,quæ posset facere incidere dominum suum in pœnam,text.est in l.3.§.si procurator. & ibi hoc no.Bar.ff.quod quisque iur.& in l.pe.ff.de his quæ in frau.credi.& in ca. non potest de procurat.in 6. cum simi.& uoluit in terminis do.mens Alexan.de Imo.in suo consi.33.in 4.col.in secundo uol. consiliorum incip. redemptoris nostri inuocato suffragio uiso themate & instrumento absolutionis &c. 16 Sed † ita est quod in contractu uenditionis iam diu celebrate inter dictum R. Cardinalem Philippum,& dictos homines seu eorum authores fuit a ctum & expresse conuentum per se & suos successores, sub pœna, de qua in dicto instrumento fit mentio,quæ pœna maxima est,quod facta semel diuisione prædictorum honorum non posset nec deberet ulterius fieri in perpetuum aliqua alia diuisio de rebus & bonis prædictis: sed prima diuisio firma remanere deberet, & istud pactum fuit hinc inde uicissitudinarium, & ab utraq; parte promissum:ut patet in dicto instrumento in uersi. acto & expresse conuento per pactum expressum, solemni stipulatione roboratum, per & inter præfatum R. do. Cardinalem & successores eius uel homines prædictos uel eorum hæredes,quod si unquam diuiderent, inciderent, in pœnam dicti contractus: ergo non potuerunt dicti procuratores cōcordare ad inuicem super hoc,nec etiam dare iurisdictionem ante,super hoc uel post, & etiam non potuissent ratificare illam declarationem in ea parte, dum loquitur de diuisione de dicto tenimento fienda de uiginti annis in uiginti annos: quia facerent & fecissent dominos suos incidere in pœnam, & eo maxime,quia dictus contractus uēditionis iuratus fuit & diligentissime roboratus, & in eo ꝓmissum fuit in aliquo non contrauenire, & latius, prout in dicto instrumento continetur. Et si diceretur mihi, amice ex quo præfatus R. Cardinalis dignissimus, Episcopus modernus, declarault dictam diuisionē fieri posse & debere, non potuisset dicta pœna contractus exigi, ex quo communi consensu recessum fuit ab illo contractu. Ad hoc respondeo primo, quod in dicta declaratione non stetit præfatus R. do.Cardinalis,ut episcopus Bono.uel ut pars, sed ut extraneus pœnitus,uidelicet ut electus ad declarandum. Et dato & non concesso, quod stetisset ut pars, non poterat ita ex arrupto rescindere contractum sui prædecessoris factum cum tanta solemnitate & etiam authoritate Apostolica roboratum, & factum per dictum R. Cardinalem Philippum, pro se & successoribus suis in episcopatu sed ut dixi non stetit hic R. domi.Cardinalis,ut pars.Quod patet,quia nulla fuit pœnitus habita coram R.domi.S. mentio de dicto contractu uenditionis nec de sententia post lata:q iā trāsiuerat in rē iudicatā. qui cōtractus est solēniter celebratus: quē si sciuisset R.do.Cardin. noluisset ita ex arrupto prædicta R. domi.S. eis renunciare,& si reuocare noluisset, necessarium fuisset mandatum speciale ad hoc pro parte dictorum hominum particularium, habentium ius in re: iuxta l.nihil tam naturale.ff.de reg. 17 iur.& l.sicut.C.de actio.& obl. Præterea † pro prædictorum confirmatione considero aliud: quia ista concordia & ordinatio procuratorum prædictorum ante dictam declarationem, & ex post sequuta ratificatio, dato quod sola ratificatio facta fuisset, non ualet nec tenet, nec fieri potuit ante, uel post, nec de tali ratificatione senserunt dicti cōstituentes aliquo modo.nā sonat expresse in donationem & remissionem iurium dictorum suorū principalium & eorum antecessorum iam diu & diuersimode & pluribus modis iustissimia eis acquisitorum: quod minime facere potuerunt.etiam in mandato quantumcunque generalissimo,& cum libera,

C.de aquæ ductu.lib.xi.& no.Bal. in l.fi.C.si contra ius.& do.Ant.& Io.de Imo in cap.nulli.de rescrip.cum aliis infrà allegandis, maxime in consiliis,de quibus infrà mentionem faciemus,maxime domini Cardi. in consi. cxxxvi.incip.factum sic se habet, &c. cum pluribus aliis, de quibus inferius, ut dixi faciemus commemorationem in loco suo, ubi allegabo consi.prædictum domini Cardi. 136. Cum ergo præfatus R.d. Cardi.in dicta sua declaratione, dato quod in ea uoluisset uti iure decreti, uel legis: quod minime dicendum est,ut infrà probabo euidentissime, & nūc probatur propter præfationis prædictas in proemio declarationis, ex quibus declaratur mens ipsius ita declarantis seu statuentis.l.nam quod liquide. §. fi.de pænu.leg. 1. in fi.de reg.iur.& no. Bald.in c.1.in vii.col. in tit. de capita.qui cur.vendi. Tamē ex quo non fuit vsus dictis clausulis derogatoriis specialiter,nec etiam generaliter,nec generalissime, non uidetur noluisse tollere ius ita efficaciter, iā quæsitum alteri, hoc est dictis hominibus: & quod plus est sibimet præiudicare,& ecclesiæ suæ,uigore dicti contractus uēditionis olim factæ. ex quo contractu R. d. suprà ius quæsitum est, & obligatio orta erat. & tanto plus, cum sit iuramentō uallata prædecessoris sui. Præterea cum ut suprà dixi mandatum factum procuratoribus prædictis circa talia præiudicialia nō sufficeret post vel ante dictum decretum. requirebatur enim de necessitate citatio principalium ad illud decrectum seu constitutionem. l. non ita dinus.ff.de adop.l.pe.ff.de natæ.resti.& no.Bar.ī l.2. C.de tempori.ap.& Bal.in l.gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber.& posthu. & Bal. in l. fi. C. quibus res iudi. non nocet. & Bal. in l. 1. in pe. col. C. de inoffi. dona. & Hosti.in c. cum olim. de re iudi. & Hosti.in c. per venerabilem. extra qui fi. sint legit. & dominus Cardinalis & Ioan.de Imo.in c.nisi cū

24 pridem in §. t.extra de renunci.† Et si diceretur mihi,amice aduerte, quia forte prædicta procedunt, nisi iusta causa subsit: quia princeps ex causa potest anferre ius quæsitum in rem alterius.l. item si uerberatum.ff.de rei ueri.l.Lucius.ff.de euic.& no lunt Petrus,Ci.& Bal.in l.rescripta.C.de precibus imper.offen. & Bald.in proemio.ff.orum. & Bal.in l.1.post.glo.ff.de consti.prin.& Bal. in l.fi. C.senten.rescin.non posse.& Bal.in l.fi.C.de contra ius, vel vtili.publi. Et in principe præsumitur in dubio iusta causa, ut no.Ci. & Bal.in d.l.rescripta.& domini Cano. in c. quæ in ecclesiarum. extra de consti.& do.Ant.in c.cū inter.de renuncia.& do.Abb. in c. cum olim de re iudi. Ad hoc ego respondeo, quod non apparet ex dicta declaratione R.d.Cardi.noluisse auferre ius tertii. Et plus dico, qđ nec præsumitur istud fuisse de mente principis. d.l. 3. §.siquis a principe. ff.ne quid in loco publico. &c. ex tuarum.de autho.& vsu pallij.& uoluit do.Car. in suo consi.cxxxvj.incip.factum sic se habet,vacātibus canonicatu & maiori probenda &c. & do. Abb.in col.lvij.in secundo uolu.consiliorum suorum incipiente: in quæstione, quæ uertitur seu verti speratur &c.& etiam dominus Car. in consi.lxv. in 4.col. incip. thema talis est, plebs sanctæ Mariæ &c.& do.Car.in consi. lxxxij.incip.nobiles viri domini vinciguerra &c.& Pau.de Ca.in cōsi. ccxxiii. incip.super eo, quod primo loco quæritur.&c. in tertia col.& Pau.de Ca.in consi. cclxxxij. inci. in facto.præsenti,&c.in 3.col.& in consi.cccxj.incip.viso tenore &c.in 2.col.& in consi.cxxxliij.incip.notandum est,quod ista &c.in pe.col. circa medium. & do.deus Alexan.de imo. in consi.xxiiij.in quinto uo. incip. de concessione facta ab Imperatore, &c. & in consi. lxxxix. in eodem quinto uolu. incip.de reuocatione attentatorum, &c.in 2.colum. & in consi.3.in eodem uolu.inci. sunt anni ducentum,&c.& in cōsi.xv.in vlt.col.incip. An bona præsumantur feudalia &c.& in consi.xxx.in eodē quinto volu. incip. an si ciuitas concessit &c. in prin.& etiam Raph.fulgo. in cōsi.lxij. in vltima col.incip. stante statuto ciuitatis Verone &c. & in consilio lxj.ibi immediate præcedente,in 2.col.& in consi. 144.inci.sindici cōmunis & hominū,&c.& in cōsi. 23. in prin. inc. legitimatio facta de spurio. &c.

25 † Plus dico,quod est fortius, quod non potuisset sine iusta causa & probabili illud ius anferre. l. si priuatus.ff.qui.l.totius.ff.de popu. & no.glo.in l. 2.C.quæ sit long.consue. Et uoluit Paul. de Castr. in consi. 218.incip.præsupposito sine præiudicio, &c.in 1.colum.& in consi.282.incip.in facto præsenti &c. Nec mihi dicatur, quod iusta causa fuit pro pace & concordia dictarum terrarum,uel etiā propter scandalum euitandum: ut uoluit Angel. in terminis in l. Antochensium. ff. de priuileg. credi. & Angel. in l.bene a zenonne. C. de quadri, præscrip.& Inno.& Ioa.And.in c.in nostra. de iurein. & per do. meum Alexan. de Imo.consil. 194.in 5. uolu.incip.plura in materia.c.sæpe & c. in pe. col. & Ludo.Roma.in consi.310.incip.in casu præpositæ consultationis &c.cum similibus quia hæc omnia procedunt in principe,& etiā apponente clausulas derogatoria non cognoscente superiorem: alias autem non. Ita uoluit Bald.in d.l. rescripta in fi.de preci.imper.offe.& do.Anto.in d.c.quæ in ecclesiarum de constitutionibus.& Bald. in l.2. in 9. col.C.de serui.& aqua. & in specie dominus Ang. consi.316.incip.in Dei nomine,& suæ matria Vir-

26 ginis gloriosæ, amen. Ex † facto proposito plura dubia oriuntur.& c.in 2.col.circa finem.ubi dixit, quod requiritur specialissima clausula derogatoria,ubi tractatur de præiudicando tertio in grauissimo damno, sed ita est in proposito de quo agimus, quod præfatus R.d. Cardi.non apposuit aliquas clausulas derogatorias.nedum specialissimas sed nec speciales: seu generales, ergo &c. Præterea R.d.C.recognoscit in his superiorem, hoc est summum Pontificem: ut de se patet, ergo &c. Et istud in terminis uoluit do.meus Alexan.de Imo.in suo consi.137.in penul.& ult.colum.in primo uolu.cōsiliorum incip.redemptoris nostri innocato suffragio, uiso & examinato processu, &c.ubi multum singulariter loquitur circa hunc casum. & finaliter

27 concludit illud,quod supra dixi, † Accedat pro cōfirmatione prædictarum etiam aliud quod est fortius. nam quilibet etiam si sit supremus princeps & non recognoscens superiorem, teneatur seruare pacta,contractus suos,seu predecessorum suorum solemniter & legitimæ celebratos. text. est in cap. primo.

primo.in titu.de natura feudi.in usib.feud. & facit tex.in l. digna vox. Et ibi hoc ĩ terminis notat Guido de suza.Ci.Barto.Bald.C.de legibus.& Bald.in l.ex imperfecto. C.de testa.& uoluit Pau.de Cast. in consi.161.incip.in præsenti causa, &c.in 9.col. & domi.meus Alexan.de Imo.in consi. 16.in quinto nolu. incip.de effectu pacis Constantiæ, &c. in 13.colum. ubi proprie loquitur de contractu inito cum subdito per principem, an possit reuocari per successorem? & multum not.loquitur in proposito nostro.& concludit, quod non nisi ex causa allegat not. per Innocen. in c. in nomine, extra de iureiuran.& dam.da.per do.Ant.& Io. de Imol.in c.nouit extra de iudi.& per Bald.in l.qui se patris in 10.colum.C. unde liberi. & in l.donationes,C. de dona.inter ui.& vxo.& per Raph.Fulgo.in l.digna nox.C.de legi.& per Domi.de sancto Gem.in c.primo,extra de constitu. lib.6.cum similibus. & uoluit etiam Ludo. Roma. in consilio 106. incip. uisis necessariis in proposita &c. Cum ergo in casu nostro fuerit celebratus contractus uenditionis prædictæ,cum pacto ut nunquam diuideretur nec diuidi posset dictum tenimentum, per prædecessorem præfati R. d. Cardi. Moder. non debuit nec potuit quoquomodo Reueren. domi. S. nunc illum rescindere uel laudando uel arbitrando, uel per uiam declarationis, uel per uiam legis, decreti,uel constitutiones. & ita simpliciter & ita ex arrupto,prout factum est.& eo maxime, quia contractus prædictus,de quo agimus, fuit & est ultro citroque obligatorius: quo casu etiam supremus princeps non recognoscens superiorem, non potest reuocare, ut notãt domini cano.in d.c.nouit. extra de iudi. & in c.nostra.extra de iniur. & damno dato.& in d.c. quæ in ecclesiarum. de consti. & Archid.in c.quicunque. 11. q.1.& in c.licet canõ. de elec.lib.6.& Io.An.in addi.Spec. in tit.de cẽsi. in §.nunc uidendum.uer.quid si uniuersitas,&c.& Bart.in l.oẽs populi.ff. de iusti.& iur.in 3.q.prin. & Bar.in l.quod semel.ff. de decre. ab ordi.faci.& Bald.in l.donationes, quas.C.de dona.inter.ui.& uxo.vbi dixit per illum tex.multum notabilem, quod princeps tenetur seruare ciuilitatem alicui cõcessam,per modum contractus, nisi ipsi principi non seruarentur conuenta.& idem uoluit etiam Bal.in l.fin.C.de condit.ob.cau.& Bald.in l.qui se patria in 3.col. C. unde liberi. Et per hoc patet non obstare illud quod no.gl.fi.in c.decet. de reg.iur.lib. 6.& Ang.in d.l.Antiochensium.cum aliis supra allegatis. Nam ea procedunt in mero priuilegio concesso, secus in pacto vel in contractu inito cũ principe.ut no.Ci. Bar.& alii in d.l.digna uox. C.de legibus. & ita in terminis nostris reperio firmasse do.meum Alexa.de Imo.in consi.1.in 8.& 10.col. in secundo nolu. consiliorum suorum incipi. Redemptoris nostri innocato suffragio. circa primũ dubium arguit pro parte affirmatiua, quòd Roma-

28 nna Pontifex.&c. Vel † & aliter respondendo dicamus,quòd posset princeps supremus nõ recognoscens superiorem prædicta facere non tamen de iure: sed de plenitudine potestatis: quia tunc ut dicit Spec.in tit.de legato.§.nunc autem.uers.88.nõ est aliquis,qui ei dicere possit: cur ita facis. c.memoria.18.di.cap. ex personæ.de pœniten.di.3.& quia apud talem supremum principem est pro ratione uoluntas. Sed nos loquimur de iustissimo, prout totus orbis attestatur, principe & domino, & non seculari, de quo doctores loquuntur: sed spirituali seu ecclesiastico, in quo maior est ratio, & maior consideratio de nolẽdo præiudicare alteri, qui sicut legibus subiectus est; ita uult uiuere. R.d.S. prout uere uiuit & semper dixit secundum leges. & hanc responsionem ad omnia prædicta reperio etiam tradidisse multum singulariter & in terminis nostris præfatum domi. meum Alex. de Imo. in d.consilio primo, in 9.col. ubi multum magistraliter loquutus est in hac materia, & decidit casum nostrum. Et tanto magis prædicta procedunt in casu nostro, ubi præfatus. R. do. Cardi. in dicto suo decreto (si decretum appellari debet uel constitutio uel ordinatio) non usus est aliqua clausula derogatoria generaliter, nec specialiter nec aliquo alio uerbo importante plenitudinẽ potestatis: nec (quod plus est) ibi ponit vel declaratur quòd declaret, ut princeps vel dominus, sed potius ut ipse credidit, ut arbiter uel arbitrator, vel ut electus: ut ex verbis dicti procemii declarationis latius apparet.

29 ex † procemio enim declaratur mens disponentis.l.1.in fi.ff. de origi.iur. & uoluit Rapha.fulgo. in consi.xcvj. incip. pro dicisione eorum, de quibus &c.in secunda col.in consi.121.incip. supposita bulla &c.in secunda colum.& in consilio cxxiiij. in tertia col. incipien. clericus coniugatus in delictis &c. Vnde non uidetur aliquo pacto dictus.R. do.Cardi. uoluisse etiam ex hoc tertio capite auferre iua quæsitum prædictis hominibus suis, ex tam iustissimis & efficacissimis causis, & iuribus & rationibus eis causatis. Quibus etiam R.do. S. uehementer & pariformiter, obstricta est saltem ratione dicti contractus venditionis factæ per olim dictum R.do.Card. Philippum prædecessorem mediatum R.d.S. quam non dubito sollita prudentia, & iustitiam pronisurã huic enormissimæ lesioni, & grauissimo damno prædictorum hominum suorum. & oculos mentis ad omnia aperiet. Laus Deo clementissimo. Amen.

Et ita, ut supra scriptum est, iuris esse dico, & cõsulo, ego Ludouicus Bologninus, utriusque Iur. Doctor & æques, sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. Et in fidem præmissorum propria manu me subscripsi, & solitum sigillum apposui. Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII VII. TALIS EST.

IAcobus Quondam Bitini de la Ghisiola, de terra sanctæ Agahtæ, communitatis, Bononiæ: tres habens filios legitimos & naturales, videlicet Ioa.Franc. & Leonardum: & Paulum Antonium: diu egit in humanis.

manis. & eo adhuc viuente de anno 1477. quædam domina Ioanna quondam Iacobi de Parma vidua, in suo testamento hęredem uniuersalem instituit, in omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus, iuribus, & actionibus prædictum Io. Fran. filium unum ex filijs dicti ser Iacobi, prout in dicto testamento latius continetur. qui Ioan. Fran. dicta bona hæreditaria dicto patre suo uiuente possedit & tenuit: & etiam aliqua ex eis uendidit & de uenditis, & pecunijs bonorum venditorum, & etiam de fructibus alia bona reemit suo proprio nomine, & pro se, & pro suis hæredibus. Et etiam fructus dictorum bonorũ pure viuo patre prædicto, pro parte pro seipso tenuit, & de eis disposuit uelle suũ. & pro parte etiam aliquos posuit in domo paterna, ad utilitatem communem, patre sciente & non contradicente. Demum dictus Iacobus pater de anno 1483. suum condidit testamentum, in quo prædictos omnes Io. Fran. & Leonardum & peregrinum minorem. 25. annis, filium dicti Pauli Antonij: qui Paulus Antonius viuo patre mortuus est, hæredes vniuersales instituit, & esse voluit: prout latius in eius testamento continetur. Mortuo dicto Iacobo dicti fratres cum dicto peregrino eorum nepote simul habitarunt, & vixerunt ad unum panem, & vinum communicantes fructus bonorum hæreditariorum: & etiam pro parte dictorum aduentitiorum; & laborando, & colendo possessiones, & alia, & eo tempore etiam dictus Io. Fran. ex post emit aliqua bona suo proprio nomine. Modo volunt deuenire ad diuisionem, & inter se bona paterna æqualiter diuidere uolunt prout condecens est. & etiam dictus Ioann. Fran. vult sibi retinere dicta bona ad se deuoluta ex testamento dictæ dominæ Ioannę, & etiam alia suo nomine ante & post & de fructibus eorundem tam patre viuo, quam mortuo. quæ bona in ualore multum excreuerunt ab eo tempore citra, inspecta conditione terrenorum. nam vbi illa bona ad eum peruenta ex hæreditate dictæ dominæ Io. eo tempore ascendebant ad quantitatem & ualorem quingentarum librarum, vel circa, nunc valent libras mille uel circa: & etiam vult reperere fructus consumptos per eum in communi familia viuente patre, & etiam eo mortuo saltem. Modo quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Societas fit ne inter filios, uiuente patre, quo ad paterna bona, vel aliæ quæuis, si negotientur eo tempore.*

2 *Societas quomodo & quando intelligatur contracta inter fratres, post mortem patris. Vel inter patruum & nepotes simul uiuētes. Et quid iuris, si aliquis sit minor xxv. annis.*

3 *Communicanda quæ ueniant in societate tacita omnium bonorum. Et an ea, quæ proueniunt ex actibus quæstuariis, uel legato, uel hæreditate delata uni & sociis. Et quid in rebus donatis uni ex eis.*

4 *Fructuum communicatio, an inferat contractam societatem quo ad bona, & res ex quibus percipiuntur. & nu. 7. Et quid de libris aduocatorum.*

5 *Lucrum proueniens marito, ex forma statuti, an sit communicandum inter fratres socios, atque alia bona aduentitia.*

6 *Bona empta nomine proprio, per unum ex sociis fratribus, an ueniant communicanda aliis sociis.*

8 *Fructus consumpti ex bonis in communi familia positis, an repeti possint per unum ex sociis.*

9 *Expensa facta in traducenda uxore per unum ex fratribus, an imputentur ei in partem suam. Et quid de eius uestimentis festiuis. Et de celebratione missarum.*

CONSILIVM VII.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeant. Viso igitur puncto mihi porrecto, & consideratis omnibus alijs, ad præsentem consultationem facientibus, obmisso multiloquio prout mei moris est: qui ueritas amica est sapiētibus. & quia res aperta est, dico quod uiuente dicto Iaco. patre prædictorum inter distos fratres & peregrinum nepotem non fuit contracta aliqua societas inter se nec etiam cũ dicto peregrino nepote suo, post mortē dicti Pauli Antonii eius patris. Et hæc 1 † est prima conclusio, quã facio in hac materia & † præsenti casu, stat enim iuris uera & indubitata dicisio, quod patre viuente etiam si fratres simul habitarent, & (quod plus est) negociarentur, & bona communiter possiderent, non contrahitur aliqua societas. ita plene declarans & probans reddidit Bal. in l. cum oportet. in uer. quæro quare fratres &c. C. de bonis quæ liberis. & Bal. in l. certum. in secunda col. C. famil. erc. & Bal. in l. cum duobus in lectura sua antiqua. ff. pro socio. & uoluit aperte dominus meus Alex. de Imo. in suo consi. xlviij. in 4. col. in primo uol. consiliorum, incip. super hesitatione, de qua quæritur &c. & Ludo. roma. in consi. cccclxxi. incip. lucrũ autem est dote in 1. col. in uer. non tamen dicendũ, &c. ubi allegat tex. in d. l. cum oportet in prin. & in §. quod autem insti. per quas perso. no. acquir. & quia secundum eum huiusmodi negociationis facta uiuo patre, quærunt usumfructum patri, & nõ referunt a fratre quæstũ fratri. & quia non possent fratres uiuente eo, in cuius potestate sunt contrahære in aduentitiis sine eius consensu: per tex. in l. fi. §. filiis aũt. C. de bonis quæ liber. ut ibi latius per eũ multũ singulariter loquentem, in præsenti casu: & hoc primo nulli dubium est. & per consequens elicio

elicio ex hoc primo correlarium unum, quod ab anno 1477. quo mortua est dicta domina Ioanna testatrix, usque ad mortem dicti Iacob. patris dictorum filiorum nulla fuit nec potuit esse societas in dictis bonis, & (quod plus est) dicti fructus dictorum bonorum aduentitiorum spectabant ad dictum Iaco. & si quos præmisit percipere dictum Ioa. Francis. sunt & fuerunt effecti sui: utpote qui consensu paterno eos accipit, ut est text. no. in d.l. cum oportet. §. sin autem res. C. de bo. quæ libe. per quem text. ita communiter firmát omnes scrib. ibidem concludentes, quòd uidetur pater donare eos fructus filio, quæ donatio per mortem eius confirmatur. & uoluit etiam Bartol. in l. frater a fratre. in ult. quæstione. ff. de condi. inde. & Bald. in l. 2. in prin. ff. de dona. & in l. 2. C. de inoffi. dona. post glo. ibidem. & Bal. in authen. ex testamento. in 6. col. C. de colla. Ex quo infero, quòd omnes contractus initi per dictum Ioa. Fran. uiuente patre non potuerunt fieri communi nomine: nec ut a sociorum fratrum: qui contractus pro maiori parte celebrati fuere per dictum Io. Fran. patre uiuente, & non contradicente. uel etiam (non curo) ignorante. Solum ergo restat nunc uidere, quid iuris post mortem dicti Iac. an inter dictos fratres & dictum peregrinum eorum nepotem fuerit contracta aliqua societas aliquorum uel omniū bonorum, ad finem ut ea bona aduentitia ueniant diuidenda. Secundo an fructus bonorum aduentitiorum consumpti & positi in communi per eum possint repeti per dictum Io. Fran. post mortem eorum patris.

2 † Quo ad primum dico nullam fuisse contractam societatem omnium, nec aliquorum bonorum inter eos, etiam si promiscui actus societatis hincinde intercessissent: nam contractus societatis, est ultro citroque obligatorius. l. societates contrahuntur. §. fi. ff. pro socio. sed dictus peregrinus minor xxv. annis, eo tempore uigore statuti positi sub rub. de contractibus cum minoribus &c. non potuit obligari, nisi cum solemnitatibus, de quibus in dicto statuto latius continetur, ergo &c. Quod procedit non solum in societate expressa, sed etiam in tacita: sicut dicimus in simili in pupillo, quia iure communi prohibetur facere contractum obligatorium. l. obligari. ff. de autho. tuto. l. 3. C. de auth. præstan. nam non potest etiam tacite contrahere societatem. ita uoluit Bar. in l. Titium & Meuium. §. alter o. ff. de admi. tuto. & Bal. in l. si patruus. per illum tex. C. communia utriusque iudi. & Bal. in d. l. cum oportet, in prin. in x. colum. de bo. quæ libe. & Ange. in consilio lix. incip. de pluribus fratribus sociis omniū bonorum &c.

3 Secundo † ad idem adduco. nam posito & non concesso, quod inter dictos fratres & dictum nepotem fuisset contracta societas tacita omnium bonorum, nihilominus dicta bona hæreditaria dictæ dominæ Ioan. & ab ea prouenientia, & postea ex uenditione eorundem bonorum & fructibus reempta, non debent nec possunt iudicari communia, quia in societate tacita non ueniunt nisi ea, quæ acquiruntur ex actibus quæstuariis: non autem ea, quæ ex legato, uel hæreditate proueniunt. tex. est in l. coiri. cum quatuor legibus sequentibus. & in l. si duo. §. fi. ff. pro socio. licet aliud sit in societate expressa: ut est tex. in l. 3. §. cum specialiter. cum gloss. sua. eo. tit. & hanc differentiam facit etiam tex. in l. cum duobus. alias incip. Papi. §. socium, cum glo. in uer. omnium. ff. eo. tit. & voluit in terminis Bald. in d. authen. ex testamento. in pe. col. in uer. secundo quæro, quid si dotet sororem &c. ubi allegat bonum tex. in l. socius pro filia. cum gl. ff. pro socio. ubi socius est omnium bonorum non tenetur conferre ad onus dotandi filiam socii, quia illa dotatio, non est actus negociationis quæstuariæ. Præterea hoc etiam decidit Bald. in d.l. cum oportet. in prin. in 1. col. vbi quærit an si aliquid donatum est uni ex sociis: uel uni ex fratribus simul habitantibus debeat communicari, & concludit quòd non. Sed ita est ea, quæ obueniunt ex hæreditate, quæ tamen sit soluendo, dicuntur obuenire ex tit. lucratiuo, sicut si obuenirent ex donatione: ut in l. inter stipulantem. §. si rem. ff. de uer. ob. & ibi hoc not. Di. & Ang. in l. si seruus legatus. §. Stichum. ff. de leg. 1. & in l. 1. C. de impo. lucra. descrip. li. x. ergo dicta bona hæreditaria dictæ dominæ Ioannæ, & alia etiam ab inde prouenientia, communicari non debent per dictū Ioann. Franci.

4 Accedat † ad confirmationem prædictorum illud, quod uoluit Salyc. combon. d.l. si patruus. in pe. & ult. col. ubi dicit quod si fratres sunt habentes bona communia, & alter eorum duxit uxorem, quæ ei dedit dotem, alius uero frater est aduocatus, qui ponit in communi omnia quæ acquirit ex aduocationibus suis alter etiam ponit in communi ex omnes fructus fundi dotalis: non dicūtur communicasse propter hoc capitalia; hoc est nec aduocatus libros: nec alius frater dotem suam; quia communicatio lucrorū (secundū eū) nō infert cōmunicationem capitalis. allegat tex. in d.l. cū duobus. §. si fratres. ff. pro socio. & tex. in c. 2. in titu. de fratribus de nouo benefi. inuesti. in usi. feu. Pro quo facit quia facto declaratur intentio. l. Paulus respondit. ff. de legibus. sed ex cōmunicatione fructuum non declaratur intentio communicandi capitale, ex quo fructus ipsi percipiuntur. l. non hoc. C. unde cognati. l. neque natales. C. de proba. ubi non probat hoc esse, quod ab hoc contingit ab esse, ergo &c. Præterea communicatio fructuum uel lucrorum habet in se causam discontinuam, ergo ex tali communicatione non debet induci præsumptio societatis. & ita firmat Sali. in d.l. si patruus. in penul. & vlt. col. ubi multum singulariter in materia ista. & ad rem nostram loquutus est. & idem voluit etiā do. meus Alex. de Imo. in cōsi. 48. in secundo volu. consiliorū inci. deligenter perspectis his, quæ in themate cōtinentur, &c. vbi multū notabiliter etiam ipse loquutus est circa casum nostrum, arguendo ad partes. & finaliter concludit, quòd ex communicatione fructuum non intelliguntur communicare res uel bona: ex quibus fructus percipiuntur & etiā idē firmauit in cōs. xlviij. in primo volu. consilio. incip. an hæreditas obueniens patruo existenti cum nepote in communione &c. Et idem etiam tenet Lud. ro. in consi. ccciij. incip. in casu præpositæ consultationis &c. Vbi cōcludit plus, quod quantumcunque fratres tenuerint

paternam

paternam hæreditatem simul indiuisam, nihilominus ea quæ quisque eorum proprio nomine quæsiuit, non debent redigi in cõmune. allegat. text. in d.l. cum duobus. §. si fratres. & in §. quæ autẽ. instit. per quas perso. no. acqui. in uer. n: ꝙ uni filio suis laboribus uel prospera fortuna accessit: hoc in aliũ ex cõmunione proueniẽs luctuosũ quærenti filio ꝓcedat, &c. & in d.l. cũ oportet. in uer. & filij non lugeãt, ꝗ ex suis laboribus sibi possessa sunt &c. & idẽ ẽt uoluit idẽ Lud. Ro. in suo cõsi. 406. inci. quæ
5 sito præsens &c. Vbi † cõsuluit, ꝙ lucrũ proueniẽs uni ex fratribus ex forma statuti ex dote ꝑ uxorẽ prædecedentẽ in matrimonio, nõ venit cõmunicandũ aliis fratribus non supportantibus onera illius matrimonii. & idẽ reassumpsit ẽt in cõsil. 471. incip. lucrum autem ex dote proueniens &c. Et
6 † per consequens infero quo ad hoc primũ dubiũ, quòd dictus Ioa. Fran. non tenetur communicare ea bona aduentitia uel empta expost fratri uel nepoti suo. & idẽ in terminis ẽt reperio uoluisse dominum Abb. in consi. 65. inci. facti cõtingentia talis est &c. & etiam do. meum Alexa. de Imo. in suo consi. 76. in 4. uolu. consil. suorũ inci. uiso themate supra formato &c. in uer. accedo ad secundũ, quo quæritur &c. ubi concludit, quòd ad hoc ut talia aduentitia bona ueniant cõmunicanda, requiritur ꝙ specialiter & expresse sit contracta societas omniũ bonorũ per d.l. 3. §. 1. ff. pro socio. cũ gl. in uer. specialiter: ꝗ glo. exponit, idest, expresse. & uoluit Pa. de Ca. in consi. 135. inci. ex die quo &c. in ult. col. in uer. iuxta &c. & etiam in consi. 381. incip. in causa arbitrali, &c. in 2. col. Et subdit idẽ do. meus
7 in dicto consi. 76. in quarto uol. quòd † communicatio fructuum, non facit proprietatem bonorũ deberi prout supra dixi, etiam communicari. nec respectu proprietatum dicitur esse contracta societas. nam secũdum eum longe differt communicasse fructus, in quibus inter fratres cõiter uiuentes faciliter põt præsumi, & præsumitur liberalitas, ut in l. Procula. ff. de probationibus. Secus est in cõmunione proprietatis bonorũ. nam nõ debet præsumi hæc liberalitas inter fratres in re tam grandi & magni præiudicii: quia nemo præsumitur iactare suũ: l. cũ de indebito. ff. de proba. Et subdit ibidẽ dominus meus ꝙ quotidie uidemus fratrẽ ducẽte uitã cõmunẽ, cõmunicare fructus successionum & obuenientium uni fratri, & non alteri. & tamen absit a sequela, secundũ eum, ꝙ ex hoc uideantur largiri proprietatem. ut ibi per eum clare decidẽtem casum nostrum. & idem confirmatur etiam ex subscriptionibus plurium doctorum sequentibus ad dictum consilium 76. in col. 3. uol. ubi hæc omnia deciduntur aperte. Et ex hoc primo dubio & ex eius decisione infero, quod omnia bona empta per dictum Ioann. Francisc. suo proprio nomine, sua sunt propria, nec ueniunt communicãda aliis. ut est casus in d.l. si patruus. ubi si patruus comparauit prædia etiam ex communibus bonis, non cogitur ea communicare, nisi essent socii omnium bonorum &c. sed in casu nostro utrunque deficit, scilicet communio omnium bonorum: & quòd dictæ emptiones sint factæ ex bonis communibus: imo fuerunt factæ ex suis propriis dicti Ioannis Francisci bonis & fructibus, ergo &c. Et idem probatur etiam in l. pe. C. si quis alteri uel sibi. ubi dicitur formaliter. Cum itaque de rebus communibus fratrem tuum patruelem quædam comparasse contendas, hunc conueniendo consultius facies, nam de rebus ab eo comparatis ibi contra eum nulla petitio competit &c. & facit text. etiam in l. si ex ea pecunia, C. de rei uendi. & in l. ad probationem. in fin. C. de proba. ubi res empta etiam ex pecunia mea, ꝙ est fortius, non efficitur mea, nec mihi debita: si meo nomine empta non sit, & clare uoluit Bar. in d.l. Titiũ Meuiũ. §. altero. in fi. da admini. tut. Et idem etiã uoluit do. Car. in cõsi. 100. inci. ad primum dico, ꝙ nisi aliquibus aliis, &c. & Bal. in consi. 227. in 1. parte consiliorum suorũ incip. qualiter debeãt diuidi bona, &c. & Pet. de Ancha. in cõsi. 142. incip. plura dubia elicita sunt &c. & Ang. in cõsi. 271. inci. filius Hugonis &c. & do. meus Alex. d. consi. 49. in primo uolu. consiliorum in pe. & ult. col. in uer. quo ad ultimum dubiũ &c. ubi dicit secus esse, ubi daremus ueram societatẽ quia tunc empta de communi pecunia etiam proprio nomine unius ex socius debent communicari. allegat Bal. in l. 1. C. si quis alteri uel sibi. & Bal. in l. si ut proponis. in fi. C. de rei uend. & in l. si socius. ff. si cer. pet. & Bal. in l. cum duobus in lectura antiqua post Ci. ibidem. ff. pro socio, cum multis aliis similibus: de quibus ibi per eum. & hæc suffi-
8 ciant quo ad primã dubitationem. Circa † uerò secundam quæstionem de fructibus consumptis ex eius bonis in communi familiã positis, an repeti possint, per dictum Io. Franci. breuiter dico quòd non. & in hoc multum non insistam: quia domin. meus Alexan. de Imo. in d. cõsil. 49. in primo uol. inci. an hæreditas obueniens &c. in prima & secũda col. cũ sequenti. & in dicto cõsil. 48. in secondo uol. in ult. col. in uer. superest uidere quid de fructibus &c. aperte decidit casum istum, concludens ꝙ cõsumpti repeti nõ possunt, sed extantes sui sunt. Et hic procedunt in fructibus consumptis post mortem patris. sed de consumptis eo uiuo minime dubitandum est cum illi cesserint in donationẽ ex morte patris, in dictum Ioan. Franc. qui fructus patris erant: ut d.l. cum oportet. §. si autem. cum aliis supra allegatis. Et sic de fructibus prædictis
9 non est disputandum quoquo modo. Tertia † etiã a Meuia uoce, petitur consultatio, an expensæ factæ in traducenda uxore dicti peregrini, debeant sibi computari in partem suam: nec non & uestimenta festiua facta eiusdem uxori, & etiam expensæ factæ in celebratione nuptiarũ eius. Breuiter dico ꝙ sic, inspecta quantitate expensarũ: & qualitatibus personarũ. ita probatur in l. ex duobus fratribus. §. Titiũ. cum glo. & hoc ibi uoluit Bar. ff. de neg. gest. & bene facit text. in l. utrũ. ff. de dona. inter uir. & uxo. & in l. si paterno. cum glo. & ibi no. scrib. maxime Bal. C. de neg. ge. & in l. Nesennius. ff. eod. tit. & eo maxime hoc dicendum est, si dicti patrui uel alter eorum descripsisset dictum peregrinum pro debitore in dictis expensis: ut in d. l. Nesennius. ff. de neg. gest. & uoluit Barto. in d.l. si paterno. C. eod. titu. Et uoluit idem dom. meus Alе. de Imol. in cõsi. 142. in 2. uolu. consiliorũ suo-

rum incip. circa primam dubitationem &c. in vlt. col. in fi. in ver. postremo. venio ad quartum dubiũ &c. ubi multum singulariter more suo circa hoc & circa alias expensas, maxime doctoratus factas a patruo, loquutus est, ad quem in hoc me remitto. Laus Deo clementissimo. Amen. Et ut supra scriptum est, cõsulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus, V. I. doctor & æques, sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia legens ordinariæ in hoc vetustissimo patriæ meæ regiæ ciuitatis Bononiẽsi studio. In quorum fidẽ propria manu me subscripsi, & solito sigillo signari iussi. Laus deo & beato Domi. aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII VIII. TALIS EST.

QVidam. Guidobonus, falso nomine nũcupatus: dũ esset in territorio seu districtu terræ plebis, vna die conuenit cum quodã Ant. ut occideret quendã B. pro pretio quinque vel sex ducatorum, quos accepit. & eis receptis ab illo die inde ad certos dies reperit dictum B. in territorio ferrariensi & eum occidit, iuxta promissa per eũ & sic perpetrauit assassinamentum prædictũ. Quo delicto perpetrato dominus Vicarius terræ prædictæ plebis, capere fecit eũ: quia uenerat ad terram prædictam. Et successiue formauit inquisitionẽ cõtra dictũ Guidobonũ, de tractatu & assassinamento prædictis: & eũ captu respondere fecit prædictæ inquisitioni: qui confessus fuit sponte omnia & singula uera esse in inquisitione cõtenta, prout latius de his in actis corã eo domino vicario & etiã ex post coram eiusdẽ immediato successore latius apparet & cõstat. qui successor vult dictum Guidobonum, ut reum repertũ, decapitari facere ex processu per eum & per prędecessorem suũ facto. Sed pro parte dicti Guidoboni rei inquisiti multa ad eius tutelã oppoununtur, & in primis dicitur, ꝙ dictus primus d. Vicarius, qui inquisitionem prædictam formauit, non erat uere vicarius, seu iudex tempore cõfessionis extorte, cũ lapsum esset iam semestre: quo finiebatur eius officiũ: licet esset in eo officio, & oĩbus ius redderet in dicta terra plebis. Secundo, ꝙ delictũ prædictum fuit perpetratum extra territorium terrę plebis, & in territorio Ferrariẽsi & etiam a non subdito cum dictus Guidobonus sit forensis & non subiectus. Modo stantibus prędictis, quęrit quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta coram Iudice incompetenti, an valeat, saltem in uim confessionis extraiudicialis.*

2 *Iudex originis, an possit procedere contra subditum suum originarium delinquentem: tamen extra territorium suum, pro eo delicto. Limita, nu. 8 & 10.*

3 *Exceptio incompetentia iudicis, an intelligatur sublata, sublata omni exceptione a lege, uel a statuto.*

4 *Assasinamentum, an sit crimen horrendum & detestabile, ac nefarium, cuius affectus etiam puniatur, non sequuto effectu.*

5 *Affectus punitur in atriocioribus delictis, etiam non sequuto effectu.*

6 *Socius an possit interrogari de socio in criminalibus? & maxime in atrocibus. Et quid in assassinamento.*

7 *Hæres an teneatur ex delicto defuncti, de eo, quod ad defunctum peruenit, lite contest. uel non.*

9 *Insultus pracedens an & quando confundatur cum vulnere vel homicidio subsequente. Et an idem de assasinamento.*

11 *Iudex territorij, in quo quis deliquit. an possit dare licentiam alteri iudici, ut puniat delinquentem in alio territorio. Et quando ad literas eius, possit fieri aliqua executio.*

12 *Insultus si fiat in vno territorio, & postmodum insultus in alio, vel unum uno tempore, aliud alio, an confundantur. & nu. 13.*

14 *Error communis faciat ne valere acta eius, qui non erat vere iudex. & hoc ad intellectum l. Barbarius. ff. de offi. prætor.*

15 *Confessio spontanea an tollat omne vitium processus, & purget omnem defectum iudicantium & an inquisitionem nulliter formatam validet.*

16 *Confessio facta coram iudice incompetenti, an debeat vel possit confirmari postea coram competenti.*

CONSILIVM VIII.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritũ rectum innoua in uisceribus meis: vt in quæstione proposita, ubi de vita & capite hominis agitur, adducere possim ea, quæ iusta & vera sint, & de mente iuris. veritas enim magis, quá opinio attendi debet: secundum Pau. de Castro, in consilio xxxiij. incipien. licet ista sit quæstio &c. in prima & vlti. col. & veritas semper exprimenda est iudici & consultori, sicut & Deo. secundum Bal. in cõsi. cxxxj. incip. titulus &c. in versi. caueat tamen &c. & etiam veritas magis seruanda est, quam iuris solemnitas, secundum eundem Bal. in consi. x. incip. duo sunt statuta &c. in tertia parte consiliorũ suorum. Et licet communiter ego consueuerim in capitalibus absolutionis potius, quam condemnationis partes tueri, iuxta tex. in l. Arrianus. ff. de actio. & ob. & in l. fauorabiliores. ff. de re. iur. & voluit Specu. in titu. de aduocato. in §. viij. in prin. & tit. de teste. §. xij. ver. sed quid. & titu. de pba. §. 3. ver. pone &c. & in titu. de homicidio. ver. sed pone, &c. cũ si. Nihilominus attẽta huius delicti atrocissimi & nefandissimi, de quo in præsentia agimus, detestanda qualitate, & conditione, etiam horrendo vitio: non potui commode tum pro veritate ipsa, tũ pro iustitia fienda denegare non scribere, quid ego in præsenti casu sentiam. Et quamuis huic in-

de

de præstantissimi iureconsulti, & patres & fratres mei honorandi uarii varia, & contraria adinuicem conttaria super hoc casu scripserint: adeo ut non immerito dici posset prima fronte, soluat Apollo.& du bius videatur etiam tanti certaminis hæres. Attamen nucleum & ueritatem huius rei in medium, Deo bene fauente, afferam, & securim ad radicem arboris iustitia præuia apponam: fretus diuino suffragio, quod ex corde inuoco. nam ibi cautius agendum est, ubi maius est periculum. capi. ubi periculum. de electio. lib. 6. agimus enim (ut dixi) de uita hominis, qua nihil ultra in præsenti seculo: cuius corpus non recipit æstimationē. l. liber homo. ff. ad l. Aqui. l. homo liber. ff. de uerbor. obliga. l. liberi. ff. de contra. empt. & not. Specul. in titu. de feudis. §. a. uersi. tertio. & posuit aliquid Bald. in margarita sua in uerbo, homo &c. expectantes & nobis cum eadem men sura metiri, qua metimur aliis. ut in l. rem non nouam. C. de iudi. ibi sciturí, quòd non magis alios iudicant, quam ipsi iudicant. cum & ipsis magis, quam patribus terribile iudicium est &c. Ponderatis igitur omnibus mature, & diligenter pensatis, quæ in præsenti causa pondetanda & pensanda fuere, considero multa ad rem facientia. Et ex omnibus elicio tres defensiones, iudicio meo non leues, quæ prima fronte pro parte dicti Guidoboni inquisiti de assassinamento in medium se offerunt. Primo, quia forensis est non subditus iudici terræ plebis. & etiam quia deliquit extra territorium dictæ terræ plebis. quibus casibus uel altero eorum consueuit ius dicenti impune non pareri. l. fi. cum sua materia. ff. de iurisdic. omni. iudi. capi. ut animarum extra de constitutionibus. lib. 6. Et hinc est, quòd dicimus diuisum imperium cum Ioue Cesar habes. Facit text. in capi. solitæ. de maio. & obe. Sed ita est quòd dictus Guidobonus inquisitus forens est, & etiam deliquit extra territorium terræ plebis: ut mihi præsupponit in facto, & ut modo dici. ergo non debuit posse inquiri contra eum per iudicem dictæ terræ, & multo minus debet posse puniri per eundem ratione prædicta. & ista est prima dubitatio & defensio quæ facere uidetur pro dicto reo cum dicat Bald. in suo consil. 26. in prima parte consiliorum incipien. ista causa &c. quòd iurisdictio est fundamentum fundamentorum. Secundo principaliter pro parte dicti rei alia se offeret prima facie defensio: quia dato & non concesso, quod ipse esset subditus terræ, ex quo delictum fuit consummatum extra territorum dictæ terræ: licet fuerit initiatum in territorio, quo ad tractatum & ordinamentum: tamen illud initium non consideraretur: sed consumptio & finis ipsius delicti absorbet omnia præcedentia: ut in l. illud in §. fi. ff. ad l. Aquiliam. & argumento eius quod dicimus de insultu & percussione secuta. nam percussio confundit insultum præcedentem iuxta gloss. not. in l. qui de crimine. C. de accusa. & aliis in fra latius suo loco deducendis & ista erit secunda du bitatio in hoc passu & dicti rei defensio quæ se offert. Tertio principaliter ad fauorem dicti rei facere uidetur, quia dato & non concesso, quod subditus esset, & etiam quod deliquisset in territorio dictæ terræ plebis: tamen ex quo inquisitio contra eum forma ta & confessio est facta, & etiam alia acta fuerunt facta coram Ioanne de maluitiis eo tempore, iudice in competenti & omnino penitus carente iurisdictione, uidelicet de mense Augusti proxime præteriti, quo tempore expirauerat suum semestre in officio dictæ terræ plebis, vt clarum est, omne quod actum est per eum nullum est & nihil ualet. ut in l. 1. & per totum. C. si a non competenti iudi. & in c. si diligenti. de foro cōpetenti. adeo

1 † quod dicimus, quòd confessio facta coram iudice incompetenti, uidelicet so lum in uim cōfessionis extraiudicialis: secundum aliquos Moder. in c. at si clerici. extra de iudi. Pro quibus facit glo. in l. cū scimus. C. de agri. & censi. li. 11. & uoluit illustr. do. Frā. Are. in cōsil. 150. in ult. col. incip. uisis diligenter & mature &c. Data igitur dicta incompetentia, sequitur necessario, quòd inquisitio & confessio coram eo non ualuit, & expost etiam alia confessio facta coram eius successore, qui adhesit dictę inquisitioni, nulliter, iam ut dictum est, formatę per dictum Io. maluitium, & omnia inde secuta corruūt, & nihil penitus ualēt nec ualere possunt. & ista erit defensio seu tertia dubitatio principalis. in his tribus iudicio meo dependēt leges & prophetæ quibus tribus absolutis apparebit, quę sint partes domini uicarii præsentis circa hunc reum inquisitum, & quam breuius potero, me absoluam, ptout mei moris est: nam & ueritas sapientibus amica, &

2 etiam consistit in paucis. Capio † igitur fundamentum primum. & prima fronte uidetur dicendum, quòd ex quo dictus Guidobonus, imo, ut rectius loquar dictus Guidomalus, forensis est: & etiam deliquit extra territorium dictæ terræ plebis non potuit iudex illius loci inquirere nec procedere contra eum ratione personæ, & loci, cum locus non offendatur, nisi ille ubi delictum commissum est. l. 1. & authentic. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. opor. & d. l. final. cum ibi plene not. de iur. om. iudi. adeo quòd dicimus secundum magis communes sententias doctorum in locis infra allegandis per me, quod etiam si subditus ratione originis delinqueret in alieno territorio, non posset iudex originis inquirere, nec procedere contra talem delinquentem. Ita uoluit Ioan. Andr. in terminis referens solemnes doctores ita tenuisse in addi. Spec. in titul. de compe. iudi. adi. in §. 1. & idem etiam uoluit Bald. in l. 1. C. de edil. actio. & latius Sali. combonien sis in l. seruos. C. ad l. Iuli. de ui. & Albe. de Rosa. in tertia parte statutorum, in q. 59. & sequitur Angel. Aretinus pater practicæ, & indiciorum auriga, in suo solemni tractatu malefic. in 6. charta in. uersicu. quæro, an in delictis, &c. ubi refert quam plures etiam doctores circa hoc. & ibi idem tenet Modernus commentator dominus Augustinus Ariminēsis, in additionibus suis: ubi refert aliquos scribentes tenere contrarium.

3 † Sed retenta opi. Ioan. And. pro ueta potest opponi ad fauorem dicti Guidoboni inquisiti exceptio hæc incompetentiæ iudicis: qui in forensem & extra territorium delinquentem nullam habuit, nec habet iurisdictionem: d. l. fi. de iur. om. iudi. quæ exceptio est tanti effectus, quod si a iure communi uel municipiali essent sublate omnes & quæcunque exceptiones, nunquam ista proueniēs ex defectu iurisdictionis iudicis, censetur esse exclusa: ut est gl. no. in cle. 1. de sequestra. pos. & uoluit

Bar.Bal.& Pau.de Cast.in l.2.§.prætor.ff.qui satisda.cog.& no.scribentes in d.l.1.C.si a non côpe.iudi.& late posuit illustris do.Fran.Are.in consil.66. inci. excel. de colla.Cum ergo facta fuerit inquisitio in proposito nostro de crimine perpetrato a forensi, & extra territoriũ dictæ terræ plebis, ex isto capite corruit & corruût omnia inde secuta.& hæc quo ad primum caput defensionis, quæ prima fronte uidebatur satis opitulari dicto reo. † Pro cuius defensionis enucleatione primo,& ante omnia,antequam tollam eam,facio unum præsuppositum,quod istud delictum de quo agimus, est assasinamentũ, quod appellatur horrendum crimen, & facinus est ualde detestabile:ut est tex.in d.ca. 1.de homi.lib. 6.in uersi.qui sic horrenda inhumanitate detestanda,&c.& in uer.tanto periculo uolentes occurrere &c. & in uer.tam nefarios præsumptores &c. & in terminis uoluit Bar.in l.non solum.§. si mãdato. ff. de iniur.& Bart.in l.Cicero. ff. de pœnis. & uoluit etiam Ang.Aret.in dicto suo tractatu maleficiorũ. in uerbo Sempronium mandatorem &c. In quo assasinamento iura summopere clamant, & mirum in modum fimbrias,& merito,extendunt,adeo quod si quis non posset exequi effectualiter tale delictum: nihilominus ex solo conatu capite punitur.d.ca.1. & ita in terminis uoluit Bald.in l.2.§. hæc uerba in fi.ff.quod quisque iuris.& Bald. in l.si quis non dicam rapere.in 3.col.C.de epis.& cle.& Bal. in l. nô ideo minus.C.de accu.& Ang.in l.qui autem. ff.de his qui no.infa.& Cano.maxime do. Anto.in d.ca. cæterum.in 5.col.de iudi.sicut dicimus in aliis delictis enormibus. † nam punitur affectus, licet nõ sequatur effectus:ut l.is,qui cum telo. ff. ad l. Iul. de sic.& posuit Pau.de Cast.in cons.379.in pe.col. incipi.An si quis fregit hostium. &c. & posuit Bal. in l.si qua.C.de oper.lib.& Bal.in l.aut facta.§. euêtus.ff.de pœnis.& Bald.in authen.nouo iure.C.de pœna iudi.qui male iudi.& Bal.in ca.si uoluerit.in ti.de ca pita.qui cu. uendi. in usi. feu.& in d. l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cle. per illum text. Et licet alias in aliis mandatis non puniatur quis, nisi secuto mandato, saltem ordinarie, iuxta no.per Bar.in d.l.non solum.§. si mãdato de iniur. tamen fallit in mandante cum pecunia, & sic in mãdante assasinamentum.ita uoluit Din.& Ang.in l. item apud Labeonem.§. si errauerit. ff. de iniur. & Ange.ariminensis in addi.ad malefi.domini Ange. in d.uerbo,Sempronium.in addi.inci. tu autem in hac auth.&c.& in uerbo,existens florentiæ. in addi.inci.tu uero.in hac aut.&c.allegat text.in d.c. 1. In † quo assasinamenti horrendo delicto, lex rem dispouit quòd licet alias socius non sit interrogandus de socio & participe delicti: ut in l.fi.C. de accu.& l.repeti.ff.de quæstionibus.& uoluit illu. do. Fran.Are.in côs.61.inci.in cã illorũ de anasio,&c. tñ assasinus tenetur denominare mandatorẽ in iudicio,& pôt super hoc interrogari & torqueri.glo. est no.in d.l.nõ ideo minus.quã no.& sequitur ibi Bal.in princ.in uer.in gl.2.&c.& uoluit idem Ang. Are.in suo tractatu maleficiorũ. in d. uerbo, semproniũ mandatorẽ &c.in uers.& bene no.&c.† Præterea licet alias hæres nô teneatur de delicto defuncti,lite adhuc nô côtestata:ut in l. 1.C. ne ex delic. defun. cum ibi plene not. fallit in hærede assasini, qui omnino tenetur.text.est cum gl. quam ponderat ibi Ang.in l.1.§.fi.ff.de eo per quem fac.erit.& hoc est propter criminis immunitatem & horribilitatem eius.Plus uoluit Bar.in d.l.repeti. de quæstionibus. quod in furto socius interrogatur de socio & idem tenuit præfatus do.Fran.Are. in d.con sil.61.in 2. col.in uer. præterea. cũ scimus in furto &c. Hoc † præsupposito nunc côdescendo ad rem & dico, quod cum dictus Guidobonus tractauerit & ordinauerit in territorio dictæ terræ plebis hoc assasinamentum, dicitur uere deliquisse in territorio plebis. nam ut probatur in locis supra allegatis in hoc crimine nô curamus de effectu,sed solum attendimus tractatum & ordinationem ut in d.ca.1.de homi. ergo ratione istius tractatus dicitur iste reus omnino sortiri forum in dicta terra plebis. † Nec dicatur mihi, quod iste tractatus prior fuit confusus & extinctus per subsequens homicidium perpetratum postea extra territorium, prout dicunt domini consulentes pro dicto reo, quia in hoc decipiuntur,prout inferius ostendam, dum attingam secundam eius defensionem principalem. Sed posito & non concesso, quòd dictus tractatus & ordinatio côfusa fuissent per subsequês homicidium,adhuc dico,quod iste reus potuit inquiri, & pôt puniri per uicariũ dictæ terræ plebis. & ad hoc aduertite quæso. nam licet alias iudex sit incompetẽs ratione delicti extra territoriũ suum cômissi, imo si haberet reum in fortia, tenetur eũ remittere ad iudicẽ loci, in quo delictum commissum est: ut est gl.no.in cle.pastoralis,de re iudi.& notant scribentes omnes in dicta auth.qua in prouincia. Tamen hoc est uerum si ab eo petatur,alias eo non petente potest ipse punire, qui habet eum in sua fortia, ita no.uoluit Spec.in ti.de côpetentis iudicis aditione in §.1.in uer.6.ratione criminis &c.† Et hoc ibi uoluit Bald.in addi.suis in uer.not.quod iudex originis &c.est uerum,quod loquuntur in originario delinquente extra territorium. sed in proposito nostro si iste reus non est originarius terræ plebis:tamen sortitur ibi forum ex alia ratione, uidelicet dicti tractatus de assasinando: itaque militat ratio domini Petri ubi supra. & Bald. in d. l. † Plus dico quòd nedum quòd iudex loci delicti petierit hûc reum,imo ipse dedit literas ad uicarium terræ plebis, ut deberet eum punire, prout patet in literis exhibitis in secundo foleo: & sic transtulit omnem eius iurisdictionem in eum.& facit text.in c.1.de offi.ordi.lib.6.& in cle.1.§.uolumus. de fo. compe. Vel & secundo dicamus,quòd iudex etiam incompetens ad literas iudicis competentis facit executionem in bonis sitis, & in persona existente in suo territorio. gloss. est not. in d.l. fin. ff.de iur. om. iud. & in l. 1. ff. si quis in ius uoca. non ierit. & ita in proposito dicamus, quòd iste iudex ad instantiam iudicis loci delicti, & ad eius literas debet posse condemnare & punire, & exequi contra personam istius rei, de quo agimus. Vel tertio aliter possumus dicere, quòd licet alias de delicto commisso extra territorium non possit inquiri, tamen illud non habet locum, quando iudex inquirens pronunciaret tacite uel expresse se iudicem

dicem competentem, & non fuerit appellatũ: quia tunc oportet ei stare pronunciationi, & illa pro veritate habetur l. ab eo. C quomodo & quando index. & voluit Innocẽ. in c. super literis. de rescrip. & Barto. in l. 2. ff. si quis in ins vocan. non ierit. & dominus meus Alexan. de Imo. in l. si per errorem ff. de iur. omn. iud. sed ita est, quòd dictus reus inquisitus, non solum coram dicto Ioanne maluitio, sed etiam coram eius successore confessus fuit omnia & singula in inquisitione contenta vera esse, & nunquam opposuit, ergo tacitè comprobauit tribunal terræ plebis nec amplius potest declinare, dicta l. ab eo. Sed plus placet, quòd ratione tractatus & ordinationis sortitus est forum in terra plebis, & ex hoc potest ibi puniri, prout statim aperte demonstrabitur in secunda defensione, ad quam deuenio. Secundo principaliter aggredior aliam principalem defensionem dicti rei inquisiti in qua domi. consulentes pro eo, potissimum se fundant & fimbrias suas extendunt. nam ex quo dictum assassinamentum fuit consummatum extra territorium terræ plebis, non potest puniri ibi de tractatu & ordinamento ibidem habito l. illud. ff. ad l. aquil. & in terminis voluit Bar. in l. & si amici. ff. de adulte. & domi. Ange. Are. in suo tractatu maleficiorum in xxxix. carta. & Bal. in d. l. non ideo minus in vj. col. C. de accusat. ubi dixit, quòd etiam in atrocissimis criminibus solus tractatus non punitur, nisi fuerit processum ad aliquem actum ordi-
12 natum exteriorem. † Præterea facit ad idem illud quod diximus alibi de insultu, & percussione postea sequuta ut confundantur & tantummodo de percussione quis puniri debet, & non de insultu præcedente, ut est glo. in d. l. qui de crimine. C. de accusatio. quam comprobat ibi Bald. & Salice. con bononiensis. & etiam Barto. in l. nunquam plura. ff. de priua. delic. & Barto. in l. respiciendum. §. delinquet. ff. de pœnis. & in hoc est diligenter aduertendum quia præfati domini cõsulentes pro dicto reo, ut supra dixi, multum se fundant super hac confusione & confirmatione delicti alibi perpetrati, ut omnis tractatus præcedens & ordinatio extinguatur, & extincta esse intelligat non poterit inquiri de dicto tractatu & ordinamento, & multo minus puniri potest, secundum eos, ratione prædicta. nam iudicio meo in hoc cum reuerentia, falluntur. & hic iacet lepus. licet enim consueuerit consummatio delicti cõfundere & absorbere alia præcedentia ad illud: tamen non confunduntur, quãdo expresse ponuntur separatim perpetrata, videlicet ordinamentũ seu tractatus, & delictum extra territorium perpetratum, &, quod plus est, hoc idem dico in insultu & percussione. nam si ponuntur separatim & diuersis temporibus facta, non confundũtur. ita voluit Bal. in l. aduersus. C. de furtis. & Bal. in l. fructus & in l. diuortio soluto matrimonio. & Barto. in d. l. illud. ad l. Aquil. ergo in proposito nostro cum in inquisitione formata contra dictũ reũ separatim ponatur ordinamentum, & delictum inde secutum, & diuersis temporibus, ut patet in inquisitione formata, diuersa delicta sunt, & non cõfunduntur adinuicem, maxime tractatus iste, de quo agimus, qui de sui natura est punibilis, sicut ipsa vera consummatio delicti: ut est tex. in. d. c. 1. de homici. lib. 6. Vel secundo & aliter respondeo, quòd prædicta procedunt, nisi insultus vel ordinamentum seu tractatus fuisset factus in uno territorio, & percussio vel delicti consummatio fuisset facta in alio, & incontinenti. nam hoc casu non confunditur, nec habet locum doctrina illius gl. in d. l. qui de crimine, cum alijs supra allegatis. l. a. singulariter voluit Bal. in c. 1. §. iniuria. in ti. de pace iura. fir. in 4. col. in vsi. feu. in uer. quæsiuit Iac. Butrigarius &c. & conbononiensis Sali. in l. penult. in vj. q. principali. C. de accusat. Sed ita est, quòd tractatus & ordinamentum fuit habitus & habitum in territorio terræ plebis, & homicidium factum fuit postea, nedum incontinenti, sed etiam ex interuallo in alio territorio, ut probatum est ex confessione dicti rei inquisiti, & patet ex actis. ergo non confunduntur. & ita in terminis nostris proprie, quando tractatus fuit in uno territorio, & cõsummatio delicti, nedum assassinatus, sed alterius etiam læuioris criminis fuit in alio territorio, potest qui puniri pro dicto tractatu. Reperio aperte solemnem doctrinam eiusdem Bal. in l. 2. C. de accu. in uer. & prædicta uera &c. Et in uer. & idem dico, ubi est tractatus & Bal. in c. 1. §. iniuria. in secundo. de pace. iur. fir. in vsi. feud. & Illustris. dom. Franc. Are. in cons. x. in ci. casus talis est quidam Ti
13 tius &c. in pe. col. in uer. dico &c. † Præterea aliud dico in proposito, quod est fortius, quòd si tractatus & consummatio delicti fiant in eodem met territorio, tamen ex interuallo, nunquã cõfunduntur: ita dixit ipsemet Bal. in d. l. aduersus. in 1. col. de furtis in uer. & sic est argumentum &c. ergo multo minus debent in casu nostro confundi, cum celebrata fuerint in diuersis territorijs, & ex interuallo. & sic ista duo concurrunt, diuersitas scilicet territorij, & tempus intermedium inter tractatum & dictum homicidium. Et hæc sufficiant quo ad tollendam secundam defensionem, quæ uidebatur prima facie opitulari dicto inquisito, & non facit. licet domini consulentes pro eo hæc magnificiant
14 & non bene, vt ex supradictis apparet. Capio † nũc tertium fundamentum & fortius, competens ipsi reo, resultans ex alia quadam asserta incompetentia dictorum dominorum vicariorum: videlicet Io. maluitij potissime, per quem facta est inquisitio super qua incompetentia etiã isti patris mei multum insistunt, & super hoc exclamant, confitentes hoc omnino esse assassinamentũ: sed dicunt ꝙ licet iura excedãt terminos suos in assassino, tamẽ illud procedit quo ad pœnæ aggrauationẽ, nõ autẽ quo ad hũc finẽ: ut assassinus possit inquiri vel puniri per iudicem incompetẽtem, cum nullus sit maior defectus in iudicio, quàm defectus iurisdictionis, per multa, de quibus per eos in suis allegationibus & cõsilijs & subscriptionibus, quibus cum reuerẽtia dici potest, ꝙ non rectè gustarunt brodium iuris, & casum, de quo agimus, & ꝙ deuiant a uia magistra, ut aperte probabo, quòd inquisitio formata per dictum Io. maluitium subsistit ad finem, ut iste reus possit capite puniri. nam licet tempore inquisitionis formatæ expirasset eius iurisdictionis per lapsum semestris, tamen in hac causa & etiam in quã

pluribus alijs ius reddidit, & fuit habitus & reputatus verus vicarius dictæ terræ eo tempore, ut patet expresse in libris actorum dicti vicariatus, quo casu succedit regula l. Barbarius Philippus. ff. de officio prætoris. & l. 2. C. de sen. & inter. om. iudi. & c. ad probandum. de re iudic. cum his quæ notantur per scribentes in locis præallegatis. maxime Barto. in d. l. Barbarius. & in l. 1. C. de testamen. & voluit Romanus in suis singularibus, in verbo iudex. vbi voluit, quòd nõ requiritur quòd se exercuerit multis pure, quòd aliquos actus fecerit. allegat Cum. in d. l. 2. C. de sent. & posuit etiam de hac materia aliquid Barto. in l. Herennius. ff. de decurio. & Bal. & Ioan. de Imo. in l. ad testium. §. 1. de test. & Bald. in l. 2. circa fin. C. de seruit. & aqua. & Angel. in §. fi. in autheut. de tabel. & Innoc. in c. 1. de fide instrument. & Ioan. Andr. in addi. Spec. in ti. de instrum. æditione. §. restat. circa principium. & aliquid per do. Ant. in c. consultationibus. extra de iure patro. in quibus locis concludunt præfati scribêtes, quòd si aliquis reputatus fuerit officialis, & gessit se pro officiali, gesta omnia per eum, valent & tenent, & communis error facit ius d. l. Barbarius. quam legem ibi Bald. solemnem & subtilem dicit. Plus dico, pro confirmatione prædictorum quòd extat quædam declaratio facta per ipsummet successorẽ in officio dicto die 6. mensis Septembris, anni præsentes in qua appellat dictum Ioan. malnitiũ prædecessorem vicarium: & sic ipsemet reputauit, & reputauerat, & tenuit, & tenuerat eum pro vicario: vnde iste communis error non solum fuit in hominibus dictæ terræ plebis, sed etiam in dicto successore eius.

15 † Accedat etiã quia si vigore dictæ inquisitionibus non posset deueniri ad condemnationem dicti rei tamen potest ex alio capite indubitanter & inconuincibiliter capite puniri. nam post factam dictam inquisitionem dum responderetur eidem inquisitioni, contra dictum inquisitũ, fuit præsens dictus successor, & coram eo responsio omnibus & singulis particulariter facta fuit in dicta inquisitione contentis & successiue etiam idem successor die 6. mensis Septembris de nouo fecit legi & vulgarizari totam dictam inquisitionẽ dicto reo & ipse confessus fuit sponte omnia & singula ibidem contenta esse vera: quæ omnia diligẽter notanda sunt. nam si millies dicta inquisitio facta esset coram iudice incompetenti, & quantumcunque inordinate processum fuisset contra eum, & omnis defectus præcessisset: nihilominus ex quo confessio spontanea subsequuta est coram iudice competenti, hoc est dicto successore in eo officio, nõ curamus de inordinatione vel de nullitate processus vel inquisitionis: ita voluit singulariter Inn. in c. qualiter & quando secundo de accu. & Innoc. in c. cum super. extra de confes. & Bart. in l. si confessus. ff. de custo. reorum. & Bal. in l. mercalem. C. de condi. ob tur. cau. & Bal. in l. & si seuerior. C. de infami. & Ange. in l. vulgaris. ff. de fur. & Angel. in l. si vacantia. in 24. colum. de bonis vacantibus libr. 10. & Ang. in suo consilio in ordine meo. 215. inc. in Dei nomine, & suæ matris, in causa accusationis prædictæ &c. vbi magnificat illam doctrinam Inn. & allegat etiam Bal. hoc voluisse in d. l. si confessis. & etiam facit glo. ad hoc multum not. in l. si ãs furtum. ff. de his, qui notantur infa. quam ponderat ibi Bald. qui dixit, ꝙ illa glo. facit contra confessos, vt possint puniri per iudicem, & quod non requiritur alius ordo, nec processus ordinarius. & allegat etiã Arch. hoc voluisse in c. multi & in c. in primis. 2. q. 1. Plus dixit & notanter in proposito nostro Bal. in l. 1. in §. 2. ff. de officio præfecti vrbis, quòd si inquisitio est formata casu quo non poterat, nec debebat formari, & processus sit nullus, tamen si confessio sequitur, potest sequi sententia condemnatoria, per notata per Inno. in d. c. qualiter & quã do. cum quo dicto pertransit etiam Ange. in l. 1. ff. de confessis.

16 † Accedat insuper quia confessio rei, est tante potentiæ quòd si est facta corã iudice incompetenti, vbi non poterat esse iudicium tamen tenetur reus illam confirmare coram iudice competenti, & ex ea condemnari potest. ita voluit Inn. in c. at si clerici. extra de iudicijs. & in c. per inquisitionem. extra de elec. & in c. tertio. extra de confes. & Bal. magnificat hoc dictum in l. clarum. C. de author. præstan. & sequitur Ang. in d. l. clarum. & etiam Ang. Are. in prædicto tractatu suo maleficiorum, in verbo, caput dicti inquisiti &c. in versi. & tene menti &c. & istam sententiam confirmantẽ et Bald. in l. vnica in pennlt. col. C. de cõfessis. & Ioã. de Imo. in d. c. at si clerici. vbi dicit hanc esse communem opin. sed ita est in proposito nostro, quòd non solum vnica confessio facta fuit coram dicto successore per dictum reum, imo geminata confessio fuit de omnibus & singulis in dicta inquisitione contentis. nam una fuit facta die 17. Augusti, alia fuit die 6. mensis Septembris anni præsentis, vt apparet ex actis. ergo succedit virtus geminatæ confessionis, quæ quanta sit, nemo est qui nesciat & si doctores in locis præallegatis concludunt, ꝙ per vnicam solam confessionem potest sequi sententia condemnatoria in quibuscunque capitalibus & grauissimis delictis, non attenta ineptitudine processus præcedentis & inquisitionis male & nulliter formatæ, quanto magis debet sequi cõdemnatoria stante geminata confessione, & vtraque facta coram iudice competenti, prout fuit in casu nostro, & maxime hæc procedunt in casu, de quo agimus, scilicet in assassinamento, in quo concludam cum d. c. 1. de homicidio. libr. 6. in uer. cum igitur, qui fit horrenda inhumanitate detestandaque &c. & in versi. nos tanto periculo uolentes succurrere & in versicu. tam nefarios præsumptores ferire &c. vt dictus reus inquisitus capite puniatur, ne talibus crassantibus iter pateat: ut alij quoque hoc perpetrare horrescant, & ut prouincia talibus nefandis purgetur hominibus, iuxta l. congruit. ff. de officio præsi. & maxime tempore iustissimi, Reuer. domini domini Cardi. sancti Petri ad vincula, domini mei, & affinis singularissimi: cuius Reueren. domi. talibus semper inimica fuit, & est de cuius honore agimus. Laus Deo clementissimo, qui dirigat mentem iudicantis in viam ueritatis. Amen,

Et vt supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Docto & æques: sacri palatij Apostolici aduocatus consistorialis: iura

ciuilia legens ordinarie in hoc uetustissimo inclytæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. In quorũ fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signari iussi. Laus Deo & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII IX. TALIS EST.

PEtrus quidam de Verona, habens uxorem, nomine Luciã: cõstante matrimonio inter eos plures habuit filios, & inter alios Iac. fœminam, & fecit testamentum, in quo inter alia hoc modo ordinauit: videlicet quòd si nasceretur aliquis filius masculus, uel plures, eos vel eum instituebat hæredem. Si vero contingeret nasci ipsum filium masculũ vel masculos, & decedere in pupillari ætate, & etiã Iacobam eius filiam fęminam unam, uel plures nascituras decedere antequam nubant, tunc & eo casu substituit pro dimidia quandam Catharinam ipsius Iacobæ sororem, cõsanguineam tantum, & pro alia dimidia instituit pauperes Christi eligendos per commissarios suos in testamento prædicto nominatos, vel per maiorem partem eorum. Demũ mortuus est testator prædictus, dicta Lucia vxore existente prægnante, ex qua postea natus est filius unus masculus, nomine Antonius, qui adiuit hæreditatem paternam mediante eius matre tutrice: deinde ille in pupillari ætate mortuus est: modo dubitatur de eius successione, an uidelicet spectet ad eius matrem, an uero ad dictam Iacobam extantem, uel ad pauperes Christi stãtibus verbis testamenti, de quibus infra & supra & an simus in casu obmisso, uel prouiso.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio pupillaris tacita, comprehensa in vulgari, an admittatur contra matrem: maxime, quando constat de mente testantis, vt excludatur: vel si sunt substituti illi, qui non sunt extranei.*
2 *Prouisio expressa, facit cessare tacitam.*
3 *Substitutio si sit facta duobus fratribus, & unus moriatur tantum, an aperiatur uia substitutioni. Et de intellectu l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.*
4 *Substitutio facta in casum natiuitatis, & mortis filij testatoris, an habeat locum in casum, quo nascitur.*
5 *Interpretatio an debeat sumi, per quam magis confirmetur causa testati, quam intestati. Et quæ sint aliæ coniecturæ quæ præualeant alijs circa substitutionem.*
6 *Prouisio expressa, an & quando faciat cessare tacitam.*
7 *Casus obmissus, an habeatur pro obmisso, in substitutionibus.*
8 *Intellectus l. Lucius. ff. de hæred. instit.*

CONSILIVM. IX.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati consona sunt, in medium afferre valeam: ideo in Christi nomine. eiusque matris uirginis gloriosæ, ac totius cœlestis curiæ triũphãtis. amẽ. In casu proposito, in quo proprie loquendo disputatur de hæreditate dicti Antonij impuberis, qui primo loco hæres fuit, stat contentio inter dictam dominam Luciam matrem, & Iacobam eius filiam, & dominam Catharinam ipsius Iacobæ sororem, consanguineam tantum: quia ex eadem matre & eodẽ Petro testatore nata fuerat. dubium causant uerba testamenti in ea parte dum dicitur. Si vere contigerit non nasci aliquem filium masculum, & nasci filiam fœminam unam, vel plures, &c. & subditur: si vero contigerit nasci aliquem filium masculum vnum uel plures, ut supra & ipsum filium seu filios masculos decedere in pupillari ætate, dictam Iacobam eius filiam, & quamlibet aliam filiam fœminam vnam uel plures nascituras, ut supra, decedere, antequam nubant: tunc & eo casu substituit pro dimidia dictam dominam Catharinam eius filiam, & hæredes ipsius dominæ Catharinæ, & pro alia dimidia pauperes Christi eligẽdos per dictos eius commissarios, uel per maiorem partem ipsorum. uidentur enim uerba huius secundæ substitutionis requirere copulatiuam, ut illa pupillaris substitutio locum habeat, scilicet masculum nasci, & in pupillari ætate decedere. ita Iocobam decedere antequam nubat. Ad quorum uerborum copulatiue prolatorum uerificationem requiritur vtriusque concursus. l. si hæredi plures. ff. de condi. instit. & maxime in casu isto, in quo de tota hæreditate diuidenda prouidit. l. quidam testamento. & quod ibi not. Bart. ff. de vulg. & pup. quæ cum hic non interueniat, quia adhuc uiuit dicta Iaco. quæ ad nubilẽ eius ætatẽ faciliter peruenta est & nubere potuit, potest dici nondum euenisse casum dictæ substitutionis. & ideo in casu qui euenit, quia masculus natus in pupillari decessit, ex quo non fuit prouissum a testatore, tanquam in casu obmisso, succeditur de iure communi l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. & sic domina Lucia mater una cum filia Iaco. eius filia, utrinque coniuncta ad successionem dicti Anto. impuberis debeant admitti, exclusa dicta Catharina sorore consanguinea tantum, per text. in authen. defuncto. C. ad Tertul. Hanc partem iuuare uidentur uerba eiusdem testamenti, dum dicitur &c. per quæ uidetur uoluisse expectari euentum utriusque conditionis. ff. de vulg. & pup. l. 1. substitutione filij. & ff. de vsufru. leg. l. vsumfructũ villæ. & l. 4. §. 1. de cõdi. & demon. ff. si cer. pet. Et 1 si dicantur istæ sorores debent admitti alia uia scilicet ex tacita pupillari comprehensa in vulgari expressa facta supra ibi. Si uero contigerit non nasci aliquem filium masculũ, &c. quæ cõprehendit casum, si nascetur & in pupillari ætate decesserit. ut C. de institu. & subst. sub condi. fac. l. fi. in fi. patet hoc declinari, primo pro-

pter matris existétiam, in cuius fauorem statuitur, quòd tacite pupilaris non admittatur contra eam. l. præcibus. & ibi no. C. de impub. & aliis substi. Secundo. quia † prouisio expresso facit cessare tacitam. l. cum ex filio. §. fi. ff. de vulg. & pup. sed hic expresse prouidit in casum, quo nascentur & in pupillari ætate decederent: ego non debet subintelligi illa tacita, quæ uenit ex prouisione legum, in defectum prouisionis testatoris. l. iá hoc iure. in prin. ff. de vulg. & pup. & arg. C. de pactis conuen. l. fi. de procur. l. maritus. Pro hoc etiam, quia per uerba secundæ substitutionis si masculus nascetur, & in pupillari ætate decedat, & Iaco. moriatur, antequam nubat &c. uidetur uorata Iaco. utrinque coniuncta. allegantur not. in fi. in. l. Lucius. ff. de hære. institu. vbi gl. decidit, quòd in illis uerbis si filius decesserit sine filiis, &c. eius filii uidentur uocati ab intestato tacite & iuxta not. per Pau. de Cast. in cõ si. lxxviii. incip. uiso dicto puncto &c. & in consi. ccxxxvij. inci. supremus do. consultor &c. in. 1. col. & in consi. ccclvii. incip. viso dicto puncto, proponitur in facto &c. & Rapha. Cuma. in consi. xxv. inci. Franciscus instituit &c. & in consi. cxxj. incip. Girardus quondam domini &c. Rapha. fulg. in cõsi. xxviij. in vlt. col. incip. testator in testamento solenni &c. & Io. de Ana. in cons. lxviij. incip. uiso statuto sub rub. &c. & aliquid in addi. meis ad ea consilia & Bal. in consi. clxxxvi. in 3. parte cõsilium suorum incip. uerba testamenti &c. & per dominum meus Alex. de Imo. in consi. xxxij. in 3. uol. incip. viso processu eorum, & in consi. xl. in 1. vol. incip. viso testamento &c. & in consi. cviij. in 1. vol. incip. an per illa uerba, &c. & in consi. xiij. in 4. vol. incip. visis & perlectis uerbis testamenti &c. & in consilio xxiiij. in iij. vol. inci. attentis his, quæ in themate &c. ex quibus deciditur, quòd in casu proposito uidetur testator voluisse, ꝙ morienti impuberi antequam Ia. moriatur, succedatur ab intestato. † Pro hoc etiam adducitur, quod no. in. l. pe. C. de impube. & al. substit. vbi altero illorum tantum moriente altero superstite. non aperitur via substituto sed alteri fratri ab intestato secundum gloss. ibi & in l. qui duos. ff. de vulg. & pup. quia inter eos seruare voluerit ius legitimarum hæreditatum l. uel singuli. eodem titu. De cuius l. intellectu posuit Pau. de Ca. in consi. ccxxxvj. incip. dubitatio uertitur &c. maxime in 3. col. & in consi. ccclviij. incip. viso testameto Micha. & Rapha. Cuma. in consi. xxx. inci. testator b. instituit &c. & in consi. xxvj. inci. Fran. instituit dominam, &c. & in consi. cxxviij. incip. Bar. instituit. &c. & Rapha. fulgo. in consi. xvi. incip. præponitur quòd montes &c. & Abb. in consi. lviij. in 2. vol. incip. quidam Nicolaus suum condidit testamentum. & Ioan. de Ana. in consi. xxij. incip. ad prohandum & roborandum &c. & ibi aliquid in addi. meis ad ea consilia & Bald. in consi. l. 26. incip. uisis his &c. & In consi. ccclxxxxv. in prima parte consiliorum suorum incip. præmittendũ est, & Bal. in consil. ccxxv. in 3. parte consiliorum suorum incip. viso testamento &c. & Ange. in consi. lxxxx. incip. sancta Carmelitarum religio &c. & in cõsi. cxix. incip. de testamento, in quo &c. & do. meus Alexan. de Imol. in consi. lv. in. 3. uolu. incip. perspectis his, &c. & in consil. lxxxv. in e. 4. volu. incip. an pars, quæ lucratur &c. & in consil. lxxxj. in 1. volumi. incip. viso instrumento, quo &c. & in consilio xxxviij. in eodem 1. volu. incip. viso themate, de quo &c. & in consil. ciij. in quarto volu. incip. ponderatis his, de quibus in themate &c. ergo in casu proposito mater cum Iacob. uidetur ut debeat vocari ad dictam hæreditatem fratris impuberis, exclusa dicta domina Catharina per dictam authẽ. defuncto. & maxime in casu proposito. in quo tractatur de hæreditate dicti Sigismundi impuberis, ut supra dictum est. Sed certe relictis uariis considerationibus uerius concludendum uidetur, quòd imo ad successionem huius Antonii fratris dictæ sorores scilicet. Iaco. & Catharina admitti debeant, & pariter exclusa domina eius matre. quòd enim mater nullatenus admittatur, in proposito probatur ex doctrina Bartol. in materia pupillaris. circa finem. quam posuit in l. 2. in princip. de vulga. & pupil. vbi concludit. q̃d ex tacita pupillari præferri debeat substitutus matri, quomodocunque possit constare de mente testantis, quòd uoluerit substitutum præferri. & idem voluit in l. centurio in uersicu. tertio principaliter quæro &c. eodem titu. & hoc ex tacita pupillari comprehẽsa in expressa vulgari, de qua supra in versi. Si vere contingeret non nasci aliquem filium masculum &c. concepta enim in unum casum, ut si non nascetur, comprehendit pupillarem, si nascetur & in pupillari ætate decesserit d. l. fi. C. de insti. & substitu. sub condi. fac. vbi de hac quæstione uidetur casus. † Probatur etiam, quia substitutio facta in casum natiuitatis & mortis filii, extenditur a iura ad casum natiuitatis non secute, & sic ad casum vulgaris. ff. de ventre inspi. l. qui ventri. & de leg. 1. l. ab exheredato in fin. bene facit quod no gl. in. l. si ita scriptũ. in prin. in verbo, humanitate. ff. de lib. & post. & voluit Rapha. fulg. in consi. xlvj. in princ. inci. ex facto ꝓponit &c. & Io. de Ana. in cõsi. 66. inc. uisis his. Itẽ ꝓ hoc facit quia secũda substitutio, qua testator ꝓuidit Antonio & Iacobe pupillariter, uidetur continere quandam conditionem contrariam, uidelicet ꝙ in casu, quo solus pupillus moriatur, locus sit tacite pupillari. de qua supra ut ff. de vulg. & pup. l. fin. §. Titius. & ff. si certum pe. l. pecuniam, quam & de pact. dot. l. inter. §. cum inter. Et secundum illam, ambe sorores superstites debent succedere. nec talis prouisio legis debet cessare per illa verba, & dictam Iacobam decedere antequã nubat: quia sic tota successio staret in pendenti, donec dicta conditio extaret, quod nõ debemus concipere fuisse de mente testantis. Vel si dicamus, ꝙ suspendat solum substitutionem factam Iacobe de pauperibus, apparet ꝙ de una dimidia non fuit plene prouisum, quia solum fuit substituta Catharina in una dimidia, in alia vero pauperes, post mortem tamen Iacobe ante, quàm nubat ante vero mortẽ, vel si nubat ꝑ illã expressam pupillarẽ nõ reperitur de alia dimidia prouisum, non impedit ergo effectum illius tacite pupillaris resultantis ex vulgari expressa, si posthumus non nascetur, & hæc † interpretatio in hac uoluntate potius sumenda videtur, quasi dicat in istum casum uelut obmissum succedit impuberi

puberi

pnberi ab intestato, per matrem & aliam sororem, vel per aliam sororem tantum, & hoc ex pluribus. Primo, quia conseruatur causa testati, quæ quandiu potest locum habere, nnuquam debet aperiri via successioni intestati: vt ff. dea æquirenda hæreditate l. quandiu. Nec mirum, quia causa testati habet expressam voluntatem, ergo debet anteponi tacite, quæ dicitur in voluntate intestati l. conficiuntur. §. 1. & l. si quis. ff. de inre codic. Secundo, quia non anteponimus in successione tali dominam Luciam filiæ ipsius testatoris: sed potius filiam alteri soror coniunctam pariter vocamus, matre prædicta exclusa: quam non est verisimile testantem voluisse proprie soboli anteponere l. cum acutissimi. C. de fideicom. & ff. de condi. & l. cum auus. & C. de institution. & substitu. sub conditio. fac. l. generaliter. §. 1. Tertio, quòd in successione circa talia bona seruamus quandam æqualitatem inter ipsas filias, & eas pariter vocamus, quod apparet ipsum testatorem voluisse, dum eas instituit æquis portionibus &c. Ex quo coniecturari debemus, quòd etiam eueniente isto casu voluerit eas admitti: quia non apparet dispar ratio, non natum, vel non reperit tempore, quo inuitatur ad bona. argumẽ. ff. de contrahen. emptio. l. in lege. Nec enim Catharine portionem voluit per secundam substitutionem in aliquo minui, sed potius augeri. Quarto, quia conseruamus piam dispositionem ipsius testantis collatam in pauperes, qui cum non habeat vniuersalem hæredem masculum, de quo agitanerat, nec existentem in ætate, qua sibi poterat prouidere: & sic eius patrimonium totum deuolutum videretur ad dominam Catharinam, credidit eam remanere contentam de dimidia bonorum. ideo pro salute animæ suæ & suorum, aliam dimidiam peruenire voluit in pauperes Christi. Et hæc rectæ fuit eius intentio, quæ sola sequenda est l. in conditionibus. ff de condi. & dem. l. cum quæstio. in fin. C. de leg. & licèt in verbis cadat aliqua dubietas. non tamen verba spectantur. sed sententia vt dicit text. in l. vbi. §. rogo. ff. ad Tre. Nec est in hoc tanta subtilitate vtendum, quod faciamus patrimoniũ testatorem decurrere ad personam, in quã vniuersaliter perueniri noluisset, in perniciem maxime filiorum. nec etiam quod testantis iudicium defraudetur: vt dicit text. in l. pen. C. de institu. & substit. sub condi. fac. Facit in speciæ ad nostrum propositum l. quidam testator. & quod ibi nota. ff. de vulg. & pupi. Faciliter etiam hoc casu fraudaretur prædicta dispositio testantis: quia re redncta ad casum, vt esset mater vocata ad dimidiam, nunquam pauperes Christi amplius aspirarẽt ad illam partem bonorum, ad quam testator illos inuitare voluit. Sed licèt aliqui dicant, quod ista acquisitio fienda Catharine debeat esse in suspẽso, donec videatur an Iacoba moriatur antequam nubat, & sic in pupillari ætatæ, secundum vnam interpretationem nuper traditam. ff. de vulg. & pupil. l. qui habebat tamen hoc potest declinari per dicta supra. Vel dicendum est. quòd si aliquam suspensionem induceret, ista suspensio non est respectu deuolutionis ad causam facte mortuo, ex virtute tacite pupillaris, de qua supra: sed respectu distributionis fiende in pauperes, bene durat: vt si moriatur Iacoba impubes, sit illi distributioni locus, alias non: vt ex prædictis patet. Et ita declarantur illa verba testamenti, & eo casu &c. per quod patet cessare vnam argumentationem supra factam pro prima parte. & talis interpretatio huius volutatis sumenda est, quia benigna & secundum iuris naturalis moderamen temperatur, vt lex mandat in l. non satis. in princip. C. de bon. quæ libe. naturaliter enim quilibet boni iudicij decidet testantis cõditionem & affectionem patere ad filias, quas in omnem euentum voluit adequare, vt ex testamento perciperent, per quod apparet non solum ipsam Catharinam vocatam ad dimidiam bonorum sed etiam eius hæredes: licèt aliter facere potuisset, nec facienda est differentia de filia vtrinque coniuncta ad consanguineam simul, ex quo testator nullam fecit: imo pariter vtranque dilexit. Et hoc facere, in sola eius potestate pendebat, ex quo etiam non est verisimile dispariter diuisisse, si aliud non probet. Nõ obstant allegata ꝓ prima parte supra, & primo non obst. l. si hæredi plures. eum si. quia, vt ex præcedentibus colligi potest, satis patet responsio ad illa. Etenim copulatio non attenditur, quantum ad deuolutionem fiendam in sorores, si impubes masculus moriatur, sed solum ad partem collatam in pauperes, vt est superius declaratum.

6 † Non ob. etiam quod prouisio expressa facit cessare tacitam: quia illud posset dici, quando testator expresse prouidit in omnem casum pupillaris: sed hic solum prouidit in casum, quo decedent antequam nubent in casu nostro, quo non decessetit, vel in casu quo nubent, non prouidit bñ, saltem in casu

7 † obmisso non debet cessare prouisio legis: remanet ergo in casu isto virtus prime substitutionis pupillaris tacite. Pro hoc, quia recedens a prima dispositione in conditionia euẽtum, in eius defectum videtur in prima persistere. argumen. ff. si cert. pet. l. pecuniam, quam & de adimen. leg. l. legata inutiliter. & ff. de lega. præstan. l. si post mortem. §. fin. & alijs supra allega. Non ob. etiam alia allegatio in contrarium, quòd talis substitutio pupillaris tacita non debeat subintelligi in vulgari expressa, & hoc propter iuris existentiam: vt not. in l. precibus. C. de impube. & alijs substitu. quia illud dici potest, si extranei essent substituti, qui essent ad exclusionem matris: secus, si alijs filij fratris impuberis, vt erat hic. ita decidit gloss. ordi. in d. l. precibus ad fin. magne glo. quod etiam doctor. communiter ibi tenent, & in d. l. fin. de institu. & subst. sub condi. fac. & domminus Azo. in sum. illius titu. & Bartol. aperte firmat, dicens hoc esse consonum voluntati defuncti, in l. 2. in fine. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. & voluit Ioan. de Ana. in consi. 86. incipien. visis his, quæ in facto, &c. & ibi aliquid in additio. meis ad ea consilia. Et licèt dicatur aliquos modernos reprehendere glossa. illam, propter hoc, tamen non est ab eius conclusione in consulendo discendendum: vt dicit Iacob. de Butr. in l. primo C. qui pro sua iur. & maxime, quando est gloss. communiter approbata, vt in casu nostro, & quæ habet pro se vltimam uoluntatem saltem præsumptam defuncti,

cti, quæ sola debet attendi, ut supra allegatum
8 est. † Non obstat etiam, quod per aliquos dicitur
Iacobam tantum ab intestato uocatam, per not. in
si, in l. Lucius, cum gloss. sua de hæredi. institu. &c.
Ibi enim de liberis institutis non erat facta men-
tio dispositiue, sed enunciatiue tantum. probatur
ff. de leg. 1. filiusfa. §. cum quis. Præterea illa gloss.
debet intelligi, quando filii ex testamento uocari
non poterant, quia testator decesserat intestatus:
quia hæreditas eius non fuerat adita. & sic frater
institutus, ex quo non adiuerat, non transiuerat ex
sua persona, cum non foret de liberis: sed eius filij,
ut proximiores ab intestato ueniunt. & ita consu-
lendo dicit Rayn. Non obstat etiam l. pen. de im-
pu. & aliis substitu. quia ibi substitutus erat extra-
neus: quia non erat uerisimile testatorem alteri fra
tri subuenienti uelle anteponere, per regulam l. cũ
acutissimi. C. de fidei. & d. l. cum auus. cum simili-
bus. & certe secundum conclusionem præcedentẽ
in casu proposito idem seruatur nec curatur inter
istas filias disparitas coniunctionis, ex quo testa-
tor noluit eam attendere. sed potius eas æquare, &
pariter succedere: ut ex forma dicti testamenti ap-
paret & supra monstratum. Concludo ergo in no-
stro proposito, quod mortuo dicto Anto. Iacoba,
& Catharina uocatæ sunt æqualiter ad successio-
nem, exclusa domina Lucia, matre dictorum Anto
nii & Iacobæ. Substitutio autem facta de pauperi-
bus Christi stat in pendenti a futuro euentu, ut si
contingat dictam Iacobam mori in pupillari æta-
te, locum habeat: alias non. & ita uidetur concludẽ
dum. Pro quo ultimo loco allego Ludo. Roma. cõ
sulentem fere in his terminis, & eis iura & ratio-
nes satis seruiunt ad casum nostrum, in consil. 21.
incipien. prima dubitatio resultans, &c. & in consi.
138. incipien. noua superuenit dubitatio &c.
Laus Deo.

Et vt supra scriptum est consulo, & iuris esse di-
co, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques:
sacri palatii Apostolici aduocatus consistorialis, &
christianissimi Francorum regis consiliarius, & in
fidem propria manu me subscripsi. & solito sigillo
signaui. Laus Deo & beato Dominico aduoca-
to meo. Amen.

CASVS CONSILII X. TALIS EST.

ROmanus quidam nouel-
lus Ferrariç ciuis, pau-
per, conueniebatur a
quadã puella nepte sua,
ex filio præmortuo, ad
præstanda ei alimenta
necessaria vitæ contra
quam excipit de inopia,
& paupertate maxima, quam ex processu
probauit, & ex parte etiam dictæ puellæ pro
bata est paupertas: prout ex processu hincin
de actitato, constat & apertissime uideri po-
test, deductis deducendis; quibus stantibus
modo quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Pater vel mater an obligetur ad præstanda alimenta filio, vel eius nepoti.*
2 *Mater an teneatur alere filium infra triennium, a die ortus sui. Et sic lactare eum usque ad tempus triennale.*
3 *Pater an teneatur uendere proprietatem pro alimentis præstandis filio, uel econtra filius teneatur uendere pro alendo patre, quando non habent aliud nisi id, ex quo ipsi uiuunt.*

CONSILIVM X.

Cor mundum Crea in me

Deus: & spiritũ rectum innoua in uisceribus meis:
vt in præsenti causa ea, quæ iuri & ueritati conso-
na sunt, in medium afferre valeam. Igitur in casus
Ser Romani nouelli, considerandũ arbitror, quòd
licet alias ad ipsum posset spectare onus alimento
rum Ioanne eius aperte neptis: tamen stante eius
inopia extrema, non tenetur: cum tanta sit eius ino
pia quod ipse uictum mendicare cogatur. Ergo
1 † dicendum, quod ipse alios etiam si filii essent, ali
mentare non teneatur: quia eum excusat inopia &
necessitas propria. hoc probatur manifeste ex no.
in. l. si quis a liberis. §. si mater. ff. de li. agno. p Bar-
to. & not. in. l. fina. C. de patr. potest. & in l. alimen-
ta. & in l. si paterno. C. de neg. gest. cum ea præsten
tur secundum facultatem redituum, secundum Ra
ph. Cuma. in consi. xxx. in 3. colum. incipi. statuto
cauetur &c. & posuit dominus Abb. in suo consil.
lav. in fine. incipien. Pet. de mansolinis &c. in pri-
mo volum. consiliorum ædito per me, eo tempore,
quo jura ciuilia ordinarie legebam in almo Ferra-
riensi studio, & in consi. cij. in 2. uolumi. consilio-
rum suorum incipien. circa personarum & bonorũ
oblationes &c. nam † mater tenetur filium alere in
2 tra triennium, donec lacte nutriendus est. ut d. l.
fina. sed si ipsa mater inopia cogeretur aliis inser-
uire, uel victum aliunde quærere certe tunc non te
netur: ut ibi & in dicto §. si mater. Ita in casu isto
ubi pater uel auus est inops non potest cogi ad o-
nus alimentorũ filio. Ista comprobantur ex theori
ca Barto. in d. l. si quis a liberis. in §. item rescriptũ.
ubi dicit, quod aliquo existente inope, in subsidiũ
tenẽtur fratres uel mater, ubi pater non est, uel nõ
habet, uel nõ est alius, qui possit cogi ad alimenta
præstandã, & propter hoc dicendum est quòd ma-
ter dictæ Ioannæ, quæ habebat dotem, quam con-
sequuta est ex bonis dicti Romani propria, quæ di
stracta sunt omnia bona ipsius Romani ut constat
ex processibus superinde agitatis, debuit & debet
teneri ad talia alimenta, stante inopia dicti Ser. Ro
mani. Audio modo, quòd pars aduersa nititur ad
hoc respondere, quòd licet nunc sit inops: tamen
tempore alimentorum habebat bona, ex quibus
poterat alimentare dictam Ioannam &c. Et ego ad
hoc respondeo, quòd ex dictis processibus cõstat
oppositum. nam bona sua quæ consequuta est para
aduersa pro dote prædicta sunt in totum precii. li
bre. ccccx. dos matris dictæ Ioan. sunt libre. cccc. &

sic restant solum ipsa dote deducta, li. 110. Vel dicamus, quod compntatis libris 90. in quibus pars aduersa est condemnata, ultra dictas lib. 110. sunt in totum lib. 200. uel circa, in quo deducta dote prædicta restabat capitale Ser Romani, & eius bona: cum bona dicantur deducto ere alieno. l. subsignatum bona. ff. de uerbo. signifi. unde quis dubitat, ꝙ ex tali capitale non potuisset minimam partem alimentorum consequi certe nullus. & cum primo teneatur quis prouidere sibi & suis alimentis, & casus: & postea alienis: quia omnis ordinata charitas incipit a seipso. l. præses. C. de serui. & aqua. &c. iã patet, quod non poterat dici, quòd haberet, unde posset alimentare dictam Ioann. sed tenebatur. &

3 ita † hodie tenetur & debet prouidere primo sibi, nec tenetur pater suam proprietatem uendere pro alimonia filiorum, ex qua ipsemet viuere debet, sicut nec econtra filius tenetur vendere nudam proprietatem suam, in qua potest habere vsumfructũ, ut ipse filius se alat ex ea, sicut in propriis terminis tenet Bald. in l. fina. §. cum autem. C. de bon. quæ li. quod dicit esse nota. dignum. Debet ergo pater sicut & filius uiuere ex usufruc. bonorum suorum, nec cogitur uendere proprietatem pro uictu: ut infra quia sic cito deficient, ergo &c. Laus Deo clementissimo, & beato Dominico, Amen.

Et ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques: sacri palatij Apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuslia ordinarie legens in uetustissimo regie ciuitatis bononiæ studio, & in fidem præmissorum solito sigillo signaui.

CASVS CONSILII XI. TALIS EST.

Venditio facta fuit cuidã ciui Ferrariẽsi, pro quo emptorem soluere promisit pro affictu seu pro vsu, donec francata foret lib. 10. finus pendaglia, prout de emptione & promissione prædictis latius constat ex instrumentis publicis: quibus stantibus conuenitur tunc per uenditorem prædicti finus promissor, ad vsum seu affictum promissum: excipit ipse allegando certas prouisiones ciuitatis Ferrariæ, & maxime unam, quæ loquitur de inuestitura facta in alium, ut non teneatur, nisi ad certum quid, non obstante promissione de maiori summa. Item colligitur ex alia promissione, quæ legitur in diuisionibus factis inter aliquos per modum quotæ. quomodo non potest quis obligari nisi certo modo, & in certa quantitate, & in maiori facta, non ualet. Ad quæ omnia replicatur, quod loquitur in diuersis casibus ab isto: in quo fuit facta promissio ratione uenditionis prædictæ, prout latius de his omnibus constat in processu hinc inde actitato. Quibus stantibus, modo quæritur quid iuris &c.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus soluere pro certa quota, an possit se tueri per no. in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis.*
2 *Conuentiones & promissiones an seruari debeant: etiam si haberent in se aliquem rigorem iuris.*
3 *Obligare se, an quis possit pro alio, inuito, & pro eo inuito soluere, & suscipere iudicium.*
4 *Prouisionum ciuitatis Ferrariæ intellectus, & nu. 5.*

CONSILIVM XI.

Cor mundum crea in me

Deus: & spiritum rectum innoua in uisceribus meis: ut in presenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Pro tanto breuiter, omnipotentis Dei suffragio implorato, respondeo acutissimis dubijs datis pro fino pendaglia quod non potest exigi nisi pro

1 rata quantitatis terræ &c. Dico † ꝙ fundata est intentio ipsius actoria contra finum per instrumentum inuestituræ, in quo ipse solus conuentus est obligatus ad vsum: unde cessat l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. re. quia ibi erant plures simul obligati, & cum non constaret pro quota parte quisq; esset obligatus, ius præsumit pro uirili eos obligatos, sed hic est solus ipse unus obligatus, & constat

2 pro quota parte se obligauit. † Ad æquitatem autem allegatam, quòd pro rata quantitatis terræ debeat exigi respondetur, quòd nulla est maior æquitas, quàm conuentiónes & pacta seruare. ut l. 1. ff. de pac. cum si. quia nihil est tam congruum fidei humanæ, &c. ut ibi dicit text. & conuenit naturali æquitati seruari promissa: ut l. 1. de constit. pecu. & eo maxime, cum ex promissione fini fuit liberatus dictus emptor principalis per no. per Pau. de Cast. in consi. 47. inci. viso puncto &c. maxime in 2. col. Item non sequitur una res soluit decem, ergo dimidia quantum ad mensuram non debet soluere nisi quinque: quia esse potest, quod res illa in uno angulo paruæ quantitatis sit maioris precii, quàm in toto residuo: ut dicit text. in l. 1. ff. de euictio. & sic ex illa mensura, quæ allegatur per patrem, non est

3 fundata eius intentio. † Item clarissimum est quod quis potest se obligare pro alio & facere iudicium & soluere etiam eo inuito: ut l. solutionem. ff. de solu. cum igitur conuentus obligauerit se ad dictum vsum & soluere certe potuit soluere & se obligare: unde non potest dari repetitio soluti nec nullitas obligationis resultat, dato quòd alius fuisset obli-

4 gatus. † Non obstat prouisio municipalis: quia prima prouisio loquitur de solutione fienda pro inuestitura. & dicit quòd si inuestitura est facta pluribus non per modum quotæ, tãtum debet soluere, quantum solueret unus pro dicta inuestitura, si unus solus esset inuestitus. & de hoc non quæritur.

Secunda

Secunda prouisio municipalis similiter nō obstat, quia loquitur, qñ diuisio fit per modum quotæ. sed hic fuit vendita certa mēsura terræ. & sic non militar dicta prouisio, per d.l.1.ff.de euict. Item dicta prouisio. disponit, quòd non possit cogi ad accipiendum inuestituram; hic non fuit coactus, sed sponte suscepit, & soluit tot annis: unde cessat prouisio. Item dicta prouisio haberet locum, quando esset facta prouisio rei usualis antequàm tractaretur de quota census: quia ex postfacto tractando de qnota census haberetur respectus ad quotam rei usualis: sed hic conuentus accepit rem emptam cum dicto onere simul, & semel nec prius habuit ius in quota rei, quam esset obligatus ad usum: sed ius acquisitum fuit cum dicto onere, & potuit inter cuntrahentes huc fieri, & potuit ipse emens accipere inuestituram & soluere sponte prout fecit. Et rediculum esset intelligere dictam prouisionem contra naturalem libertatem, qnòd quis non possit se sponte obligare & soluere, per supra deducta. Cum igitur sponte se obligauerit conuentus, & iuxta promissionem suam factam uenditori, nō est dubinm, quod non habet obstare dicta pronisio municipalis. Certa suppleat prudentia nestra. Nec enim res non eget longo sermone, nec longis allegationibus. & est casus apertissimus. Laus. Deo.

Et ut supra scriptum est consulo & iuris esse dico ego Ludo. Bulogninus. V.I. Doctor & æques. &c.

CASVS CONSILII XII. TALIS EST.

LVdouicus quondam Io. Betini ciuis Bononiensis, suum condidit testamentum: in quo inter alia duos eius filios vniuersales hæredes equaliter instituit. s. Simonem & Antonium. Et si alter ipsorum quandocunque decederet sine filiis masculis, voluit quod hæreditas deueniret in alterum. Mortuo testatore prædicto, dicti eius filii adiuerunt hæreditatem, post aditam hæreditatem paternam præmoritur Antonius relictis filiis masculis, qui successerunt patri suo. Deinde decessit dictus Simon, relictis tantummodo filiabus fœminis. Ex quo contingit dubitari de pluribus & primo.

SVMMARIVM.

1 *Casus obmissus, an habeatur pro obmisso in substitutionibus: & remaneat in dispositione iuris communis.*

2 *Vox patris, an dicatur uox filii: & persona patris, persona filii.*

3 *Substitutio facta duobus filiis: & quis eorum decesserit sine filiis masculis, & postea alius moriat sine filiis masculis. & sic filii succedant patruo, uigore substitutionis prædicta, an ualeat.*

4 *Substitutio si facta est alicui pupillo an in ea contineatur tacita pupillaris.*

5 *Causa quando committitur appellatione remota, de appellatione friuola intelligitur.*

6 *Substitutio facta per testatorem Simone, & Antonio, an habeat locum in personam filiorum ipsius Antonii, quo ad hæreditatem Simonis eorum patrui, qui decessit sine filiis masculis, non obstante quod pater eorum Anton. fuerit præmortuus. Et an excludantur filij fœminæ ipsius Simonis vigore substitutionis factæ per dictum testatorem.*

CONSILIVM XII.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Circa ultimum dubium prima facie uidetur dicendum quòd substitutio ista quoad bona ipsius Simonis non habeat locum in personam ipsius Antonii, eo quia Antonius pater eorum filiorum fuit a testatore substitutus, & non ipsi nepotes: sequitur ergo quod sumus in casu obmisso, ab ipso testatore. & sic in casu quo non reperitur substitutio facta filiis ipsius Antonii. & ideo non uidentur uocati: quia † casus obmissus habetur pro obmisso, & remanet in dispositione iuris communis. l. si cum dotem. in princ. ff. solut. matr. & l. commodissime. ff. de lib. & posthu. cum si. quia uocatus tantum fuit dictus Antonius: ut hoc uidetur probari ex uerbis ipsius testamenti prædicti, ibi: & si alter ipsorum quandocunque decederet sine filiis masculis, quòd hæreditas deueniat in alterum, &c. quare ipso mortuo, nō uidetur locus esse substitutioni. Sed tamen istis nō obstantibus, quæ uere non obstant, si bene ponderentur, teneo contrariam partem de iure fore ueriorem. Quod sic † probatur. Pater & filius censentur una & eadem persona: ut in l. fin. C. de impub. & aliis substit. & vox patris, vox filij est instit. de inutil. stipul. §. ei, qui quod etiam probatur. nā mortuo patre dominium ipsius hæreditatis continuatur in filium, taliter quòd filius nihil dicitur de nouo acquirere, ut in l. in suis. de lib. & post. & inter patrem & filium non est dare hæreditatem iacentē, vt est glos. not. in l. hæreditas. C. deposi. quare cum pater ipsorum fuerit substitutus, uidentur nec non etiam ex mente testatoris nepotes ipsi fuisse substituti patre præcedente attento, quòd dispositum in uno ex correlatiuis, extēditur etiam ad aliud. n. C. de indic. vidu. tol. l. 1. C. de cupre. libr. xj. & ideo uoluntas testatoris prædicti fuit, ut ex uerbis testamenti colligitur, quòd eius hæreditas remaneret in linea masculina, masculis existētibus. Et non habet obstare, quòd dictus Anto. præmortuus fuerit: quia potius est uerisimile, quòd testator cogitauerit filios suos proprios mori post ipsum testatorē, & præmori ante filios ipsorum, quàm econtra. per l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. test. & l. scripto. in fin. ff. vnde libe. istud enim est uerisimilius, & uoto parentum, & naturæ magis cōueniens, ut dictis iuribus ergo interpretatio ista potius est attendenda, uidelicet quòd ipsi nepotes intelligantur substituti,

ſtituti, & uocati ab ipſo teſtatore in caſu iſto. ar.l. in obſcuris. de re. iur. cum in teſtamentis plenius voluntates ſint interpretandæ:vt in l.in teſtamẽtis. eo.tit.& in c.cum dilecti.in fin.extra de dona.& etiam ſecundum uolũtatem deſuncti:ut in l. 3. in fi. C.de lib.præter.& l. in conditionibus primum locum.in prin.ff.de cond.& de.cum ſi.bene facit tex. in l.in quibus caſibus.C.de ſecun.nup.vbi dicitur, quòd filiųa filii obtinet locum patris ſui, etiam in

3 nõ quæſitis.Et † inducitur ille text.ad quæſtionem qua quæritur ſi conſuetudo extat, quòd ſuccedat primogenitus, ſi mortuus eſt primogenitus relictis eius filiis, an filij ſuccedant & facit quòd ſic.& iſta eſt mens teſtatoris, eum prouideat non ſolum filijs,ſed nepotibus.ar.l.Lucius.la prima,in fi.ff.de hæred.inſtit. Bene facit quo ad iſtam interpretationem id,quod voluit Io.de Imo.in ca.Raynutius.in materia ſubſtitutionis pupillaris.extra de teſta.vbi refert dictum Bald.in l.precibus.in 5.col.C.de im-

4 pub.& aliis ſubſti. † Quod ſi ſtatutum dicat, quòd verba teſtamenti ſeruentur ad unguem, ſine interpretatione uel aliquo extraneo intellectu, an ſi facta eſt ſubſtitutio vulgaris alicui pupillo, contineatur tacita pupillaris ſub ea.nam quòd pupillaris cõtineatur in expreſſa vulgari dicitur extraneus intellectus a uerbis allegatis in arg.l. in his, de condit. & dem.& dicit Bald.ubi ſupra quòd ſic. & idem tenet ibi d.Pan.& dicit quòd contra Bal. uidetur decidere Bar.in l.omnes populi.ff.de inſtit. & iur. in 6.q.in ver.vlt.quæritur &c.& dicit Bart. ibi, quòd ſi in uolumine ſtatntorum ſit ſtatutum, quòd ſtatuta non recipiant aliquam gloſationem, interpretationem, uel extraneum intellectum parum operatur: quia per dicta uerba ſola friuola interpretatio

5 uidetur remota l. 1.§.fi.C.de ueter.iur.enucl. † Ad idem adduco: quia ſi de iure canonico,cauſa committitur appellatione remota,intelligitur de appellatione friuola:ut not.glo.in l. 1.§. 1.ff.a qui appel. non licet.& eſt tex.in c.paſtora.& in c.ſuper eo. de offic.deleg.Facit,quod not.Bart.in l. 1.§. & parui. per glo.ibi.ff.quòd ui aut clam. ubi ſi ſtatutum dicit non obſtante aliqua exceptione, intelligitur de friuola.Et ideo pulchre etiam dixit Bald.in l.commiſſorie.C.de pa.inter empt.& uendit. quòd ſi interpoſita eſt neceſsitas iudici ſeruare ſtatuta ad vnguem: nihilominus intelligitur ſaluo intellectu: quia litera ſecundum eum occidit: ſpiritus antem

6 viuificat. Vnde † ex prædictis omnibus concludo quòd filii ipſius Antonii admittuntur ad hæreditatem ipſius Simonis eorum patrui excluſis filiabus ipſius Simonia, nigore teſtamenti & ſnbſtitutionis in eo factæ, non obſtante etiam; quòd eorum pater fuerit præmortuus ante eos. Vltimo allego no.deciſionem domini mei Alex.de Imol.in conſi. 123.in ſecundo uol.incip. quando in ſubſtitutionibus caſus obmiſſus &c. ubi decidit unnm caſum multum ſeruientem ad propoſitum noſtrum: quẽ videre poteris.& etiam Bald.in conſi.264.in 4.parte conſiliornm ſuornm incip. pater condidit teſtamentum &c. ubi decidit caſum noſtrum multum in ſpecie.

Et,ut ſupra ſcriptum eſt,iuris eſſe dico & conſulo,ego Lndouicus Bologninus V.I. doctor, & æques:unus ex collegio dominorum iudicum Boniæ.& in fidem præmiſſorũ propria manu me ſubſcripſi, & ſolitum ſigillum appoſui. Laus Deo.

CASVS CONSILII XIII. TALIS EST.

DVo fratres uidelicet Matthæus, & Philippus, ſimul habitantes, habebant bona omnia communia & pro indiuiſo, quam plura: quæ bona ſemper fuere gubernata per dictum Matthæum natu maiorem, permittente alio confratro: & ipſe vendebat,& alienabat, & emebat cõmuni nomine, & omnia faciebat & gerebat, ut paterfamilias: & diu ac diu ita ſemper fecit:modo inter eos orta eſt contentio:& tandem dictus Matthæus oſtendit fratri ſuo Philippo adminiſtrationem bonorum prædictorum, qua oſtenſa petit quietationem & abſolutionem generalem a dicto Philippo: & ita ſolemniter, & in latiſſima & publica forma manu notarij publici fuit abſolutus, & omnia geſta per eum fuerunt ratificata & approbata per dictum Philippum, & cum iuramento in eo contractu præſtito, & cum omni ſolennitate, prout ex inſtrumento ſuperinde confecto latius continetur:quod ad uos trãſmittitur. Quibus omnibus peractis,nunc dictus Philippus non obſtante abſolutione prędicta per eum facta, dicit coram arbitris per eos electis, ex forma ſtatutorum in indiuiduo non potuiſſe Matthæum prædictum alienaſſe aliqua bona tempore illo,quo adminiſtrabat, & quòd non intendit eum abſoluiſſe reſpectu dictorum bonorum alienatorum. Econtra excipitur, quòd abſolutio generalis fuit,& eſt,& quòd extenditur ad omnia & quæcunque & qualitercunq; per eum geſta: Ex quo dubitatur modo quid iuris,& de uiribus dictæ abſolutionis.

SVMMARIVM.

1 *Verba iſta: ratificando & approbando omnia geſta & facta a tempore obitus paterni, quid importent.*

2 *Ratio an declaret ipſam diſpoſitionem & contractum initum inter partes.*

3 *Ignorantia an poſſit allegari in factis proprijs, coniunctorum & conſanguineorum.*

4 *Abſolutio generalis,an extendatur ad alienata, uel geſta doloſe:vel per culpam latam, leuem: & quid, & in quibus operentur.*

CONSILIVM. XIII.

Cor mundum Crea in me

Deus:& ſpiritum rectũ innoua in viſceribus meis

ut in

ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sût, in medium afferre ualeam. Idcirco magnifici ac præstantes domini arbitri & arbitratores maiores mei honorandi &c. Licet non dubitem luce meridiana clarius fore apud dominationes uestras illud quod importat contractus absolutionis, de qua nunc agitur, & licet firmiter teneam tamen requisitus, ut duo uerba circa hoc faciam in præsentia, obmisso multiloquio, rem hanc quàm breuius potero attingam, & obmisso cortice, medullam perstringam, iuxta text. in cap. Marchion. 1. q. 1. & in l. 2. in fin. C. communia de leg. cum simil.

2 †Considero igitur circa præsentem absolutionẽ plura, & primo quòd extendatur ad bona alienata, probatur per uerba ipsius clarissime denotantia, quod extenditur ad alienata per dictum absolutũ. ut patet in uer. ratificando & approbando omnia, & quæcunque per ipsum Matthæum gesta, & facta tempore obitus patris citra &c. Quæ verba pro certo sunt amplissima, & ualde & plusquam prægnantia & apta comprehendere omnem actum factum per dictum absolutum: siue permutauerit, siue aliter alienauerit. nam qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de lega. 3. l. a mandatore. C. mandat. unde uigore dictorum uerborum uidetur indubitanter dicendum, quòd talis absolutio extendatur ad bona alienata per dictum Matthæum. Secundo ponderandum est in hac absolutione aliud, quia in sui principio seu in præfatione assignantur duæ rationes. Ex quibus aperte apparet, quòd dictus absoluens uoluit absoluere dictum Matthæum etiam ab alienatis. nam dicitur quòd sciens, quòd continue a tempore mortis patris citra, diligenter & fideliter gessit, & quod fortius est, utiliter administrauit &c. & hæc est prima ratio. Secundo dicitur, quia de gestis rationem & computũ reddidit &c. & hæc est secunda ratio. Ex quibus manifeste apparet, quòd dicta absolutio debet extendi omnino ad bona alienata. nam istæ rationes sunt illæ, quæ ampliant & aliquando restringunt dispositiones l. fin. ff. de hæred. instit. & ab istis primordiis posterior formatur euentus. l. 1. C. de imponend. lucr. descri. li. x. Et faciat text. in l. 1. in fin. ff. de orig. iur. in uer. nanque nisi fallor, istæ præfationes &c. & in c. ex tenore. de rescript. & in c. ex tenore. de for. cõpet. c. ex tenore. extra de appel. Ex istis igitur rationibus assignatis in dicta absolutione, apparet, de mẽte expressa ipsius absoluentis, quòd voluit absolue re dictum Matthæum ab omnibus & quibuscunq; etiam alienatis.

3 † Nec dicatur mihi, quod potuisset dictus Matthæus absolutus in redditione rationis tacuisse de dictis bonis alienatis: & per consequẽs absoluens non intellexisset de his: quia respondeo † quod hoc non debet cadere in mentem alicuius rectæ sentientis. nam cum fratres & coniuncti essent, non est præsumendum, quòd absoluens ignoraret dictas alienationes cum simul habitarent. l. de tutela. C. de in integr. restitut. mino. l. octaui. ff. unde cogna. cap. literis. extra de præsupp. cum ibi not. per do. Anton. & per Bart. in d. l. de tutela. & Barto. in l. 1. ff. si cert. pet. & Bart. in suo tractatu de teste. & per Bal. in authent. quas actiones. circa fin. C. de sacrosanct. eccles. & per Bald. in l. 1. in 6. col. C. de ser. & aqua. & per Angel. in §. hinc nobis. in authen. de hæred. & fal. Non debet ergo dictus absoluens sub uelamento ignorantiæ se tueri, cum ratio coniunctionis & cohabitationis hoc non patiantur.

4 Sed † ne stemus in generalibus, ueniamus magis ad species. & dicebam arguendo a sufficienti partium enumeratione: quod argumentum validum est in iure: ut in §. actionũ. instit. de actio. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alien. aut enim uolumus dicere, quòd dicta alienatio dictorum bonorum fuit facta dolose, ut quia dolus interuenit, aut lata culpa, aut leuis, aut leuissima. Primo casu fateor quòd absolutio non extenderetur alienata dolose. l. Aurelio. §. Caius. ff. de lib. leg. l. si quia rationes. §. Meuia. in fin. eod. tit. l. quidam decedens. ff. de admin. tut. l. si unus. §. illud. ff. de pact. & not. Bart. in l. non solũ. §. fin. ff. de lib. leg. & Bal. in l. cum necessarium. C. de fideic. & notant scribentes & post glo. in l. actione. C. de transact. & Cyn. in l. sub prætextu. C. eo. tit. Sed opus est, quòd probetur dolus per allegantem. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. l. cum ita. §. species. ff. de leg. 2. Et idem dico in omnibus & per omnia in lata culpa quæ cõprehenditur sub appellatione doli. ita dicit glos. in l. si filio. §. 1. in uer. culpa. ff. sol. matr. & not. in l. si cũ uenderet. ff. de pign. actio. & not. Bal. in l. accep tam. C. de usu. in 6. q. & Dyn. in l. etiam. §. 1. ff. solut. matr. & Barto. post glos. in l. in uenditione. §. 1. in ver. culpa. ff. de bon. aut. iudi. pos. & uoluit Raph. Fulg. in consil. ciij. in 1. col. incip. notabilis uir Henricus, &c. & in consil. xxv. incip. spectabilis milea dom. Scipio, &c. & Bald. in consil. l. in 1. parte consiliorum meorum, incip. causa præsenti &c. Bal. in consil. cxlij. in eadem 1. parte, incip. licet allegationes &c. & in consil. xlix. incip. ad euidentiam &c. & in eadem prima parte, ubi multum singulariter loquitur circa hanc materiam, de qua nos agimus, & in consil. clxxxvj. incip. in articulo pur. in eadẽ parte prima. Aut & tertio volumus dicere, quod in dicta alienatione seu administratione interuenit leuis culpa. & tunc dico quòd non potest refricari in dubium de dictis bonis alienatis. quia absolutio facit, quod non potest conueniri pro leui culpa. text. est diligenter notandus in proposito in l. seruus. & ibi hoc not. Bald. & Angel. ff. de leg. 1. & in l. cum tale. §. 1. ff. de condi. & demon. Et idem multo magis est dicendum, si leuissima culpa interuenisset. & ita in terminis nostris & in magis dubio casu reperio consuluisse do. meum Alex. de Imol. in contingentia facti, in suo consilio in ordine meo xlv. incip. redemptoris inuocato suffragio, habita super his, de quibus dubitari contingit, opportuna animaduersione &c. in t. uol. ut ibi dixit, loquitur in casu magis dubio: nam loquitur in tutore absoluto ab administratione. & concludit prout supra distinxi. adeo quod dixit, quòd etiam si aliqua res fuisset furto subtracta de bonis pupilli, ipsi tutori tempore administrationis, si postmodum absoluitur ab administratis per eum. intelligitur absolutus & liberatus ratione illius rei furto subtractæ. licet furtum non præsumatur fieri sine culpa eius qui ad custodiam tenebatur. l. cum duobus. §. damna. ff. pro soc. & not. glos. in §. pe. instit. qui. mo. re

con-

contrahitur ob. & not.in l.1. C. depo.& not.Bart. in l.si quis ex argentarijs. §.pen.ff.de edend.& Bal. in l.si creditor.C.de pign.& not.Io.And.in ca.1.ex tra de commoda.& Cano.scrib.in c.2. extra de depo.& idem uoluit do.meus in cons.164.in 5.uolu. incip.quid si tutor in testamento &c.Ex quibus omnibus concludo dictam absolutionem de qua agimus, omnino extendere uires suas ad bona alienata per dictum absolutum:& maxime, cum sit absolutio reciproca & iuramento roborata; quæ duo quantum operentur,nemo est qui nesciat.

Et ut supra scriptum est consulo,& iuris esse dico,ego Ludo.Bologninus. V.I. Doctor & æques: sacri palatij Apostolici aduocatus consistorialis,& Christianissimi Francorum regis consiliarius:iura ciuilia ordinariæ legens in uetustissimo regiæ ciuitatis patriæ meæ Bononiæ studio: in quorum fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui.Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XIIII. TALIS EST.

DVo castra inter alia plura, in territorio Mantuano existentia, videlicet castrum Luzariæ,& Doxuli, olim concessa fuere ab Imperatore Marchioni Mantuano, pro se & filiis masculis tantum, iuxta formam & consuetudinem aliorum feudorum:quæ castra postmodum diuisa fuere inter aliquos ex fratribus de Gonzaga cum certis terminis,& confinibus, de quibus in instrumento diuisionis latius continetur: & inter alia dicitur in eo instrumento, quòd iurisdictio cuiuslibet eorum duraret, vsque ad flumen Padi, seu usque ad alueum eiusdem: & eo tempore flumen Padi erat inter medium,& prope & iuxta castrum Luzariæ prædictum: & ita stetit per longum tempus.Nunc autem dictum flumen Padi per alluuionem peruenit prope castrum Doxuli: adeo, quòd primus pœnitus alueus fluminis mutatus est,& a loco primo recessit in totum & per totum.Dubitatur modo de iurisdictione inter medium, an eius iurisdictio spectet ad primum dominium eiusdem, prout spectabat: an uero spectet ad alium dominium, attentis uerbis instrumẽti diuisionis, in quo dicitur: quòd eorum iurisdictio duret usque ad flumen Padi &c. & sic an attendamus primum alueum, an uero secundum alueum nouiter factum.nam pro & econtra multa allegantur pro parte dictorum dominorum, & pro parte utriusque consuluerunt quamplures clarissimi doctores: unde quæritur quid iuris in proposita notabili quæstione &c.

SVMMARIVM.

1 *Agri an & quomodo intelligantur limitati.de quibus in l.in agris.ff de acquir.rer. dom.*
2 *Alluuio an locum habeat in agris limitatis.*
3 *Iurisdictio, est quædam qualitas territorij.*
4 *Alluuio an & quando habeat locum in casibus a iure non expressis.Et quid operetur illa alluuio.*
5 *Alueus primus,a quo recessit flumen, & fecit sibi alium alueum secundum cuius ille sit.*
6 *Flumen,an sit loco censoris vel iudicis: & diuidat iurisdictionem.*
7 *Flumen si duo habeant intermedium, vbi stet eorum iurisdictio:an in medio fluminis,uel quomodo.*
8 *Dare, seu datum, uerb. an importet dominij translationem.*
9 *Alluuio an aliquid operetur circa iurisdictionem.*
10 *Flumen si currat inter duas ciuitates, vtrius sit iurisdictionis.*

CONSILIVM XIIII.

Cor mundum crea in me

Deus:& spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt,in medium afferre ualeam: Viso igitur puncto & casu mihi porrecto, circa alluuionem factã de terreno existẽte inter castrũ Luzariæ, & castrum Doxuli,& omnibus aliis ad rem hanc facientibus, mature pensatis, obmisso multiloquio, prout mei moris est, dicam quàm breuius potero, quid ego sentio in præsenti dubitatione: in qua primo pro euidentia præmitto aliqua, & primo, quòd hæc duo castra sunt, ut mihi dicitur, in facto ab Imperiali culmine in feudum & non in præmium stipendiorum concessa, & non in quemcunque hæredem & successorem in infinitum transitoria:sed in filios masculos secundum formam & cõsuetudinem aliorum.feudorum,& cum pacto recognoscendi,& prout latius in instrumentis cõcessionis & diuisionis territorij eorundem continetur. & per consequens hæc territoria non fuerunt indistincte data & concessa:sed cum certis qualitatibus & conditionibus,de quibus in instrĩs superp̃dictis initis continetur,q̃ libenter uidissem, si potuissem.

1 Secundo † præmitto aliud, quòd limitatio fienda secundũ ea quæ traduntur in l.in agris.ff.de acquir. rer.dom.debet esse talis naturæ & formæ & qualitatis, ut dominium agrorum limitatorum in perpetuum sit eorum, & acquiratur eis,quibus assignantur agri limitati:ut probatur ĩ d.l.in agris.in ver.vt 2 sciretur quid cuicunque datum esset &c.† Item & secundo requiritur, quòd limitatio de qua ibi sit mentio:fiat veteranis post merita stipendia,secundum notabilem & singularem glos. in d.l.in agris. in glos.1.in fin.non autem sufficit,quòd fiat supplicatio absque præcedentia stipendiorum meritorũ, & hæc est proprie causa & ratio finalis inducendæ limitationis agrorum, & cũ ratione impediendæ & tollendæ alluuionis.& istam rationem aperte etiam sensit Barto.in suo tractatu tyberiadis in uerbo,ac-

bo, acquiritur nobis in ver. ratio, cuius potest esse: postquàm princeps limitate dedit, vult quòd semper limitate possideantur, vt semper sciatur, quantum habuit beneficio principis &c. quæ uerba dili genter notanda sunt. nam sunt maximi poderis & mensuræ, & ex eis tollitur omne fundamentum partis aduersæ, propter hoc quam audio se fundare potissime in hac doctrina Barto. sed non facit ad rem nostram, nec ad casum nostrum pro ea: sed po potius pro nobis: quia isti agri de quibus agimus nos, non fuerunt dati, nec dominium uerum translatum fuit vnquam per principem, nec ut etiam limitate possiderentur, & ut semper sciatur, quantum quis habuit beneficio principis: prout loquitur Bartol. quæ omnia notanda sunt. † Tertio præmitto aliud, quòd iurisdictio, est quædam qualitas territorij, secundum Bald. in l. data opera in xvij. col. C. qui accusare non possunt, quē refert & sequitur do. meus Alex. de Imol. in l. inter eos. in apostillis suis. ff. de acquir. rer. dom. Quarto

4 † præmitto aliud, quòd alluuio regulariter habet locum & procedit in omnibus & per dia præter quam in casibus a iure specialiter permissis, & in quibus specialis ratio tollit ius alluuionis: ut in §. per aluuionem. cum si. ff. de acquir. rer. dom. Iltis sic præmissis dico nunc indubitanter, quòd iurisdi ctio concessa est, & territorium Doauli in totum per alluuionem Illu. do. Rodulpho de gonzaga de dicto castri Luzarie. Et ad hoc ostendendum arguo a sufficienti partium enumeratione, quod argumē tum validum est in iure, ut in §. actionum instit. de act. cum autem uerba instrumentorum inuestituræ & diuisionis dictorum territoriorū, quæ, ut supra dixi, libenter uidissem, dicant quòd territorium seu iurisdictio uel ager Doauli sit & proueniat vsque ad flumen Padi seu vsq; ad alueum eiusdē, seu vsque ad aquam eiusdem, seu dicant iuxta Padum &c. & omnibus istis casibus est aperte dicendum,

5 quòd † ex quo primus alueus Padi, olim exiens iuxta Luzariam, mutatus nunc est, & per alluuionem peruenit prope castrum prædictum Dozuli, effecta est eorum, quorum prædijs magis adheret: ut in §. quod si naturali. instit. de rerum diui. & in l. adeo. §. quod si naturali. ff. de acquiren. rer. dom. Et sic successiue aluei ex ab illo tēpore citra facti per Padum, de quibus de tempore in tempus recessit, sunt eorum, quorum prædijs magis adherebat. & sic ultimo loco alueus, qui de præsenti est, appellatur alueus Padi, & ibi est flumen & aqua Padi, per consequens diuisio prædicta vsque ad Padum, vel vsque ad alueum Padi, uel flumen Padi. Et sic ueri ficatur in eo loco, in quo de præsenti currit, & extat. Ad hoc, ut instrumentorum prædictorum uerba intelligantur proprie & uere, & in sua uera, pro ut debent intelligi, significatione. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. l. 1. §. is, qui nauem. ff. de exercito.

6 † Ad idem faciat ratio: quia posset esse, quòd succedente tempore eademmet aqua Padi per alluuionem rediret versus Luzariam, & incrementum iurisdictionis & territorij castro & do. Dozuli fieret: unde non est modo inconueniens, quòd qui sentit & sentire potest commodum, sentiat etiam onus. l. secundum naturam. ff. de re. iur. l. ei qui, in princip. ff. de iureiur. unde non potest prædictus do. castri Dozuli conqueri, cum posset etiam sibi fieri idemmet, uigore alluuionis iurisdictionis & territorij. & isto casu proprie flumen est loco censoris seu principis, iuxta not. per domi. Azo. in sum. insti. de rerum diuis. quem refert Bar. in dicto tractatu Tyberiadis, in uerbo, acquiritur in uer. sed huic ratio ni & vt supra dixit bene ponderentur uerba dictorum instrumentorum. Tertio ad idem considero

7 aliud, quòd omnis iurisdictio † competit usque ad medium fluminis dominis, qui ab utraque parte fluminis possident. l. arboribus. ff. commu. diui. l. 2. §. præterea. ff. de aqua plu. arc. & d. l. adeo. §. fin. ff. de acquir. rer. dom. & ideo in ea aqua in ipso flumi ne quilibet eorum habet iurisdictionem vsque ad medium fluminis. ita uoluit Bar. in prælibato tractatu Tyberiadis. in 40. col. in uer. item uidendum est &c. & Abb. in c. ex literis. in penul. col. extra de probat. Vnde in proposito nostro cum dictum flumen Padi nunc sit prope Doaulum, seu castrū Dozuli, necessarium est dicere, quòd usq; ad medium eius iurisdictio istorum dictorum dominorū spectet & pertineat ad utrunque, ibi uel saltem si totū flumen Padi, seu iurisdictio est domini Dozuli, iurisdictio domini Luzariæ peruenit saltem nunc vsque ad eius nouum alueum exclusiue, iuxta formā & tenorem dictorum instrumentorum, & sic necessarium est dicere, quòd totum territorium & omnis iurisdictio vsque ad medium dati fluminis uel saltem vsque ad eius alueū exclusiue pertineat mo do ad dictos dominos Luzariæ & hæc pro nunc pro fundamento domini Luzariæ sufficiant. Nō obstat modo regula. d. l. in agris. de acquir. rer. dom. & doctrina Barto. in dicto uerbo, acquiritur in uer. sed si vnum territorium principis inter plures diuiditur. &c. In qua vt dixi sentio partem aduersam se tueri: quia licet ad hoc supra in præmissis dederim responsum, tamen nunc clarius & apertius respondendo, dico quòd limitatio requiritur ad hoc ut impediat alluuionem & faciat non esse locum alluuioni, requiruntur multa, & multa inter alia q̄ dominum rei limitate translatum sit vere in accipientem ita probatur in d. l. in agris. circa fin. in ver. an

8 tequam datum esset &c. nam uerbum † datum, importat dominij translationem: ut in §. sic itaque. instit. de act. & in l. quæ pater, in uerbo, datus. ff. famil. ercis. & in terminis nostris sentit Bar. in d. uer. acquiritur. in uer. quòd semper limitate possidentur, &c. & in uersic. ut semper sciatur, qualiter habuerit &c. Nam aperte sentit Bartol. quòd dictus ager assignatus, semper sit pœnes vnum & hæredes eius: cum assignatio per principem facta est: alias non diceretur semper: iuxta ea quæ habentur in l. semper de iure immunitatis. & not. in proemio in stit. ibi semper augustus, & in l. 2. in fin. C. de epis. & cler. & in c. 1. extra de in integ. rest. & in ca. s. de dol. & contu. sed hæc non habent locum in casu nostro: in quo dicta feuda assignata fuerūt, & sunt nō in perpetuum, nec etiam eorum dominium transla tum est: ut patet ex uerbis dictarum inuestituræ & diuisionis: ergo &c. Præterea requiritur, ut alluuio ni locus non sit, quòd assignatio dictorum agrorū limitatorum fiat post emerita stipendia, & fiat militibus

litibus veteranis, secundum gloss. illam not. in d.l. in agris. in gloss. 1. in uerbo, limitatis quæ hoc modo intelligit & declarat illum tex. Præterea, alia ratio d.l. in agris. ut non habeat locum alluuio est, ut sciretur quidque uenisset, & quid in publico statutum esset &c. ut dicit etiam text. in d.l. in agris. in ultimis uerbis. & ita propriè gloss. ibi in uerbo, sciretur, dicit istas esse rationes, quare non habet locum alluuio in agris limitatis, scilicet ut sciatur quid cuique datum fuerit, intelligendo tamen datum, ut supra dixi, & etiam ut sciretur quantum ueniret, id est, uenditum esset de illo agro, & etiam ut sciretur quantum remansit de illo agro in publicum: hoc est in camera imperiali. & iste est proprie uerus sensus: & bonæ & finales rationes d.l. in agris quæ omnia cessant uniuersaliter & etiam particulariter in casu nostro: in quo primo non fuit translatum dominium dictorum agrorum, ut de se patet: imo sunt castro: & bona feudalia, & temporaliter & cum certis recognitionibus concessa, ut mihi in facto dicitur. Item nec perpetuo hæc commoditas debet esse penes dominos prædictos, & eorum successores: sed tantum modo tanto tempore, de quo & quanto continent instrumenta prædicta, & etiam non apparent concessa ob stipendia merita eorundem quibus & propter quæ dicta limitatio agrorum facta fuerit: unde cessant omnes prædictæ rationes, & quælibet ipsarum. & ideo debet cessare dictæ legis dispositio. cap. cum cessante. de appellat. l. adigere. §. quamuis. de iurepatronat. Similiter † non obstat quædam 9 doctrina Bald. in rub. de rerum diuid. in viij. col. in uer. sed ulterius quæritur, an alluuio aliquid operetur circa iurisdictionem &c. ubi dixit Bal. quòd non: quia secundum eum alluuio non mutat publica iura, per vulgatam l. Martius. ff. de acqui. rer. do: quia ad hoc respondeo, quòd doctrina sua debet intelligi cum grano salis, scilicet, in iurisdictione consistente etiam in iure omnimodo publico: ut puta in uia publica, & in similibus. nam non additur nec detrahitur iurisdictioni tali per alluuionem: alias antem in iurisdictione bene habet locum alluuio, & additur uel detrahitur a flumine iurisdictioni: ut propriè dixit Barto. in dicto uer. acquiritur, in ultim. col. circa fin. in uer. his præmissis. Nec obstat, quod ipsemet ibidem Bartolus in ultimis uerbis, uideatur sentire contrariũ, dum dixit: finalis est solutio, si bene inspiciantur &c. quia Barto. non vult respondere ad hoc, quod supra proxime ibi dixit: sed vult dicere quòd finalis est solutio in præteritia, hoc est si quis vult scire, utrum per alluuionem detrahatur uel addatur iurisdictione. Vel & secundo dico, quòd Barto. habuit considerationem ad illud, quod supra dixerat in uer. sed nunc obst. &c. & ad ea, quæ ipse dixit in casu nostro, in eodem opere Tyberiadis dum dixit de uia, & de similibus, & de lacu. sed non quo ad iurisdictionem & territorium de quibus loquimur nos, inter quæ omnia longa est distantia & differentia: ut de se patet, nihil commune habent inuicem. Ex † quibus breuiter concludo, 10 quòd per alluuionem, detracta est omnis iurisdictio territorii Doxuli & attributa est dicto Castro Luzariæ seu illustro eius domino, de quo etiã posuit aliquid Bald. in consil. 196. in prima parte consiliorum suorum incip. factum tale &c. & in cõsil. 56. incip. manes Pandulphi. &c. & in consil. 57. in tertia parte consiliorum incip. ad euidẽtiam &c. ubi ponit de flumine currente inter duas ciuitates, cuius sit iurisdictio: ut ibi per eum: non præter mitto etiam quòd si instrumentum prædictarum inuestiture & diuisionis prædictorum agrorum habuissem, plura & plura dixissem, alias dicturus longius in prædictis, si ea ad me transmittentur. Laus Deo.

Et ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques sacri palatij Apostol. aduocatus consistorialis, & Christianissimi Francorum regis consiliarius: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis patriæ meæ Bononiæ studio: in quorum fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XV. TALIS EST.

IVidam Ant. de Peregrino suum condidit testamentum, in quo inter alia dispsuit in hunc modum, videlicet. In omnibus alijs suis bonis mobilibus & immobilibus tã psentibus, quòd futuris Christophorum Franciscum Iacobum & Petronium fratres eius filios legitimos, & naturales, ex eo, & ex domina Lucia & quacunque eius legitima uxore suos hæredes uniuersales, æquis portionibus instituit: & esse uoluit & substituit uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Stantibus prædictis dictus testator Anto. mortuus est, relictis dictis quatuor filijs legitimis, & naturalibus ex eo, ex quibus inter alios iam defunctos. Nuper mortuus est dictus Iacobus condito per eum testamento, in quo instituit quendã hæredem penitus extraneũ: nec de domo illorum de Peregrino. Nunc igitur, quid iuris stante testamento dicti Antonij eius patris cum institutione & substitutionibus prædictis. scilicet nam potuerit testari in præiudicium fratrum instituendo hæredem extraneum, & extra domum suam, nec de agnatione illorum de Peregrino seu familia.

SVMMARIVM.

1 *Verba ista posita in substitutione: vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quid importent.*

1 *Substitutionis fideicommissariæ natura.*
2 *Fructus percepti per hæredem, an comp. utentur ei in Trebel. tanicam & quomodo.*
4 *Legitima, & Trebel. tanica, an possint detrahi.*
5 *Frater an possit petere hæreditatem fratris sui: quando persona turpis est instituta.*

CONSILIUM XV.

Inuocato diuino suffragio: quo mediante ueritas elucescat: nam dominua est prope innocantibus eum &c. Viso casu mihi proposito, & uerbis testamenti Anto. de Peregrino, maxime circa institutionem hæredem suorum, & substitutionem uulgarē & pupillarem, & fideicommissariam de eis & eis factas, necnō omnibus aliis ad rem facientibus, mature pensatis: obmisso multiloquio utar uerbis do. Bald. in l. iam hoc iure. §. fin. in ulti. col. in uer. quæro, iuxta istam leg. ff. de vulg. & pup. & uerbis do. Ioā. de Imo. in l. Lucius. in prin. & ulti. col. ff. de vulg. & pup. qui dicunt, 1 quod † hæc clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, est maxime importante, & quòd notari nesciunt quid velint dicere: sed eorum ignorātia propter hoc nō uitiat: secūdū eos: In proposito ergo diligenter consideranda sunt dictæ substitutiones quæ hic reperiuntur: & maxime illa fideicommissaria, in casu de quo agimus. nam si ue uelimus tenere quandam opinionem supremi doctoris do. Bar. circa intellectum dictorum uerborum. in l. centurio. in 4. q. principali. ff. de vulg. & pupil. & Bar. in l. si Titio. la prima. ff. de vsufruct. leg. & Bart. in l. recusare. §. Titius. ff. ad Treb. & Ange. in d. §. Titius. qui dixit, quòd ille est melior textus ad hoc de corpore iuris, qui uolunt quod virtus dictæ clausulæ sit, ut debeat esse in electione substituti, venire ex substitutione directa, uel fideicommissaria prout uoluerit. & hoc per text. in d. §. Titius. & per text. in d. l. si Titio. & per text. in fin. in l. fin. cum ibi not. per Barto. C. de condi. ubi dixit, quòd si testator in testamento suo dicat: uel se uoluntatem suam ualere iure testamenti & codicillorum &c. prout in testamentis communiter dicitur, erit in facultate hæredis scripti uenire ad hæreditatem ex institutione directa, & ex capite testamenti, uel per uiam fideicommissi, ex capite codicillorum & idem uoluit etiam in hoc ultimo Barto. in l. 1. in 2. q. ff. de iure codicillorum. Siue uelimus in proposito nostro amplecti sententiam do. Cyn. in l. præcibus. in uer. quid si testator sic dicat filium &c. C. de impub. & aliis substi. & domini Rapha. in l. 3. per illum text. ff. de testamento militis. & eiusdem do. Rapha. in d. l. 1. de iure codicillorum, & in d. §. Titius. & Ioan. de Imol. in d. l. centurio. & in c. Raynutius. in materia compendiose extra de testamētis. qui etiam examinātes uirtutem horum uerborū, de quibus agimus: uoluerūt quod testator præsumitur uoluisse facere plures substitutiones in diuersis casibus, & temporibus, videlicet vulgarem in casu, quo hæreditas non adeatur, & pupillarem in casu suo, quando filius esset hæres: sed moreretur in pupillari ætate, & fideicommissariam in casu suo, scilicet vbicunque institutus moreretur adita hæreditate, & post pupillarem 2 ætatem, cuius substitutionis † fideicommissariæ hæc est natura, ut substitutus nō capiat manu propria, sed alterius. l. eam quam cum glos. in uerb. directis. C. de fideicommis. & ibi hoc not. Bar. in fin. & in l. fin. cum glos. C. communia de leg. iuncta l. coheredi. §. cum filiæ. de vulg. & pupil. & plene explicat Barto. in d. l. centurio. in ult. charta. de vulg. & pupil. & plene traditur in l. 1. & per totum. ff. ad Trebellianum. cum si. Attenta † ergo, qua cis ex 3 prædictis opinione, habemus nos intentum, quod hæres institutus a dicto ser Iacobo tenetur & potest compelli ad instantiam dicti, eius fratris adire eius hæreditatem, & eam sibi restituere deducta quarta trebellianica & legitima dicto ser Iacobo sibi iure naturæ debita, in bonis paternis, l. quid poterat. & l. cogi. ff. ad Trebel. & casu quo nollet adire & restituere, posset compelli per iudicem, & hoc casu amitteret dictam quartam trebellianicam, ut habetur in iuribus supra allegatis, & hoc apertissime firmant omnes scribentes in locis de quibus supra. Et etiam aduertat ad unum, quod licet fructus percepti per dictum ser Iacobum non debeant computari in hanc quartam: nihilominus fructus qui non essent percepti, licet cessisset dies perceptionis eorum debent restitui dicto fratri eius ab hærede prædicto. text. est in l. postulante. §. fin. ff. ad Trebellianum. & noluit in terminis Ioan. de Imol. in l. in fideicommissaria. in princ. in ult. col. in fin. ff. ad Trebellianum. Debet ergo hæres dicti ser Iacobi retenta eiusdem legitima & dicta quarta Trebellianica totum residuum doctorum bonorum restituere dicto eius fratri nra cum fructibus per eum non perceptis. 4 Sed † plus dico quod posset attentari, quod testamentum prædictum factum a dicto ser Iocobo non subsistit quo ad hoc, ut hæres ab eo scriptus posit retinere illas duas quartas: imo non potest aliquid habere. nam, ut sentio, persona instituta 5 turpis est, quod si probaretur, † posset dictus frater uendicare omnia bona nec potest dictus hæres habere aliquam rem minimam ex eo testamento, & illud rescindere: ut per querelam intentandam a fratre prædicto ita reperio in terminis in contingentia facti consuluisse multum singulariter solennem doctorem Pau. de Cast. in suo consil. lix. in ordine meo recip. in Christi nomine, amē. Ad primū uidetur dicta sorore non rectæ inoffic. testa. age re &c. maxime in pen. & ult. col. & hoc fuit dictum Gulielmi de Cn. in l. fratres. C. de inoffi. test. Eligat ergo frater dicti ser Iacobi uiam, quam uelit circa prædicta. nam utraque iure fulcitur: est uerū, quòd prima fauorabilis est secunda uero odiosa. Laus deo clementissimo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

Et, ut supra scriptum est, iuris esse dico & consulo, ego Ludouicus Bologninus V. I. doctor, & æques: unus ex collegio dominorum iudicum Bononiæ. & in fidem præmissorum propria manu me subscripsi, & solitum sigillum apposui. Laus Deo

Casus

CASVS CONSILII XVI. TALIS EST.

STat statutum in regia ciuitate Bononiæ, sub rubrica de dotibus restituendis in §. insuper etiam statuimus &c. quo disponitur inter alia, quo & qualiter mortuo marito dos consistens in pecunia restitui debet mulieri, & cauetur etiam de alimentis ei prestandis certo modo & forma, & seruatis seruandis, de quibus omnibus latius in eo statuto, de quo infra fit mentio, maxime in primo anno, mortuo uiro, & etiam ex post in sequentibus annis. Quibus stantibus contigit modo, q̃ Berta tempore quo nupsit, iam sunt xx. anni, dedit marito suo ducatos quinquaginta in dotem, aureos Venetos: qui eo tempore ualebant quinquaginta solidos in moneta pro quolibet: nunc autem mortuo uiro ualent libras tres. & solidos quinque: & sic ualor eorum excreuit ultra bene per septem solidos: petit ipsa mulier ducatos 100. Venetos in auro, prout dedit in dotem, uel in ualorem, habito respectu ad ualorem nunc: non autem eo tempore dotis datę existentem. Hæredes autem mariti uolunt soluere eos, habito respectu ad ualorem existentem, tempore dotis datę defuncto: unde prima inter eos dubitatio orta est circa hoc. Secundo petit etiam mulier alimenta dotis suę prædictæ, ad rationem septem pro centenario, secundum dispositionem dicti statuti in d. §. insuper etiam statuimus &c. de cuius statuti intellectu etiam dubitatur. quod statutum ita de uerbo ad uerbum cantat. Insuper etiam statuimus & ordinamus, quòd mulieres non habentes in bonis immobilibus tantum, quòd ex fructibus seu reditibus ipsorum bonorum uiuere & alere se possint, in casu quocunque restitutionis suarũ dotium eis de iure restituendarũ, possint & ualeãt petere, exigere, & hęc debeãt ab hæreditatibus uirorũ suorũ, & ab aliis quibuscũq; ad ea per restitutionẽ dictæ dotis effectualiter obligatis, negligentibus seu recusantibus dotes restituere, infra annũ immediate sequuturum a die & tempore restitutionis dotis, & dissolutionis matrimonij propter mortem uiri, seu alterius casus de iure statuti, alimenta suarum dotiũ & seu partis ipsarũ nõ restitutarũ ad rationem septem librarũ bonenorũ pro quolibet centenario lib. dictæ dotis, & quolibet anno, & ad rationẽ anni & ipsa alimenta petere possint, & debeant singulis duobus mensibus dicti primi anni, ut ex eis uiuere possint: postvero primũ annum dictæ mulieres alimenta prædicta petere non possint, nec ualeãt nisi demum per eas seu earum in omnibus facta protestatione dictis hæredibus, & aliis quibuscunque obligatis, ut supra: uel contra eos inchoato iudicio, & infra mensem immediate sequuturum &c. Quo statuto stante, & lapso anno, mulier nunc petit alimenta præterita. opponitur contra eam, quòd ei non debentur, cum non petierit uerbo, uel quoquomodo protestata fuerit, quæritur quid iuris, &c.

SVMMARIVM.

1. *Pecuniæ ualor si mutatur, an solutio debeat fieri ratione præsentis ualoris: an uero contractæ obligationis.*
2. *Statutum Bonon. de dotibus restit. in §. insuper etiam statuimus, &c. an cogat alimenta præstari, ad rationem septem, pro cẽtenario. Et an requiratur interpellatio pro primo anno.*

CONSILIVM XVI.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Igitur considerato diligenter & mature casu mihi porrecto, necnon etiam statuto sub rubrica de dotibus restituendis &c. in §. insuper etiam statuimus &c. 1 & põderatis uerbis & mente eiusdem statuti.† Dico primo, circa ducatos illos Venetos, datos in dotem sine dubio debere restitui centum ducatos Venetos nunc, uel eorum æstimationem, habita consideratione ad æstimationem tempore solutionis fiendæ existentem, nõ autem habito respectu ad æstimatione m existentem tempore dotis datæ siue ista uarietas tendat ad commodum creditoris, uel ad commodum debitoris. & hoc quo ad primũ quæsitum. ita in terminis decidit Illust. do. Fran. Are. in consil. lxxxiiij. incip. diligenter ponderatis his, 2 quæ in puncto &c. Circa uero † alimenta dictæ dotis ad rationem septem pro centenario, pro primo anno, post mortem mariti, magis dubitaui tamen rectæ & æqualance ponderando uerba prælibati statuti, dico, quod ex quo post mortem mariti non petiit mulier partem dotis, prout de iure poterat pro se alenda, nec dixit aliquid hæredibus mariti, nisi in fine anni, etiam uerbo solo unico petendo dotem, uel partem, nec alimenta, & attento, quòd fuit etiam alimentata a fratribus suis, non potest pro primo anno petere alimenta prædicta: sed a die protestationis factæ citra, bene potest ea petere: itaq; intelligo statutũ prædictũ, dum loquitur de primo anno, scilicet, post mortẽ viri immediate: sed tamen, q̃ mulier saltem simpliciter petat dotẽ uel partẽ, uel alimenta ad rõnem septẽ pro cẽtenario, ut hæredes intelligãt mẽtẽ suã qua intellecta tamen

men de duobus mensibus in duos menses prouide re possint, ut in ver. petere possit, & habere debeat singulis duobus mensibus &c. quæ pars statuti dat nobis intelligere omnia præcedentia, prout ego declaraui supra, ubi si mulier etiam non habens in bonis immobilibus, unde se alat post mortem uiri, non petit dotem uel eius partem, nec alimenta, & quod plus est, alitur ab alio, non debentur sibi alimenta prædicta inducta in primo anno ex dispositione dicti statuti. nam alimenta ad rationem septẽ pro centenario in primo anno sunt inducta loco alimentorum debitorum de iure cõmuni infra annum dotis restituendæ, quæ alimenta ubi stat per mulierem, quominus ea petat, & habeat, prout requiri: statutum, & hoc operatur, prout est de iure communi, imputatur ei: iuxta not. per Bart. in l. libertis, quod. §. 1. in fin. ff. de alim. & cib. leg. & per dominum meum Alexan. de Imol. in l. diuortio, in princ. ff. solut. mat. in glo. 2. Et hoc etiam probatur ex uerbo, negligentibus seu recusantibus, &c. nam ubi facta est simplex petitio etiam uerbalis per mulierem dotis, non sunt negligentes: sed ubi postea denegat, dicitur nunc recusans itaque mulier omnino debet loqui super prædictis. sed elapso primo anno, non sufficit simplex petitio, sed requiritur protestatio, uel quòd iudicium moueatur pro alimentis cõsignandis, ut in uer. post uero dictum primum annum &c. & hoc modo dico in præsenti dubitatione, ut alimenta ista nunc peti nõ possint pro illo primo anno ab hæredibus dicti mariti præmortui: sed a die protestationis sic. Plus dico, quòd ex quo mulier alimentata est, cessant omnia prædicta, prout uoluit singulariter in proposito nostro idẽ domi. meus Alex. in consil. 74. in 5. uol. incip. uiso cit. quæstionis in uers. uenio ad secundum, &c. ubi disponit de alimentis &c.

Et ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques: sacri palatij Apostol. aduocatus consistorialis, & Christianissimi Francorum regis consiliarius: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis patriæ meæ Bononiæ studio: in quorum fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XVII. TALIS EST.

Statutum regiæ ciuitatis Bononiæ, sub rubrica de dotibus restituendis inter alia in eo contenta, disponit, quòd mulier pro qua data uel confessata fuerit dos, lucretur dotem a quocunque fuerit data, vel confessatã & de ea possit testari, dum tamen liberis seu ascendentibus referuet legitimam totius dotis, & eius augmenti, & aliorum bonorum, secundum formam iuris & statutorum. Et marito pars, quam lucrari debet ex forma statutorum. Et si decesserit dicta mulier non extantibus descendentibus, nec liberis fratribus, utrinque coniunctis, uel ex patre tantum, tertiam totius dotis & eius augmenti, & aliorum bonorum ipsius relinquere teneatur. Et fratribus non extantibus, tertiam ut supra totius dotis, & eius augmenti, & aliorum omnium bonorum patruis uni uel pluribus pro dimidia; & filijs masculis uni vel pluribus, si extarent pro reliqua dimidia dictæ tertiæ partis relinquere teneatur, inter eos, ut supra, in capita diuidenda, & non extante aliquo ex dictis patruis dictam tertiam partem dictis filijs fratrum, ut supra, relinquere teneatur: quam tertiam partem possint petere, etiam si non sit relicta. Stante statuto prædicto mulier Berta tempore dotis datæ, habens duos fratres: quorum vnus postea decessit superstitibus eius filijs, suum condidit testamentum, instituit hæredem uniuersalem alium fratrum superuiuentem, nepotibus autem ex altero fratre reliquit libras decem. Postea decessit superstitibus nepotibus ex fratre defuncto, & altero fratre, qui adiuit hæreditatem. nepotes tanquam succedentes in locum eorum patris defuncti, petunt eam partem, quam petere posset pater eorum, si uiueret, vigore dicti statuti, pro eo, quia per omnia dicunt se succedere in locum patris. Respondetur ex aduerso pro parte fratris dictæ mulieris instituti, quòd statutum non admittit ipsos nepotes, nisi quando non extarent fratres & patrui ipsius mulieris extarẽt cum filiis fratrum dictæ mulieris sed cum ipse extet, non debent ipsi admitti. Replicatur, quòd statutum hoc non dicit: quia dum dicit de patruis, intelligitur de patruis mulieris, non aũt de patruis filiorum fratrũ mulieris: & sic remanemus in casu, quòd filii fratrũ admittuntur cum patruis eorum, ut corrigatur ius commune minus quam potest, quæ correctio euitatur, si intelligatur de patruis mulieris, nõ autem de patruis nepotum mulieris. Item & secundario replicatur, quòd statutum si non militaret in fratribus mulieris, haberet locum, quando plures fratres adessent: sed ubi unus solus frater remanserit, statutum non uerificatur, prout in casu isto. Ergo remanemus in dispositione iuris communis, quòd filius fratris prædefuncti mulieris prædefunctæ, succedat una cum fratre superstante, in ea portione, quam petere posset & non frater in bonis sororis prædefunctæ, ex forma dicti statuti,

etiam si non sit relicta: quibus stantibus quæritur modo quid iuris &c.

SUMMARIUM.

1 *Statutum Bonon. sub rubr. de restit. dotib. in §. item dicimus &c. an permittat mulierem relinquere tertiã partem dotis uni ex fratribus, exclusis nepotibus ex alio fratre præmortuo. & nu. 9.*
2 *Statutum an debeat intelligi, ut minus ledat ius commune quàm possit.*
3 *Statutum excludens certas personas, an intelligatur eas excludere, quando extant aliæ personæ, de quibus statutum dixerat, & sic quasi in casu obmisso.*
4 *Casus obmissus in statutis, an remaneat in dispositione iuris communis.*
5 *Pater, qui stipulatus est emphytheusim ab eodem pro se, filijs, & neputibus, an possit alienare eam in præiuditium filiorum.*
6 *Relinquo, u. rb. an referatur ad ultimam uoluntatem tantum.*
7 *Idemne sit dicere: relinquo familiæ, uel in familia. & num. 10.*
8 *Familia, uerb. quid importet. & nu. 11.*

CONSILIUM XVII.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Idcirco clarissimi domini iudices, licet heri satis superq; satis dictum uiua uoce fuerit de intellectu statuti sub rub. de dotibus restituendis, & ipsarum parte lucranda, &c. Tamen nunc breuiter reassumam aliqua pro cõfirmatione ueri intellectus ad illud statutum circa primum fundamentum domini Iaco. aduocati partis aduersæ, dum dicebat sufficere 1 † relinquere uni ex pluribus fratribus illam tertiam, quando extarent plures fratres, ex quo postea inferebat, quòd multomagis excluduntur filij fratris &c. Ad hoc facile respondeo primo attentis supradictis in uer. item dicimus, ubi inducitur omnimoda necessitas reseruandi legitimam portionem ascendentibus, & descendentibus & quod plus est, & ad hoc aduertite quæso, marito eiusdẽ mulieris cuius mariti successio, ut clarum est, de iure est ferre ultima. iuxta ea quæ habentur in l. unica. C. & ff. unde uir & uxor. Si ergo statutum necessitas mulierem relinquere marito ita remoto, de iure a successione uidetur multo magis inducere necessitatem relinquẽdi illam tertiam partem omnibus fratribus æqualiter, non autem uni tantum potest relinquere, prout dicebat dictus d. Ioan. Secundo probatur ex alio capite eiusdem, in hoc intellectu, cum reuerentia decipi. nam dictum statutum in uersicu. sequenti, ibi: & fratribus non extantibus &c. dum loquitur de patruis mulieris, uult quòd dimidia tertiæ partis reliqua tur uni patruo, si extat; sed si extant plures, uult quòd relinquatur pluribus & idem in filiis fratrũ. nam non sufficit relinquere uni tantum, nisi quando unus solus extat, ut patet in uersicu. patruis uni uel pluribus, pro dimidia, & filiis masculis dictorum fratrum, uni uel pluribus, si extarent &c. Ergo si non sufficit relinquere uni patruo, uel uni filio fratrum, si extant plures, multominus sufficit relinquere uni fratri tantum quando fratres plures extant. Tertio hoc etiam probatur apertissime in uersicu. & non extante &c. iuncto uersic. quam petere possint etiam si nõ sit relicta &c. Nam uult quòd omnes petere possint, & sic omnibus competit ius agendi pro rata sua, non autem reseruatur hæc facultas uni tantum, ergo &c. Quarto pro hoc faciat ratio nam statutum hoc considerauit & habuit pars affectiones ad fratres, & eis non extantibus parem affectionem ad patruos, ergo non sufficit uni relinquere. nam affectio hic disgregaretur, relinquendo uni fratri tantum. Circa secundum uero fundamentum, quod faciebat præfatus dominus Ioan. dum dicebat, quòd statutum uocauit filios fratrum cum patruis mulieris: qui omnes sunt in tertio gradu & in quibus de iure cõmuni potior est conditio in succedendo, quàm dictorum filiorum fratrum. ergo secundum eum statutum uerisimiliter non uocauit eos. quando extant fratres mulieris &c. Ad hoc etiam respondetur quòd in hoc fallitur cum reuerentia. nam primo possumus dicere quòd dum facit mentionem de patruis intellexit, scilicet, dictorum filiorũ, & per consequens, uocat eos cum patruis eorum. nõ autem loquitur de patruis mulieris. & sic hic erit 2 casus apertus decisionis nostræ. Et hoc † esse uerũ probatur, quia non est uerisimile statutum uelle lædere ius commune. l. si serui uestri. C. de noxa. capi. cum dilectus. extra de consuetũdi. & uoluit dom. meus Alexan. de Imol. in consil. 20. in 4. & in 10. colu. in 1. uol. incipi. quæro an portio &c. & in consi. 40. in ultim. col. incip. uiso themate & dubitatione, &c. & in consil. 62. in 2. uol. inci. si data est potestas, &c. & in consi. 5. in 4. uol. incip. de mezãdro, &c. & in consi. 16. in 3. uol. incip. an si quis iurauit &c. & in consil. 38. in eodem. 3. uolu. incip. in Christi nomine, amen. nos Paschalis &c. cum multis aliis similibus, quæ allegare consueui ad hoc, quæ breuitatis causa obmitto: sed de iure communi prius admittuntur filii fratrum quam patrui personæ defunctæ, ergo &c. Sed posito quòd hoc statutum loquatur de patruis mulieris: ad huc dico, quòd non stat fundamentum allegatum per domi. aduocatum. nam non sequitur statutum uocauit filios fratrum cum patruis mulieris: ergo excludit eos cum fratribus mulieris utrinque coniunctis uel ex patre tantum. nam hoc non sequitur, nec debet hæc interpretatio fieri: quæ est contra ius commune imo statutum prædictum dum non admisit filios fratrum cum fratribus mulieris, habuit pro constante omnes fratres mulieris extare, ut patet ex uer. & fratribus non extantibus &c. immediate sequenti: sed si contigeret casus, quòd aliqui fra- 3 tres mulieris extent, & filii ex alio, fratribus præmortuis nõ excludit dictũ statutũ eos, imo potius intelligitur uocasse pp illa uerba & fratribus non extantibus. nam uiuente patre uult filium eius excludi. Vel si non uocantur expresse filii fratrũ cũ

 patruis

patruia sua a dicto statuto, saltem necessarium est dicere, quòd iste est casus obmissus a statuto, & per consequens remanemus in dispositione iuris communis. l. si cum dotem. in princ. ff. sol. matr.
3 l. si extraneus. ff. de condi. ob causam. Pro † quo facit, quia licet statutum excluderet certas personas, puta matres ob existentiam patrui, si contingat extare matrem & patruum, & aliam personam obmissam a statuto, puta sororem, certe admittetur isto casu, tanquam obmisso, patruus mater & soror. ita uoluit Petr. de Ancharan. in repetitione capi. canonum statuta in uersic. item consulo &c. de constitutio. ubi refert ita consultum per collegium Perusinũ & potissimum fundamẽtum est: quia est casus obmissus a statuto. Ad idem facit quod uoluit Bald. in l. illam in 1. colum. C. de colla. ubi per plura concludit, quòd si statutum excludit matrem extantibus agnatis, si contingat extare matrem, & agnatos, & aliquos cognatos transuersales, qui de iure communi succederent, puta filii sororis, quòd isto casu tanquam obmisso a statuto non excludetur mater, & illi cognati p existentiam agna-
4 torum. Faciat † etiam quod uoluit idem Bald. in l. si qua. C. ad Tertul. ubi dixit, quòd si statutum excludit mater propter fratres patrueles, si contingat extare fratres patrueles, & matrem, & amitam, isto casu non excludetur mater: ita dicamus in proposito, dum statutum loquitur de fratribus mulieris, dato & non concesso, quòd eo casu nunc uocaret filius fratrum præmortuorum cum eis saltem a contrario sensu: per supradicta tamen dicendum est, hunc casum tanquam obmissum remanere in dispositione iuris communis. Et si dicatur mihi quòd ex quo statutum prouidit de filijs fratrum, quando extant patrui, non dicitur hic casus esse obmissus ab eo. Ad hoc respondeo, ꝙ si intelligimus de patruis eorum, fateor argumentum, & habemus intentũ. Sed si intelligimus de patruis mulieris, dico ꝙ uerum est, prouisionem esse factã de eis in casu existentiæ patruorum sed negari nõ potest ꝙ in casu existentiæ fratrum mulieris & dictorũ filiorũ ex aliis fratribus, hic casus est oino obmissus a statuto quod statutum primo loquitur de ascendentibus & descendentibus & marito. Secundo prædictis non extantibus loquitur de fratribus utrinque coniunctis. Tertio eis non extantibus loquitur de patruis & si intelligimus de patruis mulieris, facit mentionem solum hoc casu de filijs fratrum. ergo casus noster est obmissus in casu existentiæ fratrum mulieris. & per consequens remanemus in dispositione iuris communis, quæ habet quòd ita succedit filius ex fratre meo in bonis meis, sicut pater meus: ut in authen. post fratres. & authenti. cessante. C. de suis & legitimis. cum uulgaribus. Vlterius ad ostendendum, quod tenentes mulierem posse relinquere uni tantum fratri ex pluribus illam tertiam partem, omnino decipiuntur & uehementer errant. Considero ultra iam dicta unum ad propositum nostrum mumlum accommodatum. Nam † stat communis
5 theorica doctorum in locis infra allegandis, quod ubicunque pater stipulatur pro se & filiis & nepotibus emphyteosim ab ecclesia, non potest pater legare uni tantum dictam rem conductam sub illo collectiuo filiis, & nepotibus, &c. ita uoluit Bartol. in l. ut iurisiur. §. si liberi. in 1. colum. in fin. ff. de oper. lib. & Feder. de Senis in consil. 228. incipien. factum est tale, duo fratres, &c. & Bartol. in consil. incipient. quæstio ista habet duo dubia, &c. & Bald. in cap. 1. in princip. in 5. colum. in uer. quæro, nunquid pater &c. in titu. de prohi. feud. alie. per Fede. in usib. feud. & Bald. Angel. & Pau. de Castr. in l. apud Iulianum. §. si quid alicui. ff. de le. 1. & Salice. in l. fin. C. de iure emphyteu. & Ludo. Roma. in l. unica. in 12. q. C. quando non petẽ. partes. & uoluit etiam dominus meus Alexan. de Imo. in consi. 96. incipien. redemptoris nostri inuocato suffragio, uiso instrumento & themate concessionis in emphyteusim factæ per Abbatem Nouantulanum, &c. in penu. colum. & in consi. 97. in 1. colum. in princi. incipien. in causa Nicolai de campegio &c. ubi attestatur hanc esse magis communem opi. in 4. uo. & idem comprobauit in cõsi. 8. in 5. col. in 3. uol. incipien. domini redemptoris nostri inuocato suffr. uisis subtilissimis dubitationibus, &c. in 3. uolum. & idem uoluit Bald. & Salice. in l. si adulta. C. de hære. actio. & Petr. de Anchara. in consi. 307. incipien. in themate præsupposito tria sunt &c. Si ergo in dispositione prouenuiente & causata ab ipsomet patre non põt uni filiorum legare dictã rẽ emphyteuticã, ex quo copulatiue seu collectiue prouisum est eis: multo minus debet posse mulier legare uni ex fratribus istã tertiã portionẽ prouenientem non ex dispositione sua sed a dispositione statuti seu iuris municipalis. & sic ab alio fonte, quã a suo, ergo &c. & in hoc aduocatus partis aduersæ non aduertit. Præte-
6 rea consideraui illud † uerbum, relinquere, appositũ in eo statuto & uere reperio, quod refertur ad ultimam uoluntatem. l. 1. §. fi. ff. de tab. exhi. & uoluit Bartol. in l. cum hi. in prin. ff. de transac. & in l. unum ex familia. §. si fundum. ff. de lega. 2. & est bona glos. in l. iubemus. la secunda. §. fi. in fi. C. de sac. sanc. eccle. & posuit dominus meus in consil. 136. in 9. col. in 1. uol. incip. quid dicatur feudum &c. & in consil. 70. in 20. uol. incipien. statutum concedens &c. Raph. fulg. in consi. 69. incipien. punctus talis est, Marianus &c. & in consi. 90. incip. in quæstione Ioannis &c. Et sic statutum istud uoluit, quòd hæc mulier non cogatur ante mortem relinquere istis personis, & dedit & reseruauit ei hanc facultatem usque ad ultimum. Sed † non quòd possit re-
7 linquere uni fratri tantum, quod fecisset, si dixisset infra tres uel in familia &c. ut in l. filius. §. cum pater. ff. de le. 1. in prin. in uer. ut in familia relinquere &c. nã si dixisset, ut familiæ relinqueret, absque dubio non potuisset uni tantum relinquere, ut innuit ille text. saltem a contrario. & multo magis in uerbo, fratribus hoc est dicendum, quod est uerbum minoris cõprehensionis & magis collectiuũ, & in quo cadit apertior affectio, quã familiæ,
8 † in qua multi comprehenduntur. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de uerb. sig. l. fi. C. eod. titu. ubi est bonus casus, pro quæstione nostra in uer. fideicommisit &c. Ast ultimo loco in hoc passu facio unum argumentum, ad quod expecto responsum a domine

mino aduocato partis aduersæ, nam statutum clare disponit, quod extantibus patruis & filiis fratrum tertia diuiditur inter eos, hoc modo, uidelicet dimidia inter patruos in capita, & alia dimidia inter filios fratrum in capita: ut aperte sonat statutum; & sic illi, qui sunt ulteriori gradu, sunt melioris conditionis, quam fratres, qui sunt in anteriori gradu. & si posset uni fratri relinquere, esset etiã plus oneris aliis fratribus. quod est absonum. Præterea, demus casum, in quo non sint fratres mulieris nec patrui: sed solũ sint duo uel tres filii ex duobus uel tribus fratribus: certe isti debent habere tertiã. Dicemus ne quod sufficit uni eorũ relinquere. Certe non: nt statim subtiliter probabo &c. Quod autem filiis plurium fratrum debeatur omnibus & in capita, probo. Nã si statutum in dimidia tertiæ omnes considerauit, quñ concurrunt cum patruis mulieris, quo casu in minori quantitate omnes uocauit, & melius fuisset tunc, si potuisset uni tantum relinquere, ut unus solus saltem commodum reportasset, & tamen statutum hoc non uoluit: ergo quando non sunt patrui, multo magis omnes debent admitti, nec potest uni relinqui, cum tractetur de maiori quãtitate, & maiori lucro. Et idem procederet quando nulli extarent nisi patrui. nam omnes admitterent in capita per rationem prædictã: quia si lex uocat omnes ad minus, multo magis ad plus. & ubi commodior & utilior cadit diuisio. Ergo si ulteriores in gradu omnes admittuntur ad hanc benedictam & eãdem tertiam partem: multo magis anteriores in anteriori gradu, ut sunt fratres, & hæc est ueritas. Successiue ultra considerationes iam factas pro habendis mente nera dicti statuti. nam uerba clara sunt, dico quod

9 omnino † mulier tenetur omnibus fratribus relinquere illam tertiam, nec sufficit relinquere eã uni. nam ponamus extare fratres utrinque coniunctos, & fratres ex parte tantum, poterit ne obmissis fratribus consanguineis relinquere coniunctis ex patre uel uni eorum tantum, certe non: cum statutum præponat illos, ut patet ex ordine literæ. & in hoc statutum est etiam magis conforme iuri communi, ut in authen. post fratres. C. de suis & legit. si ergo hoc est uerum, prout est, quod consanguinei fratres præferantur aliis. Si unus ex consanguineis tantum institueretur, alij essent eiusdem conditionis, cuius sunt fratres uterini tantum, & non haberent prælationem, uel maiorem prærogatiuam eis: imo essent eiusdem conditionis in casu, in quo sunt uterini tantum quod est absurdum dicere. Debet ergo omnibus eis relinqui hæc tertia pars, & eis non existentibus, aliis uterinis tantum, ut non faciamus unum, quod est contra naturalem rationem, uidelicet de fratribus cõsanguineis, uterinos tantum. Vltimo præstãtissimi domini iudices, quãto plus considero casum de quo agimus coram d. u. iudicio meo sumus in casu uictoriæ. Nam ubi testator uel lex disponit aliquid relinqui debere in

10 familia, clarum est, quod † sufficit relinquere uni de familia, tex. est in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de le. 1. sed ubi testator uel lex disponit relinqui familiæ, tunc dico, quod debetur omnibus existentibus in eodẽ gradu. Casus est decidens aperte & indubitanter casum nostrum, in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. nam tex. loquitur de fideicommisso. & per consequens præsupponit fidem alterius grauatã, & tamen uult, quod ille cuius fides grauata est de relinquendo familiæ, non possit unum eligere, sed debeat dare nominatis uel non existentibus nominatis proximioribus in gradu. Itaque ibi est casus decidens quæstionem nostram. & posuit do. meus Alex. de Imo. in consi. 126. in 5. col. inci. si cõcessum est in emphy. &c. Et ultra casum illum ratio euidens apparet, quod diuersum est, utrũ testator uel lex grauet quem relinquere in familia, uel amiliæ.

11 Nam uerbum in familia † sonat aperte disiunctionem, & sufficit uni tantum relinquere, & reinquendo uni, dicitur satisfactum. sed disponere seu grauare quem, ut relinquat familiæ, denotat cõiunctionem. Et ex his uerbis ostenditur collectio plurium personarum simul & semel: ut probatur in d. l. fi. C. de uerb. signi. & uoluit Bart. in l. scire debemus. in princi. ff. de uerb. signifi. ubi dixit, quod est nomen collectiuum. & etiam uoluit Bar. & Bal. in d. l. fin. ubi est bonus casus. Et dixit Bal. in l. iubemus. §. sinautem. ad si. C. ad Treb. quod semper hoc uerbũ familiæ, denotat collectionem plurium personarum, & admittuntur plures, nisi daremus, quod in familia non reperiretur nisi unus: quia tunc uerificatur in uno, & non aliter: ergo &c. Præterea, allego casum decisiuum quæstionis nostræ in d. l. fi. de uerb. sig. in uer. hoc eodem ualente, & si quis rem immobilem quidam legauerit, uel fideicommiserit, eamq́; alienari prohibuerit, &c. Nam loquitur de legato & de fideicommisso. & a pari procedunt relinquere familiæ & committere fidei alterius ut relinquat familiæ, ut ibi apertissime dicitur. Nec possunt hæc iura cauillari si recte considerentur. quibus datis sue cedit modo doctrina gl. in d. §. in fideicommisso. in ver. proximo gradu, quæ noluit, quod in terminis illius casus admittantur filii fratrum, & ille est ille casus, de quo facit festum dominus meus in consi. pridie adducto scilicet in consi. 88. in t. uol. inci. quod concurrere debeant &c. ubi multum not. loquitur pro decisione præsentis casus. Laus Deo, Amen.

Et ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques: sacri palatij Apostol. aduocatus consistorialis: inra ciuilia ordinariæ legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bono. patriæ meæ studio: Et in fidem præmissorum propria manu me subscripsi, & solitum sigillum apposui. Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XVIII, TALIS EST.

Magister Antonius de la ferra, emit domũ unã a quodã peregrino florij, pro certo pretio inter eos cõuẽto: de quo & prout latius constat ex instrumento uenditionis inter eos celebrato: stãte prius alio instrumẽto de dote re-

 cepta

tepta facto inter dictum peregrinum maritum ex parte una, & do. Ioannam eius uxoré ex parte altera, constante matrimonio inter eos: prout latius de dicta confessione dotis in eo publico instrumento constat & apparet. Quibus peractis & adhuc constante matrimonio prædicto, dicta domina Ioanna incepit agere contra dictum peregrinum eius maritum ad consignationem dotis, vtpote contra eum, qui per eam vergere dicebatur ad inopiam, & probata dicta inopia, fuit iudicatum dotem prædictam in tuto ponendam fore. Sed quia non extabat pecunia: sed omnino inops erat, nec erant alia bona, uel si erant, nondum erat facta excussio, dicta domina Ioãna incepit agere contra dictum magistrũ Antonium emptorem dictæ domus, ut & tanquam tertium possessorem bonorum, & quæ de bonis fuerat dicti peregrini eius mariti vtpote sibi hypotecata & obligata, p̄tendens se habere potiora iura. Et tandem agitato processu hincinde inter dictam d. Ioãnam agentem ex una, & dictum magistrum Antonium reum conuentum, ex altera, fuit iudicatum ad fauorem dictæ dominæ Ioannę. a qua sententia fuit prouocatum pro parte dicti magistri Antonij, & fuerunt producta omnia actitata in causa principali corã ipso iudice appellationis. Modo stantibus prædictis, quæritur quæ debent esse partes eius, & quomodo pronunciare debet an scilicet bene iudicatum, & male appellatum, vel econtra.

SVMMARIVM.

1 *Vxoris appellatione, an veniat coniugata, aut desponsata solum per verba de præsenti, vel quomodo.*
2 *Vltra, dictio, quid inferat.*
3 *Confessio de dote, facta per maritum constante matrimonio, an intelligatur animo donandi, & sic simulata.*
4 *Renunciatio exceptionis non numeratæ dotis, facta per maritum in instrumento constante matrimonio, quid operetur.*
5 *Excussio bonorum debitoris an requiratur ante, quam possit deueniri contra tertium possessorem.*
6 *Excussio an prius fieri debeat non solum de bonis debitoris existentibus in loco iudicij: sed etiam in loco uicino, vel alio. & nu. 7.*

CONSILIVM XVIII.

Cor mundum Crea in me

Deus: & spiritum rectũ innoua in visceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Viso igitur processu mihi porrecto agitato inter dominam Ioannam, & Peregrinum florij, contra & aduersus magistrum An. de la serra, ut & tanquã vnũ ex assertis tertiis possessoribus &c. mediãtibus eorũ intercessoribus seu procuratoribus, & uisis etiã omnibus actis & actitatis & attestationibus factis & aliis ad præsenté causam facientibus mature cõsideratis. Obmisso multiloquio, prout mei moris, cũ breuitas in paucis cõsistat, breuiter dico male fuisse & esse iudicatum per dictum dñm primũ iudicẽ, qui cõdemnauit dictũ magistrum Ant. & seu dictũ eius intercessoré ad dandum & relaxandum dictæ dominæ Io. seu dicto eius intercessori domum, de qua in causa & seu eius pretium cum reseruatione iuris dicto domino Ant. agendi contra dictum peregrinum, & eius bona, si qua habet, seu contra alios possessores bonorum &c. Et ad hoc dicendum me mouet in primis quia non subsistente dote aliqua dicta domina Io. non potuit nec debuit deuenire nedum contra aliquos tertios possessores sed nec etiam potuisset nec potest deuenire contra bona, si qua fuissent penes maritum dictæ dominæ Io. nam dicta dos de qua agitur confessata fuit per dictum peregrinum de florijs, constante matrimonio inter eum & dictã dominam Io. ut patet in instrumento superinde confecto. in uer. in dotem, & dotis nomine dominæ Ioan. filiæ suprascripti Thomæ & uxoris prædicti peregrini, &c. nam ex istis verbis maxime dum dixit uxoris &c. apertissime 1 † probatur coniugium fuisse inter eos, & carnali copula consummatum: vt probatur in ca. debitus. in l. extra de bigamis. & in c. ex publico. extra de conuer. coniug. & in c. si quis desponsata 27. q. 2. & uoluit expresse do. Abb. in suo consi. 1. in 4. col. inci. facti contingentia talis est quidam cõtraxit &c. in uer. secundum præsuppositum est, &c. & posuit do. meus Alex. de Imo. in suo consi. lxj. in 1. col. in v. vol. incip. viso processu causæ vertentis inter Gasparem &c. & Pau. de Ca. in consi cxxiij. incipi. super primo quæsito licet do. Bartol. &c. vbi ponunt de statuto loquente de marito & de vxore quomodo intelligatur. Et probatur etiam hoc aperte per testes partis aduersæ deponentes, quod viderunt conduci dictam dominã Io. ad maritũ modo sunt anni xxx. & vltra est cum dictum instrumentum sit factum modo de anno M.cccclviij. die vij. Maij. Ex quo infero quòd cum dicti testes deponant per ea uerba & vltra &c. illa probatio interpretatur contra producentem. c. in præsentia. cum vulgaribus. extra de proba. nam 2 † dicendo & ultra denotatur tempus præcedens quòd potest esse per quatuor vel per quinque, uel etiam per plures annos, & etiã per minores seu pauciores, de qua dictione, ultra, posuit etiam Raphael. cuma. in consi. cxj. incip. ciuis quidam florentinus &c. & Raph. Fulg. in suo cõsi. xl. incip. Dominicus testator &c. in 2. col. vnde in dubio fit & fieri debet interpretatio contra ipsum producentem. Quo dato sequitur elegans doctrina Io. an. in additionibus Spe. in ti. de dona. inter uirum & uxorem, in fine referentis d. Albe. pap. ita tenentem qui uoluerunt, quod confessio 3 † facta per maritum durante matrimonio præsumatur facta animo donãdi, & nõ valet p l. ꝓ suo. C. de dote cauta, & nõ numerata. & in l. qui testamẽti. ff.

de

de probati. & idē ēt uoluit Bal. & Ang. in l. penu. §. mulier. ff. soluto matrimon. & Bart. in l. Papi. ff. de dona. inter uirum & uxorem. & Bar. & Bald. in l. 2. §. creditum. ff. si certum peta. & Bar. in l. cū quis. §. Titia. ff. de leg. 3. & Bald. in l. diuortio. ff. de uerb. obli. ubi plus uoluerunt, quòd confessio de dote recepta emanans a marito nedum constante matri monio, non ualet sed etiam facta ante matrimoniū cum uideatur secundum eos collata in tempus ma trimonij, & sic in tempus prohibitum de quarum opinionum ueritate non disputo nunc: sed in pro

4 posito nostro reduco me solum ad † unum tutissimum fortilitium, quod ubicunque in instrumento confessionis dotis est renunciatum exceptioni non numeratæ uel datæ dotis, prout fuit in casu nostro, adeo quod tollitur præsumptio spei futuræ numerationis, fine dubio nunquam ualet talia confessio secundum Ioa. de Imola. in l. si constante. in penulti. colu. ff. soluto matrimo. & dominum meum Alex. de Imola. in d. l. diuortio. in 5. colu. de uerbo. obliga. ubi reputat hoc esse menti tenendū, ut ibi per eum. & idem uoluit ipse do. meus Alex. de Imo. in consil. 142. in 5. uol. incip. qn confessio dotis, &c. & in cōsil. 143. in eodē uol. incip. utrum confessio &c. & in consi. 148. in eodem 5. uol. inci. si maritus confitetur recepisse &c. & Pau. de Cast. in consi. 128. incipi. nisis & consideratis omnibus &c. & Rapha. cuma. in consi. 31. incip. cōfessio ma riti &c. & Raph. Fulgo. in consi. 133. inci. quidam ser secrentus &c. & in consil. 217. incipi. confessio dotis receptæ &c. & domin. Abba. in consilio. 77. in 2. uolum. incipien. in quæstione, qui ad præsens &c. Cum ergo hæc concurrant in proposito nostro dato, quòd essemus etiam ante contractum matrimonium, ex quo renunciatum fuit dictæ exceptioni non datæ dotis &c. non ualuit aliquo modo dicta confessio secundū præfatū do. meū Alex. de Imo. in terminis & ante contractum matrimonium in d. l. diuortio in 5. col. quia talis renunciatio tollit præsumptionem spei numerationis futuræ: & nec non inducit donationem: & ideo non potuit deueniri cōtra tertios possessores in casu nostro, cū nec ēt potuisset, nec possit quoquo mō agi contra ipsum maritū nec cōtra bona ipsius, si qua penes eū extarent, occasione dotis confessatæ, ex quo primo satisfactū est omnibus quæsitis factis per disertum patronum dicti magistri Antonii ui-

5 delicet do. Fran. ut hoc sufficeret pro uictoria. † Secundo principaliter ex alio capite dico dictū iudicem male iudicasse. nā posito & non cōcesso ꝙ dicta dos uere data fuisset, & non militarent ea, quæ supra diximus, quæ uere obstant: tamen ex alio nō potuit deueniri contra magistrum Ant. ut & tanquā tertiū possessorem. nā obmisso eo, qd multū celeriter & nimis propere omissis citationibus necessariis de do. Ant. in excussione facta de bonis d. Peregrini, de qbus ī processu, & ī actis aperte colligit, & probat, adeo ut merito dici posit nimis ꝓpere Marcellæ festinas: ut ī l. 1. C. de exe. rei ind. tū nō possumus inficiari, qd ad hoc, ut potuisset deueniri ad dictā domū possessā p d. d. Ant. utpote ter tiū possessorē, iuxta no. in auth. hoc si debitor cum ibi plene no. C. de pig. tūī una necessario dicta ex

6 cussio defecit, scilicet quia † prius debuit fieri missio in bonis possessis per debitorem principalem ubicūque sitis, nedū in loco iudicij. l. cū unus. §. pe. ff. de bonis author. & uoluit Ia. de are. quē refert. Bal. in l. fi. §. sed si. ff. si cer. peta. & late posuit idem do. meus Alex. de Imo. in consi. c. in v. vo. maxime in pe. col. incip. si datus est terminus &c. & Bal. in consi. lv. in prima parte incip. præsupponitur &c. ubi ponit etiam, quando nō est necessaria excussio in aliquibus casibus, de quibus ibi per eum, & idē do. meus Ale. in consi. lj. in v. vo. inci. quidā Ludouicus Petri &c. maxime in pe. col. in fine. & Pau. de Cast. in consi. cccxcv. incip. notandum primo, ad euidentiam &c. circa principium. & Bal. in consi. xiiij. in prima parte consiliorum suorum incip. casus actualiter, &c. & in consi. xxxvj. incip. præmittendum est, &c. & in consi. prædicto. lv. & in consi. 346. inc. ī causa d. Amoreti &c. in eadem prima parte consiliorum suorum. & in consi. 36. incip. factū sic se habere vr̄, &c. in tertia parte consiliorum & in consi. clxviij. incip. ad intelligentiam istius, &c. & in consi. clxxxviij. incip. præsupposito statuto. &c. in eadem tertia parte. Et eo maxime prædicta procedunt, cum dictus peregrinus haberet bona in regia ciuitate Bono. & sic in loco nō multum distante ab ipso loco iudicij Mirandolæ. & sic in territorio quodammodo confinante cum iurisdictione illustrissimi principis, & domini de la Mirandola, & sic potest dici locus uicinus, iuxta id quod tractatur in l. 4. §. si tam uicinum. ff. de dam. infec. & in c. fœlicis. in gl. in uer. vicinarum. &c. de pœnis. lib. 6. & per Bal. in l. si uicinus. C. de nupt. & per Inn. in c. calumnia. extra de pœnis. Pro quo facit not. tex. in l. 2. in prin. ff. qui satisd. cog. & in l. fi. C. de prin. agentibus in rebus. lib. xij. & in §. susceptO. in authen. de exhibeudis reis. & quòd no. Bar. in l. sciendum. §. 1. ff. qui satis. cog. & Ang. in d. l. sciendum.

7 in fi. prin. Et † ut meis detur audacia verbis, quòd priusquam deueniatur ad tertios possessores debeat fieri excussio de omnibus bonis vbicunque sitis & maxime in loco non multū distante a loco iudicij voluit in terminis & multum singulariter more suo loquutus præfatus do. meus. Alex. de Imo. in consi. suo lxxxiiij. in vlt. col. in uer. & ista sufficerēt pro defensione, & in 3. volu. consiliorum suorum, quòd incipit: domini redemptoris nostri inuocato suffragio, in causa quæ vertitur inter agentes pro camera Illustrissimi Ducis &c. & in d. consi. 100. de quibus dixi. Ex quibus omnibus breuiter, quia res clarissima est, & non eget multis verbis, concludo dictam executionem non rite nec recte factam fuisse, & per consequens dictum do. iudicem male & iniuste iudicasse, prout iudicauit: & ideo pronunciandum modo est per do. iudicem appellatum bene fuisse & esse appellatum, & male fuisse & esse per dictum primum iurisdicentem iudicatum, & quia ex eisdem actis processum est, consulo aliud esse faciendum, cum omnino condemnare partem aduersam in expensis. Laus Deo clementissimo, amen.

Et ut supra scriptum est, consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus, vtriusque Iur. Doctor, & æques, sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc

hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. In quorum fidē propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XIX. TALIS EST.

MAgionius de Sauijs filiusfamilias existens in patria potestate, & in domo paterna uiuens, duxit uxorem do. Ant. a qua habuit in dotem & nomine dotis lib. mille Bon. monetæ currentis ex quibus coniugibus nata est domina Cornelia filia sola. Demum mortuus est dictus Maionius uiuēte patre suo, & dicta vxore eius Ant. & filia unica Cornelia prædicta: quæ Ant. ex post per longum tempus superuiuit, habitans cum socero suo in domo & cum eius filia unica, & postea mortua est relicto dicto socero suo, & dicta Cornelia eius filia. Demum mortuus est socer prædictus, relictis hæredibus certis institutis per eum, relinquendo lib. centum Corneliæ nepti suæ ex filio iandiu præmortuo natę, iure institutionis, & literę sibi quomodocunque debitę: dicens eam debere esse tacitam & contentam. Quo auo suo mortuo, dicta Cornelia mediante curatore constituto, agit modo ad mil. lib. pro dote materna ei debitas, & etiā agit ad vsuras a tanto tempore citra, & maxime a morte patris sui Maionij quo tempore dicit cucurrisse vsuras dictæ dotis maternę, a tempore mortis suæ, & etiam post, quæ ascendunt ad maximam quantitatem. Excipitur pro parte hæredum dicti aui sui, quod ipsa non potest petere vsuras aliquas, vtpote ex pecunia, prohibitas, & contra ius canonicum, & maxime ab auo suo: qui fuit legitimis eius & bonorum eius administrator, & qui eam habebat in potestate: si qui fructus fuissent, lucrifaciebat eos, ut de bonis aduentitijs. & hincinde quamplura adducuntur, prout de his omnibus latius constat in processu superinde confecto qui ad uos transmittur. & quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ dotis, an soluto matrimonio debeantur uxori a marito, uel ab eius hæredibus, tam de iure ciuili quam canon. Et quales, & quantæ, nu. 3. 4.*
2 *Auus an teneatur præstare usuras dotis maternæ, nepti suæ in potestate sua existenti.*
5 *Auus, & quilibet alius legitimus administrator, an teneatur facere inuentarium de bonis eius, cuius est administrator. & numero 8.*
6 *Dotis amplitudo, ad quid detur.*
7 *Auus an debeat habere usumfructum de bonis neptis suæ.*

CONSILIVM XIX.

Cor mundum Crea in me Deus, & spiritū rectum innoua in uisceribus meis: vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Pro tāto in quæstione qua quæritur Magnifice ac præstātissime æques ac doctor eximie, res hæc paucis indiget, ut arbitror argumentis: quia de illa, ut infra ostendam, sunt casus legis. quo dato nulla potest esse dubitatio, nec aliis coniecturis est in illa utendum: quia in rebus certis non est locus coniecturis. lex enim est no. & res patet ad sensum notoria, ut statim demonstrabo, igitur in hac re vertitur cōtentio. Primum nunquid soluto matrimonio maritus siue mariti pater teneatur ad vsuras dotis restituendæ siue ad interesse ipsi vxori siue hæredi suo. Secundum dubium est an pater mariti, qui erat socer, teneatur ad prædicta hæredi uxoris sui filij, quæ erat neptis sua propria, quæ remāsit hæres matris suæ in dote prædicta. Dubium enim facit quia filia dictæ uxoris filij erat filia, & consequenter neptis, & remansit in potestate aui ipsius, qui fuit pater patri sui, qui pater puellæ decessit dum patrem suum eundemque auum illius puellæ haberet ratione patriæ potestatis, videtur sibi quæsiuisse fructus siue vsuras prædictæ dotis, ut bonorum aduentiorum. Tertium dubium, an istæ usuræ siue interesse hodie iure cāonico peti possint ab hæredibus aui, tanquam debitoribus dotis prædictæ, & inter esse prædicti propter ius canonicum, quod prohibet usuras peti. vt per totum, extra de vsu. Descēdo ad decisionē & primo. Circa † primum dubium dico de iure ciuili clarum est, quòd maritus siue socer, qui sunt obligati ad restitutionem dotis soluto matrimonio ipsi vxori siue eius hæredibus debent restituere dotem cum vsuris post annum statim soluto matrimonio, quando sunt soluendo, & habiles ad pecuniam habendam quod patet per casum l. unicæ. in §. exactio. de rei uxo. act. ubi est casus ad literam. & in l. diuortio. §. non solum. ff. so. matri. & est gl. in l. insulam. §. vsuras. so. ma. An aūt istud sit, vel de iure canonico, quo iure prohibetur vsuræ, dubium est. tamen Ci. & Di. dicunt, quòd petuntur non tanquam vsuræ, sed tanquam interesse idest quantum uerisimile sit ipsam potuisse habere ex pecunia dotali ad rationem honesti quæstus & lucri. arg. in l. curabit. de act. emp. & l. sociū. ff. pro socio. & l. 2. de vsur. C. nec fieri debet differentia, an dos restituēda sit vxori, an ab hærede ipsius vxoris: quia istam actionem dotis restituendæ transmittit mulier ad hæredem, secundum sui naturam & qualitatem eius: ut in d. l. una. §. illo. de rei vxo. act. & Bar. & docto. ibi. † Istam sententiam ad literam sequitur Bal. qui format quæstionem de hærede mulieris an illi debeant restitui vsuræ dotis, in authen. ei, qui iurat. in col. xviij. in quæstione illa, quæro

quæro mulier est missa in possessionem, ibi consi. dera &c. idem tenet Sal. combonomiensis in d.§. exactio. in l.vnica. de rei vx.actio. Circa prædicta, quia res visa fuit sine dubitatione, intelligentibus placuit solum allegare solas authoritates doctor. obmissis rationibus, quæ debent sufficere omni iudicanti, & si velit quis videre rationes, uidebit ut supra. Idem etiam sentit Bal. in d.l. curabit. de act. emp. illa ratione quia nemo debet gaudere re aliena, & locupletari cum iactura aliena. ideo isto casu etiam de iure canonico ueniunt vsuræ restituendæ. Idem etiam Bal. tenet expresse in l. 2. C. de vsuris.

3 dicens quod peti † possunt etiam de iure canonico vsque ad congruum & honestum prout lucrandi mos regionis est. nec obstare habet, quòd hic non fuit mora commissa. & ideo nõ debet currere, quia non currunt, nisi a tempore moræ: ut in l.mora. de vsuris. & c.mora. de regu.iur. quia, imo fuit cõmissa per lapsum terminum legalem scilicet a die soluti matrimonii, de quo in d.§. exactio. in l. vnica. Et hoc est fauore actionis de dote: ut dicit do. Albe. qui hanc sententiam tenet ad literam in d. l. mora. ff. de vsuris. in xviij. col. in uer. transeamus ut ad moram singularem &c. Idem etiam tenet Rofre. in tit. de vsuris. in 3. col. in uer. quartus. cum petitur vsura tanquam interesse, ut in cõtractibus bonæfidei, sicut est ista actio: ut in d.l. insulam. §. fi. solu. matrimo. & in §. sed si non ignoramus. in d.l. una. de rei vxo. actio. Hanc partem sequitur & disputando do. Albe. de rosa. in l. 1. de sacrosan. eccle. ad fi. ad tres columnas & doc. iuris canonici in c. salubriter. & c. conquestus. de vsuris. Ex quibus opi. & authoritatibus euidenter patet quòd maritus uel eius pater soluto matrimonio debet soluere dotem cum vsu-

4 ris in quibus debet haberi † ratio illus quæstus, qui licite potest haberi in ciuitate secundum ipsius morem. nam quantum mercatores darent de centenario ratione societatis mercantiæ, tantum debeat habere mulier siue ipsius hæres soluto matrimonio a marito, uel eius hæredibus: quia tale lucrum dicitur esse licitum, ut patet ex supra allegatis. Ita etiam firmat Bal. in l. fi. in fi. de peti. hære. allegat iura canonica. in c. per vestras. de dona. inter uirum. in glo. super uerbo, honesti lucri. Nec ob. dicatur quod ex pecunia non capitur fructus, sicut ex fundo, merito non potest deberi vsura. argumento in c. ei. ciens. & per totum, extra de vsuris. quia respõdetur, quod hoc fit propter moram non soluentis. quia lex præsumit, quod mulier illam trafficasset siue tranficari fecisset a quodam mercatore ad licitũ lucrum: ut patet in supradictis. Hoc etiam expresse determinat Bal. scilicet quod in pecunia ueniat interesse. in l. una de sen. quæ pro eo, quod interest in 3. col. in ver. sed quæro quæritur. gl. non posuit exẽplum in x. flore. auri. & idem etiã tenet dom. Laur. de redulphis in repe. c. salubriter. de vsur. in quæstione v. primæ partis. & in quæstione vij. ubi late prosequitur istum casum, & multum singulariter more suo. & uide etiam per dominum meũ Alex. de Imo. in consi. cxlj. in v. uolu. incip. an mulieri ex supradictis passæ moram in restitutione dotis &c. ubi etiam loquitur multum ad propositum nostrũ in terminis, & etiam in consi. lxxvij. in 2. col. in eodem v. uol. incip. uiso titulo quæstionis &c. & in cõ si. cxlvij. incip. an marito supportanti onera &c. vbi ponit, quid econtra, an maritus possit petere vsuras, quando non soluitur sibi dos promissa. & in d. consilio cxlj. & Pau. de Cast. in consi. ccclxij. uidetur quod dicta sententia &c. in 3. col. & in consi. cccxxxvj. incip. visis & ponderatis omnibus &c. & Rapha. fulg. in suo consi. cxxv. incip. vsura vel interesse &c. & in consi. ccj. incip. mulier an & quando possit petere vsuras &c. & in consi. ccij. ibi immediate sequenti incip. Gulielmus ser per peregrini &c. & in consi. cxcvj. incip. tutor non facien inuentarium, &c. & illustris do. Fran. are. in consi. clvii. incip. uisis diligenter enarratis &c. Siquis autem velit latis videre rationes & argumenta probantia supra dictas conclusiones, uideat in cons. supra allegatis. & in d.c. salubriter. & in c. conquestus. de vsuris. sed mihi visum fuit sufficere allegare leges hoc probantes, & authoritates doct. hoc tenentes & cõprobantes, ne res traduceretur ad longũ, & sic sunt discussa & decisa primum & ultimum. Aliud restat quod fuit medium in ordine, uidelicet an mariti pater idemque auus huic puellæ teneatur ad istud interesse isti domicillæ minori hæredi matris suæ, q̃a matri, si uiueret prædicta deberẽtur ut dixi. Quod etiam expeditum est & clarum, quia cum ista domina sit hæres matris suæ, in actione de dote ad eam translata, merito debet habere illa priuilegia, quæ haberet eius mater, si uiueret: ut in d.l. unic. §. illo. de rei uxo. act. ubi est casus. & hoc ibi tenet Bar. &

5 Salic. cõbo nonienſis. † Istud etiam alia ratione ꝓbatur. nam iste auus erat illi puellæ nepti suæ, ut legitimus administrator sic, ut in bonis filiorum & illa bona debebat regere & gubernare, seu & tanquã tutor legitimus ipsorum: ut d.l. t. C. de bonis mater. in tantum quod & tenebatur facere inuentariũ & alia quecunq; , ad quæ quilibet tutor legitimus vel datiuus obligatus est. Ita expresse disputando publice terminauit do. Guido. de suza. cuius disputationis uerba, si esset necessarium, sigillatim dicerentur: sed non putaui fore necessarium. Ita disputauit & tenuit in l. 1. de bonis mater. & idem tenet Spec. & Ioan. And. in addi. in tit. de fide instru. d. uer. quid de patre. & in uer. prælatus. nam prælatus licet faciat fructus suos, facit tamen inuentarium antequam incipiat fruire prædicta sua. Faciunt no. per glo. in c. munita. 12. q. 1. si sic ergo ipse auus debuit facere inuentarium & istud debitum, quod debebat isti pupillæ nepti suæ, a seipso exigere, & ad usuras uel saltem ad honestum lucrum ponere, & in uita sua illud lucrum siue fructus lucrari ratione patriæ potestatis, ut post mortem suam illam pecuniam ad licitum habere posset. & sic idem auus dictam dotem ita regere debuit, ut ex ea dote aliquid in utilitatem ipsius pupillæ poneretur, & saltem ut eius bona paternum siue maternum amplũ & magnum faceret, quantum posset facere patrimonium quilibet diligens administrator, ut nobili postea marito, nirtute amplæ & immensæ dotis, cum

6 nobilitas deesset, nubere posset q̃ amplitudo † dotis datur in compensationem nobilitatis, sicut dicunt glos. & doct. in fim. in l. si diuortio. de uer. ob. & in l. t. de dona. ante nupt. & C. de dotis promis.

l. si

l.si uoluntate.& maxime, quia in re sua amplianda
iste auus industrius & acquisitiuus mercator erat,
& totum suum officium est ex pecuniis & rebus
suis suum ampliare patrimonium, & diuitias suas
multiplicare,ut probatur in l.tutor constitutus.de
admi.tu.& l.tutor secundum §.1. iuncta l. cũ post.
§.1.& §.fi.eo.ti.& ibi no.& l.si quotiens.§. si pater.
& §.item si temporali. eo. tit. quæ cum non fecerit
ac si fecisset,de his rationem reddere debet : maxi-
me, quia non fecit inuentarium:ut not. in d. legi-
bus. Non enim ex eo, quòd malefecit, si prædicta
non fecit,fructum capere debet:quia iura deceptis
& non decipientibus opem & auxilium solent fer-
re ut in l.3.C.si minor ma. se dixerit. & in l. si siue.
C.ad velle.& l.2.Non enim hoc idem quæstum ca-
pere debet censeri,tanquam usura, sed tanquam le
galis pœna, & punitio suæ prauitatis ab eo exigi
debet,iuxta no.in fim. in l.cum allegans.C. de usu-
ris.ad quod optime faciunt no.per dictum Lauren
tium in quæstione 80.in prima parte & in quæstio
ne 70.ubi uidebis multas concordantias, & per do,
minos consulentes in consiliis de quibus supra fe-
ci mentionem,quæ non repeto,ne idem sæpius di-
camus,facit l.si decipiendi.ff.ad velle.& C.de apo-
sta.l.hi,qui in fi.Si autem prædicta fecisset idest pe
cuniam pupillarem traficasset & ad quæstũ posuis-
set,quod præsumi debet,cum in suis diligens esset,
certum est quod de his tenẽtur reddere rationem,
ut patet in toto tit.de tute. & ratio dist. Cum ergo
hac ratione teneatur reddere rationem de pecunia
pupillari & de eius fructibus, qui percipi potue-
runt, secundum modum & qualitatem alicuius ho
nestæ mercantiæ,siue traficauerit,siue non,cum po
tuit,& de sua pecunia traficaret, & quidem cũ om-
ni diligentia & cura,ut omnibus notum est nõ mi-
rum est, si hoc ab ipso uel ab hæredibus suis peti
potest, qui succedunt in onera defuncti sicut in cõ
modum & vtilitatem succedunt tanquam hæredes.

7 † Nec potuerunt dicere ipsi hæredes, quòd hæc tã-
quam in utilitatem prouenta defuncti aui satisfa-
cere non debeant, quia usus fructus ipsius dotis ra
tione patriæ potestatis auus habere debeat:ut in l.
1.de bo. mater. quia illud est verum, quando ipse
auus fecisset curam suam & administrationem suã
diligenter idest debitũ suum & officium suum in
administrãdo res pupillæ,sicut debuisset puta,quia
fecisset inuentarium,& alia quæcunque,ad quæ te-
nebatur,sicut quilibet legitimus tutor: pront tene
batur de iure facere, ut dixi. Cum autem prædicta
non fecerit, & fuerit negligens, & sic in dolo fuit
versatus circa res pupillæ administrãdss, & sic eius
neptis, priuari debet beneficio legali idest ut non
possit habere vsumfructum de bonis neptis suæ,
quæ bona illa non debite gubernauit & rexit,ut di
ctum est: quia deceptis & non decipientibus iura
subueniunt ut dixi, & iura supra allegani. Et quia
frustra legis beneficium implorat, qui cõtra ipsam
legem facit.ut in l.auxilium.in fi.ff.de mino.de epi
scopa.aud.l.3.de iure delibe.l.fin.§.2.Et quia quis
non debet locupletari cum damno alterius, de re-
qui.iur.l.non debet extra de pœnis.ca.suam.t 2.q.
3.c.fraternitas.& maxime hoc casu malefactũ istud
magis debet puniri in ipso,quam in alio tutore ex
traneo propter partem suam, cum secundum affe-
ctionem naturalem & communem plus debuisse
benefacere,tãquam auus pupillæ:& nepti suæ,quã
alius tutor extraneus.non ergo immerito pro eius
parte qualitas aggrauat delictum,& illud magis pu
niendum in illo reddit, ut probatur extra de iui e-
iur.c.sicut.& c.cum quidam xl.di.c.homo.Pro hoc
facit,quia qui facit aliquid, quod facere non debec
uel non facit, quod facere debet, ex ea re non ba-
bet actionem uel except. Solet sd hoc allegari l.
fi.quod quisque iuris. C. de inoffic. testa.l. in are-
na.de liberali causa.l.filium tuum.Item ad hoc etiã
facit,quia frustra petit debitum, quod debuit face
re, non fecit. extra de mutu.pe.c. 1.& 2. & legitur

8 xcv.d.c.esto.Ex quibus † omnibus patet,quòd istæ
hæres huius aui eiusdemque legitimi administra-
toris.tenetur ad interesse dotis maternæ huius mi
noris xxv. annis, & eius interesse facere rationem
tam pro tempore, quo dictus auus vixit,a tempo-
re mortis matris huius minoris, citra usq; ad mor
tem dicti aui, uno anno dempto de medio, quam
post mortem aui, vsque ad præsens tempus,quo tẽ
pore iste tanquam hæres possedit bona & hæredi-
tatem illius aui pro parte, scilicet sua quo interes-
se uenit considerandum totum illud lucrum,quod
quilibet honestus mercator habuisset, uel facere &
habere potuisset deducta opera personæ suæ, ut in
iuribus supra allegatis. siue dicamus ipsum & hæ-
redes eius teneri, tanquã socerũ debentẽ dotẽ red
dere cum eius emolumentis, siue auum & tanquã
legitimũ administratorẽ & tutorẽ legitimũ neptis
suæ.quia ad ipsam gubernãdã & regendã sicut qui
libet tutor facere debet, & obligatus est: vt supra
patet nõ ostante, ꝙ debeat lucrari fructus tẽpore
uitæ suæ:quia hoc nõ potest,vt dixi. De tẽpore ue-
ro post eius mortem curso, nõ est dubium, quòd
hæredes eius tenentur ad reddendam rationem de
ĩteresse dotis istius, de qua supra ꝙ ĩteresse debuit
cõsiderari ex eo quòd quilibet honestus mercator
lucrari potuisset ad rationem tantum pro centena
rio,ut patet per iura supra allegata. & maxime per
Bal.in d.l. fi. de pet. hære. Et ut supra scriptum est
consulo & iuris esse dico,ego Ludouicus Bologni
nus V. I. Doctor, & æques sacri palatii Apostolici
aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie le-
gens &c.

CASVS CONSILII XX. TALIS EST.

QVidam Dominus Ant. ci
uis Bononiæ, prætende-
bat habere ius in certis
locis immobilibus, sitis
in territorio Bononiensi
in quibus etiã generosi
domini nobiles de Ran-
gonibus de Mutina ius
habere similiter ex aduerso prætendebant.
Tandem dictus Anto.fuit spoliatus a posses-
sione dictorum bonorum per præfatos do-
minos de Rangonibus. Et cum per dictum

Ant. peteretur iustitia super prædictis: & ut eligeretur saltem locus neutralis: in quo videri posset de iure dictarum partium: & circa hoc etiam magnifici ac potentes domini domini Bononiæ literas dedissent ad præfatos dominos de Rangonibus pro dicto loco neutrali eligendo, pro iure reddendo, denegarunt hoc facere velle: & etiam denegarūt velle reintegrare dictum Ant. de facto spoliarum per eos in dictis bonis: propter quæ tamen seruatis seruandis ex forma statutorum communis Bononiæ, maxime sub rubrica de represalijs, concessę fuerunt represalię contra dictos de Rangonibus, & eorum bona & potissime quædam bona sua in territorio Bononiensi. Modo dubitatur, quid iuris, an dicta concessio represaliarū valeat vel ne.

SVMMARIVM.

1 *Represaliæ sintne permissæ de iure communi. & nu. 3. Et quæ requirantur in earum concessione. nu. 4.*
2 *Represaliæ concessæ contra non subditos, an subsistant, & valeant.*
5 *Represaliæ an locum habeant in foro conscientiæ.*
6 *Represaliæ an sint introductæ de iure diuino, uel ciuili.*
7 *Statutum an valeat contra non subditos, in his quæ sunt de ordine litis.*
8 *Represaliæ vt possint concedi, quando dicatur iustitia denegata. & nu. 9.*
10 *Represaliæ an possint concedi contra infantes, mulieres, vel minores 25. annis.*

CONSILIVM XX.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritum rectū innoua in visceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Igitur inuocato suffragio, quo mediante ueritas elucescat. Nam dominus est prope inuocātibus eū &c. & sine eo nullum rite fundatur exordium. ca. principatus. c. cum Paulus 1. q. 1. & in c. in nomine Domini. extra de test. & in l. in nomine Domini. C. de officio præfecti prætorio afri. & in authen. de armis. in prin. & in authen. quomodo oportet episcopos. circa principium cum si. multis, quæ adducere possem. In quæstione mihi proposita vertente inter inclytam ciuitatem nostram Bononiensem, & magnificos ac generosos dominos nobiles de Rangonibus. Viso statuto prædictæ ciuitatis nostræ sub rubrica de represaliis &c. & visa ac diligenter ponderata serie facti oppositionibusque & replicationibus hincinde adductis & omnibus accurate examinatis, Magnifici ac generosi domini, domini nostri præsidentes dignissimi, ut primo iustitiæ debito, patriæq; demum communi, & vtilitati morem gerant, iuxta illud, quod dixit Iurisconsultus in l. ut parentibus. ff. de iust. & iure. & iuxta illud Ciceronis oratorum principis, debemus patriæ nos, nostraque &c. uidetur dicendum prima fronte non ualuisse, nec ualere concessionem represaliarum, de quibus in præsentia dubitatur. Primo 1 † quia represaliæ non uidentur esse licitæ: ut in l. cū te. in fine. & in authen. & omnino. & per totum illum titulum. C. ne uxor pro marito. & in authen. ut non fiant pignorationes. colum. v. & in authen. habita. C. ne filius pro patre. & in §. quia uero. in authen. ut nulli iudicum. & in l. prouidendis. C. de decurio. lib. x. & in c. 1. extra de iniuriis, & damno dato. & in l. ne quid. ff. de incendio, ruina, naufragio. & in l. si alius. §. bellissime. ff. quod ui. aut clā. & in l. nullus. cum ibi no. C. de Iudæis. cum multis simi. in quibus iuribus manifeste apparet, quod represaliæ uideantur prohibitæ esse, cum repugnent naturali rationi, ut ex facto alterius quis damnum seu detrimentum patiatur, uel ex culpa alterius 2 quis lædatur. † Secundo, pro eadē parte facit, quia represaliæ de quibus in præsenti dubitatur fuerūt cōcessæ contra non subiectos seu non subditos iurisdictioni nostræ: quo casu succedit regula tradita in l. fi. ff. de iu. om. iud. & in c. vt animatum. de consti. lib. 6. & in l. cum unus. ff. de bonis author. iudi. possi. cum si. ubi dicitur, quod extra territorium ius dicenti nō paretur impune. & eo maxime, quia una ciuitas non potest facere legem contra aliam: quia par in parem non habet imperium. l. illc. §. tempestiuum. ff. ad Treb. & nō potest extra territoriū suū statuere circa ea, quæ sunt alterius iurisdictionis: ut dicunt iura præallegata. Et in terminis decidit do. Arch. in c. olim. extra. de rest. spo. ubi hoc argumento vsus est, in hanc sententiam condescendendo, & non bene, ut infra latius apparebit. Nihilominus his non obstantibus, quæ uere non obstāt si uere considerentur, puto in contrarium fore veritatem. Et præsuppono primo, quòd ista materia represaliarum est multum frequens & necessaria, & quotidiana: ut dixit Bar. in principio suo solennis tractatus represaliarum. in quo multum copiose & multum magistraliter more suo loquutus est, bene per decem quæstiones principales. & in prima & tertia & octaua aperte decidit casum nostrū 3 maxime in octaua, in principio, vbi † dixit quòd indubitatum est quòd possunt represaliæ exerceri in rebus & contra res mobiles & immobiles illius loci, contra quem represaliæ sunt concessæ: quæ res reperiuntur in territorio ciuitatis concedentis represalias, prout est in casu nostro, in quo præsupponitur, quòd bona aliqua seu possessiones illorū nobilium de Rangonibus existentia seu existentes in territorio nostro Bononiensi fuerunt occupata per represalias nouiter concessas: ergo sumus in casu indubitato, aperto & deciso per Barto. in dictis locis maxime, in octaua quæstione principali. & ista fuit originalis etiā decisio Ia. de belui. in quæstione sua disputata in materiam represaliarum, quam posuit in dicta authen. ut non fiant pigno. & idem etiam noluit Ci. in authen. habita præallegata, & domini Cano. magis communiter in d. c. olim & Io. an. in c. non debet. in mercurialibus. & Bal. & combononiensis Sali. in d. auth. & omnino & in d. authen. habita. in quibus locis doctores & etiam

Pau.

Pau.de Cast.in consi.312.inci.super eo quod primo loco &c.multum not.examinant materiam represaliarum.& Rap.cuma.in consil.141.in fi.inci. in causa uertere coram magnifico milite &c.& et in consi.140.in fi.incip. domini iudices curiæ &c. & Abb.in consil.49.in 2.uol. suorum consiliorum inci.in quæstione, quæ uertitur seu quæ uerti speratur &c.& Bald.in consil.103.in prima parte con filiorum suorum incip.punctus talis &c. & etiam in consi.122.incipi. quia debitum non est contractum. &c. in quibus locis late prosequitur materiam represaliarum & causas & ordinem earũ concessionis.& ita concludunt, & hoc est indubitatũ, ut utar uerbis Bart.in d.8.q.principali.Et in eisdẽ locis respondent doc.ad adducta supra in contrarium,& primo ad illa iura quæ uidentur prohibere represalia. nam dicunt doctores quòd si quidẽ contra illum populum,gentem, uel hominem qui iustitiam facere negligit, potest haberi recursus, & isto casu non sunt licitæ,& hoc modo procedũt supra allegata, Aut non potest haberi recursus: & tunc sunt licitæ,& licite possunt exerceri duobus

4 tamen † concurrentibus.Primo cum requiritur superioris authoritas cum alicui sibi ius dicere non liceat ut dicunt iura uulgaria.& hoc est expressum in c.1.22.q.2. Secundo requiritur quod decretum superioris interponatur ex iusta causa.nam decreta nisi ex iusta causa interponantur sunt ipso iure nulla.l.cum ratio.§.subuentum. ff.de fi.lib.l.1. §.hæc uerba. ff.ne uis fiat ei:causa autem legitima uidetur esse secundum omnes doc. in locis præallegatis si dominus gens uel populus requisitus iustitiã facere neglexerit.c.dominus noster 23.quæ-

5 stione. 2. cum si. Et hoc † adeo est uerum, quòd etiam in foro conscientiæ locum sibi uendicat. ita determinat sanctus Thom. in secunda secundæ q.40.& communiter scrib.in locis ubi infra, con-

6 cludentes, quòd istud est † inductum magis iure diuino,quam iure ciuili uel alio iure per tex. in d. c.dominus noster.& etiã de iuregentium, quo iure bella sunt introducta: ut probat.l. ex hoc iure. ff.de iust.& iure.& inst.de iure.na.gen.& ciuili.in

7 §.ius autem gentium. Secundo † non ob. aliud de statuto ut non possit ligare non subditos,iuxta d. l.fi.de iur.om.iu.& d.c.ut animarum. nam ad hoc respondeo ego,ut respondet in terminis Barto.in dicto suo tractatu.q.1.in 2.3.colu. quòd istud est uerum, tamen quælibet ciuitas potest facere statutum circa ordinem litis,quæ in foro eius agitatur, uel agitari posset. l. 3. ff. de testib. & idem uoluit Bald.& Salic.in d.authen. & omnino.& Bald. post Ci.in d.authen.habita.& doct.in d.ca.olim.& ista est communis sententia. & tenent etiã præfati domini consulentes de quibus supra feci mentionẽ. qui aperte ista tenent, & est ueritas, quicquid dixit Inno.in d.c.olim.& non bene. Vel aliter potest responderi, ultra doc.in locis præallegatis, quia in casu nostro non exercentur represaliæ contra non subditos,cum res hæc occupata præsupponitur in territorio Bononiensi, ratione cuius sortitur quis forum, & res hæc dicitur esse de territorio nostro Bononiæ, ut de se apparet. & sic non habet obstare istud argumentum. Vel tertio & melius, possumus etiam respondere, prout fuit expresse de mente doctorum in locis supra

8 dictis. & uolunt etiam † præfati domini consulentes in consilijs supra per me memoratis, ubi dicunt,quòd quando gens,uel populus, uel dominus negligit facere iustitiam,non potest indistincte exerceri contra eum ratione denegatæ iustitiæ, ut bona subditorum occupentur: sed si bona ipsius domini occuparentur,prout fuit in casu nostro tenent doct. hoc pro constanti & absoluto & sine dubio:cum ille qui est in culpa, merito sit grauatus: & non alij. & hoc modo tolluntur omnia quæ uidentur prohibere concessionem represaliarum. Nam inconueniens erat, quòd ex facto tuo ego grauarer,sed ubi dominus proprie,qui denegat facere iustitiam est ille,qui grauatur,tunc hoc est indistincte permissum,cum cessant omnia absurda. & tunc cessent rationes & iura suadentes & suadentia contrarium. Sed posito adhuc, quòd et essent res extra territorium, & res etiam non subditi,& res alterius, quam illius qui denegauit iustitiam, adhuc concludunt docto.ubi supra, quòd ualet statutum de represalijs exercẽdis ex eo,quia concernit ordinem litis.d.l.3.de testibus. & multomagis ligat in casu nostro: cum res hæc occupata ratione represaliarum sit sita in territorio nostro Bononiensi,ut de se patet, quo casu est clarissimum statutum ualere, & isto casu indubitanter posse exerceri represalias, & ex his tolluntur omnia adducta in contrarium. Præterea, non habet obstare aliud,quod allegatur in contrarium per dictos dominos,nobiles de Rangonibus, dum dicitur quòd cessat causa,propter quem permittuntur indici represaliæ scilicet negligentia iustitiæ. nam dicunt,quòd nõ fuit per eos denegata iustitia:unde cessante causa,debet cessare effectus.c.cum cessante.de appe.l.adigere.§.quamuis.de iure patro. cum sim. & ista est principalis ratio indicendi represalias, ut dicunt docto.in locis supra allegatis. & maxime dicti domini consulentes in cõsilijs supra per me deductis: quæ non repeto,ne idem sæpius dicamus. quæ si non militaret in casu nostro, frustra essent concessæ represaliæ, & frustratoria esset ista hesitatio seu dubitatio. Sed ad hoc respõderi potest, quòd imo fuit denegata iustitia eo ipso, quòd spoliatus ante omnia non fuit restitutus prout debeat, iuxta c. reintegranda el primo, & el secundo.2.q.1.nam isti domini nobiles de Rangonibus,ut præsupponitur in facto,cum ciuis noster illuc ultimo loco accessisset pro iustitia recipiẽda & cũ fide quod sibi res restitueret,non fuit restitutus incõtinẽti,put debebat.Sed uoluerũt primo & ante omnia quòd cognosceret de ualiditate & inualiditate certarum sententiarum latarum per dominos nostros,& per consequens non fuit seruata ea fides & iustitia, prout de iure debebat. Sed dato, non tamen concesso, quòd hoc modo non diceretur denegata iustitia,alio modo dicitur denegata, dum non uoluerunt eligere locum seu iudicẽ neutralem,ubi cognosceretur de causa ista. Sed uolue-

9 runt de hoc ipsimet cognoscere.ita in terminis uoluit Bartol.multum singulariter loquutus in dicto suo tractatu represaliarum in 2. quæstione principali

pali in 2. col. ubi dixit, quod dominus unus uel ciuitas potest scribere ad alium dominum, uel ciuitatem, ut cogat subditos suos eligere in loco neutrali, & sic alibi quam in proprio foro: ut non trahat illum ad proprium forum. c. statutum. §. cum autem extra de rescrip. lib. 6. quia præsumit Bart. quod forensis cum ciue in ciuitate propria non litiget secure: prout in ueritate ubique reperitur; & tanto magis in casu nostro cum super hoc habeamus statutum, quod indistinctæ ualet, & indistinctæ fieri potest ut dixit Bar. in d. 2. quæstione principali. in fin. 3. col. † Subdens, quòd ista est causa iusta concedendi represalias, & quòd dicitur iustitia denegata statim, cum dominus uel ciuitas ciuem fori alterius uult, quòd litiget in loco. Sed ista omnia interuenerunt in casu nostro, ut mihi præsupponitur in facto: unde potuerunt concedi represaliæ. & ut dixi istud in terminis uoluit Bar. i loco prælegato. & idem uoluit etiam Bald. & Sali. in d. authen. & omnino. & Bal. post Ci. in d. authen. habita. & domini Cano. docto. in d. ca. olim. & in locis supra allegatis. & omnes domini cósulentes, quos supra commemoraui. Et istud est, quòd ponit gladium ad radicem in casu præsenti Non obstat etiá uinum, quod dicitur de ignorantia dicti statuti. quia hoc nihil est dicere, nam eoipso quòd noluerút, quod eligeretur locus neutralis, pro iustitia habenda, siue hoc esset introductum per statutum, siue non, omnino malefecerunt, & contra dispositionem iuris, & cótra ea, quæ determinát doc. in locis prælegatis. & sic de ista ignorantia statuti non est curandum, cum non possint prætendere ignorantiá literarum magnificorum dominorum nostrorum, quibus inuitabantur & hortabantur ad eligendú locum neutralem, pro iustitia habenda: & in hoc non cadit ignorantia, cum certus certiorari nó debeat. l. 1. in fin. de do. præleg. c. certificari. de regu. iur. in 6. Præterea, præsupponit Bar. & doct. ubi supra, quòd imo si extaret statutum super hoc, ualeret & non curaremus de ignorantia ipsius uel scié 10 tia alicuius. Minus † obstat etiam aliud, quòd dicitur, quòd non potuerunt concedi represaliæ cótra ipsos nobiles de Rangonibus cum sint minores 25. annis, &c. quia hoc non est uerum. ex quo enim sunt domini & rectores locorú suorum, uolunt docto. indistinctæ posse concedi represalias contra eos, ut eos qui iustitiam neglexerunt facere. l. 1. ff. quod quisq; iuris. & ita dicit Iac. de Bel. in d. authé. ut non fiant pigno. in disputatione sua ibi. & ponit etiá Bar. in dicto suo tractatu in quæstione sexta principali in 2. & 3. col. Præterea, inter personas cótra quas nó possunt concedi represaliæ, quæ ponuntur per Barto. in sexta quæstione prin. non est minor, sed bene infans, ergo &c. & ponit Pau. de Cast. in dicto consi. 312. inci. super eo. &c. ubi ponit, qui ligentur p represalias, & an innocentes, & alii de quibus ibi per eum. Sed dato, non tamen concesso, quòd cótra minores nó possent concedi, saltem ratione iurisdictionis seu rectoriæ seu officii, potuerunt contra eos exerceri represaliæ. ut dixit Barto. in d. 7. q. principali. in 4. colu. per text. in authen. sed hodiæ. C. quando mulier tuto. uidelicet quando mulier est administratrix, seu gubernatrix, prout est in casu nostro. & hæc est ueritas Ex quibus omnibus concludo concessionem dictarum represaliarum ualuisse ualere. Laus Deo Amen.

Et ut supra scriptum est, concluso, & iuris esse dico. ego Ludouicus Bologninus, utriusque Iur. Doctor, & æques, sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinariæ legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. In quorum fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo, & Beato Petro martyri: cuius festum hodiæ celebramus Amen.

CASVS CONSILII XXI. TALIS EST.

STat statutum. In ciuitate Ferrariæ, quod ubi quis habet ius aliquod in aliqua re immobili si uult uédere id, teneatur requirere consortem seu habentem rem communem secum, uel aliquod ius in re, & dare illi pro eodem pretio, prout ex uerbis dicti statuti clare constat, sub rubrica de rebus communibus &c. Quo statuto uigente, quidam I. Symon de regio turricella, debitor cuiusdam Marci proannæ de salutio, habitatoris Ferrariæ in magna quantitate pecuniæ, dedit ei in solutum & titulo pro soluto certa bona immobilia, posita & confinata in territorio Ferrariensi in loco dicto la polosella. Quod sentiens quidam Gaspar zucheta, qui habebat directum dominium in dictis bonis, petit rescisionem dicti contractus, & sibi dari pro eodem pretio uigore statuti prædicti, utpote, qui habebat ius directi dominij in dictis bonis immobilibus. Excipitur pro parte dicti Marci, cui data fuerunt ea bona insolutum, quod sumus extra dictum statutum, quod statutum solum loquitur de uenditione, & cum pretio. Sed iste contractus non est uenditio: sed est datio in solutum, & uerba statuti debent intelligi propriæ, & uere in contractu uenditionis: ergo &c. Replicatur in contrariú, quòd imo iste contractus potest dici uenditio in terminis dicti statuti: cum dictus dominus Symon foret debitor in pecunia, pro qua dedit ea bona insolutú. Quibus stantibus, quæritur modo quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de uenditione, an habeat locum in datione in solutum facta a debitore creditori, cui debebat quantitatem, & nu. 3.*
2 *Venditionis appellatione, an ueniat datio in solutum.*
3 *Permutatio, an & quando dicatur propriæ fieri.*

Consilium

tum interuenit pretium † seu pecunia numerata: tunc statuta loquentia de uenditione comprehendunt talem dationem insolutum. sed vbi interuenisset species: tunc forte secus esset. & in hoc respõsum expecto a d. aduocato. Et hoc dato pro uero prout est, quòd statutum de usibus comprehendat dationem insolutum, maxime ubi interuenit pretium, corruunt omnia, quæ adducuntur in contrarium per partem aduersam. Pro quo ultimo loco al lego illud, quod voluit do. meus Alex. de Imol. in consi. 77. in 2. col. in 5. uol. incip. uisis dubitationibus præmissis &c. ubi concludit, quòd ubi per ius commune prohibita est uenditio, non comprehenditur donatio, nec † permutatio quia est similis uẽditioni per tex. in l. fi. C. de prædi. curi. lib. 10. cum glo. sua &c. nam ego intelligo in permutatione facta sine pecunia, vt de re ad rem sed si interuenit pecunia, habet omnimodam conformitatem & similitudinem cũ cõtractu uenditionis. & hoc sentit do. meus si bene ponderetur dum facit mentionẽ de donatione & promissione, cũ hæc duo debeant intelligi similia fore respectu rerum & sine pecunia, & posuit etiam aliquid Raph. Cuma. in consil. 29. in fin. incip. quidam Florentinus &c. & Rapha. fulg. in consil. 134. in 2. colum. incip. in quæstione &c. & etiam in consil. 137. incip. in solutum datio, &c. & etiam in consi. 172. incipien. an ex nullo pacto, &c. in 2. col. & in consil. 190. in 2. col. incipien. datio insolutum, ex quibus causis &c. & Bal. in cõsil. 157. in prima parte consiliorum suorum incip. Antonia &c. & in consi. 164. incip. quæritur, &c. & in eadem prima parte consiliorum, in quibus locis ponunt, an datio insolutum sit similis emptioni, & quomodo: ut ibi per eos ad quos me remitto pro nunc: cum casus noster sit clarus. Laus Deo, & Beato Dominico aduocato meo. Amen.

Et, vt suprascriptum est, consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologn. inter alios V. Iur. Doctor. & æques sacri palatij Apostolici aduocatus consistorialis, &c.

CASVS CONSILII XXII. TALIS EST.

DOmina Philippa aleutis, de Ferraria, suum condidit testamentum: in quo inter alia in eo dispositã legauit libras sex, reuerendo magistro Ludouico ordinis minorum toto tempore uitæ suæ: & instituit dominam Syluestram, eius filiam, disponendo si religionem intraret, uel si nuberet diuersimode, prout in eius testamento latius continetur. demum mutauit dictum testamentum in nonnullis eius partibus, & maxime circa bona, ex quibus pƫstatio dictarũ lib. sex fieri debebat. Quo facto mortua est. modo dubitatur an legatum prædictum debeatur oino d. magistro Ludouico, vel ne.

SVMMARIVM.

1 *Testator an præsumatur prouidisse in casu, in quo verisimiliter prouidisset, si fuisset interrogatus.*

2 *Animam suam an quis præsumatur magis dilexisse, quã omnia bona sua.*

3 *Casus obmissus in vltima voluntate, an et quando habeatur pro obmisso.*

CONSILIVM XXII.

Cormundum Crea in me Deus: & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Viso igitur testamento d. Philippæ aleutis, in ea parte dum loquitur de legato li. sex præstando R. magistro Lu. ordinis minorũ &c. Dico breuiter obmisso multiloquio, id deberi toto tpe vitæ suæ dicto magistro Lu. Nam arguendo a sufficienti partium enumeratione, quod argumentum ualidum est in iure, ut in §. actio. insti. de act. cũ similibus aut volumus dicere, ꝙ iste casus fuit obmissus a testatrice, aut prouisus. Si obmissus: & † tunc remanet in dispositione iuris communis, quæ est quòd testatrix intelligatur prouidisse in eo casu, in quo ita di sposuisset si interrogata fuisset text. est in l. Titius. §. Lucius quẽ. ita summat ibi Bart. ff. de li. & posth. sed nulli dubium, ꝙ si dicta testatrix existimasset, Syluestram neptem suam decedere, antequam maritaretur, uel antequam religionem profiteretur, reliquisset omnino dictas sex libras eidem magistro Ludou. pro † anima ipsius testatricis, quam pͣsumitur magis dilexisse quam omnes alias personas, iuxta l. sancimus. C. de sacrosan. eccl. cum si. & voluit Raph. ful. in consi. 209. inci. testamentum factum coram, ergo &c. Accedat ad confirmationem prædictorum notabiliter decisio Ioan. An. in addi. Spe. in tit. de sec. nup. in rub. ubi decidit quæstionem multum ad propositum nostrum accommodãtam, videlicet quidam testator instituit filios hæredes, & legauit uxori mille præstanda toto tempore vitæ suæ, si in uiduitate uiueret, & disposuit, ꝙ post mortem dictæ uxoris suæ Titius habeat illa mille. Demum mortuo testatore eius uxor nupsit, quærebatur an interim uiuẽte dicta uxore debeãt illa mille stare apud hæredes: an vero spectẽt ad dictũ Titiũ? & videbatur dicendũ ꝙ deberent remanere apud hæredes: quia testator solũ dixit, ꝙ post mortẽ uxoris peruenirent ad Titiũ: sed vxor non est mortua licet transiuerit ad secunda vota: tñ decidit contrariũ, quia secundũ eum si testator cogitasset, ꝙ vxor transiuisset ad secunda uota, priuasset eam: sed quia crẽdidit uxorem non nubere. ideo de morte tm̃ loquutus fuit, & propter ea secundũ eũ fit extensio ad istum casum. allega. l. mulier. in prin. ff. ad Treb. & l. si ita. ff. quãdo dies leg. ce. & idem voluit etiã Bar. per plures rationes in rep. aut. hoc locum in 6. col. C. si sec. nup. mul. & Paul. de Ca. in l. si mater. C. de insti. & substi. & in l. si quis hæres ita. ff. de acqui. hære. & uoluit etiam dñs meus Alexã. de Imo.

Imo. in co ſ. 129. in 2. col. in 2. uol. inci. quando in ſubſtitutionibus, &c. Ita dicamus in † propoſito noſtro, quòd dicta teſtatrix cogitauit dictam Syluestram neptem ſuam maritari, uel profiteri religionem: ſed non decedere ante alterũ prædictorũ caſuũ, & ſi cogitaſſet eã prædeceſſiſſe abſq; dubio reliquiſſet dictas lib. ſex præfato magiſtro Lud. ergo perinde eſt ac ſi expreſſe reliquiſſet d. l. Titius. §. Lucius. de li. & poſt. & facit gl. licet vulgata in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. Aut volumus dicere & ſecundo loco, ꝙ iſte eſt caſus prouiſus, per dictam teſtatricem: & tunc etiam ſolutio dictarũ librarum ſex omnino debet fieri dicto magiſtro Lud. tempore uitæ ſuæ. Et conſidero, ꝙ dicto teſtatrix, non reuocauit unquã dictum legatum, quo ad dictũ magiſtrũ Ludouicũ. ſed bene reuocauit ſeu mutauit exactionem & ſolutionẽ de dicto uſufructu dictæ domus: nam voluit ꝙ ſolutio & exactio dictarũ pecuniarũ primo ſpectaret ad cõmiſſarios ſuos, quandocunq; dicta Syluestra, uel maritaretur uel religionem profiteretur: ſed poſtquam maritata eſſet, uel profeſſa, uoluit tũc directũ dominiũ dictæ domus peruenire ad eam Syluestrã: tamen cum onere ſuo nam dictas ſex libras non propter hoc uoluit ad eam pertinere, ſed bene directũ dñium & exactionem & ſolutionẽ fiendam de dicto uſufructu ſpectare ad eam. & ſic quo ad domum prædictam reſpectu ſolutionis & exactionis poſuit eam loco cõmiſſariorum cum largitione directi dñii, in eam, ad hunc finem, ut mortuo prædicto magiſtro Ludouico, vſusfuctus dictarum librarum ſex conſolidaretur poſtea in ipſam quã credidit ſuperuiuere, pluſquam dictus magiſter Ludouicus. Et hoc eſſe uerum oſtenditur: quia in eodem legato ipſa teſtatrix prouidit in caſu quo dictus magiſter Ludouicus præcederet, antequam profeſſa eſſet in monaſterio, vel antequam contraheret matrimonium, & uoluit quòd ſolutio fieri deberet de dictis ſex libris dictæ Syluestræ eius nepti &c. & ſic dicta teſtatrix conſiderauit potius dictum magiſtrum Ludouicum debere præcedere ante dictam Syluestram, quam econtra, & hoc ultimum multum etiam facit pro eo, quod dictum fuit ſupra, in principio, circa caſum obmiſſum, quòd teſtatrix non cogitauit eam præmori: ſed potius cogitauit totum contrarium. Ex quibus omnibus concludo omnino commodum dictarum librarum ſex ſingulis annis ſpectare & pertinere toto temporæ vitæ ſuæ, ad dictum magiſtrum Ludouicum. Laus Deo.

Et, ut ſupra ſcriptum eſt conſulo, & iuris eſſe dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & eques ſacri palatij apoſtolici aduocatus conſiſtorialis iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetuſtiſſimo regiæ ciuitatis Bononiæ ſtudio. In quorum fidem propria manu me ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſignaui. Laus Deo ſupremo, & Beato Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII XXIII. TALIS EST.

Maritus quidam habuit ab eius vxore tempore contracti inter eos matrimonii dotem mille ducatorum. Demum conſtante matrimonio vxor prædicta commiſit adulteriũ cum amaſio, prout liquido probari poteſt: quod cum ſciret, maritus, quæſiuit venenare eam, prout etiam probari poteſt quòd uoluit eam occidere veneno. Modo maritus accuſat uxorem de adulterio ad finem, vt lucrifaciat dotem eius: quã dicit ob adulterium perdidiſſe: ipſa excipit ſe defendendo, quòd ipſe voluit eam veneno occidere. & per conſequens mutua compenſatione hæc duo delicta compenſari debent. Quibus ſtantibus, quæritur quid iuris &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit punire vxorem de adulterio, marito nolente.*
2 *Delicta an & quando tollantur mutua compenſatione maxime vero lenocinium cum adulterio.*
3 *Maritus an poſtea cognoſcendo carnaliter vxorem adulteram, videatur ei remittere perditionem dotis. Et quando inducatur renunciatio. & nu. 4.*
5 *Vxor an perdat dotem per adulterium a ſe commiſſum & etiam lucra inde prouenientia ſibi ex parte mariti, a ſtatuto, vel ab alia lege. & num. 5. & 6.*
7 *Maritus tenetur ad dotis reſtitutionem per adulterium per eum commiſſum.*
9 *Damni maior ratio eſt, quam lucri.*

CONSILIVM XXIII.

Cor mundum Crea in me Deus: & ſpiritum rectũ innoua in viſceribus meis; ut in præſenti conſultatione ea, quæ iuri & ueritati conſona ſunt, in medium afferre ualeam. Viſo igitur puncto mihi porrecto, una cum dubiis exinde ſubortis. Obmiſſo multiloquio, prout mei moris eſt, & eo maxime, cũ res ſatis clara ſit: breuiter dico circa primũ dubiũ, quo quæritur: an probato 1 adulterio † cõmiſſo per ipſum mulierẽ, ex quo adulterio fit iniuria marito, & toti domui ſue, iuxta no. plene per dominũ meũ Alex. de Imol. in conſi. lxxviii. in v. uol. incip. uiſo & diligenter ponderato proceſſu, &c. in pe. co. & plus dicebat Pau. de, Ca. in cõſi cxcii. incip. in cauſa incarceratorũ &c. ꝙ magna uerecundia eſt marito, accuſare vxorẽ de adul- 2 terio: quia facit ſe cornutũ &c. poſsit ipſa ſe † defendere replicatione & ꝓbatione ueneni ſibi deferẽdi ꝑ maritũ: & ſic qui eã uoluit occidere, dico ꝙ non: quia delicta hic mutua cõpenſatione tolli nõ

poſſunt

possunt cum non fuerint eodem tempore perpetra
ta sed prius præsupponitur eam commisisse dictũ
adulterium: unde cessat dispositio l. uiro atq; uxo-
re. cum ibi plene no. & l. cum mulier. ff. sol. ma. & c.
significasti. extra de adu. & c. pe. 32. q. 6. & c. 1. & p
totum. 2. q. 3. Præterea nec maritus in casu isto te-
nuit concubinas. & sic commisit etiam ipse adulte-
rium, uigore cuius posset opponi, ut habetur. in d.
3 l. significast. cum aliis suprà allega. † Similiter ma-
ritus nec etiam tenuit eam uxorem adulteram, ex
post cognoscendo eam carnaliter: quo casu si hoc
fecisset, tanquam nondum peracta pœnitentia, ue
reus lenocinij, non posset obijcere de adulterio cõ
tra eam: ut in c. 1. & 2. & in §. crimine. 32. q. 1. & in
l. castitati. C. de adul. & in l. 2. §. lenocinij. ff. eo. tit.
& noluit Pau. de Cast. in consi. 128. in 1. col. incip.
hæc mulier &c. ubi plus dixit idem esse in hærede
mariti, qui si scit uxorem adulteram, & nihil dixit,
non potest opponere post ea de adulterio. & hinc
est, quòd dicimus quòd adulterium non potest pu
niri, nisi marito uolente secundum Rap. ful. in cõs.
133. incip. dos confessata &c. & sic eius remissio
4 stat in pectore mariti. † Nec etiam maritus iste co
gnouit eam scienter post peractam pœnitentiam
per uxorem: quo casu inducitur reconciliatio &
adulterii remissio, & non perditur amplius dos: ut
in c. quod autem. 32. quæstione 2. & in c. quemad-
modum. de iureiuran. & in c. plerunq; extra de do-
na. inter uirum & uxorem. quibus casibus cessanti-
bus modo sequitur necessario, quòd reseruata est
integra actio dicto marito agendi de adulterio, cõ
tra uxorem non obstante replicatione, & etiam ꝓ-
batione præparati ueneni, & ꝙ ipsa perdidit dotẽ
propriam omnino ob adulterium, nec potest di-
sponere, nec testari de ea: secundum Ludo. Ro. in
suo consi. 286. inci. mulier, quæ commisit adulteriũ
&c. & Ab. in consil. 40. in 1. vol. consiliorum suorũ
inci. quodam mulier accusata &c. quæ consilia ego
edidi, dum legerem iura ciuilia ordinarie de mane
in almo studio Ferrariæ diuo Hercule estasi regnã-
te & Bal. in consil. 88. in 1. parte consiliorum suorũ
in c. nam quandoq; per adulterium. &c. & in consi.
377. inci. Pe. &c. in eadem prima parte cõsiliorum,
5 in quibus locis concludunt, ꝙ uxor amittit † dotẽ
propter adulterium ab ea commissum: per iura de
quibus ibi per eos, & etiam Pau. de Cast. in consil.
318. inc. dos an perdatur per stuprum &c. ubi dicit
idem esse in uxore putatiua. nam perdit dotem pro
pter eius adulterium, & subdit, ꝙ adulteriũ est cri-
men capitale & grauissimum. & ibi etiã ponit diffi
6 nitionẽ adulterij. Circa † vero secundum dubium
quo quæritur: an perdita dote propter adulterium
prout est perdantur etiam lucra prouenientia ei tẽ
pore matrimonij per legem municipalem delata.
In hoc etiam dico breuiter, quòd sic: nam si de quo
minus uidetur inesse, & inest, ergo de quo magis,
multo magis, inerit. C. de sacrosan. eccle. c. cum in
cũctis. extra de elec. cum simi. sed ita est ꝙ propter
adulteriũ uxor perdit dotẽ suam propriã. d. l. viro.
& l. cũ mulier. ff. sol. ma. ergo multo magis debet p
dere ea quæ a statuto pro lucro, sunt ei delata. Pro
7 † quo adduco illud quod econtra dicimus de mari
to, qui propter adulterium per eum commissum te
netur ad omnimodam & plenam restitutionem do
tis, & perdit ẽi fructus oẽs prouenientes sibi ex di
spositione l. consensu. C. de repudijs. & d. c. plerun
que. de dona. inter uir. & uxor. & 32. q. 6. per totũ.
& no. in c. Romana. de senten. excommu. in glo. in
uerb. offenso. & c. li. 6. & uoluit Pau. de Cast. in suo
consi. 392. in 1. col. inci. de quadam uxore, &c. er-
go econtra idem est dicendum in uxore, adulteriũ
committente: ut perdat non solum dotem propriã:
sed lucra etiam omnia prouenientia uigore iuris
municipalis. Plus dico, ꝙ nedum uxor perdit lucra
illa proueniẽtia uigore iuris municipalis: sed etiã
non põt habere nec petere expensas, nec alimenta
a marito. Et ex hoc apparebit decisio tertiæ dubi-
tationis principalis. ita ꝓbatur in l. si cum dotẽ. §.
sin antẽ in seuissimo cum ibi plene not. ff. solu. ma-
tri. & etiã uoluit Pau. de Ca. in d. consil. 392. in ulti
ma col. & Fede. de senis in consil. 177. inci. domino
Corrado. Præterea ad idem faciat: quia lucrum de-
latum ab ista lege municipali, in casu nostro, uide-
tur esse delatum propter matrimonium, iuxta not.
in l. si donaturus. in fin. ff. de condi. ob causam vn-
de quia mulier uiolauit matrimonium ipsum, de-
bet perdere omnia sibi delata occasione matrimo-
nii. & per consequens perdit ea lucra, iuxta text. in
c. ex eo. de regu. iur. li. 6. Ad idem faciat: quia ma-
8 ior est ratio † damni, quam lucri. l. fin. C. ad l. fal. sed
si dicta mulier perdit dotem propriam. & sic pro-
pter adulterium suum damnum: multo magis de-
bet perdere lucrum. Et uideatur omnino, si in di-
cta lege municipali allegatur aliqua ratio. nam ex
ea potuissem elicere plura & plura fundamenta, si
eam uidissem, sed mihi ostensa non fuit: sed hæc
pauca sufficiant pro ueritate, cum ueritas consistat
in paucis. Laus Deo, Amen.

Et ut supra scriptum est, concluso, & iuris esse
dico. ego Ludouicus Bologninus, utriusque Iur.
Doctor, & æques, sacri palatii apostolici aduoca-
tus consistorialis: iura ciuilia ordinariæ legens in
hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ
meæ studio. Et in fidem præmissorum propria ma
nu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus
Deo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASUS CONSILII XXVII. TALIS EST.

HYpolitus Veronensis, habens filiam vnam legitimam & naturalẽ, vnã etiã spuriã, acquisitam, constante adhuc matrimonio, inter eũ & coniugem suam propriam, maritauit filiã legitimã a Titio ex genere satis cõpetẽte, iuxta facultatẽ suã, & etiam secundum dignitatem generis prędicti. Demum veniens ad mortem uxore iam pręmortua, instituit sibi hæredem vniuersalem, pręfatum generum: nulla facta pœnitus mentione de dicta filia sua spuria in

totum, & per totum, ac si eam non habuisset. Ex post eo mortuo dictus Titius gener maritauit illam filiam spuriam cognatam suam satis honorifice de bonis hæreditariis prędictis; propter quod comparuerunt procuratores fiscales, uolẽtes auferre ea bona: utpote ab indigno, & ut quem dicunt accommodasse fidem, & tacitam socero suo: qui non uolens instituere dictam filiam spuriam instituit illum hæredem, & uidetur uoluisse eum grauare tacite de danda sibi illa parte bonorũ, nomine dotis. Econtra uero dicitur, quòd non, & hincinde agitatus est processus, Ex quo modo dubitatur, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Patris affectio, an inducat tacitam fidem.*
2 *Fideicommissum tacitum, in fraudem legis factum. quando quis habet spurium, cui non potest relinquere, an & quomodo probetur per probationes & præsumptiones. & nu. 3.*
4 *Coniectura faciant ne probationem manifestam. & numero. 6.*

CONSILIVM XXIIII.

Cormundum Crea in me

Deus: & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consolatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. In præsenti igitur hesitatione uidetur dicendum quod non præsumatur facta institutio in fraudem legis: nec presumatur fraus taciti fideicommissi per tex. in terminis in l. fin. in princip. ff. de his, qui. ut in-

1 dig. † in uerb. suspicione taciti fideicomissi ratio paternæ affectionis, non admittit &c. ubi uidetur casus in terminis pro hac decisione. nam gener ibi instituit socerum, & dicitur non præsumi suspicionem taciti fideicommissi, propter affectionem paternam, &c. ista ratio tanquam generalior dicto, militat, etiam contra si socer instituit generum, cum ratio paternæ affectionis non inducat suspicionem & hoc ibi clarius sentit gloss. 1. &

2 ibi Bar. summat illum text. cum quo alij. † Secundo ad idem facit, quia non potest præsumi fraus in præsenti casu, quia socer instituit generum in omnibus bonis suis, & posset esse, quòd ipse alios institueret hæredes, & sic filia illius soceri reperiretur pœnitus exclusa, ex quo non reperitur rogatus gener restituere illi, unde uidetur cessare omnis fraus taciti fideicommissi. Nihilominus his non obstantibus puto in casu nostro præsumẽ omnino fraudem taciti fideicommissi, & omnino ista bona auferri debere ab isto genero, ut ab indigno: nam tacitam accommodasse fidem probaretur, si proferatur chyrographum quo se ca-

uisset is, cuius fides eligitur. sed & aliis probationibus &c. tex. est in l. non mulier. §. tacita aut fideicomm. ff. de iur. fi. notanda sunt illa uerba. quæ fuerunt adducta in contrarium per dominum allegantem, & iudicio meo ibi est casus in terminis contra eum, pro hac dubietate. nam ille text. dicit, quod probatur tacitum fideicommissum per chyrographum hoc est per scripturam priuatam iuxta l. seruum. §. qui chyrographum. ff. de leg. 1. l. qui chyrographum. ff. de leg. 3. cum. si. subdit text. uel aliis probationibus &c. Pro certo ista uerba ostendunt, quòd non requiritur magna uel dissimilis probatio: sed similis præcedenti probationi fiendæ, cum scripta priuata per illud uerbũ & aliis &c. quod uerbum est implicatiuum similium. l. si fugitiui. cum gloss. sua. C. de ser. fug. capi. sedes extra de rescrip. cum si. & sic, quòd sit probatio simili probationi resultanti ex scripta priuata, ut sonat ille tex. aperto ore. nec in libro meo est uerbum, manifestissimis probationibus, uel manifestis, quæ uerba si essent, forte aliud esset dicendum in casu nostro: sed non reperitur manifesta probatio: sed alia probatio similis probationi resultanti ex scripta priuata, quæ non est magna. nec ita difficilis probatio. Et si tu diceres in casu nostro, quæ est ista similis probatio: prout requirit ille text. ex qua detegatur fraus taciti fideicommissi, dico quòd sunt plures, si bene ponderentur. Primo, quia iste gener institutus collocauit nuptui cognatam suam spuriam: quod nõ fecisset, si non habuisset a testatore modum & uiam. nam nemo præsumitur uelle iactare suum. leg. cum de indebito. ff. de probat. de quo uide omnino Bald. in suo cõsil. 241. in 2. parte consiliorum suorum incipi. spurio & cæt. ubi ponit late de iuris præsumptionibus in materia nostra: & in consil. 237. in 3. parte incipiẽ. ad euidentiam, &c. & in consi. 230. in eadem tertia parte, incipien. titulus principales Achaiæ &c. Secundo, quia uendidit cognato suo aliqua bona pro ualde minori prætio, quam ualerent: quod alias non fecisset, si non fuisset tacite rogatus a testatore, & tacitam dedisset ei fidem super hoc, pro eadem ratione de qua supra: cum non præsumatur quis uelle iactare suum, uẽdendo pro minori prætio, quam ualeret. Tertio, quia præsupponitur mihi in facto, nihil esse relictum per dictum testatorem suis filiabus spuriis: unde non est præsumendum, quod non reliquisset eis, aliquid: cum potuisset saltem, quo ad alimenta relinquere eis, uel in causam dotis, & pro dote iuxta not. text. cum ibi plene not. in capitu. cum haberet. extra de eo, qui contraxit mat. cum ea, quam pol. per adulter. & per not. per Bartol. in d. l. final. de his qui. ut indign. & per Bald. in l. mater. C. de iure doti. & Bald. in l. si quis incesti. C. de incest. nupti. & Bartol. in authenti. ex complexu. eod. titul. & per alios docentes ibi post eum. & per dominos Canon. in d. capi. cum haberet. maxime per do. Abb. in 2. & 3. colum. in quibus locis concludunt præfati scriben. quod pro dote, uel pro alimentis potest relinqui filiis spuriis. Et hic est unus bonus modus, per quem potest de iure eis prouideri: dũ modo non excedat magnã quantitatẽ. prout dixit

Bar.

Bartol. in dict. l. fi. in 2. columna. in uerbo. quis ergo erit modus &c. & Barto. in dict. authentic. ex complexu. & idem sequitur etiam subtilis doctor combononiensis domin. Matthæus de mathæsel. in suis not. dictis in not. clx. vbi facit magnum festum de hac doctrina Bartol. in locis supra alleg. Cum 3 † ergo in casu nostro præsupponatur nihil pœnitus fuisse relictum dictis filiabus per patrem, præsumendum est omnino, quod prouidit eis per tacitum fideicommissum factum genero suo, de quo confidit: alias præsumeretur habuisse, odio carnem suam, quòd non est dicendum secundum gloss. nor. in l. 1. ff. in ius uoca. ut eant. & in l. 3. ff. de receptato. cum simili. Et hæc nó est modica præsumptio ad conuincendum generum de tacito fideicommisso, quæ æquipollet priuatæ scripturæ. unde sumus in terminis d. §. tacita autem fideicommissi. ubi non requiritur manifesta probatio: prout uidetur uelle dominus aduocatus partis aduersæ qui forte habet text. suum in hoc defectiuum. uel posito, quòd in eo text. essent illa uerba, aliis probationibus manifestis &c. adhuc dico, quòd 4 per coniecturas suprà allegatas, dicitur † fieri probatio manifesta. nam coniecturæ faciunt probationem manifestam: ut in l. 1. & ita per illum text. uoluit ibi Ludo. Ro. C. de test. mili. licet imperator. ff. de lega. 1. l. si quis locuples. in fin. ff. de testa. mann. & ita omnino sumus in terminis. d. §. tacita. authen. ubi est casus apertus, pro ista parte. Non ob. modo text. in d. l. fi. de his qui. ut indi. quia uerum est quòd sola ratio paterne affectionis non inducit tacitum fideicommissum uel eius suspicionem, sed aliis concurrentibus, sic, prout in casu nostro in quo ultra affectionem paternam concurrunt alia de quibus suprà dixit: quæ non repeto ne idem sæpius dicamus. Vltimo † si prædi- 5 ctæ præsumptiones non concurrerẽt quæ uere cõcurrunt ad inducendum fideicommissum tacitum, & eius suspicionem & fraudem, dico quòd est deueniendum ad nor. practicam traditam per Barto. in d. §. tacita. authen. in uer. noto secundo &c. ubi per gloss. ualde. nor. ibidem dixit quòd potest hæres institutus interrogari a iudice uel a parte: an fuerit tacite rogatus a testatore & tenebitur respõdere iste gener, & idem in terminis uoluit Barto. in d. l. fi. in 3. co. in uer. quæro. utrum hæres teneatur &c. & Bartol. in 2. §. quod obseruari. C. de suc. Cal. & Barto. in l. Marcellus. §. 1. ff. rerum amo. & Barto. in suo consi. incip. cæcus de Spoleto &c. in quibus locis decidit casum nostrum, & semper allegat gloss. illam in d. §. tacita. authen. in uer. probationibus. Laus Deo. amen.

Et, ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & æques sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis. &c. Et in fidem promissorum propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & Beato Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII XXV. TALIS EST.

IN amplissimo ac opulentissimo regno Franciæ vniuersalis & indubitata longeuaque consuetudo extat, ꝙ quotiẽscunque aliquis vendit rem immobilẽ, consanguineus venditoris vsque ad quartum gradum potest rem prædictam immobilem habere ab emptore, pro simili pretio, & dictus emptor cogitur reuendere dicto consanguineo, dũmodo petat infra annum & diem, a dicta vẽditione computandum. Stante dicta consuetudine loquẽte de venditione, prout suprà q̃ plures & maximẽ iure periti soliti sunt facere multos contractus fictitios & simulatos per viã permutationũ & similiũ contractuũ, ad fraudandã cõsuetudinem p̃dictam, & uenditorũ cõsanguineos. Quibus stãtibus honorabilis vir Gulielmus Roberti Gurgensis. 10. anni sunt, seu circa, verus dominus cuiusdã domus positæ & confinatę, prout ex eius confinibus in instrumẽto appositis latius apparet eã pluribus uenalem fecit, & publicauit. Et tandẽ dominus & magister Arnaldus Belietij magnus practicus & subtilis, tractauit cum dicto Gulielmo Roberti de habendo dictã domũ. Et ad finẽ, vt præsupponitur, fraudandi dictã cõsuetudinẽ: vt ex perspicuis indicijs iudicari põt, permutauit cum dicto Gulielmo domum prędictam dando ei causa permutationis quandã rem censualem seu emphyteuticam ad eum spectantem iure directi dominij, soluentem annuatim certos census per cõductores seu colonos eiusdem. Et de his omnibus fuerunt confecta instrumenta publica permutationis, in forma valida, cum iuramento & renunciatione, &c. & aliis clausulis necessariis. & pro se & suis hæredibus vniuersis & quibuscunq; quæ permutatio fuit adimpleta ꝑ corporalem rerum permutationem. His peractis, illico eadem hora, loco, anno, & eisdem testibus dictus Gulielmus promisit pro se & suis vendere dicto Arnaldo & suis prædictam rem emphyteuticam acceptam loco permutationis pro pretio centum scutorum auri, totiens quotiens per ipsum Arnaldum vel suos requireretur & hæc sunt formalia verba dicti contractus seu pacti secundo loco initi: in quo notarius non apposuit dictionem &c. longam, nec breuem, sed simpliciter scripsit. Quibus peractis cum dictus Gu-

lielmus Roberti inter cæteros eius liberos legitimos & naturales haberet dominā Iuetam eius filiam,legitimam & naturalem vxorem honorabilis viri domi. magistri Pet. in decre. licentiati, eo marito intercedente & procurante infrā annum,& diem, comparuit in iudicio, dicens contractus prædictos initos fuisse simulatos, & fictitios, & factos ad fraudandam dictam consuetudinem & consanguineos.inter quos ipsa una erat.& sic petijt vigore dictæ consuetūdinis,quòd dictus Arnaldus compelleretur ad retrocedēdum iura, & actiones: offerendo soluere sibi centum scuta. Tandem certis ex post temporibus decursis,præfatus domi.magister Pe.maritus eius mortuus est, necnon dictus Gulielmus, pater dictæ dom. Iuetę: qui Gulielmus in testamento suo instituit filium suum legitimum & naturalem, & uxorem hæredes vniuersales,necnon reliquit dictæ dominæ Iuetæ dictam rem emphyteuticam seu censualem ut supra permutatam, quæ accepit realem recognitionem dictæ rei, & etiā annuatim recepit pacifice & quiete canones seu cēsus debitos.Demum dictus Arnaldus, & dicta domina Iueta tenuerunt & possederunt ex inde dictas res permutatas a dicto processu seu causa in decisa pendente,sine tamen litis contestatione: sed porrecta simplici petitione tantum: ut dictum est. Qui Arnaldus post dictos contractus permutationis, post septem annos nullam unquam fecit diligentiam nec in iudicio,nec extra,de rehabendo dictas res censuales vigore pacti vltimo loco inter dictos contrahentes initi. A duobus annis circa mortuus est, nullis relictis hæredibus ex propria carne: sed fecit testamentum, in quo instituit duos Ioannes eius fratres ex parte patris tantum hæredes uniuersales: qui post mortem dicti Arnaldi hæreditatem eius adiuerunt: qui inquietant dictam dominam Iuetam, offerentes ei coram iudice competenti dicta centum scuta, pro rehabenda dicta re emphyteutica seu censuali, uigore supradicti pacti. Et (quod plus est) parte inaudita fecerunt committi certo notario: quia ille notarius de prædictis rogatus mortuus est extensionem dictorum instrumentorum,& maxime dicti pacti de dicta re emphytheutica rehabenda seu uendenda, prout supra, qui notarius commissarius, parte etiam minime uocata, extendit dictam notam loquentem, prout supra, sine dictione &cet. breui uel longa, ut sonaret pro se & suis hæredibus, & successoribus uniuersalibus. Ex quo facto & themate oriuntur modo quæstiones infra positæ.

SVMMARIVM.

1 *Contractus quomodo præsumantur fictitii & simulati,ex eorum uicinitate. & nu.3.*
2 *Probatio sit ne euidentissima per coniecturas.*
3 *Consuetudo Franciæ loquens de uenditione, habeat ne locum in permutationibus indistincte. Et an sit cōtrarius: & quomodo interpretanda num. 6.*
4 *Datio in solutum,comprehenditur sub nomine emptionis & uenditionis.*
5 *Habere,uerb.quid importet.*
7 *Res uendita extraneo. potest uendicari etiam ab ultimo emptore,a coniuncto seu uicino.*
8 *Iuramentum appositum,de retrouendendo,quos liget.*
9 *Notarius an possit subrogari, ad extensionem note. Et an extendens aliter, quam sonet, incidat in falsum. numero. 10.*

CONSILIVM .XXV.

Cor mundum Crea in me Deus:& spiritum rectū innoua in visceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati cōsona sunt, in medium afferre ualeam. Viso igitur puncto mihi exhibito, necnon & dubiis ex eo prouenientibus, & omnibus aliis ad rem hanc facientibus, mature & diligenter ponderatis. Capio † primam, principalemque dubitationem an scilicet dictus contractus asserte permutationis pręsumatur simulatus.& obmissis non necessariis dico breuiter, quod sic:sed antequam aperiam medullam huius dubitationis, præmitto aliqua multum necessaria. Et primo, quod contractus simulatus probatur per coniecturas & per indicia, præsumptiones,cum huiusmodi simulationes occulte fiant, alter de altero confidat: ita habetur in l. non omnes. §.a Barbaris.ff.de re mili. & in c.illo uos. de pig.& in c.ad nostram de emot.& uendi.& not. gl.in l. 1.ff.de proba.& in l.qui ex libris. in prin.ff. de secun.tabu.& per Inn.in c.cū officii.extra de testa.& per do.meum Alex.de Imo.in consi.ccviij.in v.vol.consiliorū suorū incip.an feudū nouū,&c.in 1.2.col. & in consi.lvii.in eodem v. volu.incipien. uisa breui casus narratione &c.& Rapha.Cu.in cōsilio.lxxxj.incipi. quæ requirantur ad probandum contractum, &c.& in consilio clv.incip. simulatio contractus, ex quibus &c.& Raph.fulgo.in consi. clxxxiij. incip.in quæstione uersa. &c.& in consi. xlij.incip.Franciscus habens Martinum &c. & do. Abb.in consi.v.in 1.uolu.consiliorū editorum per me eo tēpore, quo legabam iura ciuilia ordinariæ de mane in ciuitate Ferrariæ,etiam in consil.xij.in 1. uolu.incip. & si cognosco &c.& in consil.xvj.in cip.in præsenti q̄stione fratrum ordinis &c. & per illust.doctorē do. Fran.Are.in consi.lxxv.inci. diligenter & mature consideratis.& in cōsil.clx.incip. longa est ista consultatio,&c.& Bal. in consi.xviij. in prima parte cōsilio.incipi. quærit de talia &c.& Bal.

Bal. in consi. 18. in secunda parte inci. uertentis &c. & licet in dictis locis & consiliis fiat mentio de aliquibus coniecturis tamen aliæ uerisimiles non excluduntur: quia exempla non restringunt regulam l. damni infecti. §. fi. ff. de dam. infec. l. regula. §. fi. ff. de iuris & fac. igno. Secundo præmitto, quòd per sequentia declarantur qualis fuerit animus in præcedentibus & econtra l. sed Iulianus §. proinde. in uersien. intelligendum, quæ ab initio &c. ff. ad Macedo. l. cum quis circa fina. C. de natu. lib. ibi neque enim uerisimile &c. l. uenditor. §. fi. ff. de pri. cred. & l. qui concubinam §. res amotas. in fin. ff. rerum amo. & not. in cap. peruenit. 18. distin. Tertio præmitto, quòd † probatio quæ fit per coniecturas dicitur esse euidentissima. l. si tutor. cum ibi not. in gloss. C. de pericu. tut. l. licet imperator. ff. de lega. 1. cum si. & per Ioan. de Ana. in consi. 40. incip. uisis statutis &c. & ibi in addi. meis ad ea consilia. His præmissis dico, quòd dicti contrahentes, de quibus agimus uoluerunt facere potius uenditionem, quam permutationem. Et prima præsumptio huius simulationis resultat: quia cum permutatio fieri consueuerit simpliciter, ut res sint perpetuo pœnes accipientes: hic non fuit sic. nam in eodem instanti dictus Gulielmus promisit uendere dictam secum permutatam pro pretio centum scutorum. & sic apparet, quòd non fuit uerus animus faciende uere permutationis: ut omnino remaneret pœnes eum qui rem suam permutauit. Secundo ex alio probatur simulatio huius contractus ex tam paruo interuallo quo fuit appositum dictum pactum, iuxta text. in l. plerique. ff. de ritu nupt. ubi, si mulier, quæ recessit a marito reuersa est infra breue tempus, dicitur idem matrimonium esse, nec censetur animo diuertendi, & matrimonium dissoluendi. Ad idem facit text. in l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manumis. ubi est casus multum notabilis ad propositum nostrum accommodatus: ubi probatur, quòd ubi † est actum a principio quòd contractus modico tempore duret, præsumitur simulatus. & ita per illum text. determinauit Bartol. in quodam suo consil. incipien. Petr. Nicol. &c. ubi ponit etiam multas species simulationis: & inter alias ponit istam de duratione contractus per modicum tempus. & facit bonus text. in l. si uentri. §. fina. ff. de priuileg. cre. ergo cum hic actum fuerit in eodem instanti, quòd dicta res restitueretur pro pretio centum scutorum dicto Arnaldo, quando sibi uideretur & suis detegitur manifeste, quòd non fuit animus uere permutationis sed simulata fuit uenditio potius. Secunda coniectura resultat: quia dicta res emphyteutica fuit æstimata, ubi ab initio de pretio non fuerat facta commemoratio: ut reddere posset pro centum scutis. & sic effectualiter conuentum, ut ualeret centum scuta. & per consequens dicitur uere æstimata dicta res quæ æstimatio facit eam rem esse: loco potius ueri pretii, quam rei permutatæ l. si æstimatis. & l. æstimatæ. ff. solu. matrimo. Tertio etiam accedat, quia apparet causis simulationis scilicet ut consanguinei non ponent rescindere dictum contractum uigore consuetudinis existentis in regno, iuxta not. per Bartol. in l. post contractum. ff. de dona. ubi ponit etiam Barto. quando personæ essent suspectæ uel prohibitæ iuxta. qui testamentum. ff. de proba. & l. cum quis. §. Titia. ff. de legat. 3. Alia etiam resultat coniectura ad docendum de simulatione contractus: quia dictus Gulielmus ante assertam permutationem factam cum dicto Arnaldo pluribus habitatoribus in eo loco dictam domum uenalem fecit, prout in puncto præsupponitur ex quo præsumitur etiam postea uendidisse. Sicut dicimus in similibus terminis: quãdo sumus in contractu uenditionis usurarum pignoris, uam postea si probatur, quòd ante uenditionem quis quærebat accipere mutuo pecuniam super illa re: dicitur potius pignus, quam uenditio iuxta not. in d. cap. ad nostram. de emp. & uen. & uoluit Paul. de Cast. in consi. 333. incipi. in Cristi nomine amẽ. uisa petitione prædicta, & testibus &c. in 1. col. & ita dicamus in proposito, cum iste Guilielmus quæreret uendere antea dictam domum, quòd ista asserta permutatio præsumitur simulata & facta animo uendendi, & si forte hæc indicia separate considerata non ostenderent simulationem permutationis: saltem omnia simul iuncta debent hoc probare: iuxta l. si stipulatus. ff. de usu. & in l. 2. in prin. ff. de excus. tuto. & in cap. fi. de succes. ab intesta. cum si. Ex quibus omnibus concludo dictam permutationem fore simulatam & sonare in ueram uenditionem. & per consequens concludo ex hoc primo capite, quòd potest domina Iueta uigore dictæ consuetudinis existentis in regno habere dictam, si eam uoluerit. † Secundo ex alio capite dico eandem posse admiti, & hoc etiam considerandum est pro uniuersali declaratione & interpretatione dictæ consuetudinis in toto illo regno Franciæ uigentis. nam licet alias resultet permutatio ex rebus hinc inde traditis: tamen quando ego habeo rem uenalem, & tu das modo aliam rem æstimatam, certe dicitur uerus contractus emptionis & uenditionis, adeo quòd statuta uel consuetudines loquentia uti loquentes de uenditione comprehendunt istum casum: quando datur una res æstimata pro alia inestimata. Ita singulariter decidit Pa. I. de Cast. in l. 1. ff. de rerum permu. in 3. column. in uersicu. adhuc oppo. extra gloss. &c. & in uersicu. ista sunt notabilia, si statutum &c. ubi loquendo in terminis statuti loquentis de uera uenditione, decidit prout supra dixi. & uoluit etiam Saly. cum bononiensis: in d. l. 1. in uersic. oppono quòd iste tex. &c. Plus uoluit ibidem Sal. post Bartol. quòd ubicunque in contractu interuenit species ex una parte, & ex alia species taxata pro certa quantitate, est uerus contractus emptionis & uenditionis allegat text. in l. pretii causa. C. de resci. uen. sed in casu nostro interuenit nedum species ex una parte taxat pro certa quantitate: sed etiam alia res præsupponitur, quòd erat uenalis. quæ duo indubitanter arguunt & ostendunt ueram uenditionem & ex hoc possunt tolli omnia, quæ adducerentur in contrarium maxime doctrina. Spec. & Ioan. And. in titu. de emp. & uendi. §. nunc dicendum uer. sed pone statutum &c. nam loquuntur, quando dabatur species pro specie: iuxta not. in l. libera. C. de seu. Ad idem adduco gloss. in l. fina. C. de prædiis curis. lib. 11. quam allegat & sequitur Bald. in capi. 1. in fin. in titu. de alie. feud. & Albe. de Rosa. in secunda parte statutorum in quæstione.

quæstione.206.ubi concludunt, quòd statuta loquẽtia de uenditione, uendicant sibi locum in datione insolutum uoluntaria. & idem etiam comprobauit Pau. de Cast. In suo con. in ordine meo 171. incip. in Christi nomine amen. super primum uidetur dicendum &c. ubi concludit quòd ubicunque potest apparere ex mente legis, quòd prohibuit uenditionem propter eius effectũ, sed ob alienationem magis, quam propter modum seu titulum comprehenduntur omnes contractus eodem effectum habentes. allegat tex. in l. si mater. C. de insti. & sub condi. fac. & idem etiam in terminis consulendo firmauit Ang. in suo consi. 240. incip. instrumentum, de quo in puncto, &c. ubi concludit, quòd in statutis facientibus mentionem de uenditione, & quod plus est etiam de emptione comprehenditur dato insolutum nam, secundum eum, ratione absurditatis uel contrarietatis uel ineptitudinis uitandæ, ita dicendum est & hoc propter mentem statuentium resultantem ex uerbis. allegat text. in l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus. ff. de uerb. sign. cum similibus. faciat text. in l. stat liber. a cæteris. §. quintus. ff. de statu lib. & in l. sicut. §. uenditionis. ff. qui. mo. pignus uel hypo. solu. & in §. quia uero. in authen. de non alie. & in l. 2. cum glo. & ibi plene no. per Barto. C. de usucap. pro empt. sed multum facit illa notabilis decisio Paul. de Cast. in d. consi. 175. in 1. col. in uers. Procedit ergo, dum dicit de lege prohibente uenditionem, magis propter effectum, quam propter modum. nam hæc ratio militat propriæ in casu nostro. nam dicta consuetudo considerauit magis effectum alienationis, quàm modum seu titulum, ut scilicet consanguinei usque ad quartum gradum possunt habere res consanguineorum ratione consortoriæ, priusquam extranei. Præterea accedat quia præsupponitur mihi, quòd consuetudo dicat, quòd consanguinei possunt 5 habere pro simili pretio &c. nam † illud uerbum, habere, est uerbum generale aptum comprehendere non solum rem uenditam: sed quomocunque alienatam. & per consequens non est tantummodo in consideratio dictæ consuetudinis solus contractus emptionis & uenditionis: sed omnes alienatio- 6 nes fiende per consortes. † Circa tertium dubium, an dicta consuetudo sit contra ius, uel præter, & large uel strictæ interpretanda: licet de hoc non sit multum curandum stantibus iam deductis, quę stringunt ad uictoriam dictæ dominæ Iuetæ. tamen dico, quòd est magis secundum ius commune, quam contra. nam licet de iure communi regulariter quis non compellatur emere nec uendere, nisi ad uotum suum. l. nec emere. C. de iure delibe. cum similibus. tamen ratione consanguinitatis & consortoriæ lex communis unit, quod magis uendatur propinquis, quam extraneis, iusto pretio. l. ad officium. & ibi Bald. C. communi diui. & uoluit Salice. in l. dudum. C. de contrahenda empt. & uoluit Bald. in l. 2. in fin. C. de rescin. uenditi. ubi dixit hoc esse uerum: duntamen det iustum pretium. & idem uoluit etiam Lodoui. Roma. in l. 1. in 2. column. ff. in ius uoc. ut eant. ubi ponit priuilegia coniunctionis. & est bonus text. In l. 1 ff. de priuil. credi. ubi coniunctus præfertur extraneo licitatori pignoris. Et 7 nota † quòd tale ius competens coniuncto, seu consanguineo, adeo est fauorabile, quòd etiam si transiret per mille manus, pôt uendicari ab ultimo emptore. arg. gl. in l. 2. C. de rescin. uendi, & in l. minor. in prin. ff. de euic. & in l. in causæ. in fi. ff. de mino. & ideo dicebat Paul. de Cast. in consi. 45. inci. in Christi nomine, amẽ. uidetur dicẽdum, quòd dictus Christoforus &c. quòd hæc consuetudo censetur inducta fauore consortoriæ. & ideo tale ius retractandi non potest cedi alteri in præiudicium aliorum de consor- 8 toria. ar. l. oratio. ff. de sponsa. Capio † quartum principale quæsitum quo quæritur, an dicta domina Iueta possit compelli ad uenditionem dictæ rei emphyteuticæ sibi legate In testamento, a patre. In quo dico breuiter quòd non, primo: quia ista retrouenditio sonat expresse in factum, ad quod quis præcisæ non potest compelli. l. si quis ab alio. ff. de re iudi. l. stipulationes non diuiduntur cum ibi plene no. ff. de uer. ob. nec potest pars aduersa tueri se iuramento, iuxta not. in l. 2. ff. de condi. ob causam In uer. quia lucasti ubi habet causam præcisam & iuxta not. in l. si insulam. ff. de uer. obli. cum simi. nam in hoc secundo cõtractu seu pacto inito inter dictos contrahentes, nõ est appositum aliquod iuramẽtum, imo fuit simplex promissio pro se & suis. Præterea & aliter possumus dicere, quòd licet esset appositum iuramentum, ligaret solum ipsos contrahentes: non autem eorum hæredes qui non iurarunt per no. per Bar. in l. generaliter. C. de rebus credi. & Bal. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. uendi. & Bald. in l. 3. C. plus ua lere quod agitur. & per Pau. de Cast. in consi. 70. incip. in Christi nomine, amen. uisis & consideratis omnibus &c, in 1. col. ubi allegat Inn. in ca. uetatis. extra de iureiur. licet secus esse dicat in hærede uniuersali, sed de his non est opus disputare, cum iuramentum non sit appositum etiam respectu ipsorum principaliter contrahentium, qui si uiuerent, non possent præcisæ compelli ad obseruantiam illius pacti; cum simus in obligatione factorum. Vel & aliter respondendo possumus dicere, quòd ex quo dicti Ioannes fecerunt extendere dictam notam, pro se & suis hæredibus & successoribus uniuersalibus, & iam produxerunt, & usi sunt eo instrumento, non possunt eius uigore agere contra dictam dominam Iuetam, quæ non est sua hæres, nec successor uniuersalis. de quibus loquitur dictum instrumentum sed est legataria quæ non comprehenditur aliquo modo in dictis uerbis: quæ uerificantur solum in uniuersalibus, & non in particularibus. & eo maxime, cum copulatiue ponantur ea omnia scilicet quòd sint sui hæredes, & successores uniuersales quos inter non comprehenditur dicta domina Iueta: iuxta not. per scrib. in l. quod dicitur. ff. de uerbor. obliga. & in d. l. ad optimum. §. liberos. ff. de in ius uoc. maxime per Bald. ibidem ubi concluditur, quòd ista uerba pro se & hæredibus suis non comprehendunt hæredes particulares hoc est legatarios nisi in instrumento dicatur pro se & hæredibus suis & successoribus quibuscunque. cum ergo casu nostro extensio fuerit facta, prout mihi præsupponitur, in facto, non potest comprehendere dictam Iuetam. & per consequens licet diceremus dictos Ioannes dici suos: tamen dicta domina Iueta non dicitur esse sua hæres & uniuersalis ...

duo

duo extrema requiruntur uigore dictorum uerborum in instrumento extense appositorum, quæ hic non concurrunt, ut de se patet. Et ex hoc tollitur unum obiectum quod forte contra dictam dominam Iuetam fieri posset, quòd ex quo acceptauit legatum sibi factum a patre in testamento, uidetur illud accepisse, cum onere suo, iuxta l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procur. & in l. 2. ff. de inr. omnium indi. cum similibus. nam non habet obstare primo, quia istud onus est tantummodo iniunctum hæredibus & successoribus uniuersalibus, ut sonant uerba dicti instrumenti. & per consequens non ligant dictam dominam Iuetam legatariam. Vel & secundo dicam, quòd (ut mihi præsupponitur,) dicta do. Iueta non obstante dicta citatione restituta est, ut mulier: & ut læsa in hoc, ut possit persequi ius suum fundatum ratione consanguinitatis, seu consortoriæ. Et ex his non est opus intrare quintum dubium: an dicti duo Ioannes dicantur esse sui, eo modo, quo sonat instrumentum. nam dato & non concesso, quòd essent sui, non possunt inniti contra dictam dominam Iuetam rationibus & causis suprà deductis. Sexto † principaliter aggredior aliud dubium, quo quæritur, an dictus notarius potuerit subrogari ad extensionem dictæ notæ, sine partis citatione, & in hoc primo dico, quod facit pro domina Iueta, quòd dicta commissio fieri potuerit. & ita consulo, quòd eam acceptauit, si nô acceptauit in parte, & partibus, per ea quæ supra dicta sunt. nam asserta commissio & asserta extensio faciunt pro ea stante extensione, de qua suprà. pro se & hæredibus & successoribus uniuersalibus &c. Sed posito quòd non faceret pro ea, dico quòd dicta commissio extensio fieri non potuit, ea non citata: iuxta l. de unoquoque. ff. de re indi. & l. nam ita diuus. ff. de adopt. & in c. cum. p. tabellio. de fide instrumen. ubi per dominos Cano. & maxime do. Abb. & per Bal. in consi. inci. rogatum siue scriptum &c. in 1. parte consiliorû suorum: sed in hac citatione uel commissione uel extensione non insisto, nam possemus dicere solam authoritatem iudicis sufficere: iuxta no. in d. c. cum p. tabellio. de fide instru. & per Pau. de Cast. in consi. 51. inci. in Christi nomine, amen. uidetur dicendum quòd dictus notarius, &c. ubi dicit, quòd in istis non requiritur citatio partis cum pars, dicens postea instrumentû non debuisse ita extendi, debeat semper audiri, postquam non fuit citata in extensione: quia secundum eum extensio censetur fuisse facta saluo iure suo. allegat no. in l. si cum. §. fi. ff. de fideicom. lib. & quod no in l. 3. §. bonorum. & in §. si causa cognita. cum glo. suis ordinariis. ff. de bon. pos. & per Bald. in l. 1. circa fi. C. qui admit. ad bono. poss. possunt. & per Inno. &c. in c. dudum. extra per præsum. cum multis simi. de quibus ibi per eum. Sed in hoc faciendum est ius, quod potest dicta d. Iueta & quilibet habens causam ab ea, dicere quòd dictus notarius non potuit eo modo extendere quo extendit. nam extensiones iste debent fieri de uerbo ad uerbum, nullo addito nec diminuto, secundû Spe. in tit. de instrumentorum edit. in §. uidendum. uer si. & not. quòd tabellio. & Bald. ibidem. & Bald. in rubri. C. de fide instrum. in 6. colum. & Nico. de mata. in l. si ex falsis. C. de transac. & Mode., in c. quoniam contra falsam. in uer. instrum. in x. col. de proba. nec hoc casu statmus extenso, sed note. secûdum Bart. in l. Sempronius proculo. ff. de leg. 2. & Bald. in l. publicati in ix. quæstio. C. de testa. & Moder. in d. c. quoniam contra falsam. in ix. colum. in uer. extra, quæro de probatio. & Barto. in l. si quis. §. prætor. ff. de eden. & Bal. in l. nostram. in 3. q. C. de testa. & Albe. de rosa. in l. contractum. C. de fide instru. & Bal. in tit. de pace constat. in uer. die lune. 10 &c. & d. Canonistas in d. c. cum p. tabellio. Et † ex hoc infertur ad decisionem septime & octaue quæstionis principalis. nam notarius extendens aliter quam sonet nota, malefacit, tamen non incidit in falsum: quia illa extensio non nocet parti, postquâ remanet sibi ius contradicendi per ea, quæ clare consuluit Paul. de Cast. in dicto consili. lj. per totû maxime in ulti. colum. in uerb. sed notarius non citat partes nec adhibet causæ cognitionem &c. sed de pœna extraordinaria saltem contra eum infligêda præsentia non discutio: quia non est nostrum loqui in causis pœnalibus, nisi ad absoluendum, iuxta l. absenté. ff. de pœnis. & l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. & maxime cum potius faciat pro dicta domina Iueta, quod dicta nota fuerit, & sit extensa, eo, modo, & forma, quo est in uersic. pro se & suis hæredibus & successoribus uniuersalibus &c. quæ uerba non ligant nec eam comprehendunt: utpote, quæ est simplex legataria, nec comprehensa est uerbis dictæ notæ extensæ, prout suprà dixit quo melius audiri & obtinere possit uotum suum quó modocunque & qualitercunque. Laus. Deo, Amê.

Et, ut supra scriptum est, consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus, V. Iuris Doctor. & æques, sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis. Iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. Et in fidem præmissorû propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo, supremo, & Beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XXVI. TALIS EST.

LVdouicus de brunis, de Bononia, vendidit Ambrosio Bargelino præsenti & ementi tantam ratam, & partem vnius eius domus, quę capiebat summam lib. 540. Quod pretium dictus Ambrosius soluit Ludou. & de quo pretio dictus Ludouicus mutuauit quidam Ioan. Bapti. lib. 200. & dictus Io. Bapti. soluere & restituere promisit dicto Ludo. ad omnem eius uoluntatem. Residuum vero dictæ domus dictus Ludou. locauit eidem Ambrosio ad affictum & francâdum pro libris quadringentis infra certum terminum, cum pactis in instrumento insertis,

tis, qui omnia & singula promiserunt dicti contrahentes modis & nominibus, quibus supra, sibi inuicem & vicissim pro se & suos hæredes perpetuo firma & rata habere tenere attendere, obseruare, & adimplere, & in nullo contrafacere, dicere, opponere vel venire, per se vel alium, seu alios aliquo modo ratione, uel causa de iure, uel de facto, in iudicio, siue extra, sub pœna duplici dicti pretij pœnæ, nomine solenni stipulatus sibi inuicem, modis quibus supra promissa. quæ pœna totiens committatur peti, & exigi possit, quotiens in prædictis uel aliquo prædictorum fuerit contra factum, vētum, vel obmissum, qua soluta uel non commissa, & exacta vel non: nihilominus prædicta omnia & singula perpetuo firma perdurent. Item reficere & restituere promiserunt sibi inuicem, & vicissim per se & suos hæredes, modis quibus supra, omnia & singula sua damna, sumptus, expensas, & interesse litis, & extra. Pro quibus omnibus, & singulis, firmiter obseruandis, & efficaciter adimplendis, obligauerunt adinuicem, & uicissim modis, quibus supra, omnia & singula sua bona mobilia, & immobilia præsentia, & futura, cuiuscunque cōditionis, & specialius dictus Ioannes Bapt. omnia sua bona cum pacto præcarij in forma, secundum prouisiones prædictas, & renunciauerunt per se & suos hæredes in casu per his omnibus & singulis expresse exceptioni doli mali, quòd metus causa conditioni indebiti, & sine causa, aut ex iniusta causa, in factum actioni, fori priuilegio, ferijs, & diebus feriatis inductis, & inducendis. Et præsertim dictus Ioannes Bapt. beneficio nouarum constitutionum de fideiussoribus & generaliter omni alij legum, iuris, & vsus auxilio. Stante dicto instrumento cum Ambrosius non francauerit infra terminum, & non soluerit dictas libras quadringentas quas soluere promisit, hęredes Ludouici modo defuncti produxerunt instrumentum prædictum coram iudice & notario prædicto, & reuocationem præcarij in bonis dicti Ambrosij pro sorte & pęnis dicti instrumenti petierunt, sibique concedi licentiam intrandi tenutam bonorum dicti Ambrosii pro dictis quantitatibus, & pro expensis. Iudex viso instrumento & intellecta petitione hæredum dicti locatoris, commisit tenutam dari prædictorum vigore tam petita sic, quàm data fuit secundum formam statuti disponentis, quòd vbi est appositum pactum precarij in bonis obligatis: ea tenuta dari possit eius parte absente, & non citata. Postea comparuit Ambrosius post dictam tenutam coram dicto iudice, & petijt illam reuocari, afferendo quòd pactum præcarij in instrumento appositum, non extendebat se ad sua bona, sed quòd solummodo extendit se ad bona Ioannis Bapt. cum ipsa clausula pacti præcarij sit in medio apposita, & non videatur se extendere: nisi ad bona Ioannis Baptistæ. Respondetur ex aduerso, quòd illa clausula non minus censeri debet se referre ad bona Ambrosij principalis debitoris obligati in maiori summa, quàm ad bona Ioan. Bapti. cum illa clausula pacti præcarij in medio contractus apposita, referri debeat tam ad unum, quàm ad alium magis etiam debet referri ad Ambrosium debitorem in maiori summa, & quia notarius sic scribendo pactum præcarij in dicto instrumento uoluerit, & censeatur uoluisse illum referri tam ad bona Ambrosij, quàm ad bona Ioan. Baptistæ, cum ambo essent debitores, & non esset in eis aliqua diuersitas rationis. quare magis debeat censeri præcarium in bonis Ioannis Bapti. quàm Ambrosij, & eo fortius intelligi debet, quòd de mente notarij fuerit, & censeri debeat, quòd tam ad bona Ambrosij, quàm Ioan. Baptistæ referatur ipsum pactum pręcarij in instrumento appositum, attenta maxime consuetudine, & stylo notarij, uigente in hac ciuitate, quòd pactum præcarij apponitur in bonis debitoris & conductoris: & eo fortius in casu isto, in quo iudex concessit in ipsis bonis tenutam dari dictis principalibus creditoribus, tanquam in bonis subiectis pacto præcarij. Quibus stantibus videtur dicendum omnino, pactum præcarij debere se extendere ad bona dicti conductoris: cum ipsa clausula præcarij in eo loco apposita ad ea bona referri possit: & vt in dubio uideatur esse seruatus stylus & consuetudo notarii. & vt actus factus a iudice, qui tale pactum sic intellexit, extendi ualeat magis, quàm pereat. Stantibus modo prædictis, quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in fine apposita, an & quando referatur ad omnia præcedentia, & an ad aliqua tantum. & nu. 3.*
2 *Comparatiui quænam sit significatio. & de verb. specialius. & num. 5.*
4 *Qualitas apposita in vna oratione, an referatur ad omnia comprehensa in eamet oratione.*
6 *Augmentum quæ prætendunt, non debent patere diminutionem.*

CONSI-

CONSILIVM XXVI.

Cor mundum crea in me

Deus:&spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in praesenti consultatione ea, quae iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Idcirco uiso instrumento uenditionis, necnon locationis, ad francandum pro parte facto Ambrosio Bazelino: necnon cuiusdam etiam mutui facti quidam Ioan. Baptistae &c. & omnibus alijs diligenter & mature consideratis: de quibus in dicto instrumento fit mentio, in quo praedicta omnia continẽtur, uidetur dicendum prima facie, quoddam pactum praecarii, de quo in dicto instrumento fit mẽtio, non debere nec posse aliquo modo extendi ad bona dicti Ambrosij: sed tantummodo ad bona dicti Ioannis Bapti. Et † primo moneor: quia licet alias clausula in fine apposita, consueuerit referri ad omnia praecedentia: ut in l. talis scriptura, in fin. ff. de legat. 1. cum ibi plene not. per Bart. & in c. 2. requiris. & in c. inquisitioni. extra de appel. & in c. cum dilecti. de dona. & not. Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc autem uidendum. uers. item excipe. & Barto. in l. doli. in princi. ff. de condi. & demon. & Bart. in consil. incipiente Angelus &c. & Petr. de Anch. in suo consil. in ordine meo. 2. incip. quaedã immunitas &c. & in alio consi. lxiiij. incip. subtiliter & ad plenum &c. & do. meus Alex. de Imol. in consil. xlvij. in v. uolum. incip. perspectis his, quae in themate &c. & in consil. xcv. in eodem uol. incip. quomodo uenditor teneatur, &c. in 1. & in pen. col. & Raph. Cu. in consil. cxlviij. incip. uenerabilis uir, dominus &c. & in consil. 2. incipien. proponitur quòd ser Blancus &c. & Raph. Fulg. in consil. xliij. incip. in primo proposite consultationis articulo &c. & in consil. xcviij. uilis petitionibus &c. & in consi. clvij. in 3. col. incip. domina Granolina uxor, &c. cum multis aliis similibus: tamen quãdo clausula est apposita ad qualificandum unum capitulum, non refertur nisi ad illud text. est in l. filium. in princ. cum gloss. ff. quando dies lega. ced. & uoluit Bart. not. in l. fin. ff. de rebus dub. ubi hoc modo declarat praedictam regulam. Ergo in proposito nostro illa clausula cum pacto praecarii &c. uidetur apposita tantummodo ad qualificandum promissionem factum per dictum Ioannem Baptistã, qui accepit mutuum. & per consequẽs non debet posse exerceri illud pactum in bonis alterius, quã dicti Ioannis Bapti. & sic non in bonis dicti Ambrosii. † Secundo, ad idem facit quia dicitur in dicto instrumento, & specialius dictus Ioannes Baptista omnia sua bona cum puncto praecarii in forma, secundum prouisiones praedictas &c. quae uerba notanda sunt. nam ostendunt, quòd tantummodo illud pactum praecarii refertur ad bona ipsius: non autem ad bona dicti Ambrosii, propter illud uerbum & specialius &c. Nihilominus his non obstantibus, quae uere non obstant, si rectè & subtiliter ponderentur, & uerba etiã instrumenti, de quo agimus, attendantur puto in contrarium fore ueritatem. Et primo, & ante omnia praesuppono, ꝙ ubi maius est periculum, & ubi tractatur de maiori praeiudicio, ibi cautius est agendum. c. ubi periculum. de elec. libr. vj. cum vulgaribus. Secundo praesuppono quòd Ioan. Bapti. praedictus cui mutuatae fuerunt ducentae librae, erat obligatus dicto Ludouico de iure, personaliter, & non realiter: ut in §. t. instit. de acti. & in l. certi condictio. in prin. & in l. cum quid. ff. si cert. pet. Tertio praesuppono, ꝙ bona dicti Ambrosii conductoris tacite erant obligata dicto Ludouico locatori, pro pensione rei locatae, per text. in l. 2. & 3. in qui. cau. pign. tacite contrahitur. & habetur in l. certi iure late per Bald. C. locati. & in l. item quia. cum ibi plene not. ff. de pact. & sic obligatio, quae datur contra dictũ conductorem, erat realis & etiam personalis. Istis sic praesuppositis ostendo inconuincibiliter, quòd pactum praedictum praecarii extenditur, & potest, & potuit exerceri non solũ contra bona dicti Ioã. Bapt. sed etiam & multo magis contra bona dicti Ambrosii quod primo probo. quia † clausula in fine apposita regulariter refertur ad omnia praecedẽtia. d. l. talis scriptura in fin. ff. de leg. 1. cum allis supra allega. ergo dictum pactum appositum post † obligationem omnium bonorum inter omnes personas, de quibus iam dictum erat in dicto contractu, & inter dictas partes, debet referri ad omnia bona omnium praedictorum de quibus supra erat facta mentio, prout late declarant praefati domini consulentes, quos supra commemoraui, quórum decisiones seruiunt nobis in casu isto, & alias allegaui plura, consulendo de ista clausula quae nõ repeto nunc sed ibi dicta seruiunt hic quae uideri possunt. Secundo hoc probatur. nam plus interest dicti Ludouici habere pactum praecarii in bonis dicti Ambros. sibi obligati in maiori summa, & quantitate, & ad affictus & pensiones singulis annis absoluendas, quàm in bonis dicti Ioãnis. Bapt. qui tantummodo obligatus erat in libris ducentis: ergo ex quo tractabamus de maiori praeiudicio, ibi cautius erat agendum. d. c. ubi periculum. Et per consequens illud pactum magis fuit appositũ propter bona dicti Ambrosii, conductoris: cuius obligatio maior erat, & magis duratura, & contra quem plus uoluit sibi prouidere, quàm contra dictum Ioan. Bapt. mutuatarium. Tertio considero aliud nam ĩ dicto instrumento ponuntur haec uerba: pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis, & efficaciter adimplendis obligauere sibi inuicem & uicissim modis, quibus supra, singula sua bona &c. & specialiter cum pacto praecarii &c. Pro certo iste est totus unus contractus, qui diuidi non potest, nec debet. Ex quo apparet quòd omnes obligauerunt bona sua sibi inuicem cum illo pacto praecarii. Postea sequitur uers. & renunciauerunt &c. itaq; nõ tractamus an clausula in fine posita referatur ad praecedentia: quia ea est materia separata a nostra: sed an idẽ uersus intelligatur in omnibus & per omnia cum omnibus conditionibus & qualitatibus in eo comprehensis. & sic potius tractamus de relatione quadam in se ipso quàm de praecedentia. Nec. obst. † illud & specialiter &c. quia illud comparatiuũ praesupponit positiuum: ergo cum sua qualitate omnino: sed in hoc·

hoc plus, ut si dicerem ego curro, & tu magis uel plus, nam omnino ambo currimus: & ita est hic. nā isti obligauerunt omnia bona sua cum pacto præcarii; sed Ioann. Bapt. specialiter: quia cum de iure non esset obligatus, nisi personaliter ut dixi sed illi essent obligati realiter, & psonaliter, uoluit iste specialius obligare bona sua, quæ non erant aliquo modo obligata tacite, uel expresse, de iure: & iste est uerus intellectus istorum uerborum. & idem comprobatur ex uerbis sequentibus ibi: & renunciauerunt exceptioni, & præsertim dictus Ioannes Bap. nā oēs renunciauerunt: sed ipse magis & magis &c. † Quarto arguo sic ea quæ sunt inducta 6 ad augmentum, non debent parere diminutionem l. legata inutiliter. ff. de legat. 1. cū ibi not. sed ista omnia tendunt ad augmentum, ut isti sint obligati, & iste etiam sit obligatus ergo non debent parere diminutionem: nam parum esset habere pactum in bonis illius pro dicta quantitate si pro residuo, quod est plus, non haberet: ergo &c. Laus Deo. Amen.

Et ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques: sacri palatij Apostol. aduocatus consistorialis, & Christianissimi Francorum regis consiliarius: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis patriæ meæ Bononiæ studio: in quorum fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XXVII. TALIS EST.

BArtholomęus & Dominicus fratres, & filii quōdam Antonij Calzolarij, de anno præterito, suis proprijs nominibus porrexerunt coram iudice Aquilæ domini potestatis Bononiæ, quandā petitionem seu libellum: in quo in effectu dixerunt, quòd quidam Benedictus de vintimiglia, faber de anno 1466. iuit ad habitādum in eorum domo, & ibidem stetit, & habitauit cum eis: & ab eis expensas percepit, & alimēta cibi, & potus, per tempus & terminū quatuor annorum continuorum, uel circa. & ꝙ pro dictis expensis & alimentis debentur dicto Bartholomęo & Dominico librę cētum Bon. ad rationem librarum uigintiquinque Bono. prò quolibet anno: & propterea concludendo in eorum libello, petierunt eū condemnari in dictis libris centum Bono. & super ipsis omnibus ministrari sibi iustitiā omni meliori modo, &c. & eo citato ad respondendum de iure petitioni, ipse comparuit, & habita copia petitionis in termino sibi assignato ad respondendum, eidem respondit, & contestatus fuit litem, negando narrata in ipsa petitione, esse uera, & fieri debere uel posse, & narrata prout narrantur, & petita prout petuntur, & allegauit exceptionem p̄scriptionis, & etiam allegauit alimenta fuisse præstita ex affectione & amicitia, & repeti non posse, ex eo quod fuissent præstita per affectionem, & ex pietate propter paupertatem dicti Benedicti. & si inquantum hæc non obstarent, fuit appositum etiam quòd deberent compensari cum operibus dicti Benedicti, ex eo, quod stetisset in seruitio & famulatu dictorum Bartholomæi & Dominici. Quibus exceptionibus fuit replicatum pro parte eorum eas non obstare, tanquam friuolas & quod primo non obstabat exceptio præscriptionis: quia non erat elapsum tempus a statuto præfixum, facta deductione temporum deducendorum per prouisionem d. Angeli, & etiam aliorum temporum pestiferorum. & quia etiam non fuerunt seruata ea, quæ a statuto requiruntur, per Benedictum. & quòd statutum ipsum non ualebat de iure, tanquam inducens peccatum. & quod non eramus in casu, in quo posset præsumi donatio alimentorum, attenta paupertate & conditione Bartholomæi & Dominici: qui etiā de propriis laboribus dietim uiuunt, & attenta industria & qualitate dicti Benedicti: qui erat ditior, & magnus, aptus ad lucrandum, & magis lucrabatur quàm dicti Bartholomæus & Dominicus, & quòd ipse nullas operas præstitit eis, quæ possent compensari in alimentis. Deuenerunt postea ad positiones hincinde factas, & deinde ad examinationē testium trium, omni exceptione maiorum, pro parte dicti Bartholomęi & Dominici, plene probantium, qualiter Bartholomęus & Dominicus fecerunt expensas dicto Benedicto, incipiendo in hyeme anni 1466. & cōtinuando per annos continuos, & quòd debebantur eis libre 25. pro singulo anno, & sic in effectu libre centum pro quatuor annis. Per Benedictum fuerunt productę certę literę: per quas asserebat constare ipsum fecisse certa uiatica: quę petebat subtrahi de medio, ad ostendendum, quòd per tantum tempus non fuerant sibi factę expensę prędictę, pro quanto petebantur. Fuit oppositum, ꝙ illę assertę literę non probabant, tāquam scripturæ domesticę priuatæ: quibus deberet fides adhiberi. Igitur iudex ualde doctus, qui pręsentialiter est uicarius, uiso processu & auditis sępius procuratoribus in allegationibus & cognito, quòd erat probata intentio Bartholomæi & Dominici, & quòd constabat

bat de debito, dictum Benedictum condẽnauit in quantitate petita, & in expensis media iustitia, nõ obstãtibus exceptis per eum. Ab hac sententia appellatum est, & in appellationis causa sunt factæ eadem exceptiones, de quibus supra, & sunt producti processus & testes causæ principalis & etiam pro parte Bartholo. & Dominici sunt examinati quatuor alij testes corroborantes dicta primorum testium pro parte etiam Benedicti sunt producti & examinati septem testes ad probandum sua noua capitula, de quibus omnibus latius constat ex processu. Quibus stantibus, quæritur modo, quid iuris.

SUMMARIUM.

1 *Banni qualitas an præsumatur, si non probetur.*
2 *Probandi onus an incumbat ei, qui dicit.*
3 *Positioni criminosæ, an quis teneatur respondere: & an ualeat responsio.*
4 *Bannitus bari, an præsumatur itidem hodie bãnitus.*
5 *Probatio dubia, an releuet probantem, & necessario concludat.*
6 *Tantum, dictio, taxatiua est.*
7 *Processus factus, & sententia lata pro bannito, an ualeat.*
8 *Statutum inducens præscriptionem decem annorum contra creditores, an ualeat, ex quacunque causa.*
9 *Frater & filii fratrum, an sint idonei testes pro fratre.*
10 *Testes singulares an & quando probent.*
11 *Testes, qui uidentur contrarii, an & quomodo concordentur.*
12 *Statutum loquens de falsitate, stricte debet intelligi.*
13 *Testes conducens, an teneatur eis præstare alimenta & uiatica.*
14 *Probationes plures, an & quando iungantur, ad faciendam unam plenam.*
15 *Alimenta præstitisse, an & quando qu.s præsumatur ex liberalitate, & non animo repetendi.*
16 *Peti an aliquid possit pro mutuo: alioquin sit ne usura.*
17 *Pauper, item diues, quisnam dicatur.*

CONSILIUM XXVII.

Cor mundum crea in me

Deus: & spiritum rectũ innoua in visceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Igitur obmisso multiloquio, prout mei moris est. Et rebus stantibus, prout stãt in processu, indubitanter dicendum est, primi iudicis sententiam confirmari debere, non obstantibus deductis in causa appellationis pro parte dicti Benedicti. Nam adducuntur pro parte Benedicti duo principaliter contra processum quibus faciliter patet responsio ex infra dicendis. Et prima est exceptio cõtra dictum Dominicum pro eo, quia dicitur eum fuisse bannitum, & non potuisse audiri. Cum autem iudicium fundetur ex tribus personis. c. forus. de uerb. signi. l. in tribus. ff. de indic. uidetur quòd uno deficiente non ualeat processus, uidelicet si dictus Dominicus sit bannitus, ergo &c. 1 † Ad hoc respondetur, quòd cum ista qualitas quem esse bannitum, non præsumatur, & sit fundamentum intentionis illam opponentis debebat probari per ipsum Benedictum l. ei qui dicit. ff. de probat. & ibi plene per Bart. & Innoc. & per d. Cano. in cap. super his, de accu. & per do. meum Alex. in consi. 72. in 2. col. in 5. uol. consiliorum, incip. uiso processu & omnibus &c. & in consi. 109. incip. index cõdemnat creditorem, in eo. 5. uol. consil. in 1. col. ubi uoluit, 2 † in tantum ei qui dicit incumbit onus probandi, † quod etiam si intentio eius sit fundata in negatiua debet eam probare. & Pau. de Cast. in consil. 154. incip. circa præsentem casum &c. in 1. colu. in fin. & Rapha. Cuma. in consi. 164. inci. prælatus certæ ecclesiæ &c. & Rap. Ful. in cons. 140. inci. Ioa. & Floris &c. in 3. colu. & in consil. 182. in 3. col. inci. Titius fecit testamentũ &c. & in consi. 180. in 4. uol. incip. uiso processu causæ motæ, &c. & d. Cardi. in consi. 139. inc. in quæstione fratrum de pactia, &c. in 9. col. & in consil. 141. ibi immediate sequenti; & d. meus Alex. de Imo. in consi. 24. in 2. uol. inci. an si quis inuentus &c. & Ange. in consi. 82. in fin. Incip. Spurius naturalis, &c. & Ange. in consi. 161. incip. de petitione hæreditatis, &c. in ult. col. & in consi. 238. incipi. Anto. de Mutina, &c. & in consil. 197. inci. incendium est ortum &c. & in cõsi. 216. incip. an consultor assumptus &c. & in consi. 244. incip. uerba autem succedere ualeas &c. & in cõsi. 273. inci. Bonifacius Episcopus, &c. in si. cum multis aliis quæ breuitatis causa obmitto pro nunc. Cum ergo non probauerit dictam qualitatem, debet in illa succumbere. l. qui accusare. C. de edend. c. 1. extra de eccl. benefi. cum si. Nec sufficit, quòd ipse dicat in positionibus Dominicum fuisse confessum, quòd occidit hominem de anno 1465. & quod fuit bannitus quia respondetur, quòd non ualet illa responsio. nam facta erat pronunciatio ante illam responsionem, quòd si contingeret eum respondere aliquibus positionibus, quibus de iure non esset respondendum, non ualeret ipsa responsio, quæ pronunciatio & protestatio de iure tenet Bald. in consil. 39. in fin. 1. parte consiliorum suorum incip. præmittendum &c. 3 † Sed de iure nemo tenetur respondere positioni criminosæ, nec detegere turpitudinem suam, quando agitur ciuiliter, & non ad crimen de quo interrogatur: iuxta not. per Bar. in l. Marcellus. ff. rerum amo. & Ange. in l. si uacantia. C. de bon. uacan. li. 10. per Spec. in tit. de posi. §. sexto. in uer. item non est respondendum, &c. & per doct. in l. 2. in §. sed quia ueremur. C. de iur. calum. & Bal. in l. transactione. C. de transact. & Barto. in l. non intelligitur. ff. de iur. fisc. & Barto. in l. qui iurasse. ff. de iureiur. & in l. pen. & in l. fin. ff. de his, qui. ut indig. & Innocen. in cap. cum super. extra de consef. & Archi. in ca. ex penitentibus. l. di. & glo. & scrib. in c. 2. extra de cõfess. lib. 6. cum infinitis aliis. & sic per illam responsionem non dicitur quicquam esse probatum, stantibus prædictis. Et 4 † posito sine præiudicio ueritatis, quòd illa responsio ualeret, & ei stari deberet tamen

tamen nō sequitur, quòd si de anno 1465. ille fuit bannitus, censeatur esse bannitus de anno 1480. quo tempore fuit inchoatum iudicium. Et maxime quia Dominicus negat se esse bannitum secus si nō negaret prout firmat gl. quam sequuntur Bal. & Bart. in l. fine possidetis. C. de proba. & sic de necessitate non est probata exceptio concludenter, quòd esset bannitus tempore mote litis. non ergo 5 relenat † eum, cum sit dubia probatio: quia potest esse & non esse, quòd esset bannitus. & ideo non releuatur ex dubia probatione. cap. in præsentia. de probat. l. neque natales. C. eo. l. non hoc. C. unde cognat. cum si. & uoluit Rapha. Cum. in cōsi. 74. in 1. col. in fin. incip. quia superius plenissime, &c. & Raph. Fulg. in consil. 19. in fin. incipi. tertio principaliter, &c. & in consi. 79. incip. quidam nomine Britinus &c. & in consi. 184. inci. uisis quodam processu facto, &c. in ulti. col. & in consi. 74. in 2. col. in fin. incip. super eo, quod quæritur &c. & in consi. 200. in 2. colu. in fi. incip. in quæstione, quæ uertetur &c. & do. meus Alex. de Imo. in cōsi. 20. in 2. col. in 1. uol. incip. circa materiam possessorii, &c. & in consi. cxviij. in ulti. col. in eo. 1. uol. incip. in causa & lite uertente &c. & in cōsi. xxxiij. in 2. uol. Et eo fortius cum appareat p productionem sumptam a camera domini, eum eo tempore non fuisse bannitum. Et si diceretur, quòd dictum sumptum non fuit productum in tempore proba- 6 torio. & sic eo nunc † cognosci non potest stante statuto disponente, quòd ex actis tantum factis in probatorio debet sententia proferri, quæ dictio tantum, est taxatiua: cetera excludit cle. exiui. §. cum. autem. de uerb. signi. l. 3. §. cum Titio. ff. de adim. leg. & per Ludo. in l. si uero. §. de uiro. ff. solut. mat. & per scri. in l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & Paul. de Cast. in consi. liij. incip. quia exceptiones &c. & in 2. col. & in consil. ccxcviii. incip. ad primum quæsitum, &c. in 2. col. in fin. & d. Card. in consil. lx. incip. Quagiotus de Bononia, &c. in 4. col. & d. Abb. in consil. lii. in 1. nol. consiliorum edito per me in ciuitate Ferrariæ, dum ibi iura ciuilia ordinarie de mane legerem, quæ prius erant incognita, & Ioan. de Ana. in consil. xxvi. incip. in causa nobilium &c. & ibi ego aliquid dixi, in addi. meis ad ea consilia. & in consi. ccxc. incip. de quadam sen- 7 tentia &c. Sumptum † autē a camera, bene potest quandocunque produci, & allegari ex dispositione statuti, cui stari debet. l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. Sed posito sine præiudicio ueritatis, q dicta exceptio fuisset opposita in tpe opportuno, & plene probata, & quòd etiam Dominicus reperiretur bannitus ita, quòd non debuisset audiri: attamen quia fuit auditus ualuit, & ualet iudicium processus & sententia: iuxta no. per Bart. & Imol. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. & in Spec. de procur. §. 1. uer. sed pone. & gloss. & Iaco. But. in l. quamuis. C. de adult. & glo. Ioan. And. in nouel. in c. 1. de iudi. in 6. cessat ergo omnino exceptio contra processum de persona Dominici prædicti. Nō obst. etiam secunda exceptio præscriptionis, pri- 8 mo quia de iure actioni psonali præscribatur 30. annis. & non autem minori tempore. l. sicut. C. de præscrip. 30. & 40. anno. ca. uigilanti. extra de præscript. quod tempus constat non esse elapsum per computationem annorum. † Non ob. statutum Bononiæ sub rub. de præscrip. quia tale statutum tanquam inducens peccatum, non ualet de iure. ita dicit Bar. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. quem sequitur & allegat Abb. in c. fin. de præscrip. & idē tenet Ioan. And. in regula possessor. de reg. iu. in 6. & in c. 2. de except. & do. Car. in c. uigilantiæ. de p̄scrip. & do. meus Alex. de Imol. in consil. lxxxv. in 2. uol. incip. niso titulo quæstionis. &c. in antep. & pen. col. & consil. 133. in eundem 2. vol. quod consil. non est domini mei, sed est do. Angel. Are. & do. meus in consi. xcix. in 4. uol. incip. uidetur prima facie &c. in 1. col. & sequenti. & in consi. lxi. incip. in causa & lite uertente inter Romeum in ulti. col. nā debitor retinens debitum alienum est in mala fide & malefidei possessor, nullo tempore præscribit. l. malefidei. ff. de usucap. & tanto sunt grauiora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent illaqueatam, & in his quæ concernunt peccatū, nide licet, retinere alienū contra nolūtatē eius, cui debetur, debet seruari ius canonicum. nā non dedignantur ll. in his sacros canones imitari. c. 1. de oper. no. nunc. & in regula, peccatū. de reg. iur. in 6. Sed nec de his oportet contendere, quia attenta deductione temporum deducendorum per prouisionē do. An. factam de anno. Mccccl xvij. scilicet mortalitatis & aliorum casuum occursorum, iuxta no. per do. meum Alex. de Imo. in consi. 81. in ult. col. in 5. uol. inci. reuocatur in dubium &c. ubi ponit de tēpore hostilitatis & mortalitatis & schismatis, & similium constat adhuc non esse elapsum decēnium. Videndum est modo in meritis an obstent deducta pro parte dicti Benedicti. nam per septem testes ipsum actorum est probata intentio eorum. Nec ob. quòd opponitur, quòd ex istis septem testibus duo sunt nepotes, & unus frater producentium: quia non repelluntur. nam ædictum de testibus est prohibitorium. l. 1. ff. de testi. ita quòd ille qui non reperitur prohibitus, intelligitur permissus, sed isti non reperitur prohibiti, ergo permissi: imo frater habitans seorsum & diuisim a fratre, put est in casu nostro, in huiusmodi casibus ciuilibus admittitur. ita dicunt expresse Iacobus But. Bar. Bal. in l. parentes. C. de testib. Spec. eo. ti. in §. proponitur in ver. sed nunquid frater &c. & glo. in c. cum canonicus. de offic. deleg. & not. in c. literas extra de præsumpt. & Bald. in c. 1. in tit. de duo. fra. ad fin. & Bal. in l. 1. C. de episc. & cler. & in l. fin. C. de proba. & in addi. ad Spec. in tit. de teste. ver. frater. in causa fratris. & Bar. in l. qui testamentum. in ulti. col. ff. de testa. uer. quid in fratre. cum si. Si. er- 9 go † frater admittitur, ergo filii fratris cū sint etiā remotiores in gradu, per not. Innoc. & doct. in ca. cum oporteat. extra de accusa. Et eo fortius, cum ea quæ fiunt domi, per alios facile probari nō possunt: & tunc domestici admittuntur. l. ex consensu. C. de repu. c. nuper. de testi. c. & si Christus. de iure iur. & eo magis cum per alios idoneos nullam exceptionem patientes, comprobentur: iuxta not. per Bar. in l. si quis ex argentariis. ff. de eden. & per do. meum Alex. de Imo. in consi. 155. in 3. col. in 5. vol. incip. uiso processu causæ uertētis inter, &c. & per Ioan.

Ioã.de Ana.in consi.52.incip. in causa ista pia &c. & aliquid dixi in addi. meis ad ea consilia. & per do.meum Ale.in conf.18.in 1.vol.incip. uiso processu causæ vertentis inter Antonium &c.in 3.col. & in consi.7.in 6.col.in eodem 1.uol. incip.quando proceditur per inquisitionem &c.& in consil. 24.in 2.vol.incip.an si quis inuentus &c. & Ange. in consi.69.inci.super puncto suprascripto &c.& per Bal.in consi.205.in 2.parte consiliorum suorũ incip.factum, super quo &c.& in consil.285.in 4. parte consiliorum incip. in quæstione &c. per eos igitur est plene probata intentio actorũ, quia sunt 10 septem contestes. Testes † autem producti pro parte dicti Benedicti, quamuis sint numero septẽ tamen sunt omnes diuersi, & singulares,& si essent etiam mille singulares, reputantur pro vno. quia vnusquisque est singularis in dicto suo. nam Achilles deponit de nonnullis pecunijs datis dicto Benedicto. Andreas vero deponit de alijs pecunijs datis Benedicto pro asserto viatico, & sic singulares vnde eis non credi debet: iuxta not. per eundẽ dom.meum Ale.in consi. 72.in 1.volu.incip.inspecto diligenter processu &c.& in consi. 73.inci.Mutinensis infirmus &c.in 1.col.& in consi.c.incip.super primo casu,&c.in 8.colũ.in eodem. 1.vol.& in consi.10.in 3. vol.incip. in casu prædicto &c.& in consi.68.in eodem 3.uol.incip. viso processu causæ vertentis inter Antonium &c. & in consil. 172. in 2. vol.incip. visis & opportune discussis &c. in 4.col.& in consi.201.incip.in causa & lite vertente &c.& in consi.85.in eodem 2.vol.incip.an petitio hæreditatis,&c.& in cõsi. 86.ibi immediate sequẽti incip.visis dubitationibus,&c.& in consi.94.incip.in causa & lite vertente coram arbitris, &c.in eodem 2.uol.& in consil. 105. in eod.2.vol.incip. circa probationem erroris,&c.& in consi. 30.in 3. vol. incip. super processu causæ vertentis &c.& in consi. 10.& 11.19.in eo.4.vol. & sic attenditur maior numerus téstium partis nostre concordantiũ, 11 l.ob carmen.ff.de testi.& in l.1.ff.eod.Nec † habet obstare quod opponitur contra quartum testem dictorum Dominici & Bartholomæi, ꝙ non probet & quod dixerit salsum, & fuerit subornatus: quia hoc non est verum. nam conuincitur de falso eo quod dixerit quòd dictus Benedictus de anno 1466.continue steterit in domo dictorum Bartholomæi & Dominici & perceperit alimẽta quia debet concordari cum alijs testibus qui dixerunt ip in hyeme anni 1466. incepit stare, & sic dicat ipse continue de dicto tempore anni 1466.a quo incepit stare ibi de dicto anno, vt euitet falsum, quæ concordia ad euitandum falsum fieri debet, iuxta no.per Barto.in l.inter stipulantem. §.Stichum.ff. de verbo.oblig.& in c.cum tu.vbi per omnes.& in c.in nostra.de testi.& per Bart.Ange.& alios. in l. sed si possessori.§.item si iurauero. ff.de iureiuran. & per Barto.in l.2.§.creditum.ff.si cert. pet.& per Barto.Bal. Ange.& Imol.in l.insulam.§.fructus.ff. solut.matr.& per doct.in c.cum dilectus. extra de consuet.& per Bald.in l.actor, in versi. scias. C.de proba.& Spec.in titu. de teste.§.nunc de interrogatorijs. & Canonistæ in c.nihil obstat.de verb.signif.& per do.meum Alexan. de Imo.in consi.63. in 10.vol.Incip.quidam testes recepti & in d. cõsi. 24.in 2.uol.inci.an si quis inuentus,&c.& in cõsi. 27.in eodem 2. volu.inci. in causa & litæ dominæ Bartholomeæ de Blancitis &c. Nec apparet ꝙ fuerit instructus vel doctus ab aduersarijs, quia dixit quòd prædictus Dominicus eũ interpellauit, vt testificaretur qualiter steterat secum, & habuerat expensas, quia interpellauit, vt diceret veritatem, quæ veritas etiam per alios testes est comprobata. non enim est interpellatus, vt diceret mendacium, & sic non sumus in casu statuti loquentis de subornatione nec de falsitate testium. statutum 12 † enim loquens de falsitate est stricti iuris, & strictæ debet intelligi. l. ille aut ille.§.cum in verbis. de leg.3.& not.in l.si uero.§.de viro. ff.solut.matr. & in l.3.§.hæc verba.ff.de neg.gest.l.quicquid adstringende.ff.de uerb.oblig.cum si. Nec obstat, ꝙ dicatur quòd de anno 1466.prædictus Benedictus fecit asserta viatica, & stetit carceratus, quia illa fuerunt ante tempus de quo agitur in præsentia. nam dicuntur fuisse de mense Aprilis vsque ad mẽsem Septembris anni 1466.vt testes deponunt: sed agitur contra eum de citeriori tempore, videlicet; ab hyemæ dicti anni & ab inde citra ex diuersis: ergo non infertur. l.Papinianus exuli. ff. de mino.l. 13 fina.ff.de calum.Nec † ob.quod dicatur fuisse ei testi aliquid promissum dari, videlicet de pane, uino, quia non prohibentur illi, qui conducunt testes, sibi facere expensas, & facere viatica: imo de iure tenentur c.statutum. §.fin. de rescr.in 6. & 4.q.3.§.in criminali.l.quoniam. C. de testib.l.eos §.si quis.C.de appel.Ex hoc non ergo potest infringi dictum eius.& posito,quòd infringatur: tamen remanent probatio facta per sex testes idoneos cõcludentes & regula est, quòd vtile per inutile non uitiatur: vt in regula, vtile de regu.iur.lib.6.cum 14 simi.Nec habent † opitulari dicto Benedicto exceptiones oppositæ, quòd ex pluribus debet iudex: & non ad vnam speciem probationis tantum animum suum mouere: iuxta not.in l.admonendi ff.de iureiur.& quæ non prosunt singula,multa iuuant.l.2.§.ætas.ff.de accusa.tut. quia hoc intelligitur, quando illa plura tendunt ad eandem probationem, & effectum probationis, & ipsa diuersa plene probentur, videlicet vnumquodlibet in suo genere, & in sua specie, ad hoc vt iudex motum sui animi inclinet in sententiam, non per testes singulares singularia deponentes, sicut faciunt in 15 casu isto. quia omnes † sunt singulares & pœnitus diuersi, quorum dicta in hoc casu minime coniungi possunt ad faciẽdum plenam probationem,iuxta no.per Barto.in præallega. l.admonendi. & per Bald.in l.bonæfidei.C. eo.& per do. Cano.in c.fi. de iureiur.& per do.meum Alex.de Imol.in consi. 19.in 1.uolu. incip. vtrum si post factum parent. &c.& in consi.65.in ulti.col.in eodem. 1.vol.inci. si præcedentibus iudiciis, &c.& in consi.13.in 13. colum. in eod. 1. volu. incipien. an promissio uel confessio, &c. & in consilio 32. in ultima colum. incipien.viso puncto & dubijs &c. & in consil.54. in 9.col.in eo.1.uol.inci.in causa uertẽte inter Michaelẽ &c.& in cons.11.in 4. uol.inc.sentio in dubiũ &c.& in cõsi.21.inc. repetitus in cã &c. in eo.

16 4.uol. Et † quanquam dicatur per partem aduersam esse recurrendum ad coniecturas, quòd alimēta præsumantur fuisse facta animo liberali: dico ego quòd in contrarium alia regula est, quòd nemo præsumitur donare suum, nec animo donandi facere. l. cum de indebito. ff. de proba. & facit glo. quā sequitur Bart. in l. utrum. ff. de donat. inter uir. & uxor. Vnde attento, quòd dictus Benedictus multum lucrabatur sicut dicunt testes sui met quod lucrabatur in arte fabrariæ singulo die solidos sex: & attento quòd etiam prædicti Dominicus & Bartholomæus uiuunt dietim de laboribus suis, prout etiam probatur per testes utrinsque partis, & etiam attento, quòd donare libras centum, esset maximum donum, quo ad ipsos pauperes, cessat præsumptio donationis, non solum inter extraneos ꝓ ut sunt isti: uerum etiam inter maritum & uxorē: qui sunt domestici, & una caro. prout dixit glo. in præalleg. l. utrum. & etiam inter patrem & filium, & inter consanguineos ita uoluit expresse Sali. Cō bononiensis in l. alimenta. C. de neg. gest. & posuit idem do. meus Alex. de Imo. in consi. xix. in 4. uol. incip. an promissio uel confessio &c. in 2. & 3. col. Nec d. l. utrum allegata per partem aduersam adaptatur ad casum nostrum quia non loquitur de extraneis personis in quibus non est præsumptio donationis: sed loquitur inter maritum & uxorem, in quibus cadit affectio coniugalis: & maior affectio sine dubio, propter mutuam cohabitationem, & seruitia: & quia sunt una caro: ut in c. 1. de biga. & etiam quia maritus est caput uxoris. c. 1. de sponsalib. Nec est uerum quòd hic cadat naturalis obligatio ad antidora: quia non apparet, quòd aliqua opera fuerint præstita per dictum Benedictū, qui exercebat artem suam fabrariæ. prout dicūt testes sui met: isti autē Bartholomæus & Dominicus sunt calzolarii, & pauperes uiuentes dietim de suis sudoribus, & operibus, nec indigentes seruitiis, uel

17 famulatu alienis. † Nec etiam refragatur Benedicto, quòd mutuauerit eis assertas pecunias, quia hoc fuit pro anteriori tempore, de quo non agitur nec petitur quicquam pro illis annis: ꝓ quibus de anno Mccccclxvj. dictus Benedictus stetit cum eis, & percepit alimenta ab eis, nec posset iuste coniecturari, ꝙ ex mutuo debuissent facere expēsas. qa scriptum est in Euangelio Luce 6. mutuum dantes nihil inde sperantes. & habetur in c. consuluit. extra de usur. imo si ea occasione fuissent factæ dictæ expensæ, dicta alimenta possent in sortem computari. c. illo uos. de pign. c. ad nostram. de empt. & uend. & posuit Raph. Cu. in consil. cxxxj. in 1. col. incip. proponitur. quod communi Taurini. &c. sed quia dictum affectum mutuum fuit restitutum & solutum tegraliter ꝑ eos Bart. & Dominicum, possent modo repeti dicta alimēta, etiā si occasione dicti mutui præstita fuissent. c. cebitores. de iureiu. sed in his nō oportet laborare, cū assertum mutuū fuerit tēpore, pro quo nō agitur, & pro quo nihil petitur. Nō ob. ēt ꝙ dicatur Benedictū præstitisse seruitia aliqua, quæ debeāt cōpensari cū expēsis, ex forma statuti. qa negāt eū præstitisse aliqua opera, uel seruitia, nec est probatū per testes: imo est ꝓbatū eorū cōtrariū: cū ipse esset faber, & operaretur in arte sua, lucrādo pro se: prout dicunt testes & capitula ipsius Benedicti. nec est ipse de personis cōprehēsis a statuto, cū nō esset famulus mercenarius uel castaldus Bartho. & Dominici: de quibus statutum disponit. Non obst. tertia causa, scili

18 cet, † quòd Benedictus esset ualde pauper & quòd Bartholom. & Dominicus essent satis idonei facultatibus: quia ille non dicitur pauper, qui habet in facultate centum aureos de quo per Raph. Cuma. in suo consi. clxxxi. in princip. incip. duo fratres habent, &c. & per scrib. in authent. præterea. C. unde uir & uxor. & in l. si constante. in princ. ff. solut. mat. sicut est probatū Benedictū habuisse & habere, imo Benedictus & Barthol. sunt pauperiores eo, quia quilibet eorū uiuit de laboribus suis, & isti sunt magis familia granati, quàm Benedictus & Barthol. qui habent solam personam ad gubernandum: non ergo præsumitur, ꝙ ipsi pauperes & impotentes uoluerint donare ei, qui poterat de suis lucris & peculiis uiuere. Et sic respōdetur ad quartam rationem allegatæ amicitiæ, prout dixit glos. & Bart. in d. l. utrum. & Salic. in d. l. alimenta. Nec obstat etiam quinta ratio: qua dicitur, esse ꝓbatum, quòd Benedictus portaret secum de pane solciza & caseo: quia hoc non est probatum, si rectæ testes inspiciantur: licet unus singularis solus testis qui est multum amicus Benedicti, dicat hæc aliquando uidisse per Benedictū fieri, cui non creditur. l. iurisiurandi. C. de testib. & etiam non sufficienter probat hoc per se. Nec obst. 6. ratio, qua dicitur Barthol. & Dominicum prædictos non scripsisse in libris suarum rationum quia ipsi sunt uiri rudes & ignari, nec sciebant ipsi cautelam, quæ traditur a doctoribus in l. Nesennius. de neg. gest. & in l. non solum. §. morte. ff. de oper. no. nunc. & in c. cum M. Ferrariensis. de consti. sed arbitrantes ipsi ꝙ scripturæ domesticæ in nō cōcernētibus artem non crederetur, prout dicunt statuta mercatorum, & artificum. & sicut est etiam de iure: ut in l. exemplo. & in l. rationes. C. de probat. non scripserunt, sed ꝙ haberent animum donandi minime, ut ex supra dictis apparet. Et ex istis satis sufficienter responsum esse censeo, apud doctum iudicem, penes quem sunt omnia in scrinio sui pectoris recondita, ita ꝙ non sit opus pluribus allegationibus. & satis est hoc adduxisse, per quæ facile constat dictū Benedictum esse debitorem, & rite condemnatum fuisse per primum iudicem. cuius sententia confirmari debet: ne Benedictus cum istorum pauperū iactura locupletetur. Laus Deo, amen.

Et ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques sacri palatii Apostol. aduocatus consistorialis, & Christianissimi Francorum regis consiliarius: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis patriæ meæ Bononiæ studio: in quorum fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XXVIII. TALIS EST.

SEr Signorinus de Vrso, de Bononia litigabat cum quodam Vianucio, vir æquidem pauperrimo occasione cuiusdam locationis eidem Vianucio, per eum factę, de vna pecia terræ, sita in comitatu Bononi. iuxta suos confines, extra portam sancti Stephani, pro certo pretio singulis annis soluẽdo, ex eo quòd pro parte dicti ser Signorini dicebatur eum cecidisse a iure suo, ex eo, quòd non soluerat debitis temporibus affictus promissos in contractu locationis. Econtra dicebatur, pro parte dicti Vianucij, quòd imo soluerat & satisfecerat, prout de dictis solutionibus dicebat apparere euidenter in quodam libriculo suo manu dicti ser Signorini locatoris scripto. Tandem deuenerunt post multa ad compromissum in quendam tertium in forma solenni & amplissima & cum iuramento hincinde præstito, videlicet de non veniendo contra laudanda per eum qui arbiter seu arbitrator electus tandem laudauit in nonnullis partibus contra dictum Vianucium & in graue & enorme eius damnum & fuit eidem notificatum. Quo facto dictus Vianucius comparuit coram R. do. Vicario curiæ R. Episcopi Bonon. coram quo petijt se habilitari & absolui a iuramento per eum præstito in dicto compromisso ad finem & effectum vt absolutus petere posset reductionem de dicto lato laudo iniquo ad arbitrium boni viri iuxta formam iuris & statutorum communis Bononiæ maxime statuti positi sub rubrica, de causa reductionis ad arbitrium boni viri. Pendente dicta petitione & inditio absolutionis a iuramento lapsi sunt 10. dies & vltra quo termino lapso nunc dicitur pro parte dicti ser Signorini quòd non potest amplius dictus Vianucius audiri in relaxatione dicti iuramenti cum reductio laudi ad arbitrium boni uiri vigore prælibati statuti debeat peti infra 10. dies qui cum sint lapsi vt patet vlterius eam petere non potest. & per consequens non est opus etiam absolutione petita. Replicatur econtra pro parte dicti Vianucij quòd imo potest non obstantibus prædictis absolui & quòd etiam post absolutionem potest peti reductio non obstante lapsu 10. dierum. Quibus stantibus quæritur modo quid iuris.

STATVTVM BONONIAE.

Rubrica de causa reductionis ad arbitrium boni viri.

STatuimus quòd si per viam principalis petitionis petatur aliquod laudum vel arbitramentum reduci ad arbitrium boni uiri vel alıter annullari quæ fieri [illegible] leant in casu præmisso solum coram Vicario potestatis vel iudice aquilæ prædicto secundum quod dictum est in causa nullitatis & infra decem dies continuos: qui decem dies non currant durante iudicio coram iudice ecclesiastico super absolutione a iuramento præstito in compromisso & ipsius compromissi prorogationibus: nec sit necesse dictam petitionem nullitatis vel reductionis coram dictis iudicibus producere: nisi demum facta relaxatione iuramenti per partem vel absolutionem per dictum iudicem ecclesiasticum quem in rem transiuerit iudicatam: quibus casibus uel altero eorum sequutis talis petitio nullitatis & reductionis produci possit & debeat infra 10. dies continuos immediatæ sequentes: a die sententiæ laudi vel arbitramenti probati possit ipse iudex delegatus vel dominus Vicarius potestatis vel iudex aquilæ quem pars adiuerit cognoscere de prædictis ita quòd causæ talis arctatis delationibus & restitutionibus & resecatis exceptionibus infra tempus declaratum in causa simplicis nullitatis debeat terminari a die porrectionis dictæ petitionis si fuerit porrecta parte præsente. Si vero parte absente a die ex quo pars aduersa legitima fuerit requisita, siue ueniat, siue non veniat, & siue contradicat siue non, quo casu si non venerit, vel veniens non contradixerit, possit procedi ad probationes, & ad diffinitiuam sententiam, & infra tempus sequens peti possit secuudum quòd dictum est in causa simplicis nullitatis. Si vero petatur incidenter vel emergenter in casibus præmissis procedatur & terminetur secundum formam iuris & statutorum nostrorum. ita quòd principalis causa infra sua tempora terminetur: nisi partes laudum uel arbitramentum post prolationem ipsius æmologauerint seu aliter approbauerunt: sed de hoc [illegible] pareat publicum instrumentum quo casu principaliter uel emergenter peti non possit reduci ad arbitrium boni viri.

SVMMARIVM.

1 *Verba ista: valeat, & potest, & similia, an denotent necessitatem. & nume. 7.*
2 *Periurus & infamis, an posit esse in iudicio quoquo modo.*
3 *Intellectus l. si quis maior. C. de transact. cum ibi plene not. per omnes Docto.*
4 *Periurum an posit repellere ex officio suo Iudex secularis.*
5 *Statutum Bonon. quomodo intelligatur: quo cauetur, de petenda reductione ad arbitrium boni uiri, infra decem dies. Et quomodo, et quando incipiat currere dictum tempus num. 6. 14.*
8 *Iudicium quando esse dicatur: & a quo tempore incipiat.*
9 *Commissio iudicis de citando, an sit actus iudiciarius, & sit de processu.*
10 *Commissio de citando, an perpetuet iurisdictionem Iudicis. Et de eius effectu.*
11 *Etimologia verb. iudicium. & vnde dicatur.*
12 *Verb. non tamen an restringant & declarent.*
13 *Argumentū ab absurdo, an et quando valeat in statutis*

CONSILIVM XXVIII.

Cor mundum crea in me

Deus & spiritū rectum innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione, ea quæ iuri & ueritati consona sunt, in mediū afferre ualeam. Idcirco Reuerēde do. vicariæ & in hac causa iudex instissime mihi pater obseruandissime &c. licet haud dubitē R. d. uestram, quæ iustissima est, & hoc perpetuo nomen sibi uendicauit, iustitiam nobis non denegaturam in causa huius pauperrimi uiri, qui litigat cum ser Signorino de vrso: quem bene nouit R. d. vestra, & eius subterfugia: attamen aliqua uerba ꝓ iustitia & ueritate huius intuitu in medium afferā quia iustitia fouet istum pauperrimum uirum: & aliter non uenisset nec scriberem pro eo. Ad ostendendum igitur de inribus eius, quòd istud, scilicet tempus decem dierum a statuto nostro sub rubrica de causa reductionis &c. asfignatum non cucurrerit hucusq; : nec potest aliquo pacto currere, donec causa relaxationis iuramenti fuerit terminata per R. uestram probatur: sic ad oculum pluribus fundamentis. Primo & ante omnia ponderandum est diligenter, quòd istud statutum non necessitat, nec arctat petentem seu petere uolētem reductionem laudi lati contra se ad arbitrium boni viri: vt hoc habeat facere infra decem dies: sed dicit, quòd

1 valeat &c. Quod uerbum † valeant, posiint, & similia, non important necessitatem. l. sæpe audiui Cæsarem. cum ibi not. ff. de officio præsidis. & hoc ibi expresse uoluit Bart. & Bald. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posth. & Bal. in l. 1. ff. de iniusto testamento. & Bart. in repetitio. l. creditores circa primam col. C. de pign. & posuit Paul. de Cast. in conf. 213. incl. & dicta pignora &c. in 2. col. nbi ponit de uerbo, potest, & Bal. in consi. 456. in prima parte consiliorum suorum inci. Rex Romanorum &c. & Bald. in consi. 235. in 2. parte incip. factum tale est, &c. ꝑ glo. no. in c. 1. de reg. iur. li. 6. & per Arch. in c. statutū. de rescrip. eodem li. & per Paul. de Elea. in suo notabili commento. c. potuit extra de lócato. cum simi. Si ergo non inducitur necessitas per statutum in hoc proposito, non est insistendum modo, nec disputandum super hoc. Et ut bene & medullitus & luce meridiana clarius, percipiat R. d. uestra mentē & sensum dicti statuti, discutiamus, quare dictum statutum utitur illo uerbo, ualeat in sui principio propter ea, quæ statutum subijcit postea in uer. nō tamen necessitiue. &c. ubi statutum seipsum declarās disponit aperte, ꝙ hæc petitio reductionis, nō debet fieri de necessitate in se. Demum obtenta relaxatione a uinculo iuramenti, per partem uel per iudicem ecclesiasticum, & tunc bene infra decem dies proxime sequentes, ut dicit statutū, debet fieri talis petitio reductionis & necessario, ut patet in versi. posiit & debeat &c. Et ita sonant uerba dicti statuti, & istud habet in se rationē. nam quomodo possemus dicere, ꝙ de necessitate infra decem dies post intimationē laudi lati absq; absolutione præcedente, debeat fieri talis petitio, cū iste con-

2 demnatus tanquam periurus non sit † habilis & sit infamis: nec posiit esse in iudicio nec debet audiri vt est text. in proposito nostro valde accōmodatus

3 † in l. si quis maior. C. de transact. de cuius tex. intellectu posuit do. mens Alex. de Imo. in suo consi. 77. in 4. col. incip. uisis dubitationibus præmissis &c. & in consil. 34. in 1. uol. incip. uiso themate suprascripto &c. & in consil. 82. in eo. 1. uol. incip. perspectis his, quæ in themate. &c. in 3. colum. & in consil. 49. in 4. uolu. incip. paucis mar &c. in 7. colum. cum seq. † Plus dico quòd etiam si pars ad-

4 uersa non opponeret, uel opponere non posset, propter aliquam causam impedientem, potest iudex secularis ex officio suo repellere talem periurum volentem aliquid facere in iudicio. l. quos prohibet. ff. de postnlādo. & notatur in l. ubi pactum. C. de transactio. & ita in terminis proprie nostris reperio solennem decisionem Petri de Ancha. ita decidentis in suo consilio, in ordine meo 370. incipien. retento ordine dubiorum &c. in 6. col. i in uersic. præterea exceptio periurij nō solum red-

5 dit agentem &c. Itaque † non potest fieri ista petitio reductionis, donec facta fuerit absolutio, & impetrata a vinculo iuramenti, quæ absolutio est illa, quæ aperit uiā petitioni reductionis & parat iter, ante omnino clausum, & tenebris periurii obtusum. Plus dico ego & istud uidebitur fortius pro confirmatione iurium istius pauperrimi uiri, & hoc non nouit ser Signorinus, quòd si statutum prædictum disponeret & uellet admittere istum infra decem dies ad petendum reductionem, & loqueretur in sui principio necessitatiue, non posset hoc introducere, & in dubio non ualeret tale statutum, tanquam peccati introductiuum, & tanquā esset ad alligandum animas, & nōn obstante iuramēto prædicto in contrarium facto de non petendo reductionem admitteretur quis ad petendum reductionem, & sic statutum aperiret uiam malitiis: contra text. in l. in fundo. ff. de rei uendica. & in specie declarat Bartol. ita tenens, quòd tale statu-

tum

...um non ualet in materia iuramenti in repetitio l. omnes populi. in 8. & 9. col. ff. de iusti. & iu. in ver. 3. iuxta prædicta quæro. & in uerb. ex ista theorica apparet solutio plurium quæstionum, &c. & in ver sic. item si statutũ diceret, ꝙ minor, qui iurauit in contractu, non obligetur &c. Et idem approbant ibi scribentes post eum & notat etiam Bartol. in l. cũ lex. & in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & Bald. in authen. sacramenta puberum & Salic. Conbono niensis ibidem post eum. C. si aduersus uenditionẽ & Bald. in rub. ff. de iureiu. & do. Canoniste maxime do. Abbas in c. cum contingat. extra de iureiur. & Pet. de Anch. in sua solenni repetitione. ca. canonum statuta: ubi tale hoc prosequitur extra de consti. & Paul. de Cast. in consil. 67. incip. uisis & consideratis omnibus &c. in 1. col. & in consil. 99. incip. in ista donatione &c. in pen. col. & in consil. 141. incip. uisis & consideratis &c. in pen. col. & sequenti. & in consil. 216. incip. circa primum quæsitum &c. & Raph. Fulg. in consil. 219. in 3. col. incip. uisis bis nis processibus &c. & in consil. 157. in 2. col. incip. supposito statuto &c. & d. Card. in consil. 92. incip. nobiles uiri domini &c. & do. Abbas in consil. 71. in 1. uol. consiliorũ per me æditorum, dum legerẽ ordinarie iura ciuilia in almo Ferrariæ studio incip. quanquam dubia examinanda &c. & do. meus Alex. de Imol. in consil. 59. in 1. uol. incip. an statutum laitorum &c. & in consil. 27. in eodem 1. uol. incip. an minor contraueniens &c. & in consi. 125. in eodem uol. inci. nisis & cõsideratis statutis &c. & in consil. 37. in 2. vol. incip. uiso & opportune discusso &c. in 9. col. Sed vt dixi, statutum prædictũ quod considerauit hæc omnia, & mature uoluit, ꝙ omnino præcedat relaxatio a uinculo iuramenti & postea fieri debeat petitio reductionis: ut clare dicit statutum in uer. non tamen necessitiue. Et nemo sane mentis hoc inficiabitur, nec inficiari potest, cum uerba dicti statuti clarissima sint, nec sit dubitandum super hoc: iuxta l. ille aut ille. §. cũ in 6 uerbis. & l. non aliter. ff. de leg. 3. † A die ergo relaxationis iuramenti incipiunt currere isti decẽ dies proxime sequentes, de quibus dicit statutum, sed ad petendum relaxationem a iuramento non præfigit statutum terminum, sed remanet in dispositione iuris communis pro tanto præfigit terminum decem dierum post relaxationem impetratam & 7 obtentam. Et bene notet † R. d. vestra illud uerbũ, valeant, quod non inducit necessitatem, ut supra dixi. Sed bene post impetrationem relaxationis statutum inducit necessitatem dum dicit: possit & debeat &c. & sic non posuit amplius in arbitrio petere uolentis, prout posuerat supra in principio sui: ubi ita sciuisset dicere, sicut in fin. Nec dicatur mihi, amice, iste bonus uir petiit coram iudice ecclesiastico utrunque, scilicet, relaxationem a iuramento, & etiam reductionem. quia dico quòd non potest petere, nisi relaxationem: cum ex forma statuti caueatur, ꝙ petitio reductionis fiat coram vicario do. potestatis, uel iudice Aquilæ: unde nõ est nostrum tollere illam formam traditam a statuto. l. cum hi. §. præterea. ff. de transact. l. certa forma. ff. de censibus. Stabit ergo petitio istius a iuramento firma & ualida corã R. uestra, & alia fieri debebit corã dictis iudicibus; & licet etiam petierit reductionẽ coram R. uestra; non debet ista abundãs cautela sibi nocere. l. testamenta. C. de testa. l. nõ solent. ff. de reg. iur. & inducta ad augmentum, non debet parere diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de le. 1. & utile nõ debet ꝑ inutile uitiari. c. utile. de re. iur. l. 1. §. si stipulanti. de uerb. oblig. cum ibi plene no. Præterea, dato, nõ tñ concesso, ꝙ statutũ prædictũ induceret necessitatẽ in sui principio, ut infra decẽ dies ante relaxationẽ deberet fieri petitio, adhuc dico ꝙ tempus decem dierum nõ cucurrit huicusq; , n. m nunquam currunt illi decem dies quo ad durat iudicium coram iudice ecclesiastico: sed durat hic ut statim ostendam, ergo &c. Quod autem duret probatur. nam coram R. d. uestra iste lapsus, & uir miserabilis, comparuit, & porrexit pe 8 titionem suam. † Item, ad eius instantiam fuit cõmissum partem citari, quo casu nulli dubium est, quod est iudicium cum detur iudex reus & actor. c. forus. §. iudicium. de uerbor. signifi. cum plus dicamus, quòd iudicium aliquando dicitur ex sola persona iudicis, ut dicunt scribentes in rubri. C. de iudic. Legistæ, & etiam domini Canonistæ scriben. in rubri. extra eod. titul. Nec obst. text. in §. fin. institu. de pœna temere liti. quia ille text. non 9 dicit contrarium, sed bene † dicit quòd prima pars iudicii est citatio. sed non sequitur, quòd nõ sit iudicium omnino ante citationem. ponamus enim quòd essemus in casibus, in quibus non requiritur citatio partis, de quibus plene posuit Angel. de Aret. in d. §. fina. nonne esset omnino iudicium? certe sic. Itaque satis dicitur iudicium ex quo porrecta est petitio coram R. vestra. & (quod plus, & in hoc vltimo vim facio) emanauit a R. uestra commissio de citando dictum Signorinum, quæ commissio est actus omnino iudiciarius, & dicitur esse de processu. ita in terminis dixit Bald. in l. 2. C. de sacrosan. Eccles. & istud dictum Bald. exclamauit pro ualde notabili dominus meus in iure ciuili Alexand. de Imol. in l. 1. C. de in ius vocan. ubi dixit, quòd commissio citationis inquantum respicit iudicem dicitur esse omnino de processu iudicij: sed quatenus respicit nuncium, non est actus iudiciarius, cum possit fieri in Ecclesia, ut ibi per eum. & hoc non est mirandum cum sit maximi effectus ista commisio de citando. nam alibi dixit 10 gloss. quòd † per eam perpetuatur iurisdictio iudicis gloss. est in ca. ne aliqui de hæreticis. lib. 6. & alia est similis in c. cum plures. de offic. deleg. eodem libr. & uoluit etiam Barto. in l. more. ff. de iurisdictio. omn. iudic. Et licet in hoc ultimo passu de perpetuatione iurisdictionis sint aliquæ contrarietates inter scri. in d. l. more. & in c. gratum. & in c. relatum. extra de officio delega. nihilominus, ut dicit Ioann. de Imol. in l. 2. §. si quis. ff. de donat. ista est communis opinio propter authori. Ioann. Andr. in d. cap. ne aliqui. & saltem secundum eum in terris ecclesiæ debet seruari: ergo dicamus in casu nostro, quòd iudicium dicitur durare, & esse coram R. d. uestra per istos actus præcedentes. & ma-11 xime cum istud † uerbum, iudicium, sit uerbum generale. & secundum subiectam materiam aliquando capitur aliter, & aliter, secundum scribẽtes

in locis præallegatis. Non debet ergo hic pauperimus uir, exceptionibus friuolis partis aduersæ priuari, quin obtineat relaxationem a iuramento, & in hoc detegitur animus aduersarii, non nisi corruptus: qui nō vult, ꝙ iste miserabilis vir absoluatur a iuramento. & hoc ne possit absolutus petere reductionem postea: in qua ostendet de iniquitate, & dolo euidenti arbitri: qui eum decepit, & qui ꝓmiserat ei unum & aliud fecit iure contrarium. Nō patiatur ergo R. d. vestra, os claudi parti nostræ, cū foueat iustitiam: nec uelit eum ponere in profundum & in abyssum: ubi eum pro certo collocaret, si non relaxaret sibi hoc iuramentum, nec faceile posset detegi ista collusio arbitri cum ser Signorino facta. Accedat pro corroborando prædicta, ꝙ omnino dicitur in casu isto durare iudicium, capiēdo fundamentum ab etymologia istius verbi, iudiciū, quod argumentum ualidum est in iure: ut in l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. & l. 1. ff. de test. & in l. t. & l. 2. ff. de tutelis. & in §. t. instit. eo. ti. cum si. Nam iudicium dicitur: quasi iurisdictio. text. est. in d. c. forus. §. iudicium. de verb. signifi. unde hoc uerbum respicit magis personam iudicis, ita dicamus in ꝓposito ex quo perpetuata est iurisdictio uestra ꝓ illos actus, de quibus supra dixi, dicitur esse iudicium, cum sit iurisdictio. Vlterius confirmando prædicta dicebam, & ad hoc aduertat etiam R. d. uestra quòd infra 10. dies fuit facta petitio reductionis: & per consequens satisfactum est statuto prædicto, posito quòd statutum in sui principio induceret necessitatem circa hoc, quod minime est dicendum: ut supra dixi. nam coram R. d. vestra fuit facta petitio etiam reductionis, ut patet in calce libelli. & istud fuit factum infra decem dies, post intimationem laudi: ergo satisfactum est statuto. Nec dicatur mihi, quòd ista petitio debuit fieri coram Vicatio. d. potestatis Bononiæ, vel iudice Aquilæ &c. nam dico quòd statutum nō cogit ad hoc ante relaxationem a iuramento: sed dicit, quòd ualeant &c. itaque potuit fieri coram R. d. vestra & quotidie practicatur, & prius, in eodem tamen libello petitur relaxatio, & postea reductio, ut patet ex tenore libelli. & istud est unum necessarium præambulum, ut fiat relaxatio, demum sequatur petitio reductionis. sed iste ser Signorinus uellet contrarium, & vellet incipere a cauda, & non ab exordio, quod esset inconueniens: nec statutum dicit, imo dicit totum contrarium, & de directo in qualibet sui parte facit contra eum. Vlterius vult uidere ne R. d. vestra, quòd istud est vnum somnium, quod dicit ser Signorinus, quod omnino infra decem dies debeat fieri petitio reductionis coram Vicario. d. potestatis, vel iudice Aquilæ, ante relaxationem a iuramento &c. Ponamus quòd statim lato laudo fieret petitio reductionis coram altero ex dictis iudicibus, quid operabitur ista petitio uel porrectio petitionis? certe nihil: cū non possit aliquid fieri, donec relaxatio a iuramento fiat per iudicem ecclesiasticum: unde ille actus staret in suspenso, donec expediretur causa relaxationis iuramenti: quæ causa posset durare satis, superque satis, & sic coram dictis iudicibus actus factus suspenderetur per longum tempus, quod non est dicendum. Præterea, dicó ex alio capite, quòd ista petitio nullo modo potest fieri: cum esset uulla, tāquam facta a periuro, & infamē: cui iudicia clauduntur. d. l. siquis maior. C. de trans. fac. ergo non est dicendum, ꝙ dicta petitio reductionis possit uel debeat fieri ante relaxationē a iuramento, tanquam actus nullius momēti, & absq; re, & frustratorius. Successiue pro confirmatione prædictorum adducebam in terminis nostris vnū notabile uerbum Ludouici Romani in suo consil. in ordine meo 9. incip. quòd pars condemnata nolens &c. ubi habuit consulere in contingentia facti in casu magis dubio, quā sit casus noster, de quo agimus. Extabat enim statutum in certo loco, quòd infra decem dies deberet fieri petitio reductionis ad arbitrium boni uiri, coram certis iudicibus. & sic statutum non loquebatur per verbum valeat, sed per verbum necessitatiuum, contigit ꝙ ille contra quem fuit latum laudum, permisit labi decem dics, de quibus dicebat statutum: demum vult se excusare, dicens, ꝙ ideo non fecit petitionem, ex quo erat obligatus nō petere reductionem: propter iuramentum per eum præstitum, decidit ibi Ludouicus Romanus ꝙ ei debet imputari, ex quo ipse posuit se in illa necessitate, cum potuisset petere absolutionem a iuramento. & forte expeditum fuisset infra septem, vel octo dies & postea potuisset petere reductionem; sed ubicunq; infra decem dies petiit absolutionem, dicitur satisfecisse statuto. & sic non permisit labi totum decendium, dicitur adimpleuisse ex parte sua. sed ita est in casu nostro. nā iste uir miserabilis, infra decem dies petijt absolutionem a iuramento, & etiam reductionem: vnde non fuit in mora nec in negligentia ergo & cæt. Sed tanto magis hoc est dicendum in casu nostro: cum statutum nostrum non inducat necessitatem petendi reductionem, ut patet in verbo, valeant. nisi demum obtenta absolutione, ut patet iuncto uerbo, non tamen est necessarium &c. ubi in casu Ludouici Romani statutum loquebatur necessitatiue, & disponebat necessario infra decem dies petitionem reductionis fieri debere. Itaque statutum nostrum de directo decidit casum istum non capiendo solum prima verba posita in principio statuti, prout vult capere ser Signorinus. sed iungendo & capiendo etiam dictum verbum non tamen est necessarium &c. iuxta l. ineiuile. ff. de legibus. quod uer. procedit continuatiue

13 & declaratiue ad præcedentia & illa † verba: non tamen &c. denotant quandam restrictionem, & declarationē ad præcedentia: ut est tex. diligenter notandus in proposito in l. unica. in prin. secundum vnam lectutam. ff. si quis ius dicenti nō obtēperauerit in uet. omnibus magistratibus cōcessum est, non tamen duumuiris &c. Et sic præcedens oratio declaratur per subsequentem & limitatur. & ita dicamus in proposito nostro dato & non concesso, ꝙ de necessitate infra decem dies post intimationē laudi deberet fieri petitio reductionis quod tamē non est dicendum: prout supra latius & aperte demonstraui iuribus & rationibus præallegatis: nihilominus statutum semetipsum incontinenti declarat in dicto uers. non tamen est necessarium &c.

Subse-

Subsequenter † pro eadem parte etiā adduco, quia ualidū est argumētū ab absurdo. l. nā absurdum. ff. de bonis liber. l. 1. §. per procuratorē. ff. de acqui. pos. cū simi. Sed ita est, q̃ si diceremus petitionē reductionis fieri debere ante relaxationem a iuramento infra decem dies, prout dicit ser Signorinus, sequeretur inconueniens, quòd bina & geminata deberet fieri petitio reductionis prima, post intimationem laudi: secunda, post relaxationē a iuramento: ut patet ex uerbis statuti prædicti dispo nentis, quòd postquā fuerit obtenta absolutio a iuramento, debeat fieri petitio infra decē dies proxime sequentes: unde duæ petitiones reductionis reperirentur fieudæ coram domino uicario d. potestatis uel iudice Aquile. quarum petitionum una omnino esset & reperiretur frustratoria, & una omnino superabundaret. quod non est dicendum, nec est credendum statuētes voluisse aliquid ludibrio vel superflue introduxisse: ut in §. quibus in prima constitutione C. & in l. 1. §. dolum. cum ibi notatis. ff. de dolo. vbi syllaba non debet esse superflua in iure. Vellem ergo intelligere a ser Signorino vel ab eius aduocatis, quid operabitur ista prima petitio, quæ est nulla ipso iure, propter periurium, vt supra late probaui per l. si quis maior. C. de transf. & dato, & non concesso, q̃ esset aliqua, ad quid & ad quem finem fienda est, si omnino post relaxatio nem a iuramento debet fieri alia? vt patet in dicto versi. infra decē dies proxime sequentes &c. certe nihil operabitur. Et per consequens istud dicere, unum est somnium, quod ipse facit, qui non gustauit verba, nec mentem, nec etiam verum intellectū dicti statuti. & fallitur uehementer in hoc. & posset cōtra eum dici illud, quod Cato dicebat: senius puerilis in illo est: bene tamen ex casu dictum est: cum proprie causa similis agitetur. Et ideo in propria causa aduocatum meliorem quærere debuisset. Vltimo † aliud pro confirmatione prædictorū adduco. nam istud statutum est contra ius commune, cum de iure communi secundum magis veram & communē opi. petitio reductionis ad arbitriū boni uiri, possit fieri infra saltem annum: ut volnit In. in c. quintauallis extra de iureiur. & Bart. in l. si societatē. §. arbitrorū. ff. pro socio. in 5. col. in ver. quæro infra quantum tempus possit fieri reductio &c. Ergo cum statutum nostrum inducat breuiorē terminum & strictiorem, dicitur esse contra ius cō mune. & debet stricte & taliter intelligi, ut minus lædat ius cōmune, quàm possit. l. quicquid adstrin gendæ. ff. de uerb. obliga. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. l. 2. C. de noxa. act. & c. cum dilectus. extra de consuetu. Intelligendo ergo statutum nostrum in sui principio cum uerbo, ualeant, uē inducat petitionem reductionis fieri debere non ex necessitate, erit secundum ius commune: sed postea in secū do capite, dum introducit de necessitate petitionē reductionis fieri debere post absolutionem a iura mento, est contra ius commune. ergo ut minus, quàm possit, lædat ius commune, debet intelligi in sui principio, ut non inducat necessitatem faciendi talem petitionem, ut ipsamet uerba statuti clare & aperte demonstrant, si recte ponderentur. Ex quibus omnibus concludo, quòd officium R. d. uestræ debet esse in absoluendo hunc uirum miserabilem a vinculo iuramenti: vt demus uoscantur merita huius causæ, & quomodo iste bonus vir fuit vndique laqueatus, prout tempore & loco magis cō gruis demonstrabitur. Et pro responso habendo porrigat hæc R. d. vestra parti aduersæ, & eius aduocatis pro dubijs, quæ sibi respondebit iuridice & fundamentaliter, acquiescam: prout mei moris est. sed uidebit R. uestra, quod aureos montes pollicebitur: & nascet ridiculus mus. Plura dixissem. sed iudicio meo, res hæc longa non eget disputatione, cum clarissima sit: & maxime apud R. d. ve stram, quæ habet omnia in scrinio pectoris: cui me iterum ac iterum commendo. Laus Deo, Amen.

Et ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques: sacri palatij Apost. aduocatus consistorialis, iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo indytæ ciuitatis Bonouiæ patriæ meæ studio: in quorū fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XXIX. TALIS EST.

Petrus de Ariensis, cremonensis, suum vltimum condidit testamentum: in quo inter alia in eo ordinata, hæredem vniuersalem instituit Ant. eius filium legitimum, & naturalem, minorem tamen 25. annis: qui Antonius hæres mortuo patre suo, cum authoritate alterius Antonij, curatoris sui, adiuit hæreditatem paternam, & fecit solemne inuentarium de omnibus bonis hæreditarijs cum eo curatore solicitato ad hoc, & instigato per quendam Caium, affinem ipsius minoris, qui solicitauit huiusmodi confectionem inuentarij ob vnum legatum magnum factum in dicto testamento. propter quod fuit necesse soluere, & exponere duc. cl. notariis rogatis de huiusmodi aditione, & confectione inuentarii, & creditis factis, prout moris est: vnde nunc minor iste, ut læsus in hoc vult petere hanc expensam vt malefactam a curatore prædicto, dicens quòd non erat opus tali inuentario, cum hæreditas esset omnino sol uēdo. Excipitur pro parte dicti curatoris, q̃ imo inuentarium necessarium fuit: quia non conficiendo inuentarium, minor ipse perdebat trebellianicam: quam sibi conseruauit ex confectione prædicta. Item dato, q̃ non pderetur trebellianica per non confectionē inuentarii: ipse fecit hęc oīa nō ex se, sed ex solicitudine & ex instinctu Caii affinis sui, q̃ ita uoluit, ipse credidit & credere potuit, & q̃

 bona

bona fide fecit & non malitiose, & per consequens se excusat altero de prędictis casibus, prout de his omnibus in processu superinde agitato latius constat. in quo multa alia deducta sunt, prout videri potest: qui processus ad vos transmittitur. Quibus stantibus, quæritur modo, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica perdaturne propter non confectum inuentarium, & inuentarij quis sit vsus. nu. 5. 7.*

2 *Lex noua, an & quando videatur derogare legi antiquæ. Et an semper requiratur expressa derogatio illius.*

3 *Argumentum de falcidia ad trebell. an procedat.*

4 *Testator an possit prohibere Trebellianicam vel falcidiam in testamento suo.*

6 *Citari quinam debeant in confectione inuentarij, per hæredem.*

8 *Minor 25. annis, an excusetur, si non confecit inuentarium. Et quid de eius curatore, an notetur negligentia in hoc. Et an ob aliquam causam ipse curator excusetur name. 9.*

10 *Falcidia an per non confectionem inuentarij, olim perderetur falcidia.*

CONSILIVM XXIX.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritum rectũ innoua in visceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Idcirco circa hunc articulum, de quo agitur in præsentia, iudicio meo, parum dubitationis prima facie 1 esse videtur. s. an per non confectionem † inuẽtarij perdatur trebellianica. & in hoc minore 25. annis, præsertim cui iura in omnibus subuenire conátur. Et primo satis probabiliter videtur dici posse, quod non: quia non est dubium, quod si hæres non confecit inuentariũ ipse hæres remanet in dispositione iuris antiqui, ut in l. fi. in pe. col. ibi: videtur grauamẽ &c. C. de iure deli. sed de iure antiquo hæres propter non confectionẽ inuentarij, non perdebat falcidiã. ad l. fal. per totum. licet in solidũ teneretur creditoribus. l. more. de acqui. hære. ergo nec hodie perdet falcidiã. & sic hoc modo arguendo de falcidia ad trebellianicam: ut in l. in quarta. ff. ad l. fal. quod est licitum, ut ibi maxime per modernos doctores. ergo nec trebellianicã & posuit dominus meus Alex. de Imo. in consi. 67. in 2. col. in 1. uol. inci. cõsideratis his, quæ in themate. ubi dixit, quod appellatione falcidiæ venit trebellianica. Secundo idem probat, quia licet olim ubi quis esset institutus hæres, posset statim compelli hæreditatem adire vel repudiare: ut. l. quàmdiu cum sua matéria. ff. de acqu. hære. & si tempus ad deliberandum petebat, ei dabatur ad arbitrium iudicis ut in l. 1. ff. de iure deli. hodie tamen est statutum tempus anni: ut in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. nec per hoc perdebat cõmodũ falcidiæ. Superuenit postea aliud ius, quo hæredi prouisum est de beneficio inuentarij, vt se aduersus creditores tueatur: ubi de iure antiquo nõ poterat se tueri ergo nolens vti iure nouo quis est, qui diceret eum iuri antiquo renunciare? certe nullus: ergo sicut olim poterat vti falcidia, ita hodie & nunc. idemq; videtur dicendum in trebel. per rationem a simili ut dixi in proximo argumen2to. Tertio hoc probatur † vbicunque superuenit lex noua, nouam prouisionem inducens, nunquam uidetur antiquę derogatum, nec in lege noua hoc expresse statutum & ordinatum sit: ut in l. omnis. C. de actio. & oblig. & per Bart. in l. qui se pulchra. de sepul. vio. sed prouisio inuentarij non tollit prouisionem iuris deliberandi. vt in d. l. fin. §. sed quia quidem. ergo sicut per ius deliberandi hæres petat vel non, primario iure poterat uti falcidia aduersus legatarios, ita & nunc: si ad nouum auxilium non uoluerit accedere & sic idem esse uidetur dicendum in falcidia, quæ appellatur trebellianica ad quam de directo arguunt, qui contrariam opinionem nituntur sustinere. Quarto hoc euidenter ostenditur arguendo sic: paria sunt alicui ius deferri & non uti. & delatum non esse. l. 1. §. quibus de succe. edic. & in l. legatarius. ff. de leg. 2. sed si beneficium inuentarij non competiisset, tũc potuisset hæres uti falcidia aduersus legatarios. ergo & cum beneficio inuentarij uti noluit. & sic a simili cum treb. per supra dicta. Quinto hoc etiam ostenditur: beneficium inuentarij fuit inuentum fauore ipsius hæredis, non derogando iuribus primo competentibus: ut in l. fin. C. de iure delib. licet ergo renunciet illi, non per hoc includitur renunciatio aliorum iurium sibi competentium, ar. l. 1. §. sed videndum. ff. de succes. edi. & quod plene no. docto. in l. illud. de acqui. hæredi. & sic de si3mili in trebel. rationibus antedictis. Sexto † & vltimo arguendo de falcidia ad trebellianicam. boc uidetur probari per gl. d. l. fi. C. de iure delib. in princi. super uerbo: omnibus creditoribus, &c. & probat ibi per. §. sin autem quis &c. Et hæc sufficiant, quantum ad argumentationem arguendo de falcidia ad trebel. quæ licet in falcidia aliquãtulum austeritatem recipere uideantur, per aliqua contraria & oppositiones, quæ in casu isto fieri possent. tamen non per hoc contraria pars tutior de iuris rigore uidetur: cum difficile & subtile & magis, & plusquam magis laboriosum sit, contrarijs & obiectis supra allegatis legitime respondere. Attamen nullum dubium uidetur ad propositum nostrum in casu suo, scilicet in trebellianica fieri posse, & præsertim rationibus & causis infra proxime annotãdis. Et primo generaliter in argumentũ possent deduci omnia superius allegata: & in casu suo scilicet in falcidia, & præsertim cum dubitatur, an testator trabellianicam posit prohibere, ut ex illo sumi posit etiam istius articulo, decisio est Bar. no. authen. sed cum testator. ubi apertissime dixit per non confectionem inuentarii non perditur trebellianica. Cyn. istam etiam quæstionem mouet octauo loco in dicta authen. sed cum testator. in addit. suis. & refert opi. Richar. malum. dicentis, quòd per non confectionem inuentarij non perditur trebellianica. quia plures sunt differentiæ inter

trebellianicam,

Trebellianicam, & quartam iure institutionis: vt in l.quarta.ff.ad l.Falc. ergo a fortiori, si Falc. esset in casu dubio, non debet fieri illatio ad Trebellianicam. Secundo probatur: quia iussus legis & praeceptum testatoris aequiparantur: vt in §.disponat. in auth.de nup.sed testator † non potest prohibere, vel Trebellianicam tollere: vt no. gl. in l.si alle gas.C.ad l.Fal.ergo nec lex.& posuit dominus Alexand.de Imol.in consi.29.in quinto volu.incip.an succedatur in stirpes.& Pau.de Cast. in consi.109. incipien.respondeo breuiter,&c.in 2.colm.& dominus meus Alexan.de Imol. in consi.quinto.in vltima col.in 3.vol.incip. Hieronymus de moratinia &c.& in consi.67.in 1.col.in 1.vol.incip.considera tis bis, quae &c.& in l.si filius,qui patri. in quarta charta.ff.de vul.& pupil.& Oldra. in consi.248. Praeterea & tertio lex non facit de ea mentionem: ergo debet haberi pro obmissa. l.commodissime. ff.de lib.& post.† Praeterea & quarto quae ratio est quod propter non confectum inuentatium perditur Falcidia: est quia inuentarij is est vsus, ut res haereditariae appareant vt per hoc sciatur, quid haeres habeat: vt sic non distrahat de singulis rebus, quae ratio cessat in Trebellianica: quia & si sciantur res haereditariae,& haereditas sit soluendo: nihilominus haeres detrahit. ergo debet cessare lex. l.qđ dictus de pac.Quinto probatur.nam lex esset prodita in casu superuacuo, ergo &c. contra l. quod Labeo.ff.ad Carbo.Et in hanc sententiam inclinauit Bartol. in dicta authen. sed cum testator. post Iacob. de Belui. in corpore, vnde sumitur illa authen. quia lex correctoria non debet extendi ad casum non expressum in lege corrigente, qui hic non ponitur. Nec obstat l. Marcellus. §. quod autem ad Trebellia. per quem alias extenditur statutum in Falcidia ad Trebellianicam, vt dixi supra, quia illa litera debet intelligi, quando ratione testatoris cessat ipsa Falcidia: vt tunc cesset Trebellianica sed vbi ex facto extrinseco cessat falcidia, vt erat hic propter delictum & negligentiam in non conficiendo inuentarium, tunc secus: quia non est lex quae dicat hoc. Et hanc sententiam sequitur Bartol.etiam in suo consilio 70.primo. quod incipit haeres obmisit &c. dicens quod vbi lex inducit correctionem in vno casu, non inducitur in alio, etiā ex identitate rationis: vt not. gloss.C.de sacrosan. eccles.in authen. quas actiones. & l. tam is.§.primo de donat.cau.mor.per l.praecipimus. C. de appellatio. & probatur. in l.si vero §. de viro. ff. soluto matrimonio & maxime erit hic, vbi in pluribus hi casus inter se differunt, & in quibus est diuersa ratio vt etiam sentit Cyn. in rationibus praeallegatis. Et istam sententiam sequitur disputana Iacob. de beluisu con bononiensis in corpore vnde sumitur authen. de haeredit. & Falcidia. in 23. quaestione principali. Ad quae facit etiam opin. Angel. qui in d. l. 1. §. haec stipulatio. transit cum sententia Bartol.dicens, quòd sicut haeres respectu cohaeredis non tenetur facere inuentarium, sic nec respectu fideicommissarij: qui habetur loco cohaeredis l.si filius. ff. quod cum eo. & hanc sententiam tenet etiam Ioan. Andr. in tit.de instrum. edit.in §.fin.in addi. quae incipit: de Trebellianica dubitatur, per rationes Angel. & fuit originalis sententia Odofr. beneuen.in suis libellis, in titu.ad senatusconsultum Trebellia. circa princi. Nec obstat, si dicatur mihi, vt communiter dicitur, quòd Trebellianica ueniat appellatione Falcidiae, ut in auth. vnde si parent.C.de inoffi. testa. quia illud est improprie sed improprietatis sunt excidende, non protrahende.in c.propterea.extra de ver.signi.per glo.ergo &c.Et hanc sententiam secutus fuit etiā Bal.in l.filium, quem habentem. fam. er.C.quoniā ideo perditur falcidia debita iure institutionis, quia res singulares possunt occultari, & subripi, sed ius vniuersale, quod transit in fideic. per restitutionem, vt in l.restituta & l.facta.ff.ad Treb.non potest occultari, nec ex delicto haeredia potest minui, etiam secundum iuris intellectum, quia ea, quae sunt incorporalia, non possunt contrectari, ergo &c. Nec ob.text. in c. Raynaldus in fin. in uerbo, cum inuentarium fecerit, &c. de test. à contrario sensu. quia loquit in falcidia debita iure institutionis, ut patet ex illa litera in fine. in uers.& salue nihilominus. Et hanc opi. etiam sequitur domi.Ioan.de Imo. in d. §. haec autem stipulatio. Primo, per rationem Iaco. de Beluis. & Old. de dicta l.praecipimus.C.de appella. Nec obstat etiam text. in §. sancimus.de haere. & falci. colum. 1. qui prouidit solum falcidia, non autem in trebellianica: quoniam haeredes per subtractionem rerum haereditariarum tentabant inducere falcidiam: quae alias locum non habebat.quae ratio cessat in trebel lianica, cum continuo certum sit eam debitam esse ipsi haeredi. l. 1. ff.ad trebel. & hoc etiam euidenter dicit probari ex litera in corpore unde sumitur auth.de haeredi.& falci. quae dicit, quòd haeres incidit in poenam, quia inuentarium non fecit, debet implere legata & fideicommissa de suo, quae uerba non cadunt in fideicommisso uniuersali.qđ semper potest exsolui de haereditate.& foret uerisimile propterea, ꝙ ibi non est expressa certa quantitas, uidelicet etiā, quia nō uidetur esse tanta praesumptio contra haeredem, qui potest detrahere trebellianicam, cum ille sciat se habere ius omnino detrahendi, quod non est in falcidia quā haeres ab initio nō scit omnino se detracturum, ut probatur in toto titulo.ff.si cui, plusquam per l. Falc. ideo magis degenerat praesumptio contra ipsum: ideoque potius fuit prouidendum circa falcidiam, quam circa trebellianicam, quam sententiam tenuit etiam dominus Franciscus de ramponibus doctor combononien. & maxime authoritatis, & summe subtilitatis. Nec † obstat ratio Bal. per text. in d. §. sancimus. prout litera loquitur de fideicommisso, ut debeat intelligi scilicet uniuersali. quia licet de forma inuentarii sit, quòd citetur etiam fideicommis. uniuersalis sicut & creditor, qui non patitur falcidiam, & sicut etiam legatarius citatur etiam ad pias causas non tamen propter hoc sequitur, quòd poena illa extendat se ad trebel. & potissime, quia uerba non uidentur ad illam adaptari. ut patet ex his, quae dicta sunt supra, & hanc sententiam dicit etiam do.flor.in auth. sed cum testator esse humanioré,& satis est i effectu colorata, iu dicio meo. ex dictis dñi Io.de Imo. in dicto §. haec

7 autem stipulatio. ut supra dictum est. † Et finalis ratio est: quia iuuentum fit inuentarium, videlicet propterea, quæ dicuntur in l.fin.C.de iure delibe. vbi dicitur esse inductum propter quosdam meticulosos homines, qui dubitantes de viribus hæreditarijs nolebant hæreditatem adire, & hoc ne creditoribus tenentur vltra vires hæreditarias. vt d.l.more.quæ ratio cessat in Trebelianica:quoniam hæres semper scit sibi deberi Trebellianicã, licèt non quartam, vel sit hæreditas soluendo, vel non: vt dictum est satis diffuse supra &c.& uosuit etiam in terminis hanc quæstionem Pau. de Castr. in consi.164.in 3.colum.incip. visa facti narratione &c.& etiam in consi.209.incip.super primo dubio, &c.& Rapha.cuma.in consil.141.incipien.fideicommissum, an videatur &c.& Raph.fulgo. in consi.41.incip.testamentum primum,&c.& etiam in consi.87.in tertia colum. incipien. testator instituto &c.& in consi.24.incipien. hæres. obmittens ponere &c & Pau.de Cast.in consi. 92.incip. quia dubia &c.in 2.colum. & in d.consil.164.inci. visa facti narratione, &c. & in d.consi.209.incipit. super primo dubio &c.& Bald. in consi. 117.in secunda parte consiliorum, incip.super primo quæsito,&c.& dominus meus Alexand.de Imol.in cõsilio.70.in 1.colum.in 4.volum.incipiẽ.in nomine sanctæ trinitatis &c.& etiam Rapha.fulgo.in consilio 96. in prima colum. incip.pro defensione eo-

8 rum &c. Ex † quibus infertur, quod in casu nostro rationibus prædictis confectio inuentarij nõ erat vtilis ipsi minori, adeo vt ex illa minor potuisset per curatorem ad sumptus obligari, & sic ratione prædictæ confectionis teneri, cum iura subueniant minoribus in damnis, vt in toto tit.de in integr.restitu.minor. & ff.& C.per totum & text.est in l.non idcirco.in fin. in verbo, in damnis. & ibi per doct. C.de procur. iuncto text. in l.2.§.sed ita demum.ff.ad Tertu. ubi dicit decepto iura subueniunt, &c. Et sic, si dicta confectio non probetur aliter fuisse vtilis, vel necessaria dicto minori non tenetur iuribus præallegatis.Et successiue posito, si per hoc non sequatur, quæritur quomodo dicto notario conficienti pro mercede sua debeat ei satisfieri: satisfient ergo illi per curatorem, qui ad hoc obligatus est illi ex sua persona, & ex facto. Pro primo, cum sibi remaneãt dicta obligatio annexa ratione restitutionis minoris sui, & propter non suam diligentiam.ut instit. de curat.in fine de hoc per glo.& dicitur in l. si curatorem habens. C. de in integ.rest.mino.Et posito,sed non concesso, quòd per hoc ille teneatur: tamen tenetur solum propter suam obligationem in eo firmatam, cum promittit vtilia facere & inutilia prætermittere, excusans se propter incautam diligentiam,dicendo sic fuisse informatum circa prædicta facienda & ad quæ inductus fuerit consilio & voluntate Caij affinis sui:cum,vt scit reuerentia uestra, fit vt plurimum, quod isti curatores interponunt eorum anthoritatem, & dicunt se credere prædicta utilia esse & hoc faciunt sæpe & sæpius,sine causæ cognitione,motu,& præcibus illorum, qui gubernãt dictos minores.quod in facto verũ est, & sæpe sic se habet rei veritas. & licèt cõtrariũ sit de iuris ria goreita æquitas suadet aliquãtulũ cõtrariũ, & hoc aliqualiter tolerari posse: vide per l. placuit. C.de iudi.vbi per doct.& aliquantulum ista negligentia in isto curatore procedere potest ad eum excusan-

9 dum,cum non † malitiose fecerit & sic credendum est cum sit homo bonæ opinionis & famæ.Sed bene credo, quòd ille Caius subductor minoris, qui hæc malitiose & malo animo pertractari fecit, & dictum curatorẽ suis præcibus induxit,vt tali aditioni & confectioni hæreditatis & inuentarij dicti pupilli seu minoris honoraretur,non quidem,

10 vt rei veritas est ad hunc finem, quem allegant† .s. vt per dictam confectionem inuentarij ipse minor non perderet Trebellianicam hoc factum fuit sed vt ipse minor adiens hæreditatẽ paternam cum beneficio inuẽtarij,quosdam legatarios eorum legatis priuaret.s.allegando dictæ hæreditatis bona nõ sufficere ad persoluẽda integra legata.& sic posset primo & ante omnia detrahere suam legit. iure naturæ demum deuenire ad detractionem falcidiæ ex dictis legatis defalcandam, & sic apparet dicta legata non posse integra persoluere. Et hoc præsertim propter quãdam possessionem magnæ æstimationis & magni pretij & valoris quibusdam legatam in testamento,vt ex illa aliquid, si non in totũ detrahere potuisset,& dictos legatarios fraudaret suo legato. Et præsertim cum aliqua bona mobilia adhuc reperiantur, quæ non inueniuntur in dicto inuentario,dolo,& fraude dicti priuigni in dicto inuẽtario,& describi obmissa. In quibus etiam ad præsens dictus minor reperit se læsum: quæ quidẽ bona obmissa sunt,& fuerunt penes dictũ Caium, & ipse occultauit & exportauit quare cum ista sit causa minoris & sic fauorabilis, veritate cognita, per officium vestrum diligenter inquiratur, & sic pariter vtrique iustitia ministretur, cum hæc sint arbitraria.& per vos possint expediri sine strepitu & figura iudicii.Per quæ omnia cõcludo, quòd omnibus consideratis,& pensatis, tam quod in superiori & principali parte in iure,& de iuris rigore conclusum est, quàm etiam quæ in præsentibus allegationibus in fine circa rei ueritatem in facto uobis exposita,& narrata sunt, quòd partes vestræ sunt in absoluendo nostram partem conuentam a petitione, & a petitis per dictum minorem, & dictum curatorem, non teneri: sed Caium prædictum teneri ad dictas expensas persoluendas ipsis notarijs conficientibus, & qui publicarunt instrumenta prædicta, tanquam illa sint inutilia. & non necessaria dicto pupillo. Laus Deo, eiusque matri, Amen.

Et ut supra scriptum est, consulo, & iuris esse dico. ego Ludouicus Bologninus, utriusque Iur. Doctor,& æques, sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinariæ legens in hoc uetustissimo regiæ patriæ meæ Bononiæ studio.In quorum fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS

CASUS CONSILII XXX. TALIS EST.

Ser sauius, notarius Bononiēsis, dum ageret in humanis, fecit quandam scripturam per modum instrumenti, in qua tamen deerat locus, tempus, & etiam rogitus: & sic potius fuit quoddam principiū instrumenti, quod lectum non fuit, ex quo & verisimiliter prȩsupponi potest, quòd non fuit conclusum inter partes illud quod agebatur nec lectum sed imperfectum remansit, & carens dictis solemnitatibus, & substantia libus. Ex post mortuus est præfatus ser Sauius, relicto filio ex se vnico. & etiam patre ser B. qui pater cum etiam ipse esset notarius publicus, reperit in scripturis, & in filcijs & sedis dicti filii sui prædictam scripturam, & eam in publicam formam redegit: apponendo diem, locum, & tempus, & dicens se assumere ex rogationibus præfati filii sui præmortui: & hoc assertum instrumētum assumptum per eum in forma publica, dedit cuidam Francisco amico suo prætendenti se habere ius in eo qui Franciscus eo instrumento etiam vsus est, producendo illud in iudicio. Quæ videns pars aduersa, opponit de falso contra dictum ser B. qui scripsit instrumentum prædictum, apponendo in eo substantialia: quibus omnino antea carebat: & etiam opponit de falso contra dictum Franciscum vtentem eo, & qui vsus est eo in iudicio. Excipitur pro parte istorum, quòd ex quo scriptura illa non erat authentica, nec publica: sed nulla, & nullius valoris, non inciderunt ipsi aliquo modo in crimen falsi. Et eo maxime, cum extensio dictæ scripturæ pertineret ad hæredem dicti ser Sauii, uigore statuti Bononiensis sub rubrica de rogationibus notariorum mortuorum &c. Sed dictus ser B. pater eius non erat hæres filii sui Sauii: sed hæres fuit, & erat unicus filios, qui ex eo Sauio remanserat. & per consequens nulliter assumptum fuit instrumentum prædictum, & per consequens non nocet alicui: & sic non veniunt ipsi puniendi quoquo modo. Quibus stantibus, modo quæritur, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum vt possit sumi in publica forma, quæ requiruntur in originali. Et an notarius his prætermissis sumens, incidat in falsum.*

2 *Falsum vt quis committat, an requiratur dolus, vel damnum alterius & nu. 9.*

3 *Falsitas an possit esse in scriptura nulla, vt quis puniri possit de falso, ordinarie, vel saltem extraordinarie.*

4 *Falsitas an possit committi in scriptura priuata, vt quis veniat puniendus.*

5 *Testis deponens falsum nulliter. an veniat de falso puniendus: & quomodo, & qua pœna.*

6 *Notarius si sumat instrumentum, nec dicat quod sit alterius manu scriptum, redditur suspectum.*

7 *Statutum Bonon. sub rubr. de extensionib. notarior. disponens quod ad hæredem notarii mortui pertineat leuare seu authenticare in forma publica. & extendere notas & originalia, quomodo intelligatur. disting. numer. 8.*

10 *Instrumenti imbreuiatura, quando probationem facit, & quando non.*

CONSILIVM XXX.

Cor mundum crea in me

Deus & spiritū rectum innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione, ea quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Et ideo M. ac integerrime prætor maior honorāde. &c. Requisitus a M. ac potentibus dominis d. sexdecim, vt obmisso multiloquio, in mediū afferam, quid ego sentiam in præsenti causa inter uestram curiam ex una, & quosdam notarios ex altera uertente. breuius quàm mihi dabitur, ueritatem ipsam attingam. Vidi æquidem & diligenter consideraui allegationes confratrum meorum dominorum Antonii & Hieronymi de zanitinis, confratrum meorū obseruandissimorum in fauorem prædictorum, quas aliter non replicabo pro nunc. Sed in processu, ubi opus erit, & parte in partē eas referam, & de medio tollam. & ostendam multa ex eis procedere nō posse, nec uera esse. & si qua ex illis pcedēt aperte ostēdam, pace eorum dixerim, ad rem nostram non spectare, nec pertinere. Ostendo† igitur quod ser B. præ-1 fatus uecnō Fran. nō possint subterfugere, qn inciderint. in falsum: quod oīno istud de quo agimus sit falsum, uel saltem si non esset falsum, expresse, prout omnino est, saltem est tale, propter quod pœna extreordinaria ueniat eis infligenda. Et quod hoc sit uerum, incouuincibiliter probo, sic arguendo: protocollum seu matrix ad hoc ut ex eo uel ex ea possit instrumentum sumi uel publicari, debet cōtinere omnia illa, quæ enumerantur in auth. ut præpo. nomen Imperator. in princ. & per gl. illam magistrā in l. generali C. de tab. li. x. & p gl. in l. iurisgētium. §. quod fere. ff. de pac. & plene per Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. initiū in rep. ei attributa. ff. de eden. & per Ang. plene in l. ad testium. §. fi. ff. de test. Alias, si secus fieret, notarius incidit in falsum & scriptura transumpta, dicitur falsa & adultera. tex. est in his proprie terminis, iuncta glo. sua in. §. illud in auth. de tabel. col. liiij. Et ita per illum tex. voluit ibi Bar. dicens, quod vltra illa requisita, de quibus supra in locis præallegatis, requiritur etiā aliud, ad hoc ut possit ex protocollo sumi instrumentum. s. quòd sit lectum coram partibus: adeo quod dixit Bar. ibidem, quòd si sumitur instrumentum ex protocollo non lecto, est falsum, & ex eo resultat

reſultat talis falſitas, & ſuſpicio falſitatis, & præſumptio iuris & de iure, quòd non poteſt probari contrarium. & iſtud dictum Bar. ſequutus eſt ſolenis doc. Io. de Ana. in conſi. in ordine meo 33. incip. in Chriſti nomine, amen. circa primum dubiũ &c. ubi multum nobiliter loquitur in hac materia, & idem concludit, & ibi aliquid dixi ego in add. meis ad ea conſilia. Si ergo dictus ſer B. aſſumpſit, & publicauit inſtrumentum ex protocollo, carente, ſubſtantialibus, & publicauit non publicandũ, de directo incidit in falſum: vt eſt caſus in d. §. illud. cum gl. in auth. de tabellio. cum aliis ſupra deductis. Secunda principaliter ad idem facit elegãs doctrina Nicolai de mat. quem refert & ſequitur Bal. in rub. C. de fide inſtru. in 4. colum. in uerſic. 4. quæritur, &c. ubi dixit quòd vbicunque notarius tranſumit inſtrumentum ex protocollo, non poteſt nec debet addere circa ſubſtantialia obmiſſa in ꝓtocollo: ſed tantummodo poteſt addere circa circũſtantias: alias ſecus faciendo, incidit in falſum: ſed ita eſt in propoſito noſtro: nam dictus ſer B. addidit circa ſubſtantialia: nam in protocollo mihi porrecto non apparebat, quòd eſſet lectum, nec de loco, & ipſe in tranſumpto addidit iſta omnia. ergo aperte incidit in falſum. Plus dixit Bal. in d. rub. de fide inſtru. in eodem uerſu. quòd nedum notarius rogatus poteſt vel debet addere, ſed multominus alius notarius ſumens inſtrumentum ex protocollo alterius, debet addere vel minuere circa ſubſtantialia, & addendo & minuendo, incidit in falſum: ergo in propoſito dictus ſer. B. circa duo commiſit. Primo protocollum non publicandum publicauit, contra tex. in d. §. illud. cum gl. Secundo, dato & non conceſſo, quòd fuiſſet publicandum, male publicauit, & addidit circa ſubſtantialia obmiſſa in ꝓtocollo. & per conſequens non poteſt inficiari, qn falſum commiſerit: ut dicit tex. in d. §. illud. ibi ſcriptura hæc adultera &c. Nec dicatur mihi, quòd tanquam immemor hoc fecerit, prout uidentur aſſerere patroni eius: nam in facto huiuſmodi non cõſueuit ignorantia tolerari, & maxime cum iniquitas detegatur, & dolus ex tranſumptione prædicti inſtrumenti & ex alijs infra latius per me deducendis. Sed multum circa hæc non inſiſto, cum alia clariora fundamenta ſuperſint adhuc. Deueniẽdo igitur ad principale propoſitum noſtrum, dicebam, ꝙ omnino falſum dicitur eſſe iſtud de quo agimus, & quia aduocati dicti ſer B. conantur uelle euitare, & auffugere falſitatem, & uolentes euitare ſcillam inciderunt in Carybdim. primo aduertendum operæprecium eſt, vt particulariter diſcutiamus. Et 4 † primo dicunt ipſi, quòd ad hoc, ut committat falſum, debet eſſe circa ſcripturam, quæ probationem faciat, & quod alteri noceat. Item, & quòd committens ſit in dolo, quæ omnia particulariter capio, & oſtendo ad rem noſtram non facere. & primo de ſcriptura quæ probationem non faciat &c. Dico, ꝙ hoc non eſt ita indiſtincte uerum. nec text. in l. damus. C. de falſis. nec Paul. de Caſt. in conſil. 49. nec Pe. de Anc. in conſi. 23. de quibus per dños conſulentes ſit mentio, loquuntur in terminis noſtris: ſed in aliis pœnitus diuerſis: nam Pau. de Ca. ſi bene ponderetur, dicit ipſe contrarium eius, ad quod allegat: nam dicit ibi Pau. de Ca. quòd cum crimen falſi, ſi grauiſsimum crimen, nec ullum aliud ita uituperet famam, & ſtatum hominis, ſicut ipſum, ꝙ ſolus conatus eſt puniendus & omnino falſitas dicit eſſe illa, quando aliquis uoluit mutare ueritatẽ: ut in auth. de fide inſtr. in prin. & ff. de falſis in l. qd ſit falſum. cum ſimili. Bene ſubdit Pau. de Ca. quòd in caſu ſuo ſuper quo conſuluit, quod aliud erat dicendum: quia dubium erat de falſo commiſſo ſuper ſcriptura priuata: quo caſu uerum eſt quòd falſitas commiſſa, quæ nullam fidem facit ſemiplenam nec indicium, non poteſt puniri, per gloſ. illam ordinariam in l. damus. in uer. priuatas. C. de falſis. quam gl. approbat ibi Bart. & Bal. & communiter ſcribentes in l. 1. §. qui rationibus. ff. eo. tit. Præterea, ſubdit do. Pau. aliud, in d. conſi. quòd in caſu ſuo aliud erat, propter quod non poteſt dici falſum: quia in ſcriptura priuata ſeu libris de quibus ibi agebatur falſificata fuit una prima partita tantum: cum eſſent etiam aliæ partitæ, quas non falſificando præſumptio erat, ſecundum eum, quòd illa falſificatio proceſsiſſet ex inaduertentia: non autem ex dolo: cum omnes aliæ partitæ eſſent in eodẽ loco, & continuatiuæ poſitæ. Itaque dominus Paul. de Caſtr. ſi recte conſidereretur, expreſſe decidit cõtra illud, ad 5 quod allegatur per dominos aduocatos. † Similiter do. Pet. de Anch. in conſil. xxiij. incip. uiſa inquiſitione formata contra Philippum, &c. allegato ꝑ patronos ſer B. videtur decidere de directo contra dictum ſer B. nam loquitur Pet. de Anch. in caſu, in quo teſtis dicebat uerum in ueritate: ſed ipſe credebat dicere falſum: unde concludit ibi dominus Petrus, quòd non punitur de falſo: quia illa falſitas nõ lædit, ex quo omnino illud verum erat. Et hoc modo intelligit tex. in d. l. damus. cum ibi no. per Bar. C. de fal. Itaque Pet. de Ancha. potius ſentit, quòd vbi illud fuiſſet omnino falſum debuiſſet teſtis puniri de falſo, & quantumcunque non haberemus authoritatem domi. Pet. qui omnino ſentit hoc. dico quod in indiuiduo de notario & teſte fabricante inſtrumentum falſum, & deponente falſum, etiã ſi inſtrumentum per aliud uitium ſit nullum, quod omnino ueniant puniendi habemus authoritatẽ Bar. in indiuiduo. in l. ſi quis legatum in 2. col. ff. ad l. Cor. de fal. & Bal. in l. 1. in fi. in ultimis uerbis. C. de ſepul. vio. & Bal. in l. fi. ad finem. C. ſi ex fal. inſtru. & Bal. in l. ſi poſt. C. de iuris & fa. igno. & Bal. in d. l. ſi quis legatum. & Io. An. in regula non eſt ſine culpa. de reg. iur. lib. 6. in mercurialibus. & Pau. de eleazar. in commento capituli, teſtimonium extra de teſti. in quibus locis præfat. ſcrib. examinarunt iſtum articulum de notario fabricante falſum inſtrumentum, quòd ſit nullum, & alteri non officiat: & de teſte nulliter deponente, quomodo & qualiter ſint puniendi, & finaliter concludunt magis communiter referentes Dy. quòd omnino ueniunt puniendi: ut ibi per eos. Sed pro certo, caſus noſter eſt etiam magis apertus & clarus, & ſatis a prædictis diuerſus. nam doctores in prædictis locis loquuntur, quando notarius faciebat inſtrumẽtum quod deficiebat in aliquo, quo caſu, ut dixi, cõcludunt ſcribentes, quòd uenit omnis puniendus: ſed in caſu iſto, eſt quid plus. nam ſer B. videbat & cogno-

cognoscebat protocollum filii sui sauii deficere in substantialibus, & hoc oculata fide apparebat. & tamen hoc non obstante publicauit illud, quod nō erat publicandum. Secundo, quòd plus est, circa substantialia: ibi non existentia suppleuit: quibus concurrentibus nō immerito succedit, ut istud est falsum expressum, & ista scriptura est adultera, & sumus in casu posito in d.§. illud in authen. de tabellio. iunctis no. ibi per Bar. ubi dixit, quòd intātum dicitur falsum, quòd non admittitur probatio in contrarium. † Sicut etiam dicimus, quòd ubicunque notarius facit instrumentum, & non facit mentionem quòd sit de diuersa manu, scriptura redditur suspecta. ut tex. est singularis in §. & quòd sæpe in authen. da trien. & semis. col. 3. quem allegauit ad hoc propositū Bal. & Saly. con bononiensis. in l. cōtractus. C. de fide instru. & not. gl. fina. in c. post venerabilem. de reli. domi. & Spec. in tit. de instru. edi. §. instrumentum. ver. item quòd habet subscriptionem, &c. & uoluit gl. in l. fi. in uer. figura. C. de edi. diui. Adri. tollen. & ibi dixit Bald. in 14. col. quòd nedum scriptura ex hoc redditur suspecta: sed etiam falsa. & idem voluit ipsemet Bal. in l. nostram in 2. col. C de testa. & Bald. in l. si vnus in vlti. col. eo. tit. & d. Ant. & d. Abb. in c. ex literis. extra de fi. instr. Accedat ad prædictorum confirmationem illud, quod uoluit idem Bal. in l. fideicommissa. §. 1. ff. de lega. 3. ubi dixit, quòd ubicunque imbreuiatura notarii non est in mundum redacta, & ibi deficiat aliud substantiale, non probat, nec potest tunc per alium notarium ex ea sumi instrumentū. & hoc per ibi notata. ergo in proposito nostro, cū ista imbreuiatura deficeret in substantialibus, non potuit publicari & nihilominus suppleri, circa substantialia: per dictum ser B. † Et similiter non obstat illud, in quo pars aduersa se etiam summopere fundat, allegando statutum sub rubr. de rogationibus notariorum mortuorum quo cauetur, quòd extensio imbreuiaturæ notarii mortui spectat ad hæredem ipsius notarii: non autem ad alium. & per consequens dictus ser B. cum non sit hæres sui filii præmortui, non potuit extendere dictam imbreuiaturam. & hæc extensio nulla, non debet operari, vt veniat puniendus cum per hoc non generetur præiudicium alicui d. l. damus. de fals. & l. fundum. in fi. ff. de euic. Quia ad hoc potest respondeari modis. Primo, quòd licet instrumentum sit nullum: nihilominus tenent magis communiter scribentes in locis præallegatis, quòd omnino notarius venit puniēdus. Vel † & secūdo & melius possumus dicere, quòd istud non procedit in notario extendente protocollum nullū, quod deficit in substantialibus: sed in notario qui rogabatur de instrumento, & credebat illud subsistere, & deficiebat in aliquo: secus est in scienter sumente instrumentum ex protocollo euidenter nullo: ut est in casu nostro: quia tunc secus, & ista uidentur esse omnino diuersa inter se. s. an notarius illud faciens, vel faciens instrumentum, & deficiens in aliquo, propter quod instrumentum non ualeat, ueniat puniendus. & hoc casu uolunt omnino scribētes in locis præallegatis, quòd sumens in casu, in quo reperiatur protocollum nullum, & euidenter deficiens in substantialibus, siue sit ipsemet notarius, siue alius qui sumat instrumentum ex tali protocollo: & tunc dicatur omnino & indubitanter incidere in falsum, adeo & taliter, quòd est præsumptio contra eum: ut non possit probare contrarium, quin sit dolo: ex quo voluit facere de nihilo aliquid, & quod plus est, addere circa substantialia: iuxta no. per Bart. in d. §. illud. & per Bald. in d. Rub. C. de fide instr. in 4. col. Vel & aliter potest responderi, quòd non est verum, quòd falsum non puniatur, quod non noceat alteri: quia pure quod potuisset nocere alteri, dicitur falsum punibile: vt dicit Bald. in l. si falsis. in vltimis uerbis. C. de falsis. per illum text. Et † ex hoc tollitur illud, quod dicebatur per dominos aduocatos in casu isto, quòd non est dolus: & quòd ubi non est dolus, ibi non potest dici falsum d. l. quid sit falsum. cum ibi not. per Barto. de falsis. & voluit Rapha. Cuma. in consi. 91. in 2. col. inci. an productus in testamento. & in consi. 165. in 2. colu. incip. inquisitio contra notarium, &c. & dominus meus Alex. de Imol. in consil. 70. in 1. volu. incip. quando procedituri per inquisitionem. & in consil. 77. in eo. 1. uol. incip. in causa accusationis de crimine falsi, &c. & in consi. 74. in 1. vol. incip. viso testamento &c. & Ioan. de Imo. in consil. 31. incip. primum dubium &c. & in consi. 104. incip. visis & pōderatis &c. quia tātus dicitur esse dolus & ita apertus in casu isto, quòd lex non permittit probari contrarium: ut supra probaui bene notandum est, quòd ipsimet aduocati præsupponunt vnum, quo percutiunt se cum ligone suo. nam dicunt ipsi, & vere, quòd illa † imbreuiatura ser B. nullam fecit probationem: quia deficiunt in eo solemnia scilicet locus, causa & rogitus & quod extensum per ser B. nullam facit probationem: sed pro certo ex hoc detegitur dolus, & iniquitas: nam si uidebat & sciebat illam imbreuiaturam nullam, & euidenter inualidam, & nullius momenti, ad quid uoluit ipse fungi vice Dei, ut de nihilo aliquid crearet. Pro certo istud patet cuilibet rectæ intuenti, non pōt nisi dici in dolo fuisse. Considero igitur, quòd in tribus principaliter defecit ser B. ex quibus detegitur seu ex quolibet de per se dolus, & animus fabricandi falsum instrumentum. Primo extensio protocolli nulli. secundo additio circa substantialia ad illud cum plene not. per eundem dominum meum Alexand. de Imol. in consil. 74. in 8. colum. ubi proprie loquitur de notario extendente notā contra substantiam & alterando eam ut incidat in falsum. Tertio & vltimo, asseueratio ipsius, dicendo se habere potestatem extendendi a statuto, quæ nequaquam sibi permissa erat, cum nō esset hæres filii præmortui, sed nepos ipsius: ut ipsiusmet aduocati attestantur, nec in aliquo etiam eum iuuat extensum per dictum ser Paulum præmortuum: nā de eo apud eos nulla erat probatio, quod esset in rerum natura. Præterea si sciuisset, non debuisset ab eo sumere aliud extensum editum per se. se protocollo l. si quis in aliquo: cum ibi pleno not. C. de eden. Ex quibus omnibus manifeste concluditur, quod dictus ser B. notarius prædicta omnia perpetrando, & dictus Fran. eius utendo veniunt puniendi,

puniendi, tanquam falsarii, pœnis iuris, seu statu-torum ciuitatis Boñ. nihilominus eos cõmendo magnificentiæ uestræ, cuius prudentia & immensa do ctrina supplebit. Laus Deo. Amen.

Et, ut supra scriptum est consulo, & iuris esse di co, ego Ludouicus Bolognin us V. Iur. Doctor & æques sacri palatij apostolici aduocatus consisto-rialis: iura ciuilia ordinarie legens in uetustissimo regiæ patriæ meæ studio, & in fidem præmissorum solito sigillo signaui. Laus Deo & beato Dominico &c.

CASVS CONSILII XXXI. TALIS EST.

Per B. quidam Bononiensis, locauit quandam eius domum magnam in formam hospitii al teri do. B. recipienti pro se & suis hæredibus, & successoribus, pro certo prætio singulis annis soluẽdo. Demum dictus do. B. conductor cessauit longo tẽpore in solutione pensionis debite ex quo dicitur nunc per dictũ ser B. locatorem, eum cecidisse a iure suo: qui excipit se paratum soluere omnes afficus decursos: & quòd potest hoc uigore statuti positi sub rubrica de contractibus emphyteuticis, quo cauetur, quòd conductor potest usque ad xxx. annos soluere duplum pensionis debite, & non cadit a iure suo: pro ut in dicto statuto latius continetur. Modo quæritur, quid iuris stantibus prædictis, & maxime dicto contractu locationis iurato inter prædictos ser B. & dominum B. conductorem.

SVMMARIVM.

1. *Statutum laicorum, an possit tollere iuramentum, & con tractum iuramento uallatum.*
2. *Confirmatio per superiorem ad statuta laicorum, quid operetur.*
3. *Iuramentum an possit remittere is, in cuius fauorem est præstitum.*
4. *Argumentum de pacta ad statutum, an procedat, & con tra.*
5. *Emphyteuta cessans soluere singulis annis, an cadat a iu re suo, cessando in unica solutione.*
6. *Statutum quando loquitur in rem, an quis possit uenire contra, cum iuramento: & obligetur ex iuramẽto. & num. 9.*
7. *Iuramentum an sit de iure diuino.*
8. *Absolutio a iuramento præstito in contractu, etiam si ap ualet, an possit peti.*

10. *Statutum laicorum, disponens super iuramento, an ualeat.*
11. *Statutum loquens in casu simplici, an habeat locum in casu mixto, & materia odiosa.*
12. *Aditu prohibito, an intelligatur prohibitus aspectus: uel econtra.*
13. *Confirmatio superioris, ut operetur circa iuramentum, an debeat esse facta ex certa scientia.*
14. *Clausula, ex certa scientia, uel motu proprio, quo probetur.*
15. *Exceptio, an & quando firmet regulam in casibus non exceptis.*

CONSILIVM XXXI.

Cor mundum crea in me Deus & spiritũ rectum innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione, ea quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Pro tanto, inuocato diuino suffragio, quo mediante ueritas elucescat: nam dominus prope est inuocantibus eum &c. Et scriptum est sapientiæ vij. in manu illius & nos & sermones nostri, & omnis scientiæ disciplina. Et traditur prouerbiorum xij. c. Nolite loqui sublimia gloriantes: quia Deus scientiarum est dominus &c. Viso puncto mihi porrecto, & cõ tractu locationis in emphyteusim perpetuam, factæ a ser B. cuidam alteri do. B. recipienti pro se & suis hæredibus, & successoribus quibuscunque, quandam domum in forma hospitii. Nec non uisis uerbis statuti, sub rubr. de contractibus emphyteuticis, & etiam uerbis positis sub conclusione statutorum regiæ ciuitatis Boñ. patriæ meæ, & omnibus aliis diligenter & mature pensatis. Prima fronte ui detur dicendum, dictum conductorem non cecidisse a dicto contractu emphyteutico, stante dispositione supradicti statuti, quo cauetur quòd emphyteuticarius perpetuus etiam si cessauerit spatio xxx. annorum in solutione canonis: nihilominus non cadit a iure suo, si paratus sit soluere affictus decursos, & etiam duplum, secundum & iuxta formam supradicti statuti. in uer. item dicimus, quòd si aliquis emphyteuticarius perpetuus. &c. Nec habet officere iuramentum appositum super dicto contractu: quia tale iuramentum per illudmet statutum annullatur & non est in consideratione: ut patet in uer. & beneficio huius statuti, tacite, uel expresse, etiam cum iuramento renunciari non posit, & si renunciatum fuerit cum iuramento uel sine, non ualeat &c. Et per consequens dictum iuramentum non est attendendum in casu isto. & idem probatur in uerbis positis sub conclusione statutorum, in uer. ne autem sub prætextu alicuius sacramenti &c. ubi mandatur omnia statuta nostræ ciuitatis Bonoñ. seruari debere, & in omnibus locum obtinere, non obstantibus, quòd ipsorum uel alicuius eorum beneficio generaliter uel specialiter tacite uel expresse renunciatum reperiretur, & renunciatio pro nulla, & pro non facta habeatur, etiam si aliquo iuramento a maiore uel minore præstitu, uel præstando ualidari uideretur, &c. Quæ uerba apertissime ostendunt de iuramento præstito per dictum d. B. conductorem non esse curandum, & omnino nos esse in terminis dicti statuti sub rub. de contractibus emphyteuticis ut posit soluere affictus decursos. & sic non cecidérit a iure suo, & [1] illud non est † inconueniens,

quòd

quòd statutum etiam laicorum annullet contractū quantumcunque iuratum. nam hoc potest lex ciui lis.& similiter lex municipalis.l.non dubium.C.de legi.l.quæ sub conditione.ff.de condi.insti.& ita in terminis uoluit Bald. in l.fi. C.de non nu.pe.& Bal.in l.pactum, C.de colla.& Bal.in authen.sacramenta puberum.C.si aduer.uen.& in c.1.§.item sacramenta.in ti.de pace iur.fir.in vsi. feu.& Bald. in d.l.non dubium.& in l.1.in fi.C.de indi.uid.tol.& in l.si quis inquilinos. §.fi. per illum text.ff.de leg. 1.& in rub.ff.de iureiur. & in l.2.in ix.q. C.de re scin.uen.& Sali.conbononiensis late in d. authen. sacramenta puberum.& Pe. de anch.in regula, ea, quæ.de reg.iur.in 6. in quibus locis præfati scrib. concludunt,quòd etiam statutum laicorum potest inualidare contractum etiam iuramento ualidatū etiam sic disponente circa iuramentum,quòd saltem ille qui est tutus authoritate dicti statuti, excusatur a periurio,tanquam ex causa iusta.s.fretus authoritate superioris.l.fi.ff.qui satis.cog.Et maxime prædicta procedunt in casu isto:quia statutum prædictum, & omnia alia ordinamenta, & statuta † ciuitatis prædictæ, reperiuntur approbata & cō

2 firmata per sedem apostolicam,quæ habet potestatem & facultatem disponendi circa iuramentum, tanquam super re spirituali.c. uenerabilem. extra de ele.c. quanto.& ibi plene habetur ff.de iureiu. quæ confirmatio in casu isto operatur,quòd dictū statutum respectu saltem iuramenti dicitur esse statutum papale:nam posito, quòd laici non possint disponere circa iuramentum, prout infra latius ostenditur iuribus & rationibus, dicetur talis confirmatio potius de nouo datio:ut plene declarat Bar.& communiter alij post eum in l.more. ff. de iurif.om.iudi.& glo. quam summe commendat ibi Bald.in.l.ex uerbis.C. de do. inter vi.& uxo.& Bar.in.l.si constat. ff. de appel.& Bal.in.l.ex placito.C.de rerum perm.& Bal.in l. si donatio.per illū tex.C. de dona.& Bald.in l. 1. C.de testa.manu. & Bal.in l.leges.in ult.col.C.de legi.& Bald.in l.si do natæ.§.1. per illum tex. ff. de do.inter vi. & vx.& Bald.in l.aduersus.in fi.C.si aduer.rem iu.& Bal.in l.legitima.ff.de pac.& Ang. in.l.adoptio.la secunda.ff.de adop.& Alb.de rosa.in prima parte statutorum in quæstione xxj.incipi.item quæro si statuta confirmentur &c.& Inno.& Ioan. an.do.Ant.& do. Abb.in c.dudum.per illum tex.no.extra de deci.& do.Abb.in.c.inter dilectos.circa medium.extra de fide instr.& per do.Cano.omnes in.c.penul. extra de confirma.vti. uel inuti.& per consequens respectu iuramenti statuta, dicuntur esse statuta papalia,tanquam alias inualida respectu. iuramenti.Stante igitur dispositione dictorum statutorum reijciente iuramentum approbatum per romanū Pontificem , non uidetur vsquequaque facienda uis in dicto iuramento interposito super cōtractu dictæ locationis in emphyteusim perpetuam, de qua agimus.† Accedat ad prædicta:quia sicut pars

3 in cuius fauorem est præstitum iuramentum,potest illud remittere.c.consuluit.extra de usur.c.2. cum ibi plene not.extra de spon.Ita debet posse remitti per statutum,iuxta theoricam illius gl.no.in rubr.C.de decre.decurio. lib.x.quæ dixit,quòd ea

4 † quæ possunt fieri per pactum,possunt fieri etiam per statutum. quam gl.ad hoc propositum de iuramento, quòd possit tolli per statutum, allegauit Sali.in dicta authen. sacramenta puberum.ubi copiose loqnutus est in hac materia.& Bai. in consi. cccxvj.in tertia parte consiliorum incipi.Ioannes de albinis &c.& in consilio xij. incip. quidam dominus Matthæus in eadem tertia parte consiliorū. Præterea dato & non concesso, quòd iuramentum in casu isto ligaret dictum dominum B. nonne pòterit petere absolutionem a tali iuramento : certe sic:qua obtenta,poterit uti beneficio dicti statuti: iuxta no.per Federi.de Senis, in suo consi.cclxxij. incipi.in nomine domini,factū tale est,&c.& Pau. de Castr.in consil. clxxvij.incipien.contra superius,&c,in secunda col.ubi concludū t,quòd ubicunque statutum annullat contractum,etiam iuramento uallatum:attamen quia recipiens tale iuramentum, facit contra prohibitionem statuti,& ex hac transgressione puniri debet:poterit compelli omnino relaxare tale iuramentum,ut ibi latius per eū concludentem in proposito nostro ad fauorem dicti domini B.conductoris,ut possit absolui a uinculo dicti iuramenti, quòd dictus B.recipere non debuit stante prædicta dispositione statutaria in contrarium,ne si aliter diceremus dictus B.ubi puniri debet:ut in c.quæ contra.viij.di.& in c.quæ resistit.xj.q.3.reportet commodum.ut in c.eum qui. de præben. in 6. Et istud esset aperire uiam malitiis:contra l.in fundo.ff.de rei uendi.Et hoc modo statuta etiam de facili fierent elusoria, contra l.si prætor. ff. de iudi.Multo minus etiā uidetur dictū scr.B . posse tueri aduersus dictum locatorem ex perforatione parietis facta per eum & ex constructione latrinæ factæ,pront præsupponitur mihi in facto,nam propter hoc non dicitur esse talis apertura , qua possit haberi aspectus per ipsam in domum dicti B.ergo. &c. Nihilominus prædictis nō obstantibus,quæ uere non obstant, si recte ponderentur,in contrarium puto fore ueritatem,prout ex infra dicendis clarius apparebit.Primo † tamen,antequam aggrediar rem ipsam,præsuppono

5 unum,quòd licet regulariter emphyteutica priuatione sosuendo debitum canonem per triennium cadat a iure suo.l.fi. C.de iure emphy.c.potuit. cū ibi no.extra de loca.tamen si iurauit soluere locatori singulo anno affictum seu cononem,cadit a iure suo, postquam cessauit soluere in primo anno tantum.l.si quis maior. C. de transa.per quem tex. ita in terminis locationis determinauit Bal. in c. quærelam.extra de iureiur.super glo.1. per quam gl.uoluit ipsemet Bal.ibidē et,quòd in terminis illius decre.ille,qui cum iuramento promiserat alteri soluere annuam pensionem, si semel cessauit soluere,est periurus,& incidit in commissum,& priuatur iure suo:absque eo, quod expectetur cessatio biennalis:iuxta l. quæro. §. inter locatorem.ff. loca.& hoc etiam colligitur expressius ex alia glo. fi.in d.c. quærelam.Et dicunt communiter omnes docentes in d. l. si quis maior. quod ille tex.uendicat sibi locum in quolibet contractu iurato.per illum tex.in uerbo, placitis.& eo maxime,quia dispositio etiam exorbitans tendes ad maiorem ab-

servationem

seruationem iuramenti, extenditur de uno casu ad alium ex identitate rationis: ut est glo. in auth. sacramenta puberum. & in l. 3. §. 1. ff. de contra. iudi. tut. & ita in terminis de conductore iurante solue re singulo anno affictum, quòd si cessat in primo anno soluere, cadat a iure suo, reperio dominum meum Alex. de Imo. in contingentia facti, alias cõsuluisse, in suo consi. cxxvj. incip. redemptoris nostri inuocato suffragio, non puto id, de quo quæritur longam disputationem exigere &c. in 1. uol. cõsiliorum suorum. Hoc præsupposito nunc ad ostendendum inconuincibiliter, quod dictus cõductor cecidit oĩno ab oĩ iure suo, nec soluendo canonem etiã in duplum possit se liberare, nec etiam petere absolutionem a iuramento quod est fortius inuito dicto ser B. locatore. probatur sic: ubicunque iuramẽtum præstitum est non dolo, nec metu: illud debet seruari quandocunque potest seruari sine interitu salutis eternæ. c. si uero. c. debitores. extra de iureiurau. & ibi plene explicãt omnes scrib. & Rapha. cu. in consi. lxxxij. in fi. incip. casus talis est Augustinus &c. & latissime Io. de Imo. in c. cum contingat. eod. tit. & iudices seculares nedum ecclesiastici tenentur seruari facere dictum † instrumentum

6 iuramento uallatum. c. licet mulieres. de iureiur. lib. 6. & tanto magis hoc dicendum est in casu nostro: in quo statutum non dirigit probationem ad personam. non enim dicit statutum, quòd emphytheuticarius ꝑpetuus nõ possit se obligare ad soluendum canonem debitum singulis annis: nec, (quod plus est) loquitur prohibitiue circa hoc: nã si hoc esset, fortasse aliud diceremus, tanquam contrahẽs: tunc contra præceptum statuti diceretur peccare. c. 2. de maior. & obedien. nam tale iuramentum nõ posset seruari sine peccato. c. quamuis. de pac. in 6. & ita uoluit Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fide. in 3. & 4. membro. & Bar. in l. 2. C. ne fideiuss. do. den. & Angel. in d. auth. sacramenta puberum, post Barto. ibidem. sed ut dixi, non sumus in tali casu, in quo ista non interueniunt ergo &c. Præterea dato, quod statutum prædictum loqueretur etiam in personã, disponens super iuramento, non ualeret tanquam factum a laicis, qui super hoc disponere non possunt: cum dispositio talium spectet ad ecclesiam d. c. uenerabilem. de elec. c. fi. de foro compe. lib. 6. & iuramentum dicitur esse de iure diuino c. & si Christus. de iureiur. & scriptum est: reddite iuramenta uestra Deo: unde non potuerunt laici statuere contra ius diuinum d. c. quamuis. & d. l. non dubium. C. de legi. c. ecclesia sanctæ Mariæ: extra de consti. c. tuam. extra de ord. cogni. & ita in terminis reperio Bar. dicentem in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. in 3. quæstione principali, ubi determinauit, quòd statutum disponens, quod contractus minoris factus sine consensu propinquorum, non teneat, etiam si interuenerit iuramentum, non ualet; quia iuramenta spectant ad ecclesiam. & idem uoluit ipsemet Bar. in suo consilio incip. quæro dicit statutum, quòd minor &c. & late explicat do. Anto. in d. c. cum contingat. de iureiur. in uer. tertius casus &c. & Pau. de Ca. in consi. lxvij. incip. uisis & consideratis omnibus &c. in 1. col. & in consi. xcix. incip. in ista donatione &c. in pen. col. in fin. & in consil. xcviij. incip. notandum est primo, &c. in pe. co. & in consi. cxlj. incip. uisis & consideratis omnibus, &c. in pe. & ulti. col. & in consi. ccxvj. incip. circa primum quæsitum, &c. in 2. & 3. colum. & Rapha. fulg. in suo consi. clvij. in 2. col. incip. supposito statuto canonis &c. & Ludoui. Rom. in consi. xij. incip. uiso facto præposito &c. & illustris d. Frãci. are. in consi. viij. incip. abunde satis &c. ubi proprie loquitur in statuto Bononiensi annullante iuramentum, & concludit quòd non potest, etiam stãte confirmatione Papæ, ut ibi per eum. & in consil. xxij. incipient. diligenter & mature consideratis &c. & do. Car. in consi. xcij. in ulti. col. incip. nobiles uiri domini &c. in dubio. vij. illius consi. & domi. Abbas in consi. lxxij. in 1. uolu. edito per me in almo studio Ferrariensi dum ibi legerem ordinarie iura ciuilia, quod incipit. in hac causa, quæ ad præsens &c. & Bald. in consil. xxxij. in 3. parte consiliorum incip. in casu proposito &c. & Bald. in cõsil. cccxcij. in 4. parte inci. considerandum est &c. & Ange. in consi. clx. incip. domina Catharina &c. quia dispositio super iuramento non spectat ad legem ciuilem, uel ad iudices seculares prout not. Hosti. in ca. quæmadmodum de iureiur. & quia iuramenta principaliter diriguntur in Deum d. c. & si Christus. & c. debitores. ideo non sunt sub lege

7 ciuili. c. 1. extra de regula. Nec † dicatur mihi resistentia legis impedit naturalem obligationem. l. si non sortem. §. 1. ff. de condi. inde. pari ratione debet impedire uirtutem iuramenti cum inter iuramentum & simplicem loquelam non sit differentia quo ad deum. c. 1. de pac. quia ad hoc potest respõderi, prout dicebat d. Ant. in d. c. cũ contingat. quod illud est uerum, quando tali resistentiæ legis consonaret etiam ius diuinum: utputa quando lex uel statutum prohiberet usuras. Sed hoc non est aliquo

8 modo in casu nostro. Plus † dicit ibi do. Ant. quòd etiam non posset peti absolutio seu relaxatio a iuramento. & in hoc arguit Fede. de senis, in consi. supra allegato dicens, quòd iuramentum operatur non solum respectu iurantis: sed etiam respectu hæredum ipsius, ut ibi per eum late loquentem & eandem sententiam amplexus est etiam Ioan. de Imo. ibidem in tertio membro principali vbi dicit quòd iudex secularis potest cogi per iudicẽ ecclesiasticum ad faciendum seruari iuramentum, per d. c. licet mulieres. de iureiur. lib. 6. subdens quòd si statutum expresse infringeret iuramentum, tunc statutum non ualeret tanquam disponens super re spiritnali, & spectante ad ecclesiam, ut supra dictũ est, plus voluit etiã Ioannes de Imo. ibidem, quòd tunc non posset peti absolutio a tali iuramento: cũ iurans, sponte id fecerit, nec dolus nec metus intercesserit, per d. c. quamuis. & d. c. cum contingat. Ad idem faciat etiam, quod uoluit Io. An. in c. statutum. el primo. extra de hæreticis. in 6. & do. Anto. in c. j. extra de sponsa. & dominus Abb. in consilio lxv. in 2 vol. incip. casus quidam Rainerius &c. & Bal. in consilio suo. cccvij. in 3. parte. consiliorũ

9 suorum incip. nulla mulier se nubat &c. ubi † concludunt non ualere statutum laicorum disponens super matrimonio, tanquam super re spiritnali, & subdunt quod non potest etiam imponere pœnã contra

contra facienti. Et hanc eandem sententiam, quòd non obstante statuto teneatur omnino iurans seruare iuramentum, nec ualeat statutum contrariũ disponens, uoluit dominus Abb. in d.c. cum contingat. per illum tex. & per no. per Inn. in c. 2. de regula. ubi dicit, quòd in istis spiritualibus præfertur ius naturale positiuo. Et faciat text. in c. si Imperator. xcvj. distin. ubi ipsemet Imperator in spiritualibus debet recurrere ad ecclesiam. Et per hæc indubitanter apparet, quòd statutum prædictum non potuit apponere manum circa iuramentum tanquam in messem alienã, cum alias de facili aperiretur uia periuriis: contra text. in l. 1. C. si aduer. ven. & in l. 2. C. de indi. uidui. tol. Sed multo minus habet obstare dictum statutum: quia non loquitur prohibitiue in personam. Quæ duo multum considerantur per scribentes, in locis præallegatis: & his cessantibus unanimiter concludunt omnes, quòd res non habet dubitationem, quin semper iuramentum debeat seruari, indistinctè etiam si statutum diceret contrarium, & istud est multum considerandum ad fauorem dicti ser. B. in casu isto. Accedat ad confirmationem prædictorum aliud dato & nõ concesso, quòd statutum prædictum potuisset tollere iuramentum: quia non habet locum nec militat in terminis nostris: quod ostendo aperta ratione. nam statutum prædictum sub rubrica de contractibus emphytheuticis, prouidet circa cessationem canonis debiti ab emphytheuticario perpetuo, & disponit qualiter per non solutionem canonis etiã per spatium xxx. anno. non fiat præiudicium ipsi emphytheuticario nec domino &c. & postea in ver. si. incipiente: & beneficio huius statuti &c. tollit iuramentum seu renunciationem factam beneficio illius statuti cum iuramento: unde dato, & non cõcesso, ut dixi, quòd statutum posset tollere iuramentum, & (quod plus est) loqueretur † in personam, & etiam prohibitiue: tamen cum sit contra ius cõmune, debet intelligi in suo casu simplici. scilicet quando solum locator uellet se fundare super cessatione solutionum. Sed in casu nostro † non sumus in casu simplici: sed in casum isto super quo dictum statutum non disponit scilicet quia fuit factus contractus emphytheuticarius, & etiam fuit initum aliud pactum æque principaliter scilicet quòd non sit licitum dictis contrahentibus seu alteri eorũ, seu hæredibus uel successoribus, facere seu fieri facere aliquas fenestras seu rupturas uel aperturas aliquas in aliquibus muris &c. super quibus etiam fuit interpositum iuramentum: ut patet ex dicto instrumento locationis in uersi. quæ omnia & singula dictæ partes &c. ergo si non ratione cessationis solutionis simplicis posset dictus do. B. conductor dici cecidisse a iure suo: tamen ratione dictæ rupturæ super qua dictum statutum aliquid nõ disponit debet dici cecidisse a iure suo prout infra latius ostendetur. Exquo ergo non sumus in casu simplicis locationis: sed in casu misto, in quo interuenit illud pactum pœnitus diuersum a non solutione canonis, non habet locum dispositio dicti statuti, cum simus in materia odiosa & saltem respectu iuramenti exorbitanti a iure communi, & a iure diuino: unde non debet fieri extensio: sed strictissime debet intelligi in casu suo. l. uim passam. §. præscriptione. ff. de adul. l. si ita scriptum. cum si. ff. de lib. & posth. & no. Bald. in l. omnes populi in xij. col. ff. de iusti. & iur. & Pe. de Anch. in repe. c. canonum statuta. in uer. uenio ad quartũ membrum. extra de constitu. & late no. scribentes in d. l. si ita scriptum. de libe. & posth. & Ange. in suo cõsil. cclvj. incip. de pace ducis Mediolani. &c. & dominus Alex. de Imo. in consi. cxl. in v. nolu. conditiorum incip. circa primum dubium &c. & Bald. in l. hac consultissima. C. qui testament. face. posse & Bald. in l. fin. C. de testa. & per scribentes omnes in l. 2. ff. de uerbo. obliga. & ibi hoc anno dixi & disputaui. Itaque statutum prædictum non uendicat sibi locum in casu nostro ex hoc capite: quia non simpliciter fuit facta dicta locatio: sed interuenit prædicta conuentio pœnitus dissona a solutione canonis. & per consequens non sumus in meris terminis locationis prout loquitur dictum statutum. Præterea dato & non concesso, quòd essemus in casu simplici, dico adhuc, quòd ex eo quia dictus dominus B. fecit dictum ostium cum dicta latrina, dicitur contrauenisse: ut statim probabo: ergo. ratione istius pacti iurati, in quo contrauenit. omnino cecidit a iure suo, & est periurus & infamis. l. si quis maior. C. de transac. cum ibi plene nota. nec super tali pacto iuramentũ appositum reperitur annullatum per statutum prædictum, uel per aliam dispositionem municipalem: unde in hoc stabimus iuri communi d. l. si quia maior. cum aliis supra allegatis. Quod antè dictus dominus B. dicatur contrauenisse faciendo dictum ostium probatur sic. nam si per dictas partes tollitur aspectus de una parte ad aliam, multo magis tollitur aditus, & debet intelligi hoc fuisse de mente partium. auth. multo magis. C. de sacrosan. eccle. authen. multo magis. C. de epis. & cle. Præterea, hoc patet, propter uerba contractus, in uer. & si quid apertũ est &c. ubi nedum impeditur apertura fienda, sed si quid de præsenti apertum erat tempore contractus, claudi debebat, ergo &c. † Accedat ad hoc: quia non potest dari aditus, quin etiam non detur aspectus, ut de se patet: unde postquã noluit subsequens intelligitur noluisse antecedens necessariũ ad illud l. ad rem mobilem l. ad legatum. ff. de procuratori. & l. illud cum similibus. ff. de acquir. hære. & maxime, cum ex isto ostio facto per dictum dominum B. apertissime pateat aditus, & aspectus per domum dicti B. & in domo eiusdem. ergo. nõ est aliquo pacto dubitandum, quin dicatur in hoc contrauenisse, & contrauenicndo cecidisse dictus dñs B. conductor ab omni iure suo, tum respectu cessationis in non soluendo singulo anno affictum seu canonem promissum: tum respectu ostii facti in dicto pariete. Nunc operepretium est particulariter tollere ea, quæ suprà in contrarium deducta fuere pro fauore dicti conductoris. Et primo, non obstat dum dicebatur, quòd statutum tollit necessitatem soluendi singulis annis, & tollit etiam iuramentum. & per consequens iuramentum non est in cõsideratione: quia ut suprà late deduxi, hoc est falsum: nec statutum laicorum potuit hoc inducere. Nec obstant iura allegata in contrarium scilicet l. quæ

quæ ſub conditione.de conditio.inſtitu.& d.l.non dubium, cum authoritatibus Bald.& aliorum, de quibus ſupra feci commemorationem.nam nõ debemus attendere diſpoſitionem iuris ciuilis, ſeu municipalis in materia iuramenti cũ ſit extra meſſem ſuam. d.c.venerabilem. & ſic dicendum eſt diſpoſitionem d.l. non dubium. cum ſi. omnino eſſe correctam per text. in c.cum contingat. & per d.c. quamuis. & ita tenet Hoſt. & communiter alij canon.in d.c.quemadmodum. de iureiur. Secundo,nõ obſtat aliud,dum dicebatur, q̃ ſaltem dictus do. B. excuſabatur à periurio propter authoritatem ſtatuti, tanquam ex iuſta cauſa,per d.l.fin.qui ſatiſda. cog. quia ad hoc reſponderi poteſt, q̃ non poteſt ſtatutum prebere iuſtam cauſam excuſationis ab obſeruatione iuramenti, poſtq̃ non poteſt diſponere ſuper iuramento, vt ſupra latè probatũ fuit. Et vbi agitur de peccato, ſemper ſtandũ eſt diſpoſitioni iuris canonici,in omni foro:vt not.gl.in regula, poſſeſſor.de regu.iur.in 6.& in c.fin.extra de præſcrip. & no.Bar.Bal.& Sal.in l.priuilegia. C.de ſacroſan.eccle. Similiter non obſtat, dum dicebatur, q̃ ex quo dicta ſtatuta ſunt approbata per ſedem apoſtolicam,quæ habet facultatem diſponẽdi circa iuramentum tanquã ſuper re ſpirituali,debet operari annullationem dicti iuramenti, interpoſiti ſuper dicto contractu:qu.a ad hoc poteſt reſponderi pluribus modis. Et primo,quòd dicta confirmatio loquitur limitate, habito reſpectu ad ſtatuta condita à certo tempore citra, non autem ad alia, quæ extabant: prout patet ex verbis ſecundi capituli initi inter ſedem apoſtolicam,& M.regimina ciuitatis Bononiæ. Vel & ſecundo †poſſumus reſpondere, quòd ad hoc vt talis confirmatio operetur circa tale ſtatutum, quo ad iuramentum, eſt neceſſe,quòd ſit facta ex certa ſcientia, vt voluit multum ſignanter Inno.in indiuiduo. c. t.extra de tranſact. & notant domini Cano. in c.1.extra de confir. vtil. vel inutil.& Bar.in d.l.priuileg a.de ſac.ſan. eccleſ. circa princ.& Bar.in l.ſi conſtat. ff.de appellat.quæ certa ſcientia †non præſumitur niſi probetur: vt quia ſit expreſſa clauſula ex certa ſciẽtia in ipſa approbatione,per id,quod habetur in c.ſi motu proprio. de præbend.in fin.vel quia de talibus ſtatutis appareret eſſe factam mentionem : vt per gloſ.in c. paſtoralis.§.præterea.extra de off.delcg. in verſi.ex certa ſcientia. Vel & tertio poteſt reſpõderi, quòd dato, quòd cõfirmatio prædicta fuiſſet facta ex certa ſcientia, tamen vbi poteſt confirmatio referri ad aliquos actus validos, & ad aliquos inualidos, in dubio debet referri ad actus validos tex.eſt diligenter notandus ad hoc propoſitum in d.c. dudum. in fi.extra de deci.per quem tex. ita in terminis voluit ibi Inno.Ioan.An.& do.Ant.qui ſubdit, quòd hoc de facili non reperitur alibi. Cum ergo dicta confirmatio ſedis apoſtolicæ poſſit trahi tanquam generaliter facta ad ſtatuta noſtra, quæ ſunt aliqua,& etiam ad ſtatuta,quæ ſunt nulla,debet referri ad illa, quæ ſunt valida. & per conſequens in caſu iſto non debet referri ad ſtatutum ſub rub. de contractibus emphyteuticis,quantum eſt ſaltem reſpectu iuramenti cuius reſpectu dictum ſtatutum nulliter factum erat,vt ſupra probatũ fuit. Et †ſi diceretur

13

14

15

mihi,amice, Romanus Pontifex in dicta approbatione excepit tantummodo ſtatuta, quæ eſſent contra libertatem eccleſiaſticam, ergo videtur firmaſſe approbationem in omnibus aliis non exceptis, cum exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis ; vt in l.quæſitum.§.denique.ff.de fund. inſtru. cum ſim. Ad hoc poteſt reſponderi, quòd licet exceptio firmet regulam in non exceptis, non tamen facit, quòd regula & generalis diſpoſitio comprehendat alia, quæ non comprehendiſſet non facta exceptione. tex.eſt in l.generali.§.vxori. & ibi hoc not.Bart.ff.de vſufru.leg.& in l.Lucius.§.pluribus. ff.ad Treb.& voluit Bar.in l.j.in fi. ff.de regu.iuris. Præterea dato,quòd Papa reprobet ſtatuta, quæ eſſent contra libertatem eccleſiaſticam, non per hoc videtur voluiſſe comprobare alia ſtatuta inualida, niſi illa omnino ſingulariter & particulariter fuiſſent diſcuſſa per Romanum Põtificem.text.eſt not. in l. legata inutiliter.ff.de lega. 1.per quem text. ita decidit ibi Bart.Bal.& Io. de Imo. dicentes in dubio intelligi ſtatuta diſcuſſa; ſi fuiſſent ſibi lecta, alias autem non quod eſt multum notandum in propoſito noſtro, cum dicta ſtatuta non præſupponantur tunc temporis diſcuſſa, & lecta per Romanum Pontificem. imò apparet contrarium ex lectione dictorum capitulorum. Præterea, q̃ illa exceptio in caſu iſto nihil operetur, probatur ſici expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur l.3. ff.de lega.1.l.non rectè.C.de fideiuſ.ſed ita eſt, q̃ tacitè inerat in generali confirmatione ſtatutorum, quòd non intelligerentur confirmata eſſe ea, quæ eſſent contra libertatem eccleſiaſticam, vt ſignanter voluit Bal.in l.omnes populi. in 6.colu.ff.de iuſtit.& iur.per tex.in l.ſi peculium.§.ſi quid.ff.de pecul.le. ergo illa expreſſio in caſu iſto nihil operata fuit. Vlterius non habet obſtare illud, quod dictum eſt, q̃ ſicut poteſt remitti iuramentum per pactum, ita per ſtatutum &c.quia ad hoc poteſt dici quòd pars poteſt remittere iuramentum iuranti etiam reſpectu vinculi cum Deo contracti: quia Deus recipit iuramentum conditionaliter, niſi ſcilicet pars remittat illud.d.c.quemadmodum.vnde fatẽdum eſt, q̃ ſicut poteſt per pactum remitti: ita & per ſtatutum, ſcilicet conditum ab habente poteſtatem ſuper hoc diſponendi: ſed laici non habent poteſtatem diſponendi ſuper iuramento, vt ſuprà clarè oſtenſum fuit: ergo &c. Et iſtud comprobatur: nã videmus,quòd ſponſalia & matrimonium fiunt per ſponſionem & pactum contrahentium,& tamen poteſtas ſtatuendi ſuper matrimonio,non ſemper ſpectat ad laicos; vt not.Ioan.And.in c.ſtatutum. el 1. de hære.in 6.& do.An.in d.c.1. extra de ſpon. Subſequenter, non habet obſtare, q̃ ſaltem dictus do. B. conductor debet poſſe petere abſolutionem à iuramento : quia ad hoc reſpondendum eſt, q̃ ſecundum magis communem opin. Doct.in d.c.cum contingat. vbicunque iuramentum non fuit receptum dolo, nec metu recipientis, non poteſt peti abſolutio, nec dicatur q̃ ſer B. iuramentum recipiens,fecit contra prohibitionem ſtatuti, ergo non debet commodum ſentire : quia ad hoc poteſt reſponderi, q̃ ſtatutum laicorum hoc caſu non arctabat. & per conſequens,doctrina Fede.de Se. in ſuo conſil.

consi.272. de quo suprà. non habet obstare: quia in casu suo recipiens iuramentum uidebat se recipere contra formam statuti: quia sciebat illum iurantem esse filium familias, cum quo non poterat con trahere quæ ratio cessat in casu isto. Vel & melius dicendum est, quòd ex quo præsupponimus statutum non loqui in personam: ut patet in dicto uer. & huic beneficio &c. non habeqofficere. Vel dicamus, quòd si hæc omnia cessarent: tamen secūdum communem opi. isto casu non potest peti absolutio, ut suprà proxime dixi: ergo &c. Ex quibus omnibus concludo dictum dominum B. conductorē omnimode cecidisse a iure suo: tamen respectu cessationis in non soluendo singulis annis debitum canonem, tum respectu dicti ostii facti in communi pariete contra conuentionem initam inter eos. Et, vt nostris detur audacia uerbis, ꝙ statuta regiæ ciuitatis nostræ loquentia circa iuramentum, non obstante approbatione illa apostolica, nihil ualeāt respectu iuramenti, & eo respectu nihil operentur & ꝙ imo iuramētum debeat seruari, nec posit peti absolutio, reperio, præfatum dominum meum Alex. in contingentia facti, in hac ciuitate nostra: alias consuluisse super quodam statuto annullante iuramentum, sub rub. de dotibus restituendis. & ita in dubio determinasse in suo consil. in ordine meo 59. in 1. uol. inci. redemptoris inuocato suffragio, uiso instrumento, & titulo quæstionis &c. ubi bellissime loquutus est circa intellectum statutorū nostrorum respectu iuramenti, & etiam respectu confirmationis Apostolicæ, & finaliter concludit, prout suprà late deduxi. & idem ēt uoluit illustris. do. Fran. Are. in d. consi. 8. de quo suprà feci mentionē. & idē posuit idē d. meus Alex. de Imo. de statutis an & quomodo possit disponere super iuramēto, in suo consi. 27. in 1. uol. inc. an minor cōtrahea &c. in 8. col. & in consil. 125. in eodem 1. vol. in 8. col. inci. uisis & consideratis statutis &c. & ēt in cō sil. 37. in 9. col. in 2. uol. inci. uiso & opportune discusso processu, &c. & in consil. 102. in 4. uol. incip. cum statutum dirigat prohibitionem in personam minorum, &c. & etiam in consi. 106. in eo. 4. vol. in ci. viso themate, & instrumento cōcessionis, &c. & in consi. 53. in 3. uol. inci. uisis & consideratis statutis &c. & in consi. 39. in 4. uol. incip. viso statuto & themate quæstionis &c. in quibus locis late explicat quomodo, & quando statutum possit disponere circa iuramentum, & maxime in dicto consi. 59. in 1. uol. & eius decisio apponit infallenter gladiū ad radicem huius præsentis dubitationis: cum quo omnino pertransco, tanquam cum eo, qui fuit ueritas, & a quo calore Alaxandrino scientia nostra legalis illustratur, decoratur, & mirum in modum ornatur. Laus Deo, necnon intemeratæ ac gloriosæ semper Virgini Mariæ.

Et ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques: sacri palatij Apost. aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio: Et in fidē ꝑmissorū ꝓpria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XXXII. TALIS EST.

Berta suum condidit testamentum: in quo inter alia sibi vniuersales hæredes instituit tres filias proprias, videlicet, dominā Luciā, Zaneuerā, & Magdalenā, quas si decederēt, seu aliqua eorum decederet sine filiis masculis, inuicem substituit, vuulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Et similiter eis, & cuilibet earum, quæ sine filijs masculis decederent, seu decederet, substituit, & esse voluit hæredes vniuersales, & successores singulos in stirpes, & non in capita, filios masculos dictarum, & cuilibet earum mulierum, & hæredum, ut suprà tam natos quam nasci turos, existētibus matribus, seu existente matri corū defunctis, seu defuncta, & dictos filios masculos vt suprà pleno iure substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Condito dicto testamento, decessit præfata Berta testatrix, relictis dictis tribus filiabus superstitibus, quæ post ea diuiserunt inter se bona paterna, & etiā materna. in qua diuisione seu contractu diuisionis cassauerunt & annullauerunt testamentum prædictæ matris suæ, ꝓmittentes per se & earum hæredes, omnia & singula firma, rata habere, suo iuramento, in solenni forma &c. Quibus peractis mortua est dicta domina Lucia, vna ex dictis filiabus heredibus institutis relictis ex se filijs masculis superstitibus, & superstitibus dictis dominabus Zaneuera & Magdalena cohæredibus & sororibus suis. Demum decessit dicta domina Zaneuera, relicto ex se filio vnico masculo pubere: qui ignorans mortem matris, cum esset tunc grauiter infirmus, mortuus est die sequenti, post obitum matris suæ, relictis tribus sororibus eius filiabus dictę dominæ Zaneueræ, necnon superstite dicta domina Magdalena, vna ex cohæredibus prædictis matertera sua. Ex quibus oritur nunc dubitatio, vtrum dicta domina Magdalena, & dicti filij masculi dictæ dominæ Luciæ, succedant per fideicommissum in bonis obuentis dictæ dominæ Zaneueræ, uel ne, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio, an & quando expiret, facta sub conditione: si quis decesserit sine filijs &c. Et an expiret per existentiam vnius filij tantum. Et quid si extet filia fœmina, vel filius ex filia fœmina.*

1 *Hæreditas non adita, an transmittatur ex potentia suitatis.*
2 *Hæreditas, quæ aliquibus casibus transmittitur, an transmittatur vigore hæreditatis delatæ, an tanquam non aditæ.*
4 *Restitutio an concedatur aduersus non aditam hæreditatem.*
5 *Casus obmissus, an & quando habeatur pro obmisso, maxime in substitutionibus.*
6 *Statuto cauente, quod filia dotata a patre, non succedat, habeatne locum, si pater moritur, nondum nata filia, vel furiosa, vel infante.*
7 *Testatoris & statuti dispositio, a pari procedunt.*
8 *Fideicommissi ius an tollatur per diuisionem factam inter fratres, vel alios. & nu. 10.*
9 *Iuramenti vis.*

CONSILIVM XXXII.

Cor mundum Crea in me

Deus: & spiritum rectũ innoua in visceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Viso igitur casu præmisso, & omnibus alijs ad rem hanc facientibus, mature pensatis, obmisso multiloquio & argumentationibus ad partes, dico breuiter, quòd non admittitur, ut infra multifarie, multisque modis, iuribus, & rationibus probabo quòd prædicta domina, seu alii, de quibus in dubio fit mentio. Sed antequam ad decisionem præsentis consultationis condescendam, pro intelligentia dicendorum, præmitto aliqua, & primo, quòd † quo 1 ad dominam Luciam liberas ædes habemus, quòd in eius persona expiranit substitutio, cum ipsa decesserit relictis filiis. vulgata l. ex facto. §. si quis rogatus. cum ibi plene not. ff. ad trebel. & in l. pater. §. 1. ff. de condi. & demon. l. cum uxori. C. quando di. leg. ced. & in l. 1. C. de condi. inser. & l. non est sine liberis. de verbo. signi. ubi plus habetur, quòd etiam in terminis, de quibus agimus, si quis decesserit cum unico filio tantum, deficit conditio, secundum Raph. ful. in consil. 4. incipien. in feudo pater no &c. & uoluit etiam do. meus Alexan. de Imo. in consil. 109. inci. Sempronia testamentum condidit &c. in 1. col. in 2. uol. ubi dixit, quòd etiam si quis decesserit cum filia, deficit dicta cõditio. l. si ita scriptum. ff. de lega. 2. & in l. si quis ita. in prin. ff. de testa. tut. l. 1. ff. de uer. obl. & idẽ uoluit in cõsil. 178. in 5. uol. inci. casus talis est, &c. in 1. col. & Paul. de Ca. in consi. 79. incip. casus iste frequenter, &c. ubi ponit, quid iuris, quando est facta substitutio filio masculo, si decesserit sine liberis, an intelligatur de masculis tantum in consil. 357. inci. niso dicto puncto & in consil. 158. inci. viso testamento Michaelis, &c. & Raph. Cuma. in consi. 25. incip. substitutio facta duobus &c. & Raph. ful. in consil. 18. inci. Solumina fecit testamentum & cæt. & in consilio. 38. incip. in proposita quæstione &c. & Ludo. Ro. in consi. 148. incip. uisis thcmate & supra consultis &c. ubi ponit, quod si quis moritur relicto filio ex fœmina filia. & Bal. in consi. 238. incip. quidam magnus nobilis &c. sed hoc ultimum de filia fœmina non haberet locum in casu nostro propter expressam prouisionẽ factã per dictã Bertã testatricẽ de filiis masculis &c. Itaq; quo ad dictã do. Luciã liberas ædes habemus, quod deficit conditio prædicta. & hoc præmisi propter ea, quæ inferius deducam in 2 proposito nostro. Secundo † præmitto, quòd licet secundum magis communes & ueras conclusiones hæreditas non transmittatur etiam ex potentia suitatis l. si fratris. C. de iure delibe. l. uentre. cum ibi plene no. ff. de acquir. hære. l. ex militari. §. si. cum l. seq. ff. de test. mili. & uoluit præfatus do. meus, diligenter examinans istum passum, in consil. 63. in 5. uolu. incip. Io. de Ca. pagano. &c. & Rapha. Cu. in consi. 10. inci. in ciuitate Laudæ, &c. & in cõsi. 110. & in consil. 119. incip. do. Lucretia &c. & Io. instituit Ioannem &c. & in consi. 115. incip. do. Catharina, &c. & in consi. 129. inci. nobilis do. &c. & Rapha. ful. in consil. 88. incip. uisis superius allegatis, &c. & in consil. 64. incip. Franciscus farra &c. & in consi. 74. incip. infans post mortem &c. & in consil. 83. incip. Nicolaus de capriolo &c. & in consi. 138. incip. uisis præcepto &c. & in consil. 180. inci. uiso processu &c. & Io. de Ana. in consil. 73. inci. ex his, quæ in facto &c. & idem dominus meus Alexand. de Imo. in consil. suo 20. in 1. col. cum seq. in 1. vo-3 lu. inci. quæro an portio &c. ubi † dixit, quòd in casibus in quibus hæreditis transmittitur, transmissio fit hæreditatis, non tanquam aditæ, sed tanquam delatæ. l. si quis filium in prin. ff. de acquir. hære. l. unic. C. de his, qui ante aper. tab. tamẽ hæres illius, ad quem delata est hæreditas, potest petere restitutionem in integrum aduersus læsionem causatam ex non aditione concurrente casu infirmitatis. & morte inde sequuta: prout fuit in casu isto, & multum in breui tpe casus est in terminis & diligenter no. in proposito nostro: qui proprie loquitur in filio, qui non potuit ex iusta causa adire hæreditatẽ matris, ut eius hæredi concedi debeat dicta restitutio. in l. Pantonius. ff. de acquir. hære. per quem ita uoluit ibi Bar. & post eum Pau. de Cast. & Ioan. de Imo. ibidem. & Ange. & Io. de Imol. in d. l. uentre. & Ioan. de Imo. in l. si filius hæres. in 5. col. ff. de libe. & post. & idem dominus meus in d. consi. 20. in vlti. col. in uer. non obmitto etiam, quòd dato &c. ubi multum singulariter & more suo loquutus est circa hoc. Tertio præmitto, quòd in testamento prædicto de quo agimus, duo sunt principales gradus substitutionum: sed secundus habet quandam modificationem, seu limitationem. Primus enim gradus est de filiabus decedentibus sine filiis masculis ut sibi inuicem succedant. Secundus gradus est, quod eis decedentibus uel aliqua earum sine filiis, casu quo non extarent sorores, substituit filios masculos præmortuarũ, & hic secũdus gradus habet modificationẽ seu limitationẽ, quòd dicti filii in portione contingenti eis in bonis materteræ prædefunctæ, & succedentes & repreſentantes personam maternam inuicem substituti sunt. Vel dicamus quod ubi dixi de modificatione seu limitatione dicti secundi gradus, est tertius gradus principaliter positus inter ipsos filios. nam quomodocunque sit, in hoc non facio uim: quo ad propositum nostrum

strum, ad euacuandum omnino substitutionem ex parte dictæ dominæ Magdalenæ, & dictorum filiorum dictæ dominæ Luciæ: nam omnino exclusi sunt prout infrà probabo. Quarto præsuppono, quòd dicta domina Zaneuera decessit relicto dicto filio vnico masculo. & per consequens do. Magdalena eius soror, & coheres & in primo gradu posita, & prædicta a testatrice excluditur a substitutione prædicta propter defectum conditionis resultantis ex morte ipsius extante dicto filio, per eo quæ superius deduxi, allegãdo l. ex facto. §. si quis 4 rogatus ad trebel. Istis † sic præmissis nunc ostendo inconuincibiliter, non esse in casu nostro locũ substitutionibus, nec quo ad primum uel secundum uel tertium, gradum, arguendo a sufficienti partium enumeratione quod argumentum ualidum est in iure: ut in §. actionum. infrà de act. Capio igitur dictum primum gradũ substitutionis, in quo absq; dubio non sumus, ut patet apertissime in eo, in quo dictæ sorores sunt substitutæ adinuicem: quando decederent sine filiis masculis quod non reperitur in casu, de quo agimus. nam dicta Zaneuera decessit relicto filio unico masculo, ut præmittitur mihi in facto, ergo &c. Minus etiam possunt admitti filii dictæ dominæ Luciæ minus prædilecti a testatrice prædicta, & qui sunt positi in conditione, filiæ uero prædictæ in dispositione, & quæ sunt in primo gradu: dicti uero nepotes in secundo gradu: & certò certius est, quòd si dicta do. Magdalena admitti non potest, multo minus di-5 cti nepotes. † Et si diceretur mihi, amice, iste est unus casus obmissus. dico quòd nõ ut per se patet: & posito quod esset casus obmissus, eius obmissio nõ includit, ut dicta do. Magdalena & dicti filii dominæ Luciæ succedere possint uigore substitutionis nam in substitutionibus stat regula. quòd casus obmissus habetur pro obmisso, & remanet in dispositione iuris communis l. commodissime. ff. de libe. & posthu. l. si extraneus de condi. ob causam. l. ita quis. ff. de leg. 2. & uoluit Rapha. cumanus, in consi. xxv. in 2. uolum. incipien. substitutio facta duobus &c. & Raph. fulgo. in consilio xlix. incip. substitutio vulgaris expressa &c. Et ideo dicimus, quòd conditiones debent impleri in forma specifica. l. q hæredi. & l. Meuius. ff. de condi. & demõ. & facit, quod uoluit Bald. in l. si plures. in 2. colum. C. de condi. inserti: quem refert & sequitur Pe. de Ancha. in repe. c. canonum statuta. extra de consti. in uer. pone statuto cauetur, quòd filia dotata 6 &c. nbi dicunt, quod si statuto † cauetur, quòd filia datata a patre, non succedat, si pater moritur relicta posthuma in utero, ita quod eam dotare nõ potuit uel decessit filia, existente furiosa, uel infante, non excludetur per fratres uniuersales hæredes, nolentes eam dotare: quia secundum eos iste est casus obmissus licet ita est, † quòd dispositio statuti & 7 testatoris a pari procedunt, & dixit Bald. in l. & si post tres in viij. col. ff. si quis cautio. & Bal. in titu. de pace constan. in uerbo, in criminalibus &c. & probatur ex uot. per glo. quã ad hoc ponderat ibi Barto. in l. t. C. de his, quibus ut indig. & Bartol. in l. cognitionem. ff. ad Silla. cum similibus. ergo. in proposito nostro casus iste, posito quòd esset obmissus a testatrice, prædicta, rem quæret in dispositione iuris communis, non autem esset locus substitutionibus prædictis ex capite dicti secundi gradus. Minus etiam possunt admitti dicti filii dominæ Luciæ, uigore dicti tertii gradus, posito quòd esset tertius gradus principalis de per se. nam primo sub eo non comprehenditur dicta Magdalena, de qua in eo gradu nulla pœnitus fit commemoratio, nec est de huiusmodi personis in eo gradu comprehensis, & per consequens sine dubio ipsa exclusa est à substitutione, de qua in præsentia agimus. & hoc negari non potest. Quo dato, multo minus admitti possunt dicti filii dictæ dominæ Luciæ tanquam ulteriores in gradu, & minus dilecti ab ipsa testatrice, prout supra deduxi necnon per ea, quæ supra proxime allegaui, circa exclusionem eorum, respectu secundi gradus. Sed posito, quòd dicta domina Magdalena non esset in rerum natura, sed mortua esset relictis filiis, adhuc dico quòd filii prædictæ dominæ Magdalenæ, & dominæ Luciæ non possent admitti, uigore dicti tertii gradus. nam primo excluduntur per eum, qui reperitur habere locum successionis in succedendo dicto filio unico dictæ dominæ Zaneueræ: cui habenti locum prædictum successionis concedatur restitutio in integrum ex clausula, generali, ad adeundum bona dictæ dominæ Zaneueræ ad eam delata, quæ adire non potuit morte & infirmitate præcedente, per text. in d. l. Pantonius. cum aliis supra allegatis. de acquir. hære. Vel posito & non concesso, quòd hæc non obstarent dictis consobrinis, non possunt aliquo modo admitti uigore dictæ substitutionis. nam aut uolunt uenire uigore secundi gradus prædicti, & non possunt. nam necessarium est, quòd matertera cui succedere uolunt decesserit sine filiis. quod non fuit in casu isto, ergo &c. Minus etiam possunt admitti uigore substitutionis reciproce, vel vulgaris, uel fideicommissarie, inter se, prout uidetur sonare dictus tertius gradus: nam ex quo tractamus de successione fienda dictæ dominæ Zaneueræ, quæ decessit cum filio, non potest habere locum prædicta substitutio, quæ requirit pro sui forma & substantia, quòd tẽpore mortis non fuissent filii. Itaque iste secundus gradus, inter eos, nequaquam in casu nostro locũ habere potest, cũ tractemus de successione dictæ dominæ Zaneueræ. Præterea, posito quòd tractemus de successione eius filii, qui adiuisset hæreditatẽ, quod est plus: adhuc isti cõsobrini admitti non possunt. nam certum est, quòd domina Magdalena existens in priori gradu, admitti non posset, uigore substitutionis prædictæ. Ergo multo minus dicti consobrini ulteriores. Præterea, dictus tertius gradus, si recte ponderetur, tunc demum habet locum, quando mortua esset una ex sororibus prædictis, siue filiis: & extaret alia, & extarent filii, ex alia tertia præmortua, uel extarent consobrini ex duabus sororibus prædefunctis. Nam hoc casu, cũ admittantur vigore secundi gradus in stirpes, & non in capita, prout dicitur in dicto testamento, in uersicu. in stirpes, & non in capita filios masculos dictarum & cuiuslibet earum mulierũ &c. Hoc casu si contingeret aliquem ex dictis consobrinis

decedere, tunc habet locum dictus tertius gradus. nam eo casu admitterentur vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, prout sonat dictus tertius gradus. & sic ad bona materteræ sibi delata in defectũ conditionis admitterentur. Et hoc esse uerum probatur in uersi. ut supra, in stirpem &c. Quæ uerba ostendunt manifeste, quòd dicti filij succedunt sibi adinuicem vulgariter, pupillariter & per fideicommissum: sed non iam consobrini consobrinis, uel fratres fratribus, in illa portione sibi delata in bonis materteræ. Vel si uolumus etiã dicere, quòd consobrini consobrinis sint substituti vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, habet locum in bonis materteræ præcedentis sine filiis: & sic concurrente illa conditione, & forma, quam suprà posuit. ad quam testatrix habuit semper considerationem per illa uerba: ut supra. l. asse toto. ff. de hære. insti. iunctis no. per Bart. in l. 1. §. hoc edicto. ff. de posth. ubi dixit, quòd illa uerba, ut supra referuntur ad proximum capitulum: sed in proximo capitulo stat pro firmo, quòd matertera debet mori sine filiis, ad hoc ut habeat locum substitutio, quæ conditio hic deficit: ergo &c. Itaque arguendo a sufficienti partium enumeratione aut uolumus quòd tertius gradus intelligatur de ipsis fratribus succedere debentibus inter se, & hic non est casus noster. Aut uolumus, quòd intelligatur de consobrinis inter se. & hic non potest sibi habere locum, nam non tractamus de succedendo consobrino, quo ad ista bona: sed tractamus de succedendo dictæ dominæ Zaneueræ. Aut uolumus intelligere dictum tertium gradum in fratribus, uel consobrinis, uolentibus succedere materteræ. & tunc nunquam admittuntur, nisi matertera decessisset sine filiis masculis, ut patet in uer. & similiter &c. Præterea, dato & non concesso, quòd prædicta non obstarent, quæ multum urgent: nonne diuisio facta per dictas filias, de bonis paternis, & maternis, sustulit ius fideicommissi. pro certo sic. Nam primo dicta conuentio ualet, ex quo habuerunt notitiam test. & contentorum in eo. l. de his, cum ibi not. per Barto. & Ange. ff. de transac. & l. cum proponas filios. C. de pact. & l. de fideicommisso. C. de transact. & l. Aquiliana. in fi. ff. eod. titu. & l. si uno. §. 1. ff. de accepti. & uoluit dominus meus in suo consilio 11. in 5. col. eum sequent. in 2. uolu. incip. 9 uiso, & ut oportet considerato &c. ubi † dixit iuramentum operatur, quòd etiam si non uidissent testamentum, nihilominus ualet dicta conuentio. & allegat Ioan. An. & Spec. & Ioan. de Imo. hic tenentes, & multa alia, quæ breuitatis causa nunc obmitto. Præterea ubicunque fit diuisio inter fratres cum clausula generali nihil contra facturos &c. & cum aliis verbis prægnantibus appositis in dicto 10 contractu diuisionis, intelligitur remissum † fideicommissum concurrentibus aliquibus, videlicet, quod fideicommissum non fuerit ignoratum. Item, quod fuerit reciprocum, & per omnia coequatum. ita voluit Pau. de Castr. & Ange. in l. qui Romæ. §. duo fratres de ver. obli. & Ioann. An. in addi. Spec. in titul. de testamen. §. in primis. versicul. quid si duobus &c. & Angel. in suo consil. 99. incip. magnificus miles dominus Antonius &c. late prosequitur dominus meus Alexand. de Imol. in d. §. duo fratres. ubi plenissime examinant istum passum, ad quem nunc me remitto. & in suo consil. 8. in 5. uolum. incip. si pater fuit institutus, &c. & in consi. 21. incip. quomodo unus ex diuidentibus in eo. 5. vol. & ad Paul. de Castr. in consil. 92. incip. quia dubia supra formata, &c. & Rapha. Cuma. in consi. 108. incip. testator instituit a. b. &c. & in consil. 123. incip. Bartholomæus instituit &c. & in consilio 141. incip. uisis tenore compromissi &c. & Rapha. Fulg. in consi. 41. incip. casus proponitur, &c. & Ioan. de Ana. in consilio 39. incipien. uisa imperiali Apostolica, &c. & ibi aliquid ego dixi in addi. meis, ad ea consilia, & Ludoui. Roman. in consilio 403. incipien. pro defensione propositæ consultationis, & cæt. cum multis aliis, quæ breuitatis causa obmitto. Laus Deo Clementissimo, Amen.

Et ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & eques sacri palatij Apost. aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio: Et in fide prmissorũ ppria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XXXIII. TALIS EST.

Hospitale Sanctę Mariæ Imolensis, habebat quandam domum sitam in ciuitate Imolæ. quæ de anno. 1470. dicitur locata fuisse per gubernatorem prædicti hospitalis cuidam Petro ad affictum ad terminum 25. annorum ad renouandum perpetuo pro affictu annuo libr: xxxv. Et quæ domus postea de anno 1444. per alium gubernatorem, dicti hospitalis prædecessorem moderni gubernatoris de consensu Abbatis sanctæ Mariæ: cui subest dictum hospitale: ac etiam cum decreto & licentia vicarij episcopi Imolensis, inconsulte tamen & nulla causę cognitione mature præhabita permutata fuit, prætensis hæredibus dicti olim Petri pro certis bonis sitis prope plateam Imolæ, iuxta palatium communis, super quibus erant certę apotecę, ac certa alia domuncula sita in postribulo Imolæ, in emphyteusim perpetuam diuersis conductoribus pro affictu annuo in totum libr. 40. non obstante, quod non appareret de renouatione dictę domus, quæ requirebatur fieri iuxta tenorem primę locationis in fine 25. annorum. & quod alias recaduta censebatur ad dictum hospitale, & incurrerat pœnas in dicto instrumento locationis

contentas, de quibus omnibus iam quæsitum erat ius hospitali prędicto. Licet autē videretur meliorata cōditio hospitalis cum terrena & domuncula prædicta, & eorum fundus prima facie videretur esse maioris reditus, quam esset domus prædicti hospitalis: tamen in rei veritate tempore dictæ permutationis erat longe minoris valoris, respectu proprietatis & fundi, quam esset domus prædicta: quę tūc erat valoris lib. 1400. Bonon. tetrena vero, & domuncula prædicta non valebant vltra libr. septingētas. Quo fit, vt ex prędictis ac aliis rationibus & causis constari potuerit de enormi & euidenti damno, & lęsione ipsi hospitali vsq. tunc ex dicta permutatione illato. Ex post vero apotecæ prędictę, quæ erant prope plateam Imolæ, super terrenis predictis de mandato domini dictę ciuitatis, volentis (vt aiunt) ornare ciuitatem, & ampliare plateam, demolitæ fuerunt & solo æquatæ, ac redactæ in plateā publicam, & apertam plateam, adeo quod hospitale predictum nullos ex inde amplius percipit, nec percipere potest fructus uel reditus. Et cum uellet gubernator modernus prędicti hospitalis reuerti ad rem suam, & domum prędictam, non permittitur ab hęredibus & successoribus dicti olim Petri, qui satis diuites sunt, & ad litigandum magis, quā ad relaxandum parati. hospitale uero pauperrimum est instat propterea antedictus gubernator permutationem prædictam rescindi, seu nullam declarari, ac se reintegrari & reponi ad possessionem domus predictę: at heredes predicti negant id posse, uel debere fieri, asserentes permutationem suam rite factam fuisse, & secundum iuris ordinem, eo quia in ea interuenit consensus superiorum, quem non est præsumendum fuisse per eos præstium, nisi cum matura consultatione, & plena causę cognitione: licet nullam notarius fecerit mentionē. Allegant etiam præscriptionem seu lapsum tanti temporis, quē asserunt obstare, & silentium gubernatori prædicto imponi. Allegant item, quod si pręfato hospitali illata est iniuria de facto in demoliendo apotecas prædictas, ipsi non tenētur ad ea, quæ de facto fiunt. Negatur per dictum gubernatorem aliam consultationem aliamue causæ cognitionem interuenisse, quam dicant uerba formalia notarii in instrumento apposita: quæ hic inferius annotata sunt. Et dicit nihil ulterius præsumi, uel credi posse, uel debere, aliter, q̄d ei obstet. Item, & præscriptionem uel lapsum temporis in hoc casu ei aliqualiter non obesse: tum quia gubernator ille, quia fecit permutationem prędictam, uixit per uiginti annos, post factam permutationem, quod tempus non cucurrit successori prædicto moderno: tamen etiam quia hoc medio tempore multę uiguerunt in ciuitate Imolæ pestes, guerrę, feriæ repentinę, & alię causæ, quibus durantibus nulla cucurrit præscriptio: sic disponente statuto dictæ ciuitatis: tum etiam, quia non solum constat permutationem prædictam factam fuisse in euidentem utilitatē: sed imo constat & constare potest de euidēti & enormi lęsione, & fraude, usque tunc eo tempore, quo facta fuit cum domus hospitalis esset tunc ualoris libra. Mcccc. ut prærfertur, res uero permutatę essent ualoris duntaxat lib. septingentarum, uel circa quod indubitanter probari potest. Tenor uero uerborum instrumenti super prædictam permutationem facti, est talis: uidelicet Ioannes rector hospitalis sanctæ Mariæ, cuius rectoris institutio, & prouisio spectat ad Abbatem sanctæ Mariæ cum pręsentia & consensu prędicti Abbatis, necnon cum præsentia, licentia, authoritate, & decreto domini uicarij generalis curiæ Episcopalis Imolæ, suam & curiæ episcopalis prædictis & infra scriptis omnibus & singulis authoritatem interponentis, & præstantis sponte, &c. De bonis dicti hospitalis iure proprio, & in perpetuum, & pro euidenti utilitate dicti hospitalis, & cum consensu licentia, authoritate, & decreto prædictis dedit, tradidit, & permutauit, Petro Antonii ibidem præsenti, &c. unā domum &c. Ad habendum, & tenendum &c. Et hoc in cambium, & permutationem, & nomine cambii, & permutationis, infrascriptorū bonorum &c. Et cum promissione de non cōtraueniendo, ac de lite non inferenda, sub obligatione bonorum hospitalis, & pœna ducatorum mille auri, & cum appositione infrascriptorum uerborum in fine prædicti instrumenti: uidelicet. Quibus omnibus & singulis sic peractis, & in præsentia dicti domini uicarii ac dicti domini Abbatis dictus dominus uicarius suā & curię episcopalis Imolę authoritatem, & decretum interposuit, & præstauit, & dictus dominus Abbas suum in præmissis præstitit consensum, pariter & assensum, rogantes me notarium &c. Super quibus quæritur, quid iuris &c.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia concessa ecclesiis, an trahantur ad hospitalia, & alia pia loca.*

2 *Bona ecclesiastica, an debeant uel possint alienare. Et quæ in ea alienatione debeant interuenire. uide nu. 8. 9. 10.*

3 *Decretum interpositum ex causa falsa, an sit iure nullum.*

4 *Decretum interpositum per errorem, uel sine causa cognitione, an sit ipso iure nullum. & nu. 5.*

6 *Decreti interpositio in aliquo actu, quomodo probetur. Et an stetur notario hoc cessarent in suo instrumento.*

7 *Decreti interponendi practica, per Pau. de Cast.*

10 *Lapsus longissimi temporis, inducat ne præsumptionem solennitatis adhibitæ in aliquo actu, uel decreto, & maxime in alienatione bonorum ecclesiæ.*

11 *Dominium uel possessio, an transferatur ex contractu nullo, maxime, in bonis ecclesiæ. & nu. 13.*

14 *Præscriptio xl. annorum, an sufficiat contra ecclesiam. Et quæ tempora deducantur in hoc, an pestis belli, & feriarum etiam repentinarum.*

15 *Possessio ciuilis, causet ne præscriptionem, & quomodo & quando.*

16 *Præscriptio an currat immediate, contra ecclesiam, uel quando, Prælato ipso alienante rem ecclesiæ.*

17 *Restitutio in integrum, an & quando concedatur ecclesiæ, cuius bona sunt alienata, per Rectorem, sine solemnitate iuris.*

CONSILIVM XXXIIII.

Cor mundum crea in me

Deus & spiritũ rectum innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione, ea quæ iuri & ueritati consona sunt, in mediũ afferre ualeam. nam ueritas semper debet esse nobis ante oculos. secundum Bald. in consi. xcviij. in fin. incip. mulier duxit maritum &c. in 2. parte consiliorum suorũ. Visis igitur puncto & instrumento permutationis initæ tamdiu inter dominum gubernatorem hospitalis sanctæ Mariæ, Imolensis ex una parte, & Petrum ex altera, mihi porrectis, & omnibus aliis ad rem hanc facientibus, mature & diligenter ponderatis. 1 Obmissis † superfluis, prout mei moris est primo præsuppono pro intelligentia dicendorum aliqua, uidelicet, quòd omnia priuilegia a iure concessa ecclesiis & rebus earum, trahuntur ad hospitalia & bona eorum. textus est optimus in l. omnia. C. de epis. & cle. & in §. fin. in authen. de ecclesiasticis tit. col. ix. & in clemen. quia contingit. & ibi gloss. extra de relig. domi. & est bonus text. in l. omnes. §. præter. quem ad hoc ponderat ibi d. Bald. dicens esse notandum. C. de epi. & cleri. in uerb. nullum ius &c. & uoluit etiam Lapus in suo solemni tractatu hospitalium, in quæstio lvij. & in q. lxvi. & Bald. in suo consi. lxxxvj. in prima parte consiliorum suorũ incip. Pepus Nicolutii &c. in 2. col. ubi dicit quòd in omnibus æquiparatur pauperibus, pupillis & infanti. & Bal. in cõsil. cccev. in eadẽ 1. parte consi. incipien. in causa &c. ubi dixit, quod aliquando hospitalia sunt membra monasteriorum: & ueniunt aliquando appellatione ecclesiarum, & clericorum, secundum not. ibi per eum. in 1. & 2. col. & Rapha. Cum. in consil. c. in fin. incip. viso tenore literarum &c. vbi dixit, quod hospitalia sunt exempta de iure communi à collectis, sicut ecclesiæ: & in proposito nostro, quod omnia priuilegia concessa ecclesiæ, trahuntur ad hospitalia. voluit Pau. de Cast. in cons. 299. incip. præsupposita pro vera opin. &c. in vlt. colum. vbi dicit, quòd sunt loca pia: sed non sint sacra vel religiosa. & do. meus Alexan. de Imo. in cons. 120. in 1. volu. consiliorum incip. Larius conduxerat &c. & in consi. 9. in 2. volu. incip. quædam petia terræ &c. & Roma. in cons. 477. incip. in casu proposite consultationis. & do. Cardi. in cons. 121. in 1. dubio incip. ad primum respondeo &c. & Abb. in cons. 105. in 2. volu. incip. pro euidentia quæstionis &c. & Ang. in cons. 117. incip. de canonica portione &c. & in terminis voluit etiam Inno. in cap. ad hæc, extra de religio. domi. & Innoc. in c. inter dilectos. extra de donat. & Bald. in l. debere. C. de fideicommissariis liber. & Bald. in l. orphanotrophos. C. de episc. & cleric. & Bald. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. & ideo dicebat multum signanter domi. Archid. in cap. diffiniunt. 12. q. 4. & Bal. in l. si quis ad declinandam. in verb. sed iuxta hoc quæro de duabus quæstionibus &c. C. de episco. & cle. quod sicut fugiens ad ecclesiam, tutus est, & capi non potest: ita tutus est fugiens ad hospitale. & idem voluit do. meus Alexan. de Imo. in d. consi. 9. in 2. volum. in verb. & primo, quod veram conclusionem, &c. in j. colum. 2 † Secundo præsuppono, quod res ecclesiæ regulariter alienari non possunt d. auth. hoc ius porrectum. &c. sine exceptione, 12. q. 2. præterquam in casibus magistraliter enumeratis per glos. summe ibidem. & per d. Abb. in cap. nulli. extra de reb. eccles. non alie. inter quos est casus, quando melioratur ecclesia: vt est tex. in c. sine exceptione. & d. auth. hoc ius porrectum. de sacrosanc. ecclesiis in quo casu requiritur omnino tractatus totius cleri, atque consensus, vt dicit tex. in d. cap. sine exceptione & authoritas, seu decretum superioris cum causæ cognitione. & posuit Cardi. in suo consil. 89. incip. dominus quondam Simon &c. & in consil. 95. incip. do. Abb. nomine sui monasterij, &c. & in consil. 134. incip. B. & Anto. Germani &c. 3 † Tertiò præsuppono aliud, quod decretũ super aliquo contractu ex falsa causa interpositum, ipso iure est nullum l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideicommis. liber. l. Seiæ egressæ. ff. de tuto. & curato. datis ab his. & ibi hoc not. Barto. & Bar. in l. si is, ad quem. ff. de acq. hæred. & Bar. in l. iuste possidet. ff. de acquir. pos. & Barto. in l. & si præses. vbi est casus de hoc. C. de prædiis minorum. & Paul. de Cast. in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. quod procedit etiam si falsa causa non sit expressa secundum Barto. in d. l. Seiæ egressæ. dum facit differentiam inter sententiam & decretum. & voluit etiam Rapha. Cuman. in consil. 94. in 4. colum. incipien. Antonius benedicto filio, &c. vbi dicit maximè hoc esse verum, quando error expressus apparet. & in consil. 180. incipi. videtur prima fronte, &c. vbi dicit, quod decretum interpositum sine causæ cognitione, non valet. & ponit ibidẽ quãdo dicatur esse interpositũ sine causæ cognitione, quod multũ

seruit

seruit ad propositum nostrum. & idem voluit etiã Raph. Fulg. in suo cons. 137. in 2. col. incip. quia ex facto ius oritur &c. in verb. circa primum quæsitum &c. & in cons. 163. in 3. col. in fi. incip. in causa & in quæstione, quæ agitata &c. & etiam in consil. 202. in 4. col. in fi. incip. Gulielmus ser Peregrini &c. & Bald. in consi. 66. incip. præmittendum est &c. in fin. & Bal. in consi. 398. incipien. comparuerunt &c. circa fin. in 2. parte consiliorum. Quarto 4 † præsuppono, quòd decretum per errorem interpositum est, etiam ipso iure nullum, secundũ Bart. in l. fin. ff. de iusti. & iure. & multo magis quando per dolum aduersarij est obtentum. Ita dixit Bart. in d. l. fi. allegans tex. ad hoc in d. l. si præses. de præ-5 diis minorum. Quinto † præsuppono, quòd decretum interpositum sine causæ cognitione est etiam nullum. tex. est in c. 1. extra de reb. eccle. non alien. lib. 6. vbi propriè est text. in materia bonorum ecclesiæ, de quibus loquimur. & hoc voluit Archi. in d. c. sine exceptione. & Spec. in tit. de procur. in §. j. vers. quid ergo. & Spec. in tit. de empt. & vendit. in §. 4. ver. hic quoque. & Bart. in l. j. C. de prædiis curia. lib. 11. & Bar. & Pau. de Cast. in d. l. cum hi. in §. vult igitur. de transac. & in l. sed si hac. §. vlt. ff. de in ius voc. & idem voluit Raph. Cum. in d. cons. 180. in 2. col. vbi plus dicit, quòd etiam si interuenisset 6 in actu illo, nihil operatur. † Sexto præsuppono, quòd intantum causæ cognitio requiritur in interpositione decreti requisiti in aliquo contractũ: quòd etiam si notarius in instrumento diceret decretum fuisse interpositum, & cum causæ cognitione, propter hoc non probatur causæ cognitio. Sed debet fieri aliud instrumentum separatim loquens de causæ cognitione, & de inuestigatione, & tractatu. & ita in indiuiduo quando agitur de alienatione rei ecclesiasticæ, quod debet fieri scriptura separatã de tractatu. & de hac causæ cognitione, quæ scriptura præcedere debet de per se. voluit Spe. in tit. de procur. in d. §. 1. versi. sed quid si solum. & Pau. de Cast. in terminis idem cõprobauit, in suo consil. 90. incip. in Christi nomine, amen. Super eo, quòd quæritur. viso statuto suprascripto &c. vbi multũ singulariter arguendo ad partes hincinde, in hoc 7 passu tradit practicam † decreti interponendi in alienatione rerum minoris & ecclesiæ concludens hæc omnino separatim fieri debere diuersis temporibus & in diuersis instrumentis nec stari debet secundum eum assertioni notarij de causæ cognitione, & in eodem contractu adhibita. nam secundum eum, non debet esse in potestate iudicis peruertere ordinem, nec est secundum eum, verisimile, quod in tam breui tempore fuerit adhibita causæ cognitio, cum iudex debeat de causis allegatis inquirere diligenter, vel saltem committere alicui, & cum iuramento, qui se informet de omnibus, & referat: vt est tex. in l. magis puto. §. ne passim. & §. non tantum. ff. de rebus eorum. & probatur in d. l. 1. C. de prædiis curial. vbi habetur, quòd vbi requiritur decretum in aliquo actu debent allegari iustæ causæ, & etiam probari, & ita voluit Pau. de Cast. in d. consil. 90. & in d. l. cum hi. §. vult igitur. 8 de transac. † Istis sic præmissis, nunc condescendo ad decisionem præsentis consultationis, in qua dicendum est permutationem prædictam non valere: nec vnquam valuisse: nam primo rector ecclesiæ potest facere conditionem ecclesiæ suæ meliorem, sed non deteriorem, per not. in l. soluendo. in fin. ff. de negot. gest. & in l. si præses. C. de transact. & in l. interdum. §. qui tutelam. ff. de furtis. & voluit d. Rapha. Cuma. in suo cons. 10. circa medium, 9 incip. episcopus, vel alius prælatus &c. † Præterea, & secũdo loco dico, quòd hæc permutatio, de qua agimus fuit facta primo cum decreto ex falsa causa interposito: cum in eo contractu dicatur, quòd dicta permutatio fiebat pro euidenti vtilitate dicti hospitalis, &c. hoc minime fuit & est: nam domus prædicti hospitalis respectu reditus, qui ea ca haberi eo tempore potuisset, necnõ respectu proprietatis, & fundi erat tunc maioris, quam terrena & domuncula data in cambium, & in permutationem ipsius. nam dicta domus tunc temporis erat valoris lib. mille ducentarum: terrena verò & domuncula non valebant vltrà lib. septingentas, vel circa: sed posito & non concesso, quod valuissent etiam mille ducentas lib. nihil fuisset: nam ad hoc, vt diceretur permutatio facta in euidentem vtilitatem dicti hospitalis, prout sonat dictus contractus opus fuisset, quòd dicta terrena valuissent vltra domum prædictam 200. vel 300. lib. iuxta text. in d. c. 1. de rebus eccle. non alie. lib. 6. in versi. euidens necessitas, vel vtilitas &c. & d. cap. sine exce-10 ptione. in versicu. vt meliora prospiciat &c. † Præterea decretũ prædictum in casu, de quo agimus, per errorem ostenditur interpositum fuisse. nam cum dicatur fuisse interpositum pro euidenti vtilitate dicti hospitalis, dicendo contrarium, prout suprà proximè diai, detegitur etiam error, & per consequens nullum est iuxta doctrinam Bartol. in d. l. fina. de iustit. & iur. & ideo notanter dicebat Bald. in suo consilio 11. in prima parte suorum consiliorum incipien. præmissis verbis &c. propè finem. quod vbi interuenit læsio enormis, decretum interpositum non firmat actum, nec tenet, vt ibi per eum, & idem voluit in consilio 325. incip. quæstio, super qua &c. In tertia parte consiliorum suorum. Plus posset attentari, quod constito, prout constare potest de dictis valoribus domus maiori, & terrenorum minori, detegitur dolus dicti Petri, & per consequens decretum obtentum dolo dicti Petri, etiam ex hoc capite nullum est: secundum Bartol. in dicta l. fina. de iustitia & iure: Successiue ad idem adduco: quia dictum decretum interpositum fuit sine causæ cognitione: ergo nullum fuit, & est dicto cap. 1. & voluit Archiadiaco. in dicto capitu. sine exceptione. cum aliis suprà allegatis, in præludiis. nam solum dicitur in contractu, decretum fuisse interpositum, non autem fit mentio de causæ cognitione, ergò &cæt. & quod plus est si etiam fieret mentio de causæ cognitione adhibita, non staremus assertioni notarij, nisi ostenderetur aliud instrumentum in quo appareret de dicta causæ cognitione, secundum Paul. de Castr. in dicto consilio 90. cum aliis suprà allegatis. Itaque prædicta permutatio nul-11 la est, & fuit. Et si † diceretur mihi, amice, lapsus longissimi temporis quadragintatrium

annorum abinde circa, facit præsumi decretum in terpositum fuisse cum causæ cognitione, & cũ omni solemnitate, ut est casus in l. si filius. C. de pet. hæredi. & in l. qui in aliena. uer. sed si adierit. cum ibi plene not. ff. de acqui. hære. & hoc ibi firmat Bald. & Ang. & etiam uoluit Hostien. & Ioan. and. in c. Albericus. extra de testibus. & in c. illud. de p-sumpti. & d. Ant. in c. ea noscitur. extra de his, quæ fiunt a prælatis sine consensu capituli. & est text. in c. peruenit extra de emptione & uendi. quem ad hoc ponderat ibi Ioan. de Imo. & ideo dicimus, quod ex diuturna solutione, etiam non apparente causa, præsumitur iustã conuentionem esse, & præcedere. secundum d. Abb. in consil. 6. uol. consiliorũ suorum incip. quidam dominus Franciscus ca nonicus &c. & posuit late illustris dominus Franare. in suo consil. lxix. incip. uiso puncto, & consultatione &c. & in consil. xxxvj. incip. casus talis est, præsupponitur &c. ad hoc ego respondeo, quod licet præsumatur hæc causæ cognitio ob diuturnitatem temporis quadragintatrium annorum, uel circa. nihilominus probando prætium dictorum terrenorum in casu isto, tunc non excessisse ualorem, necmodo etiam excederet: Imo econtra dictæ domus permutatæ apparebit contrarium, & non obstabit dicta præsumptio per no. in d. c. ea noscitur, & aperte uoluit dominus meus Alexan. de Imo. in suo consilio ix. in 4. uol. in pe. col. inci. si bona ecclesiæ sunt solita, &c. ubi multum singulariter loquitur in casu isto. & etiam in consilio xlviij. in 1. colum. in fin. in v. uo. incip. in causa & lite uertente inter d. Clarsm. & in consi. l. in eodem v. uol. incip. in causa & lite uertente inter Ioan. &c. & in consi. cv. incip. an sententia sit nulla &c. in eodem v. uol. consiliorum & Lud. ro. in consi. cclij. incip. pro defensione propositæ consultationis &c. Et etiam docebitur manifeste de non causæ cognitione, & etiam de errore, necnon etiam de falsa causa, quæ in dicto decreto interfuerunt. & sic tolletur omnino illa præsumptio resultans ex tempore longissimo. Ratione ergo falsæ causæ necnon erroris, & etiam doli dicti Petri, & ratione causæ cognitionis non interpositæ in hoc contractu, indubitanter corruit dictum decretum: per ea quæ supra late deduxi & per consequens dictus contractus permutationis, qui nedum ex tot capitibus simul supra deductis concurrentibus non subsisteret: sed ex unico solo ex eis. nã vnũquodq; de per se reddit decretũ & cõtratũ inde sequutum ipso iure nullum: ut supra late in præmissis deduxi. Præterea considero aliud, quod non fuit habita causæ cognitio in hoc cõtractu: nec potuit præfatus gubernator præiudicare hospitali in iure sibi quæsito ex alio capite, de quo non fuit habita consideratio. nam locatio facta de anno Mcccclxx. Petro ad renouandum ad xxv. annos, perpetuo non fuit renouata, nec petita per dictũ Petrum, & iam ceciderat a iure suo ex quo ius erat quæsitum dicto hospitali quo ad multa, quæ non potuerunt per eum auferri, ita simpliciter & ex arrupto. nam si recte inspiciatur, non fuit facta secunda renouatio, cuius tempus iam expirauerat tẽpore dictæ permutationis. debuit enim peti de anno Mccccxxxij. uel circa; quod factum non est & ab eo tempore circa usque ad Mccccdiiij. lapsi sunt xvj. anni intermedii. Ex quo apparet etiam de non causæ cognitione adhibita in dicto contractu, qui contractus permutationis intantum non ualet, quod etiam si dictus Petrus uel eius hæredes uellent nunc supplere prætium iustum, non debet amplius audiri. l. penul. cum glo. sua. c. si uendito pignore agatur, in uerbo possessore &c. & in terminis nostris in rebus ecclesiasticis uenditis seu permutatis pro minori prætio. hoc expresse uoluit Bal. in c. 1. in ulti. colum. in uersi. extra not. pone quod papa concessit &c. & in tit. qui successo. tenean tur in usibus feudorum. quod dictum diligen

12 ter notandum est in proposito nostro. † Ex quibus omnibus concludo dictum assertum contractum permutationis, de quo agimus, ex multiplici capite nullius fuisse, nec esse momenti & ualoris, & dominium dictæ domus hospitalis nõ fuisse nec esse translatum in dictum Petrum. ex quo enim dictus contractus permutationis factus fuit contra iuris prohibitionem, est nullus: ut est textus in d. c. 1. de rebus ecclesiæ non alie. lib. 6. & in l. libertus minorem. ff. de iurepa. & facit l. non dubium. C. de legi. unde ex eo non fuit nec potuit esse translatum dominium. ita uoluit Barto. in d. l. non dubium in ulti. colum. de legibus. in uersi. ulti. opponò circa istam partem &c. & Barto. in l. 1. §. si uir. ff. de acqui. pos. circa finem. in uersi. quæro an ex inutili contractu transferatur dominium. & Bald. in l. unica. C. de suffragio. & Iaco. de belnisu. in l. eleganter. in princi. ff. de dolo. & uoluit etiam Raphaë cuma. in suo consilio clxv. incip. Gaspar quondam Iacobi, &c. & in consi. cxc. incip. filiusfamilias suã ultimam uoluntatem &c. & Raph. fulg. in suo consi. vij. in fine incipien. emphyteuta ecclesiæ, cessans &c. & in consil. xvij. in 4. colum. in fin. inc. testator

13 quidam suum solemne &c. † Plus dico, quod nedum dominium sed nec possessio dictæ domus hospitalis translata fuit casus est in l. iubemus. in fin. C. de sacrosan. eccl. in uer. sed possessionem ecclesiasticam, tanquam nullo iure transcriptam, in ipsius iure, ac dominio permanere &c. & idem uoluit Barto. & communiter alii post eum in d. l. 1. §. si uir. de acqui. pos. in uer. oppono quod ex contractu inutili &c. Et in terminis nostris hoc uoluit Pet. de ancha. in d. c. de rebus eccle. nõ alie. lib. 6. in 2. col. in fi. per illum text. & per d. l. iubemus. Fuit ergo & est adhuc dominium & possessio dictæ domus apud dictum hospitale sanctæ Mariæ. Ex quo sequitur, quòd alii effectus ciuiles regulariter causati ex possessione non potuerunt nec possunt prodesse dicto Petro uel eius hæredib. utputa circa præscriptionem inducẽdam & fructuum acquisitionẽ, & similia de quibus per Barto. in l. 1. in princip. ff. de acqui. pos. & de quibus infra proxime latius dicam, & habetur in l. 2. C. de usucap. pro emptore. & uolunt scribentes in l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. hære. & uoluit Lud. roma. in d. l. 1. §. si uir. de acqui. pos. Nec † ob. unum, in quo sentio hæredes di-

14 cti Petri potissime se fundare, uidelicet præscriptio quadraginta annorũ, & maior scilicet quadragintatrium, quæ regulariter admittitur, & sufficit contra ecclesiam. c. de quarta. c. ad auidentiam. extra

ira de præscrip. & in l. fi. & in authen. quas actiones. cum ibi plene no. C. de sacrosan. eccle. & in §. pro temporali. in authen. de eccle. tit. ubi hoc etiā notat Ang. & uoluit do. meus Alex. de Imo. in suo consi. clxvj. in 2. no. incip. redemptoris nostri inuocato suffragio, uisu themate suprascripto, &c. & in dubio, quod sufficiat præscriptio quadragenaria contra hospitalia. tenent domini Canonistæ in d. c. de quarta. quia ad hoc facilis est responsio, & multiplex. & Primo quod præscriptio quadragenaria sufficit, uerum est, sed omnino requiritur tantum tempus, & minus non sufficere. ita traditur in c. de quarta cum aliis supra allegatis. sed ita est, quòd in casu isto non datur, nec reperitur cucurrisse tantū tempus, quod inducat quadraginta annos integros ut statim ostendam, ergo &c. Quod autem non sit tantum tempus probatur. nam tempore pestis, & guerræ, & feriarum repentinarum, quæ hoc medio tempore (ut præsupponitur in facto) uiguerunt in ciuitate Imolæ. prout sæpe fuere, dormiuit præscriptio. text. est in c. ex transmissa. extra de præscript. & idem probatur in c. auditis. & in d. c. de quarta. eodem titu. & voluit gloss. magistra. in c. pari ratione xvj. quæstio. 3. & voluit Barto. in l. naturaliter. §. t. ff. de usuca. in ver. quæro, ista usucapio vel præscriptio. & notant scribentes Canonistæ late in d. c. ex transmissa. maxime Inno. & d. Abbas & Bald. in l. cum notissimi. §. imo. C. de præscrip. triginta annorum. dicens idem esse, quando ius non redditur propter defectum iudicis, vel rei sed (quod plus est) ultra ius commune dico quod statutum extat seu ius municipale Imolæ, sub rubrica de præscriptio. in quo statuto deducuntur multa tempora, & multi anni, & menses intermedij, ex quorum omnium dinumeratione apparet

25 non cucurrisse hos quadraginta annos a iure requisitos. Vel † secundo respondeo, quod ex quo possessio ciuilis, quæ est illa quæ causat præscriptionem, remansit pœnes hospitale: vt supra probaui non potuit procedere præscriptio sine ea possessione: ut in regula, sine possessione. de regulis iuris. libro vi. & in l. denique. & ibi hoc notat Barto. & l. nec vtile. ff. ex quibus causis maiores. & uoluit Barto. & communiter scriben. in d. l. t. ff. de acqui. posse. dum enumerat species possessionis. & Bart. in l. sicut in fi. C. de præscrip. xxx. annorum. in ver-

26 si. quærit glos. & Specu. in titu. de causa pos. & proprie. in §. 3. uersiculo hoc etiam. † Vel & tertio & strictius possumus respondere, secundum Barto. in l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empt. & Bald. in l. t. C. de bonis maternis. ubi multum singulariter in proposito nostro dixerunt, quod ubicunque rector uel prælatus ecclesiæ alienat aliquam rem illicite, non uidetur esse rector, nec prælatus, quoad illam rem. & uidetur tunc ecclesia uacare toto illo tempore prælati alienantis, & eo tempore nunquā currit præscriptio: sed tantummodo incipit currere tempore successoris. quod dicit Barto. in d. §. et sic notandum, pront uere est, & multum ad rem nostram accommodatum. allegat Bernardum in c. 2. extra de præscrip. & plus nō dicit. Sed ita est quod prædecessor huius gubernatoris moderni alienauit domum prædictam illicite, ut supra late deduxi, & probaui: ergo non potuit currere præscriptio quadragenaria nec currere incipit toto eius tēpore durante, sed tantummodo incipit currere a tempore moderni gubernatoris citra: quo tempore apparet non esse lapsum tempus quadraginta, sed pœne uigintiquinque ann. ergo non habet obstare allegata præscriptio, quæ multifarie multisq; modis inutilis est, ut ex supradictis apparet. Poterit ergo dictum hospitale facile obtinere & uendicare dictam domum suam, & etiam ingredi possessionem propria authoritate, si uelit. & ita in specie firmat Pet. de anch. in d. c. 1. in 2. colum. de rebus eccle. non alie. lib. 6. Vel saltem agere poterit remedio ca. reintegranda. 3. q. ix. de quo remedio posuit late dominus meus Alexan. de Imo. in suo consilio xxvi. incip. uiso processu, in causa & lite &c. & suo consilio cxcvij. incip. uiso & discusso processu causæ uertentis &c. in 2. uol. consi-

27 liorum suorum iuxta ordinem meum. Et dato † & nō concesso, quod cuncta cessarent nō deficeret remediū restitutionis in integrum, aduersus lapsum temporis. & aduersus dictum contractum permutationis, in quo læsum est hospitale prædictum ex facto dicti rectoris: ut est tex. in c. 2. extra de in integ. restitu. lib. 6. cum gloss. sua. & voluit Angel. in l. certū. §. in pupillo. ff. de confessis. & Bart. & Paul. de Cast. & alii. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiuran. & do. meus Alexan. de Imol. in consilio 115. in 5. uol. circa finem incip. an syndicus possit renunciare, &c. & in consilio 99. in eodem quinto uolu. incip. de reuocatione attentatorum, &c. & in consilio 1. in 4. uolu. incip. pondaratis his &c. & in consilio 63. in eodem 4. volu. incip. stantibus his, quæ supra narrata sunt, &c. & illustris do. Frā. Are. in suo consilio 15. incip. reuerendissime pater & domine, &c. & in consi. 66. incip. viso puncto & dubijs &c. & in consi. 104. incip. breuitas in consulendo bene necessaria est &c. & Paulus de Cast. in consilio 423. incip. in causa, quæ vertitur Parmæ &c. & in 4. colum. & in consilio 315. incip. ut bene attingatur &c. Laus Deo clementissimo, Amen.

Et, ut supra scriptum est consulo, & iuria esse dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & eques sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. In quorum fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui, Laus Deo

CASUS CONSILII XXXI. TALIS EST.

Comparuit masius de rubaldis de terra butrij, ciuitatis Bononię citra, reuocatis cuiuscunque sui procuratoris pro omni suo iure, & interesse & etiam vt & tanquam vnus & quilibet de populo, & tanquam offensus ab infrascriptis testibus falsis, & eorum attestationibus, & de consensu etiam

sa etiam omnium infrascriptorum inquisitorum, de quo si etiam offensa & iniuria principaliter tractatur, exceptis tamen his de dictis inquisitis, qui non reperiuntur in rerum natura: & de quibus, prout infra fit mentio & omnibus aliis, modo, via, nomine, iure, & forma, quibus magis & melius comparere potuerit. Et ante omnia iurauit corporaliter ad sancta Dei euangelia, manibus tactis scripturis, quod credebat ea quæ continentur in infrascripta accusatione, uera esse. Et promisit & satisdedit M. domino potestati & notario stipulantibus vice & nomine omnium, quorum interest, intererit, uel interesse poterit, de expensis reficiendis infrascriptis aduersariis accusatis, si non probauerit vel destiterit, vel renunciauerit, seu non fuerit prosequutus, vel accusatio vel notificatio non procederet ratione personæ accusantis, vel quacunque alia causa, & de soluendo cameræ Bononiæ omnes quantitates, in quibus cōtigerit eum condemnari pro pœna: quam incurreret: quia non probauerit, uel destiterit, aut non fuerit prosequutus. Pro quo & eius præcibus & instantia Philippus quidam Petri de martellis de Butrio pro prædictis fide iussit, & renunciauit beneficiis de fideiussoribus sub hypoteca, & obligatione omnium suorum bonorum, & omni alii legum, iuris, & suo auxilio, & in omnibus & per omnia secundum formam iuris & statutorum communis Bononiæ. Et non adstringens se probatorum non necessaria dixit, quod infrascripti homines scienter, dolose, appensate, & malo modo, animo, & intentione subscriptas falsitates committendi, & perpetrandi, ac falsa testimonia proferendi, subornati & magistrati, comparuerunt, coram officio præfati do. Pot. Bononiæ & iudice maleficiorū, & notario ad banchum maleficiorum solitū situm in sala regis Entii palatii, & residentiæ suæ positæ Bon. iuxta vias publicas apud plateam, & iuxta alios suos confines ubi nunc & ab aliquibus annis, & citra, redditum fuit & redditur ius tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & medio iuramento per eos corporaliter præstito, qui iurauerunt corporaliter ad sancta Dei Euangelia, manibus tactis scripturis, in quadam causa seu inquisitione, seu quærela, aut informatione, & taliter qđ grauissime pœnæ venirent eis imponendæ, si vera essent, de quibus fuerunt testificati dicti falsi testes scienter, dolose, & inique, ut causæ habendæ, & quam percipere & habere volebat in iudicio. Curia super assertis iudicijs super asserto homicidio & assertis vulneribus Philippi Dominici de Bertolotis de Butrio, & aliorum vt dicitur vulneratorum in guardia Butrij de anno præsenti 1489. & de mense Septembris proxime elapsi ipsi, & infrascripti testes quos accusauit per præsentem omni meliori modo, quo potuerunt, & quilibet eorum deposuit, & deponit suas testificationes, de quibus testificationibus & attestationibus & iuramentis dictorum testium fuit rogatus ser Bar. Georgij de placentia, notarius maleficiorum & in actis eius apparet, quarum testificationum, & attestationum vigore fuit per curiam fortificata inquisitio contra dictum Masium accusantem & alios infrascriptos huiusmodi sub tenore, videlicet.

Hæc est quædam inquisitio &c.

ET propter ea dixit, quod interfuit & interest dicti Masij, quod cōtra dictos falsos testes, qui sic falsum testimonium deposuerunt, & testificati fuerunt in iudicio coram iudice maleficiorum, contra formam iuris & statutorum communis Bono. & contra bonos mores procedatur, & declaretur eos falsa testimonia protulisse, & interim suspenderetur inquisitio antedicta, vt præmittitur formata, tam contra dictum Masium, quam contra alios inquisitos, prout statuta disponunt debere supersederi in dicta inquisitione, donec huiusmodi accusatio falsi fuisset terminata, & quod ipsi falsi testes puniantur, & condemnentur in pœnis, in quibus puniri & condemnari debebant falsi testes, secundum formam iuris & statutorum communis Bononiæ, & maxime, secundum formam statuti positi sub rubrica de pœna falsorum testium, &c. & sic fieri pronunciari & procedi, petijt, rationibus & causis maxime ante dictis, & secundum statutum sub rubrica, infra quantum tempus maxime, in §. dicimus &c. Super quibus omnibus & singulis instetit, & petijt ipse Masius dicto nomine &c.

Et ad probationem eorum, quæ sibi incumbunt, produxit dictas attestationes dictorum testium, in publica & authentica forma, & apparet &c.

Rubrica infrà quantum tempus criminales causæ terminantur.

STATVTVM VNVM BONONIAE.

ORdinamus: quod omnes causæ criminales quocũque modo ventilentur, & coram quocunque cõpetenti iudice (exceptis causis, in quibus aliter per nostra statuta prouisum est) terminẽtur omnimode infra duos menses, a die, quo requisitus comparuerit ad mandata, & se excusauerit, vel exceptionem opposuerit: vbi non cõpareret ad plenam defensionem, pœnam iudici & rectori, coram quo causa seu quæstio ventilaretur, & potestati cuius iudex fuerit, & eorum cuilibet ducentarum librarum Bononiæ, si infra dictum tempus causa vel quæstio non fuerit terminata, in quas pœnas incidant ipso facto. Et nihilominus infra 10. dies proxime subsequentes, teneatur potestas & iudex, seu rector prædictus, ex eisdem actis sub eadem pœna causam seu quæstionẽ prædictam præcise, & omnimode terminare. Si vero tempus dictorum duorum mensium incideret in vltimis quindecim dierum regiminis sui officii, tunc si ex ipso processu videretur sequi sententia absolutoria, debere, dictus iudex sententiam absolutoriam reseruare, teneatur suasori suo. Si vero ex ipso processu condemnatoria sequi debere videretur, tunc dictus iudex dictam sententiam proferre possit, usq; ad ultimos decem dies sui officii. Si tamen ex eisdem actis, uel aliter processerit ad sententiam condemnatoriam non obstante, quòd instantia perierit, ualeat quòd fieret. Et nihilominus iudex teneat cõdemnato, uel ipsius hæredi, eodem modo, & forma, & fiat in omnibus, & per omnia, ut dictum est supra in proximo statuto, quando condemnatur ipsius statuti non seruata solemnitate, & cogatur ad solutionem dictæ pœnæ. Si uero non processerint uel fecerint condemnationem ex ipso processu, vel nouo, potestas, & iudex quilibet, coram quo cã fuerit, & quilibet eorum insolidum, teneantur parti, quę institerit, ut terminetur quæstio, & eius hæredibus in tanta quantitate, in quanta ex forma statuti, uel iuris condemnari debuisset accusatus, uel inquisitus, delicto probato, & si non deberet fieri condemnatio pecuniaria, sed alia, tũc teneatur in quingentis libris Bono. applicandis dictæ parti, quę institerit. Si uero sententiam absolutoriam extra dictas instantias protulerit, sentẽtia nõ valeat, & nulliter iudex, coram quo ipsa causa ventilaretur, cadat in pœnam librarum ducentarum Bonon. Et hoc nisi dictum tempus duorum mensium incideret in tempus vltimorum decem dierum regiminis ipsius potestatis, vel iudicis. Ita quod effectualiter inciderit in tempus regiminis noui potestatis, vel iudicis. Quo casu nouus potestas & eius iudices ad hoc deputati, vel quilibet alius officialis nouus subrogatus, omnimode infra vnum mensem ab introitu sui regiminis, sub pęnis prædictis, talem causam seu causas quæstiones debeant terminare, si mẽsis vel minus mense superesset de dicto tempore ab exitu præcedentis rectoris alias infra tempus, quod superesset & sub dictis pœnis. Si uero tempus dictorum decem dierum datorum ad decisionem dictarum causarum post lapsum duorum mensium superius expressum, incidat in dictis ultimis decem diebus sui officij: & sic in effectu in tempus noui potestatis, vel rectoris, tunc nouus potestas vel nouus rector, similiter teneatur dictam causam seu causas, & quæstiones infra vnum mensem ab introitu sui regiminis omnimode terminare, sub pœnis prædictis. & prædecessor eius excusetur a pœna, & interesse prędictis: si infra decem dies non terminauerit causam & quæstionem prædictam: sed non a pœna, quam iam incurrisset, eo quod infra duos menses non terminauerit causam & quæstionem prædictam. Processus autem alios, scilicet eos in quibus accusatus vel inquisitus non comparuerit ad mandata corã prædecessore inchoatos, terminet nouus potestas infra unum mensem, a die introitus sui officij: si ad mandata non comparebit accusatus, vel inquisitus, unus, vel plures. Si uero comparebit, teneatur terminare infra duos menses, a die comparitionis, sub pœnis iam dictis. Et si non terminauerit infra dictum tẽpus, postea infra decem dies ex eisdem actis omnino terminet, & terminare debeat, sub dictis pœnis, prout superius dictum est. Dicimus etiam, quod si pendente dicta causa, exceptio, vel accusatio falsi proponeretur contra aliquem, uel aliquos testes in dicta causa criminali, ex officio receptos, uel productos uel contra producentes euni uel eos, tunc & eo casu non procedatur in ipsa prima causa principali, nec tempora restantia parti, currant potestati, aut iudici, quo ad pœnas iam dictas, nec ad instantiam causę perimẽdam, nec

nec quo ad aliquid aliud, pendente quæstione falsitatis prædictæ, & talis quæstio falsitatis omnimodo terminetur infra unum mensem ad plus, a die, quo proposita fuerit, si fuerit exceptio proposita. Si uero accusatio, infra vnum mensem, a die excusationis accusati. Ita, quod ultra protelari non possit, & ea finita, uel etiam non finita, elapso tamen mense prædicto, procedatur ad terminationem primæ causæ infra tempora, quæ restabunt tempore propositionis prædictæ, sub dictis pœnis, & eo casu, quo finita non fuerit infra mensem prædictum, incidat potestas & eius iudex, coram quo causa ageretur in pœnam tantę quantitatis, in quanta fuisset condẽnatus accusatus, seu contra quem excipitur de dicta falsitate. si uero personalis, tũc in quingentis libris Bonon. & si contigerit accusatum de tali falsitate condemnari de ipsa falsitate, infra mensem prædictum, seu attestatio testis, de cuius testimonio proposita fuerit accusatio falsi, non ualeat, & pro nullo reperitur. & sit in pręiudicium eius, contra quem testificatus fuisset in causa principali. Si tamen eo casu accusatio vel notificatio non ꝓbetur, vel ab ea desistatur, vel renuncietur eidem, incidat accusator seu notificator ipso iure, & facto in pœnam centum lib. Bonon. quæ ab eo de facto exigatur, & de hoc tempore talis accusationis vel notificationis satisdare teneatur, & aliter non admittatur. Vbi vero accusatus non venerit, sed fuerit in figura banni scriptus pro tali falsitate, dictũ etiam vitietur, nisi accusator illud falsum esse probauerit, ad quod admittatur, ac si accusatus ad mandata comparuisset: & tunc quęstio falsitatis terminetur infra mensem a die exemplationis banni, & interim non procedatur, nec tempora currant in causa principali: & siue accusatus uenerit, siue non, ad ipsam causam falsitatis citari debeat, & possit adesse producens seu offensus, uel hęres eius, etiã si ex officio testis fuisset receptus.

Aliud statutum etiam Bonon. seu constitutio contra homicidas.

QVoniam atrox & enorme est crimen homicidij, & in eo sępissime grassari contingit: & ut hi, contra quos de huiusmodi delicto inquiri, uel quoquomodo procedi contingit nisi personaliter comparuerint, detenti exiltant auxilium alicuius defensionis, uel excusationis non expectent. Volumus & ordinamus, quod dominus potestas ciuitatis Bononię, & quicunque alius de huiusmodi delicto in ciuitate, uel comitatu Bononię, notionem seu iurisdictionem aliquam habet & qui de alicuius maleficij facinore contra aliquem, uel aliquos ex eius mero officio uel ad denunciationem, uel notificationem masarij uel ministralis, alterius cuiuscunq;, secundum formam nostrorum statutorum inquisitionem formauerit, & processerit, seu contra aliquem comitatiuum ciuem quempiam uulnerãtem, non possit, nec debeat ad aliquam defensionem seu excusationem illius, uel illorum, contra quem uel quos de dicto delicto inquisitio facta foret, & processus factus fuit, ad allegandam notificandam, uel alias quoquomodo deducendam, uel probandam, nec ad informandam curiam, uel officium inquirentis, uel procedentis, quouis modo admittat, uel audire aliquem cuiuscunque conditionis, uel qualitatis fuerit, etiã si fuerit pater, uel alius coniũctus, aut alias quoquomodo ius illi, uel illis, contra quem uel quos pro præfato delicto procederetur, & inquisitio facta fuit. Ac etiam si tanquam instructor uel informator curiæ uel officii aut tanquam unus, seu quilibet de populo, aut alias quouis modo, seu nomine id fecerit, seu facere uellet, personaliter comparuerit, seu comparuerint, & detentus seu detenti fuerit, vel fuerint in forcia iusdicentis. Non intendentes tamen per prædicta prohibere, quominus potestas uel alius, qui quod prædicto delicto inquireret uel procederet, possit si quando & quouis modo sibi uidebitur, se ex suo mero officio informare, & defensiones seu excusationes indagare a quocunque, & quibuscunque, quin non posit seu non ppsint ad id admitti, & de quo, seu quibus & prout ipse iusdicenti pro ueritate indaganda uidebitur opportunum firma semper manente prædicta cõparitione, & detentione personali, annullantes omne aliud statutum, pręter uel contra hoc statuens ac decernẽs, & etiam potestati & cuiuscunque alteri officiali contrafacienti pœnam lib. quingentarum Bonon. cameræ Bononię applicandum. Annullantes etiam quoscunque processus, & sentẽtias talibus fauorabiles, qui processus, aut sententiæ, pręter & contra formam pręsentis statuti in futurum actitata, formata uel prolata, quouis modo extiterint. Datum Bono. &c. die xiij. Nouemb. Mcccclxj.

SVMMARIVM.

1 *Causæ criminales, an habeāt instantiam suam, sicut ciuiles, tam de iure ciuili, quam municipali.*

2 *Sententia diffinitiua, an & quando possit ferri parte aliqua non instāte, uel petente coram Iudice.*

3 *Statutum unum, an & quando declaretur per aliud, uel modificetur, saltem passiue. Ibique intellectus constitutionis cuiusdam Bonon. contra homicidas, tollentis defensiones quæ quidam constitut. incip. quoniam atrox. & c. nu 4.*

5 *Statutum tollens defensiones, an intelligatur tollere defensiones legales, uel hominum tantum.*

6 *Accusans testes productos in causa criminali, ut falsos, an dicatur se defendere ab accusatione iam contra instituta, de aliquo crimine.*

7 *Statuta an sint reducenda ad concordiam etiam per subauditos intellectus.*

8 *Persona una priuilegiata, quando concurrit cum alia nō priuilegiata, an gaudeat non priuilegiata priuilegio priuilegiata ratione communionis facti, uel rei.*

9 *Syndici si duo sint in Ciuitate, uel castro, & alter denunciet, an alteri etiam prosit denunciatio.*

10 *Statutum disponens contra homicidas, an uendicet sibi etiam locum contra auxiliatores, mandantes, uel opem ferentes.*

11 *Iudex an possit ex causa transgredi terminos legis uel statuti, & pœnas eorum minuere.*

12 *Exemplatio banni an sit de processu, uel extra processum & numero 14.*

13 *Sententia lata an sit proprie de processu. Et quæ proprie dicantur esse de processu.*

15 *Sententia lata contra absentem, an transeat in rem iudicatam.*

CONSILIVM XXXIIII.

Cor mundum crea in me Deus & spiritū rectum innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione, ea quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Soleo igitur cum apud sapientem uerba sum facturus, paucis me expedire, maxime quando res non multa uerba exposcit: & ideo ad rem ipsam condescendens, quod inquisitio contra homicidas sit suspensa, nedum quo ad inquisitum respondentem inquisitioni: sed etiam quo ad contumaces non respondentes etiam ipsis non comparentibus personaliter. probatur iuribus & rationibus. Et primo, cum 1 statutum uelit quod causæ † criminales habeant instantias tam contra comparentes quam contra contumaces, &c. quod si pendentibus dictis causis exceptio, uel accusatio falsitatis opponatur contra testes receptos in causa homicidii, tunc & eo casu non procedatur in ipsa causa principali nec tempora instantiæ currant, ut patet ex uerbis statuti, quod statutum uult instantias super inquisitione homicidii esse suspensas. quod statutum ipso iure suspēdit ipsas causas sine ministerio partium, dum dirigit uerba iudici, inquantum dicit, non procedatur in causa. & ligat manus iudici, ut non possit procedere, donec & quousque causa falsitatis fuerit sopita si ergo instantia inquisitionis super homicidio est suspensa per accusationis pendentiam falsorū testium, secundum statutum prædictum: quomodo iudex potest ferre sententiam sine instantia nescio uidere. quia & secundum formam iuris & statutorum, causæ criminales hábens suas instantias. l. properandum in princip. C. de iudic. & in supra 2 præallegato statuto. Ergo † patet, quod iudex nedum contra inquisitum de homicidio, comparentem, non potest procedere, sed nec etiam contra inquisitos de homicidio pendente dicta accusatione falsorum testium facta nomine inquisiti comparentes, quam aliorum non comparentium. sequeretur enim absurdum, quod ualeret sententia sine instantia: contra no. in d. l. properandum. in prin. & in c. pe. de iudi. & in d. l. properandū. in fi. prin. ubi speciale est, quod contra confessum ualet sententia, sine instantia aliqua, & nullus ordo iuris ibi est necessarius: ut in c. fi. de resti. spo. ergo in contrarium est ius commune in aliis. & ideo dicebat Barto. no. in l. Scius, & Augerius. ff. ad l. Falc. quod licet ad hoc, ut ualeat sententia lata per iudicem, sit necesse, quod fiat ad petitionem partis l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. tamen quando, uidet instantiam perire contra petitionem partis iudex ex officio potest peruenire ad sententiam. al leg. l. ubi prætium. secundum unam lec. C. de transac. quia continet obseruantiam iuris prin. nec debet facere sententiam manere. & hoc idem firmauit Io. de Imo. in repe. c. contingit. de relig. do. per l. 1. in fi. C. ut quæ desunt aduo. partium. & d. Anto. in c. pe. de iudi. ergo eadem ratione & parificatione, quando uidet instantiam esse suspensam ex dispositione statuti, non debet procedere ad sententiam, ne ferat sententiam inanem & nullam, latam sine instantia: postquam per statutum est suspensa. statutum enim factum uult simpliciter ut instantia sit suspensa, uidelicet, quod pendeat accusatio falsitatis, & demum succedit dispositio iuris, ut sit suspensa iurisdictio, instantia, quo ad illam causam. arg. l. 1. §. 1. in fi. ff. ad Tur. cum ibi not. cum ibi no. per Bar. statutum enim resistit iudici, ut non procedat in causa principali, nec tempora instantiæ currant: ergo iudex pendente dicta causa falsitatis nil potest facere. Non obstant modo allegata pro 3 parte curiæ † uidelicet quòd dicta accusatio falsitatis, non habeat suspendere instantiam dictæ inquisitionis, quo ad inquisitos cōtumaces, pro eo: quia nulla defensio debeat admitti pro contumacibus in causa homicidii, nisi primo compareant & stent detenti, stante quadam prouisione, quæ incipit: quoniam atrox facta post primum statutum supradictum cum clausula derogatoria aliorum statutorum, præter uel contra disponentium. & sic infert curia quod solummodo debeat supersederi super inquisitione respectu illius qui comparuit, & non pro aliis, qui non comparuerunt. quia respōdetur multipliciter & primo, quòd instantia est suspensa tam contra inquisitum comparentem, quam etiam contra contumaces, cum statutum loquatur de in-

stantia

ſtantia comparentis,& non comparentis, & ſtatutum prædictum ſuſpendi inſtantias prædictas ſine miniſterio alicuius,eo caſu, quo pẽdeat accuſatio falſi.& ſic iam ſtatutum traxit ſecum executionem ſine miniſterio nec iudicis, nec inquiſitio nec prouiſio: quoniam atrox habet obſtare caſui noſtro. 4 † nam illa prouiſio non ligat, quin aliud ſtatutum poſsit inquiſitos defendere ſed ſolum prohibet, ne aliquis uel iudex vel defenſor audiatur, allegando aliquam defenſionem pro inquiſitis,niſi principales ſtent detenti.ſtatutum enim dirigit uerba ad perſonam iudicis, uel defenſoris, uel ad aliquem alium, cuiuſcunque:conditionis, uel qualitatis,etiam ſi fuerit pater, &c.Et ſic tollit communem defenſionem hominis cuiuſcunque: non autẽ legis mortue,uel etiam uiue:Alias ſi contrarium diceremus 5 † neceſſarium eſſet dicere,quod nec regimina per ſuam prouiſionem poſſent ſtatuere,quòd in dicto caſu poſsint comparere per defenſores,cuius contrarium eſt ueritas quia nemo poteſt ſibi legẽ imponere, a qua diſcedere non liceat.c.requiſiſti, de teſt.l.nemo poteſt de leg. 1. & ſic defenſio data a lege, uel ſtatuto, non denegatur per prouiſionem: quoniam atrox ſed ſolum defenſio hominis cuiuſcunque denegatur, ut expreſſe ſonant uerba dictæ prouiſionis. Et ideo cum ſtatutum poſitum ſub rubrica, infra quantum tempus &c.ſuſpendat inſtantias inquiſitionis,& ſic defendat interim ipſos inquiſitos, patet quòd curia non poteſt procedere. Vel ſecundo dico, quòd ex diuerſis non eſt fienda illatio l. inter ſtipulantem. §. ſacram de uerbo.obli.l.Pap.exuli.ff.de mino. ſtatutum enim prædictum loquitur de præfixione inſtãtiæ in cauſa generaliter:prouiſio autem prædicta. quoniam atrox nil prouidet de inſtantia, ſed ſolum quòd non admittatur defenſor pro inquiſito.niſi principalis compareat, & ſic quælibet prouiſio in caſu ſuo poteſt ſtare. nã licet per prædictum ſtatutum ſuſpendatur inſtantia donec cauſa falſitatis ſit ſopita,tamen non tollitur per hoc,quin prouiſio,quoniam atrox, ſtet & poſsit procedi cõtra inquiſitos contumaces,ſicut ſi nulla fuiſſet cauſa falſitatis,qđ enim differtur per ſtatutum, non datur nec aufertur:ſed ſtat in ſuſpenſo. c.ancillam xxxij.q.2.ſuſpẽſio enim inſtantiæ inquiſitionis. non eſt defenſio inquiſiti, poſtquam nil tangitur de delicto,nec etiam de falſitate,nec de meritis cauſæ:ſicut in ſimili dicit Bar.in l.generali.C.de decurionibus.lib.x. & in l.dicere.ff.de arbi.quod ſi in ciuitate eſt ſtatutum, quod arbitri debeant diffinire cauſas infra tres menſes, ſub certa pœna, ſi pronunciant hoc modo: abſoluimus ab obſeruatione iudicii,& qđ quilibet remaneat in ſtatu ſuo.non uidetur dictam ſententiam ualere:cum per hoc a lite non recedatur.d. l. dicere. & facit quod no. Ludo.in l.1.in fi. de re iudi. Suſpenſio ergo inſtantiæ, ut dixi, non dat defenſionem aliquam poteſt enim eſſe, quòd 6 etiam reſpectu falſitatis nil probabitur,ut † loquitur ſtatutum prædictum,quinimo dico,quòd cum inquiſiti ſint accuſatores falſorum teſtium non poſſunt dici defenſores,nec accuſando falſos teſtes,ſe defendere ab inquiſitione:quia una res non debet diuerſo iure cenſeri.l.cum qui ædes de uſucap.qđ, eſſet,ſi diceremus defenſionem iſtam eſſe:quia eſſet,& accuſator & reus defenſus, contra c.forus. de uerb.ſigni.ſi iſta appellaretur defenſio.propterea iſtæ ſtant ſimul, quòd iſti teſtes accuſati de falſo ſunt falſarij ſcilicet quòd non interfuerint homicidio,& nihilominus homicidium poſsit probari per alios teſtes,qui forte ibi fuerunt. & ideo pẽdentia huius falſitatis non probat de neceſsitate defenſionem inquiſitorum cum ſit ſeparata cauſa ab illa ut plene declarat Cu.& Bald. in l. 1.in fin.C. qui accu.non poſſunt. 7 † Præterea,ut dixit Bald.ibi abſurdum eſt dicere, quod decapitetur inquiſitus tanquam homicida, & poſtea decapitentur teſtes tanquam falſarii.l.1.§.1. de ſiccarijs. iuſtius eſt ergo ſecũdum ipſum differre,quam præcipitare ſententiam.l. diximus. ff. de execu. tuto.l.intra utile. de mino.l.fin.C.de adulteriis.Item ſecundum Bal. ſequeretur aliud abſurdum,quod inquantum nullum eſt remedium conuicto per falſos teſtes euaſionis, cum non opituletur inquiſito accuſare teſtes de falſo propter temporis breuitatem, & non uitio ſuo,ſed legis innocens moreretur, & ſecundum Bal.non eſt putandum, quòd hæc fuerit mens legiſlatoris.arg.l.ſcire oportet. §. & ſi maxime, de excuſatio.tut.& l.credendum.qui petant tuto.&c. vt ibi plene per eum.Et ideo dico, quod ſtatuta ꝑdicta ut dixi non ſunt contraria. imo pœnitus & pœnitus ſeparata.quia unum ſtatutum dat formã & modum inſtantiæ,aliud ſtatutum dat formam legitimandæ perſonæ ipſius inquiſiti. Et ideo ambo ſtatuta habent locum in ſuis caſibus, & recipiunt interpretationem ab alio,& etiam caſu, quo eſſent contraria,debẽt recipere interpretationem, unum ab alio:ſecundum Bar.in l.ſed & poſteriores. ff.de legibus.& in l.omnes populi.de iuſti. & iure. & d. Abb.in c.gratum.de officio delega.& in ca. ſuper. eodem ti.in priu.& d.Anto.in c.1.de iureiuran. in 2.colum.& debent reduci ad concordiam,etiam ꝑ ſubauditionem.l. ſciendum. ff.qui ſat. cog. iuncta authen.offeratur.C. de lit. conteſt. ſtatutum enim de inſtantia & ſuſpenſione inſtantiæ, eſt factum ꝑ modum regulæ:ut patet ex uerbis ſtatuti. ergo ſtatutum ſequens ſpeciale, recipit interpretationem paſsiuam, ab alio ponentem regulam ut plene declarat Bar.in l.4.§.erit differentia.ff.ui bono.raptorũ.& facit cap.cum dilectus.de conſue.& l.2.C.de noxalibus.cum multis ſimilibus. Sed poſito, non tamen conceſſo,quod diſpoſitio prouiſionis:quoniam atrox. haberet locum ſolum in perſonaliter comparente, tamen dico quod cum in caſu noſtro unus ex inquiſitis comparuit perſonaliter, & demum accuſauerit teſtes falſos, priuilegium quod habet ille inquiſitus ſuper ſuſpenſionem inſtãtiæ, trahitur ad illos inquiſitos non comparentes: ſcilicet,ut quo ad omnes cenſeatur ſuſpenſa. 8 † Nã quotiẽſcunque concurrit una perſona priuilegiata cũ non priuilegiata, in indiuiduis non priuilegiata, utitur priuilegio priuilegiati:iſte eſt tex.in l.ſi cõmunem.ff.quemad.ſeruit.amit.& uoluit Bart. in l. præcipimus.§.eodem obſeruando.C.de appel.ubi dixit,quòd coniunctus minori, in indiuiduis gaudet priuilegio minoris: per d.l.ſi communem. & ꝑ hoc dicit, quòd ſi tibi eſſet obligatus clericus, & laicus,

laicus tali causa, quæ deberet coram iudice laico terminari, occasione clerici, laicus coram Episcopo conuenietur. Et hoc idem uoluit Io. and. in regula, imperi. de regu. iur. in 6. & est gl. in c. 1. de iure patrona. ubi patronus laicus, ratione patroni clerici habet tempus sex mensium, propter priuilegia clerici. & ideo dixit Bald. in c. 1. in 4. col. in tit. qui bus modis feu. amittatur. quòd si sunt duo fratres, & vnus dereliquit dominum, alter uero sua probitate defendit dominum, quòd contumax & fugitiuus excusatur propter alium: arg. l. si is, qui duos & ibi Barto. ff. de lib. leg. Cum ergo unus ex inquisitis comparuerit personaliter, & demum accusauerit testes de flo. propter quam accusationem est suspensa instantia accusationis: ergo tale priuilegiũ suspensionis tributum ipsi inquisito tribuitur etiam aliis inquisitis non comparentibus. facit qđ no. Bald. in addi. † Specu. in tit. de accus. uer. sed

9 quid si sunt duo. ubi si sunt duo sindici unius castri, & unus denũciat nunquid, prosit alteri? & dicit quod sic. quia sunt collegæ, & factum ab uno uidetur factum a quolibet. item quia denunciatio est indiuisibilis. ergo omnibus prodest. ar. ff. quẽad. serui. amit. l. si communem. Et ideo uidetur, quòd cum instantia talis dicatur indiuidua, suspensio respectu unius trahitur ad alium. † Vlterius magni-

10 fice ac clarissime do. prætor, maior honorãde, &c. in causa istorum inquisitorum de butrio de duobus homicidiis: cum quampluribus ad ea vulneribus, & etiã de auxilio, & fauore ad hæc cooperatiuis, & latius prout in ea inquisitione fit mentio. Sentio in dubium refricari, an stantibus rebus prout stant, uidelicet quod in processu coram uobis & curia uestra agitato, constat tantummodo de morte duorum & non plurium sed cum decem, & octo vulneribus & per consequens impossibile est, qđ hæc duo homicidia proprie & uere loquendo perpetrata fuerint per xxv. homines, uel xxiij. saltem, de quibus in dicta inquisitione continetur. Et omnes isti xxv. uel xxiij. sint ueri homicidæ: imo posset esse, quod duo tantum fuissent illi, qui uere hæc duo homicidia perpetrassent, uel etiam potuisset esse quod fuisset unus prout etiam ex relatione vulnerum mortiferum in actis curiæ uestræ latius apparet, ubi hoc clare probatur, uel ad plus, & ad peius potuissent esse x. & octo, secundum quod sunt decem & octo vulnera dictis duobus mortuis illata. & sic omnino darentur etiam aliqui cooperantes & auxiliantes adhæc tantummodo, prout ipsamet inquisitio sonat, præsupponit, & continet narrando omnes incertos homicidas, & dantes dictum auxilium cooperatiuum. vnde quia huc usq; non apparet nec cõstat uobis, qui sint, qui proprie & uere hæc duo homicidia perpetrauerint, & incõ ueniens est, qđ omnes eodem crudelissimo telo & ligone percutiantur. non dico, quo ad condemnationem de homicidio. Nã de hoc non disputamus nunc, sed solum quod uigore constitutionis: Quoniam atrox &c. omnes indistincte debeant remanere indefensi, & ab omni auxilio, & suffragio pariter & pari modo omnes exclusi. Quod tamen nõ est de mente, nec exverbis eiusdem constitutionis: imo ea constitutio disponit de directo totum contrarium: vt infra manifeste propabo. Idcirco pro ueritate ipsa comperienda, quæ debet esse uobis præ oculis l. quod si Ephesi. ff. de eo, quod certo loco. & in ca. iudicantem. l. dist. & etiam ad hoc, ut pœna teneat suos prout decet, authores: & non alios, iuxta l. sancimus. C. de pœnis. & maxime cum melius etiam foret absoluere nocentes, quam condemnare inocentes, & multo magis indefensos, iuxta l. absentem. ff. eo. titu. Dico, quod do. v. potest, imo debet ex hac iustissima causa non dico admittere defensionem, nec egredi terminos dictæ constitutionis: quoniam atrox. sed potest prorogare iam assignatum terminum banni octo dierum, in quo termino prorogato posset constare curiæ uestræ, qui fuerunt illi duo vel tres, vel quatuor ueri occisores & ueri homicidæ, quo constito, prout nõ dubito constabit, possent alii auxiliantes & cooperantes se defendere remediis iuris eis competentibus. Et quibus non denegarentur. quando constarent quamplurimæ defensiones iuris communis, & statutorum communis Bono. Quod aũt constitutio, quoniam atrox. non comprehendat, nisi veros homicidas, probatur ex uerbis einsdem, maxime in versi. vt hi. contra quos de huiusmodi delicto inquiri &c. Et in uer. contra aliquem uel aliquos. & in uer. illius, uel illorum, contra quem uel contra quos de dicto delicto inquisitio facta foret. &c. quæ omnia uerba separatim & multo magis simul iuncta, sonant in personam tantum, & non in rem: unde non comprehendi nec comprehendere uoluit dicta constitutio, nisi ueros homicidas: non autem adstantes uel auxiliantes, nec mandantes: iuxta no. per Bar. in terminis. in l. aut qui aliter. §. fi. ff. quod vi, aut clam. & Barto. in l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iuris. & Barto. in l. sed si nuus. §. si seruus. ff. de iniuriis. & Barto. in l. siquis pro emptore. ff. de usucap. & Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & Bald. in l. athletas. §. Pomponius. ff. de his, qui no. infa. & Ang. in l. 1. de eo, per quem fa. erit. & Sali. in l. non dubium. C. de legi. & Ange. in consi. xxij. incip. de eo, qui confortauit, &c. & posuit do. mens Alexan. de Imo. in consil. xxvii. in 3. uol. incip. uisa inquisitione formata per magnificum dominum potestatem, &c. & in l. 1. in prin. ff. de uerbo. obl. ubi refert & attestatur hanc esse magis communem sententiam, a qua in iudicando nõ est recedendum. Et sic ex hac causa iustissima equi dem apud Deum, & mundum potest, imo debet M. v. absque dubiis prorogare terminũ illum octo tantum dierum uidelicet banni, ne aliter faciendo, ita crudeliter & aspere agamus contra prædictos omnes inquisitos, ex quibus iam aliqui uobis constãt esse innocentes, quos absoluistis, & qui iam comparuerunt & licenciati fuerunt, & tamen erant de contentis in eadẽ inquisitione formata, de qua agimus. unde idem posset reperiri in quampluribus aliis in eamet inquisitione contentis, quos nõ dicam ueros homicidas: & non dicam auxiliatores, seu cooperantes: sed nec in aliquo culpabiles. quos durum & crudele esse pari telo, & omnimoda exclusione defensionis exclusisse contra mentem & uerba dictæ constitutionis: quoniam atrox &c.

11 & aliorum statutorum & iuris communis. Et † qđ hæ

hæc prorogatio fieri posset ex causa prædicta, probatur. quia uedum prorogationem simplicẽ, quæ non est tanti præiudicii, sed ex causa prædicta iudex potest transgredi statuta, & alterare pœnas, augendo & minuendo de corporali in pecuniariam, & econtraiita uoluit Bald. in c. 3. in fin. de re iudi. & Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infa. allegat tex. illum singularem in l. si bominem. ff. manda. & etiam proposito nostro dicebat Barto. in l. apud Iulianum. ff. ad Trebel. & Bar. & Pan. de Cast. in l. filius. §. procuratorem. & per illum text. ff. de procura. in uersi. ex causa &c. quod statuta præcise seruanda sunt, nisi subsit aliqua causa. Præterea, plus dico, quod nedũ ex causa potest prorogatio banni fieri, sed etiam sine causa. gloss. est in terminis in l. 2. ff. de re iudica. Præterea facio 12† aliam considerantionem ad fauorem omnium inquisitorum. & hic aduertite quæso, & dico quod M. v. posito, quòd non uellet prorogare, quod omnino potest, imo debet cum causa, & etiam potest sine causa, ut supra proxime probaui: tamen potest interim postquam prædicti inquisiti sunt citati, prout sunt, & est iam ipsa inquisitio, & processus expeditus, quod admittat quemlibet de populo, non dico ad dicendum bannum nullum seu iniustum uel iniquum: quia hoc aliud statutum prohibet sed ad prohibendum illud non posse formari & exemplari & incamerari. & hoc bene gustate quæso. nam postquam inquisitio prædicta formata fuit & processus expletus, & solum restat, ut modo bannum formetur & exempletur & incameretur qui actus est extra processum sumus iam extra terminos & prouisionẽ illam crudelem, imo crudelem & crudelissimam, & contra ius naturale constitutionis prædictæ: quoniam atrox &c. quæ ut infra probabo solummodo tollit omnes defensiones circa inquisitionem, & processum de homicidio, ut patet manifeste ex uerbis eiusdem, maxime in uer. de huiusmodi delicto inquiri, uel quoquomodo procedi de cætero continget &c. & in uer. inquisitionẽ formauerit, & procederet &c. in uersi. de dicto delicto inquisitio facta foret, & processus fieret, &c. & in uersi. pro præfato delicto procederetur, & inquisitio facta foret, &c. & in uersicul. de prædicto delicto inquirere uel procedere possit, &c. ex quibus coniunctim & diuisim omnibus constat, quod tollitur ois defensio cũ limitatione certi temporis & certorum actuum, usq; ad formandum bannum, sed post processum. & sic in actu formandi bannũ, quæ est uera sentẽtia non tollitur tunc defensio: quia de dicta constitutio non debet egredi terminos suos, cum sit odiosa, pœnalis & exorbitans a regulis iuris communis, non dicam ciuilis, sed etiam naturalis iuxta ea quæ habentur in l. penu. §. ad crimen. cum ibi plene no. maxime per Io. de Imo. de publici. iudi. & in l. seruum quoque. §. publice interest. ff. de procurat. Et ideo multum singulariter ad rem nostram dicebat Ang. in consil. cclxxxviij. incip. si 13 statutum exigit &c. in ulti. colum. quod † processus sumit uires processus per pronunciationem iudicis. allegat tex. in l. Titia. ff. de accusatio. in uersi. infra tẽpus a præside præsumptum, &c. & in l. acta. ff. de re iudic. Et etiam Bald. notabiliter in l. qui procuratorem dat. ff. de procur. dicit quod habens arbitrium in procedendo contra aliquem, potest ferre sententiam. quia secundum eum, sententia condemnat uel absoluit. & sic sententia non est de processu. uel si est, improprie. & est text. in c. penu. extra de ordi. cogni. in uerbo processibus, & uoluit etiam Bald. in c. nouit. extra de officio delega. cum multis aliis similibus quæ breuitatis causa obmitto, pro ostendendo quod dicta constitutio: quoniam atrox. nõ tollitur postquam repletus est dictus processus, quin quilibet de populo non possit comparere, & dicere non posse formari bannum & impedire formationem dicti banni. & exemplationẽ eiusdem, necnon incamarationem eiusdem bannis quæ omnia sunt executiua dicti processus banni, ut infra probabitur, & sonant in sententiam & sententiæ solemnitatea. Et quod hoc sit uerum, quod terminus dictorum octo dierum sit complementũ processus contra contumaces, manifeste probatur ex uerbis statuti, sub rub. de modo & forma procedendi cõtra accusatos uel inquisitos contumaces: in §. quod si non uenerit. in uer. non possit ulterius ex præcedentibus actis in banno cridare, nisi de nouo citetur, & cridetur, supra dicto modo & forma &c. & in uer. præterea. uolumus quod inquirens uel qui accusando cognouerit, teneatur processum contra inquisitum &c. & in uer. ipse processus lapsu termini &c. & in uersi. processum & exemplationem banni &c. ex quibus ultimis uer-14 bis † datur intelligi quod exemplatura banni est extra processum. & etiam formatio banni, quæ est ipsa sententia uera. de quibus non loquitur constitutio, quoniam atrox &c. quæ inclusiue in toto alio processu excludit defensionem. ut ex eius uerbis clarissime patet, ut supra probatum est. Ad idem adduco illud, quod uoluit multum notanter Ioan. de ana. in c. de his in ult. colum. in fin. extra 15 de accu. ubi uoluit, quod sententia † lata uigore statuti contra contumacem nunquam transit in rem iudicatam, quin semper possit, quilibet de populo comparere. Ex quibus omnibus concludo nunc partes M. v. fore & esse in faciendo alterum de duobus, uel in prorogando terminum dictorum octo dierum ex causa supradicta, & ex aliis iustis animum uestrum mouentibus, uel in admittendo quemlibet de populo ad dicendum dictum bannum non posse formari, & non posse etiam exemplari, nec debere, uel posse incamarari, non dico ad dicendum illud nullum, seu iniquũ, & iniustum: quia statutum hoc probibet, ut audio & sic hoc medio salubri euitamus crudelitatem illius constitutionis: quoniam atrox &c. & etiam euitamus prouisionem prohibentem bannum latum posse dici nullum &c. & sic sumus in tuto portu non attingente Scillam nec Carybdim. & hæc est noua consideratio ad statuta prædicta, qua media succurri potest, & occurri contra tela curiæ, de cuius tamen iustitia multum confido, prout sui moris est. Laus Deo clementissimo, Amen.

Et, ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & eques sacri palatij apostolici aduocatus consistoriarialis:

rialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc netustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. In quorum fidem proprie manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XXXV. TALIS EST.

NObiles. Quidam Ioannes Odo. & Baptista, fratres, de leuoratis de anchona habebant multa bona in territorio seu districtu dictæ ciuitatis, & etiã quã plura alia in terris diuersis & territorijs alijs subiectis. & dictus Ioan. habebat filiam fœminam nomine Bartholomæam: quæ renunciauit bonis paternis, & cum iuramento, solemniter, & in forma. Deinum dicti omnes fratres dotarunt eam de bonis eius matris dictæ dominæ Bartholomææ, & ea nuptui tradita fuit. Expost dicti tres fratres simul commiserunt delictum in dicta terra anchonitana, propter quod bona postea publicata seu confiscata fuerunt. Dubium est, an bona sita in terra anchonitana applicentur cameræ suæ: & alia etiam bona alibi existentia, applicentur cameris locorum: in quibus sita sunt, vel quomodo. Et an dictus Ioannes vnus ex eis, qui testatus est, potuerit testari, & de quibus bonis, in quibus instituerat dictos Baptistam & Odonem eius fratres: & vltra hęc dubitatur etiam, an ipsi potuerint hęredem instituere, & pręedictum Ioannem eorum fratrem maiorem, vel saltem succedere ei possint ab intestato, vel quomodo. Et an dicta domina Bartholomæa, quę renunciauit bonis paternis, & cum iuramento, possit ei succedere ab intestato, vel ne: & an præferatur prædictis patruis suis in bonis sitis extra territorium anchonitanum, attento quod solũ fuit dotata de bonis maternis.

SVMMARIVM.

1 Confiscatio bonorum in vno loco, trahaturne ad bona existentia in alijs territorijs.
2 Confiscatio bonorum habeat ne vim successionis hæreditatis.
3 Iudex an possit disponere de rebus subditi sui, repertis in alio territorio.
4 Tutor datus à Iudice pupillo, sibi subdito, an intelligatur datus respectu etiam bonorum sitorum alibi. disting. nume. 5.
6 Iudex vrius territorij, an possit confiscare bona subditi sui, etiam alibi sita, hoc non expresso in sententia.
7 Banniti rebelles an possint succedere, saltem ab intestato, in bonis alys. & nu. 13.
8 Bannitus rebellis, an possit testari de omnibus bonis, vbicunque sitis.
9 Damnatus ad mortem, efficitur intestabilis.
10 Banniti rebelles, quorum bona sunt confiscata, possint ne succedere ex testamento. Et an ab intestato. numero. 11.
12 Renunciatio facta per filiam, etiam cum iuramento, de bonis paternis, an valeat: & an extendatur ad alia bona. Et an habeat locum, patre moriente ab intestato, an vero cum testamento. & nu. 15.
14 Banniti quibus æquiparentur.
15 Filius an priuetur legitima sua in bonis paternis, propter confiscationes eorum. Et quid de filia.

CONSILIVM XXXV.

Cor mundum crea in me Deus & spiritũ rectum innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Viso igitur puncto mihi porrecto, & dubiis ex eo prouenientibus, & uisis omnibus aliis, & mature consideratis ad rem hanc, & ad præsentem causam pertinentibus. Circa primum † dubium, quo quæritur an omnia bona mobilia & immobilia dictorum nobilium de leuorotis ubique sita ac existentia tam in territorio & iurisdictione anchonitana, quam etiam in territorio & iurisdictione terrarũ imperii, propter dictam confiscationem propter eorum rebellionem factam, fuerint & sint confiscata & applicata cameræ communis Anchonæ. An vero intelligantur tacite confiscata bona anchonitana, existentia in dicto territorio, & applicata cameræ Anchonæ ciuitatis: & alia bona existentia in territorio & iurisdictione mediate subiecto imperio confiscata & applicata cameræ cuiuslibet terræ mediatæ subiectæ imperio, an uero non. Et breuiter omissis superfluis, videtur dicendum, quod camera anchonitana debeat habere omnia bona, tam in territorio suo existentia, quam alibi posita, per dictam confiscationem, & ei intelligantur applicata. † Et moueor sic vbicunque aliquod commune seu ciuitas publicat, & confiscat bona delinquentis in suo territorio, per dictam confiscationẽ censetur successiue tãquam hæres in dictis bonis. l. tutoris. in fi. iuncta gl. ibi posita. ad le. Iul. de vi pub. l. 1. C. si certum pe. l. inter eorum in fi. C. de fideius. cũ si. & posuit Io. Abb. in consi. 29. in 2. uol. inci. in quæstione præsenti, &c. in 2. & 3. col. & do. meus Alexand. de Imol. in consil. lxxxviij. in 3. col. in 3. volum. incipien. Semproniua filios &c. Sed nulli dubium est, quòd si dictum commune Anchonæ in bonis successisset in hæreditate, puta in testamento dictorum condemnatorum adeundo hæreditatem, habuisset quæcunque sita. l. cum hæredes. in princip. ff. de acquirend. possession. & hoc mediante authoritate iudicum præsidentium in locis, ubi essent dicta bona. l. properandum. §. sin autem

reus.C.de iudi.ca.Romana.§.contrahentes. de fo. compe.l.hæres absens.§.t.cum glo.sua no.ff. de iu di.Ergo ita dicendum est in casu nostro, in quo cō mune anchonitanum agnouit dictam confiscationem.l.4.§.si bona.ff.de fideic. liberta.l.t.§.an bona.ff.de iure fis.iuncta d.l. inter eos.§.fin de fideiuss. vbi æquiparat fiscum hæredi per confiscationem:ergo &c.† Secundo ad idem facit quia iudex, qui habet personam sub sua iurisdictione potest statnere super rebus eiusdem personæ,licet sitis ex tra suam iurisdictionem. ut. ff. de rebus eorum. l. magis puto.§. idem quæri. Nam bona sequuntur conditionem personæ,tanquam accessoria. l. Paulus respondit.§.procurator.ff.de acquir.hære.in fi. l.1.C.de imponenda lucra.deseri.c. si laicus. in fin. de inrepa. lib. 6.vnde habentes personam in sua iurisdictione possunt inducere eadem onera personalia, & pro rebus extra iurisdictionem positis: quia inspicitur persona, tanquam principalis: vt not.in l.rescripto. §. fin. de muneribus & hono. & per Io. An.in c.1.de immunitate ecclesiarum. libr. 6. Tertio † faciat:quia tutor datus a iudice domicilij,vel originis,qui habet personam in sua iurisdictione, censetur datus ad uniuersum patrimonium etiam alibi situm, & habet tutor potestatem administrandi in illo, etiam extra territorium positolicet ab illa possit se excusare, si velit l. propter litem.§.licet.ff.de excusatio.tuto.& not.Bart. post Dy.in l.pupillo.ff. de tu.& cura. datis ab his. & in l.2.per Cyn.C.ubi petantur tuto. Ergo eodem modo videtur dicendum, quòd commune anchonitanum,quod habet potestatem super personas prædictorum rebellium & inimicorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ,qui erāt principales,habuit etiā super rebus vbilibet sitis,& pœnitus ea confiscare & trās ferre ius, quod babebant prædicti condemnati in se,& in bursam suam seu cameram,& per cōsequēs bona etiam alibi sita intelliguntur esse sibi applicata sub ista bonorum cōfiscatione facta. licet execu tio non possit fieri, nisi per iudicem territorij vbi sita sunt bona:vt in d.l. properandum.§. sinautem. cum simi. supra allegatis. Sed dato ꝙ omnia hæc bona non essent applicata cameræ anchonitanæ, sal tem videtur dicendum,quòd bona existētia in territorio anchonitano, intelligantur confiscata cameræ Anchonæ. & bona alibi sita intelligantur acquisita seu applicata bursis seu cameris locorum, vbi reperiuntur: prout in terminis uoluit Bald. in l.cunctos populos. in fin.C.de sum. tri.& fide catho.ubi allegat ad hoc no.per Inn.in ca. postulasti de foro compe. Nihilominus prædictis non obstātibus in contrarium puto fore veritatem, videlicet ꝙ tantummodo intelligantur confiscata bona existentia in territorio anchonitano, & non alia bona sita & posita alibi,& maxime in territoriis imperij. Et ad hoc dicendum me mouet solemnis doctrina Barto.in d.l.cunctos populos circa fin.ubi in in dubio formauit quæstionem,de qua agimus con cludens,quòd publicatio† seu confiscatio bonorū non extenditur ad bona alibi posita,quando iurisdictiones sunt distinctæ & bursæ fiscales distinctæ prout sunt hic,& fit publicatio de iure speciali.allegat l.extra territorium.ff.de iurisdictione omni.

iudi.& l.neque.C.qui dari tutor.possunt & d.l.tutor pupillo.de tuto.& cura.dat.ab his.allegat hanc fuisse doctrinam Gulielmi de Cuneo: quam multū magistraliter loquendo per multa iura & rationes corroborat,& confirmat,ut ibi per eum:nam si intendunt iudices qui habent personam sub sua iurisdictione exercere aliquem actum,qui principaliter concernit personam , & secundario res.& tunc talis actus extenditur ad bona etiam alibi sita.& hic modo intelligitur illud , quod dicit de tutore dato a iudice originis,uel domicilij. nā principaliter datur tutor personæ, & secundario rebus l.quia personæ cum l.præcedenti.ff.de testa.tutc.& idem in collecta quæ imponitur principaliter personæ, & secundario rebus:ut d.l.rescripto.in fi.de mu.& hono.& in aut.item nulla communitas.C.de episc.& cle.& pro rebus alibi sitis in dicitur,& ibi in generali indictione imposita etiam bona alibi sita, intelligerentur onerata, si aliud non apparet. & hoc modo patet responsum ad addncta supra in cōtrarium,dum allegaui l.propter militionem.§.licet de excusatio.tuto.& l.rescripto. de muneri. & hono.cum simi. nam iste nō est casus noster, quia iste actus confiscationis principaliter nō exercetur in personam.sed circa bona:vt voluit Bar. in d.l.cunctos populos. in vlti.q. Aut iudices exercent actū principaliter circa bona , & tunc aut in uolētem & patientem.& idē est dicendum,quod in casu proxi mo,vt puta cum interponitur decretum in alienatione facta per minorē subditum suæ iurisdictionis : vt in d.l. magis puto. de rebus eorum nam iste actus est fauorabilis, qui exercetur secundum uoluntatem,& ideo extendēdus argu.eorum, quæ no tantur.ff. quibus modis pignus uel hypoteca soluitur.l.solut.in fi.princ.super uer.discedat.& no.gl. in l.1.circa principium. quæ incipit secus, si alius. ff.e.tit.& hic etiā non est casus noster.& sic non habet obstare tex.in d.l.magis puto: cum supra allegatis in contrarium†. Aliquando iudices exercent aliquem actum contra inuitum,uel ignorantem.& tunc aut generaliter super eius bonis,& non extenditur nisi ad bona sita in sua iurisdictione. l. cum vnus.§.si is,qui.ff.de bonis auth. iudi. possi.& iste proprie est casus noster . quia in ciuitate anchonæ fuit facta generalis confiscatio omnium bonorum & de bonis prædictorum rebellium vnde duntaxat extenditur ad bona sita in territorio Anchonæ. Si vero expresse disposuisset de bonis alibi sitis, & tunc fieret bene executio per iudicem illius territorij,vbi sunt sita d. l. hæres absens. de iu. cum ibi no.& d.c.Romana.§.contrahentes.de fo.compe.& per gl.& Bar.in d.l.cū unus.de qua materia in specie posuit illustris d.Francis.Are.in cons. suo 10.in ci.casus talis est,quidā Titius condemnatus &c. & Pau.de Ca.in consi.86.inci.primum quæsitum &c. & Bal.in cōsi.33.in 2.parte consiliorum suorum in cisfactum quod proponitur &c.& in cōs.340.in 4. parte consiliorū inci.super primo puncto &c.& d. meus Alex.de Imo.in consi.31.in 1.uol.incip.quæ dam mulier forensis &c.Sed est hic aduertendū,qa dico, ꝙ in casu nostro non potuisset confiscare bo na alibi sita , quia est actus odiosus & tendit ad im mediatā acquisitionē,idest vt statim acquiratur do minium

minium, quod facere non potest: nam apponeret quis manus in messem alienam contra l.sicuti.§.iusti.ff.si seruitus uendi. Ex prædictis igitur patet, quod hæc confiscatio facta per commune Anchonæ non facit, ut bona alibi sita confiscentur, nec facere potuisset si uoluisset: sed solum bona existentia in territorio Anchonæ. Non † ob. etiam determinatio Bald.in d.l.cunctos populos. in fin. quia ex prædictis responsum patet. nam habet locum eius doctrina de iure ueteri in deportato, uel damnato in metallum, qui semper uiuit & bona non potest retinere nec uenientes ab intestato succedunt, cum ad huc uiuat: ideo necessario uenit fiscus in bonis alibi sitis. & ita proprie loquitur Bal. non sic in casu nostro: in quo non fuit status istorum rebellium adeo minutus, quin potuerint bona alibi acquirere, & retinere etiam alibi quæsita. l.si tibi.§.is, cuius.ff.man.l.si deportati. cum ibi not. ff. de leg. 3. concludendum est igitur bona prædictorum rebellium alibi sita, quàm in territorio Anchonæ non esse confiscata: sed pertinere ad hæredes dictorum condemnatorum ab intestato de quibus & prout infra subijciam. & ista omnia sunt de mente Bar. in d.l.cunctos populos circa fin. si bene inspiciatur. & hæc sufficiat, pro determinatione primi dubii. & ne meis detur audacia verbis, reperio in dubio in hoc casu cōsuluisse, & ita cōsulendo determinasse Paul. de Cast. in d. suo consil. in ordine meo lxxxvj. incipien. primum habet duo dubia. &c. ubi refert Bar. in d.l.cunctos populos. & simpliciter pertransit cū eo, multum magistraliter & copiose loquendo. & in effectu approbat omnia ea, quæ supradicta sunt & idem tenent alii domini consulentes, de quibus supra feci mentionem proxime, qui omnes magis communiter in hoc sunt concordes. & hæc est veritas. Secundum dubium † principale est, an dictus Ioannes bannitas pro rebelli, & cuius bona fuerunt confiscata potuerit de iure testari, de omnibus & quibuscunque bonis & iuribus, vbicunque sitis positis, & existentibus: tam in territorio ecclesiæ, quam etiam sitis & positis in terris subiectis imperio. an uerò potuerit testari solum & duntaxat de bonis & iuribus positis in terris subiectis imperio. & in hoc secundo principali dubio dicendum videtur, quod potuit testari de suis exsteribus in terris subiectis imperio. nam licet iste rebellis iudicetur seruus, adeo quòd pro parte nō possit esse liber. tamen ex quo non est condemnatus ut delictum suum ubique censeatur delictum, quo ad quædam, videtur esse liber. argu. eorum, quæ habentur in l.uix certis ex causis.ff.de iudi.cū similibus. Et per consequens videtur pro parte testabilis. quo ad bona alibi posita: & sic in terris imperij. In contrarium est ueritas. & dico quòd iste Ioannes omnino est inhabilis facultate testandi, tam in bonis existentibus in territorio subiecto imperio, & vbicunque nam potest quis pro parte esse seruus, & pro parte liber. tex. est in l.si pater. in fin. ff. de liberali causa. & ista inhabilitas non resultat ex titulo criminis, sed ex sententia, uel eius qualitate l. quo ad statuas. ff. de pœnis. & sicut lepra sequitur leprosum: ita hæc qualitas sequitur istum. Ita in terminis nostris proprie decidit Bart. in d. l.cunctos populos. dum loquitur de illa muliere, quæ euasit &c. Plus † dico etiam, quòd si nullū crimen cōmisisset, tamen damnatus ad mortem efficitur seruus pœnæ & intestabilis: sicut damnatus de furto, efficitur infamis: licet furtum non commiserit: ut not.ff.de infamibus in l. athletas in fin. per gloss. Et quod plus est dico etiam quòd testamentum talis condemnati ad mortem etiam, quo ad pias causas, non ualeret: ita determinauit Ioann. An. in additionibus Specu. in titul. de instrumentorum æditio. in addi. quæ incipit: quid de damnato, &c. & ita etiam reperio in terminis nostris in hoc secundo dubio consuluisse & determinasse Paul. de Castr. in d.consi.lxxxvj.in 5.col.in fi. & sic ista est uera decisio, quo ad hanc secundam dubitationem. † Tertium dubium, ex cuius determinatione colligitur decisio alterius dubitationis subsequentis in ordine: an scilicet Odo & Baptista confratres Ioannis: qui etiam fuerunt & erant damnati & rebelles & quorum bona fuerant confiscata eodem tempore, & pro eadem causa, ut supra in rhemate proposito, possint succedere ex testamento, dicto Ioanni, posito, quod testamentū fecerit: nam hoc mihi nō ponitur pro certo. nam dicendum est indubitanter, quòd non. nam tale testamentum nullius est roboris, vel momēti, ex quo dictus Ioannes erat intestabilis, quo ad omnia bona etiam alibi sita per ea, quæ suprà proximè dixi. Remanet ergo causa intestati, & locus est venientibus ab intestato, prout fuit de mente Bart. in d.l. cunctos populos. & Paul. de Cast. in d.consil. sup. allegato. † Sed maius dubium est, quid ab intestato: ex quo præsupponitur rem deduci ad causam intestati, vel cum decessisse ab intestato. † Er in hoc apparebit determinatio & decisio tertij dubij principalis, quo quæritur, an dicta Bartholomæa potuerit adire hæreditatem paternam: an uero dictus Odo & Baptista fratres dicti Ioannis? & hinc pendent leges & prophetæ & in hoc dubio lōgius exordiendo prima fronte uidetur dicendum, quòd omnino fratres admittantur ad bona dicti Ioannis loquor de bonis existentibus extra territorium Anchonitanum. nam bona ibi sita sunt cameræ Anchonitanæ, & nullus potest prætendere ius in dictis bonis, nisi fiscus & bursa anchonitana. nam præsupponitur mihi in facto, dictam Bartholomæam filiam dicti Ioannis eo viuente renunciasse bonis paternis solum modo cum iuramento & seruatis seruandis, prout ex publico instrumento mihi porrecto constat: vnde succedit regula c.quamuis de pactis.lib.6.ubi est casus in terminis de hoc quòd ista renunciatio inita, officit filiæ, siue fiat talis renunciatio tempore, quo filia traditur nuptui, siue ante, siue post: quia omni tempore habet locum ratio text. in d.ca. quamuis cum non nergat &c. per quem tex. ita determinarunt doctores ibidem scribentes, & uoluerunt Bar. Bal. Salyce. & cōmuniter alii doctores in l.2. C. de collatio. & in l. fin. C. de pactis. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbor. obligatio. Itaque cum dicta Bartholomæa renunciauerit bonis paternis, & iurauerit, prout apparet ex inspectione dictæ renunciationis, merito uidetur excludenda. & per conse-

consequens dictos fratres: scilicet Odonem & Baptistam admittendos esse ab intestato, tanquã proximiores, quos nemo antecedit, ex quo filia succedere non potest, per supradicta, & tanto magis, cum de iure sint successibiles: iuxta no. per Barto. late in sua disputatione incipien. Lucanæ ciuitatis statuto cauetur &c. & per Barto. in l. 1. C. de hæredi. instit. & Barto. in l. certa. forma. C. de iure fisci. lib. x. Petrus de ancha. & Ioan. de Imol. in c. 2. de testamentis & Spec. & Ioan. an. in titu. de instrumentorum editione. §. compendiose. uersi. quid de bannito &c. & in titu. de actore. §. 1. uer. incip. ꝙ est bannitus &c. & in tit. de accusatio. in 3. parte in §. sequitur in addi. incip. Odofredus. & per Dy. in l. si quæramus de testa. & Bal. in c. domino guerram. in tit. hic finitur lex. & Barto. & Bald. in l. amissione. §. qui deficiunt. de capitis diminu. & Barto. in extrauagant. qui sint rebelles. in uersi. rebellando. & Bald. & alios in l. ex facto. ff. ad Trebel. & Barto. & Bald. in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui. & Barto. Bald. & Ioan. de Imol. in l. eius qui. §. 1. ff. de testamen. & Bartol. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthu. & per Ange. & Ioan. de Imol. in d. l. Gallus. §. ille casus. & Ange. in disputatione incip. Bononiensi. in 3. q. & Ange. in sua disputatione incipien. duo adinuicem litigantes &c. & Ange. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. soluto matrimo. & Bal. in l. seruum quoque. §. publice. in 4. colum. ff. de procu. & Bald. in l. 2. C. si pen. appel. & Bald. in repeti. l. primæ in. 6. colum. C. de sac. san. eccle. & Bald. in l. corruptionem. C. de usufru. & Bald. in l. fin. in fine. C. de monopoliis. & Bald. in l. etiam. C. ad l. fal. in quibus locis doc. magis communiter † concludũt, bannitos nostri temporis esse successibiles, & retinere, ea, quæ sunt iuri gentium. reprehendentes glo. reputatam singularem. in §. relegati. insti. quibus modis ius patriæ potestaris soluitur. quæ uolebat, quòd si bona † bannitorum confiscantur, equipararentur deportatis. & male, ut concludunt præfati doc. in locis supra allegatis. & etiam posuit Raph. cu. in consi. cxxxviij. circa finẽ incip. hoc maxime propositũ &c. & Abb. in consil. ulti. in 1. uolu. ubi ponit, an habeant filios in potestate, uel ne. & Ange. in consi. cclvj. incip. de ducis Mediolani. &c. Nihilominus † prædictis nõ obstantibus, quæ in ueritate non obstant, si rectæ ponderentur, puto dictam Bartholomeam admitti debere ad bona sui patris olim existentia in territorio subiecto imperio, tanquam proximiorem, & coniunctam, & primum locũ obtinẽtem, & excludere in totũ dictos eius patruos: qđ ostẽdo arguẽdo a sufficienti partiũ enumeratione. Nã aut dictus Ioannes condidit testamentũ, in quo instituit dictos eius fratres, & tale testamentũ nihil ux. ut supra dixi & probaui. & per consequens res deducitur ad causam intestati, per ea quæ supra latius tetigi maxime in secundo dubio principali. Aut dictus Ioannes non condidit testamentum, & sic mortuus est intestatus. & adhuc dico dictam Bartholomeam obtinere principatum in successione paterna: cum sit in priori gradu, quo ad partẽ. & si tollatur fundamentum dictæ renunciationis. nulli dubium erit, eam admittendam fore, & fratres præ dictos omninò postponendos, & excludendos. Quod autem dicta renunciatio & iurata etiam nihil officiat, ostẽndo sic, & hoc est diligenter notandum. ita demum renunciatio facta per filiam cum iuramento officit, & nocet filiæ, quando præsupponitur dotata a patre de bonis ipsius, secus, si filiæ, puta maternis, prout fuit in casu nostro. Nam fuit dotata de bonis dominæ matris suæ, quæ fuerunt duo milia libr. & ita tanquam dos materna fuerit consignata sibi pro dotibus suis, prout sonat instrumentum renunciationis. unde non ob. instrumentum. & talis renunciatio nihil præiudicat filiæ. ita probatur in d. c. quamuis. ubi pater dotabat filiam de bonis suis. quo casu non præsupponitur filia metu, uel dolo inducta ad renũciandum. Sed ubi pater dat dotem filiæ de bonis ipsius, puta matris, prout fuit hic, tunc præsupponitur filia a patre seducta, & circumuenta. quo casu a tali iuramento absolutio peti potest. & ita hæc Barto. facere poterit, & per consequens succedit. Ista fuit elegans limitatio Pau. de Cast. hoc modo restringentis dictum c. quamuis. in suo consi. clxxv. incipi. in Christi nomine, amen. Super puncto &c, ubi reprehendit patrem inducentem filiam ad talem renunciationem, si ipse dotat eam de bonis maternis, & non de suis. & ita fecit in proposito nostro. nam dicta Bartholomea, quæ a patre nihil habuit, penitus renunciauit bonis paternis: ergo male. & per consequens non habet obstare renunciatio. Vel & secundo possumus respondere ad dictam renunciationem iuratam. nam ita demum afficit filiam cum pater moritur cum testamento: secus si ab intestato prout hic; quo casu uidetur uocare uenientes ab intestato. l. conficiuntur. ff. de iure codicil. ita uoluit Gengeninus in d. c. quamuis. hoc modo limitans illum tex. nam sicut, si pater uocasset filiam in testamento ipsa non obstante iuramento admitteretur ex tali iure, ut concludunt doct. in d. c. quamuis. ita hoc casu succedit ab intesteto. & in terminis etiam uoluit Bald. in consi. cciiij. in 2. parte consiliorum suorum incip. super primo &c. & illustris do. Fran. de are. in consi. xvij. incip. consideratis diligentissime &c. & in consil. xciij. incip. uiso legato &c. & est ratio, quia uoluit prouidere per tale pactum, ne filia impugnaret iudiciũ suũ, si aliis uoluisset relinquere. ergo cum intestatus decedat cessat ratio, cum uideatur ita relinquere filiæ sicut aliis. Quod dicit indubitanter procedere, ubi nulli extarent filii masculi: quorum fauore uidetur facta dicta renunciatio, prout est hic, nam præsupponitur hic nullos extare filios masculos dicti Ioan. & per consequens succedere potest d. Bartholomea: cum pater eius Ioan. decesserit ab intestato, uel a principio uel expost ex iuris dispositione, prout supra latius demonstraui. Vel & tertio possumus respondere, quod dicta renunciatio nihil officit ex alio capite, cum præsupponatur mihi in facto, ꝙ pluries & pluries dictus Ioannes. literas dedit ad dictam filiam suam iniuriosas & minatorias dicentes, quòd nunquam ipsam maritaret, nisi renunciaret bonis paternis & esse cõtẽta de dicta dote materna. quo casu dicunt docto. ꝙ talis renunciatio facta

facta tanquam metu, nihil ualet, etiam cum iuramẽto: per tex. in d. c. quamuis. ib. uel metu &c. & uoluit Bal. in consi. 215. in 4. parte consiliorum incip. super quibus &c. & Pau. de Cast. in consil. 177. incip. contra superius cõsulta &c. in 2. col. circa prin. & no. Bar. in d. l. 1. §. quæ honorandæ. ff. quarum rerum actio non datur. & uoluut doc. in d. c. quãuis. Vel & quarto possimus tollere dictam renunciationem, prout uoluit multum singulariter Aug. in suo consil. 14. quem refert & sequitur Dominicus de sancto Geminiano in d. c. quamuis. uidelicet ꝙ ita demum renunciatio nocet filiæ quando pater moritur relictis descendẽtibus: secus si moreretur nullis relictis descendentibus: quia filia non obstã te iuramento admitteretur ad bona paterna. Sed ita est in casu nostro, quòd dictus Ioannes decessit non relictis descendentibus, ut patet ex se. ergo dicta Bartholomæa per dictam renunciationem non est exclusa. & per consequens in hoc concludendo est aperte dicendum, quòd ipsa admitti debet ad hanc successionem paternam, patruis exclusis. s. Odone & Baptista supradictis, cum ipsa prior sit in gradu. Nec ob. sibi renunciatio prædicta, & dicti fratres Ioan. ab ea excludantur: quæ si non extaret, fortasse admitterentur, per supradicta, quæ non militant propter existentiam filiæ, nec habere possũt locum. Et ex hoc redditur expeditum tertiũ dubium principale, una cum aliis dependentibus, de qua materia renunciationis filiæ, posuit etiam Ange. in consi. 302. incip. an ualeat refutatio &c. & Bald. in consi. 369. in. 2. parte consiliorum suorum, incip. quædam puella &c. & Bal. in consil. ccxiiij. in 2. parte incip. ex verbis &c. & Pau. de Cast. in cons. 309. in ci. uiso puncto & aliis &c. & in cons. 235. in ci. licet ista domina Lisia &c. & in consil. 310. incip. viso puncto suprascripto, & narratis in eo, &c. & Rapha. Cuma. in consi. 114. inci. Antonius Benedicto filio &c. & d. Abb. in consi. 107. in 2. uoln. inci. 26 quatuor sunt in causa &c. Vltimo † uidẽdum restat quid iuris in quarto & vltimo dubio scilicet, an quidam Girardus Roberti præmortui, qui occupat & tenet omnia bona mobilia & immobilia, quæ sunt in ciuitate, & comitatu Anchonæ, dicendo quòd de dictis bonis confiscatis habuit a camera tantum de bonis prædictis, quæ ascendũt ad quãtitatem mille ducatorum, pro dotibus eius matris viuentis, residuum vero dictorum bonorum dicit sibi donatum ab illo, cui dicta regimina donauerãt, sit ne ille potior in dictis bonis, quàm dicta Barth. quæ eadem & pari ratione vult sibi satisfieri tanquã hæredi ab intestato dictæ d. Martæ. quæ eadem die mẽsis anno & indictione fuit prædicto Ioann. uiro suo. quo fuit tradita dicta mater dicti Girardi dicto Roberto quõdam suo viro. & in hoc est diligenter animaduertendum. nam ex quo præsupponitur, quòd dicta Bartol. habuit dictam pecuniam pro dotibus maternis, frustra dubitamus, an tanquam hæres dictæ suæ matris possit petere sibi satisfieri ex dicta causa. uã peteret illud, quod intus habet, & male. Si uero dictam quantitatem non habuisset, tunc non est dubitandum, quod de dictis bonis confiscatis deberetur sibi dos materna, quæ non potuit publicari & confiscari. ut est text. in authen. bona damnatorum. C. de bonis dãnato. & publicatio sibi non officit: vt plene declarat Bal. in l. si marito. ff. solu. matrimo. cum similibus. & alii ibi post eum. & est tex. in d. authen. bona damnatorum. C. de bonis damnato. & pro rata concurrere posset cum dicto Girardo, attenta identitate temporis, in dictis dotibus in vnummet priuilegiũ concurrentibus, & pari obligatione in dictis bonis, nec prioritas plus cadit in una dote, quàm in alia. Sed vt dixi, ex quo præsupponitur dictam Bartholomæam dotes maternas iam habuisse in dotes sibi consignatas a patre, & a dicto Girardo, frustra de hoc dubitamus. Et minus etiam dubitandum est de uno, quod in ultimis verbis ponitur, an, scilicet dicta Bartholomæa possit petere legitimam & trebellianicam sibi dari in dictis bonis confiscatis. nam hoc est clarissimum: nam ex quo dicta Bartholomæa succedit patri ab intestato, prout supradixi, & ostendi late & euidenter, non est quærendum de hoc, cum habeat plusquam sit legitima & trebellianica. & iam adiuerit hæreditatem dicti patris, prout patet ex tenore additionis mihi porrectæ. Bene verum est, quod si omnia bona fuissent publicata & confiscata, non potuisset dicta Bartholomæa priuari legitima sua: & de hoc non esset dubitandum. Sed vt dixi, non est opus hanc disputationem aggredi postquam præsupponimus eam hæredem fore, & esse: & omnibus alijs præferri, & maxime dictis Odoni & Baptistæ patruis suis, & fisco, per casum in dicta authen. bona damnatuorum. cum ibi plene notatis. & in l. 2. cum si. ff. de bo. dam. Et hæc sufficiant. Laus Deo omnipotenti, Amen.

Et ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques: sacri palatij Apost. aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bonouiæ patriæ meæ studio: Et in fidẽ ꝑmissorũ ꝓpria manu me subscripsi, & solito sigillo sigillari feci. Laus Deo.

CASVS CONSILII XXXVI. TALIS EST.

Nobilis d. Gometius Carillo, dum esset in collegio R. dominorum scholarium hispanorum, de Bononia, ut & tanquã unus de ꝓgenie, & de sanguine R. domini, dñi Cardi. Egidij, fundatoris iãdicti collegij, habuit verba altercantia cum quodam d. Io. Nerdo socio uno ex scholaribus dicti collegij ex quo dominus Gometius eum percussit cum pugno: sine tamẽ sanguinis effusione. Demum die sequenti, cũ esset dictus dominus Gometius ꝓpe camerã suam lauans manus, & vultum, prædictus

dominus Ioannes verdo proditoriæ eundem in facie cum pugno pariter percussit, adeo quod statim sanguis exiuit, & remansit signum in vultu per aliquot dies, qui continuo cum vulnerauit cum gladio paruo, quē tunc prope manum habebat, & etiam eundem fugientem insequutus est. Fuit ob hoc dictus dominus Gometius accusatus coram R. domino Vicario R. domini, domini epi. Bon. & rectore collegij prædicti, ut priuaretur collegio, iuxta contenta in quodam statuto dicti collegij disponente contra facientes sanguinem vel effusionem, etiam minimam, ut priuentur dicto collegio. Qui dominus Vicarius habita summaria informatione, dictum dominum Gometium dicto collegio priuauit, a qua sententia fuit appellatum ad S. dominum nostrum & admissa fuit appellatio. Modo quæritur, quid iuris in præsenti casu an dic a sententia possit dici nulla? & posito quòd sit aliqua, an sit saltem iniusta?

SUMMARIUM.

1 *Sententia lata a duobus, quorum vnus caret iurisdictio-ne, an valeat siue fuerit delegati siue ordinarij.*
2 *Visitatores an habeant iurisdictionem ordinariam, vel potius delegatam.*
3 *Sententia lata contra minorem 25. annis, sine curatore, an valeat.*
4 *Sententia lata ex abrupto, an præsumatur lata sine causæ cognitione: & sic sit nulla.*
5 *Iudicu solennitates, an quis teneatur seruare, ubi proceditur summarie, & de plano.*
6 *Sententia vel acta facta post recusationem Iudicis, an valeant.*
7 *Probationes due an & quomodo iungantur simul, ad faciendam unam plenam.*
8 *Testes duo de fama, & unus de veritate rei, an plene probent.*
9 *Delictum ut puniatur, an requiratur dolus ex parte delinquentis. & nu. 15.*
10 *Tutela inculpata mediocritas, an, quomodo, & in quibus consistat. & nu. 11. 12.*
11 *Culpa lata, leuis, & leuissima, quæ dicatur. Et an puniatur. Et quid de crimine commisso iracundiæ feruore. nu. 14.*
16 *Præsumptio vna, alia traditur.*
17 *Causa, etiam minsta, excusat quem a dolo.*

CONSILIVM XXXVI.

Cor mundum crea in me Deus & spiritū rectum innoua in uisceribus meis; ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Nam veritati debet iudex semper inniti quia & iudicabitur ante tribunal iudicis æterni, secūdum Rap. ful. in consi. clxij. in 2. col. in fi. incip. uisis actis. & toto processu & Præsuppolita igitur casus narratione, & dispositione statuti dicti collegii, disponentis quod quicunque percusserit cum armis, & extraxerit sanguinem, expellatur a domo, & uiso tenore sententiæ late a rectore & consiliariis, in simul cum uicaria R. d. domini Episcopi Bononien. collegii uisitatore: qua decreuerunt expellere, & expulerunt nobilem uirum dominum Gome. Carillo de albor a domo, & a collegio prædicto, ostenditur in præsenti dictam sententiam nullam, iniustam: dictumque dominum Gome. de iure non debere nec posse priuari a dicto collegio, ob eam percussionem, quam in persona illius asseritur eum fecisse. & ad hoc dicendum me mouet plura. Sed ex primo capite est præmittendum, quòd statutum dicti collegii dat facultatem & potestatē in uisitādo R. Episcopo Bononiensi, eiusq; uicaria puniēdi & corrigendi limitat tamen potestatem circa primo quindecim dies mensis Septembris, si uero non fecerit in illo termino, dicit d. Episcopum haberi pro negligente, & dat illico potestatem Archidiacono Bononiensi uisitandi &c. secundum quod patet in statuto. xvij. in ner. & Episcopus habeatur pro negligente, si usque ad. xv. diem mensis Septembris neglexerit uisitare &c. Secundo præmittendum est, quod eo tempore quo dictus uicarius episcopi incepit cognoscere, in simul cum rectore, de delicto, quod. d. Gometio imputabat, iam uisitauerat d. collegium, protuleratque diffinitiuam sententiam, & functus fuerat omnino suo uisitandi officio. Hæc præmittuntur, ut facile cognoscatur, quòd uicarius erat iam redditus ad instar priuati: nec se poterat amplius intromittere de simili casu, de iure municipali, & etiam de iure communi. ut in l. iudex postquam. cum vulga. ff. de re iudi. nec potest ex forma statutorum colligii, ut patet in d. statuto. uer. si aliquis in d. collegio. uitio suo, criminosus, scandalosus extiterit uel male studens, indisciplinatus, uel incorrigibilis, aut alii malum exemplum præbens, rector d. uisitationem ordinariam cum consilio suorum consiliariorum & maioris partis collegii, rector & consiliarii talem debeant punire &c. Quo statuto clarissime adimitur omnis iurisdictio atque potestas corrigēdi d. Episcopo, eiusque uicaria, extra dictam uisitationem, quam cum iam finierat, apparet luce clarius, cum nullam habuisse iurisdictionem. Si † igitur nullam habuit iurisdictionem, quanquam cū rector habuisset, sententia ab his lata est omnino nulla, quia sunt plusquam cognita iura, dicentia quòd quando ille qui est iudex, associat sibi in cognoscēdo & pronunciando illum, qui nullam habet iurisdictionem, sententia ab ipsis lata, est inanis atque uiribus carens omnino. tex. est clarus in. c. cū super do. offic. deleg. & in c. ad probandum de re iudi. Nec dicat aliquis, quòd illa iura non habent locum in ordinariis procedentibus in simul: quia tunc non uitiaretur utile per inutile, ut dicit do. Abb. in d. c. cum super. quia respondetur, quòd contrarium tennit expresse Hosti. cuius authoritas maximo est in. c. prudentiam. in princ. de offi. deleg. 2 Sed † fatendo dictum do. Abb. respondetur adhuc

huc clare, quòd isti non sunt ordinarii, nec nisitator est ordinarius. nam eum delegatum dicimus, secundum doctrinam gl. ordina. in c. unico de cler. egro. li. 6. & gloss. in c. cum aliquibus de rescrip. eo. li. & tenet Host. quem sequitur do. Abb. in c. in singulis. vbi bona litera de statu monacho. pro quo facit etiam doctrina singularis Inn. in c. querelam. de simo. quam ibi sequitur do. Abb. & facit text. in c. vnico. de statu monacho. li. 6. Cum ergo constet de nullitate sententiæ, tanquam a non suo iudice late, vt superiora manifeste ostendunt, inde est, quod istá exceptionem post ipsam sententiam potest opponere, ut dicit glo. in c. si iudemnitatibus. & in c. si quorundam. de elect. libr. 6. & in c. pastoralis. §. quia vero. circa medium magnæ gl. de offi. delega. & in l. 1. C. de iur. & fac. igno. & in l. ab executore. C. quorum appella. non reci. & in §. appellamus infra. de excep. quas gloss. adduximus, ut dissentiamus ab illis, qui dicunt ad hoc esse glo. singularem in cle. 1. de sequestra. poss. & fru. nam illa glos. dicit quod talis exceptio etiam post tres sententias opponi potest cuius ratio est: quia cum id quod fit a non habente iurisdictionem, ipso iure nihil sit. in l. 2. C. si a compe. iudi. talis exceptio quandocunque opponatur, uidetur a principio opposita, cum reddat iudicium retro nullum, ut dicit gloss. not. in l. licet. C. de procu. Itaque primo concluditur ex hoc capite dictam sententiam nullus esse momenti. 2 † Secundo principaliter considero, quia lata fuit contra dictum dominum Gometium minorem. xxv. annis, carentem curatore, & indefensum, propter quod sententia est ipso iure nulla. nam licet alias sit minor. xxv. carens curatore, contrahat, & sit læsus, contractus ipsius ualeat ut in l. si curatorem habens. in fi. C. de in integ. restitu. mi. tamen in iudicio quicquid cum eo agitur carente defensore, ipso iure irritum est. iuxta gloss. singularem in l. cum & minores. C. si aduersus rem iudi. quam ibi approbat Bald. & Sali. combononiensis. pro qua est tex. in l. acta. ff. de re iudi. quem tex. allegat do. meus ibi Alex. de Imo. approbando illam glos. in d. l. si curatorem habens. in. 1. col. Istis enim minoribus in iudicio semper debet adesse curator tã agentibus, quàm pulsatis, & tam in causis ciuilibus quã criminalibus: alias processus est ipso iure nullus. ut in l. uniuersis. C. qui dari tu. possunt. & in l. clarum. C. de autho. præstan. propter hoc consulit sacratissimus Imperator ei, qui cum adolescente consistit, ut curatorem ei dari postulet cum quo secundum iuris formam cõsistat, ut dicit text. in l. 1. C. qui petan. tu. Istum autem dominum Gometium carillo, esse minorem. xxv. annis, ex aspectu facile perpenditur: ut in l. minor. xxv. an. ex aspectu. ff. de mi. & in l. de tute. C. eo. titu. & sententia cõtra eum lata, nihil ualet ut uoluit Ang. in consil. 275. incip. an sententia restitutionis &c. & Bald. in consi. ccccxxxvj. incip. casus talis est, &c. in 3. parte consiliorum suorum. 4 † Tertio facit, quia dictus dominus uicarius & rector processerunt ex arrupto & festinanter, & sine causæ cognitione, quia nec receperunt testes domini Gometii, nec fuit sibi data copia testiũ receptorũ, cõtra ipsum, & ppterea sententia est etiam ex hoc capite nulla: maxime, quia in breuissimo temporis spatio tulerunt sententiam, iuxta vulgatam doctrinam Bar. in l. prolatam. C. de sent. & interlo. vbi dicit per illum text. quod si ex breuitate temporis præsumitur, quod iudex non potuit instrui, sententia est ipso iure nulla, tanquã lata subito: contra l. secundam. C. de senten. ex breuiculo recitan. & sine causæ cognitione, contra l. ex stipulatione. C. de senten. & interlo. & istud dictũ Bar. approbant do. Anto. Abb. & Imo. in ca. 2. de re iudica. & Pet. de Anch. in c. ea quæ in 8. col. de reg. iur. li. 6. & Imo. in c. in præsentia in 9. col. ver. quid autem, si allegetur de renuncia. & Pet. de Ancha. in suo consi. 3 s. incip. visa quadam petitione. & in cõsil. 184. incip. visis consiliis. in 1. col. & Paul. de Ca. in consi. 198. incip. supra hoc puncto &c. in 5. col. & Rapha. Fulg. in consi. 565. inci. in quæstione proposita &c. voluit etiam Bald. in consi. 404. incip. lõguin thema, &c. in prima parte consiliorum. in ver. vento ad tertiam quæstionem, &c. & in consil. 154. incipien. statuto ciuitatis Ianuæ, &c. in tertia parte consiliorum suorum. Bene facit gloss. in l. sed & si per prætorem. §. quotiens. in verbo, vnius diei. ibi alias commodo in vna die. ff. ex quibus causis maio. & gloss. in l. si finita. §. non autem statim, in uer. interuallum aliquod debeat intendere. ff. de damn. infect. & facit quod not. Ange. in l. 2. §. si dubitetur in fi. ff. de iudic. & facit multum text. not. in l. si ita fuerit. in verbo, præcipiti destinatione. ff. de manu misl. testa. breuitas autem temporis, est plusquam patens in casu nostro. nam dicti domini iudices vno die inceperunt cognoscere: alio die autem tulerunt sententiam taliter, quòd in vno die naturali finierunt hanc criminalem causam, & rem arduam, & magni præiudicii, cum debuissent cuncta rimari, nam solitus & natura ordo iudiciorum est, quòd iudex vniuersa rimetur. vt in capi. iudicante. 30. q. 5. occidit. 22. quæstio. 8. debuerant nanque animad uertere, quanta fides esset adhibenda testibus inimicis præfato. d. Gometio carillo. Et ponderare etiam, quod nihil concludenter deposuerunt secundum quod infra suo loco dicemus. Insuper negauerunt eidem copiam dictorum testium tradere taliter, quod notorie constat eos causæ cognitionem obmisisse. igitur sententia est nulla. ut probatur ultra supradicta in c. primates. 2. quæstio. 1. ubi text. loquens de sententia lata contra reum, non uisis eius legitimis probationibus & defensionibus. dicit irritam esse censemus, &c. & facit multum not. tex. in cle. pastoralis ad fi. de re iudi. in fi. in uer. iudicantis præcipitatio inuito. uer. dicere ergo meruit sententiam. & ita tenet ibi Imo. p illũ tex. in 3. col. quòd etiam multum probatur, in c. ad audientiam ibi: sine causæ cognitione. & denuncies non tenere &c. de deci. Non est ad hoc amittendus text. in auth. quomodo opor. episcopos. §. oportet. in verbo, ex nihilo. vbi dicit Ange. esse text. apertum, quòd iudex qui pronuntiat non discussis exceptis & probatis, & ipsis non receptis non debere recipi, punitur & sententia per eum lata est nulla ipso iure. 5 † Nec obst. si quis obstinate dicat, quòd isti iudices nostri procedebant simpliciter, & de plano, &c. secundũ formã statutorũ collegij pdicti, & quod ita bñ potuerunt procedere, nec

tenebantur testes publicare. sed summarie lites finire. Nam ad hoc respondetur clare, ꝙ iudex qui sic procedit, potest prætermittere ea, quæ sunt de solemnitate iudicii: non autem ea quæ sunt de substantia ut in cle. sæpe. & ibi glo. de uer. signi. & uoluit Raph. cuma. in cōsil. vij. in 1. col. incip. uisis cō promisso &c. sed causæ cognitio est de substantia iudicii. ut in l. si causa cognita. C. de transactio. & in l. iudices. C. de iudi. & in l. ex stipulatione. C. de sentē. & interlocutio. & in l. 2. C. de senten. ex breuiculo reci. cum autem ista sit obmissa in præsenti causa. quod apparet ex breuitate tēporis, ut supra ostensum est, certo certius ostenditur nullitas ipsius sententiæ. Imo non obstante, quòd iudex procedat simpliciter & de plano &c. tenetur attestationes omnino publicare, & copiam earum dare parti, ut opponat in dictis, & in personis testium. secundum doctrinam Barto. in extrauaganti ad reprimēdum. super uerbo, figura. in uer. sed an publicatio testium debeat fieri, &c. quod sequitur Pe. de anch. in d. cle. sæpe. & Io. de Imo. ibidem. Sed cū d. uicarius & rector hoc non fecerint, uidētur aperte denegasse iustitiam d. Gometio: & ei abstulisse defensionem propriam & sine causæ cognitione processisse, propter quod sententia ipsorum est nulla ipso iure: ut supra. Præterea hoc subiungo aliud, qua liter d. rector iusta ex causa fuit a dicto Gometio recusatus, ut suspectus: quia erat eius inimicus, & nalde fauens alteri parti, ab hoc, quòd ipsum elegerat in rectorem. qua recusatione facta ne glecta processit, & nimio odio natus est ad ferendum iniquam sententiam contra d. Gometium.

6 Ex hoc † ergo capite ostenditur nullitas eius, & aperta iniustitia. ut in c. quia suspecti. 3. quæstio. v. & in c. legitima. de app. libr. 9. cum vulg. namque ea pendente, officium iudicis recusati, tollitur ut in c. 2. requiris. & c. cum speciali. de appel. Ex uigore sui effectus: quia iurisdictio iudicis per eam sic suspenditur: sic, ut per appellationem. nam sicut per appellationem receditur ab audienda iudicis, sic per recusationē quapropter ipso iure nihil est ꝙ iudex agat post recusationem. ita dixit Hosti. in summa [illegible] in titu. de offi. iudi. delega. sub rubricella de recusatione, in uersu quid sit effectus. & ista opi. Hosti. fuit gl. originaliter, in c. quotiens. 2. q. vij. & d. c. quia suspecti. quas gl. sequitur Io. an. in c. cum speciali. de app. & Pet. de anch. in c. iudex de offi. deleg. lib. 6. & probatur l. 1. C. si quacunque prædit. po. & est determinatio Bart. in l. quia poterat. ff. ad trebel. quam ibi sequuntur Moder. maxime domi. meus Alexan. de Imo. & etiam Paul. de Castr. in consil. xxij. incip. circa primum quæsitum &c. circa medium. & do. meus Alexan. de Imo. in consil. ciiij. in v. uol. incip. an ualeat sententia lata &c. in 1. col. Quarto ostendimus ex alio dictum dominum Gometium, nullo modo potuisse expelli a domo collegii. quanquām de eius percussione probaī, qđ tñ nunquā probatum extitit sed præmittimus antequā hoc declaretur, duo. Unum est, ꝙ in facto cōsistit: aliud aūt ꝙ iniurie illud agit quòd facti dicimus, est, ꝙ dictus Io. nerdo socius scholaris dicti collegii, in crepusculo noctis, post illam rixam uenit: & cum uidisse dictum dominum Gometium solum lauantem manus prope tinellum dicti collegii, clandestine & proditorie aggressus est illum: deditque ei cum pugno clauso magnum ictū in facie, tanta vi, quòd in loco percussionis fuit sanguis protinus conglutinatus, & denigratur: nasusque apertus est, statim distillans sanguinē multum, quo facto incontinenti ille aufugit: & quòd sic factum se habeat est in toto collegio publica uox, & fama testisque unus est, qui illud uidit propriis oculis, & alii plures sunt, qui dicunt de credulitate, qui testis unus deponens de uisu, facit plenam probationem hoc modo. nam duo testes de fama faciunt semiplenam probationem, ut no. Barto. & omnes in l. admonendi. ff. de iureiur. & Bald. & Saly. combouoniensis in l. in bonefidei. C. eod. tit.

7 Unus autem testis deponens de uisu facit aliam semiplenam, ut in dictis iuribus, & sic duæ semiplenæ probationes faciunt integram probationem, quanquam sint diuersæ probationes, & diuersæ species: quia sic possunt & debent iungi, ut no. gloss. in c. testes. & in c. nihilominus. 3. quæstio. ix. & posuit late illustris. domi. Franci. Areti. in suo consi. lxv. incipi. in præsenti consultatione, &c. ubi ponit, quando probationes plures iungantur, ut faciant plenam probationem. & do. meus Alexan. de Imo. in consi. cl. in ult. colum. in v. uolumi. incipien. multa circa probationes faciendas &c. & Rapha. cu. in consil. clv. in 3. uolu. incip. Antognolus dictus &c. & Raph. Fulgo. in consilio. clxv. incipien. in quæstione proposita &c. & Pau. de Castro, in consilio. cxciij. inci. uiso processu &c. in pe nulti. col. & do. Abb. in consi. xvi. in primo uolum. incip. ad claram decisionem, &c. & in consi. liij. in secundo uolu. in cipiente: in prædicta causa dicte Raynerii &c. & Ioannes de ana. in consi. xlix. incip. dubium de quo quæritur &c. & ibi siquid ego dixi in additionibus meis ad ea consilia, & dominus meus Alexan. de Imo. in consil. xxviij. in primo uolum. in secunda colum. incipien. an fœmina admictatur. &c. & in consilio. lxv. in ultima columna incipien. si præcedentibus iudiciis, &c. & in consi. xiij. incipient. an promissio uel confessio. in xiij. colu. in eodem. primo uolum. & in consi. xxxii. in ultim. colum. incipiem. uiso puncto & dubiis &c. & in consi. liij. in 3. colum. incip. causa uertente inter Michaelem &c. in eodem 1. uolum. & in cons. xj. in 4. uol. incip. sentio in dubium reuocari, &c. Nam

8 † uidemus, quod unus testis de ueritate, & duo de fama coniunguntur ad faciendum plenam probationem. gloss. est expressa in c. ueniens. de testi. quā ibi sequitur domi. Abb. post. Anto. idem tenet Barto. in d. l. admonendi. & in l. pater. §. idem Cornelio. ff. de quæstio. & firmat Bald. in l. 2. in f. ff. de excusa. tuto. & in l. si quis ea argentariis. §. 1. uer. optime. ff. de edeu. Item uidemus, quod ex dictis diuersorum testium deponentium per diuersos actus, resultat una probatio, quando illi actus attendunt ad eundem effectum: ut uot. glo. in l. ob carmen. §. si testes. ff. de testi. & uolut Bal. in l. his. C. de probatio. & in l. Artiani. C. de herei. & in l. 1. C. de testa. & in l. 1. C. qui numero tute. & sequitur domi. Frauc. are. in l. 1. in xix. colum. in uersi. sed fortius obstat. ff. de acquiren. possessio. Plus dixit Bald.

Bald.& multum singulariter, quod si unus testis deponit de ueritate tantummodo, & idem testis cum alio de fama, quod isti duo testes plene probant: vt ipse not. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de libe. & posth. quod dictum domi. meus Alexand. de Imo. ibi dicit se alibi non legisse. & licet quidam læuius insurgat contra eum, tamen domi. Franc. Arc. approbat illud ibidem. Et quamquam per ista bene appareat de aggressura facta per dictum d. verdesio. tamen etiam ad hoc corroborandum est multum animaduertendum, quod statim, quod ipse percussit dictum Gometium, aufugit & se inclusit in camera cuiusdã alterius scholaris, amici sui, qui sic fugiens ab omnibus visus fuit. illa fuga profecto satis probat delictum suum, & eius aggressionem. ut noluit Bartol. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. sed d. dominus Gometius remansit clamans & conquerens se multum de dicto verdesio, dicendo qualiter proditorie ipsum percusserat in facie. & tunc ab omnibus uidebatur cum vultu, sanguine pleno, quod indicium coadiuuat: quia illo die ille scholaris verdesio fuit minatus d. dominum Gometium ponendo digitum in fronte. & per alias gesticulationes. ut per Anto. & alios in ca. tertio loco. extra de probatio. Ita quæ remanet † conclusio in isto modo, supposito, quod ille scholaris uerdesio aggressus fuit d. do. Gometium. Secundo de iure est præmittendum, quod quandocunque statutum punit aliquem criminaliter uel ciuiliter: imponendo pœnam pecuniæ uel amissionis alicuius beneficii, uel aliam quamlibet ob delictum commissum in psona alterius, semper in tali delinquente, ad hoc vt incidat in illam pœnam, requiritur dolus: uidelicet quod illud prohibitum fecerit dolose, non autem lata culpa: quæ non sufficeret. ita multum not. concludit Barto, in l. 1. §. non autem. ff. si quis lib. testa. esse iuss. su. per rationem manifestam, quia statutũ non videtur punire iniuriam illatam in personam, quæ non committitur sine dolo l. illud. ff. de iniuriis l. si non conuicij. C. eod. titu. quam doctrinam omnes vbique approbant. quos longum esset referre. de quo per do. meum Alexand. de Imo. in l. iuste possidet. in 10. colum. in ver. aliam utilem quæstionem &c. ff. de acqui. pos. Quibus duobus fundamẽtis positis pro ueris simis, ut sunt, declaratur modo istum dominum Gometium non tantum non fuisse in dolo, sed nec in culpa lata, vel leui, posito qđ verum esset quod vulnerasset illum verdosium paruo vulnere in spatula, & ipse verdosius inuadisset contra Gometium modo & forma, quibus supra licitum fuit ei se defendere. nam hoc & iure naturali non solum hominibus, sed brutis est permissum: vt in l. ut nim. ff. de iustit. & iure. & l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrupes Pau. se. dic. ca. ius naturale. & in ca. dilecto. de senten. excommunicatio. libr. 6. & in clemen. pastora. de re iudi. & denique si hoc omni gentium more & consuetudine receptum est: vt di cta l. & si quocunque. ff. ad l. Aquil. quam calumniã aut pœnam incurrat lite, non video: cum innasorẽ & authorem rixæ, possit quis repellere & percutere. nam semper lex præsumit, quod defensionis & non vindictæ causa fiat. l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de ui publi. l. si ut allegas. C. de sica. & est bonus. tex. in l. si ex plagiis. §. tabernarius. ff. ad l. Aqu. & ibi gloss. & not. omnes in l. 1. C. unde ui. † Verum, si dicatur tantum illam defensionem a iure cõprobari, quæ fit cum moderanime inculpatæ tutelæ: ut in l. 1. C. unde ui. & in c. olim. el 2. de rest. spo. & in c. significasti. de homici. & nos idem fatemur: sed hanc defensionem dicimus hic adeo moderatam, ut nullo modo ualeat culpari: nam cũ moderamen circa tria consideretur. ut not. glo. & omnes doc. in dicto l. 1. C. unde ui. & in d. l. ut nim scilicet primo circa tempus, ut fiat incontinenti scilicet adhuc maleficio flagrante: vt dictis iuribus. & ita fuit hic. nam tanta celeritate res fuit expedita, ut cum rixa fieret prope portam tinelli, quando scholares, qui in tinello erant, exiuerunt, iam erat prædictus uerdesio positus in fuga. Secũdum† moderamen, quod exigitur circa qualitatem negotii, est, vt nil appareat factum ad vltionem. sed solum ad meram defensionem. quod hic satis ostenditur. Nam ex quo primo fuit do. Gometius percussus, præsumit lex, quod id, quod facit inconsinenti, fecerit ad defensionem suam, & non ad uindictam. ut d. §. tabernarius, & dicebat domi. Matthæus, ut refert domi. Car. in cle. 1. de homi. quod quando ex duobus rixantibus unus est magis vulneratus, quã alius, quod præsumptio culpe sit contra ipsum. argu. l. scientiam. §. stramenta. ff. ad l. Aquil. † Tertiũ moderamen est, circa genus armorum, ut percutiẽ tem fuste, fuste debeamus etiam repellere. & circa istud moderamen dicimus Gometium non excessisse modum. nam cum fuisset percussus de nocte, & multum fortiter in faciem suam. ipse nequiuit discernere, cum quo genere armorum esset vulneratus. Nam ipse putabat quod fuisset percussus cum gladio, uel lapide: ergo potuit cum gladio paruo repercutere, & quamquam diceremus, eum in aliquo excessisse istud moderamen circa genus armorum quod non est uerum, tamen propter hoc ipse incidet in culpam, quæ in hac materia non comparatur dolo. l. 1. C. de sica. & no. in l. lege. ff. e. & est bona glo. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. & tũc tale delictum punitur ut culposum, non ut dolosum. ita refert Ioann. An. se alias uidisse in addi. ad Spe. tit. de homi. &c. in fi. & do. Ant. de Bu. dicit se vidisse Paduæ in ca. olim. de restitutio. spolia. Ista autem culpa interdum reperitur lata, & punitur aliquo modo. Interdum leuis, & ista leuis punitur. Interdum leuissima, & ista nullo modo punitur. ita firmat Bal. in d. l. vt vim: quia non est vituperandus qui parum transgreditur. l. æuidẽs. ff. de ædil. edic. l. quamuis. ff. de conditio. & demonstratio. l. Imperator. ff. de sta. homi. † In nostro autem casu prædictus do. Gometius nullo modo potest reperiri in culpa lata, nec leui, imo uix forte non in leuissima. nam aut latam culpam uocamus, cũ egreditur modus legitime defensionis in omnibus alijs tribus, quæ requiruntur ad moderatam defensionem & leuem culpam appellamus, cum exceditur circa duo illorum: leuissimam, cum exceditur modus circa unum tantum, & cum hic esset excessus circa vnum tantum, videlicet qualitatem armorum ista erit leuissima culpa, quæ nullo pacto debet puniri, ut dixi supra. Aut uero nos uolumus latam culpam appellare

appellare,& hanc non exceditur legitimus modus: vel circa arma tantum:uel circa tempus tantum:vel circa qualitatem facti tantum secundum arbitriū iudicare debentis:ut ait Ioa.de Imo.in cle. si furio sus.de homi.& Bal.in d.l.ut uim: quia de factis ho minum non potest dari certa regula. vt in l. mora. ff.de usur.& l.3.§. tu magis.ff.de testi. & sic etiam dico,quòd ex qualitatibus & circunstantiis debe-

14 bit ista culpa reputari † leuissima: quoniam videmus ꝙ inter dum animus ad iracundiam turbatus & incensus se continere non potest quin rationes excedat atque propter calorem iracundiæ,lex pœnam non irrogat: sed potius parcit l.quod calore. ff.de regu.iur.l.j.C.si quis Impera.maledi. Sicut vi demus,quòd lex ei parcit,quando doloris impatiētia aliquid semel in alios crudeliter agit, ut in l.diuus.ff.de offi.præsi.& l.3.§.finautem.ff. de his, qui mortem sibi consci.sicut etiam uidemus, quòd lex ei percipit,qui iustum metum habuit. vt toto ti.ff. quod met.cau.quia qui nocuit primo,præsumitur velle nocere secundo l.si cui.§.fi.ff. de accusa. & sic iusto dolore & metu secūdæ vulnerationis potuit d.dominus Gometius repellere d . verdesium percutiendo illum . nam dicitur fecisse ardore doloris commotus.nam sic pater occidens adulterum,& in sequutus suam filiam interpositis horis, dicitur illam eadem ira occidere:ut l. quod ait. in fin. ff. de adul.Et quanquam per ista appareat satis luculenter dictum Gometium nō vulnerasse d. Verdesium dolose aliquo pacto, & ideo in eo non habere locū pœnam statuti dicti collegij: quia , ut ostendimus supra,tale statutum requirit dolum. attamē adhuc euidentius ostenditur. nullus enim inficiabitur, quin iste do. Gometius dederit operam legitime defensioni,ea quo eum est aggressus d.aduersarius & erant ambo in riza. quia iura omnia hoc dicunt. l.scientiam.§.qui cum aliter.ff.ad l.Aquil.cum vulga.sed dicunt cum excessisse modum:quia usus est cultello seu gladio, cū alius sine cultello aggrederetur.dico in hoc , quod ille qui excessit, commotus per occasionem licitam defensionis a principio, quia non multum excessit,quo ad se: nō enim vsus est gladio,etiam si excessisset ex certa scientia , per turbatus tamen & concitatus per offensionem sibi factam,non debet puniri de toto:sed de excessu dū taxat,in quo excessu leuissima culpa inuenitur. Quod enim delinquitur per iram , non proprie ea animo factum dicitur:ut no.in l. 1.§.quæri pôt.ff. ad Turpil. Ista conclusio probatur in l.adulterium.§. Imperator Marcus.ff.de adul. idē ēt probat text. in d. c.olim.in fi.de restitu.spo.per quem ita voluit Pet. in cle.unica. de homi. & idem tenet Bald. in d.l.ut vim.in ultim.colum. Ista conclusio confirmatur solemniter ex tex.no.in c.significauit extra de pœniten.& remis.& ibi per Ioan.An.& Anto.de Bu.ubi

15 probatur † quòd defendens se, etiā si ex certa sciētia in rixa excedit modum, puta occidendo . quem potuit seruare,non punitur.nisi de excessu,non autem de toto delicto:quia abesse videtur ab illo om nis dolus,pro quo excessu tenuis pœna ei imponetur, vt ibi. quem teat. ad hoc multum commendat Bal.in ca.1.§.si quis uero.in tit.de pace iur.firman. quem dicit habere locum in foro pœnitentiali, & iudiciario. & late posuit confirmando prædicta Il-lust.domi.Franci.Areti.in suo consil. 80.incipien. sicut decet huius festinatio &c. Pro hoc adducitur etiam singularis decisio Iacobi de Are.quam refert & sequitur Anto.de Bu.in d.c.olim de resti.spo.in vlti.col.in ver.inquantum dixi &c.ubi uoluit singulariter,quod licet ex interuallo percussus non possit repercutere,si tamen insequutus percutientem, cum vulnerat, non punitur de dolo, sed de culpa: quia propter calorem iracundiæ minuitur deliberatio intellectus.l.Gracchus.C.de adul.Et hoc maxime uerissimum est,quando causa furoris,ex qua delinquens habuit a dolo aduersarij. vt dicit Bald. in d.l. vt vim.& Raph.fulg.in d.l.1.C. unde ui. qui dolus aduersarii causat iustam defensionem . & facit,ꝙ inuasus det operam rei licite. & ꝙ quicquid inde sequatur,imputetur insultanti:ut d.l.quoniā multa facinora. & d.l. si ut allegas . & quemadmodum , quando non constat in tumultu a quo quis mortuus est, fit interpretatio pro insultante:ut d. l.quoniam multa, ita & eodem modo, quando insultatus facit aliquid contra insultantem, fit interpretatio pro eo contra aggredientem:ut nullo modo videatur dolose fecisse.ita dixit Raph. in d. l. 1. maxime considerando qualitatem vulneris, & cultelli:nam vulnus erat valde paruum, & cultellus ēt breuis,qui arborum appellatione non continetur: vt dixit gl.in authen.de armis.in §.fin.& de istis nō

16 miretur quis.nam † quemadmodum ex iudicijs ꝑsumimus dolum in aliquo, & ex præsumptione. vt in ca. 1.de præsump.cum simi.ita eodem modo talis præsumptio per aliam contrariam præsumitur, & per verisimiliorem eliditur, sicut est in casu nostro.ita in proposito dicit Bald.in l.unica. C. de cō fess.in 6. carta in uersu. illud est not. dignum &c. Porrò,ꝙ dolus hic nullo modo affuit,ultra prædicta posset euidentissima ratione sic probari : quoniam sicut actus qui potest esse indifferens ad delictum,& non delictum , in dubio videtur fieri non animo delinquendi, & maxime, si hoc delinquens asserat,ut not.glo.& ibi per Anton. in c. significasti.el primo de homi.& ꝓbatur in l.merito. ff. ꝓ socio.& per Bartol. in l.gerit.ff.de acqui. hæredi.ita etiam actus , qui potest fieri respectu maioris , vel minoris delicti,quomodo & qualiter se habet præsumptio ad vtrunque factum parte hoc asserente, præsumitur factum , ut minus delictum uideatur commissum.& idem est etiam,si assertio partis habeat præsumptionem iuris contra se: dummodo suam assertionem alleuiet quibusdam mediocribus coniecturis.ita dicit gloss.not.in l.penul.C.de fide iust.quam refert & ita declarat Bald.in l.quicunque. C.de ser.fugi.& in c.1.§.iniuria.de pac. iur.firmā. Idem probatur ad literā in c. significasti circa principium de homi. ubi clericus percutiens cum furcune,ꝓ rerum reparatione, quod tamen nō licuit, ut uo,inc.suscepimus.eo. titul. si inflixit vulnus leue,& percussit in loco non periculoso,non præsumitur dolo percussisse:sed potius impediendi spoliationem ecclesiæ sicut est proprie in casu nostro: quia fecit leue vulnus in loco nō periculoso, & qui primo erat percussus.nam nullus diceret in eo præ

17 sumi dolum, maxime,quia † qualibet etiam iniusta causa

sta causa, excusat quem a dolo ut not.gl.& ibi Bal. in l.plagiarii.la secunda.C.de plagia.& est tex.in l. igitur.§.t.ff.de lib.e.causa. Clarissime ergo infertur,ex supradictis, hunc dominum Gometium nō percussisse dolose d.Verdesium,posito quod de percussione probetur. Inde est, quòd in eo nullo modo habet locum pœna statuti,de quo supra, quòd similiter notoriam facit iniustitiam dictæ sententiæ,si non esset nulla: prout est ex capitibus supra deductis. Laus Deo.

Et,ut supra scriptum est consulo,& iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & eques sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis:iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. Et in fidem præmissorum,me subscripsi,& solito sigillo sigillari feci.

CASVS CONSILII XXXVII. TALIS EST.

Nobilis quidam dominus Gometius Carillo, dum esset in collegio reuerendorum dominorum hispanorum de Bononia. tanquam de sanguine recuerendissimi domini fundatoris collegij, quadā die cum pugno percussit quendam scholarem, ex eo, quòd ipse sibi dixerat tunc temporis quædam uerba iniuriosa. Postmodum die sequenti cum ipse esset prope cameram suam,lauans uultum suum, ipsemet scholaris prodilorie accessit ad ipsum.& pugno eū acriter in facie percussit: adeo, quod statim sanguis fuit effusus, & mansit signum in uultu per aliquos dies,qui continuo ipsum uulnerauit,minimo gladio tamen, quem prope manu habebat, qui etiam ipsum fugientem fuit insequutus. Fuit ob hoc accusatus corā d.domino Vicario, ut priuaretur collegio iuxta contenta in statuto eiusdem collegij, quo cauetur,quod si scholaris scholarem percusserit, priuetur iure collegij, si sanguinis fecerit effusionem, licet minimā &c.qui dominus uicarius summaria habita informatione, ipsum primauit, a qua sententia fuit ad Papam appellatum. Demum Papa misit quēdam visitatorem,qui absque eo, quòd ipsum appellatione pendente restitueret, se informauit summariè ab eius inimicis, & apertis eorum dictis, dicta eorum sibi notificari fecit, absque eo quòd nomina testium sibi daret.Lapsis aliquibus breuibus diebus eū citato ad sententiam ipsum condemnauit. & iure collegij priuauit gratia tantum quorundam dominorum dixit se mandare sibi tradi omni anno certam summam pecuniæ, extra dictum collegium: prout in ea sententia continetur, nullo sibi ad hanc litem dato curatore:cum iste dominus Gometius minor sit iure ignorans. Dubitatur nunc circa hunc casum, an dictus do.Carillo, possit puniri pœna priuationis collegij, prout priuatus est, propter statutum, de quo supra & an uideatur modū excessisse: maxime, quia asseritur eum dictam percussionem illi intulisse, dum illum sequebatur.

SVMMARIVM.

1 *Defensio ut dicatur cum moderamine inculpatæ tutelæ, quæ requirantur. & nu. 2.3.*
4 *Iracundiæ calor, & prouocatio,an & quomodo excuset in defensio ne saltem a pœna ordinaria, & a delicto. & num. 5.*
6 *Ignorantia qualibet, etiam iniusta excusat a dolo.*
7 *Percutiendi iterum,an præsumatur habere animum, qui semel percussit.*
8 *Culpa lata,quæ dicatur: Quæ leuis,& leuissima.*
9 *Præsumptio una quomodo alia trudatur,*
10 *Fama sola,an & quando probet delictum.*
11 *Postea,verb.quid significet,maxime in accusatione, vel inquisitione,vel teste deponente.*
12 *Aggressor quis in dubio præsumatur, quando duo repe riuntur percussi: nec appareat quis primum percusserit.*
13 *Dies quando dicatur esse, item quando nox. Et qua hora proprie.*
14 *Probatio plena, an & quo modo ex multis præsumptionibus fiat: maxime in criminalibus.*
15 *Minor 25.annis,delinquens,an mitius puniatur,pro eodemmet maleficio.*
16 *Nobilis an mitius puniatur, quam ignobilis: & quomodo.*
17 *Persona qualitas, item conditio faciunt, ut recedamus a dispositione legis vel statuti,maxime,in pœnalibus.*
18 *Sententia lata contra minorem 25. annis, an sit nulla.*
19 *Collegia,an dicantur esse loca sacra & pia, & hospitalia.*
20 *Episcopus an habeat iurisdictionem ordinariam in hospitalibus,& alijs pijs locis.*
21 *Nomina testium an debeant edi inquisito de crimine.*

CONSILIVM XXXVII.

Cor mundum Crea in me

Deus:& spiritum rectū innoua in visceribus meis &c.Licet alias in præsenti casu scripserim ad fauorem præfati do.Gometij: tamen quia lectionibus quotidianis tunc impeditus eram, nunc autem tēpore vacanti magis liber sum,aliqua in medium afferam in præsenti consultatione. Et primo videtur dicendum, quòd potuisset priuari. nam statuto prædicto cauetur, quòd scholaris percutiens scholarem priuetur iure collegij:ergo cum hic percusserit

rit istum scholarem, videtur posse merito priuari. 1 Nec obst. † dicere ꝙ fuit aggressus, nam licet hoc esset verum, tamen excessit modum, cum defensio debeat esse cum moderamine inculpatæ tutelæ. ꝙ circa tria versatur, vt alias etiã diximus, in cons. supra reddito. vt not. glos. & doct. in l. j. C. vnde vi. & in l. vt vim. de instit. & iur. & notant Canonistæ. in c. olim de restit. spol. & in c. significasti. de homi. & in Clem. j. eo. tit. 2 Primo enim † versatur circa genus armorũ, s. vt pcutiente fuste, debeamus fuste, & repercutere. & pcutientẽ gladio debeamus gladio referire, non aũt alio genere armorum. vt in c. significasti. in l. j. §. sed si claua. ff. de sicar. ꝙ hic non fuit obseruatum. Nam iste domi. Carillo fuit pugno percussus, & ipse repercussit gladio, & fecit sanguinis effusionem, ergo &c. 3 Secundum † moderamen versatur circa tempus vt, scilicet, incontinenti & in fraganti delicto: vt not. glos. & docto. in d. l. j. C. vnde vi. & in locis, de quibus supra, ꝙ licet hic fuisset obseruatum fuit tantum peccatum in tertio, quod versatur in negocij qualitate, quod est, vt fiat ad meram defensionem, non autem ad vltionem: quod non fecit. nam asseritur, ꝙ ille, qui pugno percussit, aufugit. & iste dominus Carillo eũ insequutus gladio, vulnerauit eum, quod tantum verum non est. Sed dato & non concesso, ꝙ sic fuerit, apparet eum non fecisse ad sui defensionẽ. sed ad vindictam, iuxta not. in d. l. j. C. vnde vi. & in d. cap. olim. & per glos. Archid. 23. q. j. in summa. nã ex quo fugiens in fugiendo fecit licitum, vt de se patet. ergo qui ipsum fuit insequutus, fecit illicitum. & sic in culpa fuisse videtur. Ista ratio colligitur ex dictis per Bald. in d. l. vt vim. de iustit. & iur. in j. col. cum sequen. & melius in fin. col. & sentit etiam illam do. Cardin. & do. Anton. in d. c. significasti. & Imol. in Clem. j. eo. tit. maxime, quia fugiẽdo passus erat dedecus, & iustitiæ complementum poterat de ipso haberi bona, coram domino uicario, & rectore. ergo non licuit repercutere eum, arg. l. in ea debet ex quibus causis maio. & not. Cy. in d. l. j. C. vnde vi. & sentit Bald. in d. l. vt vim. in 3. col. nam cum inuasus excedit modum defensionis, est in culpa. ergo debet omnino puniri: vt in l. j. de sicar. maxime, quia ex quo vidit eum fugientem, & insecutus est eum, videtur fuisse in dolo, vel ad minus in lata culpa: quæ potest puniri, pœna relegationis quandoque, vt in l. legem. §. cum quidam. de sicar. quæ priuatio per tantum tempus hic non interuenit cum dictus do. Carillo per tãtum tempus in eodem collegio esse non poterat, secundum statuta eiusdem collegij: maxime quia hoc iudicis arbitrio relinquitur. quæ fuisset ista lata culpa, cũ in hos certa regula dari nõ possit: secundum glos. in d. Clem. j. & Bald. in d. l. vt vim. & per Abb. post alios, in d. c. significasti. extra de homi. ex quibus apparet istũ domin. Carillo prima facie iuste potuisse priuari a collegio. Sed sententia contraria, meliori iudicio semper saluo, uidetur mihi esse verior scilicet, ꝙ dictus d. Gometius Carillo non potuit priuari iure collegij, cum in eodem conflictu ab alio prouocatus hoc fecerit. Et licet hoc cessaret, & illum insequendo percussisset: tamen dicitur ꝙ taliter puniri non poterat. & plus probatur, ꝙ nullam pœna pati poterat. ꝙ ostenditur sic: iste do. Carillo fuit aggressus, & incontinenti illum repercussit: per quod videtur fecisse ad sui defensionẽ iuxta glos. & doct. in d. l. j. C. unde ui: qui uidetur concludere, ꝙ si fecit incontinenti, uidetur potius fecisse ad defensionem, ꝙ ad ultionem. l. scientiam. §. qui cum aliter ad l. Aquil. l. si ex plagijs. §. tabernarius. eo. tit. Et si dicatur ꝙ fuit ipsum insequutus, & quòd tunc ipsum percussit. dico hoc non probari, ut omnino esset opus. & posito ꝙ esset uerum, uidetur hoc sibi licuisse. nam dedecus sibi erat attenta nobilitate suæ personæ, & partia alterius utãlitate ipsum incontinenti non repercutere. & post ipsum currere. nam detrimentum honoris non debuit esse minus eorum, quam uita. ut in l. Iulianus. si quis ali. testa. l. isti quidem in fin. ff. ꝙ met. caus. nam ea possumus, quæ salua honestate & honore nostro possumus. ut in l. nepos proculo. ff. de uer. sign. Pro hoc etiam facit, nam ubi ex conflictu malum contingit, illud imputatur aggressori. ut in l. j. §. cũ arietes. ff. si quadru. pauper. feci. dica. no. Cyn. in l. quoniam multa ad l. Iul. de ui. public. & potest esse ratio, quia non præsumitur contra prouocatum, secundum Flo. de sancto Petr. in d. §. cum arietes. in j. nota. quia insultans uel aggrediens prouocat insultatum ad iracundiam. 4 & ideo † insultatus sic prouocatus ab insultante iusto calore iracundiæ, dicitur hoc fecisse, & ideo sibi non est imputãdum. l. quod calore. de reg. iur. 2. q. 3. c. si quis iratus. & omnia iura clamant contra aggressorem. ut not. glo. in l. j. C. vnde ui. & ideo insultatus semper præsumitur fecisse ad sui defensionem. ut in d. l. si ex plagijs. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. & ibi Bart. & Floria. & maxime, quia ex quo iste semel percussit. præsumptio erat, ꝙ habebat animum repercutiendi. ut per Innoc. in d. c. olim. Et ex hoc primo, idem sequitur Bald. in d. l. vt vim. in fi. col. & ideo 5 iustissime potuit illũ offendere. † Secundo & principalius considero aliud, quòd non potuisset priuari iure collegij: licet statim ipsum fuisset insequutus, & insequendo vulnerasset: quòd ostendo. nam licet uerũ esset, ꝙ iste do. Carillo modum excessisset, cum ipsum fuisset insequutus: tamen negari nõ potest, ꝙ cum fuisset ab ipso percussus proditorie, ꝙ integram pœnam pati non debeat. nam licet alium occidens, puniatur pœna mortis: ut in l. 3. de epis. audi. tamen si fuit aggressus & sic incitatus ab aduersario, licet modum excedat, non punitur pœna mortis quia prouocans dedit causam occisioni. Ita notan. dixit Bald. in l. ut uim. de iustit. & iur. in fi. col. quẽ sequutus est Romanus in suis sing. post prin. in fi. an si quis excesserit modum &c. allegat Bald. in c. 1. in tit. de pac. ten. & eius uio. & ibi Bal. allegat. Io. Andr. in c. significauit. de pœni. & remis. idem etiã sequutus est Bal. in c. j. in §. in fin. de pace iura. fir. in usi. feu. & Bal. in repe. l. j. C. unde ui. in 6. col. & late per Roman. in l. cum mulier. in xxviij. col. ff. sol. mat. maximeque licet possit dici istum dom. Carillo fuisse in culpa lata: tamen ista lata culpa non æquiparatur dolo, ad imponendũ integram pœnam delicti. l. in lege ad l. Cor. de sicar. Idem uoluit Anton. in d. c. olim. & pro hoc est tex. expressus in cap. significasti. de homi. in fin. ubi ille

presby-

ter, qui fuit insultatus percussit insultantem cum ligno in capite, & sic excessit modum, & mors sequuta est. & dicit ibi text. quòd non est penitus im munis ab homicidii pœna. Pondero illa uerba ex quibus aperte apparet, quòd propter insultatum al terius punitur. & ideo uerba huius statuti hic sibi locum non uendicaut: cum ius cõe pœnam integrã tunc non imponet, & statuta debent intelligi secun dum ius commune: ut in c. cum dilectus. de consu. & in l. si serui nestri. C. de noxa. & quod hoc casu aggressus licet modum excedat, non puniatur, ut dolosus, est text. in l. si adulterium, cum in incestu. in §. Imperatores. de adult. & est de mẽte Bald. & aliorum. in d. l. 1. C. unde vi. & in locis de quibus su pra. & idem uoluit etiam Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de homi. super rub. & Bald. in d. l. ut uim. ubi ponit rationem in ult. col. in prin. quia uerbera nõ possunt dari cum mensura. & ideo difficile est per cutere cum moderamine inculpatæ tutelæ. & ista est communis practica, & ita refert Ioan. And. se uidisse iudicari in d. tit. de homi. in fin. & idem re fert d. Anto. in d. c. olim causa. & uoluit etiam hoc idem Floria. de Sancto Petr. in l. scientiam. §. qui cũ aliter ad l. Aquil. & Ang. Aret. in §. ius autem gen tin. instit. de iure natur. in 3. col. & uoluit Alexan. de Imol. in l. 1. C. unde vi. post Barto. in apostil. Ex prædictis ergo resultat, quòd non uidetur integra pœna delicti, ex quo non fuit dolosus, sed leuiori pœna. & sic ut culposus poterat puniri. dolus. n. in ipso non erat, cum fuerat aggressus, & acriter per-

6 cussus in † vultu, quælibet enim ignorantia, licet iniusta, excusat a dolo: ut per gloss. in l. plagii. la 2. C. ad l. Flauiam de plagia. & sequitur Bal. in l. 3. de calumnia. & per Ange. in §. quadrupli. instit. de actio. & in §. sed tamen. de usucap. & per Bald. in l. ex morte. ff. ad l. Aquil. ubi dixit, quòd non propte rea excusatur a culpa. Quæ tamen culpa aliquando est lata. & tunc est digna relegatione quinquennii: ut in d. l. lege de sicariis. Interdum est leuis. & ista multo mitius punitur. Interdum est leuissima, & in ista non reperio aliquam pœnam imponi. & ita ui detur sentire Bald. in d. l. ut uim. de iustit. & iure. cum uituperari non debeat, qui parum transgredi tur, cum occasio multotiens faciat excedere ratio nem. l. quamuis. de condic. & demon. l. Imperator. de statu homi. & in d. c. significasti. Nunc ergo in casu nostro, licet ista culpa fuisset digna relegatio ne, tamen puniri non poterat cum illud esset impo nere integram pœnam delicti, & sic aggressura al terius in nullo ipsum releuaret, quòd non est dicen dum, per supradicta. Nam ad eum casum adaptan tur verba legis, uel statuti, ad quam eius dispositio: ut in l. 4. §. prætor. uerb. toties. ff. de damn. infect. & ibi omnes firmant post Barto. idem in statuto: sed in casu nostro uerba l. permittẽtis imponi exi lium, per quamquam, non possunt adaptari, ergo nec eius dispositio: maxime quia illud nõ uendicat sibi locum, quando delictum commissum est tale, quòd eius pœna ordinaria est multum grauissima puta mors & ita loquuntur doctores, & iura, de quibus supra in isto casu, attenta persona do. Caril lo. nõ dicetur eius culpa lata, cum proditorie fuis set offensus, & uidere nõ potuit an alius voluisset

7 ipsum † iterato percutere attento, quòd contentiones inter ipsos magnæ erant & sic non lata. sed potius

8 leuis poterat dici culpa. † Et quòd hoc sit verum, pro bo etiam nam uidetur, quod lata culpa potest pro prie dici, cũ exceditur modus moderaminis in oi bus tribus de quibus supra. Leuis vero, cũ excedi tur in duobus. Leuissima uero, cum in uno tãtum. sed clarum est istum do. Carillo non peccasse in om nibus tribus, de quibus supra: nam in eodem con flictu. & posito quòd nõ in eodem conflictu ad mi nus fecit incontinenti. & sic fuit culpa leuis. imo posset dici leuissima, cum ipse do. Carillo scire non poterat, an cum armis, an cum solo pugno ab illo percussus fuisset, ex quo iam acriter ipsum percus sit, maxime in facie. nam sæpe pugnus fortior est quam gladius. ut dicebat Bald. in d. l. ut uim. in ult. col. quòd in ueritate hic fuit, cum signum magnum re manserit, & sanguis statim exiuerit. uerum tamen est, quod ista iudicis arbitrio relinquuntur, ut per doct. in d. c. significasti. & per Imol. in d. clem. 1. & per Bald. in d. l. ut uim. Dico tamen iudicem omni no debere attendi supra dicta, cum in his. maxime uersetur equitas. nam uidemus quotidie quòd ani mus iracundia incensus, se continere non potest quin rationem excedat. ideo propter calorem ira cundie dictam pœnam non irrogat: sed potius par cit. ut in l. quod calore. de reg. iur. & in l. 1. ff. si quis, Imperat. male. & in l. 2. ff. de reb. cred. facit l. diuus. de offic. præsid. Attento, quod huma na fragilitas mortis cogitatione turbata, se contio ere non po test. ut in l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testa. fac. pos. quæ omnia in personam huius do. Gometii fuerunt ergo &c. Pro hoc etiam addu co doctrinam do. Anto. in c. significasti. de homi. in pen. alias. col. ult. quòd aut aliquis excedit mo dum, quia locus & tempus non dedit spatium de liberandi. ut hic in casu nostro. & tunc non punitur quis nisi de excessu. aut. uerisimile est quòd potuia deliberare. ut in iudice torquente, uel in domino castigãte ultra debitum: & tunc in totum punitur. Et sic respondeo ad notata per Bald. per illum tex. in l. j. C. de emenda. seruorum. & ad dicta per Cyn. & Salice. in l. Gracchus. C. de adult. Non † obst. si

9 dicatur, quod fuit in dolo, cum lex præsumat oẽ p cussionẽ fore dolosã maxime cũarmis: iuxta not. in c. 1. de præ sump. & per Bald. in c. sicut, in fin. de re iudic. uam hoc est uerum, quando aliæ præsum ptiones non concurrunt reũ coadiuuantes. ut hic in casu nostro iuxta not. per gloss. & doct. in d. l. 1. de sicar. & quòd in hoc casu non sit contra istum dominum dolus præsumendus, nec etiam lata cul pa, probo sic. sicut actus, qui potest esse indifferẽs ad delictum, & non delictum, debet interpretari potius in non delictũ ut in l. merito. ff. pro soc. ma xime, si hoc cõmittẽs, asserat: ut no. gl. & Ant. in c. significasti. de homi. & per Bart. in l. gerit in 6. col. ff. de acquir. hæred. Ita actus, qui potest interpreta ri in maius delictum, ut culpam, & in minorem, de bet in mitiorem partem interpretari, si pars hoc as serat: licet sua assertio habeat iuris præsumptionẽ contra se dummodo illam releuet, aliquibus me diocribus coniecturis: iuxta notata per glo. singu larem in l. penult. de fideiussorib. & refert Bal. in l. quicun-

quicunq;.C.de ser.fu.& in c. 1.in §. iniuria.de pa. iur.firman.& Bald.in l.eam.de fide.& in l. 1.de cos. detegenda. Plus dico, quod licet iste dominus Carillo fuisset dolosus mitiori pœna debebat puniri, ex quo ab alio fuit aggressus, & iniuriatus. ita in terminis dixit Bald.in d. l.ut uim.& ita debet intelligi text. in l. si ex plagijs. in §.tabernarius.ad l.Aquil.quanto magis, quod negari non potest, quod licet fuisset hic dolus.fuit tamen minor.& ubi minor est dolus.pœna mitigatur.l.ubi.in fine.de fal. sis.& not.Bal.post glos.in l.& si seuerior.C.ex quibus causis infam.& in terminis reperio hoc consuluisse illustrem do.Franc.Aret.in consi. 50.maxime in ult.colu.incip.in Christi nomine, amen, & eius matris gluriosissime, sicut decet &c.& uoluit etiam d.meus Alex.de Imol.in consil.xxiiij.in 2.col.in 2.uol.incip.Redemptoris nostri inuocato suffragio. animaduersis his &c. Ex quibus omnibus manifeste concluditur, istum do. Gometium Carillo non debuisse puniri pœna ordinaria delicti, ex quo abfuit dolus ab ipso, cũ ab alio fuisset aggressus: sed potius de leui culpa. & adhuc ab hac poterat excusari.ut ex superius dictis apparet. Ex quibus etiam apparet responsio manifesta ad contraria supra allegata. Restat nunc probare istum do. Carillo fuisse aggressum ab illo percusso. & hoc probatur per unum testem ad minus de uisu.& per alium, qui vidit ipsum aggressorem fugientem & istum do.Carillo mãsisse percussum in vultu. ex qua fuga est p̃sumptio contra ipsum, iuxta notata in l.admonendi.ff.de iureiur.attento, quod iste d.Carillo mansit in vultu percussus, & cum sanguinis effusione. & sic cum alius fugeret, & iste percussus mansisset, est de directo præsumptio contra fugientem.maxime quia percussus cõfitetur, ꝙ iste do.Carillo currens post eũ ipsum vulnerauit.& non ante.ergo est clarum, quòd ante ipsum pugno percusserat.& sic est responsio ad ea, quæ uoluit Bald. in suo consil.incip.quidam enim insultarus a quodam &c.ubi dicit, quòd fuga facit præsumi fugientem fuisse aggressum.cum sint testes qui dicant quòd ante hanc rixam iste dominus non erat percussus: maximeq; est de hoc fama publica, quæ ad hoc sola sufficeret, ut infra patebit.& licet contra istum dominum Carillo sit præsumptio, ut in d.c. 1.de præsumpt.tamẽ istam præsumptionem potest ipse purgare. & euacuare aliis argumentis, iuxta glos. singul. in d.l.pe. de fide.& uoluit Bald.in l.1.in fin. col. communia de lega.ubi notanter dixit quod si est præsumptio, quod aliquis alium occideret, & talia quæ sufficiat ad torturam, quod iste præsumptio non potest tolli per præsumptionem contrarium, uel saltem minorari, puta si mortuus dixerat, quòd ab illo non fuerat percussus. & ideo non subiiceretur torturæ allegat l. Paul.in §.1.de bonis libe.facit text.singula.in l.si quis sit fugitiuus.de edi.edicto. in princi. & ibi Barto.dixit, quòd licet aliquis aufugerit a familia potestatis: & sic est præsumptio contra eũ, iuxta not. per Barto.in d. l. admonendi.de iureiuran.in 30.colum.una tamen præsumptio aliam tollit.ut in l. diuus.de in integr.restitu.& in l.siue possidetis.de probatio.& ideo licet delinquẽs puniendus sit, mitius debet puniri, cum probatio contra ipsum sit offuscata ex aliis indiciis, & præsumptionibus, iuxta doctrinam Inno.in cap.quia uerisimile.de præsumptio. quam sequuntur doctores in c. afferte.eod.tit. & sequitur etiam Franciscus Aret. in l.eius.§. si cui.de test.& domi. Abbas in c.accedens.de accusat. & Bald.in l.sciant cuncti. de probatio.In fin.colum. & quod hoc sit sufficienter probatum ostenditur sic: licet enim in probando isto delicto contra aggressorem ad hoc, ut puniretur, requirerentur expresse bone probationes, si tamen postea citatus comparuit prima præsumtio intelligitur sublata.sequitur Roma.in d.l.admouendi, facit, quòd dixit Bald. in l.qui accusare. in fin. C. de edendo. quòd una fama sufficiens ad torturam, tollitur per aliam contrariam, iuxta not. in l. fin. de

10 probat. & in c. fin. de iureiuran. † Tamen ex quo nunc non agimus de ipso puniendo, sed de excusando istum dominum Carillo, sola fama probat delictum, dumtamen ortum habeat a iusta principio, iuxta not.per Barto.in l.de minore.in §.tormẽta.de quæstionibus. & ita in terminis reperio firmasse Pau.de Cast.in consi. 154.in vlt.col.incip. in Christi noĩe amẽ.viso processu & inquisitione, &c. ergo quanto minus in casu nostro vbi reperitur vnus testis integer, & alij multi de fama, & maxime probatur etiam ipsum aggressorem confessum fuisse hoc amicis suis, quod etiam sufficit: vt per Paul.

11 de Cast.in d.cons.¶ † Facit pro hoc licet enim verbum, postea, de sui natura denotet longum internallum vt in l.2.de custo.reorum.& per Bar.in l. j. §.diuus Seuerinus.de quæstionib.& est tex. per locum a speciali, in l.quoties.§.si quis ita.de hær. insti.attamen interpretaretur quandoq; in benigniorem partem, & capitur, id est, incontinenti, ita dixit Bald. in d.§. si quis ita. dixit enim si Titius fuit accusatus quòd insultauit Sempronium, & postea illum percussit, capitur, id est, incontinenti. Quod credo multum vtile ad nostrum casum, vt si qui sint testes, qui dicant, quòd iste dominus Carillo postea ipsum percussit, accipiatur & exponatur, id est, incontinenti. idem voluit Bald. in l. diuortio.

12 in princ.in 4.col.solut.matri.¶ † Corroboro hoc: nam vbi delictum reperitur perpetratũ inter duos & vnus est magis grauiter percussus, quam alius est præsumptio, quòd ipse fuit aggressor. ita dixit do.Car.in Cle.j.de homi.arg.l.scientiam.§. stramẽta.ad l.Aquiliam. & quod iste grauius fuisset percussus ex qualitate pœnæ, per statutum impositæ, vt in l.2. de pub. iudi. ¶ Corroboro hoc.nam vbi post reperitur maleficium perpetratum, est præsumptio contra minantem, iuxta no.per Bal.in l.fi. in fi.col.de hæred.insti.ff.maxime, quia tum temporis nemo erat præsens.& ideo iste contra ipsum fuit aggressus taliter, ꝙ perfecte videri non potuit per alium quam per vnum. & ideo facilior debet admitti ꝓbatio, vt traditur in l. filium diffinimus. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& in l.si vicinis.C. de nup.& in l.non omnis.§.a Barbaris. de re militari.& in c.veniens.de testibus.¶ Patet hoc.nam omnes scholares fere interrogati, & an viderint huius rei mixtum, dicunt quòd non, & maxime, quia erat tunc hora 24.& aliquid plus, & sic fere solis occasu, quo casu debet, nox iudicari, vt probationes

huius

13 huius domini sibi locum vendicent. nam licet† dubium sit an post solis occasum aut ante eius ortū, dicatur nox, vt per Bart. in l. aut facta. §. tempus. de pœnis. & per Bal. in l. 2. C. quibus res iudi. non nocet. & in c. si perfodiens. de homi. vbi est tex. quòd post solis occasum, est nox: & ita alias fuit determinatum, vt ibi per Abb. & Ioan. And. & est tex. in l. j. in vers. reuertente die. in ncto vers. ad solis ortum. de custo. reorum. Isto tamen casu debet omnino interpretari in fauorabiliorem partem, cum agamus ad liberandum, & non ad offendendum. & ista fuit conclusio Bar. in d. §. tempus. in fi. & sequutus est Abb. & alij in d. c. si perfodiens. Et ideo faciliores & leuiores probationes admittuntur iuxta not. in ca. Michael. extra de filijs presby. talibus enim casibus contentatur lex probationibus, quæ possunt reperiri: licet plene non sint. ita dixit Feder. in suo consil. 119. inci. nulli dubium est, &c. & no. Bar. & alij in l. si quando. C. vnde vi. & Spe. in titu. de fur. in ver. penul. & Bal. in l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cle. & no. gl. & doc. in c. qualiter. in secundo. de accusa. maxime, quia probatur per vnum alium testem, qui vidit dictum aggressorem deambulantem prope istum domi. Carillo a tergo tunc temporis, & sic proditorie attento quòd licet dictus do. Carillo hoc forte facere cogitasse, alio tamen loco sibi utiliori fecisset, puta extra dictū collegium. Ostenditur etiam hoc ratione quia de præterita iste scholaris dixerat huic do. Carillo aliqua verba iniuriosa, qui statim ipsum alapa percussit, qua ergo ratione die sequenti debebat iterato nouiter ipsum repercutere. Certe nulla. ¶ Ex his ergo resultat clare ipsum scholarem fuisse aggressorem, & hanc omnino esse sufficientē probationem adeo, quòd ex illa sola posset puniri & castigari acriter, cum manus imposuerit in illum, qui erat de sanguine R. d. fundatoris collegij. debet enim talis honorifice tractari a scholarib. secundum sta-

14 tuta ipsius collegij. nam† ex multis præsumptionibus, de quibus supra plena fuit orta probatio, iuxta gl. sing. in l. 2. ff. de excus. tut. quæ vult, quòd ex plurib. præsumptionibus oritur plena probatio, & illam refert Bal. in rub. C. de prob. & in c. accedens. in 2. in fi. vt lit. non contest. & in l. si quis ex argentarijs. §. quædam. ff. de eden. & facit gl. in c. cum causam. de probat. in l. instrumenta. eod. titu. nam in commissis occulte admittitur ꝓbatio per coniecturas, & indicia, & per famam quæ habent vim plene probationis, etiam in criminalibus: vt not. Bal. in d. l. si quis ex argentarijs. §. quædam. ff. de eden. & faciunt no. per Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de no. ope. nunc. & no. per Bal. in l. quicunque. de serui. fug. & in auth. quas actiones. in fi. C. de sacrosan. & late per Fede. in d. cons. 119. vbi allegat Innoc. & Hosti. in c. super eo. extra quod met. caus. ¶ Non obst. dicere, quòd iste est inquisitor & debet cognoscere de &c. nam dico quòd ipse intrat in locum partis, & eius suscipit officium, vt in c. qualiter. de accusa. & no. Barto. in l. querelam. C. de fal. sicut ergo parte accusante vendicarent sibi locum supradicta: ita isto iudice inquirente, vt late ponit Alex. in consi. 5. in j. volum.

15 ¶† Præterea, si supradicta cessarent, vna tamen ratio non deficit, scilicet quòd iste do. Carillo erat & est minor 20. an. & ideo iudex ordinariam pœnam sibi imponere potest. iuxta not. in l. & si seuerior. C. ex quib. causis etiam si hoc non fuisset petitum, secundum veram opinionem, de qua late per do. Bartholom. de Alex. in d. l. & si seuerior. & ibi etiam Alex. de Imo. qui vult iudicem esse obligatū minuere, cum ista sit causa intrinseca legis minuentis delictum, & not. doc. in l. quid ergo. §. pœna grauior. de infami. & ideo a dom. Vicario, qui in hoc non fuit iuste arbitratus, hac sola de causa potuit appellari iuste: vt per Alexand. in d. l. si seuerior. & glos. in l. si qua pœna. ff. de verb. signifi. Et maxime vendicat sibi locum ista ratio coram isto visitatore Papæ, qui maximum arbitrium & potestatem habebat. debuit enim ex ista sola causa transgredi terminos statuti. ita in terminis dixit Rapha. Fulg. in iudice habente arbitrium, in consi. 157. & ibi latius firmat Raph. Cuma. qui ibi se subscripsit inci. supposito statuti tenore ergo &c. ¶ Aduertendum et esse dico, quòd statutum collegij de quo supra, licet vendicet sibi locum in scholaribus dicti collegij: non tamen habet locum in isto, qui est tanquā

16 de domo & de sanguine R. fundatoris. ¶† Ad cuius tamen rei fundamentum præmitto istum esse nobilem inter istos scholares proprie non dico de ea nobilitate, qua alij ibi stantes sunt ornati, sed nobilitate sanguinis fundatoris. ¶ Item præmitto aliud, ꝙ statuta collegij prædicti non tractant nec habent ipsum pro simplici scholari, sed iubent ipsum stare in domo cum multis prærogatiuis, de quibus in dicto statuto. debet enim honorifice

17 tractari, vt superius dixi. ¶ Modo arguo † sic a terminis iuris communis receditur propter personæ qualitatem, & eius nobilitatem a pœnis ordinarijs: vt in cap. de multa. extra de præbend. adeo quòd dicebat Bal. in l. nemo. post princ. C. de sum. trin. ꝙ in pœnis imponendis mitius & remissius agitur cum nobili, quam cū ignobili l. moris. §. sed enim. ff. de pe. tex. est in authen. de defenso. ciui. in prin. & ibi Ange. dixit non valere statutum prohibens nobiles ab officio publico, sunt enim in magnam prærogatiuam, vt est gl. in l. societas. §. societas. ff. pro socio. & facit gl. sing. in l. desertorē. §. pœna militum. de re milit. quæ dixit, quòd iura quæ volunt aliquem pro certo delicto suspendi, non extenduntur ad milites, & alios constitutos in dignitate, & procedit hoc etiam in statutis, vt ab ipsis, & eorum dispositione recedatur propter personæ qualitatem, vt per Bal. & Salic. in d. l. & si seuerior. & in d. l. quid ergo. §. pœna grauior. & facit tex. in l. sed & reprobari. in §. fi. ff. de excus. tut. facit doctrina Innoc. in c. 1. de consti. ergo non debuit puniri illa pœna nec statutum vendicat sibi locum in ipsum. ¶ Corroboro etiam hoc: nam honor & vtilitas est collegio, quòd ille qui est de sanguine, sit in ipso collegio. nam melius agentur & procurabuntur ad eius petitionem negotia collegij, cum opus fuerit, per ipsum, quàm per alium. & hac ratione debuisset recedi a terminis ipsius statuti. Iste est casus ad literam in c. officij. extra de elec. vbi filius illius nobilis qui peccauit in eo, quòd fuit electus in magistrum, antequam fuisset disci-

discipulus, fuit permissus gubernare collegiū propter suam nobilitatem, & quia erat vtilitas & honor monasterio. censetur enim habere in necessitate magnum animum, & non restrictum & limitatum, sicut est animus aliorum, quorum animus censetur esse stricti iuris, vt verbis vtar Bal. in l. fi. C. de leg. per not. in l. vxori. §. fi. de leg. 3. & in facti contingentia hic do. Carillo pro vtilitate collegij hoc ostendit, mensibus proxime decursis, cum M. ac potentibus dominis ancianis huius ciuitatis Bon. & aliorum scholarium animus ad hoc nō fuit sufficiens. ¶ Non obst. dicere, quòd in pœnis determinatis non sit differentia inter nobilē & ignobilem: vt per Bal. in d. l. nemo. in prin. nam dico illud verum, vbi pœna venit parti applicanda, secus vbi pœna imponitur solum ad castigationem delicti, vt hic nam tunc fit differentia inter nobilem & ignobilem, ita determinauit Bal. in l. j. de const. in apostil. ad Inno. quem refert & sequitur ibi do. And. Barba. ¶ Non obst. statutum dum dicit in cæteris vero iurisdictioni subiaceat rectoris &c. nam fateor hoc verum, sed in priuando quem collegio rector non habet iurisdictionem: sed vicarius. ergo per ista verba non censetur ligatus per il-

18 lud statutum. ¶ † Venio nunc ad sententiam & primo contra sententiam vicarij & huius visitatoris potest dici aperte de nullitate: nam fuit lata vtraq; sententia, absq; eo, quòd sibi fuisset datus curator ad litem. nam cum minor esset iste 25. annis, & iuxta ignorans, debuit iudex ipsum sibi dare, alias processus & sententia est nulla: vt in l. acta. §. fin. de re iu. in l. cum & minores. C. si aduer. rem iud. & in l. præses. C. quomodo & quādo iu. & in l. sancimus. §. j. C. de admin. tut. in l. contra pupillum. & ibi per Bar. ff. de re iud. & nedum in causa principali, sed etiam in causa appellationis. vt voluit Bal. in l. alienam. de procu. C. licet Bar. ibi & male senserit contra sententiam Ale. in d. l. contra pupillum. per tex. in d. l. si præses, maxime, quia potest ad hoc cogi, ne iudicium reddatur frustratorium. vt in §. j. inst. de cur. adeo, quòd dicebat Bal. in d. l. cum & minores. in fi. col. quòd si a principio, fuisset minor citatus, & litem fuisset contestatus, licet in omnibus actibus postea interuenisset curator, sententia, semper erit nulla, quæ datio poterat fieri, nedū in prima sententia, per ipsum vicarium, qui est iudex delegatus in causa coram eo mota illum date posset, arg. in l. fi. §. sed & si quis. C. de admin. tutor. & ibi Barto. & docto. licet Innocen. in c. petitio. de procur. senserit contra. sed debet intelligi secundum supradicta, prout etiam declarat Angel. in d. §. 1. in stit. de curato. maxime, quia ista contentio non est super causa beneficiali, uel ab ea depēdenti: in qua minor xxv. annis potest esse in iudicio: ut in c. si an

19 num. de iudi. lib. 6. Probatur † hoc, istud collegium non est ecclesia nec hospitale, nec eorum gaudet priuilegio. nam ex quo non apparet esse fundatum authoritate Episcopi, censetur locus prophanus, ut uoluit Bald. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacr. san. Eccle. & ibi Pau. de Cast. hinc est, quòd ipsis de collegio non competeret restitutio, ut ibi per Bald. quòd ultimum melius probatur ex dictis per Paul. in l. 1. C. etiam per procur. post Bald. ibidem, & prædictam doctrinam Bald. tenuit etiam Petr. de Anch. in clem. p literas. de præben. refert se dixisse in c. auditis. de in integ. resti. & allegat gloss. singul. in cap. quidam. xviij. q. 2. et ideo Petr. de Anch. in c. dispendiosam. de indic. dixit illum text. non habere locum in hospitali priuate. & in Clem. quia contingit. de relig. domi. dixit talia hospitalia non habere priuilegia pie domus, allegat Specu. in tit. de statu monac. in uersi. xxxvj. & Bald. in d. authent. hoc ius. & facit doctrina domi. in c. 1. in §. hæc autem. de elec. in 6. dicentis, quòd solennitates illius text. non habent locum in priuato hospitali. & facit quod dixit Bald. in l. orphanotrophos. C. de Episc. & cler. qui dixit, quòd licet illa lex priuilegiet loca pia: non tamen priuilegiat loca fundata absque authoritate Episcopi quia alias sunt prorsus prophana. Et quòd hoc sit uerum, probo: nā si iste esset religiosus, Episcopus in eo haberet iurisdictionem. item haberet institu-

20 tionem: sed illam † non habet nec iurisdictionē, nisi tantum, tempore uisitationis, q sibi expresse fuit in statutus concessum. Ergo non possumus dicere, q in eo sint præbende aut beneficia, uel quid ab eis dependens. de quibus loquitur d. c. si annuum. de iudic. in 6. Et licet posset dici istum esse locum pium, ex quo opus pietatis in eo exercetur, q non est sine dubio: negari tamen non potest, quod iste non est locus sacer, uel religiosus nec sequitur locus est pius. ergo habet identitatem aut paritatem ecclesiæ aut hospitalis, ut traditur in c. fin. & in c. requisisti. de testa. nec enim in eo sunt beneficia, sed potius est quædam prouisio temporalis. Non obstat dicere, quòd ista sit causa spiritualis, nam hoc est falsum, cum in sola temporalitate consistat: Nec obstat dicere, quòd est dependens. nam hoc etiam nego, & licet esset uerum, debet intelligi de tali causa, quæ sit eiusdem naturæ, non diuersæ: ut uoluit Bald. in authen. quod locū de dilatio. Ex quibus apparet dictam sententia fuisse tam ex parte uicarii, quàm uisitatoris nullam. Non obstat si diceretur, quod non fuit allegatum. nam hoc erat manifestum, & nihil poterat esse clarius, quā eius aspectus: iuxta nota. in l. lex, quæ tutores. C. de adm. tut. non potuit iudex in hoc allegare probabilem ignorantiam; ut dixit Bar. in l. 4. §. hoc autē. de damno infec. l. minor xxv. annis ex aspectu. ff. de

21 minoribus. ¶ Vltimo dico, quòd † sententia huius uisitatoris fuit nulla, uel ad minus iniusta. nam restes dicti do. Carillo recipere recusauit, asserens se uelle amicabiliter negocia sua facere ostendens in eum maximam amicitiam, quòd facere non potuit. credidit enim sibi dicta testium, quæ asseruit, se recepisse in sua inquisitione, non tamen sibi dedit eorum nomina, quod licet: nisi in causa hæresis. ut in c. fin. de hæret. lib. 6. nomina enim sibi edere tenebatur, ut in c. qualiter. extra de accusa. in §. debet. in uersi. & edenda sunt sibi nomina testium, cum hoc ab ipso fuisset petitum. fuit enim hoc, eius tollere defensionem & probationem, quod facere non potuit. Nam licet in processu maximas haberet habenas, utriusque tamen partis debuit recipere probationes. eius enim potestas nō erat tollere probationes: ut in d. cap. qualiter. de accusat.

buit tamen legitima fieri probatio. ¶ Ad idem facit.cap.ueniens.el 2.de testib.& gloss. iuncto text. in c. iurgantium.de re iudi. facit l.fin. C.depositi.est text.in d.c.fina.de hære.in vj. & uoluit Bald. in l. præscriptionem. si contra ius uel utilita. est text.expressus in Cle. sepe.de uerb. signifi. in uerbo,non sic &c.¶ Non obstat dicere,quòd ea edere non tenebatur, cum posset procedere siue figura iudicii: & sola facti ueritate suspecta hæc enim talia operantur, quòd dilationes possunt abbreuiari & lites,causę, & similia tolli:non tamen dilatio ob hoc poterit tolli,nec ea,quæ ad partium pertinent defensionem:ut notanter firmauit Roman.in consil.ccccxix.in fin.¶ Item non obstat dicere, quòd uigore huius clausule non habebat locũ obiectio in personas testium.ut notan.post alios ponit Ab. & dominus Anton.in cap. ueniens.el magn. de testi. nam dico illud non habere locum in processu inquisitionis, ut hic erat in d.cap. qualiter. ¶ Secundo dico, quòd non habet locum, ubi tales essent testes.in quorum dictorum tota substãtia negocii uersatur. Et sic intelligo Barto. in extrauaganti ad reprimendum.in uersic. summarie. ubi dixit in talibus causis posse obiici in dicta, & partem testium, & hoc dictat equitas. Et quod teneatur istam publicationem nominum facere, allego mathessilanum in suo notabili cxxxix. dum allegat d.cap.fi.per locum a speciali. & expresse de hoc adduco doctrinam Abba.antiqui, & Hostien. & Ioan. And. & do. Anto. in d. c. ueniens. quã uolunt prædictam doctrinam procedere, quando illud uenit postea examinandum in iudicio ordinario, puta cum filius petit alimenta, & probat se filium, uel tertii comparent, pro suo interesse,ad impediendum. Cum enim speretur iudicium ordinarium, non est mirum, si non admititur obiectio talis: sed in casu nostro hoc cessat, cum aliud iudicium non sperabatur.& in terminis reperio hos doctores secutum esse Roman. in singul.suis in singul.consilio.lj.incip. reprobatio parsis &c. & ex aliis etiam multis quis processus seu sententia, si qua fuit, seu inquisitio fuit nulla, ut de se patet: tum quia, sententia lata hora, ad quam pars non fuit citata. Et ex aliis multis, quæ obmitto quæ sunt notoria, & de quibus alias dixi in alio consilio reddito. His omnibus. Non obstat dicere, quod iste dominus Carillo, ut dicitur, fuit scandalosus. nam hoc apud bonos & graues non est uerum, & si qui testes de hoc sunt recepti, eius inimici sunt, & amici maximè partis aduersę: tum quia rector & consiliarii erant in sua omnimoda potestate. & ideo amici sui in eorum fauorem, & huius odium deposuerunt. debuisset enim iste reformator suspendere tempore sue uisitationis rectorem,& consiliarios,& omnes sua administratione:ut sic utilius fieret inquisitio, & cessaret fauor & odium,& tunc testes sine metu & fauore deposuissent. Et etiam dico, quod si iste dominus scandalosus esset, tamen ex eo, quia nobilis est,non debuit priuari. Et ideo eius aduersarii a natura,nobilibus infesti sunt,& licet forte esset ob bonum pacis priuandus, debuit sibi bonum cambium dari, iuxta doctrinã Inno.in c.cũ pridẽ. de renun.ubi licet licet scandalosus prælatus compellatur renunciare, & debet tamen sibi dari omnino cambium, & sequitur Abb. in ca. j. in fin. de elec.& latius habetur per ipsum,in c. fi. de confir. util.uel inutil. & approbat Roman. in suis sing. in pen.col.in fi.inci.an Episcopus &c.& idem uoluit Paul.in l.digna uox.de leg.in uersi.prædicto, &c. & in l.fi.in j.col.si contra ius uel util.public.Facit, quòd ipse ponit in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de no. oper.nunc. fuit ergo iustum amore & gratia aliquorum dominorum,prout in sententia dicitur, sibi aliqua alimenta præstare extra domum, cum hoc magna exigente iustitia ad ultimum debuisset: licet priuandus fuisset,rationibus, de quibus supra. ¶ Ex quibus omnibus concludo istum dominum fore immunem ab ista pœna, & casu, quo aliquid forte posset sibi imputari, esset quædam læuissima culpa.& ideo pro illa non erat puniendus. Et casu quo culpa fuisset læuis,& sic possit aliqua pœna imponi, debuerat esse modica:quæ tamen iuste sibi imponi non poterat, considerata nobilitate suæ personæ, cum pœnis & laboribus in hac causa passis: & alijs iam deductis.

Laus Deo clementissimo, &c. amen.

CASVS CONSILII XXXVIII. TALIS EST.

IAcobus habẽs vxorem Bertam, a qua in dotem plura bona habuit, tempore quo ei nupsit, procreauit ex ea, quam plures filios masculos, & vnicam fœminam, nomine Diamantem. Succedente tempore excreuit dicta Diamantes,& tradidit eam marito,dotando eam cõpetenter de bonis maternis,ea vxore præsente, & consentiente, & sic stetit in matrimonio illa cũ viro suo bene per 20.annos.Ex post mortuus est dictus pater Iacobus, & etiam Alexander vnus ex filijs masculis ab intestato: quibus succedunt & succedere volunt dicti omnes filij masculi exclusa dicta fœmina vigore statuti sub rubrica,de successione liberorum,patre,vel matre morientibus ab intestato,quo expresse disponitur,quòd extãtibus filijs vel alijs descendentibus masculis filiæ fœminæ dotatæ non succedant: sed sint contentæ dote sua. Excipitur pro patre dictæ Diamantis, quòd saltem debet habere legitimam sibi debitam iure naturali, in bonis paternis,& fructus eius a 20.annis citra, postquàm dotata fuit, de bonis maternis. Quod facere recusant dicti eius fratres, allegantes omnino statutum prædictum indistincte excludere eam. Quibus stantibus, modo quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens filiam fœminam, extantibus masculis, an intelligatur quo ad bona dotantis tantum: an etiam omnium aliorum. & num. 4. 5.*

2 *Statutum generaliter loquens, an recipiat restrictionem de habilitate & idoneitate*

3 *Statutum an ita debeat intelligi, ut tollatur omnis absurditas, quæ inde posset accidere.*

6 *Statuta non recipiunt improprietates. Limit. num. 7.*

CONSILIVM XXXVIII.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritum rectũ innoua in visceribus meis; vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre valeam. Pro tãto inuocato diuino suffragio; quo mediante ueritas elicescat. nam dominus prope est inuocantibus eũ &c. Et scriptum est Sapientiæ vij. in manu illius & nos, & sermones nostri. & sapiẽtia omnis, & omnis scientiæ disciplina &c. & legitur Prouerbio. xij. c. qui in cogitationibos suis confidit, impiæ agit. & primo Regũ. 2. cap. habetur: nolite loqui sublimia, gloriantes. quia Deus scientiarum est Dominus, &c. & facit text. in c. in nomine Domini, extra de test. & in c. non obseruetis. xxvj. q. ult. in ultimis uerbis. & in c. imitare Petrum. vj. q. 1. & in c. inter xj. q. 3. & in l. in nomine Domini. C. de offic. præfec. præto. & in authẽt. quomodo oportet epis. §. 1. & in authen. de armis, iuxta principium. Et hia enim sequitur bonum principiũ, melius medium, & optimus finis. ut dixit glo. in rub. instit. cum si. 2 Viso † ergo puncto mihi porrecto una cũ dubiis, & uiso statuto sub. rubric. de successionibus ab intestato in princip. quo cauetur, quòd extantibus masculis, filia dotata non succedat, & in qualibet sui parte diligenter & accurate ponderato, maximè in uers. imponẽtes ẽt filiabus quibuscũq; ex primo uel aliis pluribus matrimoniis, &c. uidet dicẽdũ dictã dominã Diamãtẽ filiã dicti Iacobi nõ posse aliquid petere in bonis dicti sui patris, & ꝙ omnino sit exclusa: tũ a succeesione Alexandri sui fratris. tũ ẽt a petita dote in bonis olim dicti Iacobi. Et ad hoc ostendendum moueor per uerba dicti statuti seo dictæ reformationis posita in d. uer. imponentes. ubi cauẽtur expresse, quòd filiæ ex primo uel aliis pluribus matrimoniis nate, uel nasciture, si dotate fuerint in testamentis, uel aliis ultimis uoluntatibus parentum suorum, aut in uita eorundẽ, silẽtium perpetuũ sibi imponitur contra eorum bona, ratione legitime iure nature, uel debiti bonorum subsidii eius, quod posset quomodolibet ab eis petita quibus omnino excludũtur ipso iure &c. Quæ uerba statuti uidentur in dubio imponere silentium huic do. Diamanti. quæ reperitur dotata de bonis maternis, iam sunt xx. annis, uel circa; prout mihi in facta præsupponitur. unde cum reperiatur dotata, militat dispositio prædicti statuti. & cum in ea adaptentur etiam uerba, ergo dispositio. Ad idem adduco illud, quod habetur in eodem statuto iuxta principium in uersi. fœminabus exclusis ipso iure: quas uolumus, si dotatæ sint, dotibus suis cõtentas esse, & ultra eas ad bona defunctorum non habere regressum, ratione alicuios legitime portionis, aut debiti bonorum subsidii, iure naturali debiti, uel alia quacunque successionis causa, hic expressa, uel non expressa &c. Quæ uerba etiam uidẽtur omnino excludere dictam domi. Diamantem a petitionib. dotis, uel legitime in bonis olim dicti Iacobi patris sui fiendis, cum reperiatur esse dotata, ut supra dixi, & frustra petit illud, quod intus habet. ¶ Tertio ponderabam uerba dicti statuti in d. uersi. imponentes. in uer. parentum suorũ &c. quæ uerba comprehendunt tam patrem, quam matrem, secundum propriam uerbi significationem. cum igitur reperiatur dotata ab uno ex parentibus, hoc est a matre, sumus in dispositione dictæ reformationis, & nihil petere potest. ¶ Et si dicatur amice, licet statutum excludat fœminam dotatã, debet intelligi a bonis illius & a successione bonorũ illius, qui dotauit non autem a successione illius, qui nõ dotauit de bonis suis: sed in casu nostro fuit dotata a patre suo, de bonis maternis. ergo non debet intelligi exclusa a petitione dotis, seu legitime in bonis paternis: quia ad hoc respondeo, quòd ex quo fuit dotata de bonis unius, istud sufficit. nam ideo dedit pater dotem de bonis maternis ꝓpter seipsum. ergo perinde haberi debet, ac si ipse pater de bonis propriis dedisset: ut dicit tex. in l. dedit dotem. ff. de col. bo. in uersi. occasione æquitatis rei; ut qoòd pater meus propter me filiæ meæ numine dedit perinde sit: ac si ipse dederit &c. ergo necessario intelligitur dictum statutum hoc modo ꝙ sufficiat dotatã esse filiam ab vno, vt excludatur ab oib. alijs bonis aliorum. ¶ Nihilominus prædictis nõ obstãtib. quæ si recte ponderentur, non obstant, in contrariũ puto esse ueritatem, s. ꝙ dictæ do. Diamanti competat ius agẽdi ad dotem seu ad legitimam, & froctus perceptos a tẽpore, quo tradita fuit nuptui: & hoc in bonis olim dicti Iacobi patris sui. ¶ Et ad hoc dicendum inducor primo, quia sensus uerus dicti statuti seu reformationis debet esse, quòd extantibus masculis fœmina non succedit, scilicet dotata in bonis maternis, non succedat matri. & ꝙ data a patre in bonis, & de bonis patris, non succedat patri, & pœnitus excludatur. & sic de singulis. & per consequens illa uerba posita in uer. imponentes, & in uerbo. primo. in princ. dicti statuti, debẽt resolui in orationes singulares, iuxta. l. falsa demonstratio. §. fin. ff. de condit. & demon. & iuxta illud, quod no. Barto. in l. j. ff. de his, qoib. ut indi. † 3 Secundo ad hoc dicendum me mouet, quia in omni dispositioue absurditates debent euitari. ca. dudum. de præb. lib. 6. l. diuortio. ff. sol. matrim. l. nam absurdum. ff. de bo. lib. in l. fi. ff. ad exhiben. & uoluit dom. meus Alex. de Imo. in consil. 6. in 5. uolum. incip. uisa institutione feudi. &c. & in consil. 142. in 4. uolum. incip. quando confessio dotis &c. & in consil. 53. in cod. 5. uol. inci. quæritur an stante nullitate &c. & in consil. 1. in 3. vol. in pen. col. inci. uiso processu inquisitionis formate contra Anton. de Fonta. &c. Rapha. Cuman. in

consil.

consil.cxivj.incip.statutum facies mentionem &c. & in consil.cxxvj.incip.statutum.quòd testamentū &c.& Rapb.Fulg.in consil.cxl.in 3.col.incip.præsuppositis duobus statutis,& illustris do.Francisc. Aret.in consil.cxxxiij. incip.in causa,quæ uertitur inter homines &c.sed ita est, ꝙ si intelligeremus fœminam dotatam a patre tantum, propter unam dotem repelli debere ab hæreditatibus aliorum, puta matris,uel aliorum ascendentium, uel econtra,dotatam de bonis matris,excludi debere a bonis paternis,resultaret maximum absurdum & contrarium ergo &c. ¶ Vltimo confirmantur prædicta, alia ratione. nam illa uerba posita in d. uerb. imponentes.idem resoluuntur in singularitates, & in illo casu in quo disponens impletur, de cuius hæreditate agitur, uel de cuius bonis dos profecta est, non autem in illo, de cuius bonis non est profecta. Exempla patent in l.illam. & in l. ut liberis. C. de collationi. & in l. cum oportet. C. de bon.quæ liber. ¶ Corroborantur prædicta alia ratione, quia dictum statutum excludens mulieres dotatas a successione parentum,debet sane intelligi:scilicet cum agitur de successione eius, qui dotauit de bonis propriis:alias autem nō. & hoc modo intelligendo dictum statutum,cessat omnis absurditas, & tollitur omne inconueniens.Et, † ut nostris detur audacia uerbis, reperio in terminis nostris hoc modo intellexisse dictum statutum do. Petr. de Anchar. in suo consilio. lxxvij. incip. in Christi nomine,amen. Retento ordine quæsitorū. in 2. colum. in uerb.uenio ad secundum dubium, in quo se magis implicat, propter uerba dicti statuti,& in contingentia facti cōsuluit in nostro,hoc modo intelligendo statuta hodierni temporis: ut intelligantur excludere fœminas a successione bonorum illius, de cuius substantia dote reperiuntur:non autem reperiuntur: exclusæ quin pōssint petere dotem seu legitimam in bonis aliorū ascendentium & idem in terminis nostris reperio etiam determinasse Pau. de Cast. in suo consil. in ordine meo cx.incip.in Christi nomine,amē.Super primo quæsito dicendū est idem &c.in uers.3. uidendum est,an dicta domina possit petere dotē.& in ver.3. uidendum est &c.ubi concludit,quòd nedū potest peti legitima seu dos in bonis illius qui de bonis & substātia propria nō dotauit, sed etiā emolumēta,& fructus dictæ legitime seu dotis a tēpore quo debuit dari,& etiam qui percipi poterant. per l.1. §.exactio.C.de rei uxo.actio.& ita dicamus in proposito nostro,ꝙ dicta do.Diamantes dotata de bonis maternis, non intelligitur exclusa a petitione legitime, seu dotis sibi debite in bobis olim dicti Iacobi patris sui, cum de eius substantia nihil habuisse reperiatur, & etiam quin possit petere fructus & emolumenta ab eo tempore citra. Nunc reliquum est tollere ea quæ supra deducta fuerūt pro parte contraris. ¶ † Et primo non obstant uerba dicti statuti in d. uersi. imponentes. & in d.uerb. fœminalibus exclusis ipso iure &c. quia ad hæc ex supradictis patet responsio. nam dictum statutum recipit declarationem & interpretationem eiusdē, ut intelligatur excludere fœminas dotatas in testamentis uel aliis ultimis uoluntatibus parentum suorum, scilicet illius, de cuius bonis & substantia dotatæ reperiuntur, non autem a bonis illius, de cuius substantia dotatæ non fuerunt:secundum quod declarauit & intellexit do. Petr.de Ancha. & Pau.de Cast.in locis supra allegatis: qui multū singulariter restringunt intellectum istius statuti. & hoc modo consulendo intellexerunt, prout latius ex eorum consiliis apparet qui loquūtur in casu & magis dubitabili:in quo quilibet dixisset posset potius contrarium,ꝙ in casu nostro. ¶ Vltimo nō obstat tex.in d.l.dedit dotem.quia ille tex. non habet obstare,si recte ponderetur.nam loquitur per uerba denotantia quandam improprietatē,ut patet ibi dum dixit,perinde est &c.quæ † improprietates nō possunt cadere in statutis, in quibus uerba debent intelligi ꝓprie,& stricte.l.4.§.hæc uerba.ff.de neg. gest.l.quicquid adstringendæ.ff.de uerb.obl.l.constitutiones.cum si.ff.ad muni.& hoc modo ille tex. potius facit pro ista parte, si recte consideretur, & maxime interpretando dictum statutum,prout uoluerunt præfati doc.scilicet,Petr.de Anch.& dom. Paul.de Cast. ubi supra. ¶ Non ob. etiam unum, quod nunc mihi in mentem occurrit, s. ꝙ dictum statutum seu reformatio in uerbis supra annotatis loquitur generaliter & indistincte, & uult ꝙ dummodo fœminæ reperiantur dotatæ a parentib.suis excludantur:ergo indistincte debet intelligi, s. ꝙ sufficiat fœminam esse dotatam ab uno ex parenti bus.l.de pretio.ff.de pub.l.si serui.§.non dixit prætor.ff.de acq.hæred.cum simi.quia ad hoc responderi potest,quòd illud est uerum:sed naturalis † lex uel statutum indistinctè loquens recipit interpretationem & restrictionem iuris communis, & indistinctè debet intelligi, nisi absurdum & inconueniens resultet,prout resultaret in casu isto, si diceremus, quòd dotata ab uno, excluderetur à bonis alterius. Ex quibus omnibus concludo dictam do. Diamantem petere posse dotem seu legitimā, & fructus earundem in bonis olim dicti Iacobi patris sui,& hoc a 20.annis citra, & sic ab illo tpe, citra quo nuptui tradita fuit,per dictum patrem suū. & de hoc non est dubitandum aliquo pacto. Cum dictum statutum recipiat hāc interpretationem & sanum intellectum,qui probatur ab illis duob. iuris nostri luminaribus:scilicet,Pet.de Anch. & do. Pau.de Cast.quorum authoritates quante sint, pōderatæ, & maxime consulendo, nemo est qui nesciat.Et ultra eos,allego dom.meum Alex.de Imo. idem consulentem in consil. 29. in 5. colum. in t. uolu.incip.an fœmina admittatur, &c.& in consil. 128.in 2.col.in eo.1.uolu.incip. consideratis uerbis &c.& in consil.15 t.in 2.nolum.incipien.de statuto,quòd filia dotata &c.& in consil.13.in 3.uol. incip.circa primum dubium &c.& in fi.& in cōsil. 85.in ult.col.in 4.uol.inci.an pars ꝙ lucratur &c.& Paul.de Castr.in consi.386.incipien.præsens casus &c.in 3. col. & in consil. 389. incipien. præsupponō dictum statutum &c. & in consil. 348. inci. in puncto quæritur,de quadruplici hæreditate &c. & Rapha.Fulgo.in consil. 53. in fin. incip. de successione ascendentium &c. in quibus locis uoluit, ꝙ statutum excludens filiam dotatam ob existentiam masculi intelligitur respectu bonorum eius

qui eam de bonis suis dotauit, & non in bonis alienis: prout in casu nostro. nam de bonis dicti Iacobi patris sui, dicta domina Diamantes nihil habere reperitur: ergo respectu eorum bonorum non est nec intelligitur exclusa, quin scilicet petere possit legitimam in bonis paternis. Laus Deo, Amen.

Et, ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & eques sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis, & Christianissimi Francorum regis consiliarius: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. In quorum fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XXXIX. TALIS EST.

DOmina Doratea puella, mediante B. eius patre, & etiam patruo, eisdem stipulantibus, dedit dotem 400. libr. de argento cuidam Antonio, eius futuro marito, in casu dotis restituendæ, & oblatione omnium eius bonorum, præsentium, & futurorum: prout latius constat ex instrumento dotali superinde confecto: & inter alia pro cautione dictæ dotis suæ habuit ius in quadam petia terræ valente libras 400. Bonon. occasione dotis suæ, de bonis, & in bonis dicti Anton. mariti sui. qui Anton. constante matrimonio uendidit dictam petiam terræ eximio doctori legum, dom. Petr. de Magnanis, pro pretio libr. 400. de quibus dictus dom. Petr. soluit manualiter lib. centum. præfatæ dominæ Doratææ & trecentas: pro residuo deposuit inuestiendas in locum dictæ rei, per eum emptæ, prout etiam ex instrumento superinde confecto late constat de dicta solutione & depositione ad finem, & causam prædictam. Demum mortuus est dom. Petr. de Magnanis relictis hæredibus suis nobilibus viris & nepotibus suis domin. Anton. Iacobo, & Matthæo similiter de Magnanis. contra quos nunc agit dicta domina Dorotea, petens dictam petiam terræ, vtpote sibi specialiter obligatam, & hypothecatam pro dotibus suis, dicens quòd ex stipulatione paterna & patrui sui, quæsita est sibi obligatio, & ius in ea re, vigore contractus prædicti celebrati iamdiu de dote data dicto Antonio marito suo. Et quòd ea saltem ratificauit tacite omnia gesta per eos, ex quo nunquam impugnauit ea. Excipitur contra eam, quòd imo non est quæsitum eidem aliquod ius in ea re: cum non interuenerit cessio ex parte eorum in ipsam dominam Doratеam. Nec etiam ratificatio facta fuit per eam, imo interuenit impugnatio cum ipsa receperit libr. centum a dicto domino Petr. emptore. & sciuerit etiam reliquum depositum fuisse pro emptione rei immobilis, in locum illius rei uenditæ, & quòd illa petia est, & censetur res immobilis, cum fit destinata ad emptionem prædij: & per consequens pertinet & spectat ad eos nobiles de Magnanis, & qui habent meliora, & potiora iura in ea re, & quam pro se volunt & habere intendunt, stantibus rebus, prout stant. & multa hinc inde allegantur, prout ex processu superinde confecto latius videri potest. Quibus stantibus, quæritur modo quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Pater, patruus, vel extraneus etiam, an possit stipulari filiæ vel nepti, ut acquirat ius possessionis ei, sine cessione vel ratificatione interueniente, acquiritur actio eidem ex stipulatione alteri facta.*

2 *Procurator an possit acquirere possessionem rei, domino suo.*

3 *Bononien. statuti intellectus sub rubric. de cessionib. contra commune. in §. item dicimus. ubi disponitur, quòd quis potest stipulari alteri, etiam extraneo.*

4 *Extraneus quilibet, an possit acquirere rem etiam ignoranti.*

5 *Ratificatio, an intelligatur facta eo ipso, quòd quis non impugnat actum factum.*

6 *Ratificatio ad hoc ut possit fieri, an debeat esse in eodem statu semper, & an posset fieri, ubi sit præiudicium tertio.*

7 *Patientia longa, an pariat nobis præiudicium in re, in qua habemus aliquod ius, maxime in perpendenda possess. rei.*

8 *Mulier an possit sibi præiudicare in re sibi obligata, etiam renunciando expresse. iuxta authentic. si qua mulier. C. ad Velleianum.*

9 *Pecunia destinata ad emptionem prædictorum, an censeatur esse res immobilis, uel ne: & maxime in statutis.*

10 *Arbitrium qui habet, an possit tollere ea, quæ sunt de iure gentium, vel de iure ciuili, uel in præiudicium tertij.*

CONSILIVM XXXIX.

Cor mundum crea in me Deus & spiritũ rectum innoua in uisceribus meis: vt in

vt in præsenti consultatione, ea quæ iuri & veritati consona sunt, in medium afferre valeam. ¶ Idcirco Magnifice ac generose prætor, vosque d. doctores collegæ, in hac causa iustissimi iudices, perlegi nonnulla pro parte dom. Doratææ adducta, & nobis pro dubijs assignata. quæ profecto ex infradicendis apparebit, si recte ponderentur, non obstã- & aliqua ex deductis, per partem aduersam minime vera sunt, nec iure probantur: aliqua vero in se vera sunt. sed non merentur allegari ad rem nostrã & sunt extra propositum nostrum, si recte conde-

1 † Ex primo inter alia, quæ adducuntur contra istos nobiles de magnanis, affines meos, dicitur quod possessio petitæ terræ, de qua agitur: potuit acquiri per patrem & per patruum dictæ d. Doratææ per tex. in l. stipulatio ista. §. alteri. de inutil. stipu. & in l. stipulatio ista §. alteri. de verb. obli. cum ibi not. & in l. j. §. per procuratorem. & in §. item acquirimus. & in l. communis seruus. §. j. & in l. si me in vacuam. & in l. quòd meo. ff. de acquirend. poss. cum multis ii. vbi probatur hæc doctrina & posuit dominus meus Alex. de Imo. consi. 70. in j. & 2. colu. in 5. volum. incipien. viso titulo quæstionis &c. & Rapha. Fulgo. in consil. 232. incip. proposita quæstione, &c. in 2. col. & Bal. in consil. 25. in prima parte consiliorum suorum, incipit: casus, super quo &c. & in consil. 63. in eadem prima parte, incipit: verba &c. & Bal. in consi. 135. in tertia parte consiliorum, incipit: casus talis est Fagiolus &c. & in consi. 34. in eadem parte consiliorum. incipit: in ciuitate Alexandriæ &c. vbi proprie loquitur de stipulatione facta occasione dotis, vt valeat quis stipulari alteri. & Ange. in consil. 168. incipit dispositio statutaria &c. ¶ Sed† ad hoc dupliciter respõ-

2 detur: primo quòd illa iura loquuntur sequuta demum ratihabitione ex parte eius, cuius nomine agitur, quando non præcedebat mandatum: per text. enim ibi plen. not. in l. si ego. ff. de neg. gest. quæ ratihabitio in casu nostro non est sequuta, saltem legitime vt infra latius ostendam: & voluit Rapha. Cum. in suo consil. 70. in 1. col. incipit: visis libello nobilium ergo &c. Vel & secundo possumus respondere, dicendo, quòd aut principaliter procurator vel pater stipulatur aliquid ex re domini vel filij, & isto casu procedant iura supra allegata. sed vbicunq; stipulatio fit extra rem domini, vel filij: licet debeatur occasione rei domini, vel filij, tunc non acquiritur domino vel filio. sed necessaria est cessio. tex. est in l. solutum. §. per liberã. ff. de pigno. act. in. & in l. possessio. §. fi. ff. de acqui. pos. qui tex. est diligenter notandus in proposito. nam loquitur proprie in possessione, & probat quod acquiritur etiam ignoranti. & de hoc non est dubitandum. sed dubium stat de effectu huius acquisitionis. nam nulla actio propter hoc competit mihi ad rem, licet acquisita sit mihi possessio, nedum directa: sed nec vtilis, secundum communem opinionem, de qua in d. §. & possessio. & istud est verissimum. ergo ad hanc rem non habet hæc mulier actionem nisi cedatur per eum, qui stipulatus est nomine suo, & mulieris. cum ergo non habeat actionem, sine ea non potest experiri. l. si pupilli. §. 1. ff. de negotiis gestis. & voluit salyc. in l. i. C. de acqu. possess. in 1. col. vbi concludit in dubio quòd in possessione requiritur ratificatio. & ponit vnam distinctionem per quam omnia iura concordantur. Et est doctrina gloss. in l. si nauis. ff. de rei vendi. & Bar. in l. stipulatio §. si stipuler. ff. de verb. oblig. & ideo dicimus, quod si procurator vel pater stipulatur possessionem rei domini vel filij, requiritur cessio ex quo stipulatio fit super re debita, occasione rei domini uel filij. Ita voluit Ioan. An. in ca. quanquam. de vsur. lib. 6. dicens ita tenuisse Franciscum Accur. in l. Iulianus. §. si procurator. ff. de actio. emptio. & est elo. in d. l. si nauis. in verbo, in re. de rei vendi. & voluit gloss. in d. §. si stipuler. ergo in proposito nostro diligenter notandum est, quod ista stipulatio nõ fuit facta super re dictæ dominæ Doratææ: sed super re sibi obligata, & debita ratione rei suæ, scilicet dotis: unde succedit doctrina doctorum, in locis præallegatis. Et hoc modo intelliguntur iura allegata in contrarium. Cum ergo in casu nostro non reperiatur facta cessio dictæ dominæ Doratææ: ergo nullum ius competit sibi in dicta petia terræ. Nec† obstat, si ad-

3 ducatur statutum sub rubrica de cessionibus, contra commune, &cæ. in uersic. item dicimus, quia facilis est responsio. Primo, quod non loquitur circa possessionem. sed circa alia, in quibus non requiritur animus: & ita debet intelligi, ut minus lædat ius commune. ¶ Vel secundo dato, quod per stipulationem fuisset quæsitum ius dictæ dominæ Doratææ ex ista stipulatione. tamen perdidit dictum ius, altero de duobus modis. Primo, per alienationem huius rei, in qua reperitur consensisse, uel per lapsum decennii, & ultra a dicta alienatione per doctrionam Bald. in l. si filius in fi. C. de peti. hære. Et ex hoc tollitur in consequentiam unum, quod dicebatur, quod pater tanquam legitimue administrator & tanquam habens mandatum a lege: iuxta. l. cum oportet & l. fi. C. de bonis quæ libe. potuit acquirere possessionem eius filiæ. nam hoc est falsum in casu nostro, per supradicta. ¶ Et si adducatur statutum, de quo supra ad hoc potest responderi, altero de tribus modis: de quibus supra proxime

4 dixi. Nec obstat† unum, quod dicebatur subsequenter, quod quilibet extraneus possit acquirere possessionem etiam ignoranti. nam hoc est falsum, quando non concurrerent alia, de quibus in l. communis seruus. §. j. ff. de acquirenda possessione, & potissime, quando essemus in stipulatione rei mihi debitæ, ratione rei meæ: quo casu nedum extraneus sed etiam procurator meus, vel pater, non potest mihi acquirere, sine cessione interueniente: vt supra clare probatum est: nec Angel. Arc. in §. ex his. institut. per quas person. noia. acqui. aliter loquitur, si bene ponderetur. Et in hoc diligenter aduertant M. v. quia pars aduersa circa hæc facit magnum fundamentum, & corruit; vt ex supradictis apparet. Et ex his tribus solutionibus, de quibus supra, tollitur statutum, in quo pars potissime se fundat.

¶ Sed dato & non concesso, quòd cessio non requireretur, saltem requirebatur ratihabitio per dictam domin. Doratеam, per dict. l. si ego, de neg.

5 neg. gest. Et licet † dicatur per partem aduersam, quod in casu isto interuenit ratificatio multis mo dis. dico etiam, quod hoc est falsum. Et primo, dum dicitur quod ratificauit eo ipso, quod accepit lib. centum a domino Petro de magnanis, & sciuit præsens iudicium esse inchoatum, & cæt. nam in hoc etiam uehementer fallitur pars aduersa. & satis mirandum est, quod uelit ratificationem ex his modis fuisse inductam. & plus, quòd etiam si pĕdente hoc iudicio ratificasset, sufficeret: quia ius superueniens pendente iudicio &c. Nam, ut dixi, in hoc fallitur & incidit in Scillam, uolens euitare Ca

6 rybdim. Nam ita † demum ratificatio potest fieri, quando res reperitur esse in eodem statu, in quo erat tempore stipulationis factæ nomine alterius. Sed ubicunque reperitur esse in alio statu, non admittitur ratificatio, nec possumus loqui de ratificatione. Ita signanter determinauit Specula. in titu. de oblig. & solutio. in §. ante omnia. in uer. item pone, obligasti &c. Cum ergo tempore, quo dicta do. Doratea accepit dictas centum libras: & tempore huius iudicij reperiatur dicta terra, in alio statu, quam esset tempore stipulationis. prout de se patet. ergo nihil ualuit dicta ratificatio, & nihil oppitulatur ratificare uolenti. Præterea, ex alio capite ista ratificatio allegata per partem, nihil prodest, nec iuuat. nam nunquam potest fieri ratificatio, quando si fieret præiudicaretur alteri. Tertio, ita uoluit Ioan. And. in regula ratihabitio de reg. iur. lib. 6. cum ergo in casu nostro tractetur de præiudicio dictorum nobilium de magnanis, ista ratificatio non debet attendi. sed plus dico, quod uedum, quod habeamus loqui de ratificatione: sed potius habemus loqui de renunciatione in ducta ex parte dictæ d. Dorateæ, quæ primo & ante omnia sciuit uenditionem dictæ petiæ terræ, & postmodum tacuit per 10. annos & ultra. unde succedit doctrina Bald. multum singularis in d. l. si fi-

7 lius. C. de pet. hæredita. ubi dixit, quod † longa patientia operatur præiudicium, & affert incommodum alienationis. Itaque non est opus loqui de ratificatione. Et ex hoc tollitur omne fundamentum, quod fiat uel fieri possit per partem aduersam, siue alleget statutum, siue alia, quæ non obstant, si bene ponderentur, propter istam longam patientiam, & cursum temporis, quæ inducunt renunciationem & repudiationem iuris, si quod quæsitum fuisset per stipulationem partis & in specie, quòd per decennium tollatur ius, quod quis habet in possessione uoluit Raphael. Cuman. in consilio 54. incipien. possidens rem alteri obligatam &c. & Raphael. Fulgo. in consil. ccxiiij. incipien. possidens rem alteri obligatam & cæt. & Bald. in consil. 14. in prima parte consiliorum suorum, incipien. casus actualiter, & cæt. in 4. colum. ¶ Præterea non est uerum, quòd ratificatio inducatur eo ipso, quòd nunquam quis improbauit actum. nam doctrina illius gloss. in l. quo enim. §. 1. ff. rem ratam haberi. cum similibus. procedit fictæ loquendo.

¶ Vel dato, quod etiam uere induceretur ratificatio, illud est uerum, quando quis nunquam improbauit actum. sed in casu nostro propter scientiam uenditionis dictæ petiæ terræ, una cum receptione partis pretij. Et cum tanti temporis cursu inducta est improbatio: ergo non potest militare doctrina gloss. in d. l. quo enim quæ dixit, quòd quis dicitur ratificare eo ipso, quòd nunquam improbauit. Nam hic dicitur improbasse dicta domina Doratea, per istos actus de quibus supra. Et ex his patet, non esse opus aggredi intellectum l. bonorum. ff. rem ratam haberi. nam non est curandum in casu isto, utrum simus in certo tempore præfixo, vel non. nam non facio nec feci fundamentum, super d. l. bonorum. sed ex aliis rationibus dico non posse habere locum ratificationem in casu nostro de quibus supra dixi.

8 ¶ † Subsequenter pro parte aduersa adducitur, quod dictæ libræ centum non fuerunt conuersæ in utilitatem dictæ dominæ Dorateæ, quo casu succedit regula authentic. si qua mulier. cum ibi nota. C. ad Velle. nam dico quod non dubitamus nunc de libris centum, utrum sint conuersæ in utilitatem mulieris, vel non: sed utrum mulier potuerit sibi præiudicare in dicta re. Et in hoc primo, & ante omnia dicendum est, quod ex quo supra in principio demonstraui nullum ius competiisse mulieri in d. re, sine cessione, frustra dubitamus, utrum potuerit sibi præiudicare. Nam si nullum ius erat sibi quæsitum, non tractamus, ne tractare possumus de præiudicio ipsius. nam præsupponit habitum. l. decem. ff. de uerbor. obligat. l. manumissiones. ff. de iusti. & iu. cap. ad dissoluendum. extra de desponsa. impuber.

¶ Vel secundo, dato quod etiam quæsitum ius d. dominæ Dorateæ adhuc dico quod habet obstare propter depositum factum de libris trecentis, pro emptione rei immobilis, per illam doctrinam Bald. in d. authentic. si qua mulier. C. ad Velleia. ubi dixit quod ubicunque datur in cambium mulieri, tunc potest consentire, & ualet obligatio mulieris. Nec obstat responsio data per partem aduersam, quod doctrina Bald. procedit, quando cambium esset utile mulieri. nam paria sunt quod aliquid fit, uel si non est utile, stat per me. Nam ex quo poterat dicta pecunia exponi in rem immobilem utilem mulieri, & per ipsam mulierem. ut infra ostendam: ergo & cæt. Et quod posset exponi per mulierem, & actio sibi competeret, probatur quia pretium istud fuit subrogatum loco rei, & sicut res erat obligata mulieris ita & pretium l. Iulianus. §. si procurator. ff. de act. emptio. & uoluit Bartol. in d. l. quod procurator. ff. de procu. & Bartol. in d. §. si procurator. & Paul. de Castr. ibidem. & Ioann. de Imol. in d. §. si stipuler. unde pretium istud erat, & est subrogatum loco rei uenditæ: & per consequens ad instantiam mulieris poterat peti conuerti in aliam rem im-

9 mobilem. ¶ † Præterea & secundo possemus respondere, quod imo pecunia destinata ad emptionem rei immobilis dicitur esse res immobilis, per text. in d. l. 3. §. quid ergo. ff. de contrario iudicio tutelæ. qui text. reputatur singularis ad hoc propositum per Ludouic. Roman. in l. si ex legati. ff. de uerbor. obligat. Est uerum, quod Di. Bald. Ange. Rapha. & Ioann. de Imol. in l. cætera. §. fin. de lega. t.

lega. 1. dicunt contrarium in hoc. Sed tamen loquuntur in terminis statuti vel consuetudinis, loquentis de re immobili. quo casu fatendum est, quod cum in statutis stricte procedamus, aliter est dicendum. Vel & aliter possumus dicere, quod si non esset res immobilis, saltem non iudicatur esse de rebus, quæ seruando seruari non possunt. & hoc nemo inficiatur. imo Ludouic. de directo. in d.l.si ex legati. concludit aperte contrarium: ubi subdit illud, quod est fortius, quod dicitur esse res immobilis. Itaque ex his omnibus infero partes d. v. fore & esse in pronunciando in fauorem dictorum nobilium de magnanis. Et in declarando ius competiisse & competere dictæ dominæ Doratex ad dictum pretium depositum: quod subrogatum fuit loco dictæ rei in omnibus, & per omnia, ut supra latius demonstraui: & quia pars iniuste agit in expensis fore condemnandam. pro-10 ut iuris est. Vltimo † non obmitto unum circa arbitrium domini potestatis qui potest procedere, & terminare sola facti ueritate inspecta, & prout iustum sibi uidetur, &c. per quod statutum uidetur pars aduersa, quæ caret iustitia, se multum palliare, in uolendo tollere exceptiones nobis competentes, maxime circa mandatum procuratoris. nam dico, quod licet potestas habeat amplissimum arbitrium, & etiam si haberet maius; attamen non potest tollere ea, quæ sunt de iure gentium, & ea quæ tollerent ius tertii, prout late explicat Bartol. in l. si in lege, in prin. ff. locati. & Bald. & Angel. in l. 1. ff. de testa. mili. Bald. in l. obseruare. §. proficisci. de offi. proconsul. & Bald. in l. 1. de iure delibe. Paul. de Castr. in l. qui Romæ. §. Cailimachus. ff. de uerbor. obligat. & Petr. de Anchar. in cap. canonum statuta. in repet. in uer. ad prædicta facit quæstio. de constitu. & Bald. in l. si pro ea in ulti. colum. C. manda. ubi dixit, quod si debet procedi in aliqua causa, de bona æquitate, &c. quod non intelliguntur etiam sublate dispositiones iuris ciuilis, quia istud esset contra text. in l. bonafides depos. &c. sed solum intelliguntur sublati apices iuris. puta, si ago ex pacto nudo, uel si intentaui actionem directam, uel debebam intentare vtilem. & sic de si. Sed certe hæc existimatio de qua agimus, non dicitur de apicibus iuris: sed de solemnitatibus iuris ciuilis, & quas lex multum considerat, & attendit. Itaque non potest pars niti in isto arbitrio, ad tollenda iura partis nostre, & iuris ciuilis solemnitates: prout dicunt doct. in dictis locis. Laus Deo. Cætera suppleat immensa doctrina, & prudentia d. v. quibus me commendo.

Et ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques: sacri palatij Apost. aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio: Et in fidē pmissorū ꝓpria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo, & beato Dominico Amen.

CASVS CONSILII XL. TALIS EST.

Reuerendus Dominus d. Ludouicus de nobili familia de Ludouisijs, prothonorarius, Apostolicus, & etiam maioris ecclesiæ Bono. Archidiaconus dignissimus, utriusq; Iuris Doctor famosissimus, fecit testamentum, iam sunt 10. anni, & plures de. s. anno 1461. in quo hæredes suos vniuersales instituit d. Ioa. eius sororem pro dimidia, & nobilem virum Nicolaum de Ludouisijs ꝓ reliqua dimidia, & ipso Nicolao decedente, quandocunq; sine filiis, tūc & eo casu Bertrandum Franciscum & Antonium de Ludouisiis, ac ipsorum & cuiuslibet ipsorum præcedentium, filios masculos legitimos & naturales, in stirpes, & non in capita substituit. Contigit, quod ante præfatum dominum testatorem mortuus est dictus Nicolaus hæres institutus. Demum dictus Bertrādus de Ludouisiis, ingressus est religionem saluatoris de Bono. relicto in seculo Hieronymo eiusdem filio legitimo & naturali. Interea, adhuc uiuente dicto testatore lites, & controuersiæ magnæ exortæ sunt inter eum & præfatos fratres sancti Saluatoris, occasione certi ædificii intermedii inter domos dicti testatoris & domos dicti conuentus scilicet saluatoris, in quibus controuersiis plura iurgia inuicem dicta, & facta fuere. Expost mortuus est dictus dominus testator lapsis, iam pluribus ac pluribus annis a tempore testamenti sui conditi Bonon. per spatium 15. ann. Modo quæritur de illa dimidia bonorum diuidenda inter dictos substitutos, dicto Nicolao præmortuo, an ea tota applicetur dictis Francisco & Antonio fratribus, excluso dicto fratre Bertrando religioso, uel excluso monasterio eius loco, & maxime stātibus inimicitiis inter dictum testatorem & dictos fratres subortis: ut supra cum lapsu decennii a tempore testamenti conditi, an uero applicetur dicto Hieronymo, qui remansit in seculo. nam de dimidia sororis, non est dubium: sed de alia sic.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in fine reposita, an & quando referatur ad proxime præcedentia tantum: an vero ad omnia. vbi latissima, & nu. 3. & infra.*

 Et, ac,

4 *Et,ac,& similes copulæ alternatiuæ,quid significent. Et quando resoluantur in coniunctam.*
4 *Verb.omnis,& similia,quid importent.*
5 *Conditio apposita in una parte dispositionis, an referatur ad omnes partes eiusdem dispositionis.*
6 *Nominati plures in eadem oratione, an & quando admittantur ad successionem.*
7 *Vnus ex substitutis,an & quando intelligatur magis vocatur,quam alius cohæres.*
8 *Hæreditatis pars,quæ aufertur ab hærede ut indigno, an applicetur fisco uel hæredi, uel uenientibus ab intestato.*
9 *Monachus æquiparetur ne seruo uel cui magis. Et an & quomodo habeatur pro mortuo,vel viuo.*
10 *Indignus quomodo possit quis reputari a testatore, & a lege.*
11 *Testamentum factum,cum cursu decennij, an tollatur in totum ex tacita mente testantis, vel legis dispositione.*
12 *Qualitas adiecta verbo,an debeat intelligi secundum tẽpus verbi, vel quomodo.*
13 *Grauatus eligere aliquem post mortem suam,possit ne eligere ante mortem.*
14 *Hæreditas an & quomodo intelligatur per superuenientem testatorem,vel alium, adempta.*
15 *Hæreditas an & quando uideatur adempta hæredi instituto,per mutationem testamentl.*

CONSILIVM XL.

Cor mundum Crea in me Deus:& spiritum rectũ innoua in visceribus meis: vt in præsenti consultatione ea,quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre valeam. Visis igitur omnibus uidendis breuibus ntar quia satis sinperque satis præstantẽ d.Ant. de sancto Petro, dictum fuit circa ea de, quibus in præsentia cõtingit dubitari:tum quia dnbia hæc,iudicio meo nõ uniuersaliter egere maxima hæsitatione, prout ex infra dicendis clarius apparebit.Obmisiis igitur quã pluribus breuitatis causa,quæ possent adduci, arguendo ad partes hincinde: quæ non uidentur esse multum necessaria, ad rem ipsam explicandam condescendo. Et † primo, principaliter dubitatur de uirtute uerborum de quibus in testamento in ver. in reliqua vero dictæ suæ hæreditatis medietate &c. in finalibus uerbis ibi in stirpes & non in capita &c.utrum hæc verba,seu hæc clausula seu hæc qualitas in fine apposita, debeat referri non solum ad proxime præcedentia, sed etiam ad alia superiora:hoc est non solum ad vltimo loco substitutos:sed etiam ad primo loco substitutos, hoc est ad Bertrandum Franciscum, & Antonium de Ludouisiis.nam effectus est maximus propter diuisionem fiendam,casu quo fieret.nam si illa uerba ultimo loco apposita, debent referri ad omnia præcedentia. hæreditas vno modo diuideretur, & esset pinguior pro dicto Bertrando si autem dicta verba non referantur nisi ad proxime præcedentia; tunc alio modo diiudicabimus,circa dictam diuisionem. Pro quorum omnium veritate aperienda, præmitto vnum necessarium, quod si bene ponderentur verba testamenti in dicto ver. in reliqua vero &c. Videntur sonare tria. videlicet institutionẽ pro vno semisse in personã Nicolai de Ludouisiis. Demum substitutionem vulgarem, & fideicõmissariam in personam dictorum Beltrandi Francisci & Antonii de Ludouisijs in defectum dicti Nicolai & eius filiorum. Demum & tertio loco in defectum prædictorum, vel cuiuslibet eorum alij vocantur scilicet filij masculi, legitimi, & naturales: ita quod testator principaliter tria effectualiter videtur constituisse in dicto vers. in reliqua vero &c. Secundo præmitto aliud, quod illi tres primo loco substituti fuerunt substituti nominatim,quæ substitutio habet dispositionem & orationem perfectam:ut patet ex inspectione dictorum verborum in ver. substituit vulgariter & per fideicommissum, Bertrandum, Franciscum, & Antonium, &c. quæ verba denotant & habent in se dispositionem 2 perfectam. Tertio † præmitto quod non est differentia inter syllabam,& syllabam,ac,& similes, maxime quando ponuntur inter personas, inter quas non differt inuicem:ut in §.fin.institut.de hære.insti.& in l.si ita quis.ff.eo.tit.& in l. Titiæ textores. ubi plene per omnes.ff.de leg. 1. & ibi alias legendo dixi, post alios. & in l.hæd. §. Cato. ff. de f n. instru. & in l. cum uterque. ff.ne quis eum, qui in ius uo.est ui eximat. & posuit dominus meus Alex. de Imo.in suo consi.ix.in 2.col.in 5. uol. consiliorum incip.si quis recepit in feudum &c. & Paul.de Ca.in conf. 161.inci.in præsenti causa &c.& in cõs. clxxxvj.inci.super primo reperio &c.& Raph. Cuma. in consil.7.in 13.col. incip. visis compromisso Ioannis &c.& in consi.cxxxviij. incip. feudum fœmineum,&c.& Rapha. Fulgo.in consil.8. in 2.col. incip.dominus Petrus longus &c.& in consil.xxxj. circa prin. incip. ex facto proponitur testatorem, &c.& in consil. 156.in 2.col.incipien.Seius & Augerius &c.& d. Abbas,in consi.lviij. in primo uol. ædito per me his proximis diebus in hoc Ferrariensi studio,incip. attingam pro clariori consultatione.& Bal.in consil.78. incipien. quæratur &c.& Bal.in consi. 14.incip.casus actualiter &c.& in consil.61.incip. statuto ciuitatis &c. & in consil. 116. incip.considerandum est,&c.& in consil.cccxlvj.incip.casus talis est &c. & in consil. 374.incip.si qua inquit mulier &c. & in consil. 444. incip. visis &c. quæ omnia consilia sunt in prima parte consiliorum, domini Bal.in quibus locis ponunt de copula,& de eius significatione.& Bal.in consil. 39. incipien.testator &c. & in consil. 67.inci.in præsentis videndum est &c.& in consil. 207. incipien. titius &c.& in conf.209.incipien.testator &c.& in conf. 255.inci.uerba principis &c.& in consil.312. inci. quæritur a me,&c.in 3.parte consiliorum suorum. & Ang.in consil.167.incip. de ineptitudine libelli &c.& in consi. 175.incip. de ratione reddenda &c. & etiam dominus meus Alexand.in consi. 21.in 1. uol.incip.si syndicus &c.& in consi. 48.in 1.uol.incip.de uacatione &c.& in consi.49.incip.an hæreditas &c.in eod.1.uol.in consi.8.in eo.1.uol. inci. viso & oportune animaduerso &c.in consil.120.in eodem primo uol.incip. Hilarius conduxerat &c. & in

& in consi. 56. in 2. volum. incip. plura circa materiam testium &c. & in consi. 115. in 2. col. inci. an in criminalibus &c. in 5. volu. & in consi. 190. in 2. vol. incip. ex themate præmisso &c. & in consi. 212. in 2. colum. inci. nisi probationibus &c. & in consi. 195. in 4. uol. incipien. Hilarius &c. ubi est repetitum idemmet consi. quod est in primo uol. in ordine ibi. 120. ut supra dixi & ultimo impressorum in quibus locis habes plene de significatione copulæ, & sed etiam si esset alternatiua, resolueretur in coniunctam. l. pe. & hoc ibi clare firmant scribentes maxime Bart. Bal. & ceteri. C. de uerbo. signif. & iuxta ea quæ habentur in d. l. Titiæ textores. §. nihil. ff. de le. j. cum si. & Pau. de Cast. in d. l. consil. 161. in 4. col. & Raph. Cuma. in consi. 97. incip. statuto statuto &c. & in d. consi. 137. incip. ut supra dixi. & Rapha. Fulgo. in consi. 177. incip. Titius conuenitur &c. & Bal. in consi. 94. incip. uerba statuti &c. & Bal. in consi. 172. incip. statuto &c. in prima parte consiliorum suorum, in quibus locis ponunt de alternatiua, uel & Bal. in consi. 80. incip. per statutum &c. in secunda parte consiliorum suorum, dominus meus Alex. de Imo. in consi. 223. in j. col. in 2. uol. incip. uiso processu &c. & Ang. in d. cõsil. clxvij. & Ange. in consi. xciiij. incip. cum lis & quæstio &c. & in consi. lvij. incip. testator reliquit &c.

3 Istis sic præmissis † dico, quod clausula supradicta in stirpes & non in capita &c. non potest referri, nec debet, ad dictos primo loco substitutos: sed tantũmodo ad filios prædictorum, in defectum illorum succedentium. Et arguo sic: licet clausula in fin. apposita consueuerit referri ad omnia præcedentia; vt est tex. in l. talis scriptura. §. fi. ff. de le. j. & in c. 2. requiris. extra de appel. & plene explicat Bar. in d. l. talis scriptura. §. fi. & Bar. in l. fi. ff. de rebus dubiis. & Bal. in l. 2. C. de lib. præteri. & Bald. in l. t. C. de leg. hæredibus. & omnes scribentes in l. si idem, enm eo. §. fi. ff. de iur. omni. iud. cum similibus. Nihilominus ubicũq; sumus in casu, in quo reperiantur multa disposita & habentia in se perfectam orationẽ perfectam & dispositionem, clausula in fine apposita non refertur ad illa: sed tantũmodo ad proxime præcedentia, & carentia perfecta dispositione. Iste est casus diligenter notatus ad propositum in l. sed si p prætorẽ. §. deinde. ff. ex quib. causis maiores. i. uer. deinde adiecit ptor, neque defenderet, qđ ad omnes suprascriptos pertinet præterquã ad eũ, q absens aliquid usucepit: quoniã plene supra de eo cautum est &c. Et ita per illum tex. determinauit Barto. in d. l. talis scriptura. §. fi. & ita per illũ tex. determinauit Bal. in d. l. t. C. de leg. hæredibus. Secundo ad probandum huc adducitur tex. in l. alimenta. §. penul. ff. de alimentis & cib. leg. ubi testator habebat liberos & libertas. & primo legauit liberte Basilice. x. aureos, demum legauit omnibus libertis suis, libertabusque cibaria, uestiaria, & habitationem. Dubitatur ibi, utrum Basilica liberta, cui fuit factum legatum speciale, de decem aureis, & sic dispositio erat perfecta in suam personam, debeat etiam posse petere uestiaria, & habitationem & alia, ex quo testator apposuit illam clausulam generalem, dicendo, quòd omnibus libertis libertabusque suis legabat uestiaria & habitationem. & sic utrum illa clausula apposita in fine referatur ad omnia præcedentia, dicitur ibi in tex. quod nõ, quia ex quo dispositio facta circa Basilicam libertam, erat perfecta, & habebat in se perfectam orationem, & dispositionem, non refertur clausula finalis ad omnia præcedentia, & sic non comprehẽdit Basilicam libertatem: sed tantummodo alios libertos, & alias libertas. in quibus non fuerat facta illa dispositio perfecta, nec testator specialiter prouiderat de eis, sicut de Basilica liberta. Tertio ad idem facit tex. ualde no. in l. cohæredi. §. qui patrẽ. ff. de uulg. & pupil. substi. ubi testator instituit patrem & filium in testamento, & eos inuicem substituit demum alios cohæredes incontinenti eis dedit, dicẽdo quòd omnes hos hæredes inuicem substituebat. dubitatur ibi utrum illa substitutio ultimo loco facta, referatur ad omnes hæredes, non solum scriptos ultimo loco: sed etiam primo loco. & uidebatur dicendum secundum Iurisconsultum, ibi, qui assignat hanc rationem, quod sic quia † dicendo omnes hæredes, illa sunt uerba uniuersalia, & posita in fine, quæ deberent referri ad omnia præcedentia, per regulam generalem, de qua supra dicitur ibi, quod non refertur nisi ad hæredes proxime scriptos, non autem ad patrem & filium primo loco nominatos. & ratio est ibi assignata per iurisconsultorem: quia per specialem dispositionem factam de patre & filio. non uidetur testator uoluisse referre illam clausulam generalem ad eos: sed tantummodo ad alios cohæredes, pxime præcedẽtes. Quarto ad idem facit tex. in l. seruis urbanis. §. fi. ff. de le. 3. ibi semper enim species generi derogat &c. & facit tex. in regula generi per speciem. de reg. iur. lib. 6. Ita ergo dicamus aperte in proposito nostro, in quo reperiũtur factæ aliquæ dispositiões perfectæ, ut etiam in persona nobilis Nicolai de Iudouisiis, primo loco instituti: demum est facta alia dispositio perfecta in personam Bertrandi, Francisci, & Antonii, & de Iudouisiis, nominatimque vocat eos uiriliter, prout infra clarius ostendam in subsequenti dubio. † Demum est facta alia dispositio in personam cuiuslibet ex præstictis omnibus deficientibus. quæ dispositio ultimo loco facta sonat in stirpes: & non in capita, certe non debet referri ista clausula in fine apposita, ad omnia præcedentia, quæ habebant dispositionem perfectam, & non solum perfectam, sed regulatam a iure, & diuersimode ordinatam. sed tantummodo ad proxime præcedentia, quæ non habebant orationem perfectam. sic ad filios prædictorum præmortuorum. Accedat pro confirmatione etiam prædictorum elegans doctrina Bal. in d. l. t. C. de leg. hære. ubi decidit quæstionem notandam ad propositum nostrum. Duo erant statuta in ciuitate Pisana, sub istis terminis: nam uno statuto cauebatur, quod frater excludere sororem dotatam &c. alio statuto cauebatur, quod si frater qui sororem excludebat, decederet sine liberis, & fratre consanguineo, uel filio fratris agnato masculini sexus, teneretur relinquere dictæ sorori dimidiam partis suæ. Contingit quod quidam testator habens filium, & filiam dotatam, fecit testamentum, in quo masculum hæredem instituit, filiæ uero reliquit decem iure institutionis. demũ dictus

dictus filius testatoris, & sic frater respectu sororis decessit relicta quadam filia fœmina, condito testamento, in quo instituit agnatum, & quærebatur vtrum dicta filia primi testatoris deberet habere dimidiam propter illam clausulam in fine appositam. decidit Bal. quod non, dicens se ita consuluisse: quia secundum eum, prima dispositio habebat propriam & specialem determinationem. ergo clausula vltimo posita, non debet referri ad illa. allegat tex. in d. l. sed si per prætorem. §. deinde. ff. ex quibus causis maiores. & subdit Bal. vnum verbũ quod facit etiam ad supradicta. nam dicit quod licet clausula in fine apposita, regulariter referatur ad omnia præcedentia. tamen vbicunque sunt plura antecedentia, debet referri ad illud, cui probabilius adaptatur ita dicamus in casu nostro. nam posito & non concesso, quòd non essemus in his, quæ non haberent dispositionem perfectam; tamen quia ista clausula in fine posita probabilius conuenit filijs prædictorum substitutorum, quam ipsis substitutis nominatis; ideo referenda est ad filios eorum tantummodo. non autem ad ipsos substitutos, quibus probabiliter non communi dicta clausula, vel si non conuenit ita probabiliter, propter dispositionem testatoris præcedentem, quæ dispositio vocat eos nominatim, & per consequẽs viriliter. si ergo viriliter vocantur prout infra etiã ostendam non potest illa clausula ad eos referri, q̃ sonat in stirpes. ¶ Et ad supradicta facit illud, quod no. Bal. & Io. de Imo. post eum in d. l. cohæredi. §. qui discretam: & in d. §. qui patrem. ff. de vulgar. & pupil. vbi concludunt quòd vbicunque sunt aliqui coniuncti ex dispositione testantis: vt in casu nostro, isti tres substituti, si postmodum apponatur aliqua clausula in fine, non refertur ad illos coniunctos, ex dispositione testantis. sed ad alios proxime precedentes. nam secundum eos signum particulare derogat vniuersali. Istud ergo signum particulare vocando istos tres, derogat signo vniuersali, vt clausula quæ refertur ad filios, non comprehendat dictos substitutos. Et sic clausula illa non refertur ad omnia, vt supra aperte probani, iuribus & rationibus. nunc autem probo auctoritatibus: quia ita voluit dominus meus Alex. de Imo. in consil. 47. in 5. volum. incipi. perfectis, quæ in themate &c. & in cons. 95. in eod. 5. volum. incip. quomodo venditor teneatur &c. & Paul. de Cast. in consi. 153. incip. super primo quæsito &c. & illustris dominus Franc. Are. in consi. 60. incip. excellentissime doctor &c. & in consi. 116. incip. viso puncto & quæsito &c. & Rapha. Cuma. in cõsi. 22. in 2. colum. incip. an conditio apposita &c. & in consi. 148. incip. venerabilis vir dominus &c. & in consi. 2. in j. col. incip. proponitur quod Blasius &c. & Rapha. Fulg. in consi. 43. incip. in primo proposito consultationis &c. & in 2. consi. & in consi. 80. in 2. col. incip. donatio causa mortis &c. & in consi. 157. inci. fur qui dicatur &c. & in consi. 118. in 2. colum. incip. viso processu causæ &c. dominus Cardina. in consi. 68. in 2. col. incip. anno ab incarnatione Domini &c. & in consi. 49. incip. cum vitæ suæ terminum quilibet ignoret do. Abbas in cõsi. 14. in 2. vol. consiliorum suorum inc. videtur primo quòd hospitali &c. & in consi. 75. inci. illud de iure quæritur &c. & in consil. 96. incipiente: viso test. liberationis &c. ¶ Sed quis parum esset firmare conclusionẽ prædictam quæ profecto verissima est, si non de medio tollerentur aliqua quæ possent adduci in contrarium. Et primo tex. in l. fina. ff. de rebus dubiis vbi testator in testamento manumiserat plures seruos, inter quos fuerat quædam Sabina & Cyprogenia, quibus dari voluerat certam summam, cum peruenirent ad tertium annum, demum dixit, quòd hoc amplius alimentorum nomine singulis annis quo ad viuerent singulis decẽ dari volebat. dubitatur ibi utrum sola Sabina & Cyprogenia deberent habere alimenta, an vero etiam alij manumissi. & dicitur ibi, ꝙ sic quia illa clausula in fine posita, refertur ad omnia præcedẽtia. sed ad illum tex. potest responderi quòd illa clausula, quæ fuit ibi apposita: ideo refertur ad omnia præcedentia, propter illa verba hoc amplius, &c. quæ sunt verba repetitiua. Præterea clausula ibi vltimo loco apposita, fuit per se principaliter posita, tamen non mirum, si refertur ad omnia præcedentia: & ita per illum textum voluit ibi Bar. qui hoc modo respondet ad illum textum. & idem voluit Barto. in d. l. talis scriptura. §. fina. de lega. 1. cum quo alij scribentes ibi pertranseunt. & Paul. de Cast. in consilio 78. in ult. colu. incipien. viso dicto puncto &c. & Raph. Cuma. in cõs. 111. incip. ciuis quidam Florentinus &c. ¶ Secundò nõ obstat tex. in l. j. C. de libe. præte. in vers. nam cum quidã hæredes instituti sunt. nulla ratio reddi potest, quare videatur in posteriore tantum casu exhæredare voluisse &c. ¶ Sed ad illum tex. potest responderi, ꝙ ideo refertur ad omnia præcedentia: quia non est ratio aliqua propter quam debeat magis referri ad vnum, quam ad aliud, prout ibi dicit tex. in versic. suprà alleg. secus est in casu nostro in quo probatum est supra de ratione: quare magis referatur ad vnum quam ad aliud, scilicet ratione perfectæ dispositionis. & quòd ista sit ratio sufficiens ad faciendum quòd clausula in fine posita, non referatur ad omnia præcedentia, in terminis, quãdo sumus in his, in quibus est facta specialis prouisio: vt est in casu nostro, decidit multũ eleganter Bart. in d. l. talis scriptura. §. fi. in versi. causæ autem possunt assignari aliquæ &c. vbi allegat tex. in d. l. sed si per prætorem. §. deinde. & in d. l. cohæredi. §. qui patrem. & ponunt domini consulentes in consiliis de quibus suprà feci mentionem quæ non repeto hic, ne idem dicamus sæpe. ¶ Item non obstat tex. in l. mulieri. §. Titio. ff. de condi. & demon. vbi legatus fuit vsufructus mulieri, & Titio, si non nupserit mulier. & tamen illa clausula, non solũ comprehendit, & non solum refertur ad mulierem: sed etiam ad Titium: vnde si mulier nubit, quamdiu Titius viuit, & non nubat, habebit mulier partẽ vsufructus &c. quia ad illum tex. possumus respondere pluribus modis. ¶ Primò, quòd aliud est quærere, vtrum clausula in fine apposita, referatur ad omnia præcedentia. & ista est propriè materia nostra. & aliud est quærere, vtrum conditio in fine apposita, refertur ad omnia præcedentia.

¶ Primò casu dicendum est, vt suprà clare probatum

batum fuit. ¶ Secundò vero casu dicendum est, quòd cõditio debet referri ad omnia præcedẽtia. & ita loquitur tex. in d.l.mulieri,& Titio.vbi text. loquitur in conditione.patet ibi in uer.si nõ nupse rit &c.per quæ uerba inducitur conditio l. qui pro misit.ff.de condi.indebi.cum similibus. & ita illum tex.intellexit Bart.in l.Seie.§.Caio.in ulti.col.circa fi.ff. de fundo instructo. ¶ Vel secundo possimus respondere,quòd ibi ideo clausula refertur ad omnia præcedentia: quia non fuerat facta aliqua specialis prouisio,seu dispositio in personam titii.unde non mirum si clausula compræbendit mulierem & titium.secus est in casu nostro, ut supra clarius ostensum fuit.Præterea in d.l.mulieri & titio,probabilius poterat referri illa clausula ad titium, quã ad mulierem:uel si non probabilius saltem ita pro babiliter.secus est in casu nostro, & hoc modo nõ ob.tex.cum ibi no.per Barto. in l. doli uerbum. ff. de seruo corrupto,ubi uerbum ultimo loco positũ refertur ad omnia præcedentia: quia nõ erat ibi aliquod præcedens.quod haberet dispositionem specialem & completam. Et ex his euidenter apparet dictam clausulam in stirpes & non in capita, non posse nec debere referri ad dictos Bertrandum, Franciscum, & Antonium.in quibus reperitur facta specialis dispositio & perfecta. ut ex se patet. Nam ex quo testator eos nominatim appellauit.& coniunxit,uidetur disposuisse indubitanter & perfectæ,ut uocentur in uiriles, & æqualiter inter eos

6 diuidatur semis totius hæreditatis.† Et ultra prædicta etiam idem prout probatur in l.legata inutiliter. §.fi. de lega. 1. ibi si partes adiectæ non sunt, æque seruantur. Idem probatur in l. cum quæstio. §.fi.C.de leg.in uer.æqua lance hæreditatem.& aliam quãcunque rem diuidi &c. Idem probatur in l.plane.§.si coniunctim.ff.de lega.1.ibi constat partes ab initio fieri &c.& in §.si eadem.institut.de lege.& in l.cui fundus.ff. de condi.& demon. & in l. 1.§.ubi autem. C. de cadu.tollen. & in l.si ita quis hæredes.ff. de hæredi.insti. cum multis similibus. ubi probatur, quòd ubicunque plures coniungun tur in eadem oratione per testatorem, quilibet ad mittitur ad partem uirilem secundum numerum ipsorum, iuxta illud quod dixit Iurisconsultus, in d.l.cui fundus.in fi.in uer. & omnis numerus ipsorum pro singulari persona habendus est.& in uer. ex numeratione personarum potest uideri esse diuisa &c.& in uer.singuli pro suo parte & conditioni parere & legatum capere possunt &c. & tanto magis hoc est dicendum in casu nostro:quia coniunguntur per dictionem.ac, quæ habet naturam

7 copulæ &.† Qua opinione retenta pro uera,prout est,apparet,quòd dicta clausula in fine apposita nõ debet referri ad istos tres substitutos,cum specialiter ostẽdatur fuisse de eis prouisum & dispositum scilicet ut uiriliter uocentur,quæ uocatio & si nunquam nominatim & coniunctim facta fuisset in casu nostro, præsumendum est omnino mentem testamentis ita fuisse,qui testator sciebat, quot capita essent istorum substitutorum. nec magis diligebat dictum Bertrandum,quam dictum Franciscũ, & Antonium, qui omnes extranei appellantur, & ut mihi narratur testator in suo testamento manu propria condito reperitur scripsisse dictoa substitutos scilicet Franciscum,& An.demum in margine superaddisse dictum Bertrãdum:ex quo resultat quòd si par affectio cadebat interdictos substitutos,plus diligebat dictum Franciscum,& Antonium.nam uerba,sunt notæ & passiones eorum,& signa,quæ continentur in aĩo,& per exteriora indicantur interiora.§. pauonum instituta de rerum diuisione.& eo maxime quia dicti Franciscus,& Antonius,fratres,semper inseruiebant dicto testatori,& ad latus eius cõtinue assistebant.quod secus erat in dicto Bertrando, qui tanquam paterfamilias suis curis implicitus erat. nec pœnes testatorẽ seruiendo reperiebatur,prout alii duo substituti, ergo &c.& hæc sufficiant, quo ad hæc duo principalia.

8 ¶ † Vltimo in medium affertur aliud dubiũ, de quo per præfatum dominum consulentem nihil dictum fuit. & in hoc uidetur iudicio meo consistere tota uis,& tota difficultas huius materie scilicet posito,pro uero,prout est, & manifeste colligitur ex supradictis,quod dictus semis debeat diuidi in tres partes uiriles in personam prædictorũ substitutorum, uidelicet Bertrandi, Francisci, & Antonii. & illa clausula in stirpes & non in capita &c. non debeat referri ad ipsos sed tantummodo ad proxime præcedentia, utrum portio uirilis dicti Bertrandi debeat applicari monasterio, in quo in præsentia degit:an uero fisco:tanquam auferenti ab eo,ut ab indigno.an vero debeat applicari co hæredibus: an uero debeat applicari uenientibus ab intestato. & in hoc ultimo dubio uidetur dicendum dictam uirilem portionem,applicandam fore fisco,per casum in l. hæreditas. cum ibi plene not. C.de his quibus ut indignis.in uer. & fisco uendicata est,&c. Et idẽ probari uidetur in l.cũ quidã. ff.de his,quibus ut indignis.in uer. hæredibus.tamen ut indignis,qui non habuerunt supremam voluntatem, abstulit iampridem senatus hæreditatẽ &c.Et idem probari uidetur in l. Claudius.eo.tit. in uersi.sed quod relictum est ad fiscum peruenire &c.& in l.Papinianus.§.meminisse.ff. de inofficioso testamẽto, & in l.uxori maritus.ff.de usufructu legato.cum multis similibus in quibus traditur regula generalis,quod ubi hæreditas aufertur ab hærede.tanquam ab indigno, applicatur fisco:sed ita est in casu nostro, ꝙ iste uirilis portio uidetur auferri a dicto Bertrando per dictum testatorem,tãquam ab indigno,per illa uerba, de quibus in thematе,ergo &c.¶ Secundo principaliter uidetur dicendum,quod dicta portio uirilis debeat applicari uenientibus ab intestato,per casum in l. 1. §. pe. ff.si tabule testamenti nulle extabunt.in uer.de negatione ab intestato rem habituros eos, qui bonorum possessionem acceperunt &c. Tertio principaliter uidetur dicendum, quòd dicta portio uirilis nullo modo debeat auferri a dicto Bertrãdo, & omnia debeant remanere in proprio robore: exceptis legatis,per text.in terminis in l. ex parte.ff.de adimendis legatis.in uersi.hæreditarie quidẽ actiones ei non denegabuntur:sed legatum,si petat exceptionem doli mali submouebitur &c. ¶ Nihilominus istis non obstantibus,puto aliud fore dicendum in casu nostro. & licet in hac materia gloss.& doct.

doct. uariæ & uariis modis loquantur, adeo quod uia poſſunt ad cõcordiam reduci. ut dixit gl. no. in l. 3. §. fi. ff. de adimen. lega. & dixit Pau. de Caſt. in d. l. hæreditas. C. de his, quibus ut indignis. quòd doct. & gl. in hac materia habuerunt intellectum obtuſum & neſciuerunt extrahere dentes: tamen, ut ſupra dixi, in caſu noſtro uidetur, quod debeamus alias conſiderare, & anteqnã ueniam ad determinationem præſentis dubitationis. ¶ Præmitto illud, quòd dicitur per Imperatorem in caſu illo ſingulari: ſecundum doct. ibidem maxime Pau. de Caſtr. in l. ſancimus. C. de teſtamentis. ubi dicitur inter alia, quod ubicunque reperitur teſtamentum perfectum, & lapſum eſt decennium a die conditi teſtamenti. Et interim probatur contraria uoluntas teſtantis de eo, quod poſuit in teſtamento, redditur nullum teſtamentum: prout ibi clarius deciditur. & cauſa deuoluitur ad caſum inteſtati. & ita per illum tex. firmant omnes ſcribentes ibidem, & Pa. de Caſt. in d. l. hæreditas. in 3. colum. & in ultima prope finem. ¶ † Secundo præmitto quòd regulariter quicquid acquirit monachus, regulariter acquirit monaſterio, ſicut ſeruus acquirit domino. auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. & no. Bar. in l. t. ff. de ſtipulatione ſeruorum ubi dixit quod ille titulus hodie ſeruit nobis in monachis: & late explicant doct. in l. cum proponas. C. de hæredibus inſtituendis & in l. t. §. hæc, quæ de ſeruis. ff. de acqui. poſ. cum multis ſimilibus, quæ tanquam indubitata omitto. Et ibi alias legendo dixi. & uoluit etiam domi. Cardi. in conſi. 3. incip. domina p. in ſuo teſtamento &c. & in conſi. xcvij. incipien. teſtator habet tres filios &c. & Rapha. fulgo. in conſi. iiij. inci. in cauſa, quæ uertitur coram ſpectabilibus &c. & etiam Cardi. in conſi. xvij. incipien. caſus poſt factum iſte miniſter &c. & Bald. in conſi. ccia. incip. factum proponitur &c. in ſecunda parte conſiliorum ſuorũ. & Bald. in conſil. 330. inci. quidam Lilius. in 4. parte conſiliorum. & Ange. in conſ. xcj. incipien. ſancta Carmelitarum religio. & in conſilio. cxaj. incip. Nicolaus &c. & in conſi. cxxxiij. incip. utrum bona patrimonialia &c. & Pau. de Caſt. in conſi. j. incipien. ego Pau. de Caſt. &c. & per dominum meum Alexan. de Imol. in l. j. de vii. charta. ff. de vulga. & pupil. & in l. j. in apoſtil. ſuis. ad Bar. ff. de ſtipula. ſeruorum. Tertio † præmitto, quod multotiens & multis modis poteſt auferri hæreditas ab hærede ſcripto. nam aliquando, quia teſtator reputauit eum expreſſe indignum, aliquando lex ipſa reputat ipſum indignum, & aliquando propter delictum ſuum, aliquando propter delictum hæredis: aliquando propter miſtum delictum teſtatoris & hæredis; prout multum magiſtraliter declarat gloſſ. in d. l. hæreditas. & not. in l. t. C. de naturalibus liberis. in l. t. C. de ſecun. nuptiis. & in l. 2. de hæredibus inſtituendis. & in l. non intelligitur. §. ſi quis palam. ff. de iure fiſci. & in l. t. & in l. ſi ſororẽ. C. de his, quibus ut indignis. & in d. l. Claudius. ff. eo. ti. & in l. nec apud. & in l. ſi pater. C. de hære. inſtituendis. & in l. naturaliter. §. ex teſtamento. ff. de fideicommiſ. libertatibus. & plene explicat Barto. in l. fi. ff. de his, quibus ut indignis. & ſcribẽtes omnes in d. l. hæreditas. & in l. noſtram. C. de teſtamẽ. & ibi alias legendo dixi. ¶ Iſtis præmiſsis oſtendo nunc aperte, quod dicta uirilis portio quæ erat collata in perſonam dicti Bertrandi, non poteſt applicari niſi cohæredibus ſuis, & ad hoc oſtendendo arguo ſic: validum eſt argumentum a ſufficienti partium enumeratione, ut eſt text. in §. actionũ. inſtituta de actionibus. tunc ſic certum eſt, quod iſta portio non poteſt applicari fiſco, nec etiam poteſt capi per dictum Bertrandum: nec per eius filios: nec poteſt deuolui ad monaſterium: nec poteſt deferri hæredi inſtituto in primo ſemiſſe: nec poteſt alteri deferri: prout infra in quolibet prædictorum clare demonſtrabo. ergo de neceſsitate debet applicari coheredibus per ius accreſcendi uidelicet dictis Fran. & Ant. Et primo, capiendo primum caput principale in fiſco, ut non poſsit talis portio ei applicari. probatur ſic ita demum portio hæredis inſtituti in parte uel in totum applicatur fiſco, quando aufertur ab hærede tanquam ab indigno. alias autem non. ita probatur in d. l. hæreditas. & in d. l. Claudius. & in aliis ſupra allegat. ubi concludunt ſcribentes ꝙ ad hoc ut hæreditas applicetur fiſco, non ſufficit, quòd hæres deſierit habere uoluntatem teſtantis. ſed requiritur, quod teſtator expreſſe reputauerit hæredem indignum, expreſſe dicendo. uel quod poſt ademptionem fecerit aliam uoluntatem ſolemnem, uel quod lex ipſa faciat hæredem indignum, uel propter delictum teſtatoris, uel hæredis, uel utrinſque. ſed ita eſt, qđ in caſu noſtro non fuit ablata hæreditas a dicto Bertrando, tãquam ab indigno. nam uerba teſtatoris, quæ probantur ſubſequuta poſt teſtamentum conditum, non iudicant nec faciunt expreſſe dictũ Bertrandum indignum, ut patet ex eorum inſpectione, ergo &c. ¶ Præterea, poſito non tamen cõceſſo, quòd dicta portio Bertrandi eſſet in caſu indigni hæredis, adhuc dico, quòd non poteſt in caſu noſtro applicari fiſco. & iſtud eſt non mediocriter conſiderandum in propoſito noſtro. Et moueor ſic. ita demum portio hæredis indigni ſeu hæreditas, quæ aufertur ab indigno, applicatur fiſco, ſi non detur alius in quem teſtator tranſtulerit dictã portionem ſeu hæreditatem: ſed ubicunque datur alius iure fideicommiſsi, uel alio modo, ad quem poſsit deuolui hæreditas, quæ aufertur ab indigno debet applicari illi, in quem fit tranſlatio excluſo fiſco. ita in terminis determinabit gloſ. in d. l. hæreditas. in glo. 3. in fine. quam glo. ad hoc propoſitũ multum ſingulariter ponderauit ſolennis doctor dominus Pau. de Caſt. ibi, cum ergo in caſu noſtro non ſimus in hærede ſimpliciter inſtituto, uel ſimpliciter ſubſtituto, ſed per fideicommiſſum, & vulgariter fuerit facta tranſlatio in alios, non debet dicta portio, quæ aufertur a dicto Bertrando, etiam ſi auferretur ab indigno, applicari fiſco. & ſic per conſequens manifeſte apparet, quod quantum eſt pro fiſco, nullum ſibi ius competit, Secundo † principaliter oſtendo, quod dicta portio non poteſt acquiri Bertrãdo, nec in ea ſibi aliquod ius competit. & probo ſic: licet per ſimplicem ademptionẽ hæreditatis factam a teſtatore, non poſſit hæres priuari, niſi ſequuta ſolenni uoluntate. vt in l. militis codicillis. §. ueteranus. ff. de teſtamẽto milit.

9

10

11

milit.& in l.ex parte.ff.de adimendis legatis.& in l.si iure.ff.de leg.3.tamen vbicunque probatur simplex ademptio vna cum cursu decennij,causa testati reducitur ad causam intestati, & perinde est ac si testamentum factum non fuisset.casus est in d.l.sancimus.C.de testamentis. quem text.ita intelligunt ibi omnes doctores: maxime Pan.de Ca. qui plenius cæteris loquutus est in hoc passu.in d.l.hæreditas.in 3.& ult.colum.circa fin.si ergo propter ademptionem simpliciter factam, & concursum lapsus decennij testamentum irritatur saltem pro parte illius,in quem fit ademptio:ergo dictus Bertrandus in quem sonant uerba ademptionis,ex quo lapsum est dictum decennium & ultra, a tempore testamẽti conditi, non debet aliquid posse capere uigore dicti testamenti cum in eius personam perinde sit, ac si testamentum factum non fuisset.quo casu non esset dubitandum,quod nullum ius sibi competeret. Cum igitur causa testati reducatur ad causam intestati,nõ potest dictus Bertrandus uirilem portionem attingere,cum pro nõ instituto habeatur: iuxta no.in l.eam quam. C.de fideicommi. & in l.si nemo.ff.de testamentaria tute.cum similibus. Nec potest etiam dictus Bertrandus ab intestato capere dictam uirilem: quia non est de legitimis hæredibus, nel agnatis: sed est pœnitus extraneus hæres. Tertio principaliter uidendum est, quomodo eiusdem Bertrandi filij non possunt capere dictam portionem, & primo probatur sic. ille qui iamdiu monachus est non potest,prout infra latius ostendam in eo capite quo ostendetur monasterium sancti Saluatoris,exclusum fore,& ibi apparebit de incapacitate dicti primi filii in monasterio existentis de quo non dico nũc; ne idem sæpius ac sæpius repetam:sed conuertendo me ad alium eiusdẽ filiũ, qui in sæculo est, dico ꝙ non põt dictam portionem capere pluribus rationibus.¶ Ex primo, quia Bertrandus eius genitor per medium suum, facit hanc portionem ad filium deferri non posse. nam ipse tanquam monachus potius deberet acquirere dictam portionem casu quo non obstarent aliqua infra dicenda,cum monasterium acquirat eo mediante. sed ut infra latius ostendam: monasterium est incapax huius portionis, non tamen restat quin dicta portio, quæ ueniebat acquirenda monasterio per dictum Bertrandum, non iam sit eradicata, & pœnitus ablata a filio dicti Bertrandi. nã casu quo monasterium capere potuisset, & non fuisset indignus, prout infra apparebit, dicta portio in eum iam translata fuisset per medium dicti Bertrandi monachi.¶ Nec dicatur mihi: si ergo monasterium capere non potest:ergo filius dicti Bertrãdi debet omnino admitti, quia unius exclusio, alterius est inclusio.l. cum prætor. ff. de iudiciis. l.maritus.C.de procura.c.nõne.extra de præsump. quia ad hoc respondeo multipliciter, quòd ex quo dicta portio omnium deferebatur monasterio,præsupponimus iam omnimodo filium dicti Bertrãdi amisisse omne ius, quod sibi competere potuisset.

12 ¶† Præterea,dato:& non concesso,quod monasterium non excluderet dictum filium admitti non deberet,& hoc uigore dispositionis ipsius testantis, qui ita demum uocat filios dictorum primo loco substitutorum:cũ substituti prædecesserint.vt patet in d.ver.in reliqua vero.iũcto ver. & cuiuslibet ipsorum prædecedẽtium &c. quæ verba manifeste ostendũt testatorem voluisse filios admitti in casu mortis.vnde qualitas illa adiecta verbo, debet intelligi secundũ tempus illius verbi.l.ex facto.§.si quis autẽ.ff.ad Treb.& late explicat Bart. in l. ex facto. in prin.ff.de vulg.& pupil.& Bart.in l.si quis posthumus.§.si filium.ff.de libe.& posthu.& Bart. in l. præcipimus.§.sane.ff.de app.& in l.Titius. in prin. ff.de test.militis.& Bal.in l.si quis hæredem. C. de instit.& substi.sub conditione factis. & Bald. in l. humanitatis.C.de impube.& alijs substi.in 5. col. & Bald.in lege generaliter.C.de epis.& cle.ex quorum dictis manifeste probatur in similibus, quam pluribus quæstionibus, ad propositum nostrum satis accommodatis, quod qualitas adiecta verbo, determinat illud verbum, & intelligetur secundũ tempus illius verbi.& voluit do.meus Alex. in consi.lix.in 5.volu.inci.casus talis est, ser Iaco. &c.& in cõsi.75.in eod.5.vol.incip.videtur in præsenti consultatione &c.& Raph.cu.in consi.146.in 2.col.incip.Simon Elyas,& Petrus &c.& Raph.ful go.in consil. 94. incip.ex facto proponitur quòd Fanonimus &c.& do.Car.in consil.60.incip.Quagliolos de Bononinis.& Bald.in consi.14.incip.super legatione &c.in secunda parte cõsiliorum suorum.& etiam do.meus Alex.de Imo.in consi.36.in 2.vol.incip.an cessio &c.& in consil.125.in pe. vo. incip.quando valeat testamẽtum & c. & in cõsil.46. in 2.volu.incip.an admittatur &c.& Ang. in consi. 194.incip.de quadam sententia &c.& in consi.260 in 1.vol.incip.de venditione &c. sed ita est, quòd testator ita demum vocat filios dictorum substitutorum,quando alter ipsorũ decesserit vt supra probatum fuit ergo &c. ¶ Accedat pro confirmatione prædictorum elegans doctrina Bar.Bal.& Ioan. de Imo.in l.cum pater.§.a filio.ff.de leg.2. & Bart. in l.post mortem.C.de fideicommiss.& Ang.& Io. de Imo.in l.stipulatio ista.§.inter cætera.ff.de uer. obli.& Ang.in l.ex facto.§. si quis rogatus. el 2. ff. ad Treb.& Sal.combonensis in l.1.in 3. col. C. de

13 hæredibus instituen.ubi † concludunt,quod si aliquis rogatur per fideicommissum eligere potest mortem suam aliquem, non potest ante mortem facere illam electionem, & ei restituere:sed omnino mors expectanda est fideicõmissarii, & ad hoc facit tex.ualde notandus,in l. unum ex familia.circa principium.ff.de leg.2.in uer. relictum a se cum moreretur &c.& in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de leg. j.in ver.nec quidem ex uoluntate eorum posse restituere ante diem fideicommissi cedentẽ &c.& idem probat tex.in l.uxorem.§.Scia.ff.de lega.3.ubi quædam mulier instituit maritum hæredem, & per fideicommissum post mortem ipsius disposuit hæreditatem deuolui ad alumnam suam dubitatur ibi, utrum hæres institutus possit restituere hæreditatem ante mortem:& deciditur ibi, quod non. nam non dicitur secundum uoluntatem testatoris hoc facere.ita ergo dicamus in proposito dictus filius fuit uocatus loco patris prædecedentis,ut patet in uersi.supra allegato ibi prædecedentium,&c. ergo non sumus in casu, quo dicta portio ueniat applicande

canda filio. Nec dicatur mihi, quòd imo sumus in casu fideicommissi restituendi ex eo quia dictus Bertrandus censetur esse mortuus, ut monachus: quia ad hoc respondeo ego, quòd non est mortuus secundum dispositionem testantis. nam in multis habetur pro uiuo: prout late explicant doctores, in authen. ingressi. & in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. & in authen. nisi rogati. & in authē. contra rogatos. C. ad senatusconsultum Trebellianum. cum simi. Itaque ex supradictis apparet dictā uirilem portionem non posse deuenire in personā

14 dicti filij in secundo commorantis. † Superest, ut ostendamus dictam uirilem portionem dicto monasterio applicari etiam non posse & istud profecto certo certius est. nam iura uolunt, quòd licet simplicia uerba ademptionis non sint sufficientia ad priuandum hæredem hæreditate, ut in d. l. militis. §. ueteranus. ff. de testamento militis. Nihilominus per superuenientiam inimicitiæ inter testatorem & hæredem, & hoc propter offensam hæredis, prout est in casu nostro, auferetur sibi hæreditas & applicaretur fisco, si alia non concurrent, quæ supradicta fuerunt, dum tetigi de fisco, prout late habetur in d. l. hæreditas. & in d. l. si sororem. & in l. 3. §. fina. ff. de adimendis legatis. Præterea, si recte cōsideremus, non sumus in præsentia in casu ubi debeamus considerare rationem inimicitiæ, propter quam debeat auferri dicta portio: sed ex alio capite euidentiori, & probabiliori detegitur incapacitas monasterij supradicti. nam non reperitur, quòd testator instituerit unquam dictum monasterium. sed protulit uerba ademptiua, non ut acquisita adimeret, seu iam delata, prout loquuntur communiter iura: sed ademit acquirenda seu deferenda quocunque modo. imo facilius tollitur hæc acquisitio nondum perfecta, nec aliquo modo collata per dictum testatorem in monasterium, quam si iam delata fuisset iuxta. l. fin. C. de acqui. possess. & in c. quēadmodum. de iureiuran. & in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alie. iuris & faciat illud turpius eiicitur, quam non admittitur hospes. ut in d. cap. quemadmodum. extra de iureiuran. Et dato, quòd essemus in casu in quo militaret ademptio, adhuc patet dictum monasterium capere non posse, propter inimicitias existentes inter dictum testatorē & dictum monasterium, quæ inducerent omnimodam ademptionem, secundum ea, quæ supra dixi. Præterea, ex alio capite probatur incapacitas dicti monasterij. nam cessante causa, cessat effectus. cap. cum cessante. extra de appella. l. adigere. §. quamuis de iure patronatus. & sublato fundamento omnia corruunt. 1. q. 1. cap. cum Paulus. & in l. uniuersis. C. qui dari tutores possunt. sed ita est, quòd capacitas dicti monasterij nullo capite seu fundamento alio uel alia ratione perueniret, nisi ex fundamento uel ratione dicti Bertrandi monachi: sed dictus Bertrādus omnino demonstratus fuit esse incapax, ergo est impossibile, quòd acquisiuerit monasterio, data etiam & non concessa capacitate monasterij. quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat. l. si uniuerse. C. de lega. l. traditio. ff. de acquiren. rerum dominio. Quapropter circa monasterium non est insistendum: quia hoc non indiget maxima hæsitatione & minor in hoc cadit du-

15 bitatio, quam in omnibus supradictis. † Restat alia minima difficultas inspectis præcedentibus, ut uideamus si dicta uirilis portio quæ non applicatur fisco, nec Bertrando, nec eius filiis, tam monacho, quam seculari, nec monasterio, saltem deuoluatur ad hæredem pro alio semisse existentem. Nā ex quo portio delata a princi. dicto Bertrando pro cesserat ab alio principali cohærede, uideretur quodammodo ei applicanda per ius accrescendi: sed breuiter determinando hunc ultimum articulum, dico quod non potest acquiri dicto cohæredi, de quo loquimur. nam maior reperitur coniunctio inter istos tres substitutos scilicet Bertrandum, Franciscum, & Antonium, qui coniuncti sunt re & uerbis, quam inter alias personas, de quibus in dicto testamento. cum ergo dicti tres sint coniuncti re, & uerbis præferuntur duo cohæredes cæteris omnibus, per tex. in l. 1. §. ubi autem. C. de caducis tollen. in uer. sin uero pars quædā ex his deficiat, &c. & clare declarat Bar. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. & alii scribentes ibidem, post eum, per illum text. in uer. præfertur igitur omnimodo, qui re, & uerbis coniunctus est, quòd si re tantum coniunctus sit, constat non esse potiorem &c. & sic ibi est casus decisiuus huius dubitationis, ut dixi, non longa eget disputatione. & per consequens apparet dictam portionem delatam esse dictis cohæredibus scilicet Franc. & Anto. ergo mens testantis, etiam si essemus in casu dubio, hoc operatur. Posset etiam non ab re dubitari. utrum hæc portio deferatur uenientibus ab intestato. & in hoc breuiter dicendū est, quòd non: quia quamdiu habet locum causa testati, non potest habere locum causa intestati. l. quā diu. ff. de acqui. hære. l. quamdiu. ff. de reg. iur. l. antequam. C. communia de suc. cum simi. sed in casu nostro datur causa testati. ergo cessat successio ab intestato. & sic de uenientibus ab intestato non est dubitandum. Nunc restat respondere ad aliqua supra in medium adducta circa principium huius dubitationis. & primo non ob. tex. in d. l. hæreditas. & in d. l. cum quidam. & in l. Claudius. & in d. l. Papinianus. §. meminisse: quia potest facile responderi ad omnia prædicta, quòd loquantur in diuerso casu scilicet quando hæreditas aufertur ab hærede, tanquam ab indigno. Vel quando essemus in casu, in quo non reperiretur alius, in quæ testator transtulisset hæreditatem, per gl. illam ualde not. in d. l. hæreditas. cum ibi not. per Paul. de Castr. Secundo non ob. tex. in d. l. 1. §. pe. si tabulæ testamenti nulle extabunt: quia ad illum tex. potest respōderi, quòd ibi testator processit ad actum facti scilicet ad cancellationem totius testamenti: unde non est mirandum, si hæreditas defertur ad uenientes ab intestato: quia testator cancellando totum instrumentum uidetur uoluisse decedere ab intestato & ita illum text. declarant scribentes in d. §. pe. & in d. l. nostrā de testa. & in d. l. hæreditas. Tertio non ob. tex. in l. ex parte. de adimen. lega. quia testator ibi non ademit expresse, sed tacite, procedendo ad aliud testamentum, quod non perfecit, neque dixit hæredem indignum, nec fecit alia requisita ad priuationem hæredis. Itaque non habent obstare iura illa adducta

ta supra in ratione dubitandi, quæ loquuntur in diuersis terminis & casibus: prout plenissime explicant docto. in d. l. ex parte. & in d. l. militis. §. ueteranus. & in d. l. clandius. & in d. l. cum quidam. & in d. l. nostram. de testamentis. Ex quibus omnibus concludo primo, & ante omnia, illam clausulam in stirpes & non in capita &c. non posse referri ad omnia præcedentia. Secundo, quòd dicti tres substituti, scilicet Bertrandus, Franciscus, & Antonius uiriliter intelliguntur esse uocati per testatorem. Tertio quod portio dicti Bertrandi deficiens, non potest acquiri fisco, uel monasterio, uel filio dicti Bertrandi siue monacho, siue seculari, nec etiam cohæredi instituto in primo semisse: sed applicatur dicto Francisco, & Antonio, cohæredibus primo loco substitutis, per dictum testatorem &c.

Et ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques: sacri palatij Apost. aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio: Et in fidē pmissorū ppria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & beato Dominico Amen.

CASVS CONSILII XLI. TALIS EST.

Angelus quondam Symonis Hebreus, habitator in terra plebis, uendidit unam eius domum Christophoro, & eius nepotibus de capionibus, de dicta terra plebis pro pretio inter eos conuento, de quo instrumento dictæ uenditionis latius constat, & apparet: de quo pretio dicti emptores restabant, ut dicitur debitores in certa summa: quam ut etiam dicitur nunquam soluerunt dicto Angelo uēditori, & iam lapsum est decennium a tempore dicti contractus initi inter prædictos contrahentes. Modo dictus Angelus petit residuum prædictū in iudicio. Opponit contra eum inter alia de præscriptione statuti extantis in dicto loco positi sub rubrica de præscriptionibus. quo inter alia cauetur, quòd creditor ex deposito & ex mutuo, & ex quacunque causa, si steterit, per 10. ann. quibus non petierit debitum suum, excludatur: & exclusus esse intelligatur ab omni iure suo, & intelligatur esse sibi satisfactum, & hoc si debitor, uel eius hæres iurauerit eidem fore satisfactum, & prout latius in eodem statuto continetur cuius copia transmittitur. Et si dicti emptores iurarunt fore satisfactum dicto Angelo in totum & per totum, prout apparet ex processu ad uos etiam transmisso. Modo stantibus prædictis, quæritur quid iuris,

SVMMARIVM.

1 *Statutum inducens præscriptionem contra creditorem non petentem debitum, per decem annos, quomodo intelligatur.*
2 *Et, dictio, an denotet causam proximam, an remotam.*
3 *Statuta adaptari debent ad ea, quæ frequenter accidunt.*

CONSILIVM XLI.

Cor mundum crea in me Deus & spiritū rectum innoua in uiscribus meis: in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Pro tanto Clarissime doctor, & in causa & in cæteris iustissime Iudex, mihi maior honorande &c. uidi processum breuem actitatum inter Angelum quendam hebreum ex una agentem, & Christophorum campionum, & nepotes de plebe reos conuentos ex altera, pro resto librarum quingētarum uigintiquinque lib. pro quadam domo, ut dicitur uendita per dictum Angelum &c. & uidi replicationes & triplicationes earundem partium inde factas, & finaliter iudicio meo causa hæc consistit in exceptione præscriptionis opposita per dictos reos conuētos, & per consequens, an sumus in casu statuti positi 1 sub rubrica de præscriptionibus. In † quo breuiter, quia ueritas in paucis consistit, & quia apud sapientem uerba facimus, præsupposita ualiditate dicti statuti, quia de hoc non fit mihi dubitatio. de quo alias scripsi, dico quòd dictum statutum omnino inducit præscriptionem, & eius obstaculū stringit in præsenti casu, & hoc esse uerum probatur ex uerbis prædicti statuti: ponderando diligenter, pꝰ ut debent ponderari in sui prin. nam dictum statutum habet multa capita, & maxime quinque principalia. Primum est, loquens in creditore ex contractu mutui, cambij, depositi, uel pecuniæ datæ ad laborandum, &c. & nos nō sumus in aliquo istorum contentorum in primo capite. Secundum caput dicti statuti est, ibi immediate, in uer. uel ex pmissione facta ex causa cambij, seu emptionis, uel uenditionis alicuius monete, uel alicuius quantitatis, uel ponderis auri, uel argenti, uel aliorum metallorum. Tertium caput est ibi immediate in uer. uel ex causa alicuius, artis, uel mercantiæ, uel rei mobilis &c. Quartum caput in dicto statuto est in 2 uer. uel ex locatione bonum &c. Quintum † caput est ibi, uel ex compromisso uel alicuius mercantiæ uel rei mobilis &c. Sed in secundo capite nos sumus. nam sumus in promissione facta alicuius quātitatis, ex causa uenditionis, prout statutum prædictum disponit. nam illud uerbum ex promissione factum &c. regulatur & iungitur cum illis uerbis alicuius monetæ, uel alicuius quantitatis, uel ponderis

deris auri, uel argenti, uel aliorum metallorum: & istud est secundum caput statuti prædicti &c. & illa dictio denotat tamē immediate, iuxta no. per Bar. in l. 3. §. ex incendio. ff. de incendio, rui. & per dominum meum Alex. de Imo. in consi. 49. in ult. col. in 3. uolu. incip. uiso processu prima consideratione &c. & Pau. de Cast. in consil. 41. incip. uisis actis &c. & in consi. 161. inci. in præsenti causa in 5. col. & Rapha. Fulg. in consi. 13. incip. circa primum cō sultationis, &c. & per eūdem dominum meum Alexan. in consi. 56. in 5. uol. incip. Aldrouandus testamentum &c. in 1. col. & in consi. 61. in pe. col. in eodem 5. uol. inci. uiso processu causæ uertentis inter Gasparem &c. & Ang. in consi. 110. incip. sanctissima & illustrissima regina &c. & illustris do. Franc. Are. in consi. 158. incip. uiso puncto ad me trāsmisso &c. nam omnes iste promissiones de quibus in hoc statuto, possunt concurrere, & postmodum attēdimus causam immediatam dictæ promissionis: ut dicamus ex promissione facta dictarum rerum uel alterius earum, ex causa cambii, seu emptionis uel uenditionis, &c. quæ causa immediata est illa, quæ est præambula & est uera origo promissionū. non autem illa uerba alicuius monete uel alicuius quantitatis uel ponderis auri, uel argenti, uel aliorum metallorum &c. debent construi uel iungi cū illo uerbo uenditionis. nam hoc modo intelligendo non seruiret nobis dictum statutum ita, sicut seruit, intelligendo & iungendo illud uerbum, promissione, facta cum illis uerbis alicuius monetæ uel alicuius quantitatis &c. Præter ea † magis frequenter contingit fieri promissiones alicuius monetæ, uel alicuius quantitatis, uel pōderis auri, uel argenti, uel aliorum metallorum, &c. quam quod uendatur uel moneta, uel aliqua quantitas, prout sonaret dictum statutum, si iungeretur illud uerbum, uenditionis, cum illo uerbo, alicuius monetæ, uel alicuius quantitatis &c. unde leges adaptantur & statuta ad ea, quæ frequentius accidunt l. ad ea cum si. ff. de legibus. Præterea, si aliud diceremus, sequeretur quòd creditor rei sibi uenditæ, quā do res immobilis foret uendita, non excluderetur a dicto statuto: quod est inconueniens. nam si deponēs priuatur dominio rei suæ, deposita re elapso decennio, interueniente iuramento, & aliis requisitis a dicto statuto, multo magis debet excludi emptor, qui emit rem immobilem, si stat per decennium, quo non agat ad rem uenditam: nam de maiori præiudicio tractat deponens, quam emens maxime ubi pecunia sua soluta non fuisset. Dicamus ergo quòd statutum prædictum hoc modo legi & construi debet, quòd si creditor ex promissione facta alicuius monetæ, uel alicuius quātitatis, uel pōderis auri, uel argenti, uel aliorum metallorum, ex causa cambii, seu emptionis & uenditionis steterit per decennium, &c. non possit petere interueniente iuramento, secundum formam dicti statuti. & iste iudicio meo est uerus intellectus ad statutum prædictum, si bene consideretur, prout non dubito intelligere M. v. cui me necnon iustitiam huius pauperrimi uiri commendo, & quæ bene ualeat, ne que commendari dignetur R. in Christo patri, & domino d. de rouore. d. & protectori & affini nostro singularissimo Episcopo Ferrariensi &c. Laus Deo amen.

Et, ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & æques sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis, & Christianissimi Francorum regis consiliarius: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. In quorum fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XLII. TALIS EST.

Manuel hebreus mutuauit dominæ Ethoræ, super certis bonis mobilibus libra centum, quinquaginta de mense Aprilis anni 1476. Itē, postea de mense Maij dicti anni mutuauit super certis alijs bonis mobilibus ducatos centum auri, pro quibus pecunijs decurrebant vsure iuxta morem Hebreorum, & formam capitulorum sibi concessam per M. regimina ciuitatis Bono. Cum præfatus Manuel tenuisset dicta pignora vsque ad medium mensem Iulij. & sic vltra vnum annum, & super eis decurrissent vsure. Et instaret iam tēpus infra quod ipse Manuel posset procedere ad faciendum fieri cridas super reluitione pignorum, & alias posset ipsa pignora uendere, prout facere intendebat ipse Manuel: quia sibi videbatur, quòd non esset bene cautus de dictis pignoribus. Præfata domina Et hora procurauit, & etiam Albertus Parisius, qui erat ad cō clusionem faciendi quendam mercatum cū filiia dictæ dominæ Ethoræ de emendo ab eis, quandam suam possessionem deberet facere exbursari libras ducentas dicto Hebreo, vt illas teneret in depositum pro aliquibus diebus. Et quòd interim non currerent vsure, pro concurrenti rata pecuniarum mutuatarum, per ipsum Manuelem super pignoribus ipsius dominæ Ethoræ, & sic conclusi ue deuentum fuit ad exbursationem pecuniarum per manus Turdini de comptis campsoris, sub modo & forma, & cum conditionibus, de quibus dicitur in scriptura librorum dicti Turdini: in quibus libris continetur postea & partita tenoris infra scripti. Quæ ad instantiam dictæ dominæ Ethoræ fuit producta & approbata in curia mercatorum.

1487.a di. 13. de Luglio.

SEr Alberto de ser Piero Parise, canceliero, discedese da Bologna de dare a di 14. de Iuglio. lire docente de quatrini. e per lui a li heredi de M. Antonio di Micheli da Siena & per loro a Manuel Hebreo tiene Bancho de drieto ala casa di ram puni. liquali denari li habiano depositati apresso de lui ricontro deli denari, ha prestato sopra pigni ali dicti heredi ouero de madona Ethora sua matre, & tanto che li lassino de dicti denari, non de tore pro alcuno quanto a la somma predicta: e a mi Turdino a me promesso restituere dicti denari a ogni mia volunta dandoli tempo octo di o vero al dicto ser Alberto, & cussi de fare creditore, el dicto ser Alberto o mi Turdino da cordo quanto e dicto desopra e questo e per alcuni contracti, se hanno a fare cum dicti heredi. e ser Alberto facendolo di bono acordo tali denari hauerano a remanere al dicto Hebreo porto lui contanti. Non reperitur, quod in libris Manuelis fuit facta mentio de dicto deposito. sed reperitur in libro ipsius post diem dicti depositi ad unum mensem vel circa, quædam scriptura ex opposito & seu prope dictam partitam mutui centum ducatorum, quædam scriptura manu dicti Manuelis huius continentiæ: Et in alia parte in libro dicti Manuelis est facta mentio, quòd omnia dicta pignora fuerunt vendita de mense Nouembris anni Mcccclxxx. Apparet etiam confessio & attestatio facta per Turdinum in hoc iudicio, quòd ipse Turdinus & ser Albertus infra unum mensem, postquam fuit factum depositum, per dictum Turdinum, de quo dicitur in dicta posta librorum dicti Turdini dederunt commissionem ipsi Manueli, quòd posset ponere ipsas pecunias ad computum pignorum dictæ dominæ Ethoræ. Modo petitur, pro parte dictæ dominæ Ethoræ, quòd filij & hæredes Manuelis debeant restituere dictæ dominæ Ethoræ dicta pignora pignorata pro libris centum quinquaginta, pro eo, quod asseritur dictas libras ducentas exbursatas in deposito., ut supra suspendisse cursum usurarum, pro dicta posta libr. centum quinquaginta. Et quod cum iam habuerint effectum dicti contractus inter hæredes d. ser Alberti, & hæredes dicti domini Anton. de Michaelis, intendit dictas libras ducentas cedere ad satisfactionem dictarum librarum centum quinquaginta mutuatarum, ut prædictum est usurarum, quæ decurrerunt a tempore factæ dictæ pignorationis, usque ad tempus facti dicti depositi. Inferendo quod propterea dicti filii & hæredes manuelis teneantur restituere pignora, aut pretium, & æstimationem pignorum, una cum residuo dictarum librarum ducentarum, deductis dictis libris centum quinquaginta, & usuris decursis pro d. tempore. Opponitur pro parte hæredum Manuelis, quòd pecuniæ, quæ fuerunt depositæ pro tempore, quo steterunt deposito, censentur stetisse pro utraque partita pignorum pignoratorum, videlicet libr. 100. quinquaginta in una parte, & ducatorum centum in alia parte, de quibus supra. Ita, quòd non censentur positæ ad unam postam solum: sed ad ambas & ad suspendendum cursum usurarum, respectu utriusque partite pro concurrenti rata. Et attento, quòd indefinita fuit locutio facta in postea, & parti dicti Turdini, dum dicitur Arinchontro de dinari ha prestato sopra pigni a dicti heredi o vero de madona Ethora sua matre e tanto cheli lassino dicti denari non de tore pro alcuno quanto ala somma prædicta. Ita, quòd uerba prædicta sonant dictas pecunias fuisse datas pro utraque partita, & ad impediendum cursum usurarum pro concurrenti rata. Et si sic est, quòd istæ pecuniæ fuerint positæ ad computum utriusque partite, domina Ethora remansit debitrix super pignoribus pignoratis inter sortem, & usuras, tunc decursas in quantitate libr. trecentarum quinquaginta. Et ultra deductis dictis libris ducentis. Itaque cum omnia dicta pignora remansissent obligata pro dicto resto, & residuo respectu utriusque partite: Et postea fuerint retenta dicta pignora per tres annos, & ultra. Ex quo cum præcesserint postea cride super exactione pignorum, & domina Ethora non redemerit, potuerunt ipsa pignora uendi, & alienari per Manuelem, prout uendita fuerunt. Imo si pars aduersa inferret pignora, non fuisse uendita non competeret sibi ius petendi pignora nisi oblata pecunia residui sortis, & usurarum, quæ decurrissent tempore postea decurso, usque ad præsens. Quat. domina Ethora uelut infert, quòd ipsæ libræ ducentæ semper steterint in depositum secundum ordinem scripturæ dicti Turdini usq; ad tẽpus moti iudicij: quo ipsa domina

Ethora Infert se relapsare dictas pecunias ad computum dictorum pignorum. Item, allegatur pro parte filiorum Manuelis, quòd re vera pecuniæ prædictæ dictarum librarũ ducentarum fuerunt infra mensem post dictum depositum liberate per dictum Turdinum, & positæ ad computum vtriusque partite dictorum, pignorum prout cantant uerba libri dicti Manuelis, de quibus supra dictum est. Et quòd ipsis libris stari debet, & dari plena fides, iuxta formam capitulorum concessorum dictis Hebreis per M. reginima ciuitatis Bono. Et etiam maxime attento quòd cõcurrit attestatio Turdini, qui confitetur se, & ser Albertum dedisse commissionem Manueli ponendi ipsas pecunias ad computa pignorum dictæ dominæ Ethoræ. Itaque concurrente fide librorum, & testimonio prædicto posit inferri, quòd dictæ libræ ducentæ fuerunt solutę ad computum vtriusque partite, & quòd remansit debitrix domina Ethora in dictis libris ducentis supra, & sic in quãtitate librarum trecentarum quinquaginta & vltra. & quòd sic postea decurrerint vsure per tres annos, videlicet vsque ad tempus dictæ factæ uenditionis ipsorum pignorum. & quòd respectu dicti residui fuerint retenta dicta pignora, usque ad dictum tempus & postea potuerunt uendi. Allegatur etiam, quòd attento, quòd decurrit tempus decennij nõ solum a tempore pignorationis, quæ fuit facta de anno. 1486. sed etiam a tempore, quo fuit factum dictum depositum. Ita, quòd cũ potuerit continue domina Ethora pro sua uoluntate petere dicta pignora sibi restitui, intelligatur fuisse inductam præscriptionem decennij per statutum. Præsertim, cum ipsi filij & hæredes dicti Manuelis iurauerint ipsi dominæ Ethoræ fuisse satisfactum per Manuelem de omni eo, de quo appareret aliquo tempore fuisse debitũ ipsi dominæ Ethoræ de his, quæ modo petuntur. Ex opposito, quo ad præscriptionem allegatur, quod non comprehendit iudeos, qui non possunt iurare contra Christianos. Ita, quòd uerba statuti restringantur ad habiles, & quòd per consequens non comprehendat Hebreos, qui iurare non possunt ut prædictum est. Et etiam quòd cum ipsi sint hæredes, & inferant per eorum iuramentum satisfactionem factam per Manuelem, ꝙ non possunt iurare de facto alieno. Replicatur, ꝙ per capitula cõcessa Hebreis per M. reginima ciuitatis Bono. ꝙ possunt ipsi hebrei libere licite & ĩpune exercere vsuras in ciuitate Bononiæ, & in quibuscunque, & tam in agendo, quam in defendendo: & in conueniendo alios, & esse conuẽtos. & tam in grauando, & grauari faciẽdo, quam esse grauatos pro ciuibus: & ut ciues & habitatores in ciuitate Bononie haberi, & tractari debent nõ ostantibus quibuscunq; iuribus statutis & prouisionibus &c. Ex quibus uerbis uidetur inferri, ꝙ quantũ est respectu sectæ iudaice tollatur obiectũ, dũ cõceditur, ꝙ pro ciuibus & ut ciues habeantur & tractetur. Itẽ quo ad maculã exercitii usurarũ tollatur obiectũ, inquantũ permittitur: qđ libere, licite, & impune possint exercere usuras. itẽ, & quod cum eis concessum sit, ꝙ libris & scripturis suis adhibeatur fides: in quisius interuenit iuramentũ. longe magis ergo uidentur habilitati, ut possint præstare iuramentũ, qđ requiritur per statutũ etiã ad probationẽ suis iuris cõtra Christianos. Stãtibus igitur prædictis, quæritur an dictum depositũ, de quo dicitur in scriptura dicti Turdini, de dictis libris ducentis attẽta dispositione dictæ poste, cedat ad computum vtriusq; partite ꝓ rata. Et quòd cursus vsurarum utriusque partite censeatur esse suspensus, an uero fuerit, & sit in facultate dominæ Ethoræ declarare aliter dictam partitam, & uelle quòd cedant ad computum dictæ postæ libr. centum quinquaginta. Quod non uidetur, attenta indiffinita locutione ipsius poste, & attento quòd Turdinus & ser Albertus fuerunt illi, qui deposuerunt. & in quorum potestate erat dictum creditum, & illi dare legem prout eis placuit. Item, an attento, quod fuerat in potestate Turdini recipere pecunias dicti crediti, pro sua uoluntate: ut sonant uerba dictæ postę, stari debeat dicto & testimonio suo; quòd ipse liberauerit ipsas pecunias dicto Hebreo: concurrente etiam quòd libris Hebreorum datur fides, prout creditur libris Christianorum, secundum formam capitulorum dictorum Hebreorum. Item, siue dictæ libræ ducentæ steterint in depositum, siue cesserint in solutionem, dummodo ad computum utriusque partite pignorum debuerint poni, ut supradictum est: si attento residuo debiti dominæ Ethoræ quod restabat, pro utraque partita, potuerunt ipsa pignora vendi, & alienari post lapsum termini, & post factas cridas, secundum formam capitulorum: quod uidetur satis transire sine difficultate, quòd pro tali residuo potuerit fieri talis uenditio. Item, & ultimate, attento statuto de præscriptionibus, in quo dicitur ꝙ creditor præscriptione

decennij,

decennii, a petitione debiti excludatur, si ta lis præscriptionis exceptio opposita fuerit per debitorem quo casu agens ulterius non audiatur. Si iurauerit debitor, uel eius hæres, uel fideiussor, uel alius a quo peteretur debitum, quod petitur fuisset solutũ uel de eo satisfactũ creditori, uel nõ fuisse sibi, uel ei, cui successit, aut ꝑ quo fideiuissit. seu pro quo dicitur obligatus, datum, factum, uel solutum id, quod petitur: possunt ipsi filii & hæredes dicti Manuelis admitti ad exceptionem dictæ præscriptionis, & ad iurandum, quòd pater suus satisfecerit.

SVMMARIVM.

1 *Liceat, verb. an denotet liberam facultatem, uel arbitrium boni viri.*
2 *Solutio an possit poni magis ad vnam causam, quam ad aliam, per ipsum soluentem.*
3 *Hebreorum libris & scripturis, an & quando fletur.*
4 *Vsuras exercere, an sit mercantia.*
5 *Sicut, verb. quomodo accipiatur.*
6 *Exceptio decennalis inducta a statuto, an prosit opponenti, si est hebreus, attento quod requiritur iuramentum in tali casu.*
7 *Hebreus an sit habilis ad iuramentum, & per quam legem. Et quomodo debet iurare contra Christianos: & testificari. nu. 8. 10.*
9 *Christianus an possit uti præscriptione contra Hebreum.*
10 *Hebreorum decretum, concedens facultatem uendendi pignus post certum tempus, an pignus sit statim eius, & possit petere usuras.*
11 *Partis appellatione, an intelligatur de dimidia.*

CONSILIVM XLII.

Cor mundum crea in me

Deus & spiritũ rectum innoua in uisceribus meis: in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in mediũ afferre ualeam. Pro tanto, viso puncto mihi porrecto necnon uisis partitis librorum tam spectabilis uiri Turdini quam Manuelis Hebrei, & uisis & consideratis exceptionibus & replicationibus hinc inde pro utraq; parte factis. Obmisso multiloquio, prout mei moris est, cum ueritas in paucis consistat, dico ꝙ dictæ libræ ducentæ solutæ & exbursatæ: quæ primo suspenderũt cursum usurarum, ꝑ certũ tempus, & ex post cesserunt in solutionẽ sortis & usurarum: operatæ fuerunt indubitanter illam suspensionem cursus dictarũ usurarum, non solum habito respectu ad pignus cl. li. sed habito respectu ad ambo pignora scilicet ad pignus bonorum, super quibus habite fuerunt 150. lib. de anno Mcccclxxvj. de mense Aprilis. Et etiam ad pignus aliorum bonorum, super quibus habiti fuerunt centum ducati de eodem anno: sed de mense Maii: & sic omnino dictæ libræ ducentæ respectu impedimẽti cursus usurarum steterunt, & habuerũt effectũ pro rata vtrinsq;, & hoc non potest negari. nam si vellemus cõsiderare tantum prima pignora data de dicto mẽse Aprilis die. 4. pro lib. cl. excedebant eam summam, & adhuc supererant li. l. quæ cedebant ad impediendum cursum usurarũ pro ea quantitate, quo ad aliud pignus factum pro centum ducatis. cum non fuerit factũ depositum nisi ad solum eum finem: ut non currerent usure pro ea quantitate li. cc. prout sonat scripta dicti Turdini i uer. etãto che li lasino li dicti denar. &c. unde quo ad hunc finem impedientur sors usurarum, necessarium est dicere, ꝙ dictæ ducentæ libræ respiciant utrunque tempus: cum tempore depositi solum de hoc actum fuit. & hoc scriptũ prædictũ aperte sonat, & cantat, & neutra pars negare potest. ex quo primo resultat tẽpus, ponat quæ ad extinctionem sortis, ut infra patebit. Sed dico, ꝙ etiam dictæ ducentæ libræ respectu extinctionis sortis stant & steterunt pro rata, ad utrunque pignus, quod probatur. primo ex scripto dicti Turdini: dum dicitur in eo liquali de nari li habiano depositati appresso de lui ariucontro de dinari ha ꝑstato sopra pigni a li dicti hæredi. o uero a madona Ethora sua matre. &c. Quæ uerba sonant expresse in plurali numero, ut uideri potest, non autem in singulari numero. ergo respiciunt & respexerunt utrunque pignus, eo primo respectu, suspension e cursus usurarum, & hoc negari non potest. & vbi uerba clara sunt, non est opus interpretatione, vel coniecturis. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. 3. sed & respectu extinctionis, cum in fine dictæ scripturæ Turdini dicitur che li dicti denari hauerano a remanere al dicto Hebreo &c. & sic necessario infertur quòd pro ratis iam ordinatis. Secundo ad idem considero quia a die dictarum pignorationum ad diem dicti depositi facti de lib. ducentis fuit inter medium certum tempus, ut patet ex partitis Turdini, & Manuel, & libris prædictis & earum diebus. Quo casu tunc arguitur a sufficienti partitium enumeratione quod argumentum ualidum est in iure: ut in §. actionum. insti. de acti. & in l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui uel alie. iuris. nam dictus Manuel creditor, si dicimus ꝙ potuisset uendere dicta bona pignorata, secundum formã & tenorem suorum capitulorũ, tam antiquorũ, quã nouorũ sibi, & aliis Hebreis iamdiu cõcessorũ. elapso primo anno, & tribus mensibus, ut patet in capitulo incip. itẽ, ꝙ elapso anno, & tribus mẽsibus &c. quod cũ non fecerit, prout potuit non facere, cum hoc sit, & esset in eius facultate, & bailia & potestate, ut probatur in eodem met capitulo, in uer. † liceat eisdem &c. quod uerbũ liceat, denotat liberam facultatem. ut in l. ex parte. §. filius. ff. fami. hercis. & in l. nulli licere. & in auth. licentia. C. de episc. & cle. & posuit Albe. de rosa. in suo dictionario i uerba licet, & in uerbo licẽtia, &c. cũ si. qđ cũ nõ fecerit, sed tenuerint ambo ea pignora per certũ tẽpus, semper dietim & mensuatim cucurrerũt usure illucusq; & etiam negari nõ pôt. in quibus omnibus etiam accessit consensus debitoris, qui ex post fecit soluere dictas libras ducẽtas, pro deposito, de quo supra ad eum tantũ finem, ꝙ quo ad duraret dictum depositum, non currerent usure

 prædictæ:

mercatorum, dicam quod non curamus in his, de approbatione: cum iste qualitates requisitæ circa approbationem, non conueniunt in libris Hebreorum: sed quod sint scripti eorum manu: prout supra dixi. Vel & tertio melius dicamus, quod illa uerba, prout libris Christianorum &c. stant augumentatiue & 5 ampliatiue ibi, non autem restrictiue. Et ita † est hic. nam uerbum, sicut &c. stat similitudinarie quo ad fidem habendam & adhibendam: & sic dicti domini concedentes ea capitula uidentur ea intellexisse secundum sua propria statuta & ordinamenta verbum, sicut, augumentatiue proprie in terminis nostris. & ita uere sonat illud capitulum in finalibus verbis, prout libris Christianorum fides adhibetur & cæt. Sed non quo ad approbationem, & ad alias qualitates mercatorum, quæ non conueniunt Hebreis: vt supra dixi. & per consequens prædictum capitulum Hebreorum magis respicit Christianos & libros Christianorũ in uniuerso seu generali, quã in particulari, & in specie respectu mercatorum tantum: cum ea qualitas mercature non conueniat Hebreis: vt in d. l. quæsitũ. in §. sed & ipse de fundo instru. cum aliis supra deductis. unde cũ magis possunt cõuenire Hebreis aliæ qualitates Christianorũ scriptorum in genere, quã Christianorum mercatorum scriptorum in speciei & maxime, respectu librorum, de quibus libris principaliter agitur, quã de psonis. & nihil habent commune ordo & modus librorũ mercatorũ, cum libris Hebreorum. capitulum prædictum, dicens sicut libris Christianorum &c. intellexit de Christianis simplicibus: cum quibus magis conueniunt Hebrei, & libri Hebreorũ: quã cum mercatoribus, & libris Christianorum mercatorum. cum quibus conuenire non possunt. imo omnino discrepant: & cum quibus conuenire non possunt, respectu artis omnino contrariæ. & dissimilis. & ita uere sonat il 6 lud capitulũ in fi. † Præterea, considero aliud ad fauorem dicti Manuelis, vel eius hæredũ, quia dato quod prædicta non obstarent, quæ uere obstant, & stringunt pro uictoria eorum: tñ adhuc ob. exceptio pscriptionis decennalis inducta ex forma statuto- 7 rum cõis Bon. quæ stat. Nec † obstat, quod dicitur per partem aduersam, quod istud statutum non habet locũ in Hebreis, cũ requiratur iuramentum ex parte debitoris, uel eius hæredis, dicentis solutionem esse factam. quod iuramẽtum nõ cadit in Hebreis &c. Quia adhoc ego respõdeo, quod non reperio, quod Hebrei prohibeant iurare in casu, de quo nos in præsentia agimus. Sed bene prohibetur iurare ad finẽ testificandi inter Christianos, & contra Christianos: vt per Spe. in 2. de teste. §. t. uer. item, quòd est iudeus &c. & per Bal. in l. qui accusare. C. de eden. & per gl. & Bal. in l. quoniã. C. de hære. & per Ang. in §. 1. in aut. iusiur. quod præsts. ab his. Sed nos nõ loquimur in casu illius testificationis; sed in alio casu pœnitus diuerso. imo loquimur in casu, in quo vult se primũ releuare. & non tertium. unde magis tolerari debet ut iuret pro se & in causa sua, quã p tertio, & in præiudiciũ tertii, cum quibus nihil habet agere. & ita pcedunt ea, de quibus supra. & in 8 quibus conatur initi pars aduersa. † Vel & secundo dico, quod non est uerũ, quod iudeus indistincte prohibetur a iurando & testificando cõtra Christianos sed tunc demum quando ex diuerso sunt alii testes inrati, & examinati qui sunt honesti & idonei. nam tunc non põt iudeus admitti in contrariũ. alias aũt admittitur etiã ad testificandũ, contra Christianũ ita uoluit Bal. multũ no. in additio. Spe. in tit. de accusa. in uersi. infamis &c. Insuper dicebat Ioan. de Imo. in suo consi. ult. inci. additio per me facta &c. quod iudeus potest testificari, & iurare, contra Christianum, quando aliter res probari nõ potest. Præterea in casu statuti de quo agimus non est dubitandum Hebreum admitti debere ad iurandum. 9 cum † & Christianus sine dubio posset allegare præscriptionem, & iurare contra Hebreum: iuxta & secundum dispositionem dicti statuti. ergo idem debet esse econtra in iudeo: ut lex sit æqua & uniuersalis, & non claudicet, iuribus uulgaribus, quod iuramentum Hebreo debet præstari. uel per legem Moysi: uel per Deum: secundum Bar. in l. iusiur. §. ait prætor. ff. de iureiu. in fin. vel per decem pcepta legis diuine per l. si quæ. C. de iudeis. uel per pstrẽ omnipotẽtem sabaoth. uel per deum qui apparuit Moysi. in rubro. vel per uerum adonai patrem, iuxta not. in c. moner. 22. q. t. & in cap. deniqne. vij. q. 1. & in c. licet. extra de elec. & probatur Deuteron. 28. cap. & per Specu. in titu. de iuramento calum. §. restat in verb. penulti. & not. in cap. & si Christus extra de iureiurand. Plus dico quòd si Hebrei iurarent per Christianum, tenerentur seruare, nec peccaret Christianus recipiens tale iuramentum ab eis: ut not. in d. c. & si Christianus. & uoluit Bar. in 1. consti. fforum. in prin. per text. in d. c. mouet. 22. q. t. Et per consequens in proposito concludo, quòd hæredes dicti Manuelis, possunt & debent admitti ad iurandum secundum formam prædictam, in casu statuti positi sub rubrica de præscriptionibus. quod statutum uẽdicat etiam locum in eis, sicut in Christianis. Pro quibus facit elegans decisio Ioann. de Imol. in suo consil. 20. incip. in casu proposito, considerãdum uidetur, &c. ubi dixit, 10 quòd licet † iudeus non possit iurare, ut testis cõtra Christianum regulariter tamen admittitur ad iurandum contra Christianum in materia l. si quando. C. unde vi. secundum tamen not. ibi per eum, & sic admittitur ad iurandum contra Christianum limitatiue: dummodo non ueniat, ut nudus testis: prout est in casu nostro: in quo uenit, ut pars. & ut debitor ad se liberandum, & non pro tertio, uel cõtra tertium. Præterea possumus dicere quòd sumus in casu, in quo res non potest probari alio modo: unde etiam si esset testis admittitur per not. per Io. de Imol. in d. con. ulti. inci. ut supra dixi. Vltimo ad fauorem hæredum dicti Manuelis facio vnã considerationem multum notandam ad propositum. nam allego unam not. theoricam Pau. de Cast. in consi. 213. incipien. si dicta pignora fuerunt uendita, &c. maxime in t. col. in fine. ubi singulariter 11 uoluit, quòd ubi † Hebreus potest uendere pignus ex pacto, uel ex lege, post certum tempus, prout est proprie in proposito nostro, quam primum lapsum est illud tempus: licet Hebreus non uendiderit: tamen non potest petere usuras, quia secundum eum, lapso illo statuto tempore, pignus

 est

tionibus æqualibus, non tamen prohibita alienari, prout fuit domus prædicta. Demum succedente tempore cum dictus Ioãnes Frãciscus satis oneratus fuisset pro reparatione causæ dicti molendini, pro qua manutenenda & seruanda fuit necesse exponere maximam pecuniæ quantitatem, deuenit in paupertatem adeo, quòd propter necessitatem suam & familiæ, uendidit dictam domũ Ant. & fratribus de Castello, qui erant de domo illorum, de Castello: non tamen fratres d. Io. Franc. irrequisitis fratribus suis. & ꝑ precio quatuor mille librarũ de argento Bononiensium. Postea succedente tempore, mortuus est dictus Io. Franciscus, qui alienauit domũ prędictam relictis ex se Thoma & Lelio, eius filijs legitimis & naturalibus: qui hæreditatẽ paternam adiuerunt cum beneficio legis & inuentarii. & ex ea hæreditate perceperunt aliquos fructus. Nunc autem, ut descendentes dicti ser Iacobi de Castello, aui eorũ paterni, petunt dictam domum, vt fideicommissariam & prohibitam alienari: & ut priores in gradu ob mortem dicti Ioan. Francisci eorum patris. & ita egerunt & conati sunt probare multa & maxime, ꝙ eorum pater non erat pauper, imo erat diues. Opponitur contra eos per dictos Antonium & fratres de Castello, emptores & reos conuentos, quòd non debent illi admitti, cum dicta domus & si prohibita sit alienari: tamen alienata fuit ob necessitatem & paupertatem dicti eorũ patris. & prout latius dicitur constare ex processu inter eos agitato, in quo ũnusquisq; conatus est ꝓbare intẽtionẽ suã. s. dicti actores diuitias, & dicti emptores rei cõuẽti paupertatẽ dicti Io. Fran. alienantis dictam domũ. Quibus stantibus, modo quæritur q̃d iuris.

SVMMARIVM.

1. *Alienatione prohibita inter filios, per patrem, quomodocunque, & in perpetuum, an dicti fratres possint inter se diuidere dictam rem prohibitam alienari.*
2. *Alienatio uoluntaria, & necessaria, an differant.*
3. *Communia, communiter negligi solent.*
4. *Res prohibita alienari, an possit necessitate instante alienari, & pro redemptione hæredis prohibiti.*
5. *Res prohibita alienari extra familiam, an possit alienari per vltimum de ea familia, quando nullus alius superest.*
6. *Alienatio facta in casu necessitatis, an duret etiam post mortem alienantis, an solum eo uiuo.*
7. *Res prohibita alienari, an possit alienari propter debita testatoris prohibentis.*
8. *Res semel alienata, an efficiatur alienabilis semper. Et sic de intellectu l. pater. §. 15. ff. de leg. 3.*
9. *Fideicommisso, an & quomodo licitum sit renunciare, & fauori pro se introducto. Et quomodo hoc procedat.*
10. *Res prohibita alienari indistincte extra familiam, vel nõ requisitis illis de familia, an differat. & nu. 15.*
11. *Hæres an prohiberi possit uenire contra alienationem factam per defunctum, a quo precepit aliquem commoditatem.*
12. *Dispositionis ratio, an magis attendatur, quam ipsa dispositio.*
13. *Heres, an & quando possit uenire contra factum defuncti, etiam in re propria, per eum alienata. & nu. 16. 17*
14. *Intellectus l. peto. §. fratre. ff de leg. 2. cum alijs iuribus loquentibus in materia prohibitionis alienationis in testamentis, & alijs dispositionibus.*

CONSILIVM XLIII.

Cor mundum crea in me Deus & spiritũ rectum innoua in uisceribus meis: in præsenti consultatione ea, quæ iuri & uernati consona sunt, in mediũ afferre ualeam. Viso igitur puncto mihi porrecto, necnon visis & diligenter ponderatis uerbis testamenti & codicillorum nobilis uiri olim ser Iacobi de Castello, & omnibus ad rem hanc facientibus mature pensatis. Obmisso (prout mei moris est,) cum apud sapientem uerba facio multiloquio, breuiter† dico ꝙ alienatio facta 1 per dictum Io. Franciscum unũ ex filiis hæredibus domini testantis Ant. & fratribus de Castello, omnino ualet & tenet, semper ualuit, & tenuit: & non potest per Io. Francisci filios aliquo modo reuocari. Ad quod ostendendum præsuppono pro intelligentia dicendorum aliqua. Et primo, ꝙ prima alienatio facta inter dictum Io. Franciscum, & alios cõfratres cohæredes suos, qui in diuisionem bonorũ paternorum adiudicarunt seu assignaruut sibi pro parte sua dictã domũ, & quoddã molendinũ: vt patet ex contractu diuisionis inter dictos fratres inite, absq; dubio, ualuit, & tenuit. Nã hæc prima alienatio & adiudicatio facta, in eũ per fratres suos, ualuit uigore dispositionis expresse factæ per dictũ ser. Io. in codicillis suis, in uer. quia ualuit iussit & disposuit ipse ser Ia. per præsentes suos codicillos, ꝙ quamuis alienatio dictæ domus fuerit & sit ꝑ ipsum prohibita, modo & forma, & ex causis, de quibus, & prout in dicto legato fit mentio. liceat tñ ipsius descendentibus, & descendentium descendentibus vsq; in infinitũ, de quibus in dicto legato fit mentio posse inter seipsos duntaxat: uidelicet, vni duobus aut pluribus ex ipsis descendentibus, dictã domum in totum, uel pro parte alienare & ex causa diuisionis dare, assignare, & iudicare, quantũ est solum, & duntaxat inter ipsos descendentes usque in infinitum &c. Et idem comprobauit ipsemet disponens in finalibus uerbis eorundẽ codicillorũ in ver. ꝙ quilibet ex eis, ad quẽ. vel ad quos dicta domus in totũ vel ꝑ parte aliqua vsq; in infinitum peruenirẽ & trãsferri, siue ex alienatione obligatione, aut diuisione inter ipsos dũtaxat: ut supra fieri ꝑmissa &c. Secundo ꝓsuppono aliud, ꝙ dato ꝙ prædictus testator non permisisset alienationem

 prædi-

prædictã inter eos deſcẽdentes &c. prout expreſ-ſe fecit: tamen talis alienatio valeret de iure communi,& dicti fratres inter ſe hæc facere potuiſſent l.voluntas.& hoc ibi voluit Barto.Bald. & communiter alij.C.de fideicommiſſ. & ſcribentes ibi poſt eos.& l.pater.§. quindecim. vbi bonus text. & ibi etiam voluit hoc Bart. ff.de lega.3. & Bartol.in l.ſi mihi & Titio. ff.de verbor.obligat.& Barto.in l. ſi domus in §.fin.ff. de lega.j.vbi infuerunt doct. de feudo vel emphyteuſi diuidenda inter fratres, ſine licentia domini, cum non ſit proprie alienatio, quod valet. quod vltimum an ſit verum, non attingo nunc,ne exeamus meſſes noſtras. Tertio† præmitto, quòd longa differentia eſt quando res eſt prohibita alienari: inter alienationem neceſſariã & voluntariam; vt habetur in l. cum pater. §.cum inter. ff. de legat. 2. & etiam in l. pater in §. Iulianus Aggrippa. ff. de lega. 3. Et notant Iacob. de Areti. Din. & etiam Bartol. in l.peto.§. fratre. per illam glo. ibidem. ff. de legat. 2. & in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verbor. obliga. & Bal. in l. ea lege. in 6.col. C. de cond. ob cauſam. & Angel. Imol.& Paul.de Caſt.in d.l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verbo. obliga. Quarto aliud præmitto, quòd dictus teſtator in fideicommiſſo prædicto in ſuo teſtamento facto, & etiam poſtea in codicillis repetito conſiderauit ſemper gradus prærogatiuam, vt patet dũ loquitur de deſcendentibus ſuis.in verſic.in infinitum, ordine legitimo & ſucceſsiuo, &c.& in verb. ſalua ſemper proximioris gradus prærogatiua &c, & idem fecit dum loquitur etiam de agnatione ibidem. Et finaliter idem fecit in codicillis, dum loquitur de deſcendentibus naturalibus tantum; vt patet in ver. ſalua ſemper proximioris gradus prærogatiua &c. & in hoc etiam cõformauit ſe dictus teſtator, cum diſpoſitione iuris communis, quæ habetur in d. l. peto. §. fratre. in verſic. vt proximus primo loco videatur immutatus &c. & in l.cũ ita. §. in fideicommiſſo, eod, titu. in ver. & qui ex his proximo gradu procitati ſunt &c. & in l. cum pater. §.libertis. & in §. hæreditatem. eodem titu. & clare poſuit Bald. in d.l.cum qui ita. §. in fideicommiſſo.vbi dixit quòd hoc ideo eſt verum,quia præſumitur quod teſtator habuerit maiorem affectionem ad eum,qui eſt in priori gradu, quam ad eos, qui ſunt in inferiori gradu; & magis ad deſcẽdentes: quam ad tranſuerſales, Quinto præmitto aliud, quòd ratio ſeu cauſa dicti fideicommiſsi, & prohibitionis alienationis dictæ domus expreſſe aſsignatæ per dictum teſtatorem, fuit conſeruatio honoris domus, & familiæ ipſius teſtatoris: vt patet in ver.ſolum & duntaxat ad conſeruationem nominis, & honoris ipſius, & ſuæ familiæ domus illorum de caſtello &c, Quæ ratio fuit etiam reperita in codicillis, in verſic. ad honorem & vtilitatẽ ipſorum de dicta domo & familia &c, Et etiam alia ratio fuit,ne quouis modo dicta domus tranſiret ad exteras familias: vt patet in dictis codicillis in verſi.eo,quia non voluit ipſe codicillans dictam domum &c. Sexto præmitto aliud,ꝙ alienatio permiſſa per dictum teſtatorem in codicillis ſuis, omnino debet intelligi de alienatione voluntaria, quod probatur primo in uer. alienari & ex cauſa diuiſionis, dari, aſsignari,& adiudicari. Nam teſtator conſiderans, quod prohibitio de non alienando facta per ſe in teſtamento, abſolute, & generaliter potuiſſet operari contrarium effectum eius diſpoſitioni. Nam ſi dicti hæredes & deſcendentes & etiam alij de generatione, & etiam de agnatione non potuiſſent inter ſe diuidere domum prædictam, potuiſſet illa domus facile corruiſſe: cum nullus de ſuo proprio voluiſſet eam reparare & reparatam conſeruare. iuxta illud, molino de conſortio ligato cum le ſtroppe.& probatur aperte hæc concluſio in l.2.C.quando & quibus quarta pars debetur lib.x.& voluit Spec.in titu.de libel. concept.in §. ſexto. ver.ſed pone. & etiam quia teſtator † ſciebat communionem eſſe conſuetam diſcordias parere.leg.in re communi. ff. de ſerui. vrba. prædio. & notatur in d.l.2.vnde uoluit teſtator, quòd poſſent hoc modo inter ſe alienare dictam domũ propter prædicta præfati hæredes deſcendendentes, & ſucceſsiue alij de gradu. ¶ Et ſic † ex hoc conſiderauit alienationem quod ſcilicet aſsignaretur iã tum uni uel pluribus: uel permutarent adinuicem; & probatur ratione. Nam teſtator ſciebat illud, quod nulli dubium eſt, quod propter neceſsitatem legitimam potuiſſet res quantumcunque, & quomodocunque alienari prohibita, in caſu neceſsitatis alienari,& ad caſum neceſsitatis non extẽdi. iuxta ea, quæ habentur in authentic. res, quæ. C.communia de legatis.& in d.l.peto.§. prædium. & l.unum ex familia.§.quòd ſi talia.ff.de lega.2. & notat Ange. in d.auth.res quæ.poſt Bartol.ibi qui Barto. reliquit hoc indeciſum de alienatione pro redemptione. & poſuit dominus meus Alexan.de Imol. in conſil.24.in 3.& ulti. colum.in 1.nolum. incipien. Sempronius nonnullos filios &c. Nam de hac alienatione neceſſaria non ſenſit teſtator in codicillis ſuis, qui abſque dubio honorem domus ſuæ. & nominis familiæ ſemper præ oculis habuit in teſtamento, & in codicillis ut ſupra deduxi. unde non uetuiſſet eam nedum in illos de domo, ſed etiam in extraneos, ſine diſpoſitione iuris communis. Itaque loquitur teſtator ipſe de alienatione uoluntaria. ut etiam patet exemplo poſito in eis de diuiſione &c. Septimo præſuppono, quòd teſtator magis conſiderauit honorem familiæ, & domus ſuæ, quam utilitatem priuatam, ut patet in dicto teſtamento in dictis codicillis. ſed nulli dubium eſt quòd honor familiarum magis conſiſtit in perſonis, quam in rebur. unde teſtator ſine dubio uoluit magis conſeruare perſonas domus, quam ipſam domum, materia eſt iuxta l.iuſtiſsime in prin.ff.de ed.edic.& iuxta illud Ouidij, Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram. Os homini ſublime dedit, cœlomque uidere Iuſſit &c. Octauo præſuppono, quòd prærogatiua gradus, ſemper ut ſuprà dixi conſiderata fuit per teſtatorem in teſtamento, circa fideicommiſſum in prohibitione alienationis dictæ domus, fuit etiam conſiderata per eundem in permiſsione alienationis facta in codicillis. ut patet in eis, in uer. quòd liceat tamen dictis ipſius ſer Iacobi deſcendentibus:& deſcendentium deſcendentibus uſq; in infinitũ.de quibus in dicto legato fit mentio, &c.

alienare.

alienare. & sic refert se ad fideicommissum prius factum in testamento. Nono præsuppono, quòd vbi fit prohibitio alienationis rei extra familiam: si non superest nisi unus de familia, potest alienari per illum: quia non superest qui alienationem reuocare possit. ita eleganter consuluit Paul. de Cast. in consi.xlv.in ult.colum.incip. Videtur dicendum, quod dictus Christophorus de Vsbertis &c.& Pa. de Castr.in consil.xvij.incip. quidam Iacobus &c. de quo infra dicemus tamen ad aliud propositum. Istis sic præmissis dico nunc indubitanter alienationem prædictam factam per dictum Io.Frã. præfatis Anto.& fratribus consobrinis eius de familia de castello, ualuisse,& ualere.& non posse reuocari quoquomodo per filium eius. Quod probo a sufficienti partium enumeratione. Nam aut uolumus alienationem prædictam processisse a causa necessaria ipsius Io.Fran.hæredis iusta & nulli dubium est quòd ualuit & tenuit.text.est in d.authen.res,& cum ibi plene not.C. cõm.de leg.& in d.l. peto.§.prædium.in uer.si non uoluntarie erit &c.Nec dicatur mihi, circa hoc primum membrum, amice aduertas: quia incidis in Scillam, cupiens euitare Carybdim.

6 † Nam alienatio quæ fit ex causa necessaria procedente ab ipso alienante,tantum eo alienante uiuente durat,& non ultra: ut probatur in d.§. prædium in uer. post mortem eius non habiturus. Ergo idem dicendum est,quòd dictus filius Io.Fran. reuocare potest dictã alienationem post mortem patris sui: licet ab initio ualuerit &c. quia ad hoc respondeo secundum glo. & scribentes, maxime Io.de Imo.in d.§.prædium,qui dixit ibi quod glo. in uer.hæres notabilis & singularis cõiter tenetur, ex qua habes, quod alienatio necessaria, ex causa ex facto hæredis, potest reuocari post mortem ipsius hæredis,nisi relinquat alium, qui sit de familia. Paulus dicit Io.de Imol.ibidem quod nedum prohibetur reuocatio dictæ rei, quando causa fuit necessaria, sed etiã quando est quasi necessaria, & nõ sit præcisa necessitas.allegat tex.i l.unũ ex familia. §.quòd si talia.ff.de lega.2.quod reputat ualde mirandum & notandum secundum Dyn.& Ray.quos refert & sequitur Io.de Imo. in d.l .unum ex familia.§.sed si fundũ.in ul.col. in ver.in gloss.&c.& ita dicamus in proposito cũ dictus Io.Fran.in doctos Ant.& fratres de Castello, & sic de familia, alienauerit dictam domum ob necessitatem suam,prout mihi præsupponitur in facto, non potest reuocari dicta alienatio per filium eius.& hoc primo.

7 † Aut uolumus dicere, quòd dicta alienatio fuit facta ex necessitate, ex causa necessaria,procedente a facto defuncti primi testatoris: ut in soluenda dote filiæ per eum relicta in testamento,& aliis in testamento contentis: quorum onus in totum datum fuit dicto Io. Fran. ut patet in instrumento diuisionis & assignationes domus prædictæ in uer. cũ onere & grauamine soluendi,& satisfaciendi omnibus legatariis.& creditoribus hæreditariis, & hæreditatis quondã ser Iacobi de Castello &c. Et hoc casu nulli dubium est quod dicti emptores non possunt aliquo modo inquietari,uel a filio dicti.Io. Fran.molestari tex. est in l.filiusfa. in §. diui.cum ibi plene notatis.ff.de lega.1.& uoluit Io.de Imo.in d.l.peto.§.prædium.ubi dixit,quod emptor rei prohibitæ alienari,est hoc casu omnino securus.

8 Ant † & tertio loco uolumus dicere quod dictus Io.Franc.voluntarie, & nulla necessitate cogente causata a se, vel a testatore,sed pro libito uolũtatis alienauit dictam domum.& adhuc dico quòd alienatio per eũ facta reuocari non potest. & hic aduertite quæso. hoc probo manifeste, quia per diuisionem factam semel alienatio dictæ domus fuit facta in eundem, & fuit ei assignata per fratres suos. ergo ex post etiam potuit alienari in illos de domo.casus est clarus in l.pater.§.quindecim.de leg.iij.per quẽ text. ita determinauit ibi Bar.& idem uoluit Bar.etiam in l.j.in fin.C.de imponenda lucrat.descrip.li.xj.similis text.est in d.l.voluntas.cum gloss.sua.in uerbo,donare quæ in casu magis dubitabili voluit, quod res prohibitas alienari si fuerit donata vni ex familia: potest illã rem cuilibet postea etiam extraneo, ex quo semel alienata, facta est alienabilis. ¶ Nec vera est quædam doctrina Pan.deCast.in dicto suo consi.xvij.incip. quidam Iaco.testator &c.in ix.colum.uer.item allegatur, quòd dicta vinea exiuit semel prohibitionem & cæt. dum voluit facere differentiam inter prohibitionem personalem:puta secundum eum,si duo fratres sunt,& quilibet eorũ partem non possit alienare,præterq̃ fratri, si vnus alienat fratri finita est prohibitio, quæ nõ fuit facta. nisi contẽplatione illius.unde secundũ eum, ille in quem est facta alienatio, potest alienare extraneo. quia non superest amplius persona quæ possit reuocare: prout supra dixi in præludijs.sed vbi prohibitio esset realis, puta quia facta contemplatione familiæ,tunc secundum eum secus est.Nec hoc casu habet locum dispositio dicti §.quindecim. nam hoc est falsum. & de directo est contra casum in d. §.quindecim. ubi expresse fit mentio non de duobus,sed de libertis, qui erãt xv.quorum quidã non dederunt partes suas, colibertis suis. & dicitur ibi quod postquam ille partes fuerunt semel alienatæ: sunt factæ alienabiles etiam in extraneos. quod est fortius.& ibi omnino aderant alij coliberti superstites ut patet in ver. an ad superstites colibertos suos &c.Itaque ibi est casus. qui non potest cauillari per decis.q.nostræ.& idem probatur in d. l.noluntas.uer.liberos.& in uer.extra familiam.iuncta glos.nam ibi erant plures liberi, & plures ẽt de familia.& tñ res semel alienata,prout dicit ibi gl.efficitur alienabilis.Quapropter consideratio Pan.de Cast.non est uera in secundo membro suo,& potius processit ex capite suo,quàm quòd probetur in re.Sed cogitani si uolumus per eum saluare, possumus dicere, quod si prohibitio realis non debet operari, operatur hoc, quod non possit fieri alienatio in extraneos penitus,prout erat casus,in quo consuluit do. Paul. de Castr. sed nos loquimur in casu ualde diuerso. in quo alienatio fuit facta in non penitus extraneos: sed in illos de domo & familia testatoris.unde cessat ratio domi. Paul.Sed, ut dixi, eius opinio non probatur iure; imo de directo est contra casum,in d.§. quindecim. inducendo prout supra dixi.

9 † Secundo adhuc dico ex alio capite,a filio dicti Io.Franc.reuocari non posse dictam alienationem factam per patrem suum nam posito quod pos-

posset, tamen gradus prærogatiua eum impedit. nam supersunt adhuc duo fratres dicti Io. Franc. qui hoc deb erent posse, cum testator semper considerauit eos ad quos dicta domus deberetur iure fideicommissi, secundum uoluntatem dicti testatoris in testamento suo ita disponentis, ut etiam suprà deduxi in præludiis in uer. ordine successiuo &c. Vnde posito, quòd prædicta non obstarent, obstat dicta gradus prærogatiua ordinata ab ipso testante, & etiam a iure communi: ut d. l. peto. §. fratre. & in d. l. cum ita. §. in fideicommisso. cum aliis supra allega. de leg. 2. Nec dicatur mihi amice aduerte, quia duo fratres prædicti renunciarunt fideicommisso. ergo alii sequentes in gradu debent admitti: quia ad hoc ego respondeo quòd ista renunciatio nihil facit ad propositum, de quo agimus. Nam testator expresse disponit ita demum alios descendentes admitti debere, quando priores in gradu non extant: ut patet in testamento, in uer. donec ex eis aliquem uel aliquos reperiri contigerit. & in uer. sequenti immediate ibi. & in casu in quo contigerit aliquem, uel aliquos ex descendentibus prædictis non extare &c. & in uersi. illis proximioris descendentibus &c. & idem reassumpsit idem testator. & clarius dictis codicillis. versic. pro tanto ipse testator in uerba reperiri: & in uer. non obstare. & in uersi. & illis proximioris descendentibus &c. & idem reassumpsit idem testator. & clarius dictis codicillis. versic. pro tanto ipse testator in verbo reperiri: & in ver. non obstare. & in versi. & illis proximioribus descendentib. & in versic. & successiue in perpetuum, donec aliquem, vel aliquos de domo, & familia illorum de Castello, de qua est ipse testator, stare & reperire contigerit, &c. vbi simul & semel repetit verbum extare: & verbum reperire. Et idem facit etiam ipse testator in eisdem codicillis dum supplet de naturalibus tantum in ver. item addendo & in versic. non extare: vbi testator expresse declarat quomodo intelligit verbum, non extare, scilicet quando linea totaliter esset finita: vt patet in versicu. & sic lineam & descendentiã legitimorum & naturaliũ descendentium prædictorum masculorum totaliter fore finitam &c. Et in versic. deficientibus vero omnibus. descendentibus ibi: & sic omni tota linea descẽdẽtia finita totaliter & extincta &c. vbi testator expresse disponit ad fideicommissum dictæ domus, ita demum admitti de gradu in gradum t quando gradus extinguitur in totum: & totaliter extingueretur: non autem per solam renunciationem: & idem facit in versiculo, & si omnes ex agnatis &c. ibi: totaliter decederent. Itaque illa renunciatio non operatur, quo ad admissionem filij Io. Francisci. Et si diceretur, amice ergo non licet renunciare fideicommisso: & per consequens fauori introducto pro se, contra omnia iura mundi. leg. si quis in conscribendo. C. de pact. & hic etiam siste gradum: quia agimus de vera voluntate testantis manu tenenda. Ad hoc respondeo, ꝙ ista stant simul, ꝙ quis possit renunciare fauori pro se introducto: & tamen donec quis superest sequens existens in vlteriori gradu, admitti non debet: cum testator ita expresse disponat: vt supra probaui, & ex verbis testamenti colligitur. Vel secundo dicamus, quòd quando renunciatio continet præiudicium renunciantis, & etiam tertij, non valet renunciatio, saltem quo ad præiudicium tertij. l. j. C. de commun. rer. alienat. l. si post mortem. ff. de contra tabul. & voluit Bartol. in d. l. si quis in conscribendo. in pen. col. C. de pact. & Paul. de Castr. in d. consi. 17. in 2. col. vbi allegat Bar. in d. l. si quis in conscribendo. Itaque non renunciatio dictorũ fratrum dicti Io. Fran. præiudicare & operari quo ad damnum dictorum emptorum dictæ domus. & eo maxime, facta fuerit pro eorum augmento. vnde non debet operari diminutionem. l. legata inutiliter. cum vulgaribus. ff. de lega. j. Multo magis in re non prohibita pro parte, nec in totum alienari. Imo expresse permissa alienari per testatorem, prout est in casu nostro, in quo dictus Io. Francis. ex permissione testatoris nedum licite, sed licitissime alienauit dictam rem, & per eum facta fuit dicta alienatio. Præterea[10] non placet mihi iste intellectus dom. Paul. Nam licet tex. in d. §. quindecim. dicat quòd quilibet fuit prohibitus alienare partẽ suam, non tamen res diuisa erat. nec apparet aliqua diuisio in text. Plus dico, quòd ex quo sumus in facto indiuiduo, posset forte dici, quòd renunciatio non valet. l. j. 2. & 3. ff. de liberali causa. & volu it Bar. in d. l. si quis in conscribendo. Vel dicamus ꝙ renunciatio prædicta cõtinet non solum utilitatẽ renunciantis: sed etiam tendit in præiudicium honoris dictæ domus prolis de castello. Nam si posset quis renunciare sequeretur quòd facilius renunciatio prædicta resultaret contra honorem & nomen familiæ de castello, & transferentur ad alias familias: & honor & nomen domus & familiæ testatoris extinguerentur: quo casu nõ valet renunciatio, iuxta no. per Barto. in l. si quis in conscribendo vbi concludit quem posse renunciare, quando tractatur simpliciter de fauore renunciantis, & non alterius. Præterea pro confirmatione prædictorum, possumus dicere, quòd alienatio prædicta non potest reuocari ex alio capite per filium dicti Io. Frã. alienationem prædictam reuocare volentis. Nam dicta alienatio quæ fieri debet in personis eiusdẽ gradus, debet omnino procedere ex causa mere uoluntaria: uel saltem initium sumente a persona ipsius alienantis: vt patet ex uerbis ipsius testamenti & codicillorum: vt supra probaui. Secus est: ubi alienatio causaretur partim a defuncto, & partim ab hærede, vt est in casu nostro, in quo dictus testator reliquit dotes, & alia, de quibus in testamento suo, quæ omnia habuit soluere dictus Ioan. Fran. & per consequens non sumus in casu simplici, sed in casu misto: unde ad eum non debet extendi prouisio disponentis, quod inter tantum facerent alienationem. & maxime quia hæc causa diuersa est a cã diuisionis, de qua proprie sensit testator, si recte considerentur mens & uerba eius. Et hoc esse uerum probo ex finalibus uerbis dictorum codicillorum: ibi sine alienatione, obligatione, aut diuisione inter ipsos dumtaxat: ut supra permissa &c. Ex quibus uerbis manifeste probatur, quòd dictus testator considerauit alienationem uoluntariam tantum, & procedentem a facto ipsorum hære-

hæredum, dum subdit, siue ex successione, aut aliter quomodocunque &c. Nam sciebat testator se non fecisse métionē, nisi de alienatione prædicta. Et nunc exordiendo, quo ad reparationem & conseruationem dictæ domus. subdit quòd quomodo cunque ultra iam dicta fiat alienatio, siue ex successione, aut aliter quomodocunque, &c. teneatur ille, in quem est facta alienatio, conseruare & manutenere domum prædictam. Ergo cum simus extra dictam alienationē, de qua sensit supra, potuit fieri non solum in persona eiusdem gradus: sed in quoscunque de dicta agnatione, seu familia de Ca-

11 stello.† Ex quibus omnibus concludo filium di. ctl Ioan. Fran. non posse aliquo modo reuocare alienationem prædictam factam dicto Ant. & fratribus de Castello, non obstante, quod non sint eiusdem

12 gradus. Ad † prædictorum omnium corroboratio nem accedat: quia in qualibet dispositione debet intelligi secundum id, ad quod refertur. l. asse toto. ff. de hæred. instit. sed ita est, quòd testator permittens ī codicillis alienationē inter personas eiusdē gradus, & non in alios, refert se ad prohibitionem iam factam in testamento suo, in quo prohibuerat alienationes quascunque tendentes contra cōseruationem nominis & honoris ipsius familiæ, ac totius domus illorum de Castello &c. quæ alienatio nō est proprie illa, quæ fuit facta sine causa necessaria. & sic proprie uoluntaria: unde nunc permittendo dictam alienationem prohibitam per se: & declarādo eam intelligitur disposuisse proprie de ea, de qua supra dixerat, scilicet, de uoluntaria, quæ debet fieri in personis eiusdem gradus: sed nos loquimur de alienatione omnino necessaria: ut mihi dicitur in facto. Ergo ista potuit fieri in quoscunque de dicta domo quomodocunque ulteriores in gradu: & etiā in extraneos fieri potuisset cum in ea remaneamus in dispositione iuris communis: quo cauetur ut fieri possit in quoscunque. d. l. peto. §. fidium. & in authen. res, quæ cum ibi notatis. C. com mun. de leg. & supra deduxi latius. Et hoc habet in se rationem. Nam nō est uerisimile testatorem magis uoluisse conseruare unam domum materialem quàm ipsas personas de domo propria: & quòd plus est, filios proprios legitimos naturales, prout fuit dictus Io. Franc. qui alienādo dictam domum etiam inter extraneos & suos alimentando dicitur magis conseruasse nomen & honorem familiæ testatoris, & domus illorum de Castello, quàm si tenuisset dictam domum: quam ex inopia primo reparare non potuisset, & etiam fame una cum familia sua mortuus fuisset: quod pro certo fuisset in graue dedecus illius nobilis domus totiusque familiæ. Et de hac alienatione nequaquam dubitasset testator prædictis concedere quomodocunque: & qualitercunque si de hoc interrogatus fuisset. facit text. in l. isti quidem. in fin. ff. quod met. caus. & in l. cum furiosus. C. de cura. furio. in uer. quis enim talis effectus inueniatur, ut uincat paternum: uel cui alii credendum est res liberorum gubernandas &c. Vltimo ultra iam scripta per me & uiua uoce dicta dominationibus uestris tantorum patrum tam mortuorum, quàm uiuorum authoritate, toe dype isque munita ad fauorem nobilium de Castel lo considero etiam aliud pro complemento eorum uictoriæ: & istius materiæ. Quia causa prohibitionis necnon fideicommissi de quibus agimus, & de quibus in testamento, & in codicillis fit métio fuit duplex: scilicet particularis, licet paruus sit fauor: seu commodum descendentium: & agnatorum: & illorū de domo de familia de Castello: quos uoluit testator habere ordine successiuo domum prædictam. Sed regula & maior ac potior principalis. & ratio dictæ prohibitionis & fideicommissi fuit. & prima ratio fuit ītroducta a testatore propter hāc regulam: & sic discurrendo per tot gradus descendentium, ut domus hæc non transferretur, nec transire posset ad alienas familias. Istud probat in uer. eo quia &c. in testamento & codicillis ultimo loco posito, quæ ratio bis assignata fuit pro finali, & ultima resolutiua omnium præcedentium rationum concludente tamen omnia, in hoc domus exeat &c. Ex quo modo ego infero, quòd testator magis considerauit, quòd hæc domus non exiret ad alienas familias, quàm commodum ipsorum descendentium & agnatorum. Quod probatur etiam, dum in principio dicti fideicommissi, & prohibitionis inducēdæ per eum, testator dixit: quod pro honore domus & conseruatione nominis, & familiæ illorum de Castello &c. ita disponebat & non dixit ut prouideret commodo, uel utilitati dictorum descendentium, uel agnatorum, de quibus descendentibus uel agnatis (exceptis filiis suis propriis iam in testamēto nominatis) cognitionem non habebat, nec habere poterat, cum nondum essent in rerum natura: in quibus non poterat cadere affectus tanquam in rebus nondum animatis & non existentibus, & insensatis. Quibus omnibus descēdētibus & agnatis forte etiam non reliquisset domum prædictam, si alio modo, quàm isto facere potuisset, quòd domus prædicta non exiuisset familiam, & nomen illorum de Castello. cuius ipse erat, prout ipse met attestatur in codicillis, & in testamento: & proprie

13 ad hoc propositum nostrum.† Vsus est ergo testator prædictus ministerio in hoc legato, & opera descendentium, & agnatorum ad finem prædictū potius, quam pro ipsis uel eorum commo. Quod ultimum probatur ratione etiam euidentissima. Nā in institutione bonorum suorum, quæ erant maximi ualoris, non curauit testator de tot gradibus: sed reliquit filiis, & eorum liberis ea bona, nō eundo, nec discurrendo per tot gradus, uolens in bonis prouidere omnino utilitati, commodo eorum, ut patet in institutione eorum in testamento contenta. Et ex hoc modo apparet, ꝙ satisfactum est eius uoluntati, si bene habet peruenire domus ad manus Antonii & fratrum de Castello: imo quòd plus est, exiuisset si ipse non emisset: & sic per hanc emptionem magis & omnino consultum fuit dispositioni, & uoluntati ipsius testantis. Attendi ergo & considerari debet magis ratio prædicta finalis, ne domus uidelicet, exeat ad alienas familias &c. quæ dispositioni & hæc ratio est magis generalis, quam dispositio l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. quia ipsa mens seu uoluntas magis attenditur in fideicommissis, quàm uerba. l. cum uirum. ubi bona text. C. de fideicōmissis. uer. in fideicōmissis, uoluntas

uoluntas magis, quàm uerba intuenda est &c. & in l.cum quæstio.C.de legat.in uer.uestigia uoluntatis testatoris sequenda sunt.& in l.testamentum.& quod ibi not.Bal.C. de testa.& in l.quoniam indignum.C.eo.tit.& voluit Bald.in l.præcibus.in 14. C.de impuber.& alijs substit.& Bal.in l.quamuis. C.de fideicomm.vbi dixit, quòd mens testatoris, & causa verborum inspici debet & non verba allegat tex.in l.si venditione.in fin.ff. communia prædiorum.Et ideo dicebat in proposito nostro Paul. de Castr.in consil.355.incipien. habens filios masculos &c. & in consil. 356. incipien. quidam Michael, &c. quod mens testatoris debet attendi: & sine ea iudicari, etiam si opus esset impropriare verba, & recedere a significatione verborum. Et ideo in proposito nostro dicamus, quod cum mēs testatoris fuerit magis operari quod domus nō exiret familiam illorum de Castello, quam prouideri particulari vtilitatati resultanti ex ea domo: quæ modica est descendentium, quos nondum nouerat, & agnatis: debemus cōsiderare magis mentē eius, quam verba & seriem, & ordinem, graduum prælationem: & secundum etiam prohibitionem prædictam.& hoc modo cessant iura loquentia de 14 prioritate graduum.vt est tex.in l.peto.§.fratre. ff.de leg.2.& in l.cum etiam.§. in fideicommisso. eo.tit.& ratio alienantis voluntariæ vel necessariæ. & sic d.l.peto.§.prædium.eo. tit.vt in l.pater.§.15. ff.de leg. 3.& in l.filiusfamilias.§. diui.ff. de leg. 3. cum sua materia.Nam cessant hæc omnia, vt habemus mentem testantis, cum qua debemus regulare totam dispositionem, scilicet, vt primo præferantur descendentes dicta domo: vt domus prædictam non exeat familiam de Castello.Et quòd vendita vel non vendita dicta domus Anto. & fratrib. de Castello, non exeat familiam illorum de Castello:& in hoc dependent ll.prophetæ.& in hoc consistit tota virtus huius legati facti in testamento, & repetiti codicillis: vbi hæc ratio ponitur pro finali & vltima. Postremo reuerendi domini auditores, in hac causa iustissimi iudices maiores mei honorandi &c.vltra iam scripta.& per me viua voce allegata in causa istorum nobilium de Castello, contra filios Ioan.Franc.de Castello, considerō vnū quod claudit omnibus, scilicet, quòd fideicommissum relictum de domo prædicta, quod per testatorem fuit factum:& quod transibat de gradu in gradum, cum illa prohibitione alienandi & obligandi: put in testamento continetur, &c. si non fuisset facta prouisio in codicillis per eundem, transiret secundum dispositionem testantis absque dubio primo in descendentes: Et expost in alios agnatos, prout dicitur in testamento:& non superueniente alia prouisione codicillorum, locus erat fideicommisso prædicto particulari de gradu in gradum. sed postquā prouisum in codicillis fuit per testatorem, vt dicta domus posset alienari, primo inter descendentes tātum, & non in alios. Secundò inter transuersales tātum eis non existentibus, secundum dispositionē dictorum codicillorū, res cœpit censeri diuerso iure.& vbi nullo modo poterat alienari: & nunc potuit inter se alienari: & iura quæ permittunt alienari inter se loquuntur diuersimode, scilicet, quod liberi prohibiti alienare extra familiam, vel extra se, quo casu inter se possent.d.l.voluntas. de fideicommi.d.l.pater.§.quindecim. Sed hic omnino prohibitum erat: & cuilibet debebat esse pro indiuiso de gradu.in l.cum hi.§.sed si plurib.ff. de transact. vnde post dedit permissionem secundam de alienando inter descendentes tantum, quam primum domus fuit assignata Io.Fran. cum aliis bonis pœnit us mutauit naturam suam primam: adeo quòd si post prædictam assignationem mortuus esset dictus Ioan. Franc. ab intestato, vel cum testamento, in quo instituisset filios hæredes suos, nulli dubium quod in ea domo, ipsi vt hæredes, licet in gradu vlteriores, patruis suis potiores fuissent, quibuscunque alijs etiam prioribus in gradu: & sic apparet ius primi fideicommissi fuisse sublatū per assignationem prædictam fundatam in expressa dispositione testantis:& iam sublata erat: & est omnino prærogatina graduum, aliàs ab initio introducta per dictum testantem. Vnde alienatione prohibita indistinctè, de illa, nec de fideicommisso prædicto amplius quærendum est:& hoc expresse patet. Solummodo ergo quærendum est nunc de alio & nouo fideicommisso postea introducto in codicillis circa alienationem fiendam per eū descendentem, in quem res deuenit, & in hoc secundo fideicommisso iudicio meo stat difficultas. Nā dictus Ioan. Franc. volens uendere dictam domū sibi iam legitime assignatam: debuit eam vendere prius eis, qui tempore venditionis reperiebantur esse in eodem gradu descendētium, in quo iste erat, & prælatura, circa hoc habemus nunc disputare, & non de prima, de qua in testamento fit mentio, vt de se patet. In qua secunda prælatura, etiam si bene inspicimus fuerunt seruata seruanda. Nam consentientibus fratribus suis, qui quo ad emendum tantum ius prælationis habebant extra gradū suum vendidit: unde uenditio facta absque dubio valuit, cum non annulletur propter hæc. Nec in hoc filius dicti Ioan.Franc.a patre suo in uendendo requiri debuit, vtpote posterior in gradu si uellet recuperare, & si forte alius in ulteriori gradu existen. uel etiam in ulteriori uellet non requisitus dictam rem uenditam recuperare, opus est soluere pretium eius emptori. Nam iam cessat illud primum successionis fideicommissum, in quo liberaliter & gratis succedebatur: & nunc res alio perducta est, scilicet in prælatura circa emendum rem ipsam: sed opus est pecunia, & facto, ub i eius tantum uerba sufficiebant. Aut ergo concludendo breuiter filius dicti Ioan. Franc. uult hæres patris sui reuocare alienationem prædictam, & certum est, quod non potest tum non possit uenire contra factum defuncti sui.l.cum a matre.C.de rei uen. Aut uult, ut unus ex dicto testatore descendens reenperare dictam rem uenditam, tanquam non requisitus eo tempore, quo uendita fuit: & etiam quia nō erat in gradu primo quo erat pater eius & patrui sui. Et si forte posset deberet refundita prius pecunia cū in emendo ut dixi tantum præfetentur, non autem in habendo gratis. Aut uult uenire uigore primi fideicommissi de quo in testamento, & certum est quòd non potest, quia illud iam legitime & secundum

dum expressam dispositionem testantis transitum fecit ad diuersum genus fideicommissi onerosi, & non lucratiui: ut supra probaui, allegando Pau. de Castr. in d.l. uoluntas. C. de fideicommiss. cum alijs per me supra deductis. Laus Deo, Amen.

Et, ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & æques sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis, & Christianissimi Francorum regis consilia rius: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. In quorum fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & beato Dominico aduocato meo, & bene ualeāt D. V. quibus me iterum atque iterum commendo.

POST SCRIPTA.

Clarissimi domini mei iudicantes, maiores, Honorandi &c. Quia heri propter temporis angustiam, non fuit mihi datum ostendere, quod domini consulentes, & eorū sequaces pro parte aduersa in multis decipiuntur, & exiuerunt omnino messes nostras uerba multa effundendo, quæ non sunt necessaria. Idcireo cū aliqua breuia perstriuxerim hoc aperte demonstrantia: tamen quia noui non a dominationibus uestris, sed ab aliis ea, ut incogni ta percepta non fuisse. Nunc ut clarius ea, non nobis, qui omnia in scrinio pectoris habetis, innotescant, hæc pauca in medium afferemus. Primo igitur postposita etiā illa materia, de qua in auth. res quæ. C. commu. delegatis. Et in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. Et l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. & in l. peto. §. prædium. & in §. fratre. ff. de leg. 2. cū infinitis similibus, de quibus in consiliis partis ad uersæ apparet. Videbunt dominationes uestræ, quod cum reuerentia per eos uehementer erratur in facto in pluribus, & pluribus maxime dum dicitur, quòd Ioan. Fran. de Castello, qui domum alienauit, erat homo expertus, & practicus & sanus. Et cum alijs multis qualitatibus extrinsecus in quib. ut dixi, decipiuntur. Nam probatum est totum cōtrarium, ut ex processu liquidissime constat. Necnon uidebunt etiam dominationes uestræ, in quot & in quibus locis signaui dicta consilia in margine eorum, pro parte nostra, si recte factum intuemur. Et per consequens omnia dicta & scripta per eos & sequaces, circa hæc corruunt, & non faciunt ad rem nostram. Sed missa hæc faciamus, & præsuppo namus eos loqui nere in facto: & in iure adhuc ea omnia: ut supra etiam diximus, sunt ualde a remotis. Nam uendicant sibi locum in fideicommissis & prohibitionib. tacitis, & expressis simpliciter factis, ex quibus principaliter inducitur ius succedendi in re. Sed aliud est disputare de prohibitione facta de re non alienāda, nisi in certis casibus, & certis personis, ut formaliter utamur uerbis Dy. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de uerbor. obligat. Et Paul. de Castr. in l. quotiēs, in fin. C. de fideicommissis. qui decidunt casum nostrum, saluis semper his, quæ in fra dicam, pro alienatione tamen manutenenda & conseruanda. Ad rem uenio, dicendo quod aut testator simpliciter prohibet rem extra familiam alienari: & sic relinquit familiæ, quia censetur uoluisse quòd in familia remaneat siue hic dixerit expresse siue tacite. Et per consequens censetur quilibet grauatus relinquere portionem suam illis de familia, si decesserint sine liberis. & tunc uerum est, quod nō possunt alienare regulariter, & in hoc membro potest bene dubitari: an pro dote, uel an pro alimētis, & an pro redemptione, & pro aliis similibus possit fieri alienatio. iuxta d. authent. res, quæ cum aliis supra allegatis. & in eodem membro potest dubitari etiam, si fiat alienatio, an saltem post mortem alienantis possit reuocari, ut in dicta l. peto. §. prædium. & in aliis similibus: & ita loquuntur domini consulentes pro parte contraria & eorum sequaces & eorum iura, sed iste
35 non est casus noster, & uagantur ipsi per aera. †Aut disponens prohibuit, quòd res nō alienaretur nisi requisitis illis de familia, uel quòd si uellent alienare, alienarent illis de familia &c. & sic non stetit disponens in simplicibus & puris terminis alienationis indistincte factæ ad finem & effectum inducendi ius succedendi. Sed limitate eam permisit alienari: ut fecit in casu nostro ser Iacobus de Castello, ut patet ex uerbis codicillorum eius in quibus permisit dictam domum omnino posse alienari inter filios: & successiue in alios secundum tamen gradus prærogatiuam. & tunc talis prohibitio non cōtinet in se grauamen de relinquendo familiæ post mortem. Sed censetur facta solummodo ad hoc, ut illi de familia præferantur extraneis: & priores in gradu præferantur existentibus in ulteriori gradu, in emendo, si uolent dare pretium æquiualens, & non gratis. Ita signanter dicit Paul. de Castr. in d.l. quotiens. in fin. subdens. quòd ista est ueritas. & quod ista sunt menti tenenda: quia quotidiana sunt: & iste est casus noster, saluis tamen his, quæ infra etiā dicemus pro conseruanda alienatione prædicta in totum, & per totum. Et licet do. meus Alexand. de Imol. in d.l. qui Romæ. §. cohæredes. non stet cum do. Paul. de Castr. tamen nihil allegat, quod urgeat in contrarium: & alias dixi circa hoc & præcessoribus uestris, ideo nō repeto, nisi quòd indicio meo diuersa est ratio utrū alienatio prohibeatur in meris & puris terminis & simplicibus terminis alienationis ad finē inducendi fideicōmissi ius in re: uel ad finē inducendæ prælaturæ in certa re habēda cū pretio tamen magis ab uno, quàm ab alio. Nam in primo casu damus causam lucratiuam. Sed in alio damus causam onerosam, per ea quæ alias diximus super hoc, quæ diuersa sunt. Sed fortius modo considero ultra eo tēpore deducta quòd possumus alio clypeo nos tueri. & dico quòd ser Iacobus de Castello non potuit in casu nostro prohibere alienationem dictæ domus eo modo, quo fecit. Nam ex quo permisit in codicillis dictā domū diuidi posse inter filios eius, non potuit post diuisionē perfectam disponere de ea. nam sic disposuit in tempore & in casu iam sibi prohibito contra testamentum, & rationem iuris communis: ut in l. Stichus. cum ibi not. per Bar. proprie in materia alienationis. ff. de ma-

de man.test.& cõtra no.per Bar.in l.t .in t. col.C. de appellat.¶ Sed vltra hoc adhuc obstat aliud dominis meis consulentibus: & eorum sequacibus, & ad hoc aduertite quæso. nam non sc:um pretiũ integrum debet refundi parti nostræ, de quo minime dubitandum esset. Sed alienatio de dicta domo facta nequaquam potest reuocari iure fideicommissi, nec iure prælaturæ. Sed omnino pronunciandum est D. V. eam valuisse & valere: & in hoc diligenter cõsiderandum est. Nam probatum est apertè per testes, & etiam per instrumenta diuisionum & assignationum factarum inter olim Ioan.Franc.& alios de Castello, & istud etiam pars aduersa fatetur, & eius iura proponentes etiá heri hoc professi sunt, quòd tempore mortis dicti ser Iacobi, & etiam tempore mortis dicti Ioan. Fran. extabant multa bona, quæ ex inuentario superinde confecto per dictos hæredes dicti Ioan. Franc. videri facilè possunt tam mobilia, quàm immobilia, de quorum bonorum valore ex testibus suismet probatur, & facultates vtriusque: & maxime dicti Ioan. Franc. quæ facultates etiam pro maiori parte extant: prout ex prædictis attestationibus apertissimè docetur. Quæ bona etiam tenentur & possidentur de præsenti per eiusdem hæredes, & tenta & possessa fuerunt iam sunt decem anni, vel circa: quibus ipse mortuus est, percipiendo fructus & reditus ex eis pro maiori parte, qui fructus saltem quolibet anno ascendunt ad valorem librarum trecentarum, vel circa. & sic percipiunt etiam de præsenti. Quo dato, sequitur modo vnum necessarium fundamentum pro parte nostra, quòd euacuat & eueruat omnia dicta: & omnia dicenda per dominos consulentes, & eorum sequaces.

26 †Ex quo apparebit, quòd nedum in re eis debita iure fideicommissi, vel in iure prælationis quo ad prætium eis competenti, secundum iam dicta non possunt hæredes prædicti, etiam cum beneficio legis & inuentarij venire, nec possunt audiri super aliquo, in quo, vel de quo defunctus pater eorum disposuerit tẽpore eius vitæ vel mortis. Sed quod plus est, non possent audiri, nec conuenire circa rẽ ueram propriam alienatam per ipsum defunctum: quia quando hæres reperitur pœnes se habere rem æquiualentem, seu portionem æquiualentem, ad rem suam uenditam, non potest alienationem reuocare.l.uendicantem. ff.de euictionib. & est glo. multum notabilis ad propositum nostrum accommodata in l.cum à matre.C.de rei uendic.& uoluit Bar.Bal.Ang.Salyc.& Paul.de Cast.in l.fi.§.in computatione.C.de iure deliber. hoc modo intelligentes etiam glo.ibidem: ubi subdunt, quòd hoc etiá casu non habetur consideratio legitime debite filio. Nam ea exclusa intelligitur, & est propter debitum paternum: & sic propter es alienum: iuxta l.

27 Papinianus.§.quarta.ff.de inof.testa. ¶ †Itaq; omnis hæres, qui habet portionem æquiualentem ad rem etiam propriam, repellitur ex duplici cap. primo quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. d.l.uendicantem: & facit tex. in l.cum dotem.§.si pater.ff.solut. mat.& l. Titia.§.qui in uita. ff.de leg.2. ¶ Et etiam repellitur alia exceptione, quæ habet, quòd ex cuius persona lucrum sentio, eius factum improbare nõ debeo.l.ex qua persona. ff.de reg.iur.& hæc secunda ratio est illa propriè, quæ militat in casu nostro contra hæredes dicti Ioan.Franc.ex cuius persona senserunt tamdiu commodum, & etiam sentiunt de præsenti ex bonis eiusdem. ergo necessario tenetur eius factum approbare. Et sic non possunt reuocare alienationem per eum de dicta domo factam, utpote qui non possunt uenire contra factũ defuncti. d. l. ex qua persona. cum uulgaribus. de reg.iur.& est text.notabilis in proposito nostro in d.l.uendicantem.ff.de euictio. Et istam conclusionem firmant omnes scribentes in d.l. fi. §. in commutatione.C.de iure delib. Et scribentes, maxime Salic.Combouoniensis in d.l.cum a matre. in 2.colum.C.de rei vendicat. Et aduertant etiam d. v. ad unum, quod nedum hæredes dicti Ioan. Franc. dicuntur habere & tenere rem æquiualentem ad ius suum, si quod eis competit, ratione prælationis in emendo & soluendo prætium. nam habent multo plus in triplum: quia non habemus considerare ualorem dictæ domus alienatæ, quæ non esset etiam in casu fideicommissi eorum. Sed tantummodo habemus examinare ualorem dicti iuris fideicommissi, eis competentis: si quid competeret. quod ius indubitanter est multo minoris æstimationis, quàm domus prædicta. Sed posito & non concesso, quod dicta domus fuisset dictorum hæredum propria, quo ad dominum, & fuisset vendita per dictum Io.Fran. eorum patrem, non possent ipsi adhuc reuocare alienationem prædictam. Cum reperiantur tenuisse tamdiu, & præsenti tenent: & teneant tot bona hæraditaria dicti eius patris, quæ ascendunt multo maiorem quantitatem. nam domus ipsa valet ducatis mille: & bona per eum possessa a tanto tempore & citra, vna cum fructibus inde perceptis, ascendunt ad summam & quantitatem librarum octo millium, uel circa. Sed vt dixi, non habemus quærere vel considerare æstimationem domus: cum non sit propria, nec etiam post dictorum: sed tantummodo de iure fideicommissi, quod eis competit, vel prælaturæ, in emendo eam domum, quæ iura sunt minoris æstimationis. & ideo facilius confusa redimitur per retẽtionem dictorum bonorum hæreditariorum dicti Ioann. Fran. Ex quibus concludo partes d. v. fore, & esse in reformando sententiam latam, & pronunciare dictam alienationem de dicta domo factam, valuisse & valere: nec posse quoquomodo reuocari per hæredes prædictos. Laus Deo, amen.

Idem Ludo.Bologninus. V.I. Doctor & æques: confirmatione supradictorum in consilio, hæc super addidi pro tollendis dubitationibus occurrentibus dominis iudicibus in causa iudicare debentibus. Laus Deo supremo, & diuo Dominico aduocato meo, Amen.

STATVTVM SENENSE.

Circa cõtractus initos cum minoribus, & filiisfam.

Statuto ciuitatis Senarum, posito sub rubrica de contractib. cum minoribus, & filijsfamil. faciendis, cauetur inter alia in hac forma. Ordinamus, quod nullus minor 25. annis, qui sit sui iuris, contrahere possit, vel alteri se obligare expresse in iudicio, siue extra iudicium, vel sponte in iudicio contineri per se tutorem, vel curatorem, vel bona sua immobilia, vel aliqua sua iura vendere, alienare cedere: vel alteri obligare, vel renunciare alicui suo iuri sibi competenti, vel competituro, vel beneficio huius statuti: uel sacramentum præstare corporaliter, vel verbotenus, faciendo prædicta, vel eorum aliquod inter viuos, nisi pupillus cum authoritate tutoris: vel per tutorem, vel adultus cũ authoritate curatoris: siue generalem curatorem non haberet: in quo generali curatore constituendo seruetur ea solennitas in cridis fiendis: quæ seruatur in emancipatione: & in presentia vnius doctoris iuris Cano. vel Ciuilis, ipsi cõtractui, vel obligationi, venditioni, alienationi, alienationi, denunciationi, vel cessioni, vel confessioni suã authoritatẽ interponentis, & præstantis: quam cum sanìori consilio interponet, quam faciebant iudices forenses ciuitatis. Et quia magis consonũ sit debitum rationi, quod pecunia, quæ familiaribus potestatis occasione interpositionis authoritatum prædictarum persoluebatur, nostris ciuibus exhibeatur: ideo uolumus, quod quilibet doctor, qui prædictam authoritatẽ interposuerit intra palatium domini potestatis, nihil habeat, vel percipiat. Extra palatiũ vero, habeat decem solidos Bonon. pro suo labore. Et in præsentia vnius boni & legalis notarij & fide digni, contractum, venditionẽ, alienationem, cessionem, obligationem, renunciationem, vel confessionem scribentis: Et quatuor testium ad minus bonæ famæ, & opinionis. Quorum quatuor testium vnus sit agnatus vel cognatus dicti minoris: qui prædictis consentiat: & sit maior 25. an. & homo bonæ famæ & opinionis, qui iuret corporaliter coram altero ex dictis doctoribus, delato sibi sacramento per ipsum, se agnatum vel cognatum esse dicti minoris: & se credere ea quæ aguntur, non fieri in damnum vel fraudem dicti minoris: De præsentia agnati, uel cognati, & de ipsius ætate, & bona opinione & fama, & alijs supradictis, credatur & stetur scripturę tabellionis. Nisi contrarium probetur quo probato ipso iure incurrat & incurrisse intelligatur in pœnam ducentarum librarum Bononiens. ille qui per mendacium se asseruerit agnatum vel cognatum, ab eo de facto auferendam. Et si non soluerit infra mensem a die notificationis sibi factæ de dicta incursione pœnæ suæ in corpus arbitrio domini Potestatis ciuitatis. Qui etiam doctores adhibere debeant diligentiam super eorum conscientia de prædictis, ne fraus vel mendacium comitatur. Et quòd in fraudem minorum non fiat aliquod prædictorum. Adiungentes & declarantes, quod si de uenditione vel alienatione bonorum immobilium, minoris decem & octo annis completis retractaretur, vltra solennitates prædictas etiam aliæ, quæ de iure requiruntur, debeant adhiberi. Nisi aliter fuerit prouisum per dominos Ancianos communis, una cũ dominis de collegio, facto scrutinio ad fabas albas: & nigras & obtento partito inter eos per maiorẽ numerum fabarum, secundum formam nostrorum statutorum. Dumtamen dicti tutores vel curatores facere non possint locationem aliquam de aliquibus rebus immobilibus eorum, quorum negotia administrãt, pro maiori tempora, seu termino trium annorũ, nisi cum decreto dominorum ancianorum, & seruata forma præsentis statuti. Si autem prædicti pupilli vel adulti, agnatus uel cognatus talis non reperiatur in ciuitate prædicta, vel in eius comitatu, de quo stetur assertioni ipsius tutoris seu curatoris, & adulti, de quo fiat mentio in instrumento, nisi contrarium probetur. Tunc fieri debeant prædicta cum authoritate tutoris uel curatoris: vt supra in pręsentia dictorum doctorum vel alterius ipsorum & duorũ de capella dicti minoris vel eius propinquorum suam authoritatem interponentium, qui succedant in locum agnati vel cognati. Et si tutor pupilli vel ipse adultus per mendacium dixerit se vel pupillum agnatis uel cognatis carere, uel non reperiri in ciuitate uel comitatu: & contrarium non reperiretur, non inualidetur ex hoc prædicta: uel aliquod prædictorum. Sed ipse hoc asseuerans, in pœnam sui mendacii, puniatur in libris centum Bonon. summariæ de plano, sine strepitu & figura iudicii, applicandis cõi Bonon. pro dimidia: & pro dimidia parti læsæ, si cõtra prædicta & asseuerationẽ prędictã uentum fuerit per aliquem, qui cõtra uenire posset. Et quia in fraudem huius solẽnitatis aliquando minores accedunt seu ducũtur extra districtum, idcirco decernimus quòd

ꝙ minores 25.annis, non possint facere prædicta sine præsentia, & consensu duorum agnatorũ vel cognatorum maiorum iurãtium, vt supra in aliquibus villis, terris, vel castris extra districtu: vel alibi extra ciuitatem, vel comitatum ciuitatis, nisi in loco, in quo contrahunt moram traxerint tẽpore dicti cõtractus, & ante per tres menses proximos confectioni dicti contractus ad minus. Et hoc sibi locũ non vendicet in contractibus quantitatis 10.librarũ, vel ab inde infra. Itẽ dicimus, ꝙ aliquis filiusfamilias nõ possit se uel bona obligare, vel vendere, cedere, vel alienare, vel iura aliqua, vel suo iuri præsenti, vel futuro renunciare, vel confiteri in iudicio, sponte vel extra: vel sacramẽtum præstare, nisi sit pubes, masculus: vel fœmina, seu maior. Nec etiam pubes vel maior, nisi ipse pubes: vel maior prædicta faceret in præsentia, patris, vel alterius, in cuius esset potestate: & cum consensu, & authoritate ipsius intercedente contractui vel actui. Et si quæ cessiones, renũciationes, seu contractus alienationis, vel obligationis seu sacramenta, vel confessiones prædictorũ minoris, vel filiifamilias, vel instrumenta aliqua de prædictis fierent contra prædictam formam, & non seruatis solennitatibus prædictis, ipso iure sint cassi, casse, & cassa, & nullius valoris vel momenti, in præiudiciũ dicti minoris: vel filijfamilias, & suorum hæredum & bonorum: & etiã pro eis, & in eorum fauorem, & vtilitatem. Si pro alia parte gesta, voluerint esse nulla, nisi esset minor impubes: quo casu qui cum eo contraxerint, eidem obligentur: ipse autẽ impubes nõ obligetur. Nisi inquantum factus esset locupletior, si eos vellet obligatos habere: alias cum eo facta & actata ipso iure sint cassa: & talibus instrumentis seu scripturis exinde cõfectis nulla fides adhibeatur, vel detur. De his minoribus, & filijsfamilias, excipimus nobiles comitatus, in comitatu vel guardia habitantes. Et omnes alios, qui in comitatu vel guardia per maiorem parte temporis morãtur: & pedissequas seruientes, scholares, & ceteros forenses, qui possunt & valeant se obligare, cedere, vendere, alienare, & renũciare ac confiteri: si puberes vel maiores fuerint absque solennitatibus prædictis, seu præsentis statuti, de iure communi minores iurãdo in contractu. Nolumus tamen, ꝙ nobiles comitatus, & alii in comitatu, vel guardia habitantes, vt supra, minores decem & octo annis, possint vendere vel alienare bona sua immobilia: nisi seruatis solennitatibus præsentis statuti, saluo quòd vbi obligarent se, vel obligati essent aliqui minores 25.annis, maiores 14.de comitatu, cum aliquibus de terra sua pro commune sue terre: etiam si nõ iurent, valeat obligatio, non obstante sacramẽti obmissione. Item, excipimus filiosfamilias maiores 25.annis: qui exerceant aliquam artem, negotiationem, vel ministerium publicum, tanquam paterfamilias, & sint bone fame, & conditionis: & cum patribus in eadem familia habitantes in his, quæ contraxerint super rebus mobilibus, occasione artis, negotiationis, vel ministerii prędictorum. Et idẽ dicimus in filiisfamilias, maioribus 25. annis seorsum, cum sua familia habitãtibus ab his, in quorum essent potestate, quãdiu, sic habitauerint, etiam si negotiationem, artem, vel ministerium non exercuerint: vel super eis, vel eorum aliqua nõ contraxerint. Præterea dicimus, quòd filiusfamilias maior 25.annis, etiam si seorsum non habitet, vt supra, possit obligare se, & bona sua: & contrahere, & facere alia, in quibus solennitates requirũtur: vt supra etiam sine dictis solennitatibus, si tẽpore quo prædicta faciet, esset in potestate alicuius furiosi dementis, vel mẽte capti, seu prodigi: cui bonorum administratio esset interdicta: vel bannitus esset pro aliquo maleficio. Vel aliter esse prohibitus stare seu habitare in ciuitate vel districtu: vel quia ex alia causa probabili, uel necessaria absens esset a ciuitate, & districtu, saluo sẽper, quòd quãdo bãnitus, vel aliter prohibitus, seu absens esset, vt supra, saltẽ eius consensus, per instrumentum publicum requiratur: qui præcedat, vel saltẽ ipsius approbatio, uel confirmatio subsequatur: si esset prope ciuitatem prædictam per quinquaginta milliaria: vel ab inde infra: patri tamen seu illi, in cuius esset potestate, ex prædictis nullum præiudicium generetur. Et idem dicimus, si minor fuerit talis filiusfamilias pubes. Tamen si præsente ac authoritate eius curatore prædicta faceret, & alia de puberibus supra statuta fuerint obseruata, quibus casibus proxime dictis curator possit dari, & debeat, non obstãte patria potestate. Excipimus etiam instrumenta dotium datarum, promissarum, uel contestatarum, & cõtra actuum ipsarum, qui & quę possint fieri a quocunque, sine solennitate præsentis statuti. Dum tamen minores adulti iurent in ipso contractu, siue sit masculus, siue fœmina testes. Et sint ibi quatuor testes ad minus. Ex quibus saltẽ vnus sit agnatus, vel cognatus minores se obligantis: qui sit bone fame, vitæ, & opinionis: iurans in instrumẽto se agnatum vel cognatum esse, & se credere contra-

contractum ipsi minori vtilem fore, de quib. credatur, ut supra. Præterea statuimus, quòd nullus minor 18. annis, possit absoluere aliquo modo tutorem, vel curatorem suum, et finita tutela, vel cura, etiam cum solemnitatibus prædictis: teneatur tamen tutor finita tutela, reliqua restituere, & soluere, secundum formam iuris. Et si absolutio facta fuerit ante dictam ætatem decem & octo ãnorum, sit nulla ipso iure, etiam si sit iuramento firmata: quod iuramentum suscipi & præstari prohibemus. Et si quis sciẽter vsus fuerit aliquo instrumento facto cum aliquo minore, vel filiofamilias, non seruata forma prædicta, vt præmittitur contra ipsum minorem, uel filiũ fam. condemnetur in libris centum Bonon. Adiicientes etiam, quòd pupillus aliquis ad iurandum corporaliter, uel verbotenus nullatenus admittatur, & eius iuramentum, si quid faceret, nullo modo in scriptis redigatur. Et si quis ad iurandum ipsum pupillum induxerit, vel tale iuramentum in scriptis redegerit in pœnam incidat librarum centum Bonon. pro qualibet vice, & tali scripturæ, quantum ad probationẽ talis iuramenti, nulla fides adhibeatur, vel detur. nec ea aliquis vti ualeat: uel præsumat: vel illam per se, vel alium producere, sub pœna librarum centũ Bonon. pro qualibet vice, & tali scripturæ, quantum ad probationem talis iuramenti, nulla fides adhibeatur, uel detur. nec ea aliquis uti ualeat: uel præsumat: uel illam per se, uel alium producere, sub pœna librarum centum Bonon. pro qualibet uice. Et idem intelligatur de quocunque pubere contrahente, uel quasi, uel sponte in iudicio confitente, absoluente, permittente, uel obligante se uel bona sua: uel suo iuri renunciante, præsentis statuti solemnitate non seruata, uel cõtra formam præsentis statuti, etiam si iurasse diceretur, uel ad iurandum admitteretur. Vbi autẽ puberes prædicti aliquid fecerint, obseruatis solemnitatibus prædictis, beneficium restitutionis in integrum ratione minoris ætatis, quatenus non ualeant obtinere, est etiam in ciuitate Bonon.

Hoc est statutum, quod ipsi Senenses habuerunt, omniaque alia eorũ a ciuitate Bon.

CASVS CONSILII XLIIII. TALIS EST.

Stante modo statuto prædicto, Anton. de Gualãdis, pater, & cũ eius præsentia authoritate & consensu Bartholomæus filius maior de decem & octo annis, licet minor 25. annis, dixerunt, asseruerunt, & publice recognouerunt, a cõfessi fuerunt simul, habuisse & recepisse a domino Seio certas pecuniæ quantitates & summas, ascendentes ad mille ducatos in depositum, ab eo, renunciantes exceptioni dictarum quantitatũ cis non solutarũ, non datarum, & non numeratarum, & ad ipsarum restitutionem se obligarunt, prout patet per publica instrumenta rogata per publicos notarios constat, cũ suis substantialibus adhibitis, quantum est respectu instrumentorum. Et iurauerunt pdicta, & alia cõtenta in dictis instrumentis uera fuisse, & esse, & illa obseruare, & non contraueuire: cum penis tantũdẽ, & bonorũ obligatione, renunciationibus beneficiorum, & maxime beneficiis d. fideiussoribus: & de pluribus reis debendi, epistolæ diui Adriani: & omni alii legum iuris, & usus auxilio. & etiã corporaliter ad sancta Dei Euangelia manu tactis scripturis, iurauerint ambo, prædicta omnia & singula uera fuisse, & esse ea, quæ perpetuo firma & rata habere, & tenere, & in nullo cõtrafacere, dicere, excipere, opponere, uel uenire. Nec restitutionẽ aliquam, ius, beneficium, uel priuilegiũ aliqd impetrare, uel cõsequi, aut impetratis uti, per se uel aliũ, seu alios ẽt prætextu dãni modici, enormis, uel enormissimi: de iure cõi, uel ex priuilegio speciali, seu alia quauis rõne: vel cã de iure, uel de facto, in iudicio, siue extra. & cũ aliis clausulis in dictis istrumẽtis cõtẽtis. Deinde decesserũt dictus pater Anto. & filius Bartho. Quibus mortuis, & primo patre, & demum eius filio. Nunc dictus eius depositarius ab hærede dicti filii, ut tanquã insolidum obligati, cum dicto eius patre ad restitutionem dictarũ quantitatum petit dictas quãtitates, ut dicitur depositas. Pro parte dicti hæredis dicti filii dicitur dictum contractum. & contẽta in dicto instrumento non ualuisse, stante forma dicti statuti, non obstante, q dictus filius prædicta fecerit in præsentia, & cum authoritate, & cõsensu dicti eius patris. & hoc quia pater nõ uidetur potuisse sibi authorari, uel consentire dicto contractui: in quo ipse filius, se suosq; hæredes, & bona insolidũ cũ dicto eius patre, dicitur obligasse. & maxime, quia pater simul cum filio contrahendo, & ipsi filio authorando, uidetur authorari in facto pprio. Et cum quis athorari non possit in facto proprio. Et q̃a dictum statutũ disponẽs filiũfamilias non posse obligari, nisi in præsentia, & cũ authoritate patris, dẽt intelligi de ea obligatione, p quã filius non obligetur pro patre, sed alteri

simpliciter. Item, quia dictus filius minor cõtendo se una cum dicto eius patre recepisse dictas quantitates in depositum, & renunciando exceptioni non numeratę pecunię, videtur ipso iure læsus, & enormiter. Et quia dictum statutum disponens de obligationibus filiorumfamilias, & illas permittens interuenientibus certis solemnitatibus in dicto statuto contentis, & etiam disponens, quòd contractus & obligationes factæ & facti per dictos minores, seu filiosfamilias cũ solemnitatibus dicti statuti, ualeant, & teneant: & quòd tales minores siue sui iuris siue filiifamilias fuerint, priuati sint beneficio restitutionis competente, & ratione minoris ætatis, prout latius in dicto statuto continetur. Debet intelligi, nisi tales essent cõtractus, qui essent euidenter damnosi dictis minoribus, prout dicitur istæ, de quo in præsentia agitur. Ex aduerso dicitur pro parte dicti domini Seij, quòd dicta obligatio, etiã quo ad dictum filiumfamilias minorem, ualuit: licet insolidum cum patre se obligauerit, cum statutum loquatur generaliter, siue per se, siue simul, & insolidum cum patre se obliget: & sic est generaliter intelligendum, stante iuramento prædicto, cuius uigore uidetur omni remedio destitutus. Hoc statutum est de uerbo ad uerbũ in ciuitate Bononiæ, a qua hoc nostrum Senense processit ut a legum nutrice. Quæritur modo, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio minoris, & filiifamil. an ualeat, & an eius hæres possit se tueri aliquo remedio.*
2 *Authorari an & quando quis possit ad proprium emolumentum, & maxime in statutis requirentibus authoritatem uel consensum patris, in contractu filij. & numer. 4. 10.*
3 *Filius, notarius, an possit esse rogatus de consensu patris aut econtra.*
5 *Maritus & uxor ubi sunt nominati in contractu aliquo, quis præsumatur fideiussor alterius: & quis dicatur debitor principalis.*
6 *Fideiussor, quis dicatur, & quotupliciter.*
7 *Rei duo debendi, an & quomodo constituantur. Et quid in patre & filio recipientibus aliquod depositum simul. & num. 8.*
9 *Minor 25. annis, an possit restitui ex contractu celebrato cum patre simul: in quo obligatur alteri, etiam cum iuramento suo.*
10 *Statutum laicorum, an possit tollere iuramentum in contractu minoris. Et quid de iure Canonico. nu. 11.*
12 *Intellectus authent. sacramenta puberum, C. si aduers. uẽdit. cum ibi plene not.*
13 *Absolutio a iuramento, an & quando sit necessaria, interposito in contractu nullo, per minorem 25. annis, ex forma iuris communis, uel municipalis.*
14 *Dolus, an & quando præsumatur in dolo interuenisse.*
15 *Clausula communis apposita in contractibus: Titius promisit non contrauenire, ratione minoris ætatis, uel enormis damni, uel aliqua quacunque ratione & causa, & similes, quam uim habeant.*
16 *Equum qui uendit pro bulso, & doloso, habente omne uitium, an teneatur redhibitoria.*
17 *Arbiter uel arbitrator, cui a partibus data est latissima potestas, an possit enormiter ledere, & possint partes contrauenire, non obstante iuramento apposito in compromisso.*
18 *Dolus an præsumitur ex enormi læsione: & ex quanta parte bonorum.*

CONSILIVM XLIIII.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Pro tantò uisis statuto ciuitatis Senarum, & casu supra insertis, satis expedita uidetur responsio, ut indistincte hic Bartholomeus filius sit omni remedio destitutus ex tribus. Primo, ratione [1] dicti statuti uolentis contractus huiusmodi factos cum solẽnitatibus prædictis, ab eo requisitis, ualere & tenere: & restitutionem peti non posse. quæ solemnitates omnes hic, scilicet, contigerunt fuere, scilicet, præsentia authoritas & consensus paternus ergo &c. Secundò, per text. in authen. sacramentã puberum. C. si aduersus uendit. cum ibi plene not. Tertio, per capitulum, cum contingat. de iureiurã. Potest enim hoc iuramentum hic interpositum sine interitu salutis æternæ seruari: ergo seruandum c. si uero, &c. debitores. de iureiur. & uoluit Raph. Cuma. in consil. 82. in fin. incipien. filius qui nõ potest &c. Nihilominus prædictis non obstantibus, quæ uere non obstant, contraria sententia uerior, & probabilior uidetur. Præsupposito in primis quod est alienum a iure, quòd pater posiit filio authorari ad obligandũ eum, ut in l. fin. §. puberes. ff. de uerb. oblig. per quod statutum præallegatum, debet strictæ intelligi, per regulam l. quicquid adstringẽdæ. ff. de uerbor. oblig. & l. sancimus. C. de testam. Secundo præsuppono, quòd ubi quis debet interponere authoritatem alicui contrahenti hoc potest, præterquam si ex illo contractu resultaret aliquid utile ipsi authoranti: ut in l. j. ff. de autho. tuto. & per totum uoluit dominus Card. in consil. 131. incip. repetitur quoddam instrumentum &c. quod contingit hic, quia tum quilibet horum, scilicet, pater & filius se insolidum obligauerint: ut duo rei, cum renunciationibus, de quibus in eo uertitur altero capite, utilitas patri: quia si filius non renunciasset, competiisset beneficium diuisionis. ut in authẽ. de duobus reis. & C. eo. auth. hoc ita si uero renũciatio interuenit prout interuenit, ut præsuppo nitur

nitur filius poterit solus insolidum conueniri, nec poterit se exceptione tueri. Et sic patri maxime hoc prodest, & proderit. sic etiam si pater cōueniretur, poterit creditor pro parte eum conuenire, & pro residuo filium. l. creditores. C. de pactis, & in l. reos. & in l. liberos. C. de fideiussor. & plene per Barto. l. a. & in l. si ex duobus. ff. de duob. reis. Sin autem pater insolidum conueniretur, quod potest, & soli dū soluerit: poterit forte a filio partem repetere: iuxta regulam positam in textu, & gl. in l. 1. & 2. C. de duobus reis. & quod legitur & notatur in l. si cū dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matrimo. Et si hoc pure dependeat ab his, de quibus in l. frater a fratre. ff. de condict. indebit. Tertio, hoc probari videtur per text. in l. quod dicimus. §. fina. ff. de author. tuto. vbi filius tutor non potest authorari pu pillo contrahenti cum patre suo. & hoc non ex alio, nisi ratione præsumpte fraudis a lege. etiam si interesse filii nullum verteretur, ut ibi. quanto ergo minus poterit hic pater authorari contractui filii sui, in quo versari potest vtilitas & inter esse patris Et maxime etiam cum pater & filius se eodem tem pore obligent, eidem creditori, ex eademmet cau-

3 sa, & in eodem instrumento, ut dicitur. Facit † prō hoc etiam in simili, ꝙ dicitur filius notarius nō po test esse rogatus de instrumento seu contractu pa tris secundum Cyn. in d. l. quod dicimus. vbi etiam Bar. ff. de falsis. l. pubere. §. duo. Idem dicetur & for tius in patre tabellione, vt non possit esse regotus de contractu filii. & forte ea ratione ius ciuile vo luit patrem posse filio authorari in obligatione cō trahenda. d. l. fin. §. puberes. ff. de verb. oblig. Licet ergo hoc statutū hnic abrogare voluerit, quod potuit, per l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & ibi Bar to. ad plenum. Et plenius in l. 1. C. de sum. Trin. re cipiet restrictionem: licet simpliciter loquatur per doctrinam Iacob. de Aret. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. oper. nunciat. vbi etiam Barto. dicit quòd lex noua, superueniens prouidens, si est noui iuris in doctrina, recipit restrictionem, ut minus lædat ius commune antiquum, & ea ratione restringitur ad habilia. ut gradatim. §. sed si lege. ff. de munerib. & honor. Et facit text. cum glos. in l. 1. C. de sacro san. Eccles. Et voluit domin. meus Alexan. de Im. in consi. 107. in 1. colum. in 5. volumine, incipien.

4 quando sufficiat citatio &c. Cum† itaque statutū prædictum Senense volens patrem authorari posse filio sit inductiuum non iuris, debet restringi ad causam. quibus etiam extraneo authorari posset. non autem in casibus in quibus non posset authorari. & duo specialia possent in eodem instanti re sultare contra. l. 1. C. de dotis promissione, & sua det ratio. l. si quando. C. de offi. test. Quibus ratio nibus Iacob. de Arena, & glosator se restrinxerunt ad habiles. Sed nemo, cuius authoritas requi ritur ad aliquem leuandum, potest authorari, cum vertitur aliquod interesse authorantis, iuribus præ allegatis. ergo nec pater filio stante vnitate contractus, & eiusdem causæ obligatiue, & rei debite, &

5 vnitate effectus. † Quod etiam probatur a simili ex doctrina Barto. in auth. hoc amplius C. de fideicō missis. dicentis, quòd vbicunque maritus & vxor sunt nominati in eodem instrumento, si maritus primo est nominatus, præsumitur mulierem inter cessisse pro viro. sed quando sunt æque obligati pa riter, tunc quilibet reperitur principalis: nisi con tractus fiat super re vnius tātum: vel nisi res ad v num tantum peruenerit: vel nisi esset color quæsi tus. l. vel singuli. C. si certum petatur. & in l. uir vxo ri. §. fin. ff. ad Velle. Cum itaque hic Antonius pa ter fuerit primo nominatus in instrumento dictæ confessionis. & Bartholomæus filius fuerit minor & pater erat, ut verbo fertur, qui administrabat, & dumum gubernabat: & sic vterque fuerit insolidū confessus, se habuisse depositum: cum illi natura repugnat: argum. l. si ut certo. §. si duobus vehiculum. ff. commodati. iuncta. l. 3. §. ex contrario. ff. de aequi. possess. & si lex banc obligationem admittat: ut in l. eandem. ff. de duobus reis. lex præsumit ad patrem peruenisse insolidum, vt eleganter in si mili quæstione, scilicet in patre & filio confitenti bus se insolidum quemlibet dote recepisse: & ita quemlibet insolidum restituere in l. si cum dotem. §. transgrediamur. soluto. matrimo. quo casu dixit Cyn. præsumi ad patrem totum peruenisse, ut etiā ibi refert domin. Ioan. de Imol. & in consequentiam. licet filius se principaliter obligauerit cum patre, videtur fideiussisse. Pro hoc etiam facit ratio posita per glo. & Doct. in d. l. vir vxori. in fin. ꝙ duo correi debendi videntur inuicem fideiussisse. Et si in hoc fuerint plures opiniones uarie anti quorum. Mar. Ioan. & Azonis, quas etiam refert Cyn. in d. l. j. C. de duobus reis. Tamen Barto. in l. reos. C. de duobus reis. in effectu uidetur dist. n guere. & eius distinctio non placet mihi, in aliqui bus eius membris, ut infra patebit. dicit enim Barto. formaliter. Aut quæritur quantum ad creditorem, & de hoc non est discutiendum, quia non re peritur primo loco, quòd alter possit uti benefi cio de fideiussoribus, qui consistit in ordine conueniendi. de quo in authen. de fideiussoribus, & trā sitiue in auth. præsente. C. de fideiusso. Aut quæritur quantum ad ipsos correos inter se, quantum ad actionem dandam soluenti, contra correum nō soluentem ad repetendum, quod soluit ab eo. ex cuius solutione correus est liberatus. ut in l. ex duo bus. ff. de duobus reis. & l. j. ff. de duobus reis. ubi gl. & tunc idem Barto. sequendo opi. Iaco. de Bel ui. in authen. de duobus reis. dixit ꝙ quædam est obligatio quæ contrahitur inter reum & fideiussorem, & hoc tacito consensu uidetur contracta: quia uidetur mandasse fideiussori, ut soluat. l. inde bitam. ff. de condi. inde. & hoc casu procedit titulus mandati. ff. & C. per totum. & hoc modo con

6 sideratur fideiussor respectu debitoris. † Alio mo do dicitur fideiussor stricte, qui aliene obligationi accedit. l. 1. & l. fideiussor obligari. ff. de fideiusso. Alio modo largissime, pro omni eo, qui est obliga tus pro alieno negocio, quod ad alium spectat. nō ad se & eo modo sumitur. ff. & C. ad Velle. Et posuit etiam Pau. de Castro. in consilio lxxxi. inci. in causa Siluestri &c. in penul. columna ubi po

7 nit quis sit fideiussor. Vnde† inferendo ad casum hunc an inuicem duo correi debendi uideantur fideiubere. dixit, aut hoc quæritur respectu cre ditoris, & dicendum est quòd sic in duobus

casibus,de quibus ibi per eum.Et hic primus non est casus noster.Aut quo ad actionem dandã inter eos,& tunc assumendo fideiussores large. Aut sunt duo rei ex mera liberalitate,& tunc videntur adinuicem fideiubere si sunt socij vt voluit Io.non alias allegat l.in l.falci.ff.ad legem falc.sed si ex causa onerosa,dixit procedere.distin.Azo.& Dy.dicẽtium, alter pro altero fideiussisse creditur,quatenus negocium in veritate ad alterum pertinet.l.si vxori.& l.si pro parte.§.t.& l.sed & Iulianus.§.itẽ si duobus.& idem sequutus fuit Ang.nõ distinguẽdo causam lucratiuam ab onerosa.& simpliciter cõcludens,quantum ad creditores,non videntur adinuicem fideiussisse. Sed quantum ad dãdam actionem inter se,dixit procedere distinctionem Azonis,& aliorum & in d.l.vir vxori.& ita etiam firmauit Io.de Imo.in d.§.transgrediamur. Cum ergo hic Antonius pater & filius Bartholomæus,simul & quilibet eorum insolidum fuerint confessi,idem depositũ recepisse,& sic duo rei,per ea,quæ dicũt Barto.& alii in d.l.eandem.ff.de duobus reis.vbi non solum stipulatione.sed etiam aliis modis possunt constitui.l.si quis seruum.§.inter duos.ff.de legatis secundo,& sunt in casu nostro ex causa onerosa.quis ex deposito.Et posuit dominus meus.Alexan.de Imo.de constitutione duorum reorum.in cons.28.in t.colum.in fi.in primo volumine incip.inita est societas.Et Pau.de Cast.in cons.47.incip.viso puncto in 6.col.Stat indubitata conclusio Azonis & Dyn.Bar.ut adinuicem fideiussisse intelligantur,in tantum, si pater solueret totum,si ad eum nihil peruenisset,repeteret a filio,si non obstarent ea,quæ leguntur in l.frater a fratre.ff.de condi.indebi.Sic contra filio insolidum soluente pro patre de suis aduentitiis,stantibus renunciationibus,de quibus in instrumento non posset filius primo cõuentus se tueri aliquo beneficio de duobus reis,vel de fideiussoribus.quorum renunciatio prodest etiam patri.in quibus ipse author.Per quod euidẽter ostenditur hunc contractum depositi valde cessisse in vtilitatem ipsius patris.Idem succedit ratio posita i d.l.1.& l.quod dicimus.ff.de auth.tu.ut talis authoritas perpetrata sit interposita.& per patrem non potuit interponi,non obstante statuto præallegato.& ita dico in proposito, statutum præallegatum vendicat locum eũ in tali actu in quo pater non contraheret.Præterea etiam dicebam talem contractum non carere suspicione,ut filius fuerit inductus a patre ad ita confitendum,& ob reuerentiam paternam,quæ includit quendam metũ reuerentialem,arg.l.j.§.quæ honorandæ.ff.quarũ rerum actio non datur.& hoc est iure.naturæ inductum ut parentibus parcamus.vt in l.veluti.ff.de iusti.& iur.quorum personam nobis sanctam etiã iudicauit lex.vt in l.fin.ff.de obsequiis patro.præstan.Præterea† hic Bartholomæus est etiam minor 25.annis,ut simul iũctis his omnibus: & minor, & filius,& simul contrahit cum patre.& nulla adijcitur causa,propter quam id confiteri debuisset.Ex quo aliter non constat de uera numeratione & pater erat filii,& totius familiæ administrator, potius contemplatione patris confessus fuerit,quã ad eius manus depositum peruenisset. Pro quo

9

fac.t quod dixit domin.meus Alex.de Imo.in consi.cxliij.in penul.col.in 5.vol.inci.An mulier præferatur &c.vbi loquitur de vxore consentiente in actu ob reuerentiam mariti,ut non obligetur,ut ibi per eum.Imo dico,& forte,quod plus est,aut hoc depositum vere recepit ex eo,quod minor est,nec apparet,quod tempore receptionis dicti depositi interuenerint solemnia requisita a statuto: & quæ nec etiam interuenisse præsumuntur.l.quecunq;.ff.de publicia.& in l.sciendum.ff.de verbo.obl.per Barto.& per Saly.in l.1.C.de contrahen.& commit.stip.& per Bald.post glo.in l.1.C.de fide instrum.& iure hast.fisc.lib.10.& talis contractus esset nullus:& sic ex eo conueniri non posset quasi contra legem factus foret.l.non dubium.C.de legi.& per no.per Barto.in l.cum lex.ff.de fideius.nisi quatenus fuisset locupletior,vt l.Iulianus.§.si quis a pupillo.ff.de actio.emp.Et quia hoc qđ sit factus locupletior,est fundamentum actoris, bet ipse,ut in l.et qui.& in l.verius.ff.de proba.& no.Bar.in l.in illa.ff.de verbo.oblig.& in l.de ætate.ff.de minoribus.Et facit,quod legitur & not.in l.in numerationibus.& in l.quod si forte.ff.de sol.Cõfessio ergo allegata non aliud operaretur,nisi quãtum ad probationem de recepto.l.cum de indebito.§.fina.ff.de proba.Et nisi interuenissent illæ renunciationes,lex non præsumpsisset non fuisse depositum.Sed sub spe futuri depositi confessionem emanasse.l.in contractibus.§.1.C.de non numera.pecu.iunctis his,quæ dixit Cyn. ibi & in l.fina.eodem titu.quod etiam est multum ponderandũ,quantum saltem ad cõcedendam restitutionem in integrum: quæ datur ratione ætatis: quia læsus.l.nam & postea.§.si minor vbi gloss.Barto.& ali.ff.de iureiuran.& clarius habetur in tex.gloss.Cyn.Barto.Bald.Ang.& Salyce.in l.fin.C.de in integ.restitu.minorum.De qua læsione hic constat euidenter.primo ex confessione de recepto,non alias cõstito.de vera numeratione:argum.eorum,de quib.habetur in l.minor.25.annis obmissam.ff.de mino.& per renunciationem beneficiorum sibi competentium,per not.in l.si iudex.ff.de minoribus.& in l.1.C.ut ab hæredibus.& maxime exceptione non numerati depositi.de quo in d.l.contractibus.& etiam ratione illius promissionis,& fideiussionis de restituendo,quibus omnibus facilime præsumitur læsus,& ideo minor est restituendus non obstante statuto denegante beneficium restitutionis,quod est tunc,cum contractus fuerit celebratus.modo & forma a statuto requisitis,vt ad literam voluit statutum annullans contractum in casu omisse solemnitatis.quod contingit hic: quia si pater authorizauerit: ut dicitur in instrumento authorari non potuit.argumen.dicta l.quod dicimus. Cum ergo contractus sit uere approbatus a statuto,in quo seruata sunt requisita a statuto,alias secus.& statutum approbet contractum a filiofamilias,cum authoritate,licentia,præsentia,& consensu patris statutum intelligitur in illis casib.in quibus pater poterat authorari,& hic casus noster non sit de illis ut dixi succedit regula, pinde est,quantũ ad præiudiciũ filii,ac si pater nõ authorasset.l.quotiens.ff.qui satisd.cog.& l.1.& p totũ.

10

ff.quod

ff. quod falso tutore anthore. & sic etiam sumus in casu l. fi. §. puberes. ff. de uerbo. obli. in tantum. ut pro ualiditate istius actus interuenire debuisset solemnitas alias requisita a statuto. s. curator in præsentia agnati iurantis & vnius doctoris authorantis: quorum neutrum interuenit, stante regula, quod vbi ad actum faciendum requiritur solemnitas pro forma, si non seruatur illa forma, ipso iure actus est nullus. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactionibus. l. an inutilis. in prin. ff. de accep. secundum unam lecturam. Et noluit Bar. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de uerbo. oblig. & do. meus Alexan. de Imo. in consi. l. in prima col. in. v. nolu. incip. in causa & lite pendēte inter Ioannem &c. † Nec firmatur etiam ta-
11 lis actus, prætextu iuraméti interpositi, stante forma statuti annullantis iuramentum. ut uoluit Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. cum quo quidam transeunt: & præcipue in casu. de quo quæritur. cum statutum prohibet personam contrahere non seruata solemnitate statuti, quo casu qui aliter contrahit, non seruat præcepta ipsius legis. & eo casu talis dicitur peccasse mortaliter. ut in c. 2. de maio. & obe. unde iuramentum huiusmodi super hoc interpositum non est seruandum. ut in c. non est obligatorium. de reg. iur. li. 6. Et in terminis noluit do. meus. Alex. de Imo. in consi. xxvij. in primo uol. consiliorum suorum incipiente: Si minor contrahens &c. Et in consi. cxxiij. in col. pen. in 4. uol. incip. de anno Mccccxxij. de mense Maii &c. Et in consilio xxxiiij. in eodem 4. uolumine incipien. An statutum laycorum &c. Et in consi. xxxv. in 3. nolum. in v. col. incip. Hos pascualis &c. Et in specie in casu nostro in patre anthorante suo filio, quod non obligetur filius ex iuramento stante statuto prædicto. Voluit idem do. meus Alexan. de Imo. in consilio cvj. in primo uolumine incip. quo ad præsens quæsitum &c. Et Pau. de Cast. in consi. cxlj. in penul. col. inci. Visis & consideratis. Et do. Abba. in consilio lxxij. in primo uolumine consiliorum incip. in negotio &c. Et in consilio viij. in secundo nolum. incip. Laurentia mulier &c. Et do. Franc. Areti. in consilio xxij. incip. Diligenter & mature. Et forte ad hoc non responderent Canonistæ, qui concludere uidentur in d. c. cum contingat. statutum non posse annullare iuramentum, tanquam mere spirituale. ut in c. decernimus. de indiciis. & plene xxij. q. vl. & lex in hoc habet uim apostolici. ut in d. l. de iure. iuncta gl. ff. ad municipa. legitur & notatur in l. fi. ff. qui satisda. cogantur. & in l. si libertus iurauerit. ff. de operis liber. Et in l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatro. & per Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. Et in l. cum lex. eo. tit. Et etiam idem uoluit Bar. in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus uendi. Tamen præsupposito, quòd procedat indistinctè illud quod dicunt Canonistæ, quòd huiusmodi statutum non potuisset aliquid super tali statuto disponere, iuxta plene notata per Alex. in consi. lxxvij. incip. Visis & consideratis &c. in prima col. in fi. & in consi. xcix. inci. In ista donatione &c. in pen. col. & in consi. xcviii. in pen. colum. incip. Notandum est primo &c. Et in consi. cxli. inci. Visis & cōsideratis omnibus &c. in penul. & ulti. colum. & Raph. Fulg. in con. clvii. incip. domina Granolina. &c. Et dominus Cardi. in consi. xcij. inci. Nobiles viri domini. &c. & domi. Cardi. in consi. xvij. in ulti. col. incip. testator habet tres filios &c. Et dominus Abb. in consil. lxxij. in primo uolumine consiliorum æditorum per me in almo studio Ferrariæ, dum ibi iura ciuilia ordinariæ legerem de mane incip. in negocio Guidonis &c. Et Illu. dominus Fran. aret. in consilio viij. incip. abunde satis &c. & in consi. xxij. incipien. diligenter & mature &c. Tamen in casu, de quo quæritur, puto transeundum cum doctrina domini Antonij in capitulo cum contingat. de iureiurando. secundum quam etiam alias consului. Qui dominus Antonius dixit se respondisse in quadam puella quæ fuit inducta in eadem ciuitate Senarum: ut iuraret a quodam suo attinente, quam inductionem hic dico etiam præsumi fuisse satis iniquam, stante præsentia patris: in cuius utilitatem uertitur dicta fideiussio, per dicta arg. l. j. §. quæ onerandæ. ff. quorum rerum actio non datur per id quod legitur & notatur in l. interpositas. C. de transac. iuncta l. fi. in ratione sui. ff. de obsequiis patrono præstandis. & quia est simultas contrahendi patria & filii cū alio. & ad eundem effectum, & quod aliter non est probatum aliquid peruenisse adipsum filiū. & quia ætatis xviij. annorum, non est sine suspicione apud bonos uiros. Et ideo pulchre succedere uidetur doctrina domini Antonii præfati dicentis in d. c. cum contingat. in quarto principali suo casu: quando contractus annullatur, uel rescinditur ex legis resistentia: quia datur læsio uel deceptio in cōtractu. quo casu distinguēdo dixit. quòd aut iuratur contractus simpliciter, uel iuratur non contrauenire: sed contractum abseruaturum, si uelit redarguere contractū ex deceptione dolosa. & hoc cōstet. & potest contrauenire non obstante iuramento. quia iura quæ firmant talia iuramenta, cō firmant, quando nō sunt dolo uel metu præstito d. c. cū contingat. &c. quamuis de pactis in 6. & idem
12 † probatur in. d. auth. sacramenta puberum. & in c. licet de iureiurando. & uoluit Pau. de Ca. in cōsi. cexij. incip. si non interuenisset iuramentū. &c. & in consil. cxix. incip. in causa, quæ uertitur &c. Et Raph. Cuma. in consil. lxxx. incip. uisa copia instrumenti &c. Et in consil. clxxx. incip. minor renuncians &c. & in consi. 182. incip. visa copia processus &c. quia dolus excludit consensum iurantis in eo, quo deceptus est & in iuramento intelligitur sē per exceptum delictum: & quod dolose est actū. l. tres fratres. ff. de pac. & legitima causa. l. pe. C. de nō nu
13 me. pecu. Nec etiam † erit necessaria petitio absolutionis a iuramento, iuxta plene notata per Paul. de Castr. in cons. 16. incipiente circa primum quæsitū &c. & in consi. 118. inci. præsupposito sine &c. & in pe. col. & dominū Car. in cōs. 2. incipiente. circa statutum &c. Et si forte tutius esset illam petere, quæ omnino est necessaria: cum dolus non excluderet consensum. de iureiuran. c. debitores. c. uerum. & c. si vero. dicitur autem tunc consensus excludi cum fallentiis. me induxisti ad aliquid agendum dolo dante causam contractui. quoniam arte tua quadam diceris me induxisse ad consentiendū. & licet dominus Anto. de Bu. non alleget, de hoc est casus

 in d. l.

in d.l.dolus.C.de rescin.vendi.& est melior tex.cũ gl.iudicio meo,qui sit in iure. Et similiter dicitur, vbi suasio fieret in plus,q̃ in veritate esset,.& idem econtra.Ideoq; quicunq; sit talis,taliter deceptus, siue maior,siue minor,& deceptio sit in magna quá titate,ex hoc dixit dolum præsumi. Allegat l.oés §.Lucius.ff.de his,quæ in frau.creditorum.& l.qui testamentum.ff.de probatio.& eo casu poterit resilire a contractu per suu remedia non obstante iuramento. Necetiam petith absolutoria, quia tales enormes deceptiones & remediationes, videntur exceptæ a iuramento,& hoc dixit velle iura præallegata,quæ excludũt iuramenta dolo præstita.† Ergo siue dolus sit ex proposito, siue re ipsa, nõ obstant iuramenta non rescindendi contractum,& si verba sint nedum infinita sed etiam,quia generalia, quia iurauit non venire contra aliqua ratione vel causa quacunque ab istis verbis ciuili modo intellectis, tales deceptiones possunt,& debent excipi.l.l.credi-ror.§.Lucius.ff.mandati,& d.l.tres.fratres.. † Et si esset magis specificata ratione minoris, seu nõne enormis læsionis, seu deceptionis, & concludit ad vnum remedium,puta ratione minoris ætatis,illud tantum excluditur,non aliud.allrg.nn.per Io.An. in c.fin de emptione & venditione,& in c'e.nõ potest,de prob.allegat etiam notata per Bartol.in d. l.2.C.de rescinden.vendit.& dicta infra. Si vero concludit ad omnia remedia in maiorem, iuramentum excludit omne remedium contra contractum, & remanebit contractus validus,ex quo nõ annullatur a iure.Et posuit aliquid etiam dominus meus Alexan.de Imo.in consi.133.in 5.volu.incip. an si socius promisit &c.& Raphael Ful.in consili.237. incip.minor iurans &c. proprie ponic de minore iurante nõ contrauenire aliqua ratione, vel causa, & dominus Abb.in consil.32.in 2.volum.incip.videtur. quod primo &c. In minore vero, de quo nos loquimur, idem,quo ad leuem læsionem, quantum vero ad læsionem enormem,dixit ipse non puto valere contractum,nec iuramentum,licet possit petere absolutionem a iuramento,in casu enormis & enormissime læsionis:& non leuis,quantuncũq; dixerit in iuramento specifice,quod non veniet cõtra contractũ in ratione enormis læsionis,& in minore, etiam si dixerit,quod illud totũ donat & donare intendit contrahenti secum: vt multoties cõtingit poni in contractu. Et ratio est: quia licet sit validus ex iuramento, tamen ledens iurantem, nõ est absque fraude & dolo recipientis: seu eius, qui secum contrahit,nedum cum consumpturo:seu cũ actu male consumente.l.si quis cũ sciret.ff.de vsucap.pro emptore,& l.si vero non remunerandi.§.si adolescens iuncta gloss.ff.mandati,& l.minor.ff.de minoribus.j.ff.quarũ rerũ actio non datur. Vnde cum fraus sit ex parte recipiẽtis iuramentum,canonica iura nõ approbant neque adsistunt talibus iuramentis,etiam si iurauerint omnia & singula vera esse,& illud esse verum depositum,quia constito de opposito,talia possunt reuocari.c.cum in positionibus.cum ibi no.de iureiurand.quia iuramentum præstitum,censetur sub confidentia, quòd illud sit verum,vnde constito rem aliter se habere, non est periurus: licet temere iurauerit.c.quemadmodum de iureiurando.22.quæstio.2.per totum, & voluit etiam Raphael cum in consilio 180.incipien.minor renuncians beneficio &c. Quod dixit procedere domin. Anto.fundari text. æquitate, & præcipue cum talia verba apponi consueuerint a notariis, aliquando sub inuolucro verborum obrepunt talia iuramenta a minoribus, hoc ad literam ait. 7. consil.& in lectura referendo. ¶ Hoc idem consuluit domin.Petr.de Anchar.hoc idem disputando determinat domin.Abb.& refert in ca.cum contingat in 9.fallentia, dicens quòd si læsio est modica cessabit absolutio.vt extra, quod metus causa.c.Abb.& in c.j.de iureiurand.& in l.2.C.de rescind. venditi.secus si læsio esset enormis, quia præsumitur dolus. allegat d.l.omnes in §.lucius, & d.l.qui testamentum. Quoniam iurans non videtur se ad hunc casum obligasse.argu.c.veniens. de iureiuran. Quoniam paria sunt dolum venire ex proposito, & re ipsa l.si quis cum aliter, cum ibi no.ff.de verborum oblig. Et quia turpitudo reperitur ex parte recipientis.Et plus voluit, quòd descensum est ad remedia in spem: licet domin.Ant. vbi supra proxime non velit maiori esse prouisum sed minori,sic conclusit debere omnino etiam maiori prouideri propter consuetudinem notariorum apponẽtium illas clausulas latissimas de quibus dictum est. allegat etiam doctrinam Specu.in tit.de empt. & vend.§.nunc videndum.versi.quid si vendens equum &c. dicentis in venditore equi, qui dolebat in spatula, & nõ dolebat, quando erat calefactus in eundo. Et † venditor dixit do.tibi istum equum pro strabone gibboso, & doloso in spatula, & habente omnia vicia. nec volo ex aliquo teneri. tamen concludit venditorem teneri, si nihil aliud specifice dixit, vel mõstrauerit, & clausula generalis illa inserta, nihil includit ex consensu emptoris. Arg.eius, quod dixit Bald. post Bartol.in l. Titie textores.ff.de leg.j. Et voluit dominus meus Alex. de Imo. in suo consil.95. in 5.volum.incipien.quomodo venditor teneatur &c. & in consil.14. in vltima colum.in eo.5. volumi.incipien.si res est feudalis &c. Et domin.Franc.Arc. in consi.106.incipien.in præsenti dubitatione &c. ¶ Et sic infert idem in dictis verbis & clausulis appositis, seu apponi consuetis per dictos notarios non includi casum huiusmodi iurantis, vt credatur, si vere depositum non receperit, donare voluerit, seu pati læsionem magnam in soluendo dictum depositum contestatum modo & forma prædictis, & in dubio nemo præsumitur velle iactare suum: vt in l.cum de indebito.ff.de probat.allegat etiam elegantem doctrinam domin. Anto. in d.c. quintauallis. in illo † articulo, quando partes dederunt latissimam potestatem arbitrio cum iuramento: vt possit ledere, prout vult, & de iure vnius, dare alteri &c. quia nihilominus enormiter læsus poterit contrauenire, licet non appareat de dolo arbitri ex proposito, sed tantum re ipsa: quia talia verba ita generalia, & prolata effuse, videntur potius prolata ad ostendendam quandam confidentiam in ipso arbitro,quam aliter.¶ Quod etiam firmauit domin. Pet.in q. sua incipien.cum c.laicus. Et domin. Pau.de Castr.in consil.70.incip.

sipien. uiso puncto &c. in 2. colum. ubi ponit de enormi læsione, ut etiam præsumatur dolus, & in c. consi. xxxiiij. incip. quia frustra &c. in 1. col. & in consi. lxxj. incip. primo & ante omnia &c. in ult. co. & in cõsi. clxxvij. incip. cõtra super ius cõsulta &c. in 2. col. Et in cõsi. clxxxiij. incip. in nomine sanctæ &c. & Pau. de Ca. ccxvj. incip. circa primũ quæsitũ & cãn 3. col. & Rapha. cu. in cõsi. cxvi. inci. statutũ dans &c. Et in consi. lxxi. incipiente: stante statuto &c. Et Raph. fulgo. in cõsi. clx. incipi. fideiussoran posfit &c. & in cõsi. cl. incipi. laudum arbitri. & in cõsi. ccxxxiiij. inci. laudũ arbitri, uel arbitratoris &c. & in cõsi. cxx. in ulti. col. incip. laudũ latũ extra id, qđ &c. Et do. Cardi. in consi. cxxxix. incip. in q. fratrum &c. Et in cons. cxl. iu 3. col. incip. factũ tale est magister &c. Et do. Abb. in cõsil. lxxvii. in 2. vol. incip. in q. quæ ad præsens vertitur, &c. Et Io. de. ana. in suo cõsi. xvj. incip. viso puncto, & his, q̃ &c. & ibi aliquid in additio. meis ad ea consilia, & in consi. l. incip. iu q. eustachii &c. Et etiam in cõsi. lxxx. incipi. visis & intellectis &c. & aliquid in addi. meis ad dicta cõsilia: quæ consilia ego ædidi ad lucẽ, & originalia eius sunt apud me solummodo, & do. Frã. arc. in cõsi. c. inci. longitudo & verborũ prolixitas &c. Ad quæ facit, quod no. Hosti. in d. c. quintauallis & Io. an. in addi. Spe. in ti. de arbitro. §. vt aũt. ver. si &c. Et allegat etiã Federicũ de senis cõsi. cxlv. dicentẽ, ꝙ aut. sacramenta pnberũ. debet seruari in casibus expressis: non in aliis non determinate expressis. ¶ Hoc idem firmatur authoritate Dyni consulentis, quod ibi minor iur ans fuit enormiter læsus: licet iurauerit non venire contra de iure, vel facto, potest restitui, quoniam iuramẽ tnm tale trahi non debet ad illud, quod non est uerisimile iurantem sensisse. arg. l. fi. in prin. ff. ad municipales. l. adigere. §. j. ff. de iure patro. iuncto eo, ꝙ quis non præsumitur renunciare iuri, quod ignorat sibi competere. l. mater. C. de inoffi. testa. Cum ergo hic filiusfamilias fuerit minor. & cui licet ius restitutionis in integrum cõpetere: vt l. regula. ff. de iuris & facti ignorantia. requirebatur id, quod dixit Dy. in l. doli. §. diuersum. ff. de noua. & certioratus non præsumitur. ideo iurans non præsumitur renunciasse: ut dixit eleganter glo. quam sequitur Bar. & omnes in l. sciendum. ff. de verb. obl. Et posuit do. meus Alexan. de Imol. in consi. lxxx. in vlti. col. in 3. volumine incipiente: an religiosus &c. † Et est clarum, ꝙ iste est enormiter læsus confitendo se habuisse, quod lex præsumit non habuisse ut dixi, quando enormissime: quia in totum nedum ultra dimidiam quod sufficeret ad inductionem maxime læsionis, vt dixit gl. in l. si quis cum aliter. ff. de uerbo. obli. quam sequunt ibi Bar. Ang. & Imo. extendentes ad laudũ, de quo supra. Per quæ concludo, ꝙ stante, quod iste Bartholomæus filiusfamilias: videtur quodammodo fideiussisse pro patre, vt dixi. & quòd virtute statuti non potuit filio pater authorari, per regulam d. l. quod dicimus. nec etiam de iure communi. vt l. fi. §. puberes. ff. de uerb. ob. Et quia in obligatione minoris statutũ requirit certam solennitatẽ: quæ non est seruata. hic contractus est omnino nullus, vt dicit statutũ: qđ resistit potentiæ præter illã solẽnitatẽ, vt dixi. & etiã iuramentum nullum secundum Bartol. Et dato, ꝙ iuramentum non esset nullum, ratione allegatæ læsionis, dico ipsum absoluendum absolutione sequuta: nel contractum nullum, ex defectu solemnitatis statutariæ, uel restitutionem concedendam. Laus Deo, & diuo Dominico aduocato meo. Amen.

Et, ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & eques: sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia legens in hac uetustissimo regi. ciuitatis Bonõ. patriæ meæ studio. Et in fidem præmissorum, me subscripsi, & solito sigillo sigillari feci.

CASUS CONSILII XLV. TALIS EST.

Samaritana uxor Ludouici boni martini in eodem instrumẽto, cum marito suo confessa fuit se recepisse centum in depositum a Caio, promiserunt quilibet eorũ insolidũ restituere: & iurauerunt etiam omnia illa in instrumento contenta, uera esse, & non contrauenire, renuncians etiã uelleiano, certificata, & omni alii iuris & statutorum auxilio: & remedio in publico & solemni forma. Modo quæritur mortua muliere, an hæres mulieris cõuentus ad restitutionem dicti depositi se iuuare possit & quomodo. quia ipse conuenitur uigore dicti instrumenti, in quo dicitur: pro se & hæredibus suis &c.

SUMMARIUM.

1. *Mulier, an & quando obligetur renunciando Senatusconsul. Velleiano. Et quid si iurauit in contractu. Et quid si se obligat pro se uel pro alio.*
2. *Minor 25. annis, an & quando obligetur iurando in contractu celebrato per eum.*
3. *Iuramentum, an & quando transeat ad hæredem iurantis.*
4. *Marito & uxore in eodem instrumento recipientibus pecuniam insolidum, ad cuius manus censeatur peruenisse potius. & nu. 5.*
6. *Pater & filius, si accipiunt dotem in eodem instrumento, ad utrum potius peruenisse censeatur.*
7. *Iuramentum quid operetur in contracto nullo, & an eo casu sit necessaria absolutio.*
8. *Mulier renunciando Velleiano, an debeat certificari. Tit de beneficio authen. si qua. C. ad Velleian.*
9. *Absolutio a iuramento interposito in contractu, an sit necessaria, & an hæres iurantis debeat eam perdere.*
10. *Papæ confirmatio ad statuta ciuitatis Bonon. quid operetur.*

operetur.maxime,respectu iuramenti interpositi.Et an intelligatur tollere iuramentum.

31 *Statutum laicorum,an possit disponere super iuramento.*

CONSILIVM XLV.

Cor mundum Crea in me

Deus:& spiritum rectũ innoua in visceribus meis: vt in præsenti consultatione ea,quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre naleam. Idcirco 1 † primo contra mulierem facit: quia certificata de iuribus sibi competentibus, maxime Velleiano re nunciare potuit,l.si iudex. ff.de min.l.si quis in cõ scribendo.C.de pac. Et renunciatio præiudicat.l. quòd si nolit in pn.ff.de edil.edi.& vij.q.t.c.quàm periculosum,& quod habet in specie in.l.uir vxori.C.ad Velleianum.& quia iurauit, quod iuramẽtũ potest seruari sine interitu salutis æternæ: ideo seruandũ est,ut in c. cum contingat. extra de iureiur.Tertio,quia magis non subuenitur serui, quã ætati,ut colligitur.ff. de postu.l.1.& 2. Et contra iuramentum,non subuenitur ætati,ut in auf. sacramenta puberum. C. si aduersus uendi. Ergo nec sexui,& ponit do.meus Alexan. de Imo, in consilij.lxxx.in ult.col.in fi.in v.vo.incip.an religiosus &c. & in consi.cxxxiij.in 3.colum.in eo. uol. incip.an si socius promisit &c.in consil.cij.in eo.uo. incip. si non fuit opposita exceptio &c.& Paul. de Cast. in consi.cxlj.incip.uisis & consideratis. Et in consi. clxxvii.incip.contra superius &c.in 2.col.& in cõsi.lxx.incip.uiso puncto. &c.& in consi.ccxv. text. incip.si non intercessisset iuramentum.& Rap.cu. in consi.clxxx. incip. minor renuncians beneficio, &c.& in consi.cxlj.incip.compensatio.an & quando.& in consi.xc.in 4.col.incip. in quæstione Ioã. &c.& in consi.ccxix.incip.quid si emphyteuta &c. Et dõ.Abb.in consi.xij. in t. uol. facto consilior ũ per me æditorum in almo studio Ferrariensi. dum sbi iura ciuilia mane ordinarie legerem. & incip. Magnificus do.Io.&c.& in consi.xl.in eo.t. uo.in cip.casus talis est,&c.& in consi.cviii.in 2.uo.incip.illud in effectu.&c.& Bald.in consi.2.in 1. par te incip. præmissis uerbis &c. & Bald.in consilio, clxxix.incip.ad euidentiam præmittendum est. in eadem.1.parte consiliorum suorum.& in consilio, ccxliij.in 2. parte incip. considerandum est &c. & Bald.in consi. clxxi. in. 3. parte incip.in prouincia Anconitana &c. & Bald. in consil.lxiij.in 4. parte consiliorum suorum incip. statutum prohibens &c.& Ang.in consilio.cxl,incip.de uenditione mu 2 lieris &c.† In quibus locis ponunt præfati scribẽtes, quomodo minor iurans in contractu obligetur.& aliquid per Pe.de anch.in cõsi.lxxix.Et Fed. de se. in consi.xxxj. Et dominus illustris dominus Arc. in consil. 2. incip.intellecta diligenter &c. Et in consi.xxij.incip.diligenter & mature consideratis &c. Quarto in simili hoc uidemus in specie de iureiuran.in c.licet mulieres iuncta.c.quãuis in 6. Quinto per tex.in l.antique. C.ad Velle.ubi si mulier in instrumento aliquid recepisse iurauit, non iuuatur aliquo beneficio, de qua receptione constat hic euidenter, ex eius confessione facta in instrumento.Sexto & ultimo per tex.in l.a.co.tit.ad Velleianum.ubi ita demum mulier iuuatur exceptione,si ipsa suscepit in se alterius oblationem. sciens si ipsa se principaliter obligauit nulla alia oblatione præcedente, prout contingit hic. Nec ob. 3 † quòd iuramentum non transeat ad hæredem: ut dixit Inno.in.c.ueritatis.de iureiu.quia illud procedit,quo ad uinculum,ratione periurii:non autẽ, quo ad hoc, ut ille hæres fuerit nõ teneatur:quia imo tenetur,ut ibi per dominum Anto.& scribentes & Bald.in l.fi.C.de pac.Nihilominus prædictis non obstantibus, quæ uere non obstant si bene põderentur,mihi uidetur contraria sententia proba- 4 bilior.Et primo text.cum glo.in d. auth si qua mulier. C. ad velleia. ubi si uxor & maritus se in codẽ instrumento obligant,ipsa mulier se potest iuuare exceptione,etiam si iurauerit,nisi probetur pecuniam uersam in eius utilitatem. Hoc in specie & etiam in terminis nostris firmauit Bald.ibi in ante penul.q.quia per hoc mulier uidetur tacite consentire suo uiro quia in eodem instrumento obligat se cum ipso.Et habetur in l.eleganter.§. seruus pactionis.ff.de dolo.quod est prohibitum d.authen. si qua mulier.Et ita etiam disputando terminauit Iaco.de belui. cõbononiensis in auf.vt nulli iudicum,in §.& illud.dicẽs ꝙ creditor debet esse curiosus, ut dicta pecunia effectualiter perueniat ad mulierem,sicut in simili dicitur.C.de sacro san. eccle. authen.hoc ius porrectum. Et etiam hanc sententiam firmat Iac.but. combononiensis in dict. auf. si qua mulier. vbi distinguendo dixit, aut pecunia peruenit ad mulierem:& tunc maritus uidetur intercedere pro vxore,non econtra.& ideo non iuuatur iure nouo,vel veteri.Aut pecunia,peruenit ad virum,& tunc iuris præsumptione uidetur mulier intercedere pro viro d. l. vir vxori.§.fi.ff.ad Velleianum, quo casu olim iuuabatur Velleiano.& poterat illi renunciare l.fi.§.pe.ff.ad Velleia.hodie ipso iure iuuatur,nec renunciare potest d.authen. si 5 qua mulier. ¶ Sed † in dubio cũ sit impossibile dictam pecunam peruenisse ad utrunque insolidum per id,quod legitur in l.si de cætero.§.si duobus vehiculum.ff.commodati.dicetur potius peruenisse 6 ad virum,quam ad mulierem ipsam:sicut † in simili dicitur cum filius & pater dicũtur insolidum con fessus fuisse se dotem a nuru recepisse.Nam creditur ad patrem potius fuisse peruentam , nisi filius sit administrator domus:vt dixit Cyn.multum notant,in addi.suis, in l.si cum dotem in.§. transgrediamur.ff. sol.ma. & huic æquitati dixit do. Ioan. de Imo.in d.§.transgrediamur. inhæredem quo ad hoc, vt credaĩ ad partem totam peruenisse. filius tamen tenebitur pro dimidio. per id, quod dixit Bald. quod tamen in muliere,quo ad obligationẽ non procedit,quia si est præsumptio , quod ad uirum peruenit, certe ipso iure est tuta d. authen. si qua mulier. & quod ibi no.licet olim iuuaretur Velle.l.uidemus.&.l.antique.C.ad Velle.Nec ob. quod renunciauerit in casu isto , quia talis renunciatio , ex quo fuit facta in eodem instrumento, præsumitur facta facilitate sexus , & persuasione aduersarij.l.doli verbum.§.diuersum.ff. de nouat.

&

& firmat Iaco.bu.comboñ.in d.authen.si qua mulier. Secundo, quia beneficio d.auth.renunciari nõ potest: ut dixit ibi gl.quam sequitur ibi Cyn.Iaco. Bu.Bal.& Saly. licet Barto. ibi nihil dixerit. Nec ob. ꝙ ipsa mulier iurauerit in hoc contractu, vt ꝑsupponitur mihi in facto: quia respondeo quòd iuramentum non tenuit. ut dicit ibi gloss. Secundo, quia cum ipso iure mulier esset tuta, & contractus in præiudicium mulieris erat nullus, ut in d.auth. si qua mulier. si ratione iuramenti teneretur, sequeretur quod iuramentum induceret obligationem contra text. in l. si quis pro eo. & quod ibi no. ff. de fideiuss. Præterea sequeretur † etiã, quod firmaret contractum nullum, & a iure improbatum contra tex. in l. non dubium. & quod ibi not. per gl. & doct. C. de leg. Et quod dixit Bart. in d. l. si quis pro eo. & do. Ant. de But. in d. c. cum contingat. de iureiur. ubi uoluit, ꝙ licet quis quandoque teneatur ad obseruantiam iuramenti, ubi contractus est nullus: tamen nunquam contractus nullus efficitur aliquis propter iuramentum super eo interpositum. & ideo cum ex contractu nullo non uriatur actio. ut d. l. non dubium. & ex inramento etiã non oriatur in casu hoc quo iuramentum uenit ad obseruantiam contractus. non oritur obligatio nec actio. ut l. licet. §. es. ff. de procuratoribus & quod no. glo. in. l. certi condictio. in prin. ff. si cer. peta.

† Præterea etiam dato, quod potuisset mulier hæc renunciare requirebatur, ut certioraretur de beneficio sibi competenti per d. auth. si qua mulier. vt renunciatio ei præiudicaret. ut dixit Cy. in l. 2. C. de rescin. uend. & Io. in c. pen. extra de emp. & uëdit. in nouella. Et hoc etiam uidemus communiter obseruari in beneficio Velleiani. unde fortius in hoc, quod firmius & poteutius est de qua certioratione non constat iu iuramento. ergo non præsumitur. l. quecunque. ff. de publiciana. & quod notatur in l. sciendum. ff. de uer. obli. per Bar. & Moder. Et ideo iuramentum interpositum non ultra debet extendi, iuxta ea quæ habentur in. l. fin. C. de non numerata pecu. & Bal. in l. fi. C. de pactis. ubi dixit, quòd ad quæ non extenditur renunciatio, nec iuramentum. & ideo si nec renunciatio nec iuramentum ad hoc se extendit beneficiũ, ipsa uxor non poterit repelli exceptione iuramenti. Et multominus eius hæres ad quẽ, & si nõ trãsit iuramẽtũ, quo ad piurij uinculũ: ut dixit Iu. i d. c. ueritatis. nã deficit tunc uirtus cõtractus: ut dixit Bal. in l. generaliter in prin. C. de reb. credi. Tamẽ hic de uiribus contractus non est tractandum: ex quo contractus est nullus. & quia hunc casum exceptionis non cõprehendebat. & sic etiam colligitur responsio ad dictum c. cum contingat. de iureiur. quia debet intelligi in eo, qui scieus sibi competere beneficium renunciauit, & iurauit. & ita loquitur etiã c. quamuis de pac. in 6. Nec enim per illam confessionem præsumitur eam illam pecuniam suscepisse, secundum Nicolaum de Marar. dicentem illam confessionem esse inanem ex consequentia inanis consensus. Vnde sicut nec potuit, & non potest renunciare illi authẽticæ: ita nec potest confiteri intentionem illius autheuticæ: quia inter personas prohibitas intelligitur confessio prohibita omnino: in l. qui testamẽtum. ff. de proba. & hoc Bal. firmat in d. auth. si qua mulier super litera. Vnde † dato, quòd ipsi mulieri foret necessaria petitio absolutionis a iuramento vt diceret de nullitate dicti contractus, quo ad se, eius hæredi, qui nũc conuenitur ex tali contractu, non est necessaria, per id quod dixit Io. An. in c. fin. de fo. compe. in 6. & sequitur Bal. in l. emptione. C. plus valere, quod agitur & Paul. de Castr. in consi. 158. incip. visis & consideratis &c. & Rap. Fulg. in consi. cxcix. incip. filius an & quando &c. & domi. Card. in consi. xx. incip. circa statutum &c. & etiam Bal. in consil. cxcvj. in 3. parte incip. Imperator consessit &c. Ad quod etiam accedit doctrina Bald. in l. 1. C. si aduer. vend. dicentis, quod aut contractus est nullus beneficio iuris communis. & tunc cõtractus non firmatur iuramento: vt l. non dubium. Aut uenit anuullandus beneficio prætoris: & tunc contractus firmatur iuramento. vt in d. auth. sacramenta puberum. Et Io. in auth. sacramenta, iuramẽtum tollit beneficium circa actum ualidum. sed in l. non dubium. tractatur de iure communi non tollendo, circa etiam actum inualidum. Et idem etiã sequitur Bal. in l. 1. C. si aduersus veu. per quam determinatur hæc quæstio. quia hic actus fuit nullus. si non probetur pecuniam uersam iu vtilitatem dictæ uxoris d. auth. si qua mulier ibi iubemus nulla tenus valere aut tenere, siue semel, siue multoties huiusmodi aliquid pro eadem fiat, siue priuatum, siue publicum sit. sed ita esse, atque scriptum esset. Et per consequens nõ est necessaria absolutio a iuramento, quando actus est nullus, secundum Pau. de Ca. in suo consilio. cxvj. inci. circa primum quæsitum &c. & in consilio, ccxix. incipien. in causa quæ vertitur coram domino vicario &c. & Io. de ana. in consi. 33. incip. circa primum dubium &c. & etiam ego dixi ibi aliquid in additionibus meis. & Bal. in consi. cxlix. in 2. parte consiliorum suorum, inci. statuto &c. & Auge. in d. consi. clx. inci. de uenditione mulieris &c. Et per prædicta potest intelligi respõsio ad doctrinam Bart. in l. si quis pro eo in fi. ff. de fideius. ubi uidetur cõcludere in Velleiano & aliis beneficiis, introductis in fauorem certæ personæ, ꝙ iuramentum interpositum sic seruandum. Quoniam illud procedit vbi contractus tenuit, sed poterat rescindi beneficio prætoris. Sed hic contractus ab initio fuit nullus. Nam Velleianum ipso iure cõtractum annullat vt plene in l. 1. per Bar. ff. ad Vell. & ff. de condit. inde. l. qui exceptionem. Secundo loquitur in beneficio competeuti: cui quis potest renunciare. vt l. fi. §. fi. ad Velleia. sed hic renunciari non poterat. Tertio loquitur in casu, in qno iuramentum erat interpositnm ad exclusionẽ illius beneficij. sed hic secus: quia de beneficio auth. si qua mulier. non fuit in instrumento dictum. Quarto, quia illa procedunt in beneficio, de quo renunciãs fuit certioratns. ut dixit Io. An. vbi supra. hic secus quia non fuit certiorata vt colligitur ex inspectione instrumenti quæ est euidens probatio. ut dixit Barto. in l. Titiæ textores. ff. de le. 1. Nec certiorata præsumitur. vt dixit Bar. & alij in d. l. sciendum. & quis in dubio nõ præsumitur renũciare iuri, quod ignorat: ut in l. mater. C. de inof. test. Quinto quia dictum Barto. procedit in casibus, in quibus contractus

tractus non præsumitur in fraudem legis factus, ahas secus. ut ind. l. non dubium. Nam tale iuramentum non debet seruari. ut in d. c. cum cõtingat nec Bar. aliud dixisset, quæ præsumptio est in casu hoc si aliter non probatur in utilitatem uersum, ut d. auth. si qua mulier. Præterea quicquid dicatur, si diceretur iuramentum obstare, hoc est de iure canonico. Nam de iure ciuili est clarum, ut dicit glo. in d. auth. hoc locum. C. de colla. & in l. pactum. & in l. 2. C. de iu. do. & in l. si prædium. C. de præd. minorum. & ex forma statuti debet seruari ius ciuile, nõ canonicum. Et licet statutum secundum quosdam non potuerit derogare canoni, in his quæ concernunt animam. per ea de quibus in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutioni. & l. omni nouatione. & authen. cassa. C. de sac. san. eccl. & per Pau. de Cast. in consil. ccxvj. incip. circa primum quæsitum &c. & per dñm Ab. in consi. lxxij. in 1. uo. incip. in negocio Io. Pauli &c. & Ang. in consi. clx. incip. de uenditione mulieris &c. & Pe. de anch. in consil. ccxx. Et uoluit do. meus Alexan. de Imo. in consi. cvj. incip. circa statutũ &c. in 4. uol. & in consil. lix. in primo uol. incip. an statutum laicorum &c. & in consi. viij. incip. abunde satis &c. † Tamen hoc casu non tantum statutum derogat, sed papalis cõfirmatio. de quo nemo dubitat posse derogasse iuramento, cum habeat uim apostolici: ut dixit glo. in l. de iure. ff. ad municipa. Et quod legitur & notatur in l. si. ff. qui satisdare cogantur. & in illo uerbo, quodcunque ligaueris. & c. & Papa confirmat omnia statuta edita in ciuitate Bono. nisi sint contra libertatem ecclesiasticam. Et inter hæc statuta est, quòd ubi est discordia inter ius ciuile, & ius canonicum seruetur ius ciuile. & in hoc iuramento, uel nõ, est differentia quia Canon hoc † iuramentum de quo in themate, uel non ualidat uel si ualidat, ius ciuile dixit nullum. Nec obseruantia, uel non obseruantia talis iuramenti est contra libertatem ecclesiasticam. ut patet. Et probatur per ea, quæ dixit Iacobus butrig. & Moderni in d. l. omni nouatione. & authen. cassa. C. de sacrosanctis ecclesiis. Ergo hoc statutum est confirmatorium. & non ligabitur iuramento authoritate Papæ approbantis legalem decisionem. Et si Canon secus sentiat, cum ipse Papa potest derogare, ut in c. primo de consti. in sexto cum similibus. Laus Deo & diuo Dominico aduocato meo, Amen.

Et ita ut supra scriptũ est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques: sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regie ciuitatis Boñ. patriæ meæ studio. Et in fidem præmissorum, me subscripsi, & solito sigillo sigillari feci.

CASUS CONSILII XLVI. TALIS EST.

Futius & Gabriel contractum fecerunt adinuicem, in quo Gabriel cõstituit se debitorem Futii in certa pecuniarum quantitate. Quam dictus Gabriel promisit soluere Futio, ad certum terminum, cum obligatione bonorum pacto præcarii. Et iurauerunt ambo omnia & singula contenta in instrumento, vera fuisse, & esse, eaq; perpetuo firma & grata habere, tenere, attendere, obseruare, & adimplere, & in nullo contrafacere, dicere, excipere, opponere, uel uenire, per se, uel alterum eorum, aliquã ratione, uel modo, uel ingenio, de iure, vel de facto, in iudicio, siue extra. Adueniẽte termino non soluit Gabriel quantitatem debitam. secundum quod promisit & etiam iurauit. Facto igitur contra eum præcepto executiuo uigore confessionis per eius legitimum procuratorem in iudicio sponte factę: Futius vigore prædictorum obtinuit sibi dari tenutam bonorum. Et successiue meruit in solutum per sententiam debitoris dicti Gabrielis, pro eo seu parte eius, quod Gabriel restabat debitor. A qua sententia lata in curia domini potestatis Gabriel appellauit. Et commissa est causa appellationis uni ex iudicib. appellationum secundum statuta ciuitatis Bon. qua appellatione pendente, dictus Gabriel recursum habuit ad forum mercatorũ, asserens dictam sententiam nullam, allegauit, & deduxit se non esse debitorem Futij: & errorem fuisse in calculo. Et dum hæc discuterentur & agitarentur in curia mercatorum factum fuit compromissum in quosdam mercatores, qui haberent uidere, an esset error in calculo, per dictos Futium & Gabrielem, qui promiserunt stare, & parere his, quæ laudarentur & declararentur per dictos dominos arbitros, & ab eis non appellare, uel reclamare. Arbitri vero suum tulerunt laudũ, iter eos, cui laudo Futius acquieuit. Gabriel autem ab eo reclamauit, & comparens corã reuerendo do. vicario episcopi Bon. parte absente & non citata, petiit & obtinuit se habilitari aduersus iuramentum in dicto compromisso præstitum. Qua habilitate sic obtẽta, comparuit coram iudice mercatorum, & produxit suam petitionem cõtra laudum super eius reductione. Oppositum fuit de periurio, quòd non poterat, nec debebat audiri: cum esset periurus & infamis: tum quia, non soluendo ad terminum promissum & iuratum in instrumento. Item quia contrauueniendo instrumento, dicendo se non esse debitorem prout ipse promisit & iurauit. Vltimo ueniendo contra laudum, cui stare promisit, & iurauit. Respõdebatur pro parte Gabrielis, quod ex quo erat habilitatus a uicario episcopi, statutum mercatorum permittebat eum posse petere laudum reduci corã iudice.

iudice. Respondetur sibi, quòd statutum laicorum nõ poterat operari nec disponere super iuramento. Secundo, quia statutum illud disponens quem audiri obtenta habilitatione a iuramento, intelligitur de habilitatione ualida: sed cum ista habilitatio fuerit obtenta parte absente, & nõ citata erat nullius momenti, tanquam si facta non fuisset: ergo &c. Nihilominus do. iudices, quibus erat cõmissa causa huiusmodi, pronunciauerunt ꝓcedendum esse ad ulteriora, nõ obstantibus exceptis. Ad hac pronuncia est appellatum pro parte Futij, pro eo, quia debuissent pronunciare dicti consules Gabrielem esse periurum, & non debere audiri, super qua appellatione dicti Futii, consules, quibus ipsa appellatio cõmissa fuit pronũciauerunt per ipsos primo consules. Ab hac sententia lata in fauorem Futii, iterum appellauit Gabriel: cui appellationi opposuit Futius, quod non procederet, & nõ ualeret: quia statutum loquens de reductione laudi, prouidet, ꝙ qui obtinet unam sententiam cõtra se post laudum, confirmans laudum, in totum, uel pro parte, non possit appellare. Et ulterius non audiatur appellans: & petiit etiam per Gabrielem satisdari de expensis reficiendis, secundum quod disponit statutum de appellationibus in ipso foro. Nihilominus consules quibus commissa fuit hæc appellatio, nõ obstante, quòd ipsa non procederet: & ꝙ esset deserta pro eo, quia satisdatum non fuit ꝓnunciauerunt bene appellatũ pro parte Gabrielis, & male esse iudicatum per consules prædictos. Ab hac ultima sententia, Futius appellauit, & dixit ipsam sententiam nullam & infra terminum statuti comparuit corã iudice & instanter petiit eam cõmitti, & protestatus fuit diligenter de commissione. iudex uolens uidere, an deberet committere necne distulit eius commissionem per unam diẽ post tempus datum a statuto, & tandem illã commisit. Opponitur mõdo, pro parte Gabrielis, ꝙ hæc appellatio ultimo loco facta, per Futium, nõ teneat, ex eo ꝙ ex forma statuti & de iure ciuili non liceat appellare nisi semel ab interlocutoria. Item, ꝙ sit deserta, ex eo, quia non fuit commisse infra dies a statuto præfixos, per iudices, qui illam committere debebant. Respondetur sibi pro parte Futii, ꝙ ista pronunciatio, quẽ esse periurium, & non audiendum ab interlocutoria, trahit secum executionem, habet uim diffinitiuę: quia si dictus Gabriel tanquam periurus nõ debet audiri, remanet firmum laudũ. & sic potuit appellari, non obstante, ꝙ dicatur interlocutoria: quia trahit secum executionem. & etiã habet uim diffinitiuę, nec potest dici deserta, pro eo, ꝙ iudex eam nõ cõmiserit infra dies a statuto prefixos, cum Futius usus fuerit debita diligentia, comparendo coram iudice, & protestando cum instantia. Non enim fuit in potestate eius illam cõmittere, sed erat in potestate iudicis, cui ꝓtestando & diligentia utendo per Futium satisfactũ est. Et posito sine dubio, ꝙ super appellatione isti iudices, quibus appellatio & nullitas cõmissa est procedere & cognoscere non possent: attamen possent cognoscere de nullitate sententię latę per ultimos iudicantes, super secunda appellatione: tũ: quia non habebant iurisdictionem cum esset ꝓhibitum Gabrieli: qui post laudum obtinuit sententiam contrariam sibi, nec posset audiri contra laudum tanquam periurus. Secundario, quia appellatio Gabrielis, esset deserta, pro eo, quia non præstitit satisdationẽ expensarum a statuto requisitam ipsi consules nõ erant amplius iudices meritorum: sed solummodo super desertione prenunciare debebãt. & sententia lata super meritis ab his, qui carebãt iurisdictione, fuit nulla. Est ergo conclusiuę uidendum, an hæc appellatio nouissime interposita, commissa pro parte Futii, procedat. Et an sit deserta, & an sententia lata in fauorem Gabrielis super sua appellatione sit nulla, tanquam lata a carente iurisdictione, & tanquam improbata a statuto prohibente illum appellare, qui habuit unã sententiam post se contra laudem. Et an dictus Gabriel sit periurus, ita ꝙ ad aliquam defensionem audiri non possit.

SVMMARIVM.

1. *Promittens se posse conueniri coram aliquo Iudice, an possit penitere: iuxta not. in l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. iud.*
2. *Iuramentum an habeat causam præcisam: vt quis possit compelli ad factum. An vero liberetur soluendo interesse, non obstante iuramento.*
3. *Compelli an quis possit præcise ad factum, ob iuramentum præstitum, de iure Canon.*
4. *Pecunia quando dicatur debita, ex causa mercantiæ.*
5. *Verba, nullo modo, nullatenus, inuiolabiliter, & similia quid significent.*
6. *Iuramentum an possit annullari per statutum.*
7. *Lex vbi deficit, an sufficiat allegare authoritatẽ maiorum.*
8. *Agere seu experiri an quis possit sine actione.*
9. *Notarius vnus si est rogatus de processu, an alius rogari possit ad audiendam sententiam: non subsistente aliquo iusto impedimento.*

CON-

CONSILIVM XLV.

Cor mundum crea in me Deus & ſpiritū rectum innoua in uiſceribus meis: in præſenti conſultatione ea, quæ iuri & ueritati conſona ſunt, in medtū afferre ualeam. Pro tanto, in cauſa Gabrielis in qua dubitatur, quia dictus Gabriel promiſit dare & ſoluere: & ſolemniter ſe obligauit &c. & ſolēniter renunciauit priuilegio fori &c. & poſsit cogi & conueniri coram quocūque iudice competenti vel incompetenti. & etiam iurauit prout latius de his omnibus in inſtrumento prædicto continetur, ſit particularis mentio, 1 † an illud iuramentum præciſe compellat eum ad reſpondendum ſub iudice non ſuo: & ſic in competenti. & ſic vt non habeat locum. l. ſi conuenerit. de iu. om. iud. per quam poteſt penitere vſque ad litem conteſta. & hoc verum dicit ibi Ang. niſi ipſa pactio ſit iurata: quia poterit compelli iurans ad obſeruationem iuramenti per eccleſiaſticam cenſuram: ex quo poteſt ſeruari ſine periculo ſalutis æterne: vt in c. nouit de iud. & in c. in noſtra. & in c. & ſi Chriſtus. de iureiur. Iſta ſunt verba Ang. ibi, quæ tamen parum faciunt ad caſum noſtrum. Cum iſtæ non fuerit compulſus per cenſuram eccleſiaſticā. & ſic per eccleſiaſticū iudicem: vt dicit Ang. cuius etiam verba non dicunt nec ſtringunt, prout dicitur per partem aduerſam, quòd propter iuramentum compellitur præciſe ad reſpondendū, nō obſtante d. l. ſi conuenerit. Nam poſſunt iſta ſtare ſimul, ꝙ valeat pactio: vt dicit Ang. ſ. quantum ad hoc propter iuramentum. ſ. vt ſi non ſeruat, debeat compelli ad ſeruandum. i. reſpondendum, & ſi non ſeruat, teneatur ad intereſſe propter obligationem facti, vt dicam infra. Nam certum & indubitatum eſſe dico, ꝙ cum iuramentum debeat intelligi ſecundum naturam promiſsionis & contractus, ſup quo interponitur per l. fi. C. de non nu. pec. l. fi. ff. qui ſatiſd. cog. quod ex quo per l. prædictam, ſi cōuenerit. poterit pœnitere dato, ꝙ ipſe promittens teneatur ad intereſſe: quia in obligatione facti ſuccedit obligatio ad intereſſe. l. ſiquis ab alio. §. fi. ff. de re iud. l. ſtipulationes non diuiduntur. ver. Celſus. ff. de uerb. obli. cum ſi. allegatis per gl. in dictis iuribus. Et q̄q̄ poſſent allegari aliqua in contrarium, ꝙ poſſet præciſe compelli propter iuramentum, per gl. in l. ſi pecuniā. ff. de condit. ob cauſam. qui examinat Bal. in l. j. C. de fen. quæ pro eo, quod intereſt, proferuntur. & domi. meus Alex. de Imo. in conſi. 67. in fi. in 3. vol. conſiliorum ſuorum incipien. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Gaſparem &c. & in conſil. 102. in 2. colum. incip. ſi non ſit oppoſita exceptio, &c. & in conſilio. 133. incip. an ſi ſocius promiſit &c. in eo. vol. & Pau. de Caſt. in conſi. 177. incip. contra ſuperius &c. maxime in 2. col. & Rap. Cu. in conſi. 179. incip. pactum appoſitum in tranſactione &c. & in conſi. 92. in fi. incip. filius qui non poteſt ſtare &c. & in conſi. 182. incip. viſa copia proceſſus, &c. & Rapha. Fulgo. in conſi. 209. incip. duobus fratribus &c. & in conſil. 219. inci. viſis binis proceſsibus &c. & Io. de Ana. in conſil. 23. incip. circa primū dubium &c. vbi ego aliquid dixi in addi. meis ad illa conſilia. & Bald. in conſi. 8. in ſecunda parte conſiliorum incip. poſt longam &c. & aliquid per do. meum Alexan. in cōſi. 91. in 2. vol. incipien. viſis actis mihi tranſmiſſis &c. in 4. col. & in d. l. ſi conuenerit. ff. de iur. om. iud. Ad hoc allegatur ſecundum do. Ludo. ibi. l. hæreditatem. ff. de do. ubi ipſe dicit, quòd de rigore iuris ciuilis non poteſt quis per iuramentum cōpelli ad factum. & iſtud eſt verius, vt ibi per eum. tamen in terminis noſtris, & ſic in caſu noſtro, ꝙ non teneatur reſpondere, & ſic ad factum compelli propter dictum iuramentum. diſputauit do. Anto. & tenet prædictam opi. ꝙ non poſſit compelli præciſe in caſu noſtro & do. Ant. ſequitur Abb. in c. 1. de iud. & do. Ant. & Io. de Imo. in c. per tuas. de arb. vbi etiam Io. An. & do. Ant. in d. c. 1. de iu. dicunt, ꝙ prima opi. ſ. ꝙ non poſsit compelli, eſt verior de iure. & hanc opi. etiam ſequitur in x. col. in d. c. 1. de iud. & aliqui Moder. in d. l. ſi conuenerit. 2 Sed tamen † poteſt dici, vt dixit Io. de Imo. in l. 2. §. pe. ff. de do. quod q̄q̄ dicatur ꝙ quis propter iuramentum poſsit compelli ad factum, per gl. in d. l. pecuniam. ff. de condi. ob. cauſam tamen ſecundū eum illa glo. non probat hoc: quia poteſt intelligi quātum ad Deum illud quod dicitur ꝙ quis debet ſeruare iuramentum præciſe & neceſſario. Et ſi verum ſit quantum ad Deum, poſsit compelli, non q̄tum ad forum iudicialem: ſed ſufficit ꝙ ſoluat intereſſe. Et ſic vult ibi, ꝙ vbi non procedit præambula diſpoſitio, ſecundum cuius naturam ipſum iuramentum habeat operari, non poſsit compelli quis præciſe ſed ſatis eſt, ꝙ teneatur ad intereſſe. Præterea ad hoc adduco, quod voluit do. Io. de Ana. qui leuauit vxorem meam de ſacro fonte, in c. fi. extra ne prælati vices ſuas. in fi. prime col. vbi vult poſſe dici, quòd etiam de iure canonico quis non poſsit præciſe compelli ad factum, quia promittens factū duo promittit, vnum expreſſe. ſ. factum: aliud tacite. ſ. intereſſe, per tex. cū gl. in d. l. ſtipulationes nō diuiduntur, ver. Celſus. ff. de ver. ob. & in electione promittentis eſt dare quem velit. ſ. factum implere, vel ſoluere intereſſe, & ſic tacite dicitur ſeruare iuramentum. in quo iuramento etiam de iure canonico eſt quandoq; tacita conditio: vt in c. quemadmodum. de iureiur. Et ſic propter prædicta videtur dicendum, quòd ex illo iuramento nō ſic præciſe poterit compelli per dominum poteſtatem ad ſeruādum ipſum iuramentū. & ſic reſpondere corā eo iudice incompetenti. 3 † Et maxime hoc dico in caſu noſtro: quia ex forma ſtatuti mercantie poſitā ſub rub. de lo officio del iudice de la mercantia. habetur & diſponitur expreſſe contrarium. ſ. ꝙ ipſe do. poteſtas nō poſsit eſſe iudex cum hæc cauſa ſit mercantilis, quæ inter mercatores tractatur ergo iſta pecunia dicitur mercantilis, quæ petitur ratione frumenti venditi Venetiis, ad portandum Bon. per id, quod dicitur in l. fi. C. ad Macedo. & ibi Bal. & in l. Macedoniani. eo. tit. vbi vult, qđ dicatur pecunia data ob mercantiam, quando debetur a mercatore. facit quod dicit Bar. ibi in d. l. fi. quòd pecunia data ſcholari, videtur in dubio data ob cauſam ſcholaſticam. Et poſuit Rap. Cu. in conſi. 146. in 3. col.

col.inci.Simon & Elias &c.& Rap.Ful.in cõſ.116. incip.ſtante appellatione &c.& dom.Abb.in conſ. 78.in j.vol. conſiliorum. quæ ego edidi tempore, quo legebam iura ciuilia de mane in alma ciuitate Ferrariæ.& illud conſiliũ incipit:viſo toto proceſſu &c.in j.col. Et illuſtris doctor dom. Fran.Areti. in conſil.29.incip.diligenter & mature conſideratis &c. Vnde † cum dictum ſtatutum poſitum ſub rub.prædicta de lo officio del iudeſe &c.velit quòd nullus poſsit eſſe iudex de cauſa mercãtili,niſi ipſemet iudex, & cõſules,& nullus alius officialis Boñ. poſsit eſſe iudex aliquo modo,ratione, vel cauſa ẽt ſi ambe partes tacite & expreſſe conſentirẽt in eũ. Sed ſolum ipſe iudex mercantie: conſidero illa verba non poſſa eſſere iudice per alcuno modo,raſone o cauſa. Item etiam ſi ambe partes conſentirẽt &c. Nam ſunt verba vniuerſalia, & negatiue prolata,& poſita. & ſic comprehendunt omnem modum, per quem poſſet ad hoc deueniri, etiam diſpenſatiue, per id quod dixit gl.in verbo, nullo modo.in cle. ni.qui de ætate & qualita.& facit quod dixit Ab.in ſua diſputatione,quæ incipit: ſtatuto cauetur &c. inquantum dicit ꝙ verbum inuiolabiliter obſerue tur.importat,vt tollat omnẽ modum, per quẽ poſſet veniri in contrarium.& facit quod dixit idẽ do. Abb.in c.qualiter & quando. el ſecundo.de accuſa.& do.Anto.in cle.j.de ſequeſ.poſſ. & fructuum. vbi dixit etiam in dictione nullatenus,quod importat decretum,vt quicquid fit in contrarium,non valeat,& tollatur omnis modus, per quem poſsit deueniri contra. Ad hoc etiam facit,quod dixit Ang. de verbo nullo modo.& Imo.poſt eum in l.ſi quæramus.ff.de teſta. Ergo ex quo ipſum ſtatutum nõ vult aliquo modo ratione vel cauſa, etiam ſi partes conſentiant, ꝙ poſsit alius eſſe iudex, quam iudex mercantie, & annullet omnia in contrarium facta. Neceſſario infertur,quòd nõ vult aliquo modo fieri. & ſic tollit modum per quem fieri poſſet, & ſic per iuramentum. Nam ſicut verba vniuerſalia affirmatiua requirũt concurſum omnium, & quì omne dicit,nihil excludit l.ſi is, qui ducẽta.§.vtrum.ff.de rebus dub.c.ſolite de maiorita. & obedien.l.Iulianus.ff.de lega.3.l.a mandatore.C.mandati,cum ſimili.ita & verba vniuerſalia negatiua, requirũt cõcurſum omnium.vt in l.legitimos.§.ergo. & ibi gl. ff.de legi.tut. Et † ſic cum iſtud ſtatutum annullet proceſſum & ſententiam latã quocunq; modo per alium iudicem,quam mercantie. & ſic annullet iuramentum.patet,quòd vigore dicti iuramenti præſtiti de reſpondendo coram competenti, non obligatur ipſe Gabriel iurans : licet conſentiat ad ſeruandum iuramentum ipſum præciſe, vt compulſit, ſententiam it dominus poteſtas,qui eſt incompetẽs in caſu mercantili. vt ſupra deduxi etiam de iure in terminis noſtris.& ad hoc conſonant verba ſtatuti dictæ mercantie,de quibus ſupra. Et ad hoc dicendum me mouet ſtatutum cõmunis Boñ. in concluſione ſtatutorum in ver.ne aũt ſub prætextu alicuius ſacramenti &c.vbi in effectu mandatur ſtatuta ſeruari,non obſtante aliqua renunciatione, vel pacto etiam iuramento firmato. Et demum in ver.itẽ dicimus & ordinamus &c. mandatur quòd ſtatuta & ordinamẽta & prouiſiones communis Bon. non comprehenſe vel reſeruate in dictis ſtatutis vniuerſitatis mercantie,&c.& ſic ipſum ſtatutum cõmunis Bon.vult obſeruationem & firmationem habere omnino debere ſtatuta mercantie : quia ꝙ vnũ dicit,reliquũ excludit c.nonne de præſumpt.l.cum prætor.ff.de iudiciis c.qualis 25. diſt.cum ſimi. Nã ex quo approbat ſtatuta communis Bono.& improbat alia ſtatuta non comprehenſa in volumine illo ſtatutorum,& ſaluat ſtatuta mercantie , de neceſsitate infertur,ꝙ ipſa ſtatuta mercantie approbare videtur,argum.eius,quod dicitur,exceptio firmat regulã in non exceptis.l.quæſitum.§.deniq;.ff.de ſundo inſtructo.& c.dñs.52.q.7.cum ſimilibus. Vnde ex quo ipſum ſtatutũ cõmunis Bono.reiecit ipſum iuramentũ,& renunciationẽ quantum ad obſeruantiam ipſius ſtatuti:etiam idẽ videtur eſſe dicendum in ſtatuto mercantie approbato per ipſum ſtatutũ communis Bono. Nec obſtat,ſi diceretur, ipſa ſtatuta mercantie nullam faciunt mentionẽ de iuramẽto. ergo non debemus attendere ipſa , quantum ad ipſum iuramentũ: quia reſpondeo ꝙ cũ habeamus de iure,ꝙ vbi deficit ſtatutum particulare, recurrẽdũ eſt ad ſtatuta cõmunia dictæ ciuitatis.l.de quibus.ff.de legi. Vnde ex quo ſtatutũ mercantie vult, ꝙ omnino alius non ſit iudex,quam iudex mercantie,etiam ſi partes ambe conſentiant. & nihil dicit de iuramento. Recurremus hoc caſu obmiſſo reſpectu iuramenti ad dictum ſtatutum communis Bono.quod vult in ipſa concluſione, quòd etiam ſi iuramentum interueniat in renunciatione ſtatutorum,ꝙ non valeat ipſa renunciatio, vel pactũ iuratum in ea,vt ſupra. Et ad hoc dicendum me mouet illud ꝙ dicitur in l.tale pactum.cum gl.ff.de pactis. & quod voluit etiã dñs Anto.& Io.de Imo.in cle.j. de reſcrip.pro quo eſt etiã bona gl.iuncto tex.i c. diaconus.38.di.&facit tex.in l.ſcire oportet ver.tñ legiſlator.ff.de excuſa.tutorũ.& l.quamuis mulieri.ff.ſol.mat.& Ang.idem voluit in conſil.33.incip. de reformatione quæ loquitur &c.& facit gl.in c.2. de confeſsis in 6. inquantum tex.dicit in reo, & gl. dicit idẽ in actore eſſe.& gl.in l.j.ff.de raptu virgi. ubi tex.etiã pœnalis loquitur de uiro.& gl.ibi dicit idẽ eſſe in muliere rapiente virum,ꝙ ex quo ipſi ſtatuentes in foro mercantili voluerunt , ꝙ nullus alius,qu ã iudex mercantie aliqua ratione vel cauſa, etiam ſi ambe partes conſentiãt ſi interrogati fuiſſent. Quia ſi interueniſſet iuramentum partiũ, eligẽdo alium in iudicẽ,an valeret aperte dixiſſent, ꝙ non ualeret : quia etiam ſtatutum prædictum cõis Bon.in concluſione ſtatutorum hoc uult per prædicta. Et quia dixerunt quacunq; ratione, uel cauſa, vt ſupra dixi. Ex † quibus non inſtando in argumẽtis concludo, & maxime propter authoritatem tãtorũ doctorum , qui dicunt in caſu noſtro hoc eſſe de iure verius. Quod ſi quis ſe obliget ad reſpondendum corã iudice incompetenti , etiam ſi interueniat iuramentum,tale iuramentum non obligat, maxime præciſe ad reſpondendum , ut ſupra dixi. Nam clarum eſt,ut dixit Ang.in l.ſi idem cum eodem.ff.de iuriſd.omni.iudi.§.fi.ubi dicit eſſe text. ſingul.ꝙ ubi deficit lex,ſufficit allegare authoritatem maiorum noſtrorum.pro quo facit text.& ibi Dominicus in c.de quibus.20.diſt. Et idem dixit

Ang.

Ang. in sua disputatione, quæ incipit: nobilis quidam genere &c. & facit quod dixit Hostiensis in c. inquirendum de peculio clericorum. Et Innoc. in c. in nostra. de sepulturis facit etiam tex. in c. 1. de decimis. Et sic in casu nostro dico sufficere authoritatem tantorum uirorum, in isto casu. Vnde cum uos dñi iudices appellationum, qui successeditis in locum primi iudicis, debeatis facere illud quod ipse primus iudex facere debebat iuxta notata in l. 1. ff. de appellationi. & in authentico, ut cum de appellatione cognoscitur in principio. & per gl. in l. leges. C. de legibus. & per dominum Antonium in rubrica de consuetudine. & est gloss. xij. distinctione in c. illud. Infertur necessario, quod debetis pronunciare sententiam latam per dictum dominum potestatem fore nullam, tanquam latam ab incompetenti. & maxime uos dñæ. A. qui estis unus ex iudicibus appellationi, quibus causa est commissa, cum iuramentis circa statuta mercantiæ ergo tenemini seruare, cum iuramentum sit seruandum d. c. & si Christus. de iureiurãdo. & sic consequenter pronuntiare ipsam sententiam nullam uigore prædictorum, & maxime statuti prædicti. & partem aduersam etiam in expensis condemnare c. finem litibus de dolo, & contu. l. properandu m. C. de iudi. cum similibus. Et † ad prædicta, quòd hæc facere debeatis, & quòd dicta sententia sit nulla, obstat ex alio capite, etiã quia ipse cessionarius agit sine actione. & sine actione nemo experitur l. si pupilli. §. uideamus. ff. de neg. ge. Quod autem si ne citatione experiatur, patet quia ex productis coram nobis, constat quòd ipse cessionarius assertus caret actione. l. 2. & l. fi. C. de litigiosis. † Præterea ex alio dicitur nulla, quia ut audio causa fuit incepta, & acta scripta per unum notarium, demum per alium notarium fuit facta citatio, ad audiendum sententiam, & ipse secundus notarius etiam fuit rogatus de sententia, quæ de iure ferri non poterat, non subsistente impedimento, per id quod dixit Bal. in l. 1. in fi. de sportulis. & in l. testamenta omnia, post prin. C. de testa. & per eundem Bal. pulchre in c. irrefragabili. de off. or. & bene facit tex. cum gl. in c. publicato. de electione. & gl. in fi. in c. 1. de renunciatione. cum similibus. & ex actis nõ constat de impedimento. Ergo secundum. suprà deducta, est nulla sententia. & sic debetis iudicare & condemnare, ut dixi.

Et ita ut supra scriptũ est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques: sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Boñ. patriæ meæ studio. Et in fidem præmissorum propria manu. me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & Beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII XLVII. TALIS EST.

Nobiles de Bologninis, de Bononia, iamdiu habent, habueruntq; inter alias capellas in tẽplis ciuitatis Bono. per eosdem constructas, & quas quolibet die construi faciunt, unam amplissimam capellam sitam in ecclesia sancti Petronii, sub uocabulo trium magiorum, olim constructam a primo lapide, a magnifico domino Bartholomeo Bolognino seniore. & mirabiliter ornatam per eum. & etiam sufficienter dotatam per eundem. In qua singulis diebus celebratur & celebrari debet una missa ex testamento & ordinatione dicti domini Bartholomei, per unum sacerdotem qui debet præsentari per eos de Bologninis, hæredes mediatos eiusdem in personam. & ita longissimo tempore semper factum est, continue cum præsentatione eorum de Bologninis, absque ad penultimum eiusdem cã pellę rectorem inclusiuo: qui fuit Iacobus de Bologninis: qui tamen nõ erat sacerdos nec in sacris constitutus: sed continue fecit ipse per alium sacerdotem celebrare singulis diebus missam prædictam in capella prædicta. Quo Iacobo rectore prædicto mortuo, spectabilis Ioannes de Bologninis unus ex patronis dictæ capellę pro totali dimidia, & etiam Philippus eius consobrinus, pro una sexta parte totius, præsentarunt Reuer. in Christo patri domino uicario Reuerendissimi episcopi Bononiensis dominum Masceũ Sarzana sacerdotem, & in sacris constitutum ut idoneum pro exequenda uoluntate dicti testatoris in celebrando ad prædictam capellam. prout de præsentatione & confirmatione huiusmodi latius constat in actis, & in rogationibus notarii publici curiæ episcopalis. Modo quidam bonincontrus præsbyter Ferrariensis, impetrauit capellam prædictã. a. s. d. n. Papa Innocentio. viij. asserens eam tunc de præsenti uacare tacita præsentatione & confirmatione prædicti de dicto domino Maseo, & impetrauit literas executoriãles in latissima forma. quarum literarum uigore missus fuit in pòssessionem dictæ capellę, non citato possessore prædicto: sed fulminanter, multum ex arrupto: prout ex processu superinde confecto manifeste uideri potest. Quæ sentiens præfatus dominus Mascus ab eadem executione appellauit. Cuius appellatione etiam per eum iudicem delatum est, si & inquantum &c. Quibus stantibus ad huc præfatus executor procedit contra eundem dominum Mascum, cum excommunicando, utpote, quo non cessauit celebrari & celebrare facere, in eadem capella, prout semper fecerat. Quæritur modo, quid iuris.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Executor literarum apostolicarum, cu ius conscientiæ aliquid committitur, an teneatur eos citare, & quorum præiudicio agitur in eius officii executione. & nume ro.3.*
2 *Leges an possit transgredi ille, cuius conscientiæ aliquid commissum est. & nu.4.*
3 *Conscientia an includat arbitrium boni uiri. Et an prius debeat præstari iuramentum, per eum, qui habet facere aliquid, secundum conscientiam suam.*
6 *Temporis breuitas, an arguat processus inordinationem. Et quid in decreto breui tempore interposito.*

CONSILIVM XLVII.

Cor mundum crea in me Deus & spiritũ rectum innoua in uisceribus meis in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in mediũ afferre valeam. Visis igitur & diligente: consideratis literis executorialibus apostolicis emanatis super possessione danda d dicta amplissima capella triũ magiorũ, sita i ecclesia diui Petronii de iurepatronatus nobilium illorum de Bologninis, prout est cuidã Bonincontro de Ferraria, prout latius in eis continetur. Obmisso multiloquio, prout mei moris est, cum ueritas in paucis consistat, dico † breuiter dictas literas nõ potuisse nec debuisse quoquomodo exequi per di ctum assertum executorem, & posita executione exinde facta tali, quali non posse dictum commissarium ad ulteriora nunc procedere stante maxime appellatione & admissione, si & inquantum &c. per eum sequuta. Capio primum, in quo dico dictas literas inquam pluribus fore subreptitias. maxime, dum in eis dicitur, quod dicta capella de iurepatronatus illorum de Bologninis ad præsens vacat &c. Nam hoc penitus falsum est, stante collatio ne facta iam sunt octo menses, per ordinarium, cũ maiore parte patronorum uidelicet nomine spectabilis Io. de Bologninis pro una totali dimidia in iurepatronatus dictæ capellæ, & nomine Philippi similiter de Bologninis, qui est pro una sexta parte totius quæ collatio qualiscunque fuerit, debuit cũ causæ cognitione constare, liquere q̃ præfato domino executori, cui ostensum fuisset de non uacatura dictæ capellæ, ex multiplici capite: prout debitis loco & tẽpore ostendetur, cum agetur de meritis causæ. † Insuper in eisdem literis continetur aliud, quòd inducat in possessionem dictum Bonincontrarium, nisi fuerit ius quæsitum alteri &c. Ex quo sequitur quòd Papa noluit derogare per literas prædictas alicui iuri tertio competenti, prout uere competebat, de quo iura etiam qualecunque esset, debuit dictus executor etiam intelligere uelle & super eo causæ cognitionem adhibere, prout latius circa prædicta, & quodlibet prædictorum mature scriptum est per honorabilem dñm meum dñm Ioannem de sala, ad quem in his me remitto solum, super addens circa processum aliqua, & etiam pro iustificanda appellatione unum uerbum, ad quod expectamus responsum per executorem literarum apostolicarum: cuius cõscientiæ cõ mittitur. nam huiusmodi executores tenentur sem per præmittere cognitionẽ, & uocare eos, de quorum præiudicio quomodocunque agitur secundũ notata per glo. in cle. I. in gl. magna. de offi. dele. & glo. iuncto tex. in cle. præsenti. & ibi hoc firmant scribentes omnes in uerb. constiterit. extra de cen si. & Inn. & alios post eum i c. dudum extra de præ sumpt. & Pau. de Eleaza. in cle. I. de concess. præbẽ. & Ange. & Io. de Imo. in l. in illa stipulatione. ff. de uer. ob. cum multis similibus, quæ i medium afferre possem. Sed ista notissima & trita sunt: sed tanto magis debuit prædictus dominus executor hoc facere in casu nostro, cum eisdem literis executorialibus expresse dicatur de præiudicio non inferendo, ut patet in uerbo, nisi tempore date, ius alteri 3 sit quæsitum &c. Nec † dicatur mihi amice aduerte. quia prædicta uera sunt, nisi esset adiecta ibi illa clausula, qua conscientia dicti executoris oneratur. per quam clausulam uidetur, quòd non requiratur aliqua citatio, per id quod noluit Bal. in l. certum in 2. col. C. unde cognati. ubi dixit, quòd ubicunque mandatur alicui prouideri, si est dignus, nõ est aliquis citandus. & sufficit quòd probationes concludant soli executori. nam talis commissio secundum Bal. ibi est potius conscientialis, quam iudicialis &c. Nam ad hoc ego respondeo, quod Bal. non loquitur in casu nostro: ut notat gl. in cle. I. & probatur in l. mutuo. §. sub conditione, ubi hoc expresse not. Bar. ff. de tutelis. Nam tunc debet citari omnis, de cuius præiudicio quomodocunque tractatur, uel tractari potest. & istud uidetur etiã fuisse de mente Bal. in d. l. certum. dum allegat notata in d. cle. I. de officio delega. Et ideo dicebat in proposito nostro. multum accomodate Lud. Roma. in d. l. certum. in fine, quod doctrina Bal. ibi non habet locum, quando extaret aliquis de cuius præiudicio quomodocunque tractaretur, per idquod notatur in gl. in l. fi. C. de bonorum possessione. & ita sentit etiam Bal. Nam ad hoc ut executor recte exequatur, necessarium est eum informare conscientiam suam: quæ informatio fit mediante citatione partis, secundum eum arg. l. fi. C. si per uim uel alio modo. Præterea adduco notabilẽ doctrinam. Bal. in sua disputatione incipiente statuto canetur, q fenerator. & in ultima columna. ubi dixit quòd ille 4 cuius † conscientiæ aliquid committitur, non potest transgredi leges: quia intelligitur de conscientia quam pars sibi fabricat allegat text. in l. codicillis. in. fi. ff. de lega. 2. Confirmantur prædicta per notata per gl. in clemen. I. in uerbo, oneramus de iurepatronatus. & per notata per Bald. in l. fi. in fine. C. de iure domi. impetran. & Bal. in l. nulli. C. de episc. & cleri. in quarta col. in uersiculo, ex prædictis sequitur de terminatio &c. & per Ang. & Io. de Imo. in l. ab executore. i principio. ff. de appel. lat. & per Dominicum de sancto Geminiano in c. statutũ. §. assessorem. de rescriptis. in 6. & facit text. in c. constitutus, extra de purga. cano. ubi conclu5 dunt præfati docentes, quòd uerbum † conscientiæ, importat arbitrium boni uiri: non autem libe

mar

tam uoluntatem. Sed ita est, quòd quãdo committitur aliquid arbitrio boni uiri uel per alia uerba importãtia arbitrium boni uiri, tenetur executor requirere partes, & quemlibet de cuius præiudicio agitur, secundum Bar. in l. captatorias in tertia quæstione. C. de testamento milit. & Bar. in extrauaganti ad reprimendum in uerbo sine figura. & in uer. uidebit &c. & posuit dominus meus Alex. de Imola in consilio cxiij. in quinto uolumine, incipiente, an conductor possit succidere arbores &c. in penult. col. & Ludo. Roma. in consilio cccclviij. incipiente: præ posita ualiditate &c. & Alex. in consilio 1. in secundo uolumine, incipien. uisis dubitationibus &c. ubi ponit, quando & quomodo stetur decisioni eius, cuius conscientiæ aliquid committitur. Accedat etiam doctrina notabilis Pau. de Castr. in l. de pupillo. §. qui opus. post Bug. ibidem. ff. de noui operis nunciatio. Vbi dixit, quòd vbi aliquid committitur conscientiæ alicuius, si vult actum suum sortiri effectum, ut non possit infringi, requiritur quòd iure tempora actus, quòd ita dictat sibi conscientia: alias secundum eos, nõ est standum d. dicto suo. Mouentur per tex. in d. §. qui opus. & per l. Theopompus de dote prælegata. dicentes ita debere limitari gl. singularem, in dicto c. statutum. §. assessorem. de rescriptis libro sexto. Cum ergo non fuerit istud seruatum hic, nec alia a iure requisita, per dictum executorem iiste processus non subsistit, & merito, & iuste potuit appellari. & postquã admissa est, si & inquantum &c. sequitur necessario, quòd de iure admittenda est, & fuit in terminis nostris ita decidit do. meus Alex. de Imo. in consi. cxviij. in 2. uol. consiliorum suorum inci. An. executor literarum &c. ubi multum singulariter more suo loquutus est in casu nostro circa literas apostolicas executoriales in specie, & in indiuiduo. 5 † Non obmitto aliud, pro iustificatione appellationis factæ quia si inspiciatur processus factus per dictum dominum commissarium in informando conscientiam suam, circa sibi commissa, & in datione asserte tenute de dicta capella, prout ego oculata fide uidi, apparet de breui tempore. Nam eodem die, imo eodem mane omnia peracta fuerunt. Ex qua breuitate temporis apertissime constat de dicti processus fulminatione, nec cognitionem aliquam saltem lagitimam potuisse interuenisse, unde processus inde factus nullius est momenti. ... cum ex literis extra de in integr. restitu. & posuit Speculator in titulo de sententiæ prolatione in §. quomodo. in uer. item opponitur, quòd iudex &c. Et do. Anto. in c. iurgantium de re iudi. & & in c. uestra. de cohabit. cle. & mulie. & Bart. in l. prolatam. in fi. C. de sententiis. & Ci. & Bal. in pro. ffororum. in antepe. co. Et ideo dicebat Pe. de Anch. in consi. lxij. incip. uisis diligenter actis &c. quòd si quis est designatus curator minor per decretum iudicis, & fuit postea præstita authoritas eius in certa obligatione, non ualet ob temporis breuitatem. Ex qua breuitate apparet de non causæ cognitione. Allegat tex. in d. c. ex literis. & nota. per Bar. in d. l. prolatam. C. de senten. & uoluit idem do. meus Alexan. de Imo. in consi. cxiij. in v. uolu. consiliorum suorum, incipien. an curator constitutus ad unum actum &c. Et ex hoc manifeste colligitur, de iniustitia & nullitate ex his procedente, ex quibus potuit appellari. & post quam appellatio admissa est, si & inquantum &c. ut paret admissione hãc esse, & fuisse iustam. & per consequens ea pendente, nihil potest nec debet innouari, per dictum executorem, qui si in exequendo nimis propere, & vt ita dixerim, nimis perfunctorie & amicabiliter processit, non debet multiplicare inconueniens, nec se inretiare velle, & de executore se partem & aduocatum partis facere, prout pars ipsa aduersa alias dixit eum fore circa hoc aduocatum, & prout probabitur per testes fide dignos, & etiam processus ipse satis super quæ satis indicat.

Et ita ut supra scriptũ est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques, sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis: Iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bon. patriæ meæ studio. Et in fidem præmissorum propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & Beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASUS CONSILII XLVIII. TALIS EST.

Consortus Quidam, inter alia bona habebat domum quandam emphyteuticam conductam ab ecclesia, pro se, & filiis, & nepotibus suis, prout in instrumento inuestiture clarissime cõstat, q postea veniẽs ad mortẽ, condidit testamentũ, in quo inter alia in eo disposita, filium suum instituit hæredem vniuersalem, & esse uoluit, & legauit uxori suæ uictum & uestitum, secundum veteres, & facultates patrimonij sui. Quo mortuo dicta uxor petit habitationem in domo emphyteutica. Filius vero dicti Consorti domum hanc non esse in hæreditate asserit, nec esse quid hæreditarium, & per consequens secundum eum, non debetur in ea habitatio, nec aliqua alia ccmmoditas percipienda ex ea, vtputa pensiones & alia, quæ perciperentur & percipi possent ex ea domo, & quòd est paratus præstare alimenta, iuxta uires hæreditatis, quæ tamen sunt satis tenues, nec in eis est alia domus, in qua stare possit dicta mulier. Quibus stãtibus, quæritur quid iuris.

SUMMARIUM.

1 *Res emphyteutica conducta ab ecclesia, an dicatur esse quid hæreditarium. & nu. 4. 5.*

2 *Emphyteusis ecclesiastica, de sui natura, an transeat ad hæredes*

hæredes extraneos:an vero ad descendentes tantum.
3 *Emphyteusis ecclesiæ, an transeat ad filios, etiam si non sint hæredes. Et quid in emphyteusi concessa a priuato.*
6 *Emphyteusim recipiens, non potest eam legare vni ex filiis in præiudicium aliorum.*
7 *Renunciatio facta per filium, mortuo patre, emphyteusi ecclesiasticæ, an noceat filiis suis, & excludat ab ea.*
8 *Victus, & vestitus, an comprehendant habitationem, & eius appellatione veniant.*
9 *Alimenta an veniant appellatione habitationis.*
10 *Verba hæc, maxime, secundū, prout, & similia, quid inferāt.*

CONSILIVM XLVIII.

Cor mundum crea in me Deus:& spiritum rectū innoua in uisceribus meis vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati cōsona sunt, i mediū afferre valeā. Intellecto igit̄ pūcto mihi porrecto & ī facto narrato.† Circa primū dubiū, quo q̄ritur an domus illa emphyteutica olim cōducta a Cōforto testōre, p se & filiis & nepotibus, dicat̄ esse q̄d hæreditariū: adeo vt d. vxor dicti testōris, q̄ debet habere victū, & vestitū ī bonis dicti testōris, iuxta & fcd̄m vires dictæ hæreditatis put in eius testamēto latius cōtinet̄, possit habere aliquā cōmoditatē ex ea domo, vel rōne pēsionū ex inde pcipiendarū, vel rōne habitationis breuiter, obmisso multiloquio, dico q̄ nō. Nā vbicūq; qs recipit rē in emphyteusim ab ecclesia p se filiis, & nepotibus, talis res trāsit ad dictos descēdētes, ēt si nō sint hæredes cōducētis, seu recipiētis. Nā† ea q̄ trāseūt d̄ sui natura solū ad descēdētes, vt ē emphyteusis ecclesiastica fcd̄m magis cōs opiniones, vt in. §. emphyteusim ī aut. de nō aliena. & late ponūt scribētes oēs, maxime dñs meus Alex. de Imo. in l. ēt in pri. ff. sol. ma. & ibi alias legēdo dixi. & ēt dñi cano. oēs ī c. in pñtia de pb. & Spe. ī tit. de locato. §. nūc aliqua. ī ver. si reperiant̄ p se filiis & nepotibus. Et voluit Raph. Cu. ī cōs. 11. inc. Emphyteuta inuestito &c. & Rap. Ful. ī cōs. 9. inc. Abb. monasterij &c. trāseūt ad eos, ēt si nō sint hrdes. l. vt iurisiurādi. §. si liberi. & l. si oparū. ff. de opis libertotū. & ita expsse cōcludit Bar. in d. §. si liberi. qd'† emphyteusis ecclesiastica trāseat ad filios et si nō sint hrdes. & idē etiā voluit Spe. ī d. §. nūc aliqua ī versi. 78. & ī uersi. 168 & Bar. ī l. si tibi x. §. si pactus p notata ibi p gl. ff. de. pactis. & Bar. Ang. & Io. de Imo. ī l. qd' dr̄. ff. de verborū oblig. & Bar. ī l. Gallus. §. quidā recte. ff. de liberis & posth. & Bar. in l. si nō sortē. §. libertus ī fine ff. de cōdicti. iudebiti. & Bar. Bal. & Ang. in l. itē venīūt. §. nūc videamus. ff. de peti. hæredi. Vbi† expsse dicūt, q̄ talis emphyteusis ī casu isto, nō dr̄ quid hæreditariū, nisi pater recepisset p se & descēdētibus & ita voluit ēt Bal. ī d. l. si tibi. x. §. si pactus. & ēt Bal. in aut. si quas ruinas. C. de sacrosā. eccle. vbi allegat. tex. ad hoc ī l. filiusfamilias. §. cū qs. ff. de legatis primo. & ī l. quodcūq;. §. j. ff. de verb. oblig. & in l. 2. ff. de interdictis & relegatis. cū multis aliis de q̄bus ibi p eū, argumētantē hincinde ad ptes. & finaliter firmantē hāc opinionē. & idē voluit ipsemet Bal. in l. liberti. in x. col. C. de oper. liberto. & ī l. 3. ī fin. C. de fideicom. vbi refert Oldr. idē tenuisse, & idē etiā tenuit Bal. ī l. filio pterito. p illū tex. vbi hoc ēt notat Io. de Imo. ff. de iniu. test. & Bal. & Saly. cōbono in aut. vū si parēs p illū tex. C. de inoffi. testa. & Bapost And. de Iser. ī c. j. in ti. an agnatus vel filius. & Iac. de belui. ibidē ī vsibus feudorū. & Saly. in l. 2. in 18. q. C. de iure emphy. & Io. de Imo. ī l. qd' dr̄. ff. de ver. obli. & Pet. de Anch. ī cle. 2. extra de iur. patro. & Pau. de Cas. ī cō. 136. inc. viso instrumēto cuiusdā inuestituræ, &c. & ī cōs. 137. inc. viso pūcto supra scripto &c. ī j. col. & ī cōsi. 361. inc. uiso statuto ciuitatis castelli &c. in 2. col. & d. Frā. Aret. ī cōs. 53. inc. diligēter discussit &c. in j. & 2. col. & Rapha. Ful. in cōsi. 238. inc. casus talis pponit. & dñs meus Alex. de Imo. in cōsi. 8. in 3. vol. inc. visis subtilissimis dubitationibus &c. Secus aūt esset in emphyteusi cōcessa a priuato alicui recipiēti, p se, filiis ac nepotibus q̄a cū illa sit trāsitoria ad quoscūq; hrdes, vt pater recipere p eis, vt hæredibus, p notata. ī d. §. si tibi decē. Et istā cōclusionē in specie & in indiuiduo reperio firmasse pstatum d. meū Alex. de Imo. ī suo cōsi. 128. in 5. vol. cōsiliorū inc. si cōcessū est in emphyteusim tictio p se filiis & nepotibus &c. vbi apte cōcludit, q̄ emphyteusis ecclesiastica nisi† sit recepta p hæredibus, nō est q̄d hrditariū, adeo q̄ si extra rei filius & nepos ex alio filio pmortuo, nō admittet filius fratris pmortui. nec dr̄ isto casu ī emphyteusi ecclesiastica repræsentare psona patris pmortui. Nā hoc casu nō tractat̄ de cōcessione cōcernēte cām hæreditariā seu cohererētē causæ hæreditariæ, & ita refert Bal. & Raph. Cu. tenētes in l. cū ita. §. in fideicōmisso. ff. de leg. 2. & ēt idē voluit Bal. in cōsi. 136. in 2. pte cōsiliorū, inc. pūctus talis est &c. & p consequēs cōcludo absolutā esse hāc primā dubitationē, q̄ dicta domus emphyteutica nō dr̄ esse quid hrditariū nec coherēs rei hrditariæ.† Pro qua cōclusione adduco. nā talis res emphyteutica intantū dr̄ eē extra hrditatē recipiētis, q̄ nō posset recipiēs legare dictā emphyteusim vni ex filiis, ī piudiciū aliorū, q̄bus ē ius iā q̄sitū: nō vt hæredibus, sed vt simplicibus descēdētibus. ita reperio cōsuluisse Bar. ī suo cōs. 60. inc. q̄ ista hēt duo dubia &c. & Bar. ī d. l. vt iureiurādi. §. si liberi. & Feder. d̄ seuis ī cōs. 228. inc factū tale ē duo fratres &c. & ēt Pet. de Anch. ī cōsi. 302. inc. in themate psupposito, q̄ quinq; sunt libri &c. & Bal. & Saly. in l. si adulta. C. de hæreditariis actio. & Bal. Ang. & Pau. de Ca. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de leg. j. & Saly. in d. l. si. C. de iure emphyteu. & do. meus Alex. de Imo. in dicto cōs. 8. Accedat ad confirmationē prædictorum etiā quod voluit Bal. in l. qui se patris in 8. col. C. vnde liberi. & Bal. in l. si in personā. C. de fideicōmisis. Vbi† cōcludit, q̄ renūciatio facta p filium mortuo patre, in feudo vel emphyteusi, nō nocet nepoti: vtpote cui ius iā q̄siū est, nō vt hæredi: sed vt descēdēti. & idē voluit ēt dñs meus Alex. de Imo. in suo cōsi. 89. ī 4. vol. consiliorū incipiente: vtrū emphyteusis ecclesiastica. vbi aperte cōcludit, q̄ talis emphyteusis nō transit ad filios, vt hæredes: sed ad eos, vt filios, vel descendentes. remittēs se ad not. p se ī d. l. Gallus. §. j. ff. de liberis & posthu.† Circa uero fcd̄m dubitationē, qua quæritur an uxor pdicta cui debetur uictus & uestitus debeat ēt habere habitationē: Breuiter dico quòd sic: sed non in ea re emphyteuti, nec potest in eadē domo insistere tex. est in l. legatis. ff. de alimentis & ciba. lega. p quē tex. ita in ter

minis firmat Bar.ibi,ubi aliud uoluit, quòd ét debetur lectus,fine qno homo uiuere non pôt, per l. stratũ & l.qnos nos hostes.§.fin.ff. de uerb.sign. Et in terminis voluit dñs Abb.in consi.63.inc. q̃dã domina B.&c.in scd̃o volumine consiliorũ suorum in 3.col.vbi allegat tex.in d.l.legatis. Nihilominus licet appellatione victus & uestitus seu alimentorũ veniat habitatio ut modo dixi: secus est econtra. Nã appellatione habitationis non veniunt alimenta.quia alimenta dicuntur genus, sed habitatio dr̃ species,q̃ non comprehendit ipsum genus.l.cũ his. §.qui transigit.ff.de transac.l.antiquitas.C.de vsufruct.& d.l.legatis. Et hoc in terminis voluit dñs meus Alex.de Imo.in suo conf.72.in vltima co.i 5. vol.cõsiliorũ incip.viso processu &oĩbus actis &c. in verb.postremo non obmitto. &c.Itaq; hæc scd̃a dubitatio non eget longioribus verbis. Nam dicta vxor debet omnino habere ẽt habitationẽ ab hæredibus dicti eius mariti: sed non pôt iñ insistere in dicta domo emphyteutica.vtpote q̃ est extra hæreditatẽ,nec coheret hæreditati,per ea q̃ supra deduxi.Tñ in præsenti casu plus dico,ꝙ nec ẽt cuiuscunque alterius domus habitatio debetur, cũ dicta dispositio limitate per dictũ testatorẽ facta fuerit. vt patet ex uerbis testamenti p̃dicti, vbi relinquitur uictus,& uestitus,iuxta† & scd̃m facultates hæreditatis suæ &c.quæ uerba habent annexã limitatio nẽ:iuxta tex.in d.l.ædilia.& ibi notat.Barto.in ver. prout. C.de ædendo &.psuit Ang.in consil.x.inci. in nomine dñi,amen.si dictus Io.&c. Et dñs meus Alex.de Imo.in consi.3.in j.vol.inci.de materia generalis absolutionis.& in consi.29.7.col.in 5.vol. incip.constitutio parrochialis &c.& Bal.in cõs.70. in quarta pte consiliorũ suorum,incip.generalitas &c.In quibus locis concludunt oẽs præfati scribentes,ꝙ verbũ,prout,& iuxta & scd̃m, & similia inducunt restrictionẽ & limitationem. Et facit textus in l.prout.ff.de solu.& in c.si duo.§.fin.de procur. in vi. Cũ ergo dictus testator considerauerit scd̃m uires patrimonij sui dictum uictum, & uestitũ,relictum,sub quibus,ut supra dixi cõprehenditur habitatio,nõ debebitur ipsa habitatio: nisi quatenus in ipsa hæreditate reperiatur domus, vel habilitas emẽdi vnã domũ.Et idẽ dico inuictũ &vestitu.vt.s. nõ debeanẽ,nisi quatenus p̃stari possint,&cõmode, de iuribus vulg.l.nepos Proculo.de ver.signi.cũ si.

Et,ut supra scriptũ est cõsulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & eques:sacri palatij apostolici aduocatus cõsistorialis: iura ciuilia ordinarie legẽs in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Boñ.patriæ meæ studio.Et in fidem præmissorũ,p̃pria manu me subscripsi,& solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & Beato Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII XLIX. SATIS EST.

Florianus De muglio Bon.impetrauit a felicis recordationis Papa Sixto Pon.Max.vnũ breue seu priuilegiũ, ęrigẽdi vnũ hospitiũ ĩ ciuitate Bon.ĩ quo vẽdere seu vẽdi facere posset oẽm quantitatẽ vini maluatici, & tribiani, & hoc toto tp̃e vite dicti Floriani absq; solutione vel onere soluẽdi aliq̃d occasione p̃dicta, ali alicui vel aliq̃bus officialibus, maxime datiariis uini eiusdẽ ciuitatis Bon. Et ita erexit hospitiũ unũ,ĩ quo p certo tp̃e vẽdi fecit vinũ,& alia similia de q̃bus ĩ eiusdẽ priuilegio cõtinebatur,qd̃ vidẽtes domini datiarij uiri eõpo fuerũt secũ,vt cessaret a uẽditione p̃dicta, ut darẽt ei singulis annis libras ducentas,prout de hac cõpositione& desecutis exinde p plures annos solutionibus apparet in libris thesaurarij dicti datij uini Bon. existentis p.s.d. v.Deinde ad instantiã datiariorũ p̃dictorum suspẽsa fuerũt oĩa decreta & exẽptiones concesse p p̃fatũ Sixtũ:tamẽ, non cessauerunt dicti datiarij a solutione dictarũ librarũ ducentarũ dicto Floriano.& p̃seuerauerunt soluendo singulis annis eidẽ & certis aliis ciuibus Bononiẽsibus.cũ quibus eõposuerãt, ad hoc ut nõ uẽderẽt nec uẽdi facerent uinũ,& similia.Et sic factũ est toto tp̃e uitę p̃fati Sixti Põtificis maximi.Demum eo mortuo, dñs.A.& socij eius de Bononia emerũt & cõduxerunt p̃dictũ datiũ ab Innocẽtio Papa viij.successore dicti Sixti.inito cõtractu inter reuerẽdos dños clericos camerę apostolicæ, ex una pte: & dictos cõductores ex altera, put ex cõtractu inter eos inito,liquidissimę cõstat.In quo instrumẽto inter alia in eo contenta, dr̃ quod oĩa decreta & priuilegia intelligantur,& sint suspẽsa tp̃e eius coronationis &c.& ẽt impetrauerunt breuia, suspẽdentia exemptiones hmõi,prout ex eorũ tenore cõstat, referẽtia se ad cõtractũ prædictũ. Quibus stãtibus,nõ dicti datiarij nolunt soluere dicto Floriano vlterius aliquid.& dicũt ẽt nõ posse vẽdere, nec facere hospitiũ:in quo vinũ velsimilia vẽdantur,vigore dictæ suspẽsionis decretorũ. Ecõtra dicit ipse.ꝙ imo hæc pôt, & ꝙ debet ei seruari in eis terminis in quibus tp̃e felicis recordationis præfati Sixti erat,cũ in contractu prædicto ita dicatur: Et sic se fundat ex eo contractu. Quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Contractus initi inter principes & subditos eorum,an valeant:& habeant vim legis,& statuti.Et an possint per principem reuocari.& nu.2.*

3 *Subditis an succurratur contra principes, & quomodo, in casu contrauentionis eorum.& nu.7.*

4 *Dispositio referens se ad aliam dispositionem,an intelligatur secundum eam,ad quam se refert, & quomodo.*

5 *Verba ista:iuxta, & secundum formam iuris communis, quomodo intelligantur.*

6 *Clausula, omni exceptione remota, & similes, quid operentur.*

CON-

CONSILIVM XLIX.

Cor mundum Crea in me

Deus:& spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. † Viso igitur instrumento venditionis & locationis initæ inter reuerendos patres, & dominos meos cameræ apostolicæ, clericos regẽtes, & agentes pro sanctissimo dño nro Papa Innocẽtio.8. ex pte vna: & illos socios ementes & conducentes, & qui conduxerũt datium vni cõmunitatus Bon. anno dñi 1486. die 3. mensis Iulij. Necnõ visis tenoribus breuiũ, ex post emanatorũ a pfato. s. d. enim. directorum tã ad magnificos & potentes dños dños Ancianos, & sexdecim dictæ ciuitatis Bono. Et ẽt ad. R. dñm, Aloysiũ de Capris &c. Necnõ ad illustrẽ dominum Ioannẽ de bentiuoliis. Et oĩbus aliis ad pſentẽ cõsultationẽ facientibus, mature ac diligenter pensatis: Necnon visis solutionibus factis præfacto Floriano de mulglio occasione cõpositionis factæ inter magnificum olim dñm thesaurarium, & dictũ Florianum, de libris ducen. is, soluendis occasione hospitij Solis: Necnõ visis eisdem priuilegiis & breuibus, pro eius obseruatione emanatis a felicis recordationis Sixto, Papa iiij. Necnon visis quampluribus aliis priuilegiis & multis ac multis contractibus in dicta ciuitate Boñ. factis quorũ oĩum tenores consideraui, & quorum copiæ ẽt manifeste visæ fuerunt. Obmisso multiloquio, prout semp mei moris est, & maxime, cum apud sapientes verba facturus sim, dico breuiter, quòd dicta oĩa priuilegia & ẽt immunitates sunt oĩno in viridi obseruantia, & ad ea seruanda tenẽtur pdicti emptores seu cõductores, & non possunt pp hoc habere regressum nec actio nẽ aliquam contra prædictã camerã apostolicã. & minus ẽt cõtra prætatum dñm nostrũ. Et ad hoc in primis me mouet particularis & specialis conuentio, in dicto contractu venditionis & locationis cõtenta, in ver. q̃ quidem locationẽ & venditionẽ &c. & in ver. promisit, ẽt idem conductor seruare oĩa & singula decreta, exemptiones, & immunitates hactenus, tã & summis pontificibus, q̃ legatis dummodo concessa pro legatis, sint authoritate apostolica roborata cõitatibus, hominibus, & personis cõcessa. & q̃ ex exercitio & exactione dicti datij per alios consuetos executores consueuerunt eo mõ& ea forma, quibus seruata fuisse reperirent a die assumptionis. s. d. enim Papæ Innocentij ad pontificatũ & non aliter: nec alio modo, tã actiuæ, q̃ passiuæ &c. q̃ uerba diligenter notanda sunt. nã hinc pẽdent leges & prophetæ. & hoc clypeo põt se primo sedes apostolica tueri, ad cuius fauorẽ scribimus, nõ minus, q̃ pro priuilegiatis aduersus conductores seu emptores prædictos. & dico quòd tenentur seruare dicti conductores oĩa priuilegia, & exemptiones in eis terminis, in quibus erãt tempore assumptionis pdictæ & hoc vigore dicti contractus, 2 in † quo specialiter istud prouisum est. nã iste contractus initus inter pdictos. Reuerendos dños clericos, ea pte vna, & dictos conductores ex alia, dẽ habere & habet vim legis: vt est tex. in l. donationes. C. de dona. inter virum & vxo. & ĩ l. Cesar. ff. de publicanis. & vtrobiq; notãt scribentes, & maximẽ Bar. ibi dixit, quòd si aliqua ciuitas uel superior fãcit aliqua pacta cum aliquo publicano, vel alio, p iudex illius ciuitatis debet seruare illa pacta, sicut statuta cõis & habent illa pacta vim statuti, non solum quo ad contrahentes, sed ẽt quo ad oẽs. & idẽ voluit Bar. in l. ciuitas. ff. si cer. pe. & Bal. ĩ tit. de pace constan. in ver. si qua vero. &c. vbi dixit, ẽt quòd communes contractus. qui fiunt cũ principe, habent vim & naturã bonẽ fidei, & debent intelligi ad bonum, & ad sanũ intellectũ. & uuluit Bar. in l. 4. §. actor. de re iudi. & in l. licut. ff. quòd cuiuſq; vni. nomine. & Bal. in l. j. §. quibus. in 2. col. eo. ti. & Bal. in l. j. C. ne filius p patre. Ergo ĩ proposito nro apertẽ dicendum est, quòd oĩa pdicta capitula in dicto cõtractu contenta, habent omnimodã vim legis. & necessarium est ea seruari debere, p dictos emptores, & eo modo & forma, quibus p alios præteri os cõductores obseruari consueuerunt, & non aliter nec 3 alio modo, tã actiuæ, q̃ passiuæ. Quo dato † certũ est, quòd tpe assumptionis. s. d. n. Innocentij dictus Florianus habebat occasione dicti hospitij solis, iã diu sibi concessi, libras ducenta a pdecessoribus horum conductorũ præsentium, ex cõuentione expressa inter eos inita, & ex solutionibus exinde singulis annis sequutis, prout ex libris eiusdẽ thesaurarij clare probatur & constat. ergo eo modo quò dicta sua immunitas & exemptio reperta est, debet nunc & debuit semper abinde citra seruari; p istos præsentes emptores, seu conductores vigore contractus pdicti. Et similiter dico, quòd oĩa & quecũque alia priuilegia debent obseruari in eiusdẽ terminis & statu, quibus reperiebant, & erant a die assumptionis pdictæ. Et plus dico, quòd si qua seruata non fuere, debent posse ea priuilegia & immunitates, habentes repetere omne id, quod indebite & iniuste ab eis exactum est, & extortum est per cõductores pdictos l. j. & per totum. ff. de cond. inde. & in l. cuius, p errorẽ. de reg. iur. cũ si. Pro quibus oĩbus facit, quia pfati Reuerendi dñi locatores eo iure datium pdictum nõ concessissent pro ptio, quò concesserunt, si oĩa ea priuilegia & exẽptiones seruari non debuissent. nã eis cessantibus & sublatis, dicta venditio seu locatio potuisset & debuisset p bono ecclesię fieri, pro multo maiore, ptio q̃ facta fuerit & forte pro duplo eius, pro quo eo tunc facta fuit. nam ita valebat & valeret. Non † ob. modo 4 si diceretur amice aduerte, quia pfatus. s. d. eñ, in quodam breui suo directo ad præfatos magnificos dños ancianos, dato, dicit se concessisse dictis conductoribus ad quinquennium dictum datium nini, suspendendo oĩa & singula decreta, & exemptiones cuiuscunq; personæ, p Romanos põtifices, seu sedem apostolicam actenus facta, pterquam ab eo concessa, uel confirmata &c. & sic videtur per ea verba aperte uoluisse suspendere prædicta omnia priuilegia. & per consequens. non debet dictus Florianus, vel alij exempti posse se iuuare propter suspensionem prædictam in eo breui enarratam. Quia ad hoc respõdeo, & hic aduertite qso. nã hæc fuit & est quædã maxima fallacia, imo, si loqui licet, deceptio, quæ interuenit pro pte dictorũ emptorũ, vel conductorũ contra pfatũ. s. d. eñ, qui tũc credit

dit se suspendisse singula, & oïa decreta, & exceptiones. q̃ minime verũ erat. Præterea rñdeo, & inconuincibiliter, q̃ illa suspẽsio de quo i eo breui fit mẽtio, nõ fuit facta indistincte, sed qualificatiuæ & relatiuæ, vt patet in eodẽ breui: immediate, in ver. prout ex contractu in cameta nr̃a apostolica desup celebrato latius apparet. vnde vř suspẽdere oïa, put in eo cõtinetur. d. l. asse toto. ff. de hære. insti. & iuxta notata p Bal. in l. Callus. §. si eius. ff. de lib. & posth. & Bal. in l. j. C. de confes. in 12. col. & l. 2. C. de pba. & Bar. in l. rerũ quidẽ. ff. re. amo. vbi ponunt † q̃o intelligunt illa verba, sc̃dm & iuxta formã iuris, & statutorũ &c. & sic quid operet relatio facta ad aliã scripturã, vel ad aliam dispositionẽ, concludẽtes, q̃ intelligitur sc̃dm continẽtiã & tenorem scripturæ, seu dispositionis ad q̃ refertur. d. l. asse toto, de hære. insti. † Obmitto nunc in mediũ afferre virtutem illorũ verborũ in dictis breuibus, emanatorum dũ dr̃ omni exceptione remota, concessione hmõi no strã inuiolabiliter obseruetis, & obseruari faciatis, &c. & in ver. tibi expresse iniungimus: vt concessio nẽ pdictã ab oïbus cuiuscunq; conditionis & qualitatis sint, obseruari facias, &c. & nã horũ verborum maxima est vis, & importantia, & effectus: de q̃bus p Bal. in addi. Spec. in tit. de emp. & ven. in §. verba. & p Pau. de Cas. in suo consi. 347. incip. sup primo puncto quærit, &c. in 6. col. circa principiũ. in ver. confirmatur ẽt conclusio suprascripta &c. vbi ponit de verbis istis omni meliori mõ &c. vt ibi p eũ. Plus dico, q̃ decretum seu exceptio dicti Floriani & oïa alia eidẽ similia q̃ concessa fuerunt cũ certo onere soluendi certã quantitatẽ pecuniæ, non potuerunt nec possunt p superiorẽ tolli, ẽt si expressa apostolica suspensio reperiretur, p doctrinã Bal. i l. si cum mihi. ff. de dolo. vbi dixit, q̃ priuilegium cõcessum a principe, quod non pendet ex sola authoritate cõcedentis: sed ex iure quæsito alteri, non põt reuocari nisi ex causa. & idẽ refert se consuluisse in ciuitate Senarũ, q̃ priuilegium datũ quibusdã bannitis, vt possent securæ morari in ciuitate, ex eo q̃ eorũ opa certum castrũ quæsiuerant, est irreuocabile. & voluit ẽt do. meus Alex. de Imo. in consi. 16. in 13. col. 5. volu. incip. de effectu pacis constantiæ &c. & Pau. de Cast. in cõsi. 161. inc. in psenti causa, &c. i 9. col. in versi. sed ex disponente &c. & Pau. de Cas. in consi. 283. incip. primũ dubium pcedit, &c. vbi ponit, an dicatur † princeps inire contractum cũ subdito, i priuilegio concesso, qñ soluitur pretiũ. & d. Cardi. in suo consi. 85. in sc̃da col. incip. casus permissionis &c. & in cõsi. 142. incip. sanctissimus dñs noster &c. & do. Abb. in consi. 3. in 2. vol. suorũ cõsiliorũ, incipiente: nitar in psenti cã &c. vbi multum late prosequitur, ponens: succurrit subdito contra principem nõ seruantem contractũ secum initum. & Ang. in cõ. 260. incipi. in rebelles & forastati &c.

Et, ut supra scriptũ est cõsulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & eques: sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetustissimo regiæ ciuitatis Boñ. studio. patriæ meæ Et in fidem præmissorum, propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & Beato Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII L. TALIS EST.

Paulus Agẽs i humanis, habebat inter alia bona sua, quãdã domũ sub eodẽ tecto, sub cõtextu, cũ q̃busdã aliis. Quã domũ ipse vendidit p pretio suo Titio p certo pretio inter eos conuento: prout latius & de pretio & de aliis omnibus constat, in instrumento publico dicti celebrati contractus. Demum condidit testamentum, in quo Christoforum, eius vnicum, suum hæredem vniuersalem instituit, & esse voluit, & mortuus est. Eo mortuo, dictus Christoforus nondum adita per eum hæreditate paterna, conuenitur, vt hæres institutus a patre suo, a Titio emptore prædicto, ratione domus ab eo euicte, a dictis consortibus & ad pretium, & ad omne interesse eorũ. Opponitur pro parte eius, q̃ non est quoquomodo ei obligatus, vtpote, qui nondum adiuit hæreditatẽ paternã, & qui solummodo noïe est hæres patris. Modo quæritur, q̃d iuris.

SVMMARIVM.

1. *Hæres an dicatur esse vna & eadẽ persona cum defuncto.*
2. *Hæres institutus, qui nondum adiuit hæreditatem, teneatur ad debita hæreditaria.*
3. *Hæres qui non confecit inuentarium, an & quando teneatur insolidum creditoribus hæreditariis.*
4. *Hæreditatem paternam qui non vult adire, an possit assequi legitimam sibi debitam a iure.*
5. *Legitimam quo titulo debeat relinqui filio per patrem.*

CONSILIVM L.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Et in psentia breuibus vtar, quia res hæc non eget verbis lõgioribus. Inuocato igitur diuino suffragio, more solito, quo mediante veritas elucescat: vř dicendum Christoforũ, filium quondã Pauli, ferri, teneri, & obligatũ esse ad manu tenendum illud, q̃d fecit dictus Paulus eius olim pater, qui vẽdidit domum communẽ irrequisitis con socijs & fratribus suis, tunc minoribus, & non psentibus, nec consentientibus, & promisit de euictione, & alia contẽta in contractu dictæ venditionis. Cũ † ergo emptor qui emit a dicto Paulo, molestet & inquietet ab illis prætendentibus habere ius in dicta domo vẽdita, ratione consortoriæ, videtur quòd iste Christoforus tanquam filius, & tanquam hæres dicti Pauli, teneatur ad hoc omnino, & casu quo res euincatur, prout euicta est, teneatur ad restitutionem pretij & ad interesse, & ad alia; ad quæ tenebatur dictus Paulus: quia hæres repræsentat p sonã defuncti, & dicitur esse vna persona cũ defuncto: vt in auth. de iureiurã. a mori. præsti. in prin. & in l. fin. C. de imp. & aliis substi. cũ si. vulgaribus. & voluit Raph. fulg. in consi. 67. in 2. col. incip. paterfamilias,

familiis &c. Et tãto plus,cũ istæ Christoforus fuerit filius dicti Pauli, & vox eius, est vox patris, & econtra: & promissio patris, est promissio sua.§.ei,q instit.de inuti.stip.& d.l.fin.& voluit Bal.in consi. 255.in 2.parte cõsiliorũ inci.verba instrumẽti, &c. Et eo maxime in filio,qui intãtũ est hæres suus patri, ꝙ non est nec põt appellari hæreditas iacens,& si processus fieret hoc casu, tanq̃ contra hæreditatẽ iacentẽ,non valeret. gl.est not. ĩ l.hæreditas.C.de posti.quã approbat ibi Ci.& Bal.in consi.207.inc.

2 tria &c.in j.pte cõsiliorũ suorum. † Ad idẽ facit ẽt illud,qđ voluit Bar.in l.necessariis.ĩ p rin.ff.de acq. hære.vbi voluit,ꝙ filius fit vere hæres patris,donec abstineat,& est vere secđm eum,obligatus.& idẽ voluit illustris do.Fran.Are.in consi.26.in 5.col.inci. factum,sup quo postulat &c.vbi ipse subdit, ꝙ intantum filius vere est hæres patris,ẽt ante aditã hæreditatẽ,ꝙ hæreditas transfert ad suos, vt adita nõ ut adeunda,cũ potestate tñ abstinendi.allegat Bar. in l.siquis filiũ.§.j.ff.de acq.hære.& Bar. ĩ l.j.de bis, q ante aper.tab.Et ideo dicebat Raph. Cu.in cõsi. 74.in 2.col.inci.infans post mortẽ &c.ꝙ filius, per beneficiũ ptoris,nõ fit neq; definit esse hæres.Præterea dicebat Bal.in suo cõs.100.in 2.pte consiliorũ suorum inci.factum &c. quod sequit filius.ergo hæres de natura.Nihilominus his nõ obstãtibus, q̃ vere obstãt,si bene & subtiliter ponderent,pnto cõtrariũ esse verius:vt suprà d.Christoforus ĩ aliquo non teneat,nec posset molestari a dictis emptoribus.Et in primis moneor p l.j.2.& 3. C.ne fil. pro pat.in rubro & nigro vbi prouissum est filiũ non teneri ex contractu patris,& ideo dicebat Bal.multũ no. ĩ l.2.co.ri.ꝙ agẽs contra filium, debet dicere in suo libello,qualiter ipse est hæres:alias non dat alt qua actio,contra eũ.ex contractu patris. Et si tu di ceres, amicæ, in casu nro istæ est hæres institutus a patre,ergo đbet teneri oĩno vt hæres p supra dicta. Respondeo,ꝙ licet istæ fit institutus a patre suo,tñ non adiuit hæreditatem,nec immiscuit bonis pris, nec habet aliquid de hæreditate paterna. vnde non tenet tanq̃ filius nec tanq̃ hæres, & ex quo est hẽra nudo noĩe,& non effectu. Et ꝙ filius q non adiuit hæreditatẽ pris,nõ teneatur ex cõtractibus pris, probat in l.j.& 2.C.de repu.hær.& ĩ l.p hrđe.& in l.Iulianus.ff.de acq.hær.vbi dr,ꝙ si filius stetit post mortẽ pris in domo paterna,tñ si probat se non adiuisse hæreditatẽ,imo se abstinuisse,nõ pot conueniri ex contractu prno.† Et si dicat,istæ hæres non

3 confecit inuentariũ. vñ licet in foro tõscientiæ nõ teneat vltra vires hæreditarias,secđm Pau.de Cas.in consi.2 t t.inc.supradicta oĩa q̃sita &c.circa principiũ.& illustrẽ d.Frãc.Aret.in cõs.158.inc.copiose, subtiliter,& elegãter &c.vbi ponit ẽt quid in foro cõtentioso.& Raph.Cu.in consi.30.in 3.co.inc.statuto cauet in effectu,&c.& in consi.73.in 2.co.inc. dñs Thomæus canonicus &c.&Raph.Ful.ĩ cõs.24. inc.humanissimæ amplitudini tuæ &c.& ẽt in cõsi. 82.Tñ in foro cõtentioso tenet insolidũ vltra vires hæreditarias omnibus creditoribus hæreditariis, vt in l.fi.§.finaũt C.de iure deli.ad hoc rñdeo,ꝙ filio repudianti nõ est necessaria cõfectio inuẽtarij: vt est tex.in d.l.fi.§.similiq; modo. & hoc ibi notãt oẽs scribẽtes,maxime Saly.cõbono. in suis primis verbis,in illo.§.vñ cũ istæ Christoforus nõ fit hæres patris,nec aliquid habuerit de dicta hæ. editate,nõ tenet ex cõtractu primo p iura supra alle a a Benefactor,ꝙ ipse debet hoc pbare, & ei intũbit onus pbandi:vt est tex.in d.l.j.C.de repnd.hære. & posuit aliquid dñs Card.in suo consil.73.inci.Titius. nũc sunt anni &c.& Bal.in consil.16.in quarta pte cõsiliorũ suorũ inci.citatio &c. Quo pbato,est penitus liber ab oibus:vt voluit dñs Abb.in cons.73. primo vol.inc.in disputatione, q̃ vertit &c. Et Bal.

4 in consi.52.inc.creditor &c. Et † habet istæ Christoforus ex hoc unũ inductum contra se: qa ex quo nõ vult adire hæreditatẽ pris,nõ põt ẽt petere legitimã sibi debitã a iure.ita voluit Ia.de Are.& Bar.in l.quia pote.a ĩ l.ff.ad Treb.Et.Bal.Saly.& Fulg.ĩ l.hæres inst tuta C.de impnb.& aliis substi.& Bar. in d.l.p hær. de.§.finaũt.& in l.gerit ẽ 6.co.de acq. hæredi.& in l.j.ĩ 47.col.ff.de vulg.& pup.& Bal. in l.j.C.qñ nõ peten.partes in ver.quo ad primã qõnẽ &c.Et Ang.in suo consi.81.& dñs Abb.in c.Raynutius in fi.de testa.& idẽ voluit Pau.de Cast.in cõsi. 257.inc.visis actis &c.in uer.2. petit legitimã &c.

5 ubi m l ũ notabiliter † loquitur circa hoc declarãdo quõ h c procedat & ẽt in consi.247.inc.sup primo pũcto &c.in j.col.vbi ponit ẽt quid de filio, nõ solũ q ir pudiauit,sed qui ẽt exclusus a iure municipa i,an possit assequi legitimã in bonis pñis & Bal.in consil.73.in j.pte consiliorũ inc.tres psonæ &c.circa finẽ.& Ang.in consi.81. ĩ quibus locis præfati scribentes plene examinant istũ passum,ad quos p nunc remitto.& cũ eis teneo, quicquid dixer.t Lud.Rom.in d.l.j.qñ non peten.par.vbi tenu t contrarium,& nõ bene,quia cõis sententia tenet oppositũ:vt supra dixi. Pro qua cõi opinione facit tex.in l.suus.§.sed si filio.ff.de hæredi.insti.& ĩ l.liberos.§.existere.ff.de bo.lib.Et ex his clare patet dictum Christof rum non teneri dicto empteri. Nec obstãt.ea q̃ supra adducebantur in contrariũ.ꝙ filius est hæres,& ꝙ nõ põt dari hæreditas iacens,&c.quia fateor hoc esse verũ,nisi filius absti neat uel abstinere nelit ab hæreditate pñna . ut est tex.in d.l.j.de repu.hæredi.& voluit Bald.in dicto consi.52.& dñs Abb.in d.cons.73.de quibus supra feci mentionẽ.Et hoc modo tolluntur oĩa supra in contrariũ allegata:& ẽt ea q̃ allegari in contrarium possent.& ideo dicebat Ang.in suo consi.82. quod filius nisi fit hæres patris non põt aspirare ad eius bono absq; eius voluntate.& idẽ dicit in bonis maternis. Præterea, dicebat ẽt idẽ Ang.in suo consil. 193.multum singulariter ad propositum quæstionis nostræ,quòd uerũ est, ꝙ hæres suus,est hæres, ante immistionem hæreditatis:attamen non potest conueniri,vt hæres secundum eundem ibi, quem omnino videbis.

Et,vt suprà scriptum est consulo, & iuris esse dico,ego Ludouicus Bologninus V. Iuris. Doctor & æques sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis:iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. & in fidẽ præmissorũ propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & Beato Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII LI. SATIS EST.

DVo Fratres scilicet ser Migliorus,& Bartholomæus de Senis,habentes multa bona paterna communia & fideicõmissaria,prout in testamento paterno cõtinetur:venerunt ad diuisionem,cum certis pactis & conuentionibus, de quibus in instrumento diuisionis inter eos superinde cõfecto, latius continetur, de quo rogatus fuit,& est quidã ser Hyppolitus notarius publicus Senensis. Demum quidam ser And. notarius filius dicti ser Migliori procurauit habere a dicto ser Hyppolito & ita ab eo habuit instrumentum prædictum & fabricauit aliud instrumentum diuisionis prædictę,cum diuersis capitulis,in re & substantia,ab illo primo instrumento,& vtrunque erat de manu ipsius ser Andreę. & sic ipse dedit hic instrumentum, secundũ falso per eum fabricatum,dicto ser Hyppolito. vt illud authenticaret & leuaret in publicam formam. Nam illa erant originalia. & ita factum est,ut dictus ser Hyppolitus, ignorãter tamen leuauerit instrumentũ diuisionis prædictę,in publicam formam, iuxta & secundũ tenorẽ & seriem huius notę secũdæ,subreptę per dictum ser And.& falso fabricatę.Quibus stantibus, modo quæritur de pluribus.

SVMMARIVM.

1 *Rogatus secundo , rogatus a quocunque , vt de quodam instrumento pro maiori parte,eius manu confecto,& in ea plura falso scribantur, an incidat in falsum. Et quid si leuet quis instrumentum ignoranter,& si fuerit subreptũ, an veniat puniendus.*

2 *Promittentes se facturum,& curaturum , quod alius ratifícet,instrumentum, vel quid simile, ad quid teneatur.*

3 *Temporis diuturnitas,an sit præsumptioni omnes solẽnitates in actu interuenisse.*

4 *Fideicommissum, an & per quæ verba intelligatur remissum in diuisione bonorum.*

5 *Statutum de faciente,vel fieri faciente instrumentum falsum, vel scripturam priuatam, quomodo intelligatur.*

6 *Notario suggerens, vt leuet scripturam,de quo non erat rogatus,an incidat in falsum.*

7 *Falsum,& falsi crimẽ, an locum habeat,de iure communi, in scripturis priuatis, an vero solum in publicis.*

CONSILIVM LI.

Cor mundum Crea in me

Deus:& spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea,quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Viso igitur pũcto mihi porrecto & statuto Senẽsi,posito sub rubri.de pœna falsorũ testium & facientia instrumenta &c. Et oibus aliis ad præsentẽ consultationem facientibus,mature pensatis. † Obmisso 1 mutiloquio,prout mei moris est,& maxime,cũ ueritas ĩ paucis consistat,q̃ veritatẽ ser And.filius ser Migliori notarij de qbus in puncto,in q̃ pluribus impugnare & eneruare conatus est: vt ex infradicẽdis latius apparebit. Ex quibus incidit ipse in crimen falsi ex multiplici capite vt statim ostendã. Et primo præsuppono aliqua ꝓ euidentia in facto ꝙ ser Hyppolitus, alius notarius, fuit requisitus a dicto ser And. vt esset rogatus de quodã instrumẽto ꝓ maiori parte,scripto manu eius , vt ex eo videri põt:in quo multa continãtur.& inter alia continetur quædã inhibitio ꝓhibitioq; certorũ bonorũ, cũ a patruo,seu decreta remissione fidcicõmissi,in quo instrumento dictus ser And.suo nomine proprio & vice & nomine dicti ser Migliori patris sui, de rato ꝓmisit,& sic stetit in simplicibus terminis rati & de rato.quo casu sufficiebat dictum ser Andreã filium facere tantũ in eo fuit,& curare, quãtũ ipse posset, vt dictus eius pater ratificaret, iuxta no.p Raph.Fulg.in cõs.73.incip.paterfamilias habens filiũ &c.& in cõsi.223. incip.dñs Iac.instituit &c.Raph.Cu.in consi.186.incipi.viso instrumẽto promissionis &c.& et in cõsi.189.inci.promissio, ꝙ alias ratũ habebit &c.& per do.Car.in consi.85. incip.casus ꝓmissionis factæ &c.& in cõsi.109.in fine inci.ĩ Christi nomine.casus talis asseritur, &c. & p Bal.in cõsi.299.incip.nobiles &c.cũ sequenti. in j.parte suorũ cõsi.& in consi.313.incip. videtur ꝙ nõ possit &c.in eadẽ parte consiliorũ prima. & in cons.104.in tertia parte incip.verba dicunt &c. Scd † postea in alio extenso p eũ subreptitiæ por2 recto promisit de rato, & ratihabitione & se facturum,& curaturũ,& omni exceptione iuria & facti cuiuscũq; difficultatis & impossibilitatis remota. & cessante, ꝙ dictus ser Migliorus eius pater, ad omnẽ voluntatem,& requisitionẽ ratificaret &c. Et per consequens ex hoc primo capite valde alterata fuit,& mirabiliter sublata vis dictorum verborũ,q̃ uerba licet magis ligarent dictũ ser And. & videretur esse contra eum:tñ hoc primo ligone se pcussit & incepit percutere se,vt firmioribus vinculis, & obligationibus dictũ A. patrẽ suum,vel habentem causam ab eo illa quæreret postea,prout fecit. & sic omnino hæc prima falsitas:licet apparẽter esset nociua cõtra dictum ser And.tñ fuit principiũ inducendi & persuadendi legentibus facilius alias falsitates futuras,iuxta illud virgilianũ: Non æquidem natũ me Argolica de gente negabo &c. & hæc est prima falsitas. Scdo præsuppono aliud,quod in primo instrõ ĩ † ver.nolẽtes dictæ partes.& c dicit ꝙ nõ 3 possit dictus A.uendere,impignorare,donare,nec cedeare,ac obligare in perpetuum, nec ad plus tẽpus,quam sex annorum,certa bona in eo instrumẽto dinumerata,& aliter facta alienatio,esset ipso iure nulla , sine conscientia,& consensu dicti ser Migliori, & dicti ser And. & econuerso. quo certum erit,quod habita licentia & consensu eorum,& ꝓbata per testes , uel instrumenta,& alias quomodocunque,

cunque,& qualitercunq; fieri potuisset alienatio, sed in alio instrumento subrepto extenso,porre-cto per dictum ser And. eius patrem, in iudicio, continetur dicta prohibitio, & annullatur alienatio in fraudem facta &c. & ultra hoc etiam additũ fuit unum ualde & ualde falsum, & diuersum a prima,uidelicet q de licentia cõstare & apparere debeat per publicũ instrumentũ solũ, & qd aliter pbari nõ posit, nec etiã aliter psumatur, &c. quæ quidẽ uerba alterant & eneruant ueritatẽ apertissime primi instrumenti, circa probationem fiendã, ut de se patet. & etiã circa præsumptionẽ inducendã quæ præsumptio licentiæ potuisset induci regulariter saltẽ spacio xxx. annorũ, iuxta tex.cũ ibi not.in c. peruenit. de emp.& uen. & in l. si filius. C.de peti. hære. & in l. qui aliena.insta principiũ. ff.de acqui.hære. & in c. ea noscitur. extra de his, quæ fiũt a præla.& per Bal.in l.2.C.de legit. hæredi.per Lud.roma.in l.sciendũ.in xiij.col.ff.de uerbo.obli.& per do.meũ Alex. de Imo.in cõsil. ix.in pe.col.in 4.uol.inci.si bona ecclesiæ &c.& in cõsi. xlvii.in v.uol. incip.in causa & lite uertẽte inter d. Clarã &c.& in consi.l.in eo. v.uolu. incip.in causa & lite uertẽte inter Ioannẽ &c.& in cõsi. cv.incip. an sententia sit nulla &c.& per Ludo. roma.in cõsi.cclij.incip.pro decisione præpositæ &c.& per d. Abb.in consi.6.in 2.uol.suorũ cõsiliorũ inci. quidã dominus Fran.canonicus.&c.& per d.Fra.Are. in suo cõsi.lxix.incip. uiso puncto & consultatione &c.& etiã in cõsi.xxxvj.incip.casus talis est &c. cũ multis pluribus,quæ in medium afferre posset. Nã tollitur ista præsumptio & omnino necessaria erat prohibitio,& nõ solũ per testes sed per instrumenta &c. Tertio præmitto aliud, q in primo instrumento dicebatur, q quidã B. alter frater dicti ser Migliori posset disponere nelle suum de omnibus bonis suis præsentialiter, per ipsum possessis &c.Sed postea in extenso producto dictũ fuit, qd posset dictus B. disponere nelle suum,non obstante q talia bona dici possint subiecta alicui fideicommisso, uigore testamẽti dicti consi. scilicet de quo testamẽto dictæ partes & præsertim de fideicõmisso,in eo descripto,dixerũt & asseruerũt vnus ad instantiã alterius,habuisse, & habere p'enã sciẽtiã & notitiã,& cognitionẽ plenã, &c.† Ex quo liquide sequitur, q ubi ex illo primo instrumento nõ inducta erat remissio fideicõmissi, iuxta ea q habenẽ in l.de his.ff. de transactio. & in l. qui Romæ.§.duo fratres. cũ ibi plene no.ff. de uerb. obli. maxime per dominũ meũ.Alc.de Imo.post alios, ubi concludit q ad remittendũ fideicõmissum requirunẽ uerba specialia & qd plus est, specialissima de quibus in hoc secũdo instrumẽto fuit bene facta mẽtio, quorũ uigore ualuit remissio fideicõmissi,ubi uigore aliorum uerborum positorum in primo instrumento,non ualebat,ut de se patet:iuxta no.per eundem d.meum Alex. in consi.viij.in 2. col.in v.uolu. inci. si pater fuit inuestitus &c. & in consi.xxj.in eo.v.uolu. incip. quomodo unus ex diuidentibus &c.in penul.col.& per Pau.de Cast. in consilio.xcij.incip.per dubia supra formata &c. & per Raph.cuma.in consi.cviij.incip. testator instituit.2.b.3.c.& in consi.cxxiii.incip.Bart.insti. &c.

& in consilio.cxlj.incip.uisis tenore compromissi &c.& per Rapha.fulg.in consi.xlj.incip.casus proponitur &c. Quarto præmitto aliud, quòd in primo instrumento, in quo prohibebatur alienatio, concedebatur aliqua facultas parti obseruanti,contra non obseruantem. Sed in alio instrumento maior absque dubio facultas conceditur scilicet ut propria authoritate,& absque licentia alicuius iudicis, uel officialis, iussu uel mandato, aut curiæ proclamatione,ingredi posset,& intrare talia bona sic alienata,uel locata, contra formam prædictam, & in eis sibi satisfacere de pœna infrascripta, &c. cum multis alijs uerbis prægnantibus & importantibus, de quibus in primo instrumento nulla fit cõmemoratio:ut ex inspectione eorundem uideri potest. Quinto præmitto etiam, quod in primo instrumento constitutus fuit procurator specialis. Sed in secundo instrumento de ea constitutione procuratoris,uel de alia nulla facta fuit cõmemoratio,& per cõsequens multa substãtialia superaddita fuerũt in dicto scdo instrumento, quæ in primo nõ reperiuntur, & econtra aliqua substantialia reperiuntur in primo,de quibus in scdo nulla fit mẽtio,quæ omnia separatim & multo magis simul cõsiderata ostendunt diuersitatẽ unius instrumẽti ab altero, & p cõsequẽs dolũ & falsitatẽ expressã cõ stat.† Istis sic pmissis,mõ dico absq; dubio, dictum ser And.incidisse in uerũ crimẽ falsi.primo uigore pbati statuti sub rubr.de pœna falsorũ testiũ &c. In quo puidet cõtrafaciẽtes,& ẽt fieri faciẽtes dolose uel animo aliquã dãnificãdi aliquod instrumẽtũ,uel scripturã publicã, sciẽter falsum,uel falsam, & falso mõ,&c.quæ uerba multũ pgnantia sunt ulsra iuris cõis dispositionẽ,quæ magis strictæ pcedit & cũ maiori cõsideratione in capitibus l. Cor. de falsis,ut patet in l.1.& l.2.& in l.quid sit falsum, cũ ibi plene no.p Bar.ff.de fal.& p Bar.& p oẽs in l.satis.C.eo.ti.& p gl.& do.Cano.ibidẽ in c.quãto extra de iureiur.& p do.An.arc.in suo solẽni libro maleficiorũ,in uerbo,falsario & p Tancre.de Corneto in sua compendiosa in viii.rub.in q. v.in uer. præterea quæritur quidam pduxit &c. & p Raph. cu.in consi.cxxxv.inci. inquisitio contra notarium &c.& in cõsi.cxxxviii.incip. falsitas quot modis cõmittatur &c.& Bal.in consil.ccxiiij.in 3. parte con filiorũ suorũ,inci.dubitatur &c. Nã statutũ prædictũ tollit illas difficultates,dum dicit uel fieri fecerint &c.Nam dictus ser And.indubitanter fieri fecit instrumentum falsum per appositionem omnium prædictorũ de quibus supradiximus in præludiis,quæ non reperiunẽ in instrumẽto primo,& ẽ detegiẽ eius dolus, & animus damnificãdi.ut patet ex supradictis in quolibet prædictorũ, quæ sunt maximæ importantiæ & maximi præiudicij,contra dictũ A. & habentes causam ab eo, ut ex se patet. Ita qd ex hoc primo capite statuti nõ est dubitandũ,quin dictus ser An. inciderit in pœnã fal.& i falsum. Secũdo istud idẽ probatẽ in eodẽ statuto in §. item siquis in uer. uel fieri fecerit aliquam scripturã priuatã &c. Nã dato & nõ concesso,q istud scedũ nõ esset instrumẽtum publicũ, prout tamẽ uere est,nõ posset inficiari, q esset scriptura saltem priuata,& qd ualeat in uim scripturæ priuatæ,quo

casu disponit statutum prædictum, quòd faciens vel fieri faciēs scripturam priuatā, puniatur, prout in eo statuto continetur. In quod statutū & in pœnas eiusdem non est dubitandum, quin dictus ser Andr. inciderit, & se omnino irreciauerit, ergo &c.

6 † Præterea & tertio loco, quòd dictus ser And. etiā loquendo de iure communi incidit in crimen falsi. Nam vbicunque aliquis suggerit notario, quod sit rogatus de aliquo instrumento, vel de aliquo in instrumento non contento, & dat ei notam, de qua dicit eum fore rogatum. Cum illa nota non sit vera in totum, vel etiam pro parte talis incidit omnino in pœnā crimenq; falsi. tex. est in c. licet ad regimen. §. eos. extra de cri. fal. & voluit Bar. in l. siquis obrepserit. ī 2. & 3. q. ff. eo. ti. & do. Abb. in c. 5. in fi. extra de his quæ fiunt a præla. sine cōsensu capituli. & voluit Bal. consulendo in contingentia facti. & in terminis, de quibus agimus, in suo consil. incip. Tudertinus quidā &c. vbi dixit, quòd talis tenetur de falso ex eo, quòd falsam scripturam porrexit notario. non autem ex eo, ꝙ falsum instrumentum fieri fecerit: quia instrumentum non fuit falsum, ex quo notarius scribens non fuit in dolo. l. nec exemplum C. de fal. & pro hoc videtur tex. in d. c. 5. in fi.

7 † Præterea, ad idem faciat: quia licet illud extensum porrectum per dictum ser Andr. non esset publicū saltem erat scriptura priuata. vnde cum non fuerit vera in quampluribus eius capitulis, de quibus supra diximus in præludiis, omnino dictus ser And. dicitur commisisse crimen falsi, etiam de iure cōmuni quia lex Cor. de fal. habet locum nedum in faciente publicum instrumentum falsum: sed etiam in faciēte scripturam priuatam. vt est tex. not. in l. siquis de curio. in ver. priuatis &c. & hoc ibi voluit Bal. C. de fal. & Pau. de Cast. in consi. 151. incip. videtur dicēdum &c. in j. col in fi. & Bal. in consil. 231. in prima parte consilii. suorum incip. licet &c. & expresse cauetur in dicto statuto, circa fin. in d. §. siquis &c. & ita in specie etiam in indiuiduo in casu isto pro decisione allego solemnem doctorem d. meum Alex. de Imo. consulentem proprie contra alium ser Andream, in suo consil. 77. in j. vol. consil. suorū incip. in causa accusationis de crimine falsi instituta contra Antoniū cognonū &c. maxime in j. col. vbi multū singulariter loquutus est in materia ista, de qua agimus. & eius consilium apponit gladium ad radicem arboris in præsenti consultatione, ex cuius decisione declarantur no. per Bart. in l. j. §. qui a latronibus, ff. de fal. & per gl. in d. c. 5. & per eundem d. meum in consil. 74. in eo. j. vol. incip. viso testamento Ioannis &c. in 7. col. cū seq. in ver. circa vltimum dubium &c. in quibus locis tradunt præfati scribentes, quòd siquis accessit ad notarium dicēs, Io. voria che tu me leuasse quello instrumento de quella renuncia, de laquale tu sei rogato. laqualvoria che stesse in questa forma &c. quam formam sibi ostenditur, non reperiatur ipsum notariū fuisse rogatum; quia notarius neget, non potest imprimi aliqua suspicio falsitatis contra eū, qui accessit ad notarium dicendo prædicta verba. Nam secundum eos in locis præallegatis, si quæritur an ille accedēs committat falsum, certum est, ꝙ non licet scripserit certam notam, secundum quam volebat authēticari instrumentum, per notarium, nec per authenticationem illius formæ, quæ erat priuata scriptura, & nullius fidei, & quæ per consequens nulli nocere poterat, non incidit in falsum: vt no. in d. l. damus. Et similiter ille, qui aditus iuit, non incidit etiam ipse: & multo minus in falsum, cū ipse non fuerit in dolo: iuxta l. si is qui rem. §. si Titium. ff. de furtis. Nam prædicta omnia intelliguntur secundū theoricam Bal. in d. consi. incip. Tudertinus quidam &c. & per do. meum in d. consi. 77. qui loquuntur proprie in terminis nostris. Sed prædicta loquuntur in terminis aliis penitus diuersis. & eodem mō debet intelligi doctrina do. Tancre. de corneto, in dicta sua compendiosa, in octaua rubrica, in 5. qōne, cū multis aliis, quæ in medium deducere possem. Sed omnia declarātur & limitantur, vt procedant, vt qs non teneatur ex eo, quòd falsum instrumētum fieri fecerit, ex quo notarius non fuit in dolo. sed bene tenetur de falso ex eo, ꝙ falsam scripturam porrexit notario etiam loquendo de iure cōmuni. Et ad hoc diligenter aduertatur in inquisitione vel accusatione formanda. & ita proprie loquitur do. meus in d. consi. 77. in primo vol. in ver. quo ad primum breuiter dicendum est &c. vbi etiam d. meus in terminis, de quibus agimus, multum considerat dispositionem iuris communis, etiam dispositionem municipalem, in qua dispositione municipali canebatur in terminis suis, etiam de faciente scripturā priuatam. & illud statutum, super quo consuluit dñs meus fuit in ciuitate Ferrariæ. & adhuc est, vbi sunt eadem uerba formalia, quæ sunt in illo statuto Senensi, de quo non agimus in præsentia, ergo &c. Et per consequens concludo dictum ser Andr. solum omnino incidisse in uerum crimen falsi: & vt falsarium puniendum fore, in exemplum aliorum. Nam in manu notariorum stat totus orbis in quacunq; dispositiōe, siue vltima siue inter viuos. Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo, Amen.

Et, ut supra scriptū est cōsulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bolognius Iur. V. Doctor & eques; sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis; iura ciuilia ordinariæ legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Boñ. studio. patriæ meæ Et in fidem præmissorum, propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & diuo Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII LII, TALIS EST.

Nicolaus Et Clemens, fratres & socij in arte strazarie, in ciuitate Bononiæ, diu sic gesserūt, & steterum simul in eo exercitio. & dictus Clemens cōduxit vnā apothecam seu stationem ab Antonio per se, & vice & nomine dicti Nicolai eius fratris, pro vsu prædicto. Pro quo de rato promisit pro duobus annis, & pro certa mercede singulis soluenda anno locatori ƥdicto. Ex post elapso

elapso fere ptimo biennio dictus Antonius locator amplius nolens perseuerare ĩ ea locatione, facit denunciari per publicum nuncium, iuxta formam iuris, & statutorum cõmunis Bononiæ: & in scriptis se nolle perseuerare in eo contractu: & nuncius semel retulit se præsentasse protestationem dictis fratribus personaliter, prout in actis apparet. Sed postea dicit, ꝙ protestatio prædicta non fuit data dictis Nicolao vel Clementi, sed alteri eorum fratri simul habitanti, super qua protestatione, cum dubitaretur. Tãdem fuit conuentum inter locatorem prædictum, & dictum Nicolaum ut adueniente tẽpore omnino cederet locationi. & sic remanserunt in concordio. Quibus peractis, & expleto dicto primo biennio conductores prędicti nolunt adhuc discedere dicentes ꝙ renouata fuit dicta locatio pro alio biennio: cum protestatio non fuerit legitimæ facta: cum nuncius (ut dictum est postea) retulerit se dedisse eam pro testationem cuidam eorum. Item & cum dicta conuentio de recedendo in fine biennii primi non fuerit facta cum Clemente principali, & vero conductore. & qui fuit ille, qui conduxit dictam apothecam, sed fuit facta cum Nicolao prædicto, qui nõ fuit præsens in illo contractu, ut apparet ex uerbis contractus locationis. Quibus stantibus, quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Nuncio publico, an & quando credatur circa relationem ipsius.*

2 *Bonon. statuti intellectus, sub rubr. de pœna vendentis rem alienam, dum disponit, quod locatio intelligatur renouata pro eodem tempore, pactis & modis, quibus prima locatio fuit facta.*

3 *Nuncius, quando refert se citasse, an præsumatur processisse commissio.*

4 *Nuncio referenti commissionem iudicis, an stetur.*

5 *Probatio legitima quæ dicatur: & an fiat per vnum testem tantum.*

6 *Nuncius, qui semel retulit vno modo, an possit postea aliter referre, & fateri errorem in prima relatione commissum.*

7 *Contractus, vel quoduis factum vni ex sociis in vna arte, vel statione, an prosit uel noceat alijs consocijs.*

CONSILIVM LII.

Cor mundum crea in me

Deus: & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Et in ꝓ sentia, breuibus vtar, cum res clara sit & longioribus verbis non egeat. Nam duo principaliter adducuntur per partem aduersam. Et † primo facit maximum fundamentum circa quandã relationẽ nuncij non bene factam, tanquam non seruata forma tradita per statutum, positum sub rub. de pœna vendentis rem alienam &c. quo statuto canetur quòd denunciatio fienda conductori de non persistendo in re locata vel conductori, debeat fieri per publicum instrumentum vel denunciationem, ser protestationem de mandato domini iudicis factã, semel inuento uel bis non inuento, ad domum suæ habitationis solite, &c. sed in casu nostro non fuit seruata dicta forma. Nam nuncius non denũciauit conductori semel, nec ad domum bis, sed tradidit scripturam protestationis cuidam Anto. fratri dicti conductoris: prout dicit ipsemet nuncius. Nõ obstante, quòd alias retulerit se denunciasse personaliter dicto conductori, prout apparet in actis. ubi dicit se personaliter denunciasse & notificasse dicto conductori: tamen nunc dicit se errasse, & in ueritate se non denunciasse dicto conductori, sed fratri, cui nuncio statur: iuxta plene no. per Paulũ de Castr. in consilio 52. incip. super primo &c. & in consilio cclxxv. inc p. visis & ponderatis, &c. & in 2. col. & Abb. in consilio 112. in 2. uolu. incip. illud de iure quæritur, &c. & Bald. in consilio 167. in 1. parte consil. suorum incipi. proponitur &c. & Ioã. de Fantu. in consilio 2. incip. an si apponatur &c. sub rubrica. de testibus inter consilia Ioan. cal. Bononiensis. & Ludouicus Romanus in consilio 497. incip. diligenter perscrutatis singulis &c. Et sic in effectu non fuit seruata forma tradita in dicto statuto de quo supra: ergo nullius momenti. Et nulla penitus redditur ista denunciatio iuxta l. cum hi. §. si prætor. de transac. & l. sed & si quia §. Iulia. ff. de exhi. & l. qui quadraginta. ff. ad l. falcid. cum sim. Et tanto magis cum debeat cõsiderari illud, quod est in veritate, & nõ illud, quod est in opinione l. 1. & per totum. C. plus val. quod agitur. & in §. si rem. insti. de legac. Secundo † quia posito qđ primo protestatio facta de anno 1470. de mense Iunij, non prodesset, dicit pars aduersa, quod non sufficit etiam alia protestatio facta de mense Iunii, de anno 1471. quia locatio incepta in secundo anno intelligitur renouata p duos annos, videlicet quintum & sextũ. & sic vsque ad festum sancti Michaelis proximi, & hoc vigore statuti Bononiæ positi sub dicta rubrica de pœna uendentis rem alienam. quo cauetur quod intelligatur facta reconductio pro eodem tempore & cum eisdem qualitatibus, quo & quibus prima locatio facta fuerit, de cuius statuti intellectu posuit domin. meus Alexand. de Imo. in suo consi. 28. in 4. vol. inci. ponderatis verbis statuti &c. ubi concludit quod habet etiam locum in locatione ad affictum & franchãdum, ut ibi per eum examinantem diligẽter illum passum. Pro certo hæc inania sunt, & verba sunt frustatoria, q̃ in medium adducuntur, per partem aduersam. Et dico breuiter locatorem huius stationis fouere iustitiam: & posse locare alteri dictam stationem suã alias poterit agere ad interesse, & pœnam conuentam inter ipsum & cõductorem, prout infra latius declarabo. Nam ex quo reperitur relatio facta per

nua-

nuncium semel & legitime,& reducta in scriptis,& in notis,debemus stare ei, nisi contrarium legitime probetur.prout dictat quoddam statutum sub rubr.de modo citationum fiendarum in ver. de quibus omnibus &c. vbi statutum hoc voluit in terminis,& quantumcunque non haberemus verba dicti statuti,hoc dicunt omnia iura.Nam de hoc est tex.in l.magis puto.§.ne passim.& hoc ibi voluit Bar.ff.de rebus eorum.& in l. 1.§.6.ff.de offi. præ. vrbis.& ibi hoc voluit Bar. & idem voluit Barto. in l.3.§.prætor.ff.de dam.insec.in ver. sed quid debet nunciare &c.& Bal.in l.properandum. §. & si q dem.C.de iudi. & Pet. de Anch.& do.Card.in cle. 1.de dolo & contuma.vbi dicunt, quod statur relationi nuncii referentis se citasse, prout habuit in mandatis.& idem etiam voluit do.Anto.in c. causam de dolo & contu. Plus † volunt doctores in locis supra allegatis,& in locis infra allegādis, quod si nuncius refert se citasse, præsumitur præcessisse commissionem iudicis,sine qua citatio non valeret l.neminem.C.de exhi.reis.l.sed si hac.§.prætor. de in ius vocan. ita voluit dominus Anto.in c.1. de iudi. in 3.colum.& Fran.de Corneto in opere suo, in materia citationum in x.q. & d.meus Alexan. de Imo. in consi. 123.in 2.vol. incip. an si nūcius &c. Et dixi hoc ante in d.l.4.§.prætor.ff.de dam.insec. post alios scribentes ibidem.& do.meus Alexand. in d.l.sciendum in pen.colum.ff.de verb. obli.licet in hoc vltimo Barto. tenuerit cōtrarium in d.l.sciendum. Et aliqui etiam sequuti fuerunt eius opinionem.& non bene: quia contra tex.in d.l. 1. §. cura. de offi. p.vr. in ver. ad referendum sibi, quid vbique agatur &c.& in d.l.magis puto.§.ne passim.ff. de rebus eorum.coniuncta glo.sua,in verbo,viatorem.In † casu ergo nostro, cum reperiatur relatio nuncii in scriptis redacta,debet ei credi & stari donec probetur contrarium legitime.quod non probatur hic,nec hic est legitima probatio in contrarium,quia nuncius non potest allegare, non bene fecisse hanc denunciationem,& sic errasse: quia debet stari eius relationi primæ,qua facta functus est officio suo.iuxta l.postquam. ff. de re iudi. iunctis his,quæ supra dicta sunt.Et tanto magis, cum velit reuocare dictum suum in præiudicium alterius,qđ non est permissum.l.in causæ.in prin.& in l. mutari.ff.de procur.cum si. & ꝗ nō credatur ei extra officium suum,ut puta si diceret, quod iudex sibi cōmisit. uoluit Pau.de Cast.in suo consilio 25.incip. super primo dubio &c. Sed posito,non tamen concesso, quod dictus nuncius posset nunc dicere cōtrariū eius quod retulit:dico quod nō sufficit eius probatio tantum. Nam statutum supra allegatum sub rub.de modo citationum fiendarum requirit, quod probetur contrarium legitime. Notanda ergo sunt ista verba statuti requirentia legitimā probationem.Nam iste solus non facit legitimam probationem,quia dictum vnius testis facit semiplenā probationem l.admonendi.cum ibi no.ff. de iureiu.l.in bonæfidei.C.eo.ritu. cū ibi nota.Et sic † nō est statuto satisfactum requirenti legitimam probationem.nam legitima probatio illa dicitur fieri quæ fit per testes omni exceptione maiores ut est glo. iuncto tex.in c.at si clerici.de iud.& glo.in c. 1.de consan.& affin.quæ volunt aperte.& illas gl. sequuntur in iure canonico omnes Canonistæ,maxime dominus Anto. dominus Abb. & dominus Andr. Barbatia compater meus honorandus, in dicto.capitu. at si clerici. ubi dicunt, quod est notandum propter statuta, quæ requirunt legitimam probationem. Sed † quid plura.Posito, non tamen concesso, qđ iste nuncius faceret legitimā probationem & plenissimam. Et posito etiam, qđ posset dicere se errasse,& in effectu posset omnino & quædam alia,dico quod non est curādum adhuc de his.Nam iustitia huius locatoris residet in vno, quod ponderandum est in hac re,non mediocriter. Nam de anno 1470.fuit facta vna denunciatio per nuncium.& tunc temporis partes erant discordes, & litigabant, & deuenerunt postmodum de anno sequenti 1471.ad quandam compositionem in præsentia testium & notarii, scilicet quod adueniente festo sancti Michaelis elapsi iam,deberet dictus cōductor dimittere & relaxare libere, & expedite sine contradictione aliqua,dictam stationem conductam,& etiam soluere omnes pensiones debitas. Quapropter non egemus amplius testibus,nō egemus amplius verbis,non egemus relatione nuncii, non egemus reuocatione relationis. Nam ex illa conuentione res ista redditur apertissima.Nam cōtractus ex conuentione legem accipiunt l. 1.§.si cō uenerit.ff.depositi l.legem. C. de pac. Ex qua conuentione facta dictus cōductor videtur renunciasse omni iuri sibi competenti,tam circa relationem nuncii antea factam,quam circa alia concernentia locationem prædictam.Nam vltima derogant prioribus l.pacta nouissima.C.de pactis.l.si mihi & tibi.§.fi.ff.de legatis 1.l.3.§.fin.ff.de adimendis legatis.cum simi. Et si quis diceret,locator uidetur renunciasse illi iuri sibi competenti,ex illa cōuentione,propter secundam protestationem, quam fecit dicto conductori post conuentionem iam initam. Nam conuentio facta fuit die 10. Februarii, ann. Mccccl xxj. sed protestatio secunda fuit facta x. die Iunii eiusdem anni: unde uidetur recessisse a iure suo. Dico,quod hoc non est uerum. nam fecit hoc ad habundantem cautelam quæ non debet sibi nocere l.testamentum.C.de testamentis cum similib. Et tanto magis,quia uoluit ipse locator personaliter facere hoc dicto conductori, quia est persona rixosa.Nec dicatur mihi,quod conuentio prædicta,in qua facio maximum fundamentum, non prodest dicto locatori, sed contra Nicolaum fratrem dicti conductoris,cū quo facta fuit supradicta cōuentio,de anno Mcccclxxj.die x.mensis Februarii: ut patet ex eius inspectione:ergo non debet nocere alteri confratri.l.si unus.§.ante omnia. ff. de pactis cum si. Quia ad hoc ego respondeo, præsupponendo unum,quod est uerissimum, quod Nicolaus & Clemens fratres sunt ambo conductores,& socii.quia conductio fuit facta per dictum clemētem proprio nomine, & vice, & nomine Nicolai. pro quo de rato promisit, ut patet in instrumento locationis celebrato de anno Mcccclxvj.die x. mensis Iunii.Ex quo instrumēto patet clare eos esse ambos conductores.& postmodum sic contraxerunt, ut conductores,& ut socii in dicta arte in dicta statione

tione. Ex quibus gestis inducitur ratificatio ex parte dicti Nicola, pro quo promisit de rato Clemés.
7 & sic inducta fuit côductio ex parte utriusq;.† Túc ergo sic arguo. ego habeo, quod si sunt plures socii in una arte, & in una met statione, si unus uel alius facit nomine suo, & sociorum. prout fecit iste Nicolaus in ista conuentione, alii socii obligantur ex conuentione illa, & promissione. & hoc quádo consuetudo est, quod contrahatur modo cum uno, modo cum alio, prout in terminis nostris non potest negari. Nam isti in arte sua ambo simul & de p se contraxerunt. istud fuit notabile uerbum Bal. & Saly. com bononiensis in l. cum te in gallia. C. si cer. pet. prope finem. & fuit originale uerbum Raynerii de forliuio, prout ipsi dicût. ergo &c. Et uoluit dominus meus Alex. de Imo. in con. cxxxix. in quinto nolu. inci. quando unus socius teneatur p alio, &c. & Pau. de Cast. in consil. ccclxxxiij. incip. uisis & ponderatis omnibus. & in consilio ccclxxxj. incip. in causa arbitrali. in 2. col. & Rapha. cuma. in consi. incip. unus ex sociis. & Raph. fulg. in consil. ccix. incip ient. stantibus duobus fratribus simul, & sociis &c. Et dominus Card. in consil. cliii. inci. In societate accidenti, &c. Abb. in consi. lxxxvij. in 2. nolu. consiliorum suorum incip. quidam fecerût & contraxerunt &c. & Bald. in consi. xc. in 2. parte consiliorum suorum incipi. Petrus fideiussit. Et idem dominus meus Alex. in consi. cxlvii. in 2. nolu. inci. an si plures. in penu. col. & Ang. in consilio clxxxv. incip. de pluribus habentibus, &c. ubi vult, quod unus intelligatur institutor alterius socii. Idē esset dicendum, si isti contraxissent per alium præpositum. Nam quilibet insolidum teneretur ex promissione illius l. 1. in fi. ff. de exerci. Idem si côtraxissent per se ipsos. tamen in diuersis stationibus, & in diuersis ciuitatibus. Nam ex obligatione unius, cæteri obligantur. ita notanter uoluit. Barto. in l. eadem. in 7. q. punctaliter. ff. de duobus reis. & Bal. & Saly. in d. l. cum te in Gallia. Ange. & Io. de Imo. in d. l. eadem. ff. de duobus reis. Sed in terminis nostris habet proprie locum doctrina Bal. & Saly. in loco supra allegato. Ex quibus omnibus concludo dictum locatorem fauore iustitiam, & non posse conductores prædictos perseuerare amplius in locatione prædicta, & amisisse omne ius suum. Laus Deo supremo, & diuo Dominico aduocato meo, Amen.

Et ita ut supra scriptû est consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis: regius ducalisque consilarius. In quorum fidem, &c.

CASVS CONSILII LIII. TALIS EST.

Euerēdus Dominus Ant. de bottonibus, Bono. doctor, & canonicus ecclesiæ diui Petronii: in infirmitate magna constitutus, ordinauit facere suû ultimum testamentum. & uocauit notarium quendam, cuius nomē taceetur ob honestatem, & eius honorem publicum Bonon. cui dixit uoluntatem suam: commisitque eidem, ut eam scriberet, ad finem & effectum, ut postea eam legeret, & coram testibus eā publicaret, & ita factum est. Nam notarius prædictus, cum esset in quadam camera in eademmet domo separata, ubi iacebat testator prædictus in lecto, scripsit totam eius uoluntatem secundum commissionem eidem datam, & apposuit nomen omnium testium descriptorum, dicendo: talibus testibus adhibitis & rogatis, &c. Demū uenit ad lectum, ubi erat testator prædictus, qui iam sensu defecerat, & loquelam perdiderat & incipit legere totam illam scripturam per eum notatam. qua lecta, interrogauit eum, ut rogaret testes de hoc. & testator ipse annuit solo nutu, & non emisit uerbum: imo inde ad modicum tempus mortuus est. Quo mortuo, & sepulto, notarius prædictus dictum assertum testamentum seu scripturā prædictam authenticauit in formam publicam, in forma testamenti solenni & publica, solemniter celebrati, cum omnibus in similibus adhiberi consuetis. Vnde modo quæritur, an potuerit hoc facere, prout fecit an uero inciderit in pœnam falsi, cum testator ipse non fuerit loquutus: sed solum nutu declarauerit mentem suam, prout modo dictum est in casus positione.

SVMMARIVM.

1 *Testamento an debeat legi coram testibus & publicari, adhoc ut ualeat.*
2 *Actum, uerb. appositum in testamento, uel alia dispositione, an faciat rem haberi pro præfacta & expedita.*
3 *Scriptura facta pro testamento, coram testibus, si non apparet quod lecta fuerit, an ualeat, ut testamentum: & quomodo.*
4 *Testator an debeat nominare heredem, ore proprio, an uero sufficiat nutus eius ad interrogationem notarii.*
5 *Notarius an incidat in falsum, testamentum faciens, non obseruata iuris dispositione.*
9 *Falsum, quod dicatur: quod uerum, quod falsum præsumptum.*
7 *Clericus an sit subiectus solennitatibus iuris ciuilis, in testamento. & quando. nu. 9.*
8 *Testamentū ad pias causas, factum, solo nutu an ualeat.*

CONSILIVM LIII.

Cor mundum crea in me

Deus: & spiritum rectū innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Magnifice domine prætor, uosque clarissimi domini iudices,

iudicea, mei maiores honorandi, &c. licet consueuerim magis, & quasi semper, pro absoluendo, quã pro condemnando verba facere, iuxta l. absentem. in princi. ff. de pœnis. & l. Arrianus. ff. de actio. & obli. Nihilominus nunc non possum morem meũ seruare, attenta qualitate enormis, & tam detestandi criminis, scilicet falsi, de quo agimus. Obmisso igitur multiloquio & argumentationibus hincinde obmissis ad partes, cum apud sapientes uerba faciamus, & cum veritas profecto in paucis consistat dico, partes dominationum vestrarum fore & esse in inquirendo, & inquisitum condemnando, hunc notarium, qui fabricauit assertum testamentum de quo agitur. Et hoc est uerum ex multiplici capite. Sed antequam aggrediar decisionem præsentis cõsultationis, præsuppono aliqua pro intelligentia dicendorum. Et † primo, quod testamentum debet legi & publicari coram testibus: alias non ualet l. fideicommissa. §. quotiens. ff. de leg. 3. nbi per Bart. in l. ex eo. nbi Bar. & etiam Bal. idem firmant. ff. de testa. milit, & Pau. de Cast. in suo consi. 202. voluit incip. Titius infirmitate grauatus. & Raph. Fulgo. consi. incip. An & quando &c. † Secundo præsuppono, quod tunc dicitur voluntas perfecta & consummata, ualet, quando fuerunt apposita illa uerba, actũ in tali loco &c. alias sine eis uoluntas est imperfecta. l. si is qui. ff. de testa. ut uoluit notantur Bal. in authen. quod sine. C. de testamentis, & Pau. de Cast. in dicto consilio 202. in prima colum. circa principium. † Tertio præsuppono quod scriptura testamenti nihil valet, ne potest probari testamentum, per illam scripturam, antequam vocentur testes, & legatur scriptura talis coram eis. Nam multotiens contingit, quod testator, ne tedio afficiat testes, facit primo scribere per notarium totam eius intentionem. Et multi aliquando tenent illam scripturã, & postea faciunt nocari testes, & coram eis legunt uel legere faciunt, & eos rogant in paruo spacio tẽporis. ita habetur in l. hac cõsultissima. §. at cum humana. C. qui testamẽta facere possunt. & voluit Bar. in d. l. fideicommissa. §. quotiẽs. & ibi est casus multum singularis in proposito nostro, in uerbo exemplum testamenti præparet &c. & voluit Io. And. in titulo de instrumen. æditione. in additio. Speculi, in §. compendiose vero. in addi. incip. Sed fuit quæstio de facto &c. ubi recitat casum dictæ l. fideicommissa. §. primo. & etiam voluit Pau. de Cast. in dict. consilio 202. in vlti. col. Plus dicebat Bal. in d. auth. quod sine. de testamentis. quod si in libro notarii reperiatur scedula testamenti, cum testibus, si de relatione testamenti non faciat mentionem, non valet, nisi sit apposita clausula actum in tali loco &c. † Quarto præsupono, quod ad hoc ut testamentũ valeat, opus est quod testator ore proprio nominet nomen hæredis, uel saltem interrogetur. an uelit talem esse hæredem. & respondeat indistincte, quod sic: non autem solum nutu. ita probatur in d. l. hac consultissima. nbi Pau. de Cast. post Bal. ita tenet & glo. & Bar. Bal. & communiter scribentes, in l. iubemus. C. de testa. & Bal. in l. hæredes palam. in fine principii. ff. eo. titu. & Pau. de Cast. in suo consi. 364. Et est uera & magis communis sententia per l. Pamphilo. §. proposiunm. ff. de le. 3. & per l. nemo.

in prin. ff. de hæredi. institu. & uoluit do. meus. Alexan. de Imo. in consi. 12. in penul. & vlti. colum. in primo uolum. incip. An donatio omnium bonorũ præsentium &c. & etiam in consilio 34. per totum. incip. si testator fuit interrogatus a tabellione, &c. & hoc procedit, dummodo non sit testator oppressus adeo morte, ut memoriam & intellectum non haberet: alias secus. Nam etiam si ad interrogationem responderet, quod sic facit, non valet: prout late declarat dominus meus, in dicto cons. 34. per totum. vbi singulariter more suo loquutus est. † Quinto præsuppono, quod tanta est nis & ser na. d. l. iubemus. C. de testamen. quod notarius al ter conficiens instrumentum testamenti incidit in falsum: ita probatur ibi, & ille est unus casus exceptus, in quo notarius punitur de falso præsumpto. Et aliũ casum ẽt habemus in l. nolumus. C. eo. titu. & in l. nulli. cum ibi notatis per Barto. C. de numerarijs & aren. lib. 12. & voluit dominus meus in consilio 75. in 3. colum. in primo uolum. inci. viso testamẽto Ioãnis Rinaldi &c. & probatur in §. quia uero leonis. in autben. de non alienando. & etiã voluit Bal. in l. super chyrographis. C. si cer. pet. dum allegat tex. in d. §. quia uero leonis. & etiam Bal. in l. si post C. de iuris & fac. igno. & Bald. in titu. de pace Constan. in §. vasalli in 2. col. & scribentes magis communiter. in d. l. iubemus. in quibus locis concludũt quod in casu illius legit, & in aliis casibus tñ, in quibus reperitur hoc expressum, notarius cõficiẽs instrumẽtũ sine solẽnitatibus, de quibus in dictis casibus puniẽ de falso, sine illæ solẽnitates fuerint obmissæ, & nõ scriptæ a notario, & adhibitæ a testõre, sine nõ fuerint a testõre adhibitæ, & notarius obmiserit, ex certa scientia, sine non: quia in illis casibus specialibus nõ potest error allegari a notario: quia in eis resultat præsumptio iuris, & de iure, quod notarius fuerit in dolo, secundũ glo. & scribentes ubi supra, maxime in d. l. iubemus. quod notandum est in præsenti casu nostro. Sexto præsuppono quod dictus notarius circa principiũ dicti asserti testã asseruit se rogatũ dicens hoc mõ: Rogauit me no. infrascriptum &c. & sic ex illis uerbis eligitur conclusio, quod ipse notarius habebat se subscribere, & in fine dicti testamenti, prout fecit, & attestatur se rogatum de testamẽto, & postea in uersic. quæ omnia &c. dicit se rogatum, & sibi commissum, ut scriberet tantũ testm. & sic ut se præpararet. d. l. fideicommissa. §. 1. ff. de lega. 3. Septimo præsuppono, quod in dicto principio asserti testamenti, idem notabiliter dicit, quod in præsentia infrascriptorum do. Guil. & do. Fran. & do. Dominici testium infrascritorum, rogauit etiam &c. Ex quibus uerbis manifeste colligitur, quòd tunc ipsemet testator rogauit illos tres testes tunc nominatos quod ẽt probatur, quia postea in uerbo actã &c. repetit aliquos ex eisdẽ, cũ aliis in numero sufficienti, quoa tunc dicit uocatos, adhibitos, & rogatos &c. & quod plus est, postea in fine, non fuerunt scripti in numero testium do. Franc. nec dicta dña Lucia, ut patet in uer. actum &c. Et si fuissent ipsi rogati ab eo, uel a testatore, non potuisset eos obmittere in subscriptione testium rogatorum, & uocatorum, si non fuerunt uocati in princi. excepto dicto domi.

mi.Guil.ergo &c. Octauo præsuppono, qđ dictus notarius in uer. & successiue in præsentia suprascriptorum & infrascriptorum &c. attestatur tunc legisse & publicasse cõtenta in dicto asserto instrumento testamenti:& tunc posuit etiam actum &c. & semel tantum fuit appositum illud uerbum actũ &c.Ex quo infore,quòd usque ad prolationem dictorum uerborum & successiue &c. non dicta asserta scriptura perfecta, sed potius præparata. iuxta tex.in d.l. fideicommissa. in prin.§.ff.de lega.3. cum aliis supra allegatis : maxime ex notatis per Pau.de Cast.in d.consi.ccii. Nono etiam præsuppono, quod nunquam dicti testes fuerunt rogati a testatore:ut probatur in uersicu. postremo interpellatus, &c.nisi per nutum.de quo infra dicemus. Et in prin.in præsentia eorum.de quo in princ. & in publicatione. ut ibi patet. Decimo præsuppono, quod cognitores dicti testatoris, uidelicet, dicti do.Gulielmus & do.Franciscus,non fuerunt positi & descripti,ut cognitores in loco consueto,uidelicet in uer. actum &c. sed antea positi fuerunt, ut patet in d.uer. postremo interpellatus &c.& nõ secundum formam statutorum,sub rubri.de testamen. &c. & sic ex insolita descriptione dictorum cognitorum inducitur non leuis suspicio , etiam contra dictum notarium.Vndecimo præsuppono, quod in casu, de quo agimus, non solum notarius incidit in falsum præsumptum:sed etiam in falsum expressum.Primo, quia dicit quod prædictus testator ob singultum quendam impediebatur, ne expedite loqueretur &c.& sic ponit id,de quo nequaquam rogatus fuit ergo &c.Similiter in alio maioris importantiæ incidit in falsum expressum, dum dicit,quod interpellauit dictum testatorem,ut testes infrascriptos ore proprio rogaret. & subdit quod de nouo similiter capite annuit, ad confirmationem omnium prædictorum &c. Sed pulchrum esset scire , quis reuelauit sibi, quod ille secundus nutus fuerit factus a testatore,ad confirmationem omnium prædictorum certe non potuit ipse notarius hoc scire: ut dependent ex solo animo testatoris : cuius solus Deus est cognitor & scrutator ut in c.nouit.extra de iudiciis . nec hoc potuit dicere,& minus scribere.Imo potius dictus nutus secundus intelligatur solum circa rogitum testium factus:cum de hoc solum tunc testator esset interrogatus d.l.Pamphilo.§.propositum.& in l.1.§.1.& §.2.ff.de uer.ob.& not.in l.nutu.in prin. ff.de legatis tertio.& uoluit Bal.in lege:ut in epistola. C. de fideicommissis. Vltimo præmitto , quòd stante dicto nutu capitis,tantum notarius in d.uerbo actũ posuit uerba importantia uerum rogitum, ibi dũ dixit: Testibus omnibus ad prædicta omnia adhibitis,uocatis, & rogatis &c.quæ uerba ostendunt uerum rogitum,& non per nutum factum , per testatorem prædictum:ut in §.fi.institu.de testamentis.in uerbo,septem testibus adhibitis &c.cum gl. sua.& in l.hac consultissima. C.eodem titu.cum similibus.His † breuiter præmissis,dico nunc in proposito,quòd dictus notarius omnino incidit in crimen falsi præsumpti,& etiã falsi ueri,quod est plus. Et primo capio primum caput falsi præsumpti in quod incidit,ex quo facit assertum testamentũ roboratum nutu testatoris circa institutionem hæredis, contra tex.cum ibi plene no.in d. l. iubemus. de quibus supra dixi. Nam certum est, quòd omnia illa disposita seu scripta,nihil ualebant ante appositionem illius uerbi,actum&c. prout supra probaui allegando Bal.in d.authen.quod sine. & Pau. de Cast. in d. consi.ccii. unde cum dictus notarius uoluerit scribere & scripserit assertum testamentũ cum institutione hæredis nutu facta tantum incidit de directo in casu d.l.iubemus. Præterea,ipsemet notarius in uer.quæ omnia,& singula attestatur prædicta omnia scripta fuit de commissione & uoluntate ipsius testatoris.&c.& sic illucusque manifeste attestetur scripturam solam prædictorum omnium.& postea subdit, quòd successiue in præsentia suprascriptorum, & infra scriptorum lecta & publicata fuerunt &c. Et sic manifeste infert ibi scripturam dictæ uoluntatis in præsentia dictorũ trium testium sibi commissi, sed non publicatis nec lectis.& sine uerbo. actum &c. Et sic non perfecte eam fecerat. Nunc successiue in præsentia suprascriptorum trium testium & etiam infrascriptorũ de quibus illucusq; ñ erat habita metio, corã omnibus pro actu perficiendo,legit, & publicauit ad intelligentiã dicti testatoris, & omnium testiũ &c. & ad nutum capitis dicti testatoris omnino scripsit dictum assertum testamentum,ut de se patet:quantum ad lecturam & publicationem, & perfectionem. qui actus sunt in consideratione : nec possunt fieri uel notari,nisi loquente ipso testante. d.l.iubemus.ibi:quod lingua , uel manu.significaret &c.Et multum ego considero prædicta.Sed primo scripturam dictæ uoluntatis. Secundo lecturã & publicationem, quos actus dicit ipsemet notarius fuisset successiue factos.& primo scriptura p̃cessit de commissione dicti testatoris. Et hoc est quod uoluit dicere de commissione prædicta , & uoluntate ipsius testatoris &c.Quæ cõmissio forte sibi data fuit in præsentia dictorum trium testiũ & sic habebat scribere ea omnia.Sed postea lectio & publicatio cum præfectiõne actus sequuta, sunt in præsentia omnium dictorum testiũ, in numero maiori,tanquam coram quibus modo, ultimo loco debebat actus perfici & compleri, per duplicationem & lectionem. & cum uerbo actũ &c. Et hoc esse uerum etiam probatur ex alio: quia in publicatione,& sic in perfectione uoluit notarius, quod testator tunc rogaret testes:ut patet in dicto uersi. postremo interrogatus &c. cum sciret eos non fuisse illucusque rogatos, a se, uel a testatore. & sic noluit omnino tunc actum perficere . Nam ista interpellatio de rogitu hoc ostendit. & si testator,ubi annuit in publicatione testamenti,dixisset uerbum,quod sic testamentum uere perficiebatur, per ea,quæ supra dixi præmisit.maxime ,inquarto præmisso.Sed solum annuendo non potuit perficere actum eius seu testamentum. Ergo non potuit notarius facere uel publicare illud quoquomodo,& cum contrafecerit , omnino incidit in laqueo.& sic se irretiuit laqueo falsi præsumpti , primo. de quo in d. l. iubemus.in uersi. cum nomen nec lingua neque manus testatoris significaret &c. Præterea ex alio capite incidit in uerum falsum.

quod est plus. quod annuit testator secundo loco ad confirmationem omnium prædictorum &c. Nã hoc est penitus falsum: ut de se patet. Nec uerisimiliter nutus ille secundus poterat referri, nisi ad rogitum testium, super quo fuerat solum interrogatus per notarium, & etiam non erat necessarius ad alia si primus nutus ualuisset. iuxta l. quibus idem. ff. de uerbo. obli. Vlterius in uero falso se illaqueauit notarius: dum dixit testibus adhibitis uocatis & rogatis. Nã debuit dicere rogatis ut supra, uel rogatis nutu &c. Nec dicatur, amice ipse forte notarius deponit de rogitu suo facto ad testes: quia respondeo quod hoc non dicit. & ad eum non spectabat rogare. & ex quo incidit in falsum: ut supra probaui. & uerum & præsumptum, apertissime ei amplius non creditur. nec etiam creditur sibi de suo rogitu met. Nam rogatus ille, si rogatus fuit, de quo ipse attestatur in principio actus, fuit de scriptura testamenti, & sic præparatione eius solũ: non autem de lectura uel publicatione. & ipsemet no. hoc attestatur in uersi. quæ omnia singula de commissione &c. & est sibi contrarius. Nam hoc attestatur in cõmissione de scribendo. Sed in principio attestatur se rogatum de confectione instrumenti testamenti, unde ex hoc contrarietate etiam potest inquiri contra eum: & potest etiam torqueri l. ubi falsa, uel uaria. ff. de testi. cum simi. Et ex

7 † his tollitur illud qđ dicitur de clerico non subiecto solennitatibus iuris ciuilis in testamento. c. cũ esses. & c. cum tibi. de testa. Nam de iure canonico stat uera conclusio & communis, quod nutu nõ ualet institutio hæredis, nisi † ad pias causas, secundum Spec. & Ioan. and. in tit. de instru. editione. §. 1. uer. si is. & Ioan. de Imo. in d. c. cum tibi. & do. Abb. ibi in fine. qui asserit ita communiter teneri. & per consequens notarius faciens talem dispositionem, incidit in pœnam l. iubemus. C. de testa. & licet clericus testetur, subiacet † statutis & iuris ciuilis dispositioni: quando instituit laicum, secundum Bar. in l. cunctos populos. in 6. q. princ. C. de sum. trini. & fide catho. & Bald. in authen. cassa. in 5. q. eo. tit. & Cano. omnes magis communiter in c. quod clerici. maxime moder. de foro compe. Vel dicamus, quod ex quo dictum assertum testamentum est factum cum solennitatibus iuris ciuilis, videtur se subiicere eis & in illo consideratur & si nõ est factum, prout debuit, non ualuit: secundum Bald. in l. milites. de test. mili. Vel dicamus quod ratione ueri doli comissi, prout supra probaui saltem inquiri potest & torqueri. & ꝙ plus est condemnari rationibus, & iuribus supra deductis. quibus non obstat ius canonicum nec clericatus testãtis. Cætera suppleãt dominationes uestræ quas dominus Deus dirigat in uiam ueritatis, quibus me commendo. Laus Deo, & diuino Dominico aduocato meo, Amen.

8 (margin)

9 (margin)

Et, vt suprà scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iuris. Doctor & æques sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. & in fidẽ præmissorũ propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, Amẽ.

CASVS CONSILII LIIII. TALIS EST.

MOnasterium Et fratres, & patres mei sancti Michaelis in buscho de Bono. locauerunt magistro cuidã Guidoni Antonio pro se & filiis suis masculis, ex linea masculina tantum unam eorum domum cũ apotheca, in emphteusim perpetuam, deputatam ad usum sotularię ad tempus & terminum xxix. annorum, ad renouandum positam Bono. iuxta suos confines, pro anno affictu librarum xxx. Bono. soluendarum dicto monasterio, in festo natiuitatis domini nostri Iesu Christi: & prout latius de his omnibus constat in instrumento publico, rogato per publicum notarium Bononiensem. Deinde conductor prædictus soluit integraliter per multos annos tempotibus debitis affictus, & canones debitos dicto monasterio seu syndicis & procuratoribus eius. Nunc contingit ꝙ magnifica & excelsa regimina dictæ ciuitatis Bononiæ uolentia ornare dictam ciuitatem, faciunt demoliri ædificia antiqua, & refici, & restaurari per totam ciuitatem Bono. & compellunt habitantes ad tales expensas: adeo ut inter alias domos hæc reficienda & resturanda sit: in cuius refectione & restauratione opus est expensa magna & plusquam magna. unde orta est contentio inter monasterium prædictum ex parte una, & inter magistrum Guidonem Antoniũ ex altera parte, ad quem spectet expensa talis: cum vnusquisque dicat se non teneri ad eam. Modo, quæritur, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Contractus qualitas, quomodo & ex quibus cognoscitur an ex uerbis, uel ex concessionibus contentis in eodem. & num. 4.*

2 *Emphytenta an teneatur ad expensam magnam fiendam iure emphyteutica, uel ad collectas, & alia onera. & nu. 6.*

3 *Expensæ & melioramenta facta in re emphyteutica, an sint domini, uel emphyteutæ.*

5 *Contractus emptionis, quomodo cognoscatur a contractu emphyteutico.*

CONSILIVM LIIII.

Cor mundum crea in me

Deus: & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati consona

ti consona sunt,in medium afferre ualem.Domini nostri Iesu Christi redemptoris, eiusque gloriosæ matris semper uirginis Mariæ nominibus inuocatis in præsenti consultatione,de simplici subscriptione solum requisitus ego Ludouicus Bolognínus,iuris V.Doctor & æques sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis, nunc actu legens ordinariæ iura ciuilia in hoc uetustissimo patriæ meæ Bononiensi studio. Prima facie fuit propositi, q̃ dictus Guido.Antonius obligatus esset ad impensam hanc destructionis seu refectionis domus, & apothece de qua agimus rationibus infrascriptis. 1 videlicet, & primo:quia ad † cognoscendum seu denominandum contractum,qualis sit,statmus uerbis contrahentium & eorum uerba hoc manifestant.l. qui fundum.§. fi. ff. de contrahen. emp. in uer.ceterum uerba &c. Et uoluit Bart. in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de publi.& Bal.in addi.ad Speculum in titulo de locato.circa principium.Et dominus meus Alex.de Imo.in cõsi.3.in primo volumine incipiẽte :viso instrumento &c.& in consi. cvij. incipiente: si habens utile dominium ,&c.& in 3.uolu.& in consi.xxvj.in v.nolu.incip.uisis dubitationibus præmissis &c. ubi proprie loquitur in contractu locationis . Ergo in casu nostro , cum iste contractus ex uerbis contrahentium denominetur emphyteusis, ut patet i ner. in emphyteusim perpetuam,pro se,& filiis suis masculis, & naturalibus descendentibus ex linea masculina, &c. proprie & uere est contractus emphyteuticus. Quo † dato succedit id, quod habetur in l. 2. C.de iure 2 emphy.ubi probatur,quòd emphyteuta tenetur ad collectas,& ad impensam magnam. Et uoluit Bal. in l.1.in v.differentia.C.eo.ti.& alii scribentes ibi dem post eundem,maxime moderni, uolentes secus esse in aliis conductoribus etiam ad longum tẽpus:qui secundum eos,non tenentur ad impensam magnam, nec ad collectas nec ad alia onera. Imo si eam fecerunt computant in pensionem, uel repetunt a dominis ueris.text.est in l.dominus. §.1. & in l.colonus in principio.& in l.sed adeo.§.si inquilinus el primo , & el secundo. & in l. ex conducto. iuncta gl.in uerbo,ratificat.ff.locati. & uoluit Bal. in rubri.C.de iure emphy. Et do.meus in l.diuortio.§.impensa.in secunda col.ff.solu.matri.& in cõ si.clxxvij.in secundo uolu. incipien. mature digestis &c.& in consilio primo,in 4.uolu.in 4.colum. incipien.ponderatis his,quæ in themate &c. & in consil.xxxv.in 6.colum.in 4.uolu.incipi.Quomodo in instrumento &c.& in consi. cviij.in 3. uolu. incip.uisis his, quæ in themate. & Ange.in consi. cccxxi.incipien.in Dei nomine, amen &c.Secundo principaliter me monebat, quia in isto contractu est pactum seu conuentio, quòd trãseat ad filios masculos descendentes ex linea masculina, q̃d pactum proprie & uere conuenit ad contractum emphyteusis ecclesiæ,ut in §.quia uero.in authen. de non alienando. & plene notatur in l. etiam in principio. ff. soluto matrimo.de quo posuit Raphael Fulgo.in consi.ccxxxii.incipiente:in proposita quæstione uidetur mihi &c.& ĩ cõsi.cccxxviij. in fin.incipiente:casus talis est, proponitur &c. & dominus meus Alex. de Imo.in consi.lxj.in primo uolumine incipi. an si alicui est concessa.& in con si.c.in secundo uolumine incipien.uiso puncto, ex quo dubia &c.& etiam in consilio lxxxvj. in 1. uolu.in colum.ultima.incipiente : uiso & opportune animaduerso &c.& in consilio cxx.in primo uolumine incipiente: ylarius conduxerat &c. in secunda colum. & in consilio.lxxj. in quarto uolumine inc.p.quidam promisit &c.quod consilium est domini Bald. Perusini in illo 4.uolumine consiliorum domini mei Alexandri de Imol. & uoluit etiam Io an.de Imol. in consilio lxxj. incip. in casu præmisso &c. Ergo succedit regula tradita in l. insulam. ff.de præscriptis uerbis.quam comprobat Bald.in sua disputatione incip.publicanus quidam . & etiã Bald.in l.1.C. de re.permu.& Bald.in rub.C.de iure emphy. circa fin. quod attendimus magis qualitatem pactorum,quam denominationem contrahentium ad cognoscendum contractum.ergo cum denominatio ipsorum contrahentium , secundo qualitas pacti, de quo supra proxime ostendant contractum & uere conueniat contractui emphyteutico , dicitur præsens contractus emphyteuticus & non locationis. & per consequens tenetur dictus Guido Antonius ad hanc impensam 3 magnam d. l. 1. cum aliis supra deductis. † Tertio ex alio capite trahebar in eandem sententiam: quia omnes expensæ utiles , & melioramenta factæ & facta in re emphyteutica cedunt ad eius commodum,& sunt emphyteute adeo quod finita emphyteusi,non tamen propter culpam,sed propter generationem finitam,pertinẽt,ad emphyteutam , & ad eius hæredem etiam extraneum : secundum Bald. in l.2.C.de iure emphy.& Bald.in l.fin.C.communia delegatis, & Bald.in authen.excipitur.C.de bonisque liberis,& in c.1.in tit.hic finitur lex Conradi.in vsibus feudorum.Et Bal.& Ang. in l. senatus. §.Marcellus.ff.delega.1.& Barto.in l.1.ff. de super fi.& in l.emptor.ff.de rei vendica.& Pau.de Castr. in l.seruitutes.ff.de serui.tit. generali.& in consil. 139.in ultima colum.in fin.incipien.utrum emphyteusis concedi possit,&c.per tex.in c. si clientulus. in tit.hoc finitur lex Conradi.ergo uidetur esse inconueniens,quod dictus Guido Antonius teneatur ad faciendam hanc impensam quantumcunque magnam,de qua agimus:cum omnino cedat ad cõ modum suum & suorum descendentium in infinitum, & in perpetuum.& etiam finita linea perueniatura sit ad hæredes extraneos,cum aliis melioramẽtis successiue fiendis per eum. & suos descẽdẽtes masculos de tempore in tempus. Nihilominus prædictis non obstantibus,quæ uere non obstant,si recte ponderentur,in contrarium puto fore ueritatẽ, quam breuiter & inconuincibiliter ostẽdo. Præsupponendo primo illud,quod dicunt domini consulẽtes & etiam subscribentes, quod in casu nostro soluitur pensio annua condigna ex fructibus commẽsurabilis. Quo dato, necessario infertur, quod iste contractus omnino est iuratus:& est contractus locationis ad tempus successiuum , secundum quod erant descẽdentes ex linea masculina.& nõ est emphyteusis.Quod probo.& retorquendo argumentum supra formatum pro prima parte ad hanc partem,præsupponendo quod ad denominandum cõ-

tractum

tractum & ad cognoscendum quis sit cõtractus, attendimus † potius pacta in eo apposita, quam denominationem ipsorum cõtrahentium. d. l. insulã. Cum ergo ex quampluribus in hoc contractu pactis & contentis appareat, quod est contractus locationis uerus, igitur &c. Et sic non obstat quod teneatur iste conductor ad hanc impensam magnam fiẽdam. † Pacta autem sunt hæc. Primo, circa est pẽsionem condigna, commensurabilis cum fructibus in effectu, & non pro sola recognitione directi dominii, ut in §. quia uero. cum ibi no. per Ang. in authen. de non alienan. in princip. & per Cy. Bal. & Saly. con bononiensem. in l. pe. C. de iure emphyteutico. & per Bal. in rubri. eo. titu. & per dominos Canonistas in c. potuit. extra de locato, & prout dicũt etiam domini consulentes, quo casu differt ab emphyteuta, secundum domin. meum Alex. in consil. 68. in tertia col. in 1. uolum. inci. visis duobus &c. Aliud etiam est pactum in hoc cõtractu appositũ, quod pensio hæc soluitur in pecunia, quæ conuenit proprie locationi. ut in §. item quæritur. institu. de locato. Sed pro emphyteusi potest solui pecunia, & alia res quecunque iuxta ea, quæ habentur in d. l. 2. C. de iure emphyte. & in auth. qui rem. C. de sacro sanctis ecclesiis. & in auth. de nõ alienan. §. quia uero. & per no. per Bar. in l. si mihi & Titio. ff. de uerbo. oblig. in penul. colum. Aliud etiam inest pactũ in præsenti contractu, ex quo resultat mera locatio & non emphyteusis, scilicet de solutione fienda singulis annis, quæ non fit in contractu emphyteutico, sed infra biennium ut in dicta auth. qui rem. & d. c. potuit. & in l. 2. C. de iure emphyteu. cum similibus. Ex quibus omnibus pactis detegitur, quod iste est contractus locationis, & non emphyteusis. Et si ista alia cessarent, & diceretur in contrarium. pacta conuenientia sunt contractui emphyteutico magis quàm contractui locationis. Tamen tanta est una coniectura, quæ resultat in casu nostro, ex præstatione illius pensionis commensurabilis ad fructus, quod talis coniectura est fortior cæteris pactis, quæ esset in contrarium importantia contractum emphyteuticum. & hæc sola coniectura magis attenditur, quàm omnia alia pacta contraria importantia emphyteusim ita in terminis inter uarietatẽ istorum pactorum & contrariorum quòd hæc coniectura pensionis commensurabilis cum fructibus omnibus aliis sit præstantior, & præualeat, & sit omnio fortior, & faciat contractum, appellari locationem ueram, & non emphyteusim, uoluit supremus doctor do. Franc. areti. in suo consi. lv. in vlt. col. in uersic. 2. respondeo clarius &c. quod consilium incipit: in causa mihi proposita procedendũ est &c. ubi multum singulariter more suo loquutus est in hac materia. Et ex his tollũtur prima duo argumenta formáta, de denominatione contractus & de qualitate pactorum. Nam imo magis attenduntur pacta, quàm denominatio contrahentium. Et demum inter pacta magis attenditur pactum respiciens pensionem soluendam commensurabiliter, quàm alia omnia, secundum præfatum dominum Franciscum, ubi supra proxime. Non obstat in loco, quod melioramenta spectent ad dictum Guidonẽ Antonium &c. quia non sequitur, quod propter hoc compellatur ea facere, sicut dicimus in quolibet conductore. Nam non tenetur facere impensam magnam: tamen si facit computat eam in pensionem, uel repetit eam, per not. in d. l. dominus. §. 1. cũ alijs supra allegatis. ff. locati. Vltimo pro decisione præsentis casus, allego dominũ meum dominum Alexan. de Imo. in consi. 4. in v. uolu. incip. Titius & Seius fratres &c. ubi ponit de emphyteuta † & conductore ad quas expensas teneantur & ad quas collectas, & onera ut ibi per eum more suo diligenter examinantem istum passum, & decidentem ad fauorem dicti conductoris consulo tamen unum quod dictus Guido Antonius nũc faciat extimare meliorméta sua facta per eum in ea re, post celebratum contractũ, usq; ad præsens tempus. & successiue etiam teneat computum expensarum & aliorum melioramentorum de cætero per eum in ea re conducta fiendorum. & idem faciant etiam eius filii pro tempore, ne finita generatione sua confundantur illa cum hac impensa nunc fienda per ecclesiam. imo etiam de hac impensa fiẽda per ecclesiam habeatur plena informatio, & quãta erit, ne tẽpore lineæ extinctæ, sub ea confundãtur omnia eius melioramenta præsentia, & futura, facta, & fienda.

Et, vt suprà scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iuris. Doctor & æques sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetustissimo regiæ ciuitatis Bonouiæ patriæ meæ studio. Et in fidẽ præmissorũ propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. feci. Laus Deo & diuo Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII LV. TALIS EST.

MAgnifici ac excelsi domini regiæ ciuitatis nostræ Bo. claudere fecerunt quandam uiam publicã iuxta monasterium sancti Saluatoris de Bononia, iuxta alios vicinos habentes domos ibi continguas. Qua uia sic clausa uicini prædicti fecerunt parietes inter medios partientes & diuidentes sibi solum prædictum, quantum prætendebat latitudo domus uniuscuiusq; eorum. & ita tenuerunt per longum & longum tempus, aditum ad dictum solum. Modo dicti fratres sancti Saluatoris uolunt aperire parietem monasterii sui. & eo medio uolunt ẽt ipsi uti eo solo, & in eo etiam edificare. sed uicini contradicunt, dicentes sibi quæsiuisse proprietatem dicti soli ab initio publici. & ex post effecti priuati, quæritur quid iuris. Et etiam an dictum solum remanserit publicum, uel effectum fuerit priuatum ob illius

lius clausuram. Et etiam an licitum fuerit claudere viam prædictam. Et an licitum fuerit postea ædificare in ea, per vicinos prædictos habentes domos contiguas.

SVMMARIVM.

1 *Legis, statuti, vel alterius dispositionis ratio, an restringat & regulet dispositionem ipsam.*
2 *Viam publicam facere, ad quem spectet, vel de publica facere priuatam. & num. 5.*
3 *Viam publicam nullus potest occupare, nec in ea pontes facere &c.*
4 *Solum publicum, quod dicatur, item via publica, proprie & vere loquendo.*
6 *Solum, quanto tempore præscribatur.*
7 *Vsum habentes in solo priuato, an possint in eo ædificare, pro libito.*
8 *Dominium vtile quæritur, per perscriptionem.*

CONSILIVM XLV.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritum rectū innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Viso igitur puncto mihi porrecto, videtur prima fronte dicendum quòd hæc via publica clausa per Magnifica ac excelsa regimina ciuitatis Boñ. non desinat esse publica, quia fuit clausa ea ratione, ne maleficia ibi cōmitterentur tanq̄ in loco apto ad id. ergo propter hanc causam expressam non videntur ipsa regimina voluisse eam facere priuatam. quia ratio-1 nes † expresse in dispositione, eam restringunt. l. cū pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. cum si. Nā ratio est, quæ regulat dispositionem: secundum Rapha. Cu. in consi. 2. incip. proponitur quod ser Blāchus &c. & in consil. 143. in fin. incip. Titius & Seius &c. & Rapha. Fulg. in consil. 186. incip. pro determinatione eius &c. in 3. colum. & dominum meum Alexā. de Imol. in consil. 75. in 5. volum. incip. In præsenti consultatione &c. in 3. colum. & idē dicebat Ange. in consil. 280. in 5. colum. incipien. quis succedat filiæ &c. Secundo, ad idem facit: quia posito, quod non fuisset aliqua ratio, vel causa expressa videtur, quod omnino, licet sit via clausa, omnino sit publi-2 ca: quia † facere viam publicam spectat ad solum principem & senatum. l. j. §. viam. in ver. nostræ aūt &c. iuncta sua glo. in verbo habuit. ff. ne quid in via public. &c. ergo debet solus princeps vel senatus redigere publicam viam, ad priuatam solum, quia eius est tollere, cuius est concedere. l. eius est. & l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Tertio pro hoc videtur casus expressus in l. pen. ff. de via public. vbi dicit text. quòd viam publicam populus non amittit, quantumcunq; non vtatur. ergo idē videtur in casu nostro: licet populus non vtatur, & interim sit clausa, non amittit eam, nec ius suum. Nam licet licitum sit cuilibet ire per viam publicam, & etiam ducere currus, & ligna, & lapillos, vt est text. in l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publi. nisi per dominum uel per principem ciuitatis esset facta prohibitio. Nam talis prohibitio fieri potest non solum subiectis: sed & forensibus. ut in l. diuus. ff. de ser. ru. prædi. & in l. hæres. ff. de usufru. leg. & in l. sicuti. §. Aristo. ff. si serui, uendi. & uoluit Bald. in cap. 1. & in cap. 2. de noua forma fidelita. in usib. feudo. tamen quo ad proprietatem non est priuatorum: sed solummodo quo ad usum: ut est text. in d. l. 2. §. 1. in uer. priuatorum usibus deseruiunt, & cæt. sed quo ad proprietatem est, ciuitatis uel principis ut in d. §. 1. cum gloss. in uer. ciuitatis. in princip. & etiam est gloss. in d. l. 2. §. uiam. in uerbo, ut princeps. in fin. & ibi Bartol. idem firmat. Hinc 3 † est, quod dicimus, quòd nullus potest occupare uiam publicam, etiam si nemini noceret, tex. est in d. l. 2. in princip. nec etiam licitum est in ea facere pontes, uel ponticellos: ut in d. l. 2. §. traditas. Et ibi per gloss. & Bartol. & est text. in l. fin. ff. ne quid in flumine publico. & uoluit Bald. in l. lapilli. ff. de rerum diuisio. & Bald. in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pactis. & Angel. in l. fin. ff. de seruitu. titul. generali. Tamen his non obstantibus, puto contrariam esse uerius, & primo per text. iuncta gloss. in l. 1. in principio. ff. ne quid in loco publico. & quod ibi not. Bartol. ubi dicit quòd quælibet ciuitas non solum princeps potest concedere, ut platea uendatur, & statuere super hoc ut possit uendi. & ita dicit se dedisse consilium, ut platea posset uendi. Secundo, pro hoc etiam allego gloss. in terminis istud dicentem in d. l. 1. §. uiam. in uer. principes. quæ vult quòd quælibet ciuitas habeat ius faciendi uiam publicam, & reducendi uiam publicām ad locum priuatum. & ita gloss. sequutus est Bartol. ibi faciens magnum festum de ea. ergo in proposito nostro potuit ciuitas nostra uel magnifica regimina ciuitatis Bo-4 no. facere istud. Et † pro hoc allego text. formalem in l. 1. §. uiam. in finalibus uerbis. ff. ne quid in loco publico. ubi dicitur, quod illud est solum publicum & uia publica per quam itur & reuertitur. alias est priuatum. ergo cum in casu nostro nō eatur uel reuertatur publice, per istam uiam, solum hoc priuatum est: nam illud est de substantia, ad hoc, ut solum dicatur publicum, & dicantur etiam viæ publicæ, vt ibi eatur &c. Non obstant modo supra allegata, & primo, quod certa causa fuit expressa vel ratio assignata in dispositione prædicta &c. quia responderi potest, quòd in casu nostro nō potest illa causa expressa aliquid operari, quod ostendo subtiliter ponderando tex. qui in hac materia ponit gladium ad radicem in d. l. j. §. viā in vltimis verbis. vbi dicitur, quòd ita demum solū viæ publicæ est publicum, si ibi eatur vel reuertatur publice. sed in hac via non itur nec reuertitur publice. ergo solum desiit esse publicū, & effectū est priuatū. & sic licet sit his ista causa, uel ratio expressa: tamen cum in hac uia cessent ea, q̄ sunt de uiæ substātia: vt appelletur uia publica, vel solū publicumt

quia non itur nec reuertitur dicendum est omnino non æstare expreſsionem illius cauſæ. Vel & ſecundo poteſt reſponderi, quòd non eſt uerum, quòd propter hanc rationem, uel propter hanc cauſam fuerit cauſa d.uia. nam de hoc non apparet aliquid, niſi quædam ſupplicatio & conceſsio ſimplex: cui non eſt ſtandum in hoc. ſi enim ciuitas in decreto ſuo expreſsiſſet hanc cauſam, uel rationem, non ita abſolute deſiſſet eſſe uia publica. Non obſtat illud, quod ſecundo loco allegatur, quòd ſolus princeps uel ciuitas poſsit redigere uiam pulicam ad priuatam &c. quia hoc eſt falſum prout tex. ſupradicti dicũt, apparet ibi clare contrarium. nec text. in d.§. uiam. probat illud: imo probat contrarium, ut ibi clarius firmat gloſſ. & Barto. poſt eam. Non obſtat tertio loco text. in d.l.pe. quia ad illum text. poteſt facile reſponderi. nam probat ſtantibus terminis, quòd uia ſit uia publica. & tunc populus non utatur ea: tamen non amittat illam facultatem, nec præſcribitur illi facultati. ſed ſecus eſt in caſu noſtro. in quo mutata eſt natura uiæ publicæ per illam clauſuram, ex qua ſolum eſt effectum priuatum: cum in eo non eatur uel reuertatur d. l. 1. uiam. & ut uidetur intelligere Bar. illum text. in d.l.pe. dum opponit. d. l. omnes. C. de præſcrip. xxx. annorum. ubi dicit, ꝙ ire per uiam publicam, non poteſt præſcribi, nec tolli illa facultas, ita etiam refert Cy. uoluiſſe in l. cum notiſsimi. §. illud. C. de præſcrip. xxx. anno. & uoluit gloſ. in l. ſi rem. §. omnis. ff. de pig. actione. † Hoc poſito, pro conſtanti, quòd iſtud ſolum ſit priuatum etiam incontinenti quam primum fuit clauſula uia, ut ſupra probatum eſt. faciliter poſſumus reſpondere omnibus aliis quæſtionibus, de quibus dubitatur, & maxime, an fratres ſancti Saluatoris debeant habere partem illius ſoli priuati, ſicut alii vicini ab alio latere, qui habent aditum ad illud ſolum. & hoc prima facie videtur dicendum, quòd vſus ſit communis tam fratribus, quàm aliis vicinis, per text. in §. ſi titius. inſtitu. de rerum diuiſione. vbi dicit text. quòd vbi arbor eſt in medio duorum fundorum, eſt communis illorum, qui poſsident illos fundos: ergo cum hoc ſolum ſit inter fratres, & vicinos, videtur ꝙ ſit commune quo ad vſum omnium vicinorum. Tamen hoc non obſtante, puto in caſu noſtro contrarium fore de iure verius, ſcilicet, quòd vſus illius ſoli ſit tantummodo uicinorum qui habent aditum ad illud ſolum immediate ex domibus eorum: ſed prædicti fratres nullum unquam habuerunt aditum niſi ſi illuc volaſſent: uel ſupra muros eorum aſſiſtent. ergo non habent nec unquam habuerunt uſum dicti loci: quia priuatio præſupponit habitum. c. ad diſſoluendum. de deſponſatione impub. l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iure. l. decem. ff. de uerb. oblig. ſed uſus præſupponit, quòd quis habeat commoditatem ad illum & ſit habilis ad eum. Nam conceſsio facta alicui nunquam comprehendit ea, de quibus ipſe non eſt capax ſecundum Ange. in l. 2. ff. de iuriſdi. omni. iu. limitantem hoc modo illum text. ſed iſti fratres non reperiuntur nec vnquam reperti ſunt habiles ad illum vſum, 6 cum nunquam habuerint aditum ergo &c. † Sed poſito, non tamen conceſſo, quòd potuiſſent habere vſum dicti ſoli, dico quòd omnino ſunt excluſi quia per l. annos & plures vt probatum eſt: nunquam vſi ſunt iſto ſolo. ergo non poſſunt nunc, cum etiam contra eccleſiã præſcribatur ſpatio 40. annorum, vt in c. de quarta. de præſcri. & in authẽ. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccle. & etiam contra fiſcum inducta eſt præſcriptio, ſi quod ius habuiſſet in eo ſolo, per ſupradicta tempora. l. omnes. & l. ſicut. C. de præſcri. 30. vel. 40. anno. & voluit glo. in l. in omnibus. ff. de diuerſis & tempora. præſcrip. cum ſimil. & in hoc non eſt multum dubi-7 tandum. † Sed tota vis ſtat in alio, in quo dependent leges & prophetæ. an ſcilicet habentes vſum in hoc ſolo priuato poſsint ibi ædificare & continuare parietem vniformiter, quantum protendit latitudo domus cuiuſcunque. & in hoc vt dixi ſtat difficultas non mediocris, quia non ſequitur, ſi ego habeo vſum in tali ſolo: ergo poſſum ibi edificare pater in littore maris, vbi quis habet vſum, dummodo abſtineat a villa & ab aliis ædificiis. vt in §. publica. inſtitu. de rerum diuiſio. Attamen in caſu noſtro puto in contrarium, fore veritatem arguendo a ſufficienti partiũ enumeratione. vt in §. actionum, inſti. de actio. Nam dominium huius ſoli primo non eſt fratrum prædictorum, nec etiam poſſeſsio. quia ipſi nunquam poſſederunt. nec poſsidere potuerunt, cum nunquam habuerint aditum ad illud. Secundo dominium etiam non eſt fiſci, imo ſi quod habuiſſet perdidiſſet ex lapſum lõgiſſimi temporis. propter quod tollitur omne ius d. l. ſicut ergo dominium & vſus eſt vicinorum, qui habent aditum ad illud ſolum. Præterea hoc probatur ex præſcriptione tanti temporis, quo vicini vſi ſunt eo ſolo bona fide: & continuatis temporibus. ergo acquiſiuerunt dominiũ eius, iuxta not. per glo. & Bartol. in authent. niſi tricennalis. C. de bonis mater. & per glo. in l. j. C. ſi aduerſus vſu cap. & glo. in l. in rem in princip. ff. de rei vendic. & per gloſſ. in l. traditionibus. C. de pactis. & gloſſ. in l. ſi duo patroni. §. j. ff. de iureiurand. & gloſ. in l. j. in fi. ff. de aqua plu. arcen. & per Barto. in l. j. ff. de acqui. poſ. & Bald. & Saly. in d. l. traditionibus. & per Dy. & Ioan. An. in regula, poſſeſſor. de regu. iur. lib. 6. & per Ioan. de Imol. in c. ſi. in repeti. ſua in 60. col. extra de præſcrip. in quibus locis concludunt ma-8 gis communiter ſcribentes, quòd † per huiuſmodi præſcriptionem quæritur ſaltem vtile dominium. ergo iſti vicini qui tanto tempore poſſederunt ſolum prædictum, quæſiuerunt vtile dominium, ſi ergo dominium eſt eorum, poſſunt ibidem ædificare vſque ad cœlum. l. altius. C. de ſeruitu. & aqua l. fi. ff. de ſerui. et generali. l. fin. §. pe. ff. quod vi autẽ clam; cum ſi. Laus Deo, Amen.

Et ut ſupra ſcriptum eſt, dico conſulo, & iuris eſſe dico, ego Ludo. Bologninus. V. Iuris Doctor & eques: ſacri palatij apoſtolici aduocatus conſiſtorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetuſtiſsimo regiæ ciuitatis Boñ. patriæ meæ ſtudio. Et in fidem præmiſſorum, me ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſigillari feci. Laus Deo & diuo Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS

CASVS CONSILII LVI. SATIS EST.

Exorta lite inter Caium,& Sempronium de Cremona, super certis terris pratiuis,quas d. Caius ad se pertinere & spectare dicebat iure dominij, uel quasi, agens rei uendicatione,contra & aduersus dictũ Sempronium,mediantibus eorum intercessionibus: in qualite nondum tamen erant examinati testes: sed solummodo productæ certæ positiones, pro parte dicti Caii actoris. & producta fuit etiam certa scriptura cum datione fideiussoris, secundum formam statuti in talibus casibus disponentis scilicet de expensis reficiendis per eum in casu succumbentiæ, quibus pactis die quadam sabbati.xxvii.mẽsis Iunij. Mccccłxxxviii. comparuit pars aduersa mediante procuratore, petens sibi, assignari terminum ad opponendum contra dictam copiam dictæ scripturæ, præsente procuratore partis aduersæ, & instante tunc pronunciari debere per eundem procuratorem forc pene processum. Quibus auditis curia ipsa monuit partes ambas pro die lune proxime sequenti, ad audiẽdum intentionẽ suã super petitis, a qua interlocutoriam pars aduersa statim appellauit. Ex quo dubitatur modo, an dicta appellatio deuoluat, necne,stantibus deductis,& multis aliis,de quibus in processu,qui ad uos fideliter,& totus transmittitur: ut uideatis omnia hucusque actitata ad finem, ut cognoscatur an dicta appellatio de iure subsistat, uel ne,stantibus rebus,prout stant.

SVMMARIVM.

1 *Appellare,an & quando liceat ab interlocutoria.*
2 *sententiæ duæ interlocutoriæ,si sint latæ contrariæ per eundem Iudicem,utra ualeat.*
3 *Reuocatio tacita an sufficiat grauaminis per Iudicem illati, ad hoc elidatur appellatio interposita ab eo grauamine, uel requiratur expressa reuocatio per eum.*

CONSILIVM LVI.

Cor mundum Crea in me Deus:& spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Clarissimi igitur ac iustissimi indices, dubium est,in præsenti causa, an dominationes uestræ debeant pronunciare bene appellatum per dictum procuratorem dicto nomine, an uero debeant pronunciare bene fuisse & esse processum per curiam ad instantiã dicti procuratoris dicto nomine comparentis. Et ad ostendendum inconuincibiliter,quòd partes uestræ sunt & debent esse in pronunciando bene processum, & male fuisse,& esse appellatum:probo pluribus modis.† 1 Et primo ostendo, quòd in casu isto non poterat,nec debebat appellari: nam appellatio introducta est, propter grauamen illatum in sententia, ut ea mediãte tollatur & succurratur oppressis.l.1.ff.de appel. c.ad romanã ecclesiam.& c. omnis oppressus.4.q. 4. & notant omnes scribentes in rubr. extra de appella.In antiquis. & uoluit etiam Raph.Fulg.in consilio.clxv. incip.an sententia lata.& do.Card.in consi.liiij.incip.in lite & causa &c. Sed ita est, quòd in casu nostro non fuit pars grauata,uel si fuit, fuit reuocatum legitime omne illatum grauamen. ut infra statim demonstrabo,ergo &c. Quod autem non fuerit pars grauata, ostendo sic: die. xxvij. iunij. Mccccłxxxviij. comparuerunt dicti procuratores & petierunt sibi assignari terminum ad opponendum contra scripturam productam, necnon petierunt copiam dictæ assertæ fideiussionis præstitæ,& fuit assignatus sibi terminus duorum dierum ad opponendũ. Eadem die & hora comparuit dictus procurator, instans pronunciari, bene fuisse processum. Quibus auditis præfata curia monuit ambas partes pro die lune, tunc proxime futura, ad audiendam intentionem suam super petitis, exceptis, ac oppositis, per dictaa partea &c. Pro certo non potest quis conqueri nec prætendere ex hac monitione aliquod grauamen.nam curia ipsa,quæ quasi eodem instanti & eodem momento assignauerat terminum duorum dierum dictis procuratoribus, ad opponendum:& statim monuit dictas partes ad audiendum sententiam, non est præsumendum, nec aliquis sane mentis arbitrari potest, eam uoluisse suam ferre diffinitiuam sententiam, super negocio principali:sed potius credendum est,quod uoluerit pronunciare super oppositis,uidelicet quòd bene fuisset assignatus terminus duorum dierum dictis procuratoribus ad opponendum contra prædicta:& eo maxime,cum nondum causa instructa esset, nec testes forent examinati, nec positiones confessatæ per partem aduersam, nec etiam habitæ pro confessatis.& sic ex eo, quia non præsumitur quis immemor illius actus tunc proxime præcedentis scilicet assignationis termini duorum dierum. & cum, ut dixi, modo nullo poterat diffinitiua ferri sententia, dicendum est, quòd ex dicta monitione non potest pars se prætendere grauatam, & per consequens non potuit etiam appellare. Nam illa monitio ultimo loco facta, non tollit dilationem iam concessam imo potuisset esse, nec aliter esse dici poterat, quòd curia ipsa de nouo concessisset dicto procuratori eandem dilationem ad opponendum. Vel si pure uolumus dicere, quod propter dilationem iam concessam pars dicere possit se grauatam, propter monitionem subsequentem, dico quòd istud grauamen fuit sublatum per iudicem pluribus modis. Et primo, iste fuerũt duæ inter-

interlocutorie late in eodem instanti, ut de se patet. quæ non transeunt in rem iudicatam, quo ad iudicem, ut patet ex no. per dominum meum dominum Alexan. de Imola in con. lxxxxix. in. v. uolu. incip. de reuocatione attentatorum. in 3. col. & do. Pau. de Cast. in consil. ccxiiij. inci. in causa, quæ uer titur &c. in consi. cclxxxv. incip. & uidetur de hoc &c. & in consil. cccxxx. incip. quantum ad contenta &c. in 1. colum. Tunc † ego arguo sic. ubicunque iudex fert duas interlocutorias breui tempore, & eodem instanti, & contrarias, secunda præsumitur lata per errorem, nec reuocatur prima. ut in c. cum olim. extra de re iudi. & uoluit in terminis Barto. in l. quod iussit. ff. eod. tit. quem refert, & sequitur etiam Pet. de ancha. in c. si a iudice. in ulti. colum. extra de appel. in 6. si ergo secunda interlocutoria nulla est, tanquam lata per errorem, non afficit par tem, nec infert grauamen aliquod. Sed dato, tamen non concesso, quod grauasset partem ipsam per dictam monitionem subsequentē dico, adhuc quòd non poterat appellare. nam reuocatum fuit grauamen per ipsum alio modo, & a lege approbato. Nā die. xxviij. eiusdem mensis comparuit unus ex dictis procuratoribus, & petiit sibi decerni copiā capitulorū productorum p dictū procuratorē, cū ter mino habili ad pducēdum sua interrogatoria. Ad cuius comparitionem & petitionē curia ipsa decre uit sibi dari copiam petitā & assignauit etiā termi nū duorū dierum proxime uenturorū, post oblatā copiā ad producendum sua interrogatoria, super eisdem, & cū cominatione, quod infra dictum terminum non produxisset, examinarentur testes pro al tera parte sine illis. Et diligenter animaduertendum est, circa illum actum, quo dupliciter apparet & manifeste, quòd si aliquod grauamen præcedebat fuit reuocatum saltem tacite per ipsam curiam hoc modo, uidelicet curia ipsa decreuit copiam capitulorum, cum termino duorum dierum ad producendum interrogatoria sua, ut dixi: certe si eodem instanti fuissent sibi oblata dicta capitula, dictus terminus duorum dierum finiebatur adminus per totam diē lunæ proxime, tunc sequentem, qua die debebat ferri sententia, siue fuisset diffinitiua, siue fuisset interlocutoria. ergo dicti iudices per assignationem dictorum duorum dierum tacite re uocauerunt dictam monitionem: quia illa dies cederet parti pro suis interrogatoriis producendis. & hoc primo. Secūdo ex illo met actu ostendo aper te, quòd dicti iudices saltem tacite reuocauerunt dictum grauamen, si quod erat hoc modo, uidelicet. nam postquam assignauerunt dictum terminū dictorum duorum dierum, fecerunt comminationem, quòd nisi dicta interrogatoria producta fuissent debito tempore, intendebant examinare testes pro altera parte sine eis. Quomodo ergo possumus dicere, quòd curia ipsa intendebat pronunciare super negocio principali, cum expresse dicat se uelle examinare testes. Et per consequēs saltem tacite reuocauit dictum grauamen. nam actua examinationis futuræ ostendit saltem tacite reuocatum fuisse dictum grauamen. Et si quis dice ret amice, ubi habetur, quòd sufficeret tacita reuo catio, & non requiritur expressa, ad hoc ut impediatur appellatio? dico quòd hæc fuit solemnis doctrina Spec. in tit. de excep. in §. uiso. uer. no. quòd quandoque tacite reuocatur grauamen. puta, si ap pello a iudice &c. dum tradit formam reuocandi interlocutoriam, ubi concludit quòd ubicunque iudex assignat terminum ad probandum, prout ibi per eum, tacite uidetur reuocare grauamen, & idē fuit de mente literæ. & etiam doc. in c. cum cessante de appe. & in c. si. eo. ti. Si ergo in casu nostro iudex monuerat partes pro dicta die lunæ ad audiendam intentionem suam, & postea die sequenti ante quam interposita esset dicta appellatio, dicti iudices fecerūt dictam assignationem termini, & cōminati sunt se examinaturos testes partis aduersæ, sine interrogatoriis per istum actum contrarium, saltem tacite reuocauerunt dictum grauamen. & sic dictam monitionem, quod sufficit per dictam doctrinam Spec. in loco supra allegato. Et idem fuit de mente eiusdem Spec. in ti. de ap. §. in quibus. uer. xxvij. ubi remittit se ad notata per se, in d. §. uiso. & in hoc aduertant bene, & diligenter domini iudicantes. Nec dicatur mihi, quòd ad hoc ut grauamen dicatur esse sublatum, requiritur quòd expresse reuocetur grauamen illatum: prout uide tur fuisse de mente glo. & scribentium in d. c. cum cessante. extra de appel. & gl. & aliorum ibidem in d. c. si a iudice maxime Pe. de ancha. in ulti. colu. in fi. ubi latissime ponunt modum & formam reuocandi grauamen. & etiam posuit Spec. in d. §. uiso. Quia ad hoc respondeo, quod prædicta procedūt, ubicunque iudex uellet ad ulteriora procedere, & reassumere causam inuita parte grauata. nam tunc requiritur expressa reuocatio. Secus, si instante par te grauata. uel aliter procederet, & faceret actum contrarium præcedenti. per quem tolleretur graua men illatum: quia tunc tacita reuocatio sufficit, per supradicta.

Et ut supra scriptum est, consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & eques: sacri palatij apostoli aduocatus consistorialis: in ea ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Boñ. patriæ meæ studio, Et in fidem præmissorū, me subscripsi, & solito sigillo sigillari feci. Laus Deo & diuo Dominico aduocato meo. Amē.

CASVS CONSILII LVII.
SATIS EST.

D.A bannitus fuit banno capitali & rebellionis, a ciuitate Bononię, & eius districtu, ob quoddam homicidium per eum perpetratum, & prædictum bannum latum fuit in eius contumaciā, quo existente bannito & habitante in territorio alien , nonnulli eius inimici non obstante fide os eidem prius præstita de eo, non of fendendo:

fendendo: licet de hac fide non possit fieri probatio, cum nouiter interfecerunt. Quibus stantibus, quæritur, an dictus dominus. A. potuerit impune occidi, stante quodam statuto dictæ ciuitatis Bon. quo cauetur, quòd bannitus a centum libris supra uel pro maleficio, quo ueniat imponenda mutilatio membri, uel pœna corporalis, possit occidi in ciuitate, & comitatu, ac districtu Bononiæ, &c. posito sub rubr. de generalibus pœnis bannitorum inter statuta criminalia, an uero debeant dicti conspiratores, & proditores decapitari: utpote quibus hæc sententia non intelligeretur concessa in territorio alieno. Quæritur, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Subditus delinquens in territorio alieno, an possit puniri de eo delicto per Iudicem suum proprium. Et qua uia procedatur contra dictum delinquentem. & nume. 3.*

2 *Delinquens in alieno territorio, debet transmitti a Iudice illius territorii, ad Iudicem proprium.*

4 *Bannitus, qui pôt impune offendi, an possit ubique offendi.*

4 *Bannitus in certo loco, an perdat beneficia illius loci, & priuilegia statutorum.*

6 *Bannitos ubi nam liceat impune occidere.*

CONSILIVM LVII.

Cor mundum Crea in me

Deus: & spiritum rectū innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Idcirco Reuerendissime domine præsul, huius almæ ciuitatis Bononiæ, legate dignissime. Vosque magnifici ac potentes domini, dñi sexdecim maiores mei honorandi &c. Nunc obmittam conspirationis & proditionis apud rectæ sentientes, quam immensum, & incredibile, & vbique locorum detestandum facinus fuerit. Quod externa die initum fuit contra & aduersus bonæ memoriæ, spectabilem dominum A. & totam ipsius nobilem & modestam familiam. circa quæ omnia & eorum detestationem, si tempus conterere vellem, non mihi si centum linguæ, oraque centum & Ferrea uox sufficerēt. Ideo sub silentio prætermittam, vt quid d. v. Et præsertim apud te illustris & magnifice, ac præstantissime armorum dux, domine Ioannes de bentiuoliis, notissimum, cum frustratorium arbitratus fuerim solem facibus illustrare, uetus solita nostra erga facinorosos seueritate & iustitia: cuius clypeo ad rem ipsam principalem, obmisso multiloquio, condescendam. Igitur quòd isti proditores & conspiratores & socii, in necem præfati domini A. de iure ueniant omnes decapitandi, si in fortiam uestram deuenerint, vel si non uenerint, vt rebelles & banniti indicari, & condemnari debeant, probatur multipliciter, multisq; modis. 1 † Et primo, ubicunq; subditus committit delictum in alieno territorio, potest iudex ciuitatis seu territorii sui proprii, in quo delinquens habet domicilium, cum punire, in sua ciuitate de illo delicto, etiam alibi commisso. text. est in l. fin. ff. de decretis ab ordi. faci. ubi est casus de hoc. & etiam in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cle. ubi delinquens in ecclesia, punitur per iudicem secularem, non obstante, quòd ecclesia non sit de territorio laicorum, nec iudicis secularis. Ad idem facit tex. in l. 1. cum ibi no. per Bal. C. de eunuchis. & quia delicta non debent remanere impunita. l. ita uulneratus. cum vulgaribus. ff. ad l. Aqui. Similiter facit tex. in l. mercatores. C. de cōmer. & mercat. in uersi. nullus igitur imperio nostro subiectus &c. & ita in terminis nostris per plura iura & rationes determinat Cy. Bar. Bald. & communiter scribentes in l. cunctos populos. C. de summa tri. & fide catho. Et Barto. Ange. & communiter alii, in l. fi. ff. de iurisdi. om. iud. & Ang. in sua disputatione, incip. bononiensis quidam &c. in prima quæstione. & Bal. in l. pe. in v. colum. C. de execu. rei iudi. & Bal. in d. l. 1. C. de eunuchis. & Bald. in l. neganda. in 3. col. C. qui accusa. non pos. & Ang. in l. si uacantia. in repetitione illius l. in. xij. uel. xiij. colu. C. de bo. uacan. lib. x. ubi dicit, quòd fuit ita de facto iudicatum & domini Canonistæ in c. ut animarum. §. statuto de consti. lib. 6. & Imo. & alii scribentes in c. postulasti. de foro compe. & Io. an. in addi. Specu. in tit. de compe. iudi. adi. In quibus locis docto. unanimiter concludunt, ꝙ ubicunque subditus delinquid extra territoriū, & ad illud delictum puniendum requiritur sententia seu factum iudicis, ut est in casu isto potest iudex punire subditum suum. Ita quod ex hoc primo capite ostenditur dictos proditores seu homicidas posse & debere puniri 2 de delicto commisso in ciuitate aliena. † Plus dico, quòd deberent per iudicem alieni territorii transmitti ad iudicem suum ob delictum in territorio proprio commissum, ut in §. si quis uero. in authe. ut nulli indicum. & in l. si cui. §. fi. ff. de accu. & late examinat hoc, & uoluit Raph. fulgo. in consi. clxviij. incip. delictum commissum in una ciuitate &c. 3 † Sed plus dicunt docto. in locis superius allegatis, quod nedum per uiam accusationis, sed etiam per inquisitionis potest procedi contra subditum delinquentem in alieno territorio. & hæc est communis conclusio, & uera approbata in locis vbi supra. Ergo licet isti homicidæ commiserint istud nefandissimum scelus, in territorio alieno, nihilominus sunt puniendi in ciuitate bonon. Nec 4 † dicatur mihi, quod non dubito allegari per partem aduersam & per eius patronos, pace sua dixerim, in hoc reprehensione dignos, tanto sceleri patrocinium præstantes, quod præfatus d. a. tanquam bannitus & rebellis, cum ita fuisset bānitus, ut posset impune offendi, debuit posse impune offendi p istos &c. quia ad hoc facilis est responsio. Nam primo & ante omnia stat statutum sub. rubr. de generalibus penis bannitorum in. §. 1. in quo cauetur. ꝙ banniti a centum libris supra, uel pro malefitio, in

quo ueniat pœna mutilationis membri, uel alia maior pœna corporalis, possit impune occidi in ciuitate, comitatum, ac districtu Bon. &c. ex quo infero, quòd statutum disponit de bannito occidendo in territorio bononiensi, quasi statutum excludat, & etiam uere uelit excludere & uirtualiter. & rectè intelligendo disponere, quòd extra territorium non possit talis bannitus occidi, cum statutum limitate loquat. Ergo limitate dẽt intelligi. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquirenda hæreditate. Præterea statutum includit unum casum, & permittit bannitos occidi posse in territorio bononiensi, ergo excludit alios casus. c. nonne. extra de præsumpt. l. cum prætor. ff. de indi. l. maritus. C. de procura. & eo maxime, cum simus in materiis ualde odiosa scilicet ut quis occidi possit, & per consequens restringenda. c. odia de regulis iur. in 6. l. cum quidam. ff. de libe. & post. l. præses. & l. si quod interpretatione. ff. de pœnis. Præterea, hoc modo intelligendo statutum, prout ego intelligo, intelligitur secundum dispositionem iuris communis. l. fi. ff. de iurisdi. omni. indi. d. c. ut animarum. de constit. in 6. in §. fi. cum ibi plene notatis per scribentes. & in d. l. cunctos populos & Pet. de Ancha. in rep. c. canonum statuta. de constitu. in xxj. charta. in quibus locis concluditur per omnes, istud statutum non debere habere locum in occidente bannitum extra territorium. Et casu quo expresse disponeret, dico quod non posset hoc disponere nec ualeret tale statutum tanquam ponens falcem in messem alienam, contra dictam l. fin. cum simi. Et ideo sapienter prouiderunt nostri constituentes, quòd bannitus posset impune occidi, & inter confinia territorii bononiensis. prout ex inspectione dicti statuti apparet. Ergo uirtute dicti statuti, non potuit dictus dominus A. occidi in territorio alieno. Nec opus est nunc disputare utrum statutum possit uel non possit hoc inducere. Nec etiam extra territorium. Ex quo statutum hoc non dicit, imo de directo, & aperte disponit contrarium, per ea, quæ supra proxime dixi. Et per consequens simus extra terminos dicti statuti in permissione occidendi. Sed bene sumus in terminis dicti statuti, in denegatione committendi offensam contra dictum bannitum, existentem in territorio alieno. † Ad idem etiam ego considero, quòd mens dicti statuti uidetur fuisse, ut banniti de territorio nostro non recedant nec habitent nec etiam habitare ualeant nobiscum. Et ideo possunt occidi in ciuitate & in districtu Bononiæ. Sed hæc ratio cessat, ubi habitarent extra territorium, & districtum, ubi non deliquerunt, & per consequens diuersa est ratio in casu nostro. Nam iste dominus. A. qui fuit bannitus habitabat extra territorium nostrum, ergo &c. Secundo, non obstat, si diceretur principaliter aliud isti proditores & malefactores & impii homicidæ non debent posse puniri ex alio capite: quia pœna iniuncta contra & aduersus homicidas, est introducta per statutum ciuitatis Bononiæ, ut patet sub rubr. de pœna eius, qui homicidium cõmisit &c. Sed beneficio huius statuti non potest uti dictus dominus A. nec potest uerificari in eius persona: cum ipse esset bannitus, ut rebellis eo tempore, quo occisus est. Et per consequens perdiderat & perdidit omnia iura & beneficia concessa per statuta ciuitatis Bononiæ. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. & ita per illum text. uoluit ibi Bar. & Bal. & idẽ uoluit Bar. post Iac. de Are. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell. & Bar. in sua disputatione incipient. statuto ciuitatis Lucanæ &c. & Cy. Barto. & Saly. in l. 1. C. de hære. insti. & Barto. & Bald. in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui uel alie. iur. & Barto. Bald. & Ioan. de Imol. in l. eius, qui. §. 1. ff. de testa. & Bald. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & Ange. in sua disputatione incipien. duo adinuicem litigantes &c. & Ange. in sua disputatione incipien. bononiensis quidam &c. in 4. q. & Ange. in l. cum dotem. §. si patri. ff. solu. ma. & Ange. & Ioan. de Imola. in d. l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & postho. & Ioan. de Imo. in c. quia ingredientibus. extra de testa. In quibus locis concludunt præfati doc. quod omnes banniti, qui possunt ex forma dicti statuti impune offendi, perdunt omnia beneficia statutorum illius ciuitatis, a qua sunt banniti. Cum ergo in casu isto statutũ ciuitatis Bononiæ introducat pœnam contra homicidas, in fauorem occisorum, non debet nec potest uti dicto beneficio statuti. præfatus dominus A. qui tanquam bannitus, qui poterat impune occidi, perdiderat omnia iura & beneficia prouenientia a statutis ciuitatis Bononiæ &c. & eo maxime, cum tale statutum de iure ualeat. prout late concludit & probat Pau. de Cast. in cons. xxxiiij. inci. licet ista quæstio &c. in 2. colu. & dominus meus Alexan. de Imo. in consil. lxxvii. in 3. uolu. incip. in causa criminali &c. Quia ad hoc ego respondeo, quòd eo ipso, quod statutum permittit in territorio suo, uidetur denegare, ut possit occidi in territorio alieno, & uidetur reseruari ei beneficium iuris communis. & per consequens ei retineat beneficia iuris communis, non potuit iste dominus A. occidi. Vel secundo dico posito, quòd hoc non colligeretur ex statuto prædicto, adhuc respondeo, quòd uerum est, quod præfati homicidæ & nefandi conspiratores non possunt puniri, secundum formam & dispositionem dicti statuti, sub dicta rub. de pœna eius qui homicidium commiserit &c. Sed bene possunt & debent puniri secundum & iuxta dispositionem iuris communis, pœna scilicet l. Corneliæ de sica. quæ homicidas ultore gladio persequitur: ut in l. 1. & per totum. ff. & C. ad l. Corne. de sicar. & in §. item lex Cornelia. instit. de public. ind. & hoc beneficio iuris cõmunis, nõ erat, nec est priuatus, quo ad casum istum præfatus dominus A. Licet enim perdidisset omnia beneficia, ut dixi a statutis ciuitatis prouenientia; tamẽ nõ perdidit, nec perdiderat iura communia & omnia beneficia prouenientia a iure communi, uigore dicti statuti, de cuius mente hoc uidetur aperte fuisse, ut supra declaraui. Secundo, de hoc est casus in l. certa forma. C. de iure fisci. lib. x. per quem text. ita in indiuiduo determinauit ibi Barto. in uersi. quid ergo dicit de bannito &c. & idem uoluit ipsemet Barto. in dicta l. ex facto. §. ex facto, ff. ad trebellia. in uersic. quarto quid de bannitis no

stri

ftri temporis &c. & Bart. & etiam alii fcribentes poft eum, in d.l.1. de hæredibus inftitu. in uerfic. ultimo folet quæri, quid in ex bannito &c. Et idẽ etiam uoluit Bart. in fua difputatione incipiente: ftatuto ciuitatis Lucanæ &c. Et omnes fcribentes in locis fupra allegatis, hoc modo intelligentes text. in d.§. qui deficiunt. cum fimi. Et do. meus do minus Alexan. de Imola. in confi. lxxv. in 1. uolu. inci. an bãnitus fit capax fuccefsionis &c. maxime in 6. col. & Bal. in cõfi. lv. in prima parte confiliorũ fuorum incipiente præfupponitur &c. & Bald. in confi. lviii. incipiente: ftatuto &c. in eadem prima parte confiliorum. & Ange. in confil. cclxxxvij. in-6 cip. de malabiato cancellando &c. †Tamen plus mi hi placet refponfio fundata in ftatuto prædicto. Quod uidetur etiam tacite referuaffe dictum beneficium iuris communis bannitus talibus, faltem ut alibi non pofsint occidi nifi in diftrictu & terri torio noftro, per ea quæ fupra deduxi. quæ non re peto nunc. Ex quibus omnibus indubitanter con cludendum eft dictos homicidas perfidos, una cũ eorum complicib. & mandatoribus, debere capite puniri. fi uenerint in fortiam communis Bononiæ: fed fi haberi non poffunt, debent perpetuo banniri. & hoc de iure communi. Et eo maxime debẽt dominationes ueftræ hoc exequi facere: ut trãfeat hoc aliis facinorofis in exemplum, & ut prouincia purgetur malis hominibus: iuxta text. in l. præfes. ff. de offi. præfidis. Et pro certa tota hæc ciuitas admiratur de infolentia ac temeritate huiufmodi nefariorum: erga quos. d. v. non eft annus, quo nſæ fuerunt maxima & fuper maxima demonftratione pro illo inopinato & improuifo cafu, in unum ex fuis contingente, & non tanquam ingratisfimi & immemores & crudeles in hunc d. A. ita acriter infeuiere, ut hi fciunt præftantisfimi patres, & urbis noftræ defenfores integerrimi. nam hi abhorrẽt iu ra & bonos mores, & non erant hæri, ut ita dixerim in rerum natura, & de ftercore erecti funt: un de tanquam peftiferi a commertio hominum repel lendi funt: Ne morbida facta pecus totum corrum pat ouile. Laus Deo clementisfimo, & beato Domico aduocato meo Amen.

Et, ut fupra fcriptũ eft cõfulo, & iuris effe dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & eques: facri palatij apoftolici aduocatus cõfiftorialis: iura ciuilia ordinarie legẽs in hoc uetuftisfimo regiæ ciuitatis Boñ. patriæ meæ ftudio. Et in fidem præmifforũ, ꝓpria manu me fubfcripfi, & folito figillo figilari feci.

CASVS CONSILII LVIII. SATIS EST.

Dominus Antonius de Bononia, deceffit fuperftitibus & relictis Nicolao eius filio legitimato, & Lucretia ac Polyfena filiis legitimis & naturalibus domini Petri filii legitimi & naturalis dicti domini Antonii dicto eius patri prædefuncti, & eius in pupillari ætate exiftentibus. Ex poft dictus Nicolaus filius naturalis & legitimatus contra dictas Lucretiam & Polyfenam pupillas fententiam obtinuit: in qua declaratus & pronunciatus eft hæres dicti quondam domini Antonii eius patris: & condemnatus fuit ad dandum & foluendum dictis Lucretiæ, & Polyfenę libras quatuor millia in his computatis dotibus earum auię paternę, & omnibus, quæ petere potuiffent ex hæreditate d. quondam domini Antonii, eorum aui paterni: & fic pro executione dictæ fententię, de & fuper prædictis celebratum inftrumentum, & fatisfecit dictus Nicolaus declaratus hæres: ut fupra dictis Polyfenæ & Lucretiæ de quantitate prædicta. Quibus ftantibus poftea deceffit Polyfena prædicta ab iteftato, fuperftitibus dictis Lucretia eius forore, utrinque coniuncta, & prædicto Nicolao. Modo quæritur, an dicta Lucretia fola admittatur ad hæreditatem dictæ Polyfenæ, eius fororis an uero cum dicto Nicolao, qui afferit fe patrum eius, & dicit fe ad dictam fuccefsionem admitti debere cum dicta Lucretia: quia legitimatus uigore ftatutorum Bon. fub rubr. de fucefsio. ab inteft. defcendentium & collateralium, in. §. agnati. namque uel etiam faltem uigore legitimationis factæ per illuftrem dominum Ioannem bentiuolum, qui generaliter habilitauit eum ad fucceffonem agnatorum, & cognatorum, etiam cum præiudicio uenientium ab inteftato &c. uel faltem uigore con firmationis eiufdem legitimationis de eo factæ, ex poft per Sixtum pontificem maximum 4. in qua dictum Nicolaum omnino fucceffibilem fecit & habilitauit: prout in di ctis legitimatione & confirmatione latius continetur. quorum tenore ad uos tranfmit timus domini confulentes, ut recte & bene in prædictis dicatis de iure.

SVMMARIVM.

1 *Patruus, quis proprie dicatur, & uere: maxime in materia flatutorum. Et quid de legitimato, an dicatur uere patruus. nu. 2.*
3 *Statutum excludens fœminas extantibus mafculis, legitimis & naturalibus, an habeat locum extantibus filiis legitimatis tantum.*
4 *Spurius legitimatus, an dici poffit adhuc fpurius.*
5 *Legitimatus an excludat fubftitutum, quando in teftamento dicitur: fi deceſſerit fine filiis legitimis & naturalibus. fubftituo Ludo. &c.*
6 *Legitimus an uere quis efficiatur per adoptionem.*

Tenor statuti, sub rubrica de successionibus ab intestato talis est in §. agnati.

Agnati namque masculi transuersales, seu alter ex illis, vsque ad quartum gradum inclusiue, gradum numerando in qualibet parte nostrorum statutorum, secundum ius ciuile, praeferantur omnibus foeminis transuersalibus, agnatis, etiam infra dictum gradum existentibus, praeterquam sororibus personae defunctae utriusque coniunctis, uel ex patre tantum, uel filiabus fratrum masculorum personae defunctae similiter coniunctorum, saluis dispositis in hoc statuto, & saluo quòd si qua, uel aliqua earum concurreret cum patruo seu patruis defunctae personae, quo casu cum eo, seu cum eis pariter admittantur: nisi in bonis peruentis, ut supra ad defunctam personam a matre, uel a coniuncta persona, per matrem dictarum sororum, uel filiarum, in quibus ius commune seruetur.

CONSILIVM LIX.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritum rectū innoua in uisceribus meis: ut in praesenti consultatione ea, quae iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Veritati enim standum est, secundum Bald. in consilio lxxxviij. incip. uerba dicunt &c. in fi. Viso igitur puncto mihi proposito, nec non uerbis legitimationis factae de dicto Nicolao & etiam confirmationis papalis ex post de ea sequutae, forma tamen communi, & cum clausulis generalibus, prout in eis latius continetur. Nec non uisis uerbis statuti sub rubr. de successione ab intestato ascendentium & collateralium, &c. in §. agnati namque masculi tranuersales &c. & omnibus aliis ad rem facientibus, prout decet mature pensatis, prima fronte uidetur dicendum dictum Nicolaum iandiu legitimatum posse admitti: cum dicta Lucretia ad bona Polysenae sororis utriusq; coniunctae dictae eiusdē Lucretiae ab intestato defunctae & neptis praefati Nicolai. Et hoc primo vigore dicti statuti in. §. agnati namque &c. in ver. & saluo, si ipsa vel aliqua concurreret cum patruo seu patruis defunctae personae, quo casu cum eo seu cum eis pariter admittantur &c. vbi statutum expresse admittit pariter patruum cum nepte ad bona neptis praemortuae. Ergo in proposito nostro debet posse dictus Nicolaus, ut patruus, & agnatus masculus admitti pariter ad bona dictae Polysenae, neptis cum dicta Lucretia eiusdem Polysenae sorore, prout apertissime sonant uerba dicti statuti, ubi est casus, prima facie decidens praesentem consultationem in quibus uerbis dictus Nicolaus potissime se fundat audio. Secundo ad idem facit, quia proprie in mate-1 ria de qua agimus, ille † dicitur patruus, qui est, uel fuit frater patris, utrinque coniunctus uel ex patre tantum. ita habetur in eodemmet statuto in finalibus uerbis, in uersi. declaraotes, quod loquacunque parte &c. sed ita est, quòd dictus Nicolaus est huiusmodi: quia fuit frater dicti domini Petri patris dictarum puellarum, coniunctus ex patre tantum. Nam fuit filius domini Antonii: qui dominus Antonius procreauit dominum Petrum legitimū & naturalem, & etiam dictum Nicolaum, quem ipsemet pater legitimari fecit. Ergo sumus ꝓprie in patruo, prout capit statutum praedictum, loquens 2 in materia successionis ab intestato. † Nec obstat, si diceretur, quod dictus Nicolaus non fuit legitimus: sed postea fuit legitimatus, & per consequens non debet comprehendi in statuto loquente de patruo, quia hoc ad propositum de quo agimus, non est in consideratione, nec est deterioris conditionis, quam nati ab initio legitimi, & naturales: quia legitimatus nihil distat a uere legitimo. tex. est in §. hoc quoniam, in versi. nihil dissimiles a legitimis in authen. quibus modis natu. efficiantur sui & in §. reliquum, in uer. habere successiones, quas habēt illi, qui ab initio legitimi nati sunt, &c. & in §. sic igitur. ibi: nihil a legitimis filiis differentes &c. eo. tit. & in §. licet igitur in aut. quib. mo. natu. effi. legit.

git.cum multis aliis similibus, quæ breuitatis causa obmitto. Et ideo multũ notabiliter ad propositũ nostrum dicebat Bal. in l. cum acutissimi. C. de fi-
3 deicommiss. q † stante statuto, quòd extantibus filiis masculis, filia fœmina non succedat, habebit locum in filio masculo legitimato. quia secundũ Bal. licet in eo non sit verum principium tamen ex quo in legitimatione est verus status legitimorũ debet cõprehendi in statuto, de quo posuit late do. meus Alex. de Imo. in suo consi. 2. in j. volu. consiliorum incip. an legitimatus &c. quod consilium est repetitum de verbo ad verbũ in 2. volu. consiliorum in ordine ibi. 87. incip. an legitimatus &c. Accedat ad
4 confirmationem prædictorum tex. multum notabilis. in l. imperialis. §. itaque ver. omni macula penitus deleta &c. C. de nup. per quẽ tex. dicit ibi Bal. & Saly. combononiensis. quòd spurius legitimatus non potest amplius dici spurius. & ita per eum legitimatum cõseruatur agnatio sicut per legitimos & naturales. Ex quo dicimus etiã quòd tales legitimati succedunt iure agnationis in hæreditate agnatorum, sicut succedunt legitimi & naturales. ita voluit Io. An. in addi. Spe. in tit. de successio. ab intesta. §. fi. in pe. col. & dominus Anto. in c. per venerabilem. circa medium. ver. quia supra visum est an legitimatus &c. extra qui filij sint legiti. dũ tractat, an legitimatus habeatur ꝓ legitimo quo ad agnatos. & dicit q sic, & hoc quãdo legitimator expresse restituit ius naturale primeuũ, prout facit, & sonat legitimatio dicti Nicolai. quæ multum est prægnans & amplissima, & cum confirmatione postmodum subsequenti emanata a sede apostolica, de anno.
5 1474. † Accedat etiam prædictis elegans decisio. Ia. de Are. quẽ refert & sequitur Io. An. ĩ addi. Spe. in tit. de successio. ab intesta. circa fi. vbi dicit, q si quis substituit filio suo sub conditione, si decederet sine filiis legitimis & naturalibus, & relinquat filios legitimos, illi dicuntur filij legitimi & naturales natura, & lege cooperante, & excludunt substitutum: per tex. in d. §. sic igitur. cum simil. in authẽ. qui mo. natu. effi. sui. & idem voluit Albe. de Rosate in l. generaliter. §. cum autẽ. C. de insti. & substi. sub condi. fac. & Bart. in consi. 76. incip. viso instrumento &c. & Bal. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posthu. & Ang. in quadam sua disputatione incip. Nobilis quidam genere &c. Et dominus Anto. in d. c. per venerabilem. post medium. versic. alius est effectus, quia si pater &c. & Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta. post medium in versi. quid si statutum loquatur de filiis &c. extra de consti. & Pet. de Anch. in consi. 222. & Pau. de Cast. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. & Pau. de Castr. in consil. 202. incipiente: in Christi nomine videndum primo est, &c. & in consi. 307. incip. in Christi nomine super isto puncto plura subtiliter &c. & Ioã. de Imo. in l. Lucius la 2. ff. de hæredi. institu. & in l. ex facto. in principio. ff. de vulg. & pupil. Vbi dicit hanc esse communem opinionem a qua in iudicando secundum eum, non est recedendum. & idẽ etiã voluit in d. l. ex facto. §. si quis rogatus in fi. & dñs meus in dicto suo 2. consi. in j. volu. consiliorũ inc. an legitimatus excludat &c. & in consi. 95. in eodẽ primo volu. incip. Titius solutus &c. & in cõsi. 96. in vltima col. in 4. volu. incip. Redemptoris inuocato suffragio, viso themate suprascripto &c. vbi attestatur hanc esse communem opinionẽ.
6 quia † per adoptionẽ quis efficitur vere legitimus: licet non efficiatur naturalis quia non habet primordia naturæ vt institu. de adoptio. in principio cũ ibi notatis. Ergo legitimatus etiã debet dici vere legitimus. & hoc in terminis dixit etiam Bald. in l. nuper. C. de natura. libe. vbi tenet expresse quod legitimatus est vere legitimus. & facit l. 2. C. de iure aureorum anullorum. vbi libertus restitutus nata-
7 libus, est vere ingenuus. Accedat † doctrina etiam eiusdem Bal. in l. si te parens. C. de suis & legit. vbi dixit, quod plus est quem esse legitimatũ quã adoptiuum: quia legitimatus habet iura naturalia præcedentia. allegat notata in l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. Accedat doctrina Bar. in l. si is, qui ꝓ emptore. ff. de vsuca. in 19. col. ĩ versic. quæro vtrũ ista fictio signant circa ea, quæ sunt mere iuris &c. vbi dixit, quod esse legitimum, est iuris & nõ facti: & ideo qualitas ista per legitimationem vere infertur. quod probatur. quia legitimare est abstergere maculam, qua expulsa detegitur legitimitas, q̃ erat de iure naturali: sed obfuscata erat de iure gentiũ:
8 vt no. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. † Cõprobantur prædicta, quia in statutis etiam quo ad casum fictum locum habet extẽsio passiua. l. j. §. lex falcidia. ff. ad l. fal. & voluit Bar. in l. omnes populi ĩ 6. q̃one principali. ff. de insti. & iur. & Bald. in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & in l. siue possidetis. C. de proba. & voluit etiam dominus meus Alexã. in consi. 20. in 4. col. in primo volum. incip. quæro an portio &c. & in consi. 77. in j. volum. incipiẽ. quod concurrere debeant filius patris &c. & ĩ consi. 137. in eodem j. volu. incip. vtrum filius fratris &c. vbi est repetitum dictum consilium deverbo ad verbum. Et in consi. 204. in 4. col. in 2. volu. incipiente: quãdo in feudo &c. vnde quòd legitimatus comprehendatur in statuto, hæc videtur esse extensio passiua. ergo &c. † Aut enim in proposito nostro volumus
9 dicere, q Nicolaus prædictus dicatur vere legitimus, ut voluit Bal. ĩ d. l. nuper. & probatur iuribus & rationibus supra late deductis: & tunc clarũ est, q hoc statutum habet locum in eo. † Aut volumus
10 dicere, q dicatur fictæ legitimus, & omnino comprehenditur in statutis propter extẽsionẽ passiuã, quæ habet locum ĩ statutis ut supra proxime dixi. Præterea si nõ ex dispositione statuti admitti posset saltem uigore legitimationis de eo factæ, & uigore confirmationis Papalis eum habilitantis ad successionem omnium agnatorum, & cognatorũ. ibi etiam cum præiudicio uenientium ab intestato admitti deberet. Quarum legitimationis & confirmationis uerba amplissima sunt. & maxime, & plus, q̃ maxime importantiæ, & effectus esse uidẽtur potissime in uer. & nihilominus pro potiori cautela &c. Vbi Papa multum uidetur extendere fimbrias ad commodum & honorem dicti Nicolai, ergo &c. Nihilominus prædictis non obstantibus, quæ vere non obstant, si recte ponderentur, in contrariũ pu-to fore ueritatem. Sed anteq̃ ueniam ad decisionẽ præsentis consultationis, præmitto aliqua pro intelligentia dicendorum. Et primo q statutũ prædi-ctum

ctum in d. § agnati nanq; masculi &c. est odiosum & de directo contra ius commune, quo cautū est, ꝙ cessantibus ascendentibus, & descendentibus, prima causa successionis est fratrum, & sororū, & eorundem filiorum, exclusis aliis agnatis & cognatis. text. est in authē. cessante & in authen. post fratres. C. de legit. hæred. & l. j. & 2. eu. tit. Qui fratres & sorores dicuntur esse in secundo gradu. Patrui vero in tertio. vt in §. 2. & in §. 3. gradu insti. de gradibus.

11 & in l. iurisconsultus. §. 2. & 3. ff. eo. cū simi. † Scd'o præsuppono aliud, quod statuta & ordinamenta in qualibet ipsorum parte, debent intelligi & seruari secundū verum & sanum intellectū literæ & absq; absono intellectu, & sine glosatione, & subauditione: quæ sit aliena a vera verbi proprietate & interpretatione &c. Ita habetur in conclusione statutorum nostrorum in §. & quod ipsa statuta, &c. quorū verborum maxima est virtus & importantia. Nam propterea excluduntur a statutis intellectus subauditi, secundū Bal. in c. j. qui feud. dar. pos. & etiā nō pōt argui ex mente interpretata, secundū Bart. in l. Labeo. ff. de supellectili legata: & Bal. in l. non dubium. C. de legibus. Nec etiā possunt statuta extēdi ex identitate rationis ad casus similes, secundum Bald. in d. l. non dubium. in 3. col. & Bal. in l. 2. C. de patribus, qui filios occi. & Salyc. in l. quamuis. in j. col. C. de adult. Et Pet. de Anch. in repe. c. canonum statuta. in 204. col. extra de constit. in quibus locis præfati scribentes ponunt late de importantia dictorum verborum circa statuta. Et pro certo magna est importātia eorū. Et ideo dicebat do. meus Alex. de Imo. in consi. 50. in 2. & 9. col. in j. vol. inc. & visis opportune consideratis &c. quod propter illam clausulam, verba statutorum debent exponi ad literā fideliter, absque alia expositione, nisi esset interpretatio literalis, de veritate sermonis. allegat Bald. in d. l. non dubium. in 3. col. & Bal. in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. in fin. & Bal. in l. iubemus. §. fi. C. ad Trebellia. & in l. 2. C. de execu. rei iudi. & ī l. præcibus. in 5. col. C. de impu. & aliis substi. Et idem voluit etiā ipsemet Alex. in cōsi. 80. in 5. col. ī j. volu. inc. viso & opportune animaduerso &c. vbi dicit, ꝙ propter illā clausulam statuta recipiunt solum interpretationem instā, & nō aliam. & idem voluit in consi. 17. in 2. col. in 2. vol. incip. si conductor habitat domum in partibus superiori-

12 bus &c. † Tertio præsuppono, quòd statutum loquens de fratre ex latere patris, vel alio modo, debet intelligi de fratre, qui sit natus ex legitimo matrimonio: nō aūt de illegitimo. ita voluit do. meus do. Alex. in suo consi. 59. in 2. col. in ver. nec obstat prædictis &c. in 4. volu. incip. in casu præmisso circa primum dubium &c. vbi proprie facit mentionē de statuto de successionibus ab intest. de quo nos loquimur. Et plus voluit Cyn. & Bald. in l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiesta. & Pan. de Cast. in consi. 69. in 2. col. in ver. item confirmatur, &c. incip. super eo vero, quod quæritur &c. quòd ista nomina naturæ, filius, frater, pater, patruus, & similia. in statutis intelliguntur de legitimis, & naturalibus. Et sic a principio natis, & non de legitimatis. de quo etiam inferius dicemus. Nā hoc est multum considerandum in proposito nostro. Quarto præmitto, ꝙ dictus illustris do. Ioan. a Culmine imperiali habet autoritatem legitimandi sine pīudicio uenientium ab intestato, & sic habet limitatā potestatem & facultatem: prout ex eius priuilegio videri potest, & ego alias in facti cōtingentia vidi. Quinto præmitto, ꝙ in legitimatione dicti Nicolai, dicitur ꝙ possit succedere cū pīudicio venientium ab intestato. & sic plus sonat ipsa legitimatio, q̄ cōcessio. & hoc uideri potest quia in facto consistit, & maxime, dū dixit quòd dictus Nicolaus succedere posset cum descendentibus & liberis omnibus dicti dom. Antonij tam masculis, q̄ fœminis. & præsertim cum dictis nepotibus tunc in rerum natura existentibus. & etiā, quod plus est, ꝙ ipse Nicolaus posset illis nepotibus succedere cū transuersalibus quibuscūque agnatis, & cognatis vtriusq; sexus, qui alias succedere possent: tā ex testamento, q̄ ab intestato &c. quæ vltima pars est omnino in graue pīudicium dictarum neptum, de quarum successione agebatur. & sic in graue pīudicium aliorum veniētiū ab inte. Nam neptes, & agnati, & cognati, legitimi, & alij ex hoc vltimo versu mirum in modum læduntur. vt de se patet. Sexto præmitto aliud, ꝙ Papa qui cōfirmat dictā legitimationē ex post, & in forma cōi, & non ex certa scientia, uel de plenitudine potestatis, habuit pro constanti ex ibi narratis, ꝙ legitimatio prædicta facta cum pīudicio uenientium ab intestato, sic potuerit fieri ex calore imperiali. prout aperte sonāt verba confirmationis, maxime in ver. habens ad hoc, vt asserebat &c. & in ver. vt præfer-

13 tur &c. His † sic præmissis ingredior decisionem præsentis consultationis, in qua dico absq; dubio dictum Nicolaum legitimatum non posse admitti ex aliquo capite cū dicta Lucretia ad bona dictæ Polysenæ: sed eā solā debere succedere sorori suæ. Nam primum statutum prædictum vocās patruos & alios agnatos masculos vsque ad quartū gradum &c. debet intelligi solum de legitimis & naturalibus a principio sic natis, & non de legitimatis tantum, quod probatur in terminis per doctrinā Bal. in l. eam quam. in 16. col. C. de fideicommissis. vbi dixit, ꝙ de proprietate vocabuli appellatione filij legitimi & naturalis non comprehenditur legitimatus allegat text. in c. naturales si de feudo fuerit cōtrouersia. & idem voluit Bal. in l. fin. per illum tex. C. de his, qui veniam ætatis impetrauerunt. vbi

14 † dixit, quòd legitimatus non est naturaliter legitimus sed ex priuilegio & fictione iuris. & idem voluit do. Anto. in d. c. per venerabilem. in vlti. qōne, qui filij sint legitimi. dum tractat de effectu legitimationis. vbi proprie concludit, quòd legitimatus per sequens matrimonium: bene comprehenditur appellatione legitimorum in statutis: sed legitimati per rescriptum uel per priuilegium non comprehenduntur: quia dato quòd non possit negare eos esse ueros legitimos, non tñ sunt legitimi de iure communi, sed de iure speciali. de quo statutum nō uidetur cogitasse: maxime in pīudicium aliorū, seu ad alios excludendos. & ita in terminis reperio noluisse solēnem doctorē do. Pau. de Cast. in suo cōsi. 123. in vlt. col. in ver. nunc uidendū est vlterius &c. incip. an legitimatio uitietur si in ea &c. ubi loquitur proprie in statuto contra ius commune excludente

dente

dente fœminas propter existentiã masculorum. & concludit relatis opinionibus hincinde, quòd vbi tractamus de pÿudicio alterius, vel sumus in statuto contra ius commune, non comprehenduntur in eo legitimati. & ita proprie dicamus in proposito nostro. Nam sumus in statuto odioso, & cõtra iua commune, & in pÿudicium alterius. nam soror vbi de iure cõmuni ĩ casu nostro succederet sola in bonis sororis, haberet concurrere nunc pariter cum dicto patruo. ergo debet intelligi statutum hoc de patruis & de agnatis, qui sint ab initio legitimi & naturales: nõ aũt de legitimatis tantũ: prout est dictus Nicolaus, contra quem in indiuiduo cõsuluit 15 Pau. de Cast. vbi supra. † Scd'o principaliter confirmantur prædicta per doctrinã Cyn. & Bald. in d. l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiest. vbi dicũt, quòd statutum disponẽs ꝙ cõsortes vsq; ad quartum gradũ possint petere compromissum, intelligitur tantum de cõsortibus legitimis & naturalibus ab initio, nõ aũt de legitimatis: quia ista noĩa denominantia naturã vt est filius, frater, pater, patruus, & similia: quũ proferuntur a lege vel a testatore, intelliguntur bene large. l. cuique. §. parentes. ff. de in ius voc. l. tutelas. cũ ibi not. ff. de capit. dimin. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. sed vbi proferuntur a statuto, intelliguntur solum de legitimis & naturalibua ab initio sic natis: & non de legitimatis. & idem voluit Pau. de Cast. in dicto suo consi. 69. incip. super eo, 16 quod quæritur in ver. itẽ confirmantur &c. † Plus dixit Pau. de Cast. ibidem quod vbicunq; statutum loqueretur de consortibus vsq; ad quartum gradũ necessario, debet intelligi de legitimis & naturalibus ab initio sic natis: non aũt de legitimatis: quia secundum eum attinentes & agnati non sunt vere, nisi illi inter quos sunt vera matrimonia. Ergo in proposito nostro: cũ statutum prædictum loquatur de agnatis vsq; ad quartum gradum, & etiam de patruis quæ omnia sunt nomina denominantia naturam, vt est verbum patruus. & sumus in statuto cõtra ius commune de directo: & tractamus de pÿudicio alterius, adeo quòd omnia concurrunt ex his, quorum vnum tantum sufficeret ad faciendũ, quòd hoc statutum deberet intelligi de legitimis & naturalibus ab initio sic natis & non legitimatis, nõ debet dictus Nicolaus admitti uigore statuti, tanquã non comprehensus in dicto statuto, stantibus præ17 dictis vere multum vrgentibus. † Tertio principaliter ad idem facit: quia idem statutum in finalibus verbis, dũ declarat quis dicatur patruus in terminis, in quibus nos proprie agimus. dicit loquẽs taxatiue, ꝙ intelligitur tantum de fratre patris vtrinque coniuncto, vel ex patre tantum, &c. quæ verba diligenter ponderãda sunt. & hic aduertite quæso. nam hic multum consistit virtus præsentis consultationis, & hic iacet lepus. Ex quibus verbis clare datur intelligi, quòd statutum intellexit de patruo nato ex matrimonio & sic ab initio legitimo: non autem de patruo legitimato propter illud verbum vtrinq; coniuncto. nã istud est dicere nato ex eodẽ matrimonio. vt in authen. itaque. C. cõia de leg. cũ sua glos. magnã in verbo, ex vtroque. & gl. in authẽ. post fratres. la j. C. de legit. hæredibus. in ver. filiorum, circa finem. in ver. eiusdem matrimonij, id est, vtrinq; coniuncti &c. & est casus in terminis in authen. de cõsang. & vterinis. in prin. vbi proprie tex. loquitur de fratribus vtrinq; coniunctis & de consanguineis tantum & præsupponitur in his omnibus semper matrimonium, vt patet in ver. quidã duxit vxorem, & filij ex eadẽ sunt nati, deinde illa moriente, duxit aliam &c. & ver. deinde. & tertium introduxit matrimonium &c. & in ver. nuptiis diuersis hoc facientibus &c. & in §. fi. ver. quia ex tribus matrimoniis. & in ver. ex duobus simul matrimoniis. Itaq; quo ad illa verba vtrinque cõiuncto, nõ est dubium quod dictus Nicolaus non potest dici frater dicti do. Petri utrinque coniunctus. Minus etiam cõueniunt uerba sequentia in ver. vel ex patre tantũ &c. nam illa verba primo & commode, si referantur ad præcedentia, debent intelligi, scilicet ex matrimonio, & consequenter, vt commodam habeant relationem. nam denotant diuersitatẽ a præcedentibus quo ad pluralitatẽ vinculorum: sed non diuersitatem inducunt, quo ad eandem substantiã. & sic omnino intellexit statutũ de fratre patris cõiuncto ex patre tantũ: tamen ex matrimonio, licet non ex eodem matrimonio. Et hoc probatũr ex alternatiua, vel ꝗ cadit inter diuersa, respectu substãtiæ: sed eadem respectu qualitatis: secundum Bald. in l. filiæ. C. de colla. ergo intelligitur semper, quòd sit frater patris, tamen ex matrimonio vero: & sic cũ illa qualitate matrimonij. Sed apertius etiã hoc ꝓbatur per text. in d. §. j. in authen. de consanguineis & vterinis in ver. quidã duxit vxorem &c. & in ver. duxit rursus aliam &c. vbi text. proprie appellat fratrem consanguineũ tantum. & ex parte patris tãtũ: sed tamen natum ex alio matrimonio. & idẽ uoluit etiam glo. in d. authen. post fratres. in uer. filiorum. circa finem. & glo. in d. authen. itaque & in d. l. fi. C. cõmunia de successio. secundum quæ iura cõia intelligi debere statuta, non est dubium. & sic intelligitur necessario statutum prædictum secundũ ueram & propriam significationem illorum uerborũ de fratre patris, utrinque coniuncto: uel de patre tantum. & hoc multum stringit præsentem casum. Sed dato, non tamen concesso, quòd prædicta non procederent, tamen probatur hæc conclusio aliter inducendo illa verba fratre patris vtrinque coniuncto, vel ex patre tantum &c. Nam illud uerbum, frater, est uerbum naturæ, & similiter verbum, patre, ibidem positum. & sic nõ solum est unum, sed duo uerba naturæ sunt ibi posita. ergo ubicunque profertur tale uerbum a statuto, debet intelligi de legitimo & naturali, & non de legitimato tantũ: prout supra dixi in præludiis. & multo magis quãdo sunt duo uerba naturæ, prolata a statuto, prout in casu isto. & facit quod dixi etiã in proximo præcedenti argumento allegando Cyn. Bal. & Pau. de Castr. in 18 indiuiduo. Ergo † ad hoc, ut in terminis huius statuti de quo agimus, quis dicatur patruus, est opus quod sit frater patris mei legitimi & naturalis ab initio sic nati, nec sufficit, ꝙ sit legitimatus. Ergo dictus Nicolaus non põt appellari frater patris dictæ Polysenæ uel Lucretiæ, cum non sit ex eodem matrimonio natus, uel saltem altero: sed sit legitimatus. Et tanto magis prædicta procedũt, propter dispositionem alterius statuti positi in conclusio-

ne

ne statutorũ, in d.§.& quòd prædicta statuta & ordinamenta in qualibet sui parte &c. Ex quibus verbis manifeste datur intelligi, quòd nõ debemus recedere a propria verborũ significatione, prout supra dedixi in præludiis. Sed nulli dubium est quòd proprie & vere loquendo, ille dicitur vtrinq; coniunctus, vel ex patre tantum, & verus agnatus & verus attinens, qui iungitur per matrimonium, pro ut dixit Paul. de Cast. in d. consi. 69. vt supra probaui. Et etiã facit text. in l. filium. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iuris. & in §. legitimi. & in §. liceat. ver. filios exinde. &c. in authen. quibus mod. nat. effi. sui. & in l. quoniã in principio. in ver. ad instar legitimi filij &c. C. de nat. lib. sed dictus Nicolaus nõ est hoc modo coniunctus, sed legitimatus, ergo &c. Quarto cõfirmantur prædicta, quia nõ debet esse melioris conditionis. ille, qui est in vlteriori gradu, q̃ ille qui in priori gradu. Nec toleratur successio dispar, vt tu mihi succedas, & ego non possim tibi succedere. Nã ponamus, q̃ dicta Polysena de cuius bonis agimus haberet patruum verum, legitimum, & naturalẽ, & dictam Lucretiam, quæ esset soror legitimata. Certe dicta Lucretia non posset vigore dicti statuti, concurrere cum patruo. nec diceretur sororeum hæc † nomina naturaliter prolata a statutis nõ possint intelligi de legitimatis. prout supra late probaui. & eo maxime, stante statuto prædicto disponente, q̃ † verba intelligantur proprie, & vere, & sine interpretatione & glossatione. ergo si in personis prioribus in gradu, quibus de iure bona prius deferuntur, q̃ patruis, non possent succedere secundum dispositionem huius statuti. Multo minus debet admitti dictus Nicolaus patruus legitimatus. & qui est in ulteriori gradu, & de iure communi minus priuilegiatus, q̃ soror, quæ est in citeriori gradu. Quinto ad idem facit doctrina multũ notabilis dicti domini Benedicti de Plumbino in qõne incipiente: statuto Perusino cauetur &c. in quarto dubio principali. vbi late disputauit hãc materiam legitimaionis. & etiã eam latissime examinauit Lud. Roma. in d. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. in ver. 7. circa eandẽ fictionem &c. qui post multa concludunt, quod † aut quærimus, an legitimatus, dicatur vere legitimus. & dicunt q̃ non si loquimur de vera & originaria legitimatione: q̃a illa requirit quid facti, scilicet, matrimoniũ. quod princeps inducere non põt, nisi per fictionem. l. in bello. §. facta. ff. de cap. & ideo inferunt in terminis, q̃ statuto dictante, q̃ filia fœmina non succedat extãtibus filiis legitimis & naturalibus, non excludetur per filium legitimatum. In quo passu arguunt multum serlose ad partes & tandẽ resident, quòd in terminis statutorum, & maxime contra ius commune, quòd tales legitimati non admittantur nec excludunt fœminas. & subdunt vnum multum considerandum in casu nostro, quòd in materia statutaria, dato q̃ legitimatus esset verus legitimus: tamẽ quia non est a prin. ipse legitime natus, casus iste tanquã obmissus debet remanere in dispositione iuris cõmunis. l. si extraneus. ff. de condi. ob causam. l. commodissime. cum si. ff. de liber. & posthu. ergo ita dicamus in proposito, quòd dictus Nicolaus, si esset legitimus, nunc vere: tamen si a principio non esset natus legitime, patruus non potest admitti cum dicta Lucretia: quia saltem iste est casus obmissus, & remanemus in dispositione iuris cõis, scilicet, in casu authenticæ, cessante. & in auth. post fratres. C. de suis & legit. vbi successio reseruatur primo fratribus & sororibus inuicem, & postea alus secundum ordinem graduum. & ita dicamus nũc in casu isto. Sexto principaliter adduco notabilẽ theoricã Iac. But. in l. si mater. C. de successorio edict. & Bal. ibidem. & Bal. in l. iudemus. §. fin. C. ad Trebel. & Bal. in l. si vxor. C. qui accus. non pos. & Petr. de Ancha. in d. repet. c. cannonum statuta. in versi. dicto de filiis & nepotibus &c. & ĩ ver. quòd dicẽs de patruo. & Ioan. de Imol. in l. si dotali. ff. solut. mat. & Bal. in suo consil. incip. In Christi nomine, si mater extat &c. & Angel. & Salyc. & aliorum scribent. in l. j. C. de successio. ædicto. In † quibus locis doctores concludunt, quòd statutum loquens de patruo, non habet locum in patruo magno. mouentur per rationem multum facientem ad propositum. Nã illa dictio, magnus, denotat quandam improprietatẽ, & denotat quandam extensionẽ, secundum quid, quæ extensio non potest fieri in statutis contra ius commune disponentibus: ergo in proposito cũ patruus secundum statutum nostrum intelligatur tantũ de fratre patris vtrinq; coniuncto, vel ex patre tantũ, & sic ex matrimonio, prout supra probaui, vel saltem non sumus in casu dicti statuti, ex eo, quòd nõ possit intelligi de fratre legitimato propter verbũ, frater, quòd est uerbum naturæ, secundum, ea quæ supra diximus, & etiam verbũ patre: & sic duo sunt verba naturæ, quæ plus operantur, vel quòd saltem sumus in casu obmisso, p̃ supradicta, non debet nec potest Nicolaus comprehendi, nisi per quandã extensionẽ vel improprietatem. quæ fieri non debet, maxime contra iua commune. d. l. iubemus. §. fin. C. ad Trebel. cum vulgar. Fortificantur prædicta per text. in l. illam. C. de col. per quem tex. dicit ibi Bal. quòd statutum non põt trahi ad personas, quas verisimiliter minus statutũ admitteret, vel magis excluderet. & idem voluit Pau. de Cas. ibidem. & volnit etiam Bal. C. de secun. nupt. in l. hac ædictali. super ver. quã obseruationem &c. vbi dixit, quòd statutum loquens de amita, nõ extenditur ad amitam magnam. & voluit do. meus Alexan. de Imol. in suo consil. 97. in 2. volu. in 2. col. incip. Andreas habens duos filios &c. † Vlterius ad idem facit, quia statutum prædictum in sui principio dum prefert ascendentes masculos ascendentibus fœminis, & etiam masculis coniunctis per fœminam, considerat cõiunctionem, & consanguinitatem procedentem solum a vero matrimonio, ut patet in ver. ex eo matrimonio, ex quo talẽ filium vel filiã habuerit &c. & idem facit in §. ipsi quidem fratres. in ver. ex eo matrimonio, ex quo talem filium, nepotem, vel neptem, habuerit &c. Ergo si fœminæ ascendentes quibus bona descendentium magis debentur, q̃ transuersalibus, nõ possunt succedere legitimatis sed requiritur coniunctio tracta a vero matrimonio, multo magis statutum intelligitur voluisse considerare inter transuersales coniunctionem & consanguinitatem procedentem solum a vero matrimonio, & non per viam legitimationis tantum prout est Nicolaus

colaus prædictus. Successiue ad idem etiam adduco. quia idem met statutum in §. nolentes &c. disponit expresse quod naturalibus tantum & etiam spurijs possit succedi ab intestato, sed quod ipsi alijs succedere possint, non disponit nec de legitimatis. imo plus subdit in eodem. §. uolentes. uer. & quod ad ipsam successionem &c. quòd talibus naturalibus & etiam spuriis succedant liberi eorum legitimi & naturales, quos præfert omnibus aliis liberis. Et sic statutum considerauit etiam in istis concursum illarum duarum qualitatum, scilicet legitimationem & naturalitatem simul. Ergo multo magis debent hæc considerari in patruo uolente contra ius commune, & in præiudicium alterius admitti ad successionem. Subsequenter etiam considero aliud, quia statutum positum sub rubr. de successione liberorum in principio dum disponit de filiis masculis, qui excludere habeant fœminas contra dispositionem iuris communis, requirit quòd sint legitimi & naturales simul, ut patet ex uerbis dicti statuti, quæ uerba nt supra aperte probaui, iuribus & authoritatibus, non uerificantur in legitimatis, cum sint uerba naturæ. Ergo multo magis præsens statutum debet intelligi uoluisse easdem qualitates concurrere simul & semel in transuersalibus, & maxime, quia statutum nostrum in sui principio refert se ad illud statutum præcedens, quod semper vult saluum esse: vt patet in uer. saluo superiori statuto &c. Ergo 24 † statutum de quo agimus, dum loquitur de patruis, debet intelligi de legitimis & naturalibus sic ab initio etiam natis, & non de legitimatis tantum. l. asse toto. ff. de hæred. insti.

25 † Ad prædictorum confirmationem etiam accedat singularis decis. Io. de Ana. in suo consil. 27. inci. casus ita formatur, Titius &c. ubi in terminis statutorum nostrorum Bononiæ, de successioni. ab intest. &c. concludit, quòd appellatione liberorum legitimorum & naturalium, non comprehenduntur arrogati uel adoptiui, uel etiã legitimati. Et allegat multa iura & rationes ad propositum nostrum facientia & facientes. & inter alia. quia hæc statuta non solum sunt contra ius commune: sed etiam cõtra naturalem æquitatem. probatur in l. inter filios & filias. C. famil. ercis. Et licet secundum eum talia statuta sint introducta ad bonum publicum: non tamen sunt æqua, sed odiosa. ut noluit Bal. in l. certum. C. unde legitimi. Nec 26 † obstat secundum eum quòd extensio passiua concedatur in statutis. quia imo non conceditur in correctoriis, sed bene in exorbitantibus. & maior est ratio, secundum eum, in correctoriis, quàm in exorbitantibus. Praeterea hæc non est extensio passiua, de qua nos loquimur secundum eum dicentem quòd extẽsio passiua tũc dicitur, quando lex antiqua extendit, uel trahit ad se legem nouam, uel statutũ nouum: non autem seipsum extendit. Vel aliter possumus dicere. quòd tunc extensio passiua permittitur, quando non reperitur expresse dispositum contrarium: sed hic dispositum est contrarium per statutum in conclusione statutorum, in d. §. & qui omnia prædicta statuta, ordinamenta &c. Venio nunc ad legitimationẽ eiusdemque confirmationem. & ex his capitibus 27 etiam admitti non potest dictus Nicolaus. † Et primo considero, quia legitimatio ipsius non ualet, cũ ille, ad cu ius instantiam, & preces facta fuit legitimatio, non fecerit mentionem, quòd h. beret alios agnatos & cognatos successores, unde legitimatio, quo ad præiudicium tertii, non ualet. ita uoluit Ia. de Bel. in §. & quoniam. in authen. quib. mod. natu. effi. sui. Et do. Ant. in d. c. per uenerabilem post medium, dum tractat an requiratur citatio. & idem voluit Paul. de Castr. in consil. inci. super eo, quod primo 223. & uoluit do. meus Alex. in consil. 25. in 5. col. in 1. uol. incipien. an legitimatus excludat &c.

28 † Sed posito, quòd ualeret dicta legitimatio: tamẽ non ualet, quo ad hoc, ut possit adimi ius successionis per eam legitimationem, præterquam quo ad bona ipsius patris porrigentis preces, alias requirebatur omnino citatio, & consensus agnatorum, quibus posset præiudicari in succedendo, & etiam omnium eorum, quibus succedi posset. & de quorum bonis ageretur. Et hoc notandum est in proposito nostro. Ita expresse uoluit Ia. de Aret. in l. fi. ff. de in integr. restit. & Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de liber. & posthu. & Bal. in j. constit. C. in 6. col. & Bald. in l. j. in vlt. col. C. de inoffic. dona. & in l. nam ita diuus. ff. de adopt. & Ang. in consil. 17. incipien. comes Brandelisius &c. & Petr. de Anch. in consil. 306. incipien. in Christi nomine, circa primum quæsitum, fuisse satis est prædictis &c. Cum ergo nec dictæ puellæ, nec alij agnati consenserint dictæ legitimationi tempore eius, & nõ fuerint præsentes, nec citati, non potuit dari dicto Nicolao ius succedendi in eorum bonis. Et sic multo minus nõ potuit, nec potest per eum adimi ius successionis competens in bonis alterius, & sic dictæ Lucretiæ in bonis dictæ Polysenæ sororis suæ. Et hoc modo tollitur etiam fundamentũ sumptum ex confirmatione facta per Sixtum Pontificẽ in ver. & nihilominus pro potiori cautela &c. de qua infra latius dicemus, examin ndo eius importãtiã & effectum. Sed posito, quòd prædicta non obstarent, quæ vere obstant: tamen dicta legitimatio quæ facta fuit cum pĩudicio succedentium & venientium ab intestato, &c. Ex qua clausula aperte colligitur, ꝙ do. Ioannes legitimans voluit præiudicare dictæ Lucretiæ & aliis agnatis vel cognatis, quibus competeret vel competere posset ius succedendi, iuxta notata per Bald. in consil. incip. verba autem succedere valeas &c. & voluit do. meus in suo consi. 138. in 2. col. in j. vo. u. incip. an nepus &c. & do. Nicolaus de Vbaldis, in suo tractatu successionũ ab intestato in prima parte, in vltima charta. in versic. pdicta intellige vera &c. non valuit, nec tenuit. quia dictus do. Ioannes nõ potuit hoc facere, & hic aduertatis quæso, cum in facultate ei concessa ab Imperatore, & a Papa contrarium expresse dicatur. vt 29 † non possit cum pĩudicio venientium ab intestato &c. legitimare, vt expresse sonant verba Imperialis concessionis. & ad hoc bene aduertatur vt dixi. & per consequens etiam confirmatio Papalis post superinde facta non potest plus operari, q id, quod reperit confirmandum, & sibi imputet, qui falsum supplicauit apud præfatum Sixtum Pontificem, ꝙ do. Ioannes haberet facultatem cum pĩudicio venientium ab intestato. & quod hæc facultas ei concessa

cessa erat et ab Imperiali culmine. de quibus omnibus fit mentio in confirmatione Papali. quæ cū non sint vera, confirmatio illa redditur nulla, & nullius valoris, etiam in totum. & hæc est ratio, quam infero ad tollendam confirmationem Papalem. l. si constat cum ibi nota. per Bart. ff. de appellat. si expressum. eod. tit. Et in indiuiduo, quòd cōfirmatio Papalis censeatur nulla, quando fit super legitimatione Comitis, vel Baronis, & est aliquis defectus non dicam expressus, prout est hic: sed etiam si est suppressus, & etiā quòd confirmatio non extendatur, nec porrigatur ad eos defectus, voluit Paul. de Cast. in consil. 231. in 2. col. incip. quantum ad primum dubium &c. in ver. circa secundum de confirmatione facta authoritate Apostolica, vbi sentit d. Pau. de Cas. aliud ad rem nostram multum accommodatum, quòd in tali confirmatione debent citari omnes illi de quorū pịudicio tractatur. alias autē non nocet, nec valet, quo ad eos & eorum bona. allegat Innoc. in c. cum olim. de causa possess. & proprie. & hæc est alia responsio ad confirmationē Papalem, de qua agimus. Sed plus dico adhuc, quòd licet potestas concessa Comiti seu Baroni de legitimando, non contineat expresse dictam clausulam sine pịudicio &c. tamen intelligitur cū ea. nisi verba priuilegij expresse dicant contrarium, secundū Bald. in c. licet guerram. in penul. col. hic finitur lex Conradi. in vsibus feudorum. & Bald. in authen. præterea. C. de naturalib. liber. & Bald. in l. cū filius. ff. de testamento militis. & Pau. de Cast. in d. l. Gallus, 30 in §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. † vbi dixit, ꝙ potestas legitimandi cōcessa per principē, intelligitur concessa eo modo, quo princeps etiam ipse esset legitimaturus de ordinaria potestate, & non aliter: nec alio modo, argu. l. in testamento. C. de testam. milit. & in l. j. in fin. ff. de offic. præfecti pretorio. & idem etiam voluit in d. consili. 231. incipi. super eo, quod primo loco &c. Ergo multo magis in casu isto, in quo Imperator expressē cōcessit potestatē legitimandi dicto domino Ioanni sine pịudicio venientium ab intestato hoc dicere debemus. Plus dico, quòd si ipsemet legitimasset, non præsumeretur velle legitimare in pịudicium aliorū. l. j. §. si quis a principe. ff. ne quid ī loco publico. c. super eo. de offic. deleg. c. pastoralis. d̄ priuileg. Nec princeps præsumitē vti velle plenitudine potestatis: sed ordinaria potestate, nisi expresse hoc dicat, secundum Innoc. in c. innotuit. extra de ele. & Io. And. in c. dudum. extra de deci. & Bald. in l. bonorū. C. qui admitti. & Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadriē. præscr. facit text. in d. l. in testamento. & in l. q̄nanq. 31 ff. de testa. milit. Ex hoc † infero in casu nostro, ꝙ prædicta confirmatio dictæ legitimationis postea facta per Sixtum Pontificem maximum intelligitur cum eadem qualitate & secundum ordinariam potestatem. & per cōsequens dum suppleuit defectus legitimationis prædictæ, intelligitur suppleuisse defectus, qui non fuerunt suppressi, vel oppressi. Et etiam intelligitur de his qui poterant supplere de potestate ordinaria. & idcirco nō in pịudicium aliorum. Et licet etiam vlterius in ver. & nihilominus pro maiori cautela &c. dicatur in prædicta cōfirmatione, quòd dictus Nicolaus possit succedere agnatis, & cognatis, tam ex testamento, q̄ ab intestato &c. tamen intelligitur absque pịudicio tertij. d. l. j. §. si quis a principē cum aliis supra allegatis. ff. ne quid in loco publico. Nec dicatur mihi aduerte: quia Papa videtur omnino velle, quòd sic cedat cum pịudicio agnatorum & aliorum: dum dicit sine pịudicio tamen descendentium dicti Antonij in legitima eis de iure debita tantum &c. & sic videtur, quòd excepta tantum legitima, voluerit omnino pịudicare in aliis bonis ipsius d. Antonij, & etiam quo ad bona ipsorum agnatorum, & cognatorum cum pịudicio succedere habeant. & in his nō est facta reseruatio legitimæ, vel alterius portionis. & sic hoc modo intelligēdo indistinctè quocunque succedere posset dictus Nicolaus. Quia ad hoc ego respondeo, quòd nō potuit hoc facere Papa, non citatis agnatis, vel cognatis, & non citatis, citandis, de quorum succelsione, & pịudicio tractabatur, vel tractari potuisset: prout supra plene probaui allegando in indiuiduo Paul. de Castro in d. consil. 231. inci. vt supra. Et maxime hoc procedit, cum confirmatio prædicta sit facta in forma cōi & nō ex certa scientia, nec de plenitudine potestatis, & etiam sic sine clausulis aptis importare pịudiciū, quæ hic non sunt. Vel secundo dicamus, quòd ex quo cōfirmatio prædicta facta est ex falso narratis, corruit in totum, & non valet. Vel tertio dicamus, quòd posito quòd confirmatio valeat, tamē nō sequitur, voluit Papa pịudicare descendētibus dicti domini Antonij præterq̄ in legitima. ergo in aliis voluit præiudicare in totum: quia verum est, quòd quo ad successionem fiendam dicto domino Antonio & in eius bonis ad cuius præces dictus Nicolaus legitimatus fuit, Papa voluit, quòd posset pịudicare eius descendentibus, præterquam in legitima: sed non quando succederetur aliis agnatis, & cognatis, inuicem, inter quos non agitur de legitima debita iure naturæ: de qua Papa faciendo mentionem, prout fecit, & de dicto domino Antonio, & eius descendentibus, manifeste dat nobis intelligere, quòd tantum hoc disposuit, quando ei succederetur. & nō aliis agnatis vel cognatis, qui in eo actu non fuerunt citati nec ad eorum instātiam, vel præces, fuit facta legitimatio prædicta de d. Nicolao. Præterea hæc verba & nihilominus &c. sunt potius posita ad diminutionem prædictorum, vt vbi prius dictum fuerat: vt succedere posset dictis modis, & cum pịudicio omnium, nunc Papa vult, ꝙ nō pịudicet descendentibus domini Antonij, quo ad legitimam. ergo inducta ad diminutionem, nō debent parere augmētū. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. De pịudicio autē aliorum agnatorum & cognatorum & in eorum bonis hoc non dixit, nec dicere voluit, cum Papa sciret se iam hoc expresse disposuisse, confirmando legitimationem præfati dn̄i Ioannis, quæ hoc expresse continebat in se, & ad quam Papa in hoc se retulit in omnibus, & per omnia: sed solum addit, quòd non solū ex testamento, & ab intestato, prout in legitimatione cōtinebatur, venire possit: sed etiam quouis alio titulo venire possit. & sic ampliat in facto, & non in iure. Et posito, quòd in iure ampliaret, non dicit hoc, nisi a contrario sensu, quòd capi non debet, quando resultat absonus intel-

intellectus.d.l.j.§.merito.ff. ne quid in loco pub. Praeterea, etiam posito quòd omnia ista cessarent, non potuisset Papa hoc facere nisi citatis agnatis, & cognatis, prout supra dixi.& fuisset vsus clausulis opportunis ad hoc.Accedat etiã notabilis decisio d.Ange.in suo consil.164.incip.In Dei nomine & suae matris &c.vbi concludit, quòd illa clausula, ꝙ legitimi possint succedere &c.intelligitur dũmodo nõ sint,vel non succedere velint alij legitimi successores.& ideo secundum eum,fratres carnales, & etiam patrueles admittuntur ab intestato secundũ ius cõmune excluso legitimato. & ita dicẽdum est in casu nostro,quòd dicta Lucretia admitti debeat ad omnia bona sororis suae ab intestato excluso d. Nicolao,non obstante legitimatione & confirmatione pdictis factis sine clausulis opportunis : sed in forma communi & limitatiuis ,& de potestate

32 ordinaria,& non extraordinaria.† Plus dico,quòd Papa hic vel alius princeps non debet vti plenitudine potestatis,nisi ex causa vt d.c.innocuit.& voluit Bald.in l.2.C.de communium rerum aliena. & Bal.in l.2.in ver.modo ergo &c.C.de sen.ex breui. c.recitan.& Ang.in d.l.bene a Zenone. Ex quibus omnibus concludo dictum Nicolaum admitti non posse ad bona d.Polysenae,non obstantibus confirmatione Papali(prout supra aperte &multifarie responsum est)& etiã aliis pro eo supra deductis ad quae licet pateat satis responsio ex iam dictis tamẽ particularibus respondendo, dico. Et primo non obstat dictum statutum in d.§. agnati nanque masculi &c. quia respondeo quòd intelligitur in patruo nato ex matrimonio vero,per ea, quae ipsummet statutum se declarando ponit in finalibus verbis,in ver.declarantes,in quacunque parte &c. Vel dico secũdo,quae ex eo quòd loquitur per nomina naturae,non potest intelligi de legitimatis , per ea quae supra deduxi. Et eo maxime, cum sit statutum contra ius commune,& odiosum, & in piudicium tertij. Secundo non ob.idemmet statutum in finalibus verbis in ver.declarantes &c.quia respondeo, quod imo facit in contrarium ,prout modo dixi.& etiam superius in argumentationibus.maxime allegando Bald.& Cyn.in d.l.quisquis. C.ad l.Iul.maiesta.& Pau.de Cast.in d.consil.69.in ver. item cõ-

33 firmantur praedicta &c.† Non obst. etiam tertium dum dicebatur, quòd legitimatus nihil distat a legitimis &c.quia hoc verũ est in dispositione legis, vel testatoris. secus est in dispositionibus statutariis.& maxime contra ius commune. vel vbi tractamus de pìudicio tertij, vel nisi ipsummet statutum aliter disponat. vt hic in finalibus verbis ipsius, in ver.declarantes,&c.quae omnia cõcurrunt hic.ergo &c.Non obstat etiam doctrina Bald.in d.l.cũ acutissimi.C.de fideicommissis, quia respõdeo,quòd Bald.male loquitur. & contrarium voluit ipsemet Bald.in d.l.eam,quam.in 16.col.eod.tit.& Bald.in d.l.fina.C.de his qui veniam aetatis impetrauerunt. Et dom. Anto.in d.c.per venerabilem. circa finem. & Paul.de Cast.in d.consil.69. vbi in indiuiduo cõmemorat hanc contrarietatem Bald. & redarguit eum in d.l.cum acutissimi. Non obstat etiam text. In d.l.imperialis.§.itaque. cum ibi notatis per Bal. C.de nuptiis. quia procedit in dispositione legis

vel testatoris,non autem statuti. & maxime ,cõtra ius cõe.& in pìudicium tertij,prout in casu nostro. Et eodem modo respondeo ad doctrinam Ioan. And.in addi. Spec. in tit. de successio. ab intest.§.

34 fin.in pen.col.dum dicit, ꝙ † legitimatus admittitur ad haereditates agnatorum &c. Nam uerum est non existentibus aliis,& maxime prioribus in gradu.& sine praeiudicio agnatorum, uel cognatorũ, uel nisi alia obstent.de quibus supra dixi, quae oĩa de per se, & multo magis simul operantur. Nõ obstat etiam doctrina Iacobi de Arena supra relata, ꝙ substitutio facta si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, &c.uerificatur in legitimatis. nam posito,ꝙ uera sic, procedit in dispositione testatoris quo casu uerificantur dicta uerba etiam in legitimatis.d.l. cuique.§. patentes. ff. de in ius uocan. Et in l.tutelas.ff.de capit.diminut.& in l.ex facto.

35 §.si quis rugatus.ff.ad Trebel.secus est autem in dispositione statuti,contra ius commune. Et stante statuto, quòd uerba statutorum intelligantur uere & sine interpretatione & glossatiune, &c.& stante etiam praedicto statuto de quo agimus in finalibus uerbis quod seipsum declarat. Et hanc differentiã inter dispositionem testatoris & statuti in terminis facit etiam ipsemet Paul.de Cast.in d.consilio. lxix.in ult.col.incip. ut supra dixi. cuius uerba diligenter hic põderanda sunt. Nõ obstat etiam,quòd per adoptionem quis efficiatur legitimus &c.nam fateor & fatebor etiam quòd legitimatus dicatur uere legitimus.Tamẽ non sequitur,quòd in terminis dicti statuti contraius commune disponentis comprehendatur legitimatus.Imo doctores dicũt contrarium quos supra retuli,& probaui etiam iuribus & rationibus.quas non repeto.Non obst. etiam,quòd plus est,quem esse legitimatum, quam adoptiuum&c.quia fateor sed non sequitur,quòd adoptiuus comprehẽdatur in terminis statuti odiosi, & contra ius commune. Imo in contrarium est ueritas.prout supra etiam probaui, allegando Io. de Ana.in suo consil.xxvij.incip.ut supra.Et si daremus adoptiuum admitti in terminis statutis de quo loquimur,bene procederet argumentum. sed haec maior non probatur,nec probari potest.&c.

35 Non obst.† doctrina Bart.in l.si is qui pro emptore.in xix.colu.ff.de usucapi.quia respondeo, quòd facit,contra dictum Nicolaum: cũ in his,quae sunt facti,princeps supplere nõ possit,nisi per fictionẽ, d.l.in bello.§.factae.ff.de captiuis. Praeterea Barto. non loquitur in terminis statuti , in quibus totum contrarium dixisset.prout dixit Ludo.Rom. ibidẽ referendo Benedictum de Plumbino, prout supra latius dixi, qui multum notabiliter loquitur.Non

36 † obst.ultimo, dum dicebatur , quod statuta recipiunt interpretationem passiuam.d.l.1.§. lex Falcidia.cum aliis allegatis.ff.ad l. Falc.quia ad hoc respondeo , prout supra dixi in argumentationibus, dum allegaui Ioan.de Ana.in d.consil.xxvij.incip. uiso casu mihi proposito &c. Ex quibus omnibus concludo dictum Nicolaum legitimatum non posse admitti ad bona dictae Polysenae, cum dicta Lucretia: sed eam solam ad ea admitti debere, eo penitus excluso.Laus Deo, Amen.

Et

Et, ut supra scriptum est, consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & eques sacri palatij Apostolici aduocatus consistorialis, & Christianissimi Francorum regis consiliarius: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regie ciuitatis patriæ meæ Bon. studio: in quorũ fidem propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII LIX. SATIS EST.

Titius suum condidit testa mẽtum, in quo inter mul ta alia, in eo disposita, legauit centum ducatos do. A. eius filio pro supplemento. suæ legitime, relinquendo prius tamẽ legitimam ei debitam lu re institutionis, prout decet de iure, Mortuo demum d. testatore, cęperũt hæredes eius & dictus filius A. esse in lite ratione bonorum prædictorum. Nam dicebatur pro parte dicti A. filii, non esse sibi relictum debitum bo norum subsidium. E contra dicebatur, tandem inter ipsos fuit factum compromissum, & ex post latum laudum, & etiam decretum superiorum interpositum, & præmissa facta sunt per documenta publica. de quibus in processu. Quo lato non obstante, dictus filius A. agere vult contra tertium possessorem bonorum prædictorum, maxime vnius domus hæreditariæ hypotecatæ uigore legati sibi facti in testamento prædicto. Opponitur, ꝙ facta fuit nouatio ex cõpromisso, & laudo prædictis. & etiam ex dicto decreto dominorum officialium superinde emanato. & ex aliis multis de quibus in processu la tius constat. Replicatur pro parte dicti filii de nullitate laudi & etiam decreti interpositi ex multiplici causa. de qua etiam in eodem processu fit commemoratio. Quibus omnibus stantibus, quæritur modo, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Filii an possint eligere legitimam in quacunque re paterna.*
2 *Hypotecaria an detur pro legitima, & pro supplemento in bonis paternis, filio. & num. 4.*
3 *Augmentum est eiusdem naturæ cum principali.*
5 *Nouatio quando inducatur per stipulationem uel alios contractus: an ipso iure, uel ope exceptionis. & numero. 7.*
6 *Nouatio an inducatur per sententiam absolutoriam, uel condemnatoriam, & an per decretum officialium. & num. 21.*
8 *Confirmatio quando debeat fieri, an in actu, an post actũ, an uero ex internallo & num. 11.*
9 *Decretum, & authoritas, an differant, maxime tutoris.*
10 *Actus nullus, an possit confirmari.*
12 *Citatio partis an requiratur, & quando, in decreti inter positione, & num. 13.*
14 *Causa cognitio, an requiratur in decreto. & quando præsumatur interuenisse in ipso actu.*
15 *Laudum continens euidentem, iniquitatem, an sit nullum & num. 17.*
16 *Error, uel causa falsa, quando nitiet decretum.*
18 *Laudum, nullum in uno capitulo, an sit nullum in omnibus aliis capitulis.*
19 *In legitimam quæ imputentur. Et an relicta in testamento. & num. 20.*
22 *Contractus an possit fieri in testamento.*
23 *Appellari an possit ab eorum sententia, quorum conscientiæ aliquid commissum est. Et quid illi possint.*
25 *Diuitias, & ualorẽ rerum probandi onus cui incumbat.*
25 *Sententia lata inter alios, an aliis præiudicet.*
26 *Emptor quando fecit expensas in re empta, an possit ab eo abdicari res hypotecata.*
27 *Circuitus, uitandus est.*

CONSILIVM LIX.

Cor mundum crea in me

Deus: & spiritum rectũ innona in niscceribus meis: vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati cõsona sunt, in mediũ afferre valeam. Visis igitur puncto & aliis omnibus ad præsentem causam facientibus, obmisso multiloquio, prout mei moris est, dico ꝙ licet per partem aduersam allegetur, ꝙ bona paterna sunt hypotecata pro legitima filiorũ. 1 Ex † quo possunt eligere legitimam in quacũque re paterna. ut consuluit Ludo. Roma. in quodã suo consil. lxxxi. incipi. non est dubium &c. per text. in l. creditoris. C. de distratio. pignorum. Nihilominus ego dico istud non esse uerum: quia legitima dẽt assignari filiis arbitrio boni niri, secundũ Bar. in l. suus quoq;. ff. de hær. instit. & plenissime examanat dominus meus idem confirmans Alexan. de Imol. per multa iura, & rationes, de quibus ibi per eum, in l. in quartam. xiii. col. ff. ad l. falci. & sic non possunt sibi eligere filii magis unam rem, quam aliam. Quo dato, non est uerum, ꝙ bona paterna sint pro legitima filiorum hypotecata. Secundo hoc ꝓbatur. nam si verum esset dicere, ꝙ bona paterna ꝓ legitima filiorum essent hypotecata, nõ posset pater relinquere unam rem, quin illa esset obilgata ꝓ legitima cuius contrarium uoluit Bald. in rubrica. ff. de rerum diuisio. in 6. col. & etiam ex alijs multis. Ita in terminis uoluit præfatus dominus meus Allex. de Imo. in d. l. in quartam. & in cõsi. cxxxiiii. in 4. vol. incip. attentis narratis in themate &c. de quo posuit etiam Raph. Cuma. in consil. cxxxii. incip. filius a patre institutus, &c. & Bald. in l. filium quem habentem. C. famil. ercisc. in uer. sed quare dubitatur &c. & etiam Salic. Combononiensis ibidem in vj. col. & idem etiam comprobauit illustris

doctor

doctor dominus Francis. Aret. in consilio 46. incipien. diligenter visis & consideratis, & inspectis testamento & codicillis, &c. Itaque Ludou. Roman. in dicto consilio male loquutus est, cum reuerentia, prout attestatur dom. meus, & dom. Francis. Aret. in locis præallegatis: vt videri potest cum quibus in hoc isto. Nec obstat si diceretur in casu isto, relictum filio iure institutionis, pro legitima videtur esse factum. vt in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testament. & in l. etiam. §. penult. & §. fin. ff. de operis libertorum. & voluit Bartol. in dicta l. quartam. ad l. Falcid. vnde si illud relictum, est minus legitima, suppletur vsque ad legitimam ipso iure. vt est casus in l. scimus. in princip. C. de inoffic. testamen. Et sic sicut hypotecaria competit pro relicto. vt in l. 2. C. communia delegatis. & in §. j. institut. de legatis. Ita pro supplemento legitimæ dico etiam competere, cum augmentum sit eiusdem naturæ, cuius relictum principale, & nimirum, sic cum etiã eisdem priuilegiis. vt in l. etiam. cum ibi notatis. C. de iure dot. & facit text. in l. si ex toto. cum ibi plene nota. ff. de legat. j. Præterea, ex quo ipso iure fit tacite a testatore, etiam supplemẽtum videtur esse relictum. d. l. scimus. ĩ princip. per quem text. ita in terminis voluit ibi subtilis doctor Raph. Fulgo. & ante eum plures alij, idem tenuere ibidem, prout refert Salicet. Combouoniensis ibidẽ. quia respõdeo quòd hoc est falsum. & in contrarium puto fore veritatem, ad hoc per illum text. in l. ei qui. ff. de probat. cum vulga. regula ibi tradita, quæ habet, ꝙ ei qui dicit bona esse obligata, hoc probare debet. si ergo non adducitur lex vel statutum, vel conuento hoc dictans, dicam contrarium. † Nec obstat si

3 diceretur, quòd augmentum sit eiusdem naturæ cũ principali: quia hoc est verum, quando ab eadem causa fit. d. l. etiam. Nam augmentum rei legatæ, & dotis fit ab eodem testatore, & ab eodem dante dotem. & ideo competit eadem actio ad dotem, & ex testamento, quæ est priuilegiata. vt in dictis iuribus. sed vbi augmentum procedit ex diuersa causa, & non petitur eadem actione: sed diuersa, quæ non reperitur omnino priuilegiata, tunc non habet locum augmentum. & eadem priuilegia non vendicant sibi locum. & ita est in proposito nostro. nam relictum filio prædicto, emanauit a testatore: supplementum vero eius emananit a lege, vt in d. l. scimus. in principio. Præterea ad supplementum legitimæ non datur actio ex testamento: sed cõdictio ex lege. vt dicunt communiter scribentes. vt in d. l. scimus. in princip. & Pau. de Cast. in consil. incip. in puncto quæritur de quadruplici &c. in 3. col. Et dominus meus Alexand. de Imo. in cõsi. 128. in 9. col. in j. volu. incip. consideratis verbis instrumenti &c. Sed condictio ex l. non reperitur in hoc priuilegiata, vt habeat locum isto casu hypotecaria, ergo &c. Et ideo dicebat Bal. & Salyc. in l. fin. C. de inoffic. testam. ꝙ vbi non competit actio ex testamento, nõ competit hypotecaria etiã pro legatis expresse factis in eo. Præterea si daretur actio ex testamento nõ posset competere condictio ex lege, quæ est remedium subsidiarium. & ita in terminis voluit Salycet. in d. l. scimus, in principio, dicens, quòd ita

4 communiter teneatur. † Ex quibus omnibus concluditur, quo ad hoc primum, quòd hypotecaria non datur pro supplemento legitimæ: nec etiam pro legitima: quatenus non sit relicta in testamento. & hoc quo ad primum sufficiat. Capio nunc secundam dubitationem principalem. nam agens videtur velle obtinere pro sibi in testamento relictis. & in his videtur ipse initi velle hypotecaria, si sunt probata sibi incumbentia. in quo videndum est multum diligenter, an fundata sit eius intentio. Et primo videtur dicendum, quòd sicut bona testatoris sunt hypotecaria, iuxta d. l. 2. C. commun. deleg. sic actio prædicta competere debet contra tertium possessorem, sed contra hoc addu-

5 citur pro parte rei conuenti. † Et primo allegatur, quòd vinculum pignoris est sublatum nouatione principalis debiti. Nouatio enim debito principali extinguitur hypoteca, vtpote accessorium. casus est in l. nouatione. C. de nouatio. & voluit Bartol. in l. aliam. ff. eod. titu. Quod autem debitum sit nouatum ex testamento, probatur. Nam cum factum fuerit per dictum filium, & hæredem compromissum, & demum laudum sequutum, orta obligatione per compromissum, per laudum fuit nouata obligatio ex testamento, ope exceptionis, saltem per notata per gloss. in l. secũda ff. de nouat. & in l. fin. C. eodem tit. & ita in terminis nostris reperio Angel. decidentem in obligatione ex testamento nouata per compromissum, & laudum: in suo solenni consilio 31. quod incipit: viso laudo lato &c. & Bald. in consil. 63. in tertia parte consiliorum suorum. Sed in casu nostro nouatio facta est, & ipso iure, quod est plus. quia expresse facta est transfusio vnius obligationis in aliam. l. prima ff. de nouatio. quod probatur: quia virtute laudi hæredes pro executione promiserũt tam per instrumentum publicum, quam per priuatam scripturam ducatos auri mille. & sic promisit expresse illud, quod in laudo continetur, quantumcunque laudum nullum esset, per notata in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudic. & sic promisit omne id, ad quod tenebatur ex testamento. & habita relatione testamenti ad illam promissionem, constat quòd laudum & promissio continerent plus, quam obligatio illa proueniens ex testamento. & per consequens inducta fuit nouatio de iure forum l. qui vsumfructum cum ibi plene notatis. ff. de verborum obligatio. Et quantumcunque non videatur hoc expresse agi in testamento: & sic hodie non videatur esse inducta nouatio. vt in l. fin. C. de nouatio. ipso iure nec ope exceptionis, secundum scribentes, & maxime Cyn. in d. l. prima & Ioan. de Imol. & dom. meum Alexan. de Imol. in dicta lege, qui vsumfructum. ff. de verborum obligatio. vbi alias legendo dixi. & voluit etiam Rapha. Fulgo. in consilio 130. in tertia colum. incipiente: Mattheus Cimator &c. & posuit aliquid dom. Francis. Aret. in suo consilio incipiente: in causa & puncto &c. Attamen gloss. in dicta l. fin. voluit, quòd hodie inducatur nouatio ope exceptionis. vbi olim fiebat ipso iure, quã gloss. approbant ibi Bal. Ang. & Salycet. Conbononiensis. Si ita est, quòd olim vbicunque plus

continebat, fiebat ipso iure nouatio. vt in d.l. qui vsumfructum. ergo hodie fit ope exceptionis saltē. & idem voluit etiam gloss. Bart. & Ang. in l.2. ff. de nouatio. a qua opinione glo. non est recedendum. Præterea ex alio capite probatur hoc casu isto, quo fuit facta promissio in instrumento publico, & in scriptura priuata, pro omni eo, & toto, ad quod tenebatur vigore testamenti, & laudi. Ex quibus apparet apertissime, quòd partes nouare voluerunt primam obligationem prædictam, ergo &c. Sed ita est, quòd vbi ex coniecturis apparet, fit etiam nouatio, non obstante. d.l. fin. de nouatio. secundum Paul. ibi dicentem vbi est casus de hoc, in versic. & generaliter diffinimus, &c. Si autem diceretur plua deberi ratione legitimæ, hoc probari debet. d.l. ei qui. & in l. cum de lege. ff. de probat. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisdare cogantur. l. actor. C. de proba. Ex quibus nō videtur obstare aliquid, quin sit facta nouatio per promissiones prædictas, contra quas promissiones cessant omnes exceptiones friuole, quæ opponuntur contra laudum & compromissum, de quibus in processu.

6 † Vlterius quòd sit facta ipsa nouatio, probatur etiam per decretū officialium pupillorum, in quo est liberatus hæres ab his, ad quæ tenebatur & obligatus erat ex testamento. licet enim per sententiam nō inducatur nouatio, per quam prius obligatio extinguatur, sed potius sit adiectio nouæ obligationis ad primam l. j. C. de iudic. & per Bar. in d.l. aliam. de noua. & per Bart. in l. fin. ff. de vsuris rei iudi. Tamen illud procedit, vbi fertur sententia declaratoria. secus est, quando est absolutoria, secundum gloss. in d.l. j. de iudic. vbi Bald. multum notabiliter dixit, quòd tūc non tollitur prima obligatio, ope exceptionis, virtute nouationis: sed virtute absolutionis. l. Iulianus. ff. de condi. indeb. Ex quo apparet quòd extinctum est omne ius pignoris. & probatur in l. soluitur, in fin. & in l. si differentiæ. ff. quib. mod. pignus vel hypot. soluitur. Sed in proposito nostro nedum hæredes absoluit ab obligatione, qua erāt obligati, sed vltra in locū illius sunt obligati ad aliud in locū primæ obligationis. & sic vere ē vnius obligationis in aliā transfusio. & sic indubitanter est nouatio. d.l. j. ff. de nouati.

7 † Additur & aliud etiam pro confirmatione prædictorum: quia nouatio non fit per alium contractum quam per stipulationem: ita ꝙ sit vnius obligationis in aliam transfusio. l. item illa. in fin. ff. de consti. pecun. Et tamen si expresse hoc ageretur, etiam per alium contractum fieret nouatio. Casus est in l. si mandato meo in fin. ff. mandati. & voluit Bart. in l. j. in fin. ff. de noua. vbi dixit, se alibi nescire illum casum. & ita dicamus in casu nostro in sententia decreti officialium, in qua actum fuit, quòd vna obligatio transfunderetur in aliam. fuit omnino facta nouatio. Cōfirmantur prædicta: quia si per compromissum & laudum induceretur nouatio: ergo multo magis per illum decretū cōfirmatiuum & inductiuum de nouo: cum in eo virtualiter referatur & compromissum & laudū. & sic virtus eorum censetur repetita in eo decreto & cōfirmatione. l. asse toto. ff. de hære. insti. l. si ita scripsero. & ibi Bart. ff. de cond. & demō. & p consequēs omnino concluditur nouationē fuisse inductam & sic hypotecā sublatā fuisse & esse. Nō obstāt modo ea, q̄ in contrariū adducuntur, cōtra dictū compromissum & laudū, de quibus in pcessu. quia primo & ante oīa confirmata sunt p dictum decretū officialiū.

8 † Et si diceretur, ad hoc, vt decretū potuerit cōfirmare, opus erat, ꝙ fieret in ipso actu. q habet virtutē promissiuam. scd̄m gl. in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minori. ergo nō potuit hoc operari ex interuallo. Ad hoc ego respōdeo, ꝙ ex quo partes ratificauerūt: & ita cōsenserūt interponi decretū, potuit ex post & ex interuallo, & hoc habet virtutē cōfirmationis: sed nō promissionis. Ita voluit Bal. in cōsi. incip. primo q̄ritur, vtrū in concessione. vbi allegat gl. in l.2. C. cōia vtriusq; iudi. & p Bar. in l. Modestinus. ff. de dona. & idē voluit in l. quecūque. C. de bonis, q̄ lib. licet Ioan. de Imo. in c. cū vos. in 5. col. extra de his, quæ fiunt a prælato sine consensu capituli. faciēs mentionē de Bal. in d.l. quecunque. reprobās eius doctrinā, quia scd̄m eum, eadē rōne esset dicēdū in tutore, vt posset confirmare ex post facto ex interuallo actū in vtilitatē pupilli: & in nō pōt. §. tutor. instit. de authoritate tutorū: & i l. obligari. in fin. ff. eo. tit.

9 Sed † hæc ratio nihil valet (cum reuerētia) & eā tollit Bal. si bene pōderent eius verba, in l. cū ipse. C. de contrāhen. empt. in ver. extra q̄ritur &c. vbi dixit, ꝙ ideo authoritas tutoris requiritur necessario in ipso actu: quia cōsensus tutoris reputatur idē cū consensu pupilli. ideo non pōt separari. sed consensus iudicis diuersus est: quia iudex nō cōtrahit. Præterea iudex decernit cū causæ cognitione: ideo est cōueniens, vt detur ei aliquod interuallū tēporis: in quo posset mature deliberare quid velit statuere. & sic tenet illud. Vel & aliter potest dici, ꝙ sicut tutoris authoritas non pōt ex post interponi: ita nec ēt potest decretum ad solennizādum, & promittendū: sed ad cōfirmandū bene pōt interponi. & ita loquitur ipsemet Bald. vbi supra. Vnde authoritas, q̄ venit ad cōfirmandū, pōt interuenire ex post, ex interuallo. scd̄m Dyn. Cyn. Bal. & Ioan. de Imo. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. Alia fuit ratio Io. de Imo. in d.c. cum vos. quia ex quo actus sine decreto, nullus est, vr ꝙ decretum requiratur per modū causæ: & sic in ipso. vt ipsemet Bal. dicit, vt supra. Et ēt videtur hoc sentire idem Bald. in l. fin. §. si autem es alienum. C. de bon. quæ lib. vbi dixit, quòd decretū ex interuallo confirmat, si actus potuit esse in pendenti: alias nō. Ergo in actu nullo videtur idē dicendū. Sed ad hoc potest etiā responderi, ex notatis per Bald. vbi supra: qui tenet, ꝙ licet actus non sit validus, posset confirmari in vtilitatem ecclesiæ, vel minorum. Et si iudex dicit se confirmare ob causam istam, præsumitur pro decreto. secundum Bal. in d.l. quecunq;. Et voluit etiā do. meus Alex. de Imo. in l. sciēdū. ff. de verb. obl.

10 † Vnde in proposito dico, quòd actus non est omnino nullus, quando potest confirmari: sed dicitur pendere a confirmatione futura. & ideo si potest ita pendere, potest confirmari alias non. Et idem uidetur uoluisse idem Bald. in c. secundo de feud. sine culpa non amitten. in vsibus feudorum. & Alberic. de Rosat. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procon. & Paul. de Castr. in consilio 159. incipien. quæstio ista vertitur &c. in

tertia

tertia col.& in consil.134.incip.notandum est &c. in princip.vbi ponit de effectu confirmationis in actu.& in consil.230.incip.dubitatur primo an Comes &c.& in consil.231.incip.an quantum ad primum &c.in vlti.col.in princip.& do.Card.in cōsil.118.in prin. & etiam in 2.col.incip. monasterium sancti Iuliani &c.& do.Abbas in cōsil.57.in 2.vo. incip.in quæstione,quæ vertitur &c.& dom. meus Alexan.de Imol.in consil.34. in 4.volu. incip. viso statuto, & themate &c.maxime in 4.col.& in cōsi. 59.in 3.volum.incip.an statutum laicorū &c. in 7. & 8. col.& in consil.122.in 4.volu.incip.viso puncto & themate pensato, &c.maxime in 7. col.& in consil.12.in 2.uolu.incipien.quando valeat secun da concessio &c.in 2.col. & dom.Franciscus Aret. in consil.62. incipien.ex facto præsupponitur &c.

11 † Præterea dicti officiales confirmant, & etiam de nouo inducunt & sic decretū interponitur in ipso actu. ergo cum ipsi potuerint hoc de nouo facere, potuerunt etiam confirmare ita dicebat Bal.in d.l. quecunque. secus esset, si hoc non possent de nouo.& ita loquitur Ioan.de Imo.in d.c.cum vos.Et per consequens patet,quòd dictum decretum po-

12 tuit ex post interuenire. † Non obstat illud quod dicitur quod dictum decretum est etiam nullū ex alio capite, tanquam interpositum non citata vel præsente parte l.nam ita diuus.ff.de adopti. Et propriè in terminis de decreto interponendo,est tex. in l.si vero.§.subuētum.ff. de fideicom.liberta. Nā licet in eo non requiratur authoritas iudicialis tamen citatio requiritur.cle.sæpe.de verb. sign.& p Bart.in extrauagan.ad reprimendum in versic. fine figura iudicij &c.quia ad hoc potest etiam responderi, q cum vltra laudum pars aduersa esset obligata ad ea,quæ in decreto continentur, dicta cōfirmatio non tendebat in preiudicium eius : sed potius in fauorem.quo casu potuit interponi in eius absentia & ea non citata, secundum glo.notabilem In l.si cum.§.fi.& ibi per Benedictum de plumbino.ff.de fideicom.liberta.Et est text.secundū Ang. ibi in l.recusare.in principi.ff.ad treb. & ibi late p dominum meum Alexan. de Imol.in lectura sua.

13 † Vel & secundo ego respondeo, quòd non debuit citari pars aduersa : quia & si præsens fuisset contradicere non potuisset. nec aliquid allegare non potuisset. quominus decretum interpositum fuisset. ergo absente ea & non citata potuit expedire.l.qui potest.ff.de reg.iur.l.4.§.illud.ff.de fidei commissa.libertatibus.& est optimus tex.in c.cum olim. secundum vnam lecturam.de re iud.& voluit Inno.in c.nisi cum pridem.extra de renuncia. & Io.And.in c.2.extra de noui operis nun. & Pau.de Castr.in consil.216.incip.circa primum quæsitum, dubitatio videtur &c.in 4.colum.& in consil.227. incipien. super primo dubio &c.in quinta colum. & in consil.230. incip.dubitatur primo, an comes &c.in 2.colum.& Rapha.Cuma.in consil.98. in fi-

14 ne incip.supposito tenore præcedentis &c.† Præterea, & aliter dicam, quòd præsumendum est partem ipsam fuisse citatam propter verba in ipso decreto apposita, dum dicit causa cognita &c. quæ verba hoc important. ita voluit glo.in l.4.C.de accusa.in versi.cognita causa &c.Et est tex.in l.causæ.

§.causa.ff.de mino. Præterea etiam ex alio capite hoc probatur de causæ cognitione, quæ interuenit: cum viua voce præsupponatur mihi, quod interuenerunt affines eis,& propinqui, & consilium doctorum, qui consueuerunt communiter adesse in simul: maxime ex forma statutorum ciuitatum, & etiam cum præsumatur regulariter pro rectitudine, secundum Specula.in titu.de emptio.& venditio.§.nunc de hoc.el primo.versicu.breuiter &c. & infra statim dicam. Ex quibus tollitur, quod si quis dicere vellet, quod decrecum est nullum,tanquā sine causæ cognitione interpositum : iuxta ea, quæ consuluit Pau.de Castr.in consil.89. incip.super eo, quod quæritur &c.& etiam Pet.de Ancha. in consil.29. incip.visis diligenter &c. & Bal.& Salyc.in l.j.C.si aduer. dona.nam respondeo , vt dixi modo, quod præsumitur pro decreto, per ea,quæ iam dicta sunt. & probatur in l. ab ea parte.ff.de proba.& est bonus tex.in l.pe.C.de prædiis decuri.lib.10.per quem text.ita voluit Bald.in c.j.in 5. colum.in titulo, qui feu.dare possunt. & etiam posuit late dominus meus Alexā.de Imo.in suo cōsi. 80.in 5.volum.consiliorum incipien.an religiosa posset esse &c. & maxime in 2. colum. & dominus Franc.Areti.in consil.36.incip.casus talis est &c.& Ioā.de Imol.in consil.90.incip.in causa quæ vertitur &c.in 3.colum. Et tanto magis, cum in eo fit mentio de causa cognita, secundum Paul.de Cast. in l.cum hi.§.si prætor.ff.de transact.& etiam quādo interpositum est ex post ex interuallo. vt eleganter decidit dominus meus Alexan.de Imol.in d.l. sciendum.ff.de verb.obl.vbi firmat, quòd præsumitur pro rectitudine, & pro iustitia decreti. Et multum copiose examinat istum passum, tollendo omnia, quæ possunt in contrarium adduci,circa

15 hoc. Ex † quibus apparet etiam responsum ad vnum aliud, quod allegatur contra dictum decretum, dicendo id esse nullum,ex quo laudum latum fuit nullum vtpote continens euidentissimam iniquitatem. Cum in eo mandetur pupillo, vt faciat quietationem generalem,etiam de incognitis,iuxta notata per Bart.Bald.Ange.& Rapha. Fulg.in l. cum aquiliana.ff.de transac.& per Ludo.Ro.in suo consil.42.Nec etiam potuit remitti ius liquidum prouenicns ex testamento.l. contra iuris.§.fi.ff.de pac.& in l.pactum curatoris.C.eo.titu. Nec etiam potuerunt bona immobilia alienare. Ex quibus legitima vel supplementum eius videbantur deberi, per ea,quæ habentur in l.præses.C.de trāsac. Vnde

16 † cum in dicto decreto officialium, dicatur postea omnia in laudo contenta bene , fideliter, & iuridice, & iuste pro pupillo. cuius contrarium videtur prima facie esse tale decretum tanquam continens errorem expressum videtur esse nullum.c.inter cæteras. extra de re iud.l.2.C.quando prouo. non est necesse. & notat Bald.in l.tale pactum.§.qui prouo cauit.ff.de pactis. Et etiam quia dictum decretum videtur interpositum ex falsa causa. & per consequens non valet.l.2.C.si ex falsis instr.d.l. cum vero.§.subuentum.ff.de fideicom.liber.& voluit Rapha. Cuma.in consil.114.in quarta colum.incipiē. Antonius Benedicto filio &c. & etiam in consilio 188. incipien.videtur prima fronte &c. & Ra-

pha.Fulg.in cõsil.137. in 2.col.incip.quia ex facto ius oritur &c.& in consil.142.in fine inci.in causa & quæstione &c.& in consil.202.in 4.col.in fi.inc. Gulielmus &c.& Bal.in consil.66.incip.præmitten dum est &c.& in consil. 338. incip. comparuerunt &c.in 2.parte consiliorum suorum. Et sic dicti offi ciales videntur quodammodo ducti errore,hoc fecisse per notata per Bart.in l.fi.§.item quæsiit.ff.de condi.inde.& per Bart.in l.sed & siquis.§.fin. ff.si quis caut.& per gloss.in l.2.C.si maior fact. Quia ad hæc ego respondeo. & primo ad illud quòd dicitur de generali quietatione faciẽda. nam ex quo dicti arbitri in laudo assignarũt ducatos mille pro legitima & etiam condemnarunt partem aduersam ad soluendum certum quid dicto pupillo. & etiam ad alia quæ latius in dicto laudo continentur.nihil aliud petere poterat dictus pupillus, nisi & prout ex testamento debebatur. mandarunt & ordinarũt pro bono pacis, & ad lites resecãdas illam generalem absolutionem, quod facere potuerunt:quia p bono pacis potest dare de parte vnius alteri.text. est melior de corpore iuris, ad hoc, secundum dominũ Cardi.& alios scribentes ibidem in c.nisi essent. extra de præben. Præterea ratificatio, inde se quuta tollit omnem dubitationem, & difficultatẽ, iuxta ea quæ habẽtur in l.2.C.communia vtri.iudi.

17 Vel † dicamus, quòd ex quo sumus in laudo arbitratoris, quantumcunque sit iniquum, nihilominus valet & tenet. sed posset peti reductio ad arbitrium boni viri. secundum Ange.in suo consi. 172. incip.Ludouicus ex vna parte, &c. & posuit dom. Car.in consil.92.in 8.col.incip.nobiles viri domini &c. & Io. de Ana.in consil. 80. incip.visis & intellectis &c. Et ibi ego etiam aliquid dixi in addi. meis ad ea consilia. & Rapha.Cuman. in suo consilio 50. incipien. statutum de compromissis &c.

18 † Præterea dato, quòd laudum nullum esset in illo capitulo, tamen non est nullum in reliquis l. quid tamen. in principio.cum ibi nota.ff.de arbi.& maxime, quia est capitulum separatum & non connexum. ita probatur in l.quædam mulier.ff.fami.erc. & no.in l.etiam.§.j.ff.de mino.& per Barto.in suo cõsilio incip. visa quadam quæstione episcopi &c. vbi Barto.videtur sentire contrarium. sed vere nõ dicit, si bene ponderentur eius verba.nam laudum habet vim transactionis. vt in §.j.in authẽ.vt diffe. iudi. sed in contractibus nedum in capitulis diuersis, non vitiatur vtile per inutile. vt in l.si ex falsis. C.de transact. Sed nec etiam in eodem capitulo, quando sumus in diuiduis non vitiatur vtile p inutile l.j.§.si stipulanti.cũ ibi plene notatis.ff.de verbor.obligat.& in specie in laudo arbitri est casus apertus. de hoc in c.cum ipse de arbi. Et ita tenent scribentes ibidem post gl.quæ dicit idem in laudo arbitratoris. si subtiliter ponderetur, dum allegat textum,in d.c.nisi essent.extra de præben.qui text. loquitur in arbitratore. & voluit dom.Abb.in cõsilio 64. in j.volum.consiliorum per me ædito, dũ iura ciuilia ordinarie legerem in almo Ferrariæ studio, quòd prius erat incognitum. & incipit: visis compromisso & laudo &c. Similiter dum dicitur de iure liquido remissio ĩ d.Laudo hoc est falsum. nam satisfactum est in pecunia. & etiam in maiori quantitate: vnde quando fit remissio: non ex mera liberalitate: sed remittens consequitur tantundem. & plus valet, & potest fieri remissio etiam de liquido. text. est in d.l. contra iur.§. fin.& ibi plene notant scribentes de pactis. Non obstat etiã quòd dicitur quod compromissum factum fuit super alienatione rerum immobilium. quia hoc etiã est vnum somnium: cum legitima sit a testamento relicta, in pecunia. & etiam sit assignanda arbitrio boni viri, vt supra dixi. vnde dicti arbitri ex iustis causis moti eam assignarunt. & ex potestate sibi attributa. & concurrentibus aliis, de quibus supra diximus, quæ non repeto nunc. Præterea ista omnia sunt confirmata per dictum decretum dictorum officialium, quod non potest dici nullum ratione erroris. quia ipsi non errarunt in his quæ gesta erant quo casu procedunt notata in l.j. C.de erro.cal.sed iudicarunt illa esse iusta & vtilia. & per consequens potius deberet dici iniustum, quam nullum. cum enim officiales multis de causis expressis, & in laudo, & in eorum sententia moti fuerint,non possunt laudum & decretum prædictum dicere nullum. nam licet forte appareret de iniustitia manifesta: nihilominus propter hoc non potest dici nullum. ex quo nedum aliquo motiuo potuerũt moueri: sed ex multis rationibus & causis. secundum Bal.& Salyc.in l.prolatam.C.de senten. & Inn. in c.ecclesia sanctæ Mariæ.extra de cõstit.& dom. Philippum perusinum modernum in c.dilecto. in 55.quæstione. ad finem. extra de appella.

19 † Sed plus dico, quod dicti arbitri & officiales iustissimæ fecerunt. vt patet ex sententia lata per prædictos officiales, in qua dicunt legitimã dicto pupillo fore florenis mille. Et etiam iusserunt bona vendi debere pro ea legitima. Et dicunt hoc fieri debere occasione promissionis sibi factæ. vnde dicta sententia confirmat etiam laudum prædictum: ergo cum promissio contineat executionem laudi, ita & sententia: quia ea quæ sunt in termino, ad quem fit relatio, censentur etiam repetita in termino referente.l.asse toto.ff. de hæredi.institu. & etiam cum suis qualitatibus l.a filia.§.pater.ff.de alimentis & cib.legatis.& per Bartolum in l.sanctio legum.ff.de pœni. Ergo cũ ipse contineant etiam executionem laudi, censentur illud approbasse.l.ad solutionem.C.de re iudi. vnde cum sententia transiuerit in rem iudicatam habetur pro veritate l.res iudicata.ff.de regu.iur. & ideo si præsumitur pro sententia, quæ transiuit in rem iudicatam:vt in c.in præsentia. extra de renun.& ipsa sententia approbat laudum, præsumitur etiam pro iustitia laudi, lati ab arbitris istis. Nec potest dici, quòd per dictam sententiam nulla fuit facta nouatio cum declaretur in ea legitimam pertinere ad dictum pupillum ducatorũ mille ex dicta societate. nam dico quòd ex quo per actus præcedentes probatur nouatio dicta sententia non nocet tertio possessori l.sæpe.cum ibi plene notatis.ff.de re iudi.

20 † Præterea dico,quod dicta sententia de directo probat contrarium. nam legitima ipsa debebatur in rebus relictis,quæ omnia imputabãtur l.omnĩ prioribus.C.de inoffi.test. & supplemẽtũ fieri debebat ex substãtia testatoris arbitrio

arbitrio boni viri, & nō in mille ducatis prædictis, iuxta nota. per Bart. in d. l. quartā. ad l. Falc. ergo cū dicti iudices pronunciauerint, quòd debeatur legitima in mille ducatis, apertissime constat ꝙ declaratum fuit legitimā deberi virtute laudi, & promissionis. & per cōsequensvirtute obligationis nouanis. Nec obstat ēt, ꝙ in dicta senteotia dicatur ex tota substātia &c. qa hoc nō importat aliud, nisi ꝙ hoc debitū respicit & concernit totā substantiā. & ꝙ lla dicitur debita portio, rōne legitimæ, calculandetotā ipsam substantiam. nā istud est onus, ꝙ respicit totā substantiā testatoris, scdm Bal. in d. l. in quartā. & ista etiā est natura eris alieni. l. fideicōmissun. §. tractatū. ff. de indi. vnde licet legata legitima st facta nouatio: tñ ea quo est debitū legitimæ, respicit totā substantiam: vt dictū est. Confirmantur prædicta ex alio. nā in dicta sententia cōtinetur, vt bona debeant vendi, vt satisfiat pmissis. & per cōsequens, vt satisfiat promissioni factæ pexecutione laudi ex quo clare constat, ꝙ declaratio legitimædebitæ prius facta, censetur factavirtute nouæ obligationis. nam sequentia declarant pcedētia. l. si seruus pluriū. §. fin. ff. de leg. j. Et hoc ēr liquidæ constat ex verbis ipsius sententiæ, dū dicitur in ea:

21 ex causā ipsius legitimæ &c. Ex quibus verbis † patet, ꝙ cū dicant bona vendi debere ex causa ipsius legitimæ: & postea in fine dicatur, vt satisfiat ipsi legitimæ promissæ, dicta sententia omnino refert se ad legitimā debitam virtute promissionis & laudi: non aūt ad debitam virtute testamenti, seu de iure cōi. & per consequens apertissime apparet nouationē factam fuisse. & ideo nō est disputandū vlterius de nouatione, cū hoc sit declaratū per sententiā q̄ transiuit in rem iodicatā quæ habetur proveritate. d. l. res indicata. de regu. iur. cum similibus multis. Nūcassumendo illud, de quo supra diximus de cōfirmatione. nā licet decretū & sic sententia diceret id, quod pars aduersa, chimerā baptizauit. tñ nō repugnat iuri & ēt rationi, quin ī aliqua parte habeat vim cōtractus: quia cū dicti officiales sint loco tutorū & etiā curatorū non repugnant, quin in eodē actu dicātur pronunciasse, vt iudices & cōtraxisse, vt tutores & curatores. pro quo allego teat. in simili iu d. c. nisi essent extra de præben. cū ibi not. per scriben. vbi habetur ꝙ eadē dispositio habet vim cōpositionis arbitralis & ēt sententiæ. Et probatur etiam per notata per Io. And. & alios scribentes in

22 c. cū ex officij. extra de præscri. † Præterea nonne pōt fieri contractus in testamento? certe sic: vt in l. hæredes palā in fin. cū ibi no. ff. de testament. & voluit Io. And. in c. quanquā. de testam. lib. 6. in mercurialibus. & Bar. in l. vnum ea familia. §. si de falcidia. ff. de leg. 2. & tñ illius naturæ videbāt hoc esse contrariū. l. verba gesserunt. ff. de verb. signi. Ergo fortius in sentētia hoc dici pōt, in eo, qui habet potestatē contrahendi & sententiandi. & maxime, quia per actū sententię dicitur celebrari quidā contra-

23 ctua. l. 3. §. sed si filij. ff. de peculio. † Accedat ad omniū prædictorū corroborationē quia dicti officiales habent potestatē deliberandi & prouidendi in fauorē pupillorū ea, quæ crediderint esse in eorum vtilitatē, & statutum remittit hoc totū cōsciētiæ eorū. vnde satis est, ꝙ offiaiales pdicti concludant aliquod esse vtile pupillis, quorū conscientiæ hoc est cōmissum: iuxta not. per gloss. in Cle. j. extra de offic. deleg. & per do. meum Alex. de Imo. in suo consil. 170. in 3. vol. incip. viso themate. &c. vbi etiā ponit, an possit appellari ab eo, cuius cōscientiæ aliquid est commissum. & per Io. de Ana. in suo consi. 34. incip. circa primum dubium &c. & etiam ibi ego dixi aliquid in addi. meis ad ea cōsilia, per me alias ædita. Preterea stare debemus dicto istorum officialium ad sciendum, qua ratione moti fuerunt ad hæc: vt plene ea plicat Bartol. in l. ambitiosa. ff. de dec. abor. fac. ī versiculo visis & examinatis &c. nam huiusmodi decreta sunt actus extraiudiciales: & si non continent claram donationem, valida sunt, secundum Bar. in d. l. ambitiosa. in princ. & in fin. Sed nos sumus in fortiori casu, quod eorum conscientiæ est commissum, dico igitur quòd talia quæ allegantur iniusta, & nulla, non possunt quoquomodo dici, cum per plures sententias officialium approbata fuerint. & ab arbitris, & per par

24 tes hincinde approbantur. Sed † posito, & non concesso, quod prædicta non sufficerent, quæ omnino sufficiunt, nihilominus ex aliis potest dictus tertius possessor defensari, contra quem agitur hypotecaria. nā isti agunt ad relicta facta in testamento & ad supplendum legitimam: sed ad hoc ut possint obtinere debent docere tot bona remansisse in hæreditate, quòd non fuit legitima integra. sed negatur legitimam maiorem fuisse debitam, per notata per glo. in d. l. cum de lege. ff. de proba. quam uidetur sequi Bart. in l. si constante. in 2. colum. ff. solu. matri. cum multis, de quibus ibi per dominum meum Alex. de Imo. Et licet gloss. ibidem refricetur in dubium, in illis terminis: tamen in casu nostro, ex quo diuitiæ sunt fundamentum agentis, sunt probādæ per eū: vt est gl. valde singularis in d. l. si vero. §. qui pro rei qui satisda. cogā. quā gl. cōprobant ibi cōiter doctores. & ētBart. de Saly. combonoū. in l. doctor. C. de proba. Sed in casu isto nō probantur tot fuisse bona in hæreditate dicti testantis: vt tanta legitima detrahi possit: ergo nullū ius competit ad supplementum. debito aūt cāusatō & legatis, probatur satisfactū fuisse ex ptio bonorū emptorū per officiales pupillorum, quæ remāserunt in hæreditate, ergo &c. Ex quibus elicio plures cōclusiones. prima quod creditum legitimæ florenorum mille per viam delegationis fuit trāslatū & sibi amplius solui non potest, & sic repellitur, cum sine actione experiatur: vulgata l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. Secundo etiam dico, quòd licet ille esset, debitor dicti pupilli in florenis mille, ratione promissionis, & pro omni eo, quod debebatur ex testamento, & pro omni legitima, per viam delegationis, sfuit facta nouatio. l. delegare. ff. de nou. & per consequens vigore nouationis liberata fuerūt pignora. l. nouationem. ff. de nouationibus. cū similibus. Tertio dico, quod cum certe res fuerint acceptæ insolutum, virtute delegationis prædictæ: alta bona fuerunt liberata ab obligatione pignoris. casus est in l. eleganter. in princip. & ibi Bartol. ff. de pignor. ac. vbi est casus, quòd quando creditor accepit rem insolutum, & vult quòd sit quæsitum dominium reuocabiliter tamen ex-

tinguitur pignus. Quarto dico quòd cum etiam satisfactum fuit de dictis mille ducatis, petitur illud quod intus habet. 25 Et † si diceretur, quòd ex sententia officialium declaratur creditrix in majori summa, dico quod hæc sententia nõ afficit tertios possessores non citatos, d.l.sæpe, cum ibi plene no. de re iudi. & l. de vnoquoque, eo. tit. Et sic non est sublatum ius aliquod quæsitum dictis creditoribus, vt in d.l.si. cum ibi nota. per Bar. ff. de pactis. Et tanto magis, cum dicta sententia fuerit prolata solum ad finem, & effectum, vt bona hæreditaria vendantur, & satisfiat vnde inducta ad vnum finẽ, non debent operari alium, l. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. dele. Et si dicatur, quòd nõ est satisfactum de bonis testantis: & sic non est sublata obligatio: respondeo multifariæ multisque modis. Et primo, quod per hoc non tollitur fundamentũ nostrum, supra factum de nouatione, quæ est facta, & quæ operatur; vt supra probauimus iuribus & rationibus. & maxime cum sublata sit omnis obligatio, cum ea fuerit promissa pro omni legitima. cõstat de hoc foris satisfactum, & in bonis, de quibus agimus non cõpetit amplius sibi remedium. 26 † Præterea ex alio capite potest se tueri dictus reus conuentus quia post venditionem dictæ rei præsupponitur mihi in facto quod multa alia bona alienata fuere, vnde sequitur, quod si dicta domus aduocaretur per hypotecariam, cõuentus agere posset postea contra possessores aliorum bonorum, postea alienatorum, pro quorum euictione agens ipse teneretur, & ipsi agerent postea cõtra actorem. vnde vt talis euentus & circuitus euitetur, repelli debet agens; iuxta l. dominus testamẽto. ff. de cõdi. inde. Vlterius cõsidero aliud in hoc casu: quia super ista re vendita vt dicitur in facto sunt factæ plures expensæ; quo casu potest emptor rem retinere & soluere p̃tium. hoc est quantum valebat tempore cõtractæ hypotecæ, antequã essent factæ expensæ illæ secundum Bart. in l.2. C. de p̃diis cur. lib. 11. & ibi Io. de pla. Et sic non posset nisi aduocare dictũ p̃tium, cuius occasione tenentur, qui postea emerũt quibus tenetur dictus agens. & per consequens nõ militat ratio, l. vendicantem. ff. de euict. 27 Pro † quo etiam adduco Bal. consulentem in consil. 96. incip. Petrus fideiussit &c. in secunda parte consiliorum suorum, vbi proprie consuluit in tali casu, Petrus fideiussit pro Antonio mercatore apud certos officiales Antonius contraxit societatem cum Caio, demum Antonius sua culpa contraxit debitum occasione societatis. coactus fuit Caius fideiussor soluere, & agebant contra Caium. cõcludit Bal. quod Caius potest se defendere, & debet solui vt circuitus inutilis euitetur. nam si fideiussori solueret Caius: tunc haberet recursum contra Antonium, pro quo Gaius damnum patitur sed Petrus est fideiussor Antonij, ergo Petrus conuenietur a Caio. Et sic secundum eũ superflua iudicia sunt resecãda: vt ibi per eum notabiliter loquentẽ in materia circuitum tollendi. & faciunt etiam notata per gl. in l. Claudius. ff. qui po. ĩ pig. ha. Ex quibus omnibus concludo dictum tertium possessorem domus fore & esse absoluendum, nec posse molestari in iudicio hypotecariæ.

Et, ut supra scriptum est, consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. I. V. Doctor & æques sacri palatij Apostolici aduocatus consistorialis; iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ, studio: patriæ meæ. & in fidem præmissorum, propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & diuo Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII LX. TALIS EST

STat statutum In ciuitate Imolæ, sub rub. de succes. ab intest. &c. quo cauetur inter alia, q̃ filij masculi præferantur fœminis defunctæ personæ. vt in §. filios masculos &c. Postea disponit idemmet statutum, q̃ eis non existentibus succedant fratres & filij fratrum, prout latius in eodem statuto continetur. Quo statuto stante, contingit q̃ decessit ab intestato quidã frater relicto Caio fratre suo a Seia eiusdem sororẽ, inter quos modo agitur de successione prædicti fratris præmortui. Nã dictus Caius dicit solum ad eum successionem pertinere vigore dicti statuti præferentis masculos fœminis: vt patet in sui principio. Secundo dũ idem statutum loquitur de fratribus, nullam facit commemorationem sororum: ergo tacite eas excludere voluisse videtur. Econtra dicitur, pro parte dictæ dominæ Seiæ, quod imo ipsa pariter debet admitti ad successionem prædictam: quia appellatione fratris, continetur soror. & per consequens ipsa debet omnino secum admitti. Quibus stãtibus, quæritur modo, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Ratio vbi vna sola assignari potest, in statutis, an illa habeatur pro expressa.*

2 *Italiæ statuta, ad quid excludant fœminas, ob existentiam masculorum.*

3 *Masculinum non concipit fœmininum, in odiosis. Et quando concipiat, maxime in statutis. & numero 16.*

4 *Statutum loquẽs de fratre, an habeat locum in sorore. Pro affirmatiua parte, vide nu. 5.6.8.10.12.13.14.15. & 17.*

7 *Statutum an declaretur ex verbis eiusdem, & etiam alterius statuti.*

9 *Statuta debent intelligi taliter, quod minus lædant ius cõmune, quam fieri possit.*

11 *Statuta vt non contineant iniquitatem, debemus, si opus est recedere a propria significatione vocabulorum.*

18 *Statuta debent regulariter intelligi secundum communem vsum loquendi.*

CON-

CONSILIVM LX.

Cor mundum Crea in me

Deus:& spiritũ rectum innoua in visceribus meis: vt in præsenti consultatione ea,quæ iuri & veritati consona sunt in medium afferre valeam. Viso igitur puncto mihi porrecto, & verbis statuti ciuitatis Imolæ sub rub. de successionibus ab intestato in §.filios masculos personæ defunctæ ab intestato debere præferri filiabus fœminis &c. & in ver. vbi aũt fratres vel filij fratrum defuncti extarent, vnus vel plures &c. Et visis omnibus aliis ad rem facientibus & diligenter & maxime pensatis prima frõte, videtur dicendũ dictum Caiũ solum succedere dicto Titio defuncto ab intestato, exclusa Seia sorore vtrinq; coniuncta. † Primo, quia hoc statutũ, licet non assignet rationẽ: tamen quia vna sola ratio reddi põt, illa habetur pro expressa ac si in statuto expressa fuisset. gl. est notabilis, quam ibi ad hoc ponderat & sequitur Bal. in l. quamuis. C. de fideicommis. & voluit Bal. in l. quoties ab omnibus. eo. tit. & Bal. in l. maximum vitiũ. in 4. colu. C. de liber. præte. & Sali. combononiensis in l. si serui vestri. C. de noxa. & Ioã. de Imol. in l. si. ff. de hære. insti. & facit quod nota. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. & in l. 2. ff. de lib. & posth. & voluit do. meus Alexã. de Imo. in suo consil. 48. in 3. col. in j. vol. incip. super hæsitatione, de qua quæritur &c. & in cõsi. 88. in 7. col. inc. viso & opportune animaduerso &c. in eodem primo vol. consiliorũ suorum & in consi. 160. in pe. col. in eod. j. vol. incip. quo ad præsens quæsitum &c. & Pau. de Cast. in consil. 123. incip. super primo quæsito &c. in j. col. & in consil. 171. incip. præsens casus modicam &c. in j. col. & Rapha. Cu. in consil. 2. incip. proponitur ꝙ ser Blãcus &c. in j. col. & ẽt dominus meus Alex. de Imo. in cõsi. 102. in penul. col. i 3. vol. incip. super eo de quo quæritur &c. in ver. accedit etiã &c. † Sed ratio dicti statuti, nulla alia potuit assignari, nisi fauor agnationis & familiæ conseruandæ, quæ per masculos conseruatur l. j. §. sed si seruus. ff. de vend. insp. l. j. §. j. ff. de suis & leg. & propterea dicimus quòd necessariæ sunt masculis maiores diuitiæ, ad agnationem & honestatem familiæ conseruandã l. Titia cũ testamento. §. Lucius. ff. de lega. 2. & ibi Bal. dicit hãc esse rationem istorum statutorum excludentiũ fœminas ob existentiam masculorum. & idem voluit supremus ille Iuris do. Io. Andr. in addi. Specu. in tit. de successio. ab intesta. in §. j. & Bart. in l. 2. in §. videndum. ff. ad Tertul. & Bal. in l. si. C. de iu ius vocan. & Bal. in l. cũctos populos. in 25. col. C. de summa trini. & fide catholi. & Aug. in suo consil. in ordine meo 65. incip. maritus Io. &c. & d. meus Alex. de Imo. in consil. 20. in 3. col. in j. vol. incip. quæro an portio &c. & in consil. 80. in 4. col. incip. viso & opportune. & in d. consil. 102. in 3. vol. incip. super eodem, quo quæritur &c. in penul. col. Sed ista ratio cessat in dicta Seia fœmina: ergo statutum loquens de fratribus, non debet extendi ad Seiam sororem. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimon. l. inter stipulantem. §. sacram. in ver. dissimilia sunt. ff. de verborum obligatio. & in l. quod cõstitutum. cum si. ff. ad municip. Secundo ad idem facit, quia † masculinum non consueuit concipere fœmininum in odiosis l. quisquis cum glo. C. ad l. Iul. maiestat. & notatur in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & in l. j. ff. de ver. sign. & in c. generali. de elec. lib. 6. & in c. si quis suadente ibi per dominum Arch. 17. q. 4. & posuit dom. meus Alexand. de Imol. in consil. j. in 5. volum. incipien. an stantibus verbis &c. & in consil. 125. in eodem quinto volum. incipien. do. Ludo. comes &c. & illustris dominus Franciscus Aret. in consil. 39. incipiente: in facto dicitur contigisse &c. & Rapha. Cum. in consil. 84. incip. præsupposito casu mihi, &c. in consil. 166. incipiẽ. visa copia testamenti &c. & Rapha. Fulgo. etiam in cõsil. 18. incipien. Solutantia fecit testamentum &c. & in consil. 24. incip. humanissime amplitudini &c. & in consil. 38. incipien. in proposita quæstione, puto &c. & in consil. 63. incip. Blasius quodam &c. & in consil. 121. incip. supposita bulla &c. & in consi. 203. incip. visis instrumento publice &c. in vltima col. & dominus Abb. in suo consil. 36. in primo volumine consiliorum per me ædictorum, dum legerem ordinarie Iura ciuilia in almo studio Ferrariẽ si. quod consilium incipit : casus, quidam Andreas &c. & dominus meus Alexand. de Imol. in cõsil. 80. in primo volu. incip. viso opportune &c. in 3. & 4. col. & in consil. 125. in eo. primo volum. incip. visis & consideratis statutis &c. in 5. col. & in consil. 24. in 2. volu. incipien. an siquis inuentus &c. in 5. col. Ergo in proposito, cum statutum, quod est stricti iuris, loquatur per verbum fratres. & sic per masculinum non comprehenditur fœmininum. & sic sorores de quo etiam per Ang. in consil. 67. incipien. municipali lege sic cauetur &c. in j. col. vbi late ponit de masculino, an comprehendat fœmininũ &c. Tertio † ad idem faciat, quia attẽto communi vsu loquendi appellatione fratris nõ continetur soror: sed statuta debent intelligi, secundum communem vsum loquendi vt in l. librorum. §. ꝙ tamẽ Cassius. ff. de leg. 3. l. Labeo. ff. de suppel. leg. vt notat Ia. butrig. in prima constitutione. C. & Barto. in l. nõ dubium. C. de legibus. & Bart. etiam in l. j. in princ. ff. de suis & legi. & Bart. in rubri. ff. de noui oper. nũc. & Bart. in l. omnes populi. in 6. quæstio. principal. ff. de iusti. & iure. & idẽ voluit dominus meus Alex. de Imol. in consil. 25. in j. vol. consiliorum suorum incip. an legitimatus &c. & etiam in consi. 42. in 13. col. in eodem primo volu. incip. quomodo & quãdo allegans. & in consil. 129. in 2. volum. incip. an in contractibus &c. & in consil. 26. in tertio volu. inc. an appellatione filiorum &c. Ergo in proposito dictum statutum loquens de fratribus, attento communi vsu loquendi, secundum quem debet intelligi, non comprehendit sorores. & per consequens non comprehendit dictam Seiã &c. Quarto ad idẽ faciat decisio Pet. de Anch. in sua repetitione. c. canonum statuta circa medium in versic. dicto de filiis & nepotibus &c. extra de constitutionibus. vbi in terminis dixit ꝙ statuta loquẽtia de fratre nõ habẽt locũ in sorore: ergo &c. Quinto ad idẽ facit, q̃a si statutũ voluisset sororẽ succedere & dispositionẽ hãc habere ẽt locũ in eis, sicut i fratribus, facile

fuisset stantibus, eas cõmemorare & exprimere.c. ad audientiam.extra de deci.l.vnica.§. sinautem ad deficiẽtis.C.de cad.tol.l.si seruum.§.nõ dixit prætor.ff.de acqui.hære.cum si.ergo &c. Nihilominus prædictis non obstantibus, quæ, si recte ponderentur, non obstant, in contrarium puto fore veritatẽ, & dico dictam Seiam pariter admmitti debere cũ dicto Caio fratre suo, ad bona Titij fratris prædefuncti, & ad hoc dicendum me mouent multa. Et

5 † primo quia appellatione fratris comprehenditur etiam soror de iure communi l.Lucius.§.Meuia.ff. ad Trebelli.l.Lucius.§. quæsitum.ff.de leg.3.l.tres fratres.ff.de pact.& voluit Rai.in dicto.§. quæsitũ. dicens boc esse verum, quando profertur a lege. & etiam boc voluit d.Abb.in dicto consil.36. incipi. casus quidam Andreas &c.& Pau.de Cast.in consi. 340.incip.hæreditas &c.& Raph. Cu.in cõsil. 11 t. incip.A.in testamento instituit c.&c. & Raph. Ful. in consil.34.incip. domina Catharina &c.& in cõsil.71.incip.mulier maritum suum &c. in 2.col.& do.meus Alexan. de Imo.in consil.97.in j.col.in 2. vol.incip.Andreas habens &c.& in consil.127.in j. vol.incip.viso testamento Ioannis &c.& Bartol.in consil.229.incipien.cauetur statuto &c. in quibus

6 locis late ponunt scribentes de hoc.† Sed plus etiã voluit Ang.in d.l.tres fratres, quòd idem est quãdo profertur ab homine.& idem voluit Pau.de Castr. ibidem vbi dixit vnum notabile verbum ad propositum. quod vbicunque dispositio loquitur in plurali de fratribus, intelligitur etiã comprehendere sorores: secus si proferatur ĩ singulari, puta frater, quia tunc secus est, cum ista vocabula frater, & soror sint diuersa. Sed ita est, quòd statutum, de quo nos loquimur, loquitur in plurali, in versiculo, vbi antem fratres vel filij fratrum &c. & in versiculo, in reliquo autem fratres dicti defuncti succedãt

7 &c. ergo &c. † Secundo principaliter adduco etiam aliud, quia uerba prolata ab una lege uel statuto declarantur & interpretantur ex his, quæ interposita sunt in eadem lege uel in eodem statuto, uel in alio. l. non est nouum cum duabus legibus seq.ff.de legi.l.utrum.ff.de peti.hæredi.l.j.§.& parui.cum gl.& hoc ibi not.Bart. ff.quòd ui aut clam. & l.ita pudor cum gl. & hoc ibi uoluit etiam Bart. C.de adult.& uoluit do.meus Alex.de Imo.in consil.42.in tertio uol. incip. quando incipiat currere instantia &c.& in consil.50.in 2. uolu. incipiente, utrum in causis &c. Sed ita est, quòd dictum statutum in sui principio dum disponit de filiis, & sic de masculino, & noluit quòd comprehenderetur fœmininum, vsum est verbis, filios masculos &c.

8 † Vnde modo faciendo mentionẽ de fratribus simpliciter & non commemorando masculinum sexũ: voluit quòd sub simplici appellatione fratrum, cõprehenderentur non solum masculi: sed etiã fœminæ, & per cõsequens sorores. nam si noluissent eas comprehendi statuentes, dixissent hoc modo. vbi aũt fratres masculi vel filij fratrum &c. Sed cũ non dixerint, dederunt aperte nobis intelligere, quod voluerunt comprehendere etiam sorores fœminas

9 & non fratres tantummodo.† Tertio idem probatur, quia statutum debet interpretari vt quantominus possit lædat ius commune d.l.si serui nostri.C. de noxa.c.cum dilectus. extra de consue. l.fi.§.in computatione.& ibi notatur C.de iure delib.& voluit dominus meus in consil.20.in j.vol.inc.quæro an portio &c.in quarta & in 10.col. in consil.40.in vltima col.in eodem j.vol.incip.viso themate & dubitatione &c.& in consil.62.in 2.vol.incip.visa facti narratione &c.& in consil.5.in 4.volu.incip.de mezadro. seu colono &c.& in consil.109.in 3. vol. incip.an si quis iurauit debitorem &c.& in consil. 38. in eodem tertio vol.incip.an si iudex pronunciat &c.in 5.col.& in consi.2.quarto volumine, incipiente: ex narratis &c. cum simi.multis, quæ afferre possum, si non angustia temporis me præmeret. Sed intelligendo statutum prædictum hoc modo, conformat se cum iure communi. quo iure communi primo cauetur, ꝙ appellatione fratris comprehendatur soror.d.l.tres fratres.cum aliis supraścri-

10 ptis allegatis: ergo &c. † Præterea, concordat in alio, quòd sicut frater admittitur ad bona fratris præmortui, ita etiam soror.authẽ.cessante.& auth. post fratres.la prima, e la secunda.C.de suis & legi. sed dicendo contrarium dictum statutũ aperte læderet ius commune in prædictis duobus.ergo potius debet intelligi, vt sub appellatione fratrum cõprehendantur etiam sorores, & simul succedãt.quæ

11 nota.† Quarto confirmantur prædicta, quia vi statuta non contineant iniquitatem, debemus, si opus est recedere a propria significatione vocabulorũ.l. in ambigua.ff.de legi.& voluit Barto.in d.l.omnes populi.in 6.q.principali.ff.de iusti.& iure.in versiculo, iuxta præmissa, quæro quid si in statuto est aliquod verbum &c.& d.Ant.in d.c.cum dilectus extra de consuetudi.& voluit dominus meus Alex.de Imol.in consil.106.in 3.vol.incipien.an in exactione dotis &c.in pe.col.& d.Cardi.in consil.54. inci. lite in causarum apostolico palatio vertente &c.

12 † Ergo in proposito nostro si diceremus sororem excludi per istum fratrem, resultaret maxime absurditas, & iniquitas.vt ipsa esset exclusa a successione fratris, & neptis, q̃ est in vlteriori gradu admitteretur, prout dicit statutum prædictum.vnde non debet statutum hoc modo ita interpretari. imo vt dixit ad tollendam iniquitatem, si opus esset, deberemus recedere a propria verborũ significatione. sed hic opus non est, cum appellatione fratrum cõtineãtur sorores, vt supra aperte probaui, ergo &c.

13 † Quinto ad idem adduco, quia posito non tamen concesso, quòd statutum prædictum intelligeretur tantummodo de masculis fratribus & non de sororibus, tamen ex alio capite dico dictam Seiam admitti debere ad successionem prædictam. nam iste casus de quo nos loquimur, nõ est prouisus per dictum statutum: ergo remanet in dispositione iuris communis.l.si extraneus.ff.de condi. ob causam.l. cõmodissime.ff.de liber.& posthu.l.si cum dotẽ.in prin.ff.solu.matri. Sed statutum prædictum loquitur, quando extant fratres vel filij fratrum, & nepos vel neptis ex filia præmortua. nã tunc diuiditur hæreditas fratris præmortui. sed nos sumus in casu penitus diuerso non prouiso a statuto. nã extant tãtummodo fratres & sorores personæ defunctæ, ergo habet locum dispositio iuris cõmunis pariter vocans fratrem & sororem. dicta authen. cessante.

ſince. & dicta authen. poſt fratres. cum aliis ſupra allegatis. Vltimo vltra iura & rationes prædictas,quæ multum urgent pro fauore dictæ Seiæ, allego dominum meum Alexand.de Imol. in ter-14minis ſtatuti uolentis quòd † appellatione fratrum contineantur ſorores, & proprie in materia ſucceſsionis ab inteſtato.ita uoluit ipſe in ſuo cõſil.lxxxvj.in 4.uol.incip. redemptoris &c. animaduerſis optime his quæ in themate continentur &c. ubi multum ſingulariter more ſuo loquutus eſt,& ad propoſitum noſtrum pluſquam accommodate.& Pau.de Caſt.in conſil.cccxl.incip.hæreditas prædicta uidetur &c.in 1. col.ubi etiam ipſe loquitur proprie in materia ſucceſsionis ab inte-15ſtato.& in ſtatuto loquẽte de fratribus. † Poſtremo ad hoc etiam facit ratio,quia ſi ſoror decederet,ſequeretur quòd fratres ei ſuccederet uigore dicti ſtatuti: ipſa aũt non poſſet & eſſet iniquum: ergo &c.Non obſtant modo allegata in contrariũ. Et primo dum dicebatur de ratione agnationis cõſeruandæ &c.quia ad hoc reſpondeo,quòd hoc eſt falſum, quòd hæc fuerit ratio. nam dum uocat filias fœminas fratrum & præfert eas fratribus & filiis fratrum,ut patet in uer.filia aliqua uel filiabus defuncti non extantibus &c.& etiã uocat neptes, & nepotes ex filia qui nepotes & neptes ſunt de alienis familiis & extra propriam agnationem dicti fratris præmortui, apparet quòd non noluit cõſeruare agnationem. Et quod ſtatutum prædictũ non habuerit hanc rationem in conſideratione. & per conſequens ceſſat primum argumentum.Secũ-16do † non obſtat, quòd maſculinum non concipit fœmininum &c.quia illud procedit in odioſis ſed in fauorabilibus bene comprehendit maſculinum fœmininum. & ita loquitur etiam Pet.de ancb. in c.canonum ſtatuta. ubi loquitur proprie in materia odioſa,ut ibi per eum.quæ ita intelligit Alex. in dicto conſi. de quo ſupra in prin.dictum eſt.

17Præterea † & ſecundo poſſumus dicere hoc eſſe verum & hoc procedere niſi ſtatuentes uelint contrarium,prout in caſu noſtro, in quo faciendo commemorationem abſolute de fratribus ſine uerbo maſculis.dederunt nobis aperte intelligere, quòd uoluerunt comprehendere ſorores etiam. nam ſi noluiſſent comprehendere poſuiſſent uerbum maſculos.prout etiam fecerunt in alio capitulo præcedenti eiuſdem ſtatuti, in uerſiculo filios maſ-18culos &c.† Tertio non obſtat,quòd ſtatuta debeãt intelligi regulariter ſecundum communem uſum loquendi &c. quia ad hoc etiam facile reſpondeo quòd imo uerba prolata a ſtatutis, maxime a iure peritis debent intelligi, ſecundum quod intelligũt iuriſtæ & nõ idiotæ: quia ſtatuta fiunt a peritis.ita uoluit Bal. in c.1.in principio in 2.col.in titulo de ſucceſsione feu.& Io.de Imo.in c.cum tibi.in fin. extra de teſta.Et idem uoluit Bart. in l.liberorum. in ulti.col.de uerb.ſig.& Bald.in l.ſi quis filiabus. cum ſequenti.ff.de teſta.tut.cum ſimi. Non obſtat quarto deciſio Pe.de Anch.in d.c. canonum ſtatuta. quia ſupra reſponſum eſt qui loquitur in materia odioſa. & ita eius doctrinã intelligit do. meus Alexan.de Imo.in d.conſi.86.in 1.col.ut ſupra pro me dixi. & ideo non repeto. Vltimo non obſtat quod ſi ſtatutum uoluiſſet ſororem admittere idẽ ſtatuiſſet &c.quia ad hoc reſpondeo,eo quod ſatis ſtatuentes hoc expreſſerunt,ex quo ſtatuerunt ſtatuerunt eſt fratribus quorum appellatione ueniunt ſorores,vt ſupra late probaui,maxime per dictam l.Lucius.§. Meuia ad Trebel.& d.l.Lucius.§. quæſitum.de lega.3.& d.l.tres fratres cum aliis ſupra allegat.ff.de pactis.& per notata per dominos omnes conſulentes,de quibus ſupra feci mentionem,quos non repeto.Laus Deo clementiſsimo,& diuo Dominico aduocato meo,Amen.

Et ut ſupra ſcriptum eſt, dico conſulo, & ita iura eſſe dico, ego Ludo.Bologninus. V. Iuris Doctor & æques: ſacri palatij apoſtolici aduocatus conſiſtorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetuſtiſsimo regiæ ciuitatis Boñ.patriæ meæ ſtudio.Et in finem præmiſſorum, me ſubſcripſi, & ſolito ſigillo ſignaui.Laus Deo ſupremo, & diuo Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII LXI. TALIS EST.

LVdouicus Eganus & Laurẽ.fratres & filii quondam nobilis & generoſi uiri Io. de antiqua familia de Ludouiſiis acceperunt quædã bona,pro ſe,& filiis ſuis, legitimis, & naturalibus & deſcendentibus ab eccleſia ſancti Ant.ciuitatis Imolæ, cum obligatione ſoluendi unum duplerium cereum,ſingulis annis dictæ eccleſiæ.Et ita longo tempore perſeuerauerunt in huiuſmodi recognitione.& poſt gradatim mortui ſunt, relictis aliquibus filiabus fœminis, & uno maſculo tantum,nomine Hectore,filio dicti Egani,legitimato,ante & ad inſtantiam dicti Egani eius patris, dum in humanis ageret. Modo dubitatur,an dictus Hector ſuccedere poſſit in bonis prædictis, cum ſit legitimatus ante,& non legitimus,& naturalis,prout ſonant uerba dictæ inueſtituræ.nam pro parte eccleſiæ dicitur, quòd non ſed pro parte eius,dicitur,quòd imo poteſt admitti & debet. Quibus ſtantibus, modo quæritur,quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Bona feudalia,an & quomodo cognoſcantur bona feudalia ab emphyteuticis: & in quibus differant. & numero 3.*

2 *Feudum,quid.*

4 *Legitimatus an ſuccedere poſſit in bonis emphyteuticis, conductis ab eccleſia. & nu.6.*

5 *Verba,liberis deſcendentibus quid importent.*

7 *Legitimatus an admittatur in bonis emphyteuticis eccleſiæ, non extantibus legitimis & naturalibus. & numer.8.*

CONSILIVM LXI.

Cor mundum crea in me

Deus:&spiritum rectũ innoua in uiſceribus meis: ut in præſenti conſultatione ea, quæ iuri & ueritati conſona ſunt, in medium afferre ualeam. Idcirco præſtantiſsime doctor, aliqua ut uidi ex literis ueſtris uidelicet quinque eliciuntur dubia contra Hectorem de Ludouiſiis. Ex quibus uideretur prima fronte non poſſe ſuccedere in iſtis bonis, de quibus agimus. quæ profecto nõ obſtant, ſi recte ponderentur ad caſum iſtum. & poteſt Hector affinia ſuccedere in his bonis: ut ſtatim clare demonſtrabo. Et primo capio primum dubium uidelicet ſi legitimatio facta ad feuda extendatur ad bona emphyteucita eccleſiæ &c. In quo † dico indubitanter, 1 quòd ſic, dato quod eſſent bona empyteutica : ſed primo dico, quòd iſta bona de quibus agimus, ſunt bona feudalia. quod probo ſic: talis eſt cõtractus. qualem partes facere uoluerunt, etiam ſi uerba repugnent l. inſulam. ff. de præſ. uerbis. & faciat l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſi. l. legem. C. de pac. ſed ita eſt quod partes contrahentes in iſto caſu, uoluerunt inire contractum feudalem, ut ſtatim oſtendam: ergo &c. Et quòd uoluerint inire, patet ex uerbis ipſius. Necnon ex præſtatione uuius dupleriſ loco recognitionis. & ſic non præſtatur affictus condecens. nec in pecunia ſeu mercede cõſiſtens, ſed modicum quid: unde ſuccedit illud, quod dicitur tex. in capitulo primo. §. fina. in titulo, in quibus cauſis feu. amit. & Bald. in conſi. cclxxxvij. in 3. parte conſiliorum ſuorum incip. in primis uidendum eſt &c. & Bal. in conſi. xxxviij. in eadem 3. parte incipi. do. Thomas &c. vbi probatur, q feudum eſt † beneficiũ, quod ex beniuolentia alicui datur, ut proprietas pœnes dãtem remaneat, & rei immobilis: uſuſfructus autem ita ad recipientem remanſerit: ut ad eum hæredeſque ſuos maſculos in perpetuum pertineat. Et ita uoluit Bal. in præludiis feudorum. & Aluarotus modernus ibidem ibi in v. quæſtio. principali. & d. meus Alexan. de Imo. in conſi. x. in v. uolu. incipien. an feudum &c. Itaque † iſte eſt proprie 3 contractus feudalis non emphyteuticus. de cuius contractus emphyteutici forma habetur in §. adeo. inſt. loc. & in l. 1. C. de iure emphyteu. & in c. potuit de locato. & not. Spec. in titu. de locato in §. nunc aliqua. & per Bar. in l. 1. C. de iure emphy. ubi etiam per Pau. de Caſt. ubi ponit diffinitionem inter feudum, liuellum, & emphyteuſim, & in ſuo con ſi. cxxxviii. incipien. in Chriſti nomine, amen, dubium facit &c. & Ludouicus roma. in conſilio xix. incipi. in caſu quæſtionis propoſitæ &c. vbi habetur, quod in contractu emphyteutico præſtatur prætiũ vel penſio. Quæ pœna ſeu merces non præſtat bic. Vnde ex hoc primo capite non poteſt dici iſte contractus empbyteuticus. Secundo ex uerbis etiam non poteſt iudicari contractus empbyteuticus. Nam in eo ſunt uerba, quæ proprie cadunt in feudo: ut habetur in c. primo. in titulo quid ſit inueſtitura. & ibi notant ſcribentes, quæ uerba non cadũt in emphyteuſim, ſed penitus diuerſa. Itaque tum ex intentione contrahentium in præſtatione mercedis, tum ex uerbis apparet, quod iſte non eſt contractus emphyteuticus, ſed feudalis. De differentiis poſuit etiam Pau. de Caſt. in conſil. cxxxviij. in cip. dubium facit &c. & Io. de ana. in conſil. xxxvij. incip. uiſo puncto & alios &c. ubi ponit quomodo cognoſcantur bona feudalia. & ibi alias dixi ego in additionibus meis ad ea conſilia Ioan. de ana. Cum ergo ſit Hector legitimatus, ad feuda admitti po-4 teſt. & debet. † Sed poſito, non tamen conceſſo, qd iſte eſſet contractus emphyteuticus, adhuc dico, q poteſt ſuccedere in iſtis bonis emphyteuticis eccleſiæ. Nam primo & ante omnia inueſtiens in inueſtitura uocat omnes filios, & libertos, & deſcendentes. Et licet poſſet dubitari an iſte ſit de filiis uel liberis, tamen non poteſt negari, quin ſit de deſcen-5 dentibus. & hoc † uerbum infallanter ſibi conuenit, & applaudit de qua inueſtitura per uerbum deſcẽdentibus poſuit Alexan. de Imol. in conſil. xxix. in quinto uolumi. an alienatio feudi &c. & in conſilio xxij. in eodem quinto uolu. incipien. an ſi inueſtitura &c. & in conſi. ix. incip. ſi quis recepit &c. & Bal. in conſi. lxxxij. in prima parte conſiliorum ſuorum 6 incipi. proponitur &c. † Præterea doctores, qui cõcludunt, quòd in bonis emphyteuticis eccleſiæ legitimatus non ſuccedat: loquuntur in caſu penitus diuerſo noſtro, ſcilicet quando quis legitimatus eſt, ſed non ad feuda, prout fuit iſte, & nõ ſolum ad feuda, ſed ad unum, quod eſt fortius ſcilicet ad feuda etiam eccleſiaſtica: ut pridie etiam demonſtraui & ita ſonat eius legitimatio emanata ab eo, qui potuit hoc facere, prout fecit. Ergo multo magis debet admitti ad bona emphteutica etiam eccleſiæ attenta doctrina Ange. in ſuo conſilio. ccxc. ubi concludit quod legitimatus a Papa uel ab habente cauſam ab eo, intelligitur legitimatus in terris legitimantis uel authoritatem legitimandi præſtantis in omnibus, & per omnia, ſuper quibus præſtans authoritatem habebat facultatem & poteſtatẽ. Ergo ita dicamus, in propoſito ex quo Papa habebat poteſtatem ſuper his, intelligitur legitimatus ad hæc. Præterea nonne legitimatus eſt ad dignitates ſeculares iſte, prout ſonat legitimatio certe ſic. Ergo plus eſt quod admittatur ad dignitates ſeculares, quam ad bona empbyteutica eccleſiæ, in quorũ ſucceſsione non ineſt dignitas vel honor. Sed potius quædã ſeruitus ratione vaſaligij & recognitionis. 7 Itaque † nõ eſt abſurdum, quod admittatur ad iſta bona emphyteutica eccleſiæ. Præterea præſupponunt doctores qui dicunt legitimatum non ſuccedere in talibus bonis eccleſiæ, quod inueſtitura ſonabat pro filiis legitimis & naturalibus, & ſic erat ſtrictior prouiſio, quam ſit in caſu iſto. Præterea præſuppoſunt doctores extare alios legitimos & naturales. quo caſu fatendum eſt quod legitimatus non admittitur, ne præiudicet illis. Sed in caſu iſto non ſunt filij alij quibus præiudicaretur, ſi iſte admitteretur. Nam ſolum ſunt fœminæ, quæ ſunt excluſe ex verbis inueſtiture. & iuxta notata p dominum meum Alex. de Imo. in conſil. primo, in 5. volu. in octaua col. incip. an ſtantibus verbis &c. & in conſil. 9. in eodem 5. vol. incip. ſi quis recipit &c. & in dicto conſil. 10. de quo ſupra feci mentionem in

in alio proposito. & in consil.xxv.in eodem quinto
uolu. incipien.an bona præsumantur feudalia &c.
& in consilio xxij.in eodem nolu.incip.an si inue-
ftitus &c. & In consi. secundo incip. extant solen-
nia &c.Quod consilinm est repetitum in primo vo
lu.in numero xxx. uitio impressorũ. & Paulum de
Cast.in consil.clvj.incipi.quod istud feudnm &c.&
Rapha.cuma.in consilo xcix.incipi. quædam pos-
sessio solito &c.& in consilio cxxxvii.incipien.feu
dum fœmineum & in consilio clxiiij.incipiente feu
datarius uel emphyteuticus &c.& Raph.Fulgo.in
consi.4. incipiente:in feudo paterno &c. & etiam
in consil.visi.incip.filia fœmina an succedat &c. &
in consi.ccxx.incip.feudum nobile.&c.& Cardina.
in consil.lxiiij.incip.priuilegia imperratorum &c.
& Bald.in con.fisecundo in erima parte consiliorũ
suorum incipi.de quæstione &c.& Bald.in consi-
lio ccclxxxv.in eadem prima parte consiliorum suo
rum inci.factũ tale est &c. & in consilio ccccxxxiij.
in eadem prima parte consiliorum incipi. fœmina.
&c.& Bald.in consi.cccj.in 3. parte consiliorum in
cip.in bonis feudalibus &c.& Ang.in consi.ccxlij.
inci.an filius possint &c.& Ange.in cõsil.clxxxiiij.
incipien.de locatione facta uni &c.Ergo cum non
militet ista ratio,dicam indubitanter,quod iste ad
mitti potest. & ista ratio fuit allegata in terminis
nostris per Pe.de ancharano in suo cõsil.ccxxxvi.
incip.casus talis est,fratres &c.in uersiculo ex tem-
pore priuilegii &c.ubi præsupponit extare alios,
quibns præiudicetnr.Itaque non sumus in casu do
ctorum.† Et hoc apparet responsum ad aliud,quo
2 quæritur an scilicet si etiam illustris dominns Ioan
nes non habuisset facultatem legitimandi quo ad
hoc,potuisset iste legitimatus admitti ad bona ista
propter uerba inuestituræ quæ non loquuntur de
legitimis & naturalibus sed de liberis & descen-
dentibus masculis &c.Quæ uerba ostendunt aper-
te,quod inuestiens non curauit de alio, nisi de mas
culino sexu. Itaque credo indubitanter quodad-
mittentnr.Nam doctores qui præsupponunt legi-
timatos non admitti ad talia bona, dicũt quod in-
uestitura sonabat in filios legitimos & naturales
uel saltem in filios uel liberos &c. Quæ uerba non
sunt in casu isto, si bene ponderentur uerba inue-
stituræ. Sed sunt alia nerba, apta comprehendere
istum, scilicet uerbum , descendentibus &c. quod
est maioris compræhensionis.Itaque de primo ad
ultimnm concludo omnino istum Hectorem ad-
mitti debere ad ista bona, siue uelimus , quod sint
feudalia,pront uere sunt,sine sint emphyteutica.
Nam in omnem euentum admitti debet.& in spe-
cie,qnod legitimatus succedat in feudo,allego Bal.
in consil.6.in prima parte consiliorum suorum in-
cipiente:thema &c.& Bald.in consi.cccxxx.in eadẽ
prima parte consiliornm suorum, incipiente: ad
enidentiam &c.ubi singulariter loquutus est more
suo,ut nidere potes.

Et ut supra scriptum est , dico consulo , & iure
esse dico, ego Ludo.Bologninus. V. Iuris Doctor
& æques : sacri palatij apostolici aduocatus consi-
storialis : iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetu-
stissimo regiæ ciuitatis Boñ.patriæ meæ studio.Et
in finem præmissorum,me propria manu subscrip
si,& solito sigillo sigillari feci.. Laus Deo eter
no,& beato Dominico aduocato meo.Amen.

CASVS CONSILII LXII.
SATIS EST.

MArtinus Et Maria coniu-
ges & in matrimonio con
iuncti hispalenses,de licẽ
tia illustrissimi ac serenis-
simi Hispaniarum regis fe
cerunt unum maioricatũ
in quibusdam bonis eo-
rum , contribuendo tot
bona pro quolibet, ut valerent decem mille
ducatos.Qui coniuges dictum maioricatum
fecerunt, & per uiam testamenti cum reser-
uatione reuocandi ad libitum suum. Cum
hoc etiam quod ea bona essent inseparabi-
lia & transirent primo ad primogenitum no
minatum , tunc existentem in rerum natura.
& si decederet ipse sine liberis , transiret ad
Caium secundo genitum.& deficientibus no
minatis prædictis succederet proximior in
eodem maioricatu.Quibus sic peractis dicta
domina Maria ante eius mortem reuocauit
maioricatum , & fecit testamentum: in quo
instituit aliquos hæredes secun-dum uolunta
tem suam.& postea mortua est. Vnde orta est
contentio inter eius hæredes ex parte una.
& dictos filios ex altera.Vnde quæritur pri-
mo,an potuerit hoc testamentum facere,cũ
in licentia eis data hoc non diceretur.Secũ
do dubitatur,an ambo dicti coniuges potue
runt sibi facere reseruationem prædictam in
dicto maioricatu.Tertio , an hoc stante,po-
tuerit unus reuocare sine alio,& sic separa-
tim.Quarto dubitatur , an mortua dicta do-
mina Maria dictus secundogenitus præfera
tur scriptis hæredibus per eam.Et an ei præ-
ferantur filii eicti Titii primogeniti per ea
uerba,si sine liberis decederet,&c.In quibus
omnibus quæsitis consistit omnis consulta-
tio transmissa ad celeberrimum doctorem
dominum Ludouicum de Bologninis de Bo
nonia,legentem in studio Bononiensi:& quę
ritur quid iuris,de omnibus prædictis .

SVMMARIVM.

1 *Voluntas nostra in bonis nostris , ambulatoria est usque ad mortem.& nu. 17.*
2 *Testandi facultas,an possit cui tolli,accedente etiam iuramento.*
3 *Maioricatus natura,constitutio,& regula in partibus hispanis.& nu. 11 ,& 18.*

4 *Romana urbis consuetudo, an sit ubique seruanda.*
5 *Satuta & consuetudines ciuitatum, an seruari debeant in comitatu earum.*
6 *Princeps quibus moueri potest ad concedẽdum maioricatum cuiquam in bonis suis.*
7 *Maioricatus quantum adferat utilitatem & præsentibus, & posteris. Et eius authoritas. nu. 9*
8 *Regum potestas, an iure positiuo, an diuino nitatur.*
10 *Maioricatus, non potest pacto, aut conuentione aliqua alterari. & nu. 14. 19.*
11 *Marchionatus, ducatus, & comitatus an diuidi possint. Et quid de aliis feudis inferioribus. nu. 13*
15 *Maioricatum semel constitutum de uoluntate superioris, an quis possit reuocare.*
16 *Maioricatus reuocandi potestas, an possit concedi a principe, de potestate ordinaria. & nu. 21.*
20 *Princeps in maioricatus constitutione, an possit sibi reseruare potestatem reuocandi, in totum, uel in partem.*
22 *Conditio, si quis decesserit sine liberis, &c. an expiret mortuo quopiam, cum unico filio tantum.*
23 *Verba, si quis decesserit sine liberis, &c. an inducant dispositionem in persona liberorum. Et sic an liberi ueniãt ex testamento uel ab intestato. Et ea uerba quomodo accipiantur. nu. 26. 28. & 29.*
24 *Liberi, quantumcunque conditionaliter prolati, quando habeantur pro institutis in testamento.*
25 *Secundogenitus, an uero nepos ex primo filio præmortuo succedat in regno. uel maioricatu. & nu. 29. 30.*
27 *Dispositio testantium intelligitur secundum statuta & consuetudines loci & regni sui.*
38 *Argumentum a contrario sensu, non debet sumi, ubi resultaret absonus intellectus: aut contra legem aut ius commune.*

CONSILIVM LXII.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Viso igitur puncto mihi prrecto, & ordinatione maioricatus iam facta per Martinum & Mariam coniuges, cum licentia a principe eius prius & potestate per hoc de gratia singulari concessa: ne possent unũ aut plures facere maioricatus, & conferre, cui mallent suorum filiorum &c. Et uisis dubitationibus exinde subortis: super quibus petitur consilium. Obmisso multiloquio, prout mei moris est maxime, cum ueritas in paucis consistat. Dico, quod Caius secundogenitus dictorum Martini & Mariæ habuit & habet omnimodo plenissimum in toto maioricatu. nec potuit dicta domina Maria reuocare maioricatum prædictum pro parte sua, uel aliqua, nec de eo aliquid disponere in eius Caii præiudicium, prout supra probabimus. Ex quibus omnibus deducendis per nos apertissime constabit de iuribus dicti Caii. Capio igitur primam dubitationem principalem, qua quæritur, an † dicta domina Maria potuerit reuocare hunc maioricatum pro parte sua hoc est respectu bonorum suorum in eo maioricatum existentium per eam positorum in eiusdem constitutione prout fecit. In quo prima facie uidetur dicendum, quòd sic. quia uoluntas nostra est, & esse debet in bonis nostris ambulatoria, semper usque ad mortem l. 3. in fi. ff. de adimen. lega. Et liberum debet esse semper disponendi arbitrium, quod postea nunquã redit. l. 1. C. de sac. sanctis ecclesiis. Et † hinc est, etiam quòd dicimus, quod non potest libera dispositio testandi alicui tolli, etiam cum iuramento, quin semper possit & ualeat mutare testamentum suum & quamlibet uoluntatem: dato, quòd instituerit quem hæredem, uel promiserit instituere. l. stipulatio hoc modo concepta ff. de uerbo. obli. reg. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. Et posuit glo. in c. ultima uoluntas xiij. quæstione. 2. & Io. an. in regula, quod semel. de reg. iur. libro 6. in mercurialibus. & Bart. in l. si quis in princi. ff. de legatis. 3. & Bald. in c. 1. §. sacramenta. in titulo de pace iuramen. firman. & Bald. in d. l. 1. in fine, in repetitione sua de sacrosanctis ecclesiis. & Bald. in authen. hoc ius. C. de testamen. & Ange. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. & Io. de imol. in c. cum contingat. in primo membro, extra de iureiurando. & scribentes magis communiter in l. fi. C. de pactis. & in l. pactum, quod dotali. C. de colla. & d. l. stipulatio hoc modo concepta. de uerbo. obli. Præterea in re sua, quilibet est moderator & arbiter l. in re mandata. C. manda. cum simi. Ergo si dicta domina Maria fecit maioricatum prædictũ pro parte, cum bonis suis: & per uiam testamenti ut mihi in facto præsupponitur, ponendo aliqua sua propria bona in eo maioricatu. & dictus Martinus eius maritus posuit in eo etiam aliqua sua bona, licuit dictæ dominæ Mariæ de parte bonorum suorum disponere ad libitum. & reuocare omnino dictum maioricatum, quantum fuit pro parte sua utpote domina de rebus suis. Et eo maxime, cum in constitutione dicti maioricatus expresse sibi reseruauerit facultatem reuocãdi. Nihilominus prædictis non obstantibus, quæ uere non obstant, si bene & mature ponderentur, in contractum puto fore ueritatem in hac prima dubitatione. In qua primo, & ante omnia pro intelligentia præsuppono aliqua quæ diligenter consideranda sunt pro decisione præsentis quæstionis, & etiam omnium aliarum subsequentium: de quibus in puncto isto quæritur. Nam ex his præsupponendis plurium dependet tota uirtus præsentis consultationis. † Primo igitur dico, quod iste terminus maioricatus, seu maiorie, considerandus est. Nam eius existentia, & natura, & successio, & constitutio regulatur in omnibus, & per omnia secundum existentiam, naturam, & constitutionem & successionem ueri totalis regni hispalensis, quod regnum est caput. Et cõsiderari debet eius natura & existentia & successio, & constitutio & omnibus membris & inferiorĩbus dignitatibus, & maioricatibus seu maioritis existentibus infra terminos, & limites dicti regni, vtpote a quo, vt a vero & primo capite membra descendunt c. cum non deceat extra de præscri. Sicut † etiam dicimus, quod consuetudo urbis Romæ, quæ est caput mundi, seruanda est in omnibus prouinciis. l. 1. §. cum urbem. ff. de offi. præfec. urbis. ita etiam statuta & consuetudines ciuitatum † intelli-

gantur

guntur esse data & datæ, & seruari debent in earũ comitatu, secundum gloss. not. in l. ex ea. ff. de postul. Plus etiam dicimus, quòd nedum statuta & cõsuetudines ciuitatis debent attendi, & considerari in locis subiectis: sed aliquando eis deficientibus, consuetudo & iura locorum uicinorum, quæ non sunt nec stant, ut caput, seruanda sunt text. est in c. cum olim extra, de consuetu. & not. Inno. in c. dilecti extra de officio Arch. cum multis similibus. ita in specie & indiuiduo in maioricatibus hispalensibus reperio consuluisse solennem doctorẽ Pau. de Ca. in suo conf. clxj. inci. In Christi nomine Amen. In causa præsenti, quæ uocatur maiorice hispalensis &c. in prima col. de quo infra commemorationem faciemus. † Secundo præsuppono, quòd
6 ex duplici causa principaliter potuit & potest moueri princeps ad concedendum dictis coniugibus, ut facere posset maioricatum prædictum. Primo ob amorem ipsius erga eos, seu merita eorum erga principem impensa. Secundo, ut per hanc concessionem maioricatus & per ipsum maioricatum memoria ipsius principis perpetuo in descendentes eorum conseruaretur. Ita signauit hæc considerans in concessione maioricatus, uoluit Ludo. Ro. in suo consi. xxix. incip. in causa maiorie hispalensis &c. Ex quo infero, quòd † in constitutione ma-
7 ioricatus non solum uersatur utilitas eorum quibus fit concessio, & eorum descendentium, sed etiam publica utilitas concedentis, pro ipsius memoria perpetuo conseruanda, & pro regimine eorum, qui in maioricatu subiecti futuri sunt, de quorum interesse etiam & non leui tractatur. † Tertio
8 præmitto, quòd potestas regum fundata est non solum in iure positiuo, sed etiam in iure diuino: ut habetur prouerbiorum 8. ibi per me Reges regnãt &c. transumptiue in c. 1. §. deinde. extra de sacra unctione & legitur secunda Petri c. 2. Deum timete, regem honorificate &c. & de his late posuit O dr. in suo consi. lxix. maxime in 2. & 3. col. inci. consueuit dubitari &c. ubi post multa ita concludit. † Ex
9 quo ad rem nostram infero, quòd tum ratione concedentis, tum ratione consuetudinis existentis in maioricatibus regni hispalensis talis ordinatio maioricatus est maxime authoritatis & fundata eodem iure positiuo & diuino, & eius stabilitas firmissima est, & mirabiliter radicata, adeo ut non ualeat eneruari, tolli, uel minui, quoquomodo per ipsummet concedentem, & multo minus per eos, quibus concessio facta est, & multo minus per unum
10 ex eis. Quarto † præmitto, quòd regnum, & per cõsequens hæ dignitates maioricatus, quæ regulantur omnino eisdem consuetudinibus, & iuribus secundum Pau. de Cast. in dicto consilio. clxj. in secunda colu. de quo etiam infra statim dicemus. non possunt pacto, seu conuentione aliqua alterari. capitulo dilecti. extra de maiori. & obedien. & in capitulo, dilecto. de instrum. & uoluit Oldr. in suo consil. ccxxxj. in ultima colu. in fin. incipien. ut eius de quo quæritur &c. Ex quo infero, quòd in constitutione huius maioricatus non potuit altera. i eius natura, & existentia & ex quo dicti constituentes uoluerunt consequens, necessarium fuit, ut uellent antecedens da illud. l. ad rem mobilem & l. ad legatum. ff. de procu. cum multis similibus, quæ breuitatis causa obmitto, & maxime cum lectiones no-
11 stræ quotidianæ me satis opprimant. † Quapropter his præmissis, pro nunc contentus, redeundo ad rem nostram, dico quòd ille modus & illa existentia & ordinatio & successio primæ geniturę: & omnes aliæ regulæ, quæ reperiuntur iamdiu fuisse sunt in totali regno hispalensi. & in eiusdem totalis regni dispositione, & existentia, & constitutione, & ordinatione, in quacunque alia dispositione eius: & eiusdem successione omnia præcise seruari debent in ordinationibus, & constitutionibus, & postea in successionibus inferiorum dignitatum, & maioricarum, in eo regno existentium & constitutarum. Ita in terminis loquens de maioricatibus hispalensibus, uoluit Pau. de Cast. in dicto consil. clxj. in prima columna. in uersiculo primo ex dicta regni &c. cuius decisio diligenter notanda est in proposita consultatione. Nam aperit nobis uiam in hac prima dubitatione. & in cæteris omnibus subsequentibus. Nam si de existentia, si de constitutione, & ordinatione maioricatus, & de eius successione, iudicare debemus omnino secundum existẽtiam, & ordinationem, & totalem naturam, & successionem ipsius totalis regni hispalensis, quis est qui dubitet, quòd dicta domina Maria non potuit reuocare dictum maioricatum pro parte sua, nec etiam pro minima parte: cum ius maioricatus censeatur esse quid in diuiduum, & inseparabile in se, & talis esse, sicut & ipsum regnum. & quemadmodũ ipsemet Rex non posset de regno, nec de maioricatibus ordinat is: etiam pro minima parte disponere, sed eorum successio deuoluitur ad primogenitos & gradatim in aliis consuetudin. regni. Ita & multo minus ipsi constituentes maioricatum, & multominus unus ex eis solus potest aliquid facere
12 contra consuetudinem regni. † Hinc est quòd dicimus quod tanta est uis, & ius consolidationis inseparabilis in talibus, ut diuidi non possit nec ducatus, uel marchionatus, uel comitatus c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohi. feu. alie. per Fede. & uoluit gl. in l. cõmuni diuidum. ff. communi diui. in princ. ut glo. in c. licet in glo. fi. extra de uoto. & firmat Spe. in tit. de feudis. §. 2. uer. 34. & Bald. in l. inter tutores. in fi. ff. de admini. tut. & Bart. in suo cõsi. inc. ex facto proponitur, quòd nobiles. &c. & illu. do. meus Alexan. de Imo in suo consi. 6. in v. uolu. consiliorum suorum, incipi. an feudum comitatus diuidi possit in consi. 7. immediate sequenti incipiente an unus ex uasallis &c. maxime in 2. colu. ubi dicit, quòd feudum, commitatus, & marchiona-
13 tus, & ducatus diuidi non possunt. & in † hoc differunt ab aliis feudis inferioribus ut ibi per eum late examinantem istum passum, super quo nõ multum insisto nũc: cum hoc clarum sit quod regnum, ducatus, comitatus, & similes non recipiunt diuisionem, sed insolidum deferuntur ad primogenitos, & regulantur secundum consuetudines eorum, nec est in facultate regis alterare uel innouare aliquid circa successiones in regno, nec in similibus secundum consuetudinem etiam regni, & locorũ,
14 ubi hæc uigent. Ergo † stantibus prædictis, non fuit licitũ quoquomodo dictæ dominæ Mariæ re-

uocare

uocare dictum maioricatum, pro parte bonorum suorum, sed nec etiā potuit de minima parte eius disponere uelle suum, nec in eo amplius post eius constitutionē habuit uelle, nec nolle, nec potuit: ut ita dixerim dismēbrare seu lacerare qd indiuiduū: & honorabile in naturam regni constitutū, & iam subiectū cōsuetudine regni in successione, & in oī existentia, & in qualibet alia eius dispōne, tanquā si esset propria successio, & ordinatio ipsius totius regni hispalensis, secundum Pau. de Cast. ubi supra in consilio praedicto. Et tanto magis hoc procedit, cum in constitutione dicti maioricatus, de quo agitur, interuenerit dispositio mutua & reciproca dicti Martini eius coniugis simul & semel dictum maioricatū ordinantis una cum dicta domina Maria perpetuum: cum hoc quod ea bona in maioricatu constituta, essent coniuncta semper & non separabilia, & quòd proxime coniunctus deficientibus

15 nominatis in dicto maioricatu succederet &c. † Unde dato, & non conce. ≈sso, quòd potuisset reuocari dictus maioricatus per eam pro parte, non potuit reuocari, nisi interueniente consensu eiusdem Martini, & eorum nominatorum, & aliorum, quibus iam erat ius quaesitum ex legis dispositione, & ex consuetudine dicti regni hispalensis, & spes orta erat: cum unum quodque uinculum soluendum est eo modo quo ligatum est. & non aliter, nec alio modo l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. l. sicut. C. de act. & oblig. Sed ut dixi stante dicta constitutione maioricatus quae in omnibus & per omnia habet uim successionis ueri, & totalis regni hispalensis, non potuissent etiam dicti coniuges ambo simul & semel amplius aliquid innouare, post constitutionem dicti maioricatus, sicut ex ipsemet in ipso regno hispalensi, & in eius successione quoquomodo disponere non posset nec potuisset, stante consuetudine in dicto regno hispalensi in praedictis & circa praedicta: & taliter, ut merito dicere possimus. Est modus in rebus sunt certi denique fines. Quos ultra citraque nequid consistere rectum, & iuxta l. minime. ff. de leg. cum simil. b. Et tanto magis etiam hoc procedit in casu nostro, cum in ordinatione dicti maioricatus, praecesserit licentia ipsius principis, quae uere influxit, & dedit robur, &

16 uim tali dispositioni. Adeo, † & taliter quòd non possunt dicti coniuges amplius in aliquo dictam dispositionem alterare uel reuocare: quia his omnibus substantialibus & formaliter accedentibus semel facta fuit quaedam dispositio ad instar ordinationis regni ueri, circa quam non posset etiam princeps met aliquid innouare contra consuetudinem regni sui de potestate ordinaria sua. Et per consequens stantibus his nulli dubium est, quòd dicta domina Maria non potuit reuocare dictum maioricatum pro parte bonorum suorum. Nec etiam potuit facere reseruationem praedictam cum licentia principis super hoc non praecessisset, & etiam quia dicta reseruatio nulliter facta fuit, utpote contra naturam constitutionis maioricatus: ut supra diximus. Ex quibus apparet non obstare ea, quae supra in principio allegata fuerunt in cōtrarium, ad quae etiam magis in specie nunc respondendo dico

17 † Et primo, non obstat dum dicebatur, quòd uoluntas nostra debet esse ambulatoria usq; ad mortem, & quod libera debet esse testandi dispositio, adeo ut etiam interueniente iuramento tolli non possit &c. & quod in re sua quilibet est moderator & arbiter &c. Quae omnia tendunt ad eundem finem, nam uera sunt in se, sed ea omnia tolluntur unico medio. nam procedunt, nisi ex natura rei ordinato semel lex uel consuetudo loci inducat contrarium. & ita est in casu nostro. nam postquam ea bona fuerunt ordinata & stabilita in maioricatum

18 assumpserunt † naturam ueri regni, tam iure positiuo, quam diuino, & secundum regni hispalensis cōsuetudinem in omnibus & per omnia regulari de caetero, debuerunt, & debent, ut eius membra: nec potuit amplius natura dicti maioricatus alterari, postquam sumpsit nomen maioricatus. Qui subiectus fuit, & est, & in aeternum erit consuetudinibus ueri regni hispalensis in omnibus & per omnia, existentibus nominatis, & etiam non nominatis. proximioribus de domo dicti Martini. Et multo magis hoc procedit cum consensus Martini in tali reuocatione non interuenerit, nec etiā authoritas principis concedentis, nec eorum quorum

19 praeiudicio tractabatur. Quae omnia † si etiam interuenissent, nescio quomodo potuisset illud corpus iam solenni et unitum, & eo nomine maioricatus baptizatum, dissolui uel alterari ex a illud qd semel assumpsit, nunquam dimisit &c. Sed postquā haec omnia in reuocatione ista non interuenerunt, non est opus de his disputare. & satis est nobis, quòd dicta dña Maria sola hoc facere non potuit, ut ex supradictis apparet & etiam ex communione istorum bonorum & admistione facta per eos coniuges dominium eorum fuit cōsolidatum in unum corpus. adeo ut nullus eorum posset amplius dicere istam, uel illam esse partem propriam. Sed ea bona erant communia, & utrinsque pro indiuiso, & simul & semel spectabant pariformiter ad utrunque sicut dicimus in sociis bonorum: iuxta ea, quae habentur in l. 1. & per totum. ff. pro socio. & per Baldum in l. penulti. in v. col. C. de condi. infer. Et unū plus habebant, quòd postquam sumpserant nomē, & ueram naturam maioricatus, subiecta fuere ordinationibus & consuetudinibus regni. In quibus facultas reuocandi uel alterandi constituentibus penitus ablata fuit, per ea quae supra deduximus.

20 Secundo † principaliter dubitatur an ambo dicti coniuges potuerint sibi reseruare potestatem reuocandi maioricatum praedictum in eiusdem constitutione, prout fecerunt: cū ad hoc licentia principis non extenderetur. In quo dico breuiter, ipso non, stantibus praedictis, in quaestione praemissa, nam cum princeps ipse concesserit eis facultatem condendi maioricatum, non dedit eis potestatem eum reuocandi. Unde potestas illa limitata, nō potuit per eos alterari. l. diligenter cū uulgaribus. ff.

21 manda. Imo si † princeps hoc concessisset de potestate ordinaria, non ualuisset, utpote concessisset unum cōtra naturam maioricatus, qui in omnibus & per omnia imitatur naturam ueri regni hispalensis. In quo regno non est nec fit talis reuocatio in eius ordinatione, & constitutione, & postea in suo cessione. Unde postquam nomen maioricatus hec bona

bona assumpserunt, nō potuit in eis induci aliquid contra ueram naturam propriam maioricatus, etiā principe hoc indulgente. l. nbi repugnantia. ff. de regulis iuris. l. 1. cum simi. C. de furtis. Sed tanto magis hoc procedit in casu isto, cum fine authoritate principis hæc acta fuerint, quod minime fieri potuit. d. l. nihil tam naturale, de regulis iuris. & dicta l. sicut de actio. & obligationibus. Ex quibus resultat etiam decisio tertiæ dubitationis principalis qua quæritur an posito & non concesso, quòd dicta reseruatio per eos coniuges fieri potuisset, unus potuerit sine alio reuocare, attento, quòd simul dictam constitutionem maioricatus & reseruationem fecerunt: in quo breuiter apparet dicendum quòd non. Cum dicta reseruatio per eos simul fieri non potuit, ut iam dixi, & probaui. Ergo multo minus dicta domina Maria solo hoc facere potuit, non accedente consensu mariti, & etiā principis, & omnium de domo, de quorum præiudicio tractabatur, ut etiam supra cōclusimus in 1. q. principali. A qua & a dictis in ea, dependent secunda & tertia dubitatio, & fere tota consultatio. Circa uero quartam quæstionem principalem, qua quæritur an mortuo dicta domina Maria, dictus Caius secundogenitus præferetur hæredibus scriptis per eam in dictis bonis a principio per eam positis in dicta constitutione maioricatus &c. Dico etiam breuiter, quod sine dubio stantibus prædictis: quia quam primum maioricatus constitutus fuit statim ex consuetudine regni, data fuit norma succedendi in eo, nec quisquam coniugum potuit alter ordinare de per se, nec etiam ambo simul, quod est fortius, ut supra probauimus. & ex ibi dictis deciditur etiam hæc quarta quæstio principalis. Ideo in ea non multum insisto. & infra etiam clarius decebitur in ultima dubitatione principali. Ultimo superest, ut attingamus quintam dubitationē, quæ habet an dictus Caius secundogenitus sit exclusus a successione prædicta, & ex alio capite a toto maioricatu. S. ex quo Titius prædictus mortuus fuit cum liberis, qui tamē postea mortui sunt. Et prima facie uidetur dicendum, quòd sit propter tenorem dicti maioricatus, ubi dicitur expresse, ꝙ si Titius decederet sine liberis, maioricatus descenderet ad Caium secundogenitum. Ergo a contrario sensu Titio mortuo cum liberis, prout est conditio illa expirauit. & in consequentiam dictus Caius exclusus est perpetuo in eo maioricatu, in totum: iuxta tex. in l. 1. cum ibi no. C. de condi. insert.

22 & in l. non est sine liberis. ff. de uer. sign. ubi † ea uerba, si quis decesserit sine liberis, uerificantur, ut quis non dicatur mortuus sine liberis, etiam unico tantum filio relicto & uoluit dominus meus Alex. de Imo. in consi. cviij. in 2. col. in primo uol. incipi. An per illa uerba &c. Unde in proposito nostro si

23 ue uelimus ea † uerba: si sine liberis decederet, & cet. inducere dispositionem, iuxta text. in l. pen. ff. de colla. dotis & in l. ex facto. ff. ad Trebel. & in l. unum ex familia. §. fi. ff. de legatis secun. do. & per no. per Bar. in l. gallus in prin. ff. de liberis & post. & Barto. in l. si quis cum. §. fi. ff. de vulg. & pupil. & Bar. in l. cohæredi. §. fi. per illum tex. eo. ti. ubi concludit, quòd per hæc uerba conditionaliter prolata, si filius meus me uiuo morietur nepotem instituo, uidetur institutus filius. & per no. per Bald. in d. l. 1. in lectura antiqua. C. de condi. inser. & per Saly. ibidem post eum. per Lud. Ro. in l. si cum dotem in prin. ff. sol. ma. qui fuerunt in hac opinione quòd per illa uerba, si Titius sine liberis decesserit, Caium substituo & cetera, uidentur liberi tacite ex testamento uocati. Siue uelimus tenere, quòd liberi per ea uerba conditionalia ueniant ab intestato, per text. in l. si quis ita hæres instituatur. cum glo. ff. de hære. instit. & in l. potest cum l. seq. ff. de valg. & pupil. & in l. generaliter in princ. C. de instit. & substit. sub condi. fact. & in l. 1. secundum aliquos ibi. C. de pactis. & per multa alia de quibus per scriben. post gloss. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. instit. maxime Iacob. de are. Ci. Roy. Barto. Bald. Ange. & Ioan. de Imol. ibidem & Barto. in l. centurio. ff. de vulga. & pupil. & Bart. in l. si sic. ff. de legatis tertio & Bald. in l. quod satis in penul. colum. C. de bo. quæ libe. & Petrum de Ancha. in ca. si pater. de testa. libro sexto. & in suo consilio cxxvj. incip. ponderanda &c. & in c. in præsentia i uersiculo decimo quæro, & in repe. sua extra de probatio. & Paulum Castr. & Ioannem de Imola in l. filiusfamil. §. cum quis. ff. de legatis primo. ubi attestantur secundam hanc esse magis communem opinionem, pro qua etiam sæpenumero dominus meus Alexander de Imola consuluit, & maxime in consi. cxcix. in secundo uolu. incip. an ista uerba: filium instituo, & cetera. & in consi. cviij. per totum, in primo uolu. incipiente: an per illa uerba: si filius meus &c. & in consilio lxvj. in 2. uolu. incipiente: de certa substit. &c. & in consil. 13. in quarto uolu. incip. uisis & perlectis uerbis testamenti &c. cum multis aliis similibus, quæ breuitatis causa obmitto. Et pro qua opinione aliquando ego etiam consului, cum una modificatione singulari, tradita in hac materia p Saly. in lege prima in fine. C. de condi. inser. & per Pet. de Ancha. in suo consilio lxxj. incipien. contra Philippum faciunt scripta per Barto. & Bald. post glo. in l. Lucius &c. ubi uoluit tunc demum procedere doctrinam illius glos. & opinionem supra relatam, quando post gradum filiorum decedentium sine liberis non prouidit testator, nisi de alio substituto.

24 Sed † si prouisio facta esset de secundo & tertio, & ulteriori gradu, in quibus gradibus saltem ultimis forte uocabantur extranei, hoc casu liberi, secundum eum quantumcunque conditionaliter prolati habentur pro institutis in testamento. ut ibi per eum, dicentem istam modificationem ad dictam gl. in dicta l. Lucius uideri sibi iustissimam & equā nec posse dici contrarium. ut ibi per eum, cum quo alias in contingentia facti consulendo pertransiui. Tamen uidetur, quod dictus Caius non possit admitti cum ille casus in quem ipse uocatus est, siue illa uerba sint dispositiua, siue conditionalia defecerit. nam certum est omnino dictum Titium decessisse cum liberis: ergo &c. Sed ipse uocabatur eo casu, quo Titius mortuus fuisset sine liberis. Ergo postquam cum liberis mortuus fuit, iste exclusus extitit a contrario sensu quod argumentum pcedit. l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius, cui man. est iuris. l. conuenticulam. C. de episcopis & cleri-

cis.

cis.l.inter socerum.§.cum inter.ff.de pactis dota. l.qui testamento.§. mulier. cum similibus.ff.de testamentis. Nihilominus in contrarium arbitrio, fore ueritatem.& ad hoc dicendum,moueor,multifariæ multisque modis. Et primo,quia posito quòd esset Caius prædictus exclusus ratione defactus dictæ conditionis liberorum existentium, & qui semel extiterunt ex Titio,(quod non est ut infra probabo.)tamen admittentur omnino ex alio capite contento in cōstitutione dicti maioricatus. In quo dicitur quod deficientibus nominatis in dicto maioricatu admitti debeat proximior &c. Sed iste Caius reperitur esse proximior, coniunctus, maxime maior natu. Ergo debet admitti uigore dictorum uerborum & ratione proximitatis & maioris ætatis,quæ in his considerantur. Vel secundo dicamus quòd stante pluralitate graduum, quæ reperitur esse in dicto maioricatu, illa uerba deficientibus nominatis &c. important dispositionem,& uocant dictos nominatos, nam illi sunt ablatiui absoluti, qui prolati ab habente potestatem, inducunt ius fidei com.l.fideicommis.§.cum esset.ff.de legatis tertio iuncta theorica Petri de Ancharano.in consilio p̄allegato.lxx.de quo supra feci mentionem. nam sicut illa uerba :si sine liberis decederet &c.data pluralitate graduum, disponunt,& ipsi liberi admittūtur ex testamento dispsitiuæ. ita illa uerba deficientibus nominatis,& sonantia in conditionē important dispositionem, & nominati omnes uidentur

25 uocati ex testamēto& dispositiuæ.† Vel & tertio dico.& ad hoc aduertatis, rogo, quòd dicti constituētes maioricatum qui sciebant ex consuetudine dicti regni hispalensis esse, quòd in maioricatu maior natu admittatur, uolētes tollere dubitationem si unquam euenisset casus, quo extitissent filij dicti Titij, & dictus Caius secundo genitus qui repertus fuisset maior natu.& ratione maioris ætatis debuisset uel uoluisset præferri dictis nepotibus eius: iuxta plene notata per Pau.de Cast. in dicto consi. clxj.& per do.Abb.in consil.lxxxv.incip.in præsenti quæstione &c. & per Lud.Ro.in consil. xxviij.incip.in causa maiore hispalensis &c. vbi proprie loquuntur omnes de maioricatu hispalensi in quodam Petro affa. In quibus locis late dispntant, quis præferatur in his maioricatibus. an patruus maior natu, an uero nepotes ex filio prædefuncto & concludunt post multa, nepotem etiam minorem natu, præferendum, utpote repræsentantem personā patris sui maioris prædefuncti, declarauerunt per hæc uerba mentem suam, etiam dictos nepotes ex Titio quantumcunque minores natu admmitti debere in dicto maioricatu, excluso dicto Caio secundo genito, eorum filio, etiam eis maiore. Non autem noluerunt per ea uerba inducere, quòd si dictus Titius mortuus fuisset cum filiis, qui filii postea deficerent, excluderetur dictus Caius. etiam dictis liberis deficientibus.& hæc fuit mens dictorum constituentium in uerbis prædictis: quæ etiā colliguntur ex alio. nam si secus diceremus, sequerentur absurdum maximum, scilicet quòd dictus Caius ob natiuitatem dictorum liberorum Titii postea tamen deficientium, perpetuo excluderetur: sed alii ulteriores in gradu. & minores natu admittentur, non obstante, quòd liberi nati ex Titio fuissent.& postea defecissent, cum hæc uerba si sine liberis &c.non respiciant nec referantur nisi ad p̄sonam dicti Caii, qui sic profecto fuisset, & esset deterioris conditionis, nō obstāte maioritate sua, & prioritate sua in gradu, quam alii minores natu & ulteriores. Vnde non est credendum propter hanc absurditatem ea uerba si sine liberis fuisse ita amare prolata ab ipsis constituentibus dictum maioricatum: ea ergo uerba, si sine liberis &c. in-

26 terpretantur hoc† modo, ut primo totius maior natu admittatur,& demum huius liberi,& successiuæ eis deficientibus, admittatur dictus Caius secūdus filius. & pro hoc facit tex. in l. prima. in fine. C.de condi.inser.in uersiculo, nisi contraria uoluntas &c. Et tanto magis hoc dico, attenta nat ura & successione dicti maioricatus,& similium dignitatum,& consuetudine uigente in regno, in succedēdo in talibus maioricatibus, secundum quam consuetudinem etiam interpretantur & interpretari debent uerba testatorum,& aliorum disponentiū, iuxta not.per Pet.de Ancha. in l.tres fratres. ff. de pac.& per Barto in l.hæredes mei.§.cum ita. ff. ad Trebel.in 3.col.in uer. & per hæc dico ultimo &c.

27 cum similibus.& sic† in proposito dicti ordinantes maioricatum, debent omnino intelligi ordinasse secundum consuetudinem regni, in quo talem

28 maioricatum constituerunt. Illa† ergo uerba intelligūtur hoc modo in materia nostro, ut dixi quòd primo Titius maior natu admittatur in eo,& post eum eius liberi, & post eius liberos Caius secundus filius. quo casu Titius dicitur decedere sine liberis, non considerato principio sui obitus: sed tēpore succedente & tractu temporis.& nunc maxime, quo dicitur decessisse sine liberis.& hæc fuit mens uera dictorum constituentium, si bene consideretur & interpretetur, prout debet interpretari secundum consuetudinem successionis dicti re-

29 gni, in similibus dignitatibus.† Et eo maxime hoc dico, quia illa uerba, si Titius sine liberis decederet.&c.& sic uidentur prima facie excludere dictū Caium, si dictus Titius moritur etiam cum liberis & sic a contrario sensu dictorum uerborum exclu-

30 deretur Caius. quod† argumentum a contrario sensu sumi etiam non debet, ubi resultaret absonus intellectus. ut in l.conuenticulam. cum ibi notatis. C. de episcopis & clericis. & l. cum patrem, ubi per Bart. Baldum & Saly. C.de constituti.inser, & in l. apud antiquos. C. de furtis. cum similibus. Nec etiam sumi debet tale argumentum, quando induceretur aliquid contra legem, siue contra ius commune: secundum Bald. in l.si quis.C.de furtis. & Pau.de Cas.in consi.cclxxiij.incip.statutū quod maior uigintiquinq; annis &c. Et ī consi.cccxxxvj. incip.statutum, quòd extante masculo, fœmina nō succedat,&c.cum similibus. Sed in casu nostro, primo resultaret absonus intellectus; quia illa uerba, exculderent proximiorem in gradu, & maiorem natu in dicto maioricatu,& non alios ulteriores in gradu:& minores natu & etiam esset contra legem seu consuetudinem succedendi, existentem in dicto regno, in talibus maioricatibus,& similibus dignitatibus, quæ minime dicēda sunt ut habetur in

loci s

locis præallegatis,& in multis aliis, quæ breuitatis causa ommitto:ergo &c.† Ex quibus omnibus cōcludo dictum Caium secundo genitū ex dicto Martino & Maria, admitti debere & præferri ceteris omnibus de domo sua in toto illo maioricatu, & multo magis eum præferri hæredibus scriptis, per dictam Mariam in ea parte bonorum suorum, quæ ipsa indebite, & iniuste & nulliter reuocauit: cum talem reuocationem minime facere potuerit, nec etiam reseruationem prædictam, vt ex supradictis in omnibus dubitationibus, de quibus supra, deductis clarissime apparet &c. Laus Deo.

Et vt supra scriptum est,consulo,& iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus, V. Iur. doctor, & æques: sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ, patriæ meæ studio. Et in fidem, præmissorum, propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo,& Beato Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII LXIII. TALIS EST.

Stante Statuto regiæ ciuitatis Bonon. sub rubrica de pœna ciuium, & aliorum habitantiū in ciuitate Bonon. exercentiū artem lenocinij &c. Inter alia cauetur, quòd leno seu exercens talem artē vilissimam, possit percuti, vulnerari, & iniuriari a quocunque &c. Quo statuto stāte, cōtingit quòd nobilis vir Virgilius ciuis Bononiensis de bargelinis, quadam die insultauit Barto.de losello dicto Tosino, qui erat etiā ciuis Bononiensis, & leno. qui Barto.cū uno ense ferro se defendens aduersus dictū Virgilium, demum a dicto Virgilio bargelino occisus est. Contra quē modo curia do.potestatis Bononiæ formauit inquisitionem de homicidio prędicto, per eum perpetrato, prout latius in inquisitione prædicta continetur. Nunc dictus Virgilius dicit se nō posse ne debere quoquomodo puniri, stante statuto, de quo supra, dic sponente contra lenones, vt possint impune offendi, iniuriari, & percuti. Replicatur contra eum, quòd si potuerit percutere vel offendere dictū Bart. vt lenonem. attamen non potuit, nec debuit eum ex toto occidere, cum statutum de occisione non faciat mentionē, ut patet ex eius tenore. Quibus stantibus, modo quæritur, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Statutum permittens quem impune offendi, vel vulnerari, an intelligatur facere illum actum licitum.*
2 *Offensa, an dicatur, quod sit per trai undiam.*
3 *Offendi qui potest ex forma statuti, si se defendat, an possit occidi, propter defensionem eius factam aduersus actum licitum. Limit.num.6.7.*
4 *Capi si quis non se permittit a familia potestatis, & occidatur, an propterea illi de familia debeant de homicidio puniri.*
5 *Statutum loquens de homicidio puniendo, quo intelligatur.*
8 *Bonon. statuti disponentis contra exercentes artem lenocinij, quis sit intellectus.*
9 *Offendi qui potest ex forma statuti, an possit occidi.*

Initium Sapientiæ, timor Domini.

CONSILIVM LXIII.

Cor mundum Crea in me

Deus:& spiritū rectum innoua in visceribus meis: vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati consona sunt, in medium afferre valeam. Viso igitur statuto seu reformatione inclytæ ciuitatis patriæ meæ Bononiæ, sub rubric.de pœna ciuium & aliorum habitantium in ciuitate Bononiæ, exercētium artē lenocinij &c.maxime in §. & quòd quilibet talia leno posset impune a quocunque percuti, iniuriari, & offendi, & vulnerari, citra mortē &c. Necnon visis verbis inquisitionis formatæ contra & aduersus nobilem virum Virgilium, filium magnifici & generosi viri Gasparis de bargelinis, vt homicidam & contra Gasparem & Ludouicum similiter de bargelinis, oēs ciues Bononienses. Et eius inquisitionis verbis omnibus diligenter & mature pensatis, maxime in ver. dictus Virgilius armatus, vt supra insultauit Bartholomæum Pauli de losello dicto Tosini, ciuē bononiensem, de capella sanctæ Magdalenæ, existentem in via publica & dictum Bartholomæū aufugientem, & se defendentē cum ense, quem habebat in manibus, prosequutus fuit &c. Et omnibus aliis ad præsentem causam facientibus diligenter consideratis, videtur dicendū prima facie dictum Virgilium condemnandum & puniendum fore penis introductis contra homicidas, videlicet pœna capitis secūdum dispositionem iuris communis, & etiā secūdum municipalē nostram prouisionem, loquētem de pœna homicidæ &c.primo quia ipse Virgilius dabat operam rei illicite, nam tendebat ad offendendum dictum Bartholomæum, quod quidem iuregentium & ciuili prohibitum est l.vt vim.ff de iusti. & iure.cum si. & per consequens debet teneri de omni eo, quod inde sequutum est l.qm̄ multa faciuora.C.ad l.Iul. de vi.l.eum,qui nocentem.§.pe.ff.de iniur.c.si. extra de homi.li.6.cum vulg.† Nec dicatur mihi, q̄ dictus Bartholomæus poterat impune percuti, iniuriari, offendi, ac vulnerari, vigore prædictæ prouisionis, in d.§.& quòd &c.quia respondeo, q̄ offensio hæc in persona sua, licet esset impunita: nō tamen videtur esse licita.nā in multis casibus maleficia sunt impunita, & tolerantur, nō tamen propter hoc sunt permissa seu licita.vt no.in c.omnis autē lex.4.dist. Vnde diuersum est dicere, quòd si quia possit impune offendi, prout in casu isto. & tunc offensa redditur impunita, sed non sequitur, quòd sit pmissa, vel licita. Sed ita est, q̄ reformatio præ-

dicta in dicto.§. & ꝙ quilibet talis &c.disposuit, ꝙ leno possit impune offendi:nõ aũt dicit licite possit offendi, ergo &c.Nihilominus prædictis nõ obstantibus, quæ vere non obstant, si recte & bene põderentur, in cõtrarium puto fore veritatẽ.ſ.dictum Virgilium non debere nec posse puniri, tanquã homicidã, nec de dolo.& de hoc primo nõ est vllo mõ dubitandum.Sed nec vt in aliquo culpabilẽ, sed oĩo absoluendum fore, & esse vt infra ostendã.Et primo præsuppono verba ꝑdictæ inquisitionis, de qua supra dum dicitur, ꝙ dictus Virgilius insultauit Bartholomeum &c. Nã iste actus insultationis absque dubio permittebatur, & permissus fuit sibi cõtra dictum Bartholomeum lenonẽ.& iste nõ poterat dici insultus, postq̃ erat impunitus.l.testamento cẽturio.§.fin.ff.de manu.testamento in ver. interpretationẽ placuit talẽ faciendam &c.† Sicut dicimus de eo, qui prouocatur ad iracundiam.nã offendens, nõ venit puniendus, & illa offensa permissa est, nec appellatur offensa.l.j.cũ ibi no.ff.de his, quibus vt indignis.& ꝑ Bar.in l.cũ te.C.de inoffi. testamẽto. & per Bart.in l.licitatio.§.quod illicite.ff.de publicanis.† Cũ ergo dictus Virgilius insultauerit dictum Bartholomeũ, hoc licite sine dubio facere potuit, vigore ꝑlibate reformationis, & nedum eũ poterat insultare:sed quod plus est, poterat ẽt vulnerare, & percutere.nam oẽs isti actus ei dẽ concedebantur ꝑ dictũ statutum, ex quo sequitur, ꝙ non licebat nec licitũ fuit dicto Bartholomeo se defendere, cũ ense ferreo, seu facere aliquã defensam contra eum. Imo faciendo contrariũ, prout in dicta inquisitione cõtinetur.(Et hic aduertite q̃so, nam hic iacet lepus) ipse fuit i culpa.casus est multũ notabilis in l si seruus l.C.de his, qui ad eccl.confug.in ver.quod si illum ẽt contigit in certatione & pugna q̃ contigit, nulla erit eius noxia &c.& in l.quemadmodũ §.magistratus.ff.ad l.Aquil.Et hoc ẽt cõfirmauit Iac.bu. in l.2.C.de his qui latro.vbi dicit † ꝙ si aliquis se defendit & non permittit se capia a familia potestatis, ꝑꝑ quod occiditur a familia, tale homicidiũ est omnino impunitũ.allegat tex.in d.l.si seruus.Ergo In proposito nostro cũ dictus insultus licentiatus esset, & esset permissus, & dictus Virgilius exequeretur actum licitum, & poterat ẽt vulnerare, & percutere: quod est plus, vt dixi, & omnia hæc faciebat, & facere poterat authoritate dictæ reformationis, sibi resisti non potuit & resistendo, & se cum ense Ferreo(quod est plus)defendendo, dictus Bartholomeus omnino fuit in culpa. Ergo sibi debet imputare casum postea contingentẽ culpa sua, in pso nam suã l.itẽ mella in prin.ff.ad l.Aquil.& facit qđ notatur in c.primo.extra ne prælat.vices suas.& sic dictus Virgilius nullo modo & ad nihilum puniri debet. Et ne stemus in verbis: quia apud sapiẽtissimos verba facio.& vt maior nostris detur audacia verbis.allego stupendum, & mirabile, & ad rem nostram accommodatissimum consilium Pau.de Cas. 194. incipiente: quoniam violentia infertur iuste, &c.vbi in terminis nostris decidit proprie casum nostrum, videlicet, quem ad nihilum debere puniri, stante statuto permittente quem posse impune offendi:† quando offensus se defendere voluerit.& respondet ad omnia supra in contrarium allegata de quibus supra diximus. dicendo quòd no est differẽtia vtrũ statutum permittãt, quẽ posse impune, vel licite offendi.Nã datio impunitatis, est permissio offensæ, scđm eũ, ꝑꝑ delictum, allegat tex.in l.j. ff.de litẽ iuran.cum ibi notatis. Vel scđo posito scđm eum & nõ concesso, ꝙ dicta offensa non esset licita, sed tantum impunita.& sic licitum fuisset resistere in se defendendo, quantũ ad hoc, vt si defendendo offenderet offendentẽ, non deberet puniri vtpote licite se defendes.tñ non sequitur, quòd ex offensa facta in ipsum se defendentẽ, debeat puniri offendens: cũ ipse exequeretur actum licitum & a statuto permissum, vt ibi ꝑ eum diligenter examinantẽ istum passum, & ẽt in fortioribus terminis loquentẽ: scilicet, ꝙ nedũ potest impune occidi ille, qui ex forma statuti offendi poterat, si se defendere voluit:sed ẽt potest occidi quicunq; alius in hoc resistens, & defendens illum, quod est fortius. Allegat tex.in d.l.si seruus.ita dicit Pau.de Ca.in dicto consil. 194.in penultima col.in versiculo, ad tertiã rõnem supra factam &c. Sed vltra Pau.de Cast.cõsidero ego rõnem.† Nam si licitum est familiæ potestatis occidere capiendũ, se defendentẽ, prout dicit Iac.butr.cõbononiensis in d.l.2.& prout supra retuli.Cui familiæ non permittebatur aliqua offensio, sed tantummodo permittebatur captura, q̃ est actus in se licitissimus, & nõ aptus ad mortẽ.multo magis permissum est occidere se defendẽtẽ, qui ex forma statuti nedum capi, sed vulnerari, & offendi poterat, prout est in casu nostro: & iste executor habet & habebat maiorẽ facultatem sibi a statuto cõcessam, quã familia potestatis in ea captura sibi cõcessa.Postremo, dato, nõ tamen concesso, quòd dictus Virgilius non veniret omnino, prout vere venit, per supradicta absoluẽdus: tñ nõ possumus dicere, ꝙ fuerit in dolo, nec põt puniri de dolo sed solum de culpa quia non temperauit se quod tamen temperare difficile fuit & est.& ideo minus puniẽdus veniret. Casus est in l. Gracchus in fine.C.de adulte.& voluit Io.And.in additio.Spe. in rubrica de homi.in fine.vbi dicit, quòd excedens modũ in vendicando, punitur de culpa, & nõ de dolo.& idẽ confirmauit in terminis nostris Paulus de Castro in dicto consil. 194.in vltima columna, in versiculo præterea posito ꝙ sibi licuisset &c.Considero etiã, ad fauorem dicti inquisiti, quòd licitum fuit ei occidere dictum Bartholomeum: cum dicti Gaspar & Ludouicus auxiliatores simplices essent solũ assistentes & associantes dictum Virgilium, prout sonat inquisitio prædicta, & nõ auxilium cooperatiuum præstantes.nã potuit dictus Virgilius magis excedere contra dictum Bartholomeum se cũ ense Ferreo, quem habebat in manibus defendentẽ, quã non potuisset si illi sibi dedissent auxilium omnino cooperatiuum, prout sonat inquisitio prædicta. Accedat pro confirmatione prædictorum doctrina eiusdem Pauli de Castro consilio 193.incipiente: quidam Nicolaus interfecit &c.vbi concludit, quòd vbicunque ex forma statuti conceditur aliquis actus, si homicidium inde sequitur, est impunibile, nec statuta loquentia de homicidio habent locum in isto faciente illam executionem, sibi a statuto permissam.& cessat dolus, siue quo nõ cõ

mittitur

mittitur homicidium puuibile. l.j.§.diuus.ff.ad l. Cor.de sica.& per alia de quibus ibi per eum. Cōfirmantur prædicta etiam ex theorica eiusdem Pauli de Cast.in consil.192.incip. in causa incarceratorū per dominum potestatem &c. Vbi similiter concludit, quòd vbicunque aliqua iusta causa subest in committente homicidium, non potest qois puniri de homicidio,& quòd quælibet causa etiam iniusta exclusat a dolo. Allegat not.in l.plagij.C.ad l.Iulia. de plagia.& in l.igitur de libe.causa cum mulris similibus, de quibus ibi per eum.& posuit do.meus Alexan.de Imo.in consil.75.in 3.colum.in 5.volu. incipien.videtur in præsenti consultatione &c & Rapha.Cuma.in consil.134.in fi.incip. vulneratus ab aliquo non letaliter &c.& Raphā.Fulg.in consi. 171.incip.si partea compromiserunt &c.& Cardi. in consil.44.incip.pro domino Christoforo &c.& in consi.94.incip.hæc est quædam inquisitio &c.& do.Abb.in consil.4.in 2.volu.consiliorum suorum incip.in quæstione quæ vertitur super impetratione &c. In quibus locis ponitur quomodo intelligatur statutum disponēs de homicidio scilicet de doloso & non culposo. Vnde possem adducere multa alia in simili: maxime, quando principium est licitum, & finis est reprobatus, an attendamus initium vel finem. de quibus non intendo dicere cū habeamus decisiones clarissimas. de quibus sopra faciētes pro omnimoda absolutione dicti Virgilij inquisiti,& maxime Pauli de Cast. in d.consil.194. cū aliis supra deductis. Ex quibus omnibus concludo partes domini iudicis fore, & esse debere, in eum omnimodo absoluendum & in nihilo condemnandum, stātibus rebus, prout stant.& maxime verbis dictæ inquisitionis in ver.se defendētem cum ense ferreo, quē habebat in manibus &c. quæ verba sunt maximæ importantiæ,& effectus pro victoria dicti inquisiti. prout ex supra deductis apparet extante, prouisione prædicta permittente offendi lenones & vulnerari & percuti &c. Pro quorum omniū cōplemento, non obmitto, quòd inquisitio prædicta continet, ꝙ dictus Virgilius insultauit dictum Bartholo.& sic fecit actum non personalem: secūdum Bal.in consil.incip.in Christi nomine, amen insultans & admenatio &c. contra quam actum se defendit,& cum ense ferreo, quod quidē non potuit nec debuit facere, cum & si vulnerasset, & percussisset se defendere non poterat. ergo fuit etiam in maiori culpa.& per consequens magis excusandus venit dictus Virgilius insultatus, prout in inquisitione continetur. Ad quam diligenter aduertatur, quia ex ea capimus victoriam dicti inquisiti, qui habet acceptare in parte & partibus contenta in ea,& dicere contenta omnino in ea fore vera. Et ex talibus productis videbit, si possibile est probare, quòd dictus Ludo. admenauerit contra dictum Virgiliū insultantem. nam ex admenatione etiam clarius doceretur de innocentia & omnimoda liberatione

8 ipsius. † Vltimo pro defensione dicti inquisiti cōsidero etiam aliud. nā ex quo statutum prædictum

9 permittit offendi lenonem, videtur etiam † permittere vt possit occidi. l. 3.§.fin. cum ibi not. per Barto.ff.de adi.leg.& voluit idem Barto.in suo cōsil.incipien.statuta castri plebis &c.& Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de homic.super rub.& Pau.de Ca. in dicto consil.194. incipien.viso suprascripto puncto &c. maxime, in penu.col.in ver.ad tertiam rationem.&c. Laus deo supremo, & diuino Dominico aduocato meo, amen.

Et vt supra scriptum est, consulo,& iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus, V. Iur. doctor, & æques: sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ, patriæ meæ studio. Et in fidem, præmissorum, propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo,& Beato Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII LXIIII. TALIS EST.

QVidam Ioannes quondā Raynerij de Mediolano, habens quinque filios masculos, legitimos & naturales, per plures & plures annos ante eius mortem, dictos eius filios diuisit, assignando vnicuique eorum portionem suam æqualem, & æqua lance, reseruando tamen sibi magnam portionē patrimonij sui, pro sustentando & nutriendo semetipsum prout condecens fuit, post diuisionem, sic, vt supra factam de eius bonis se reduxit ad habitandum cū Antonio eius minore filio. Cui de anno 1488. donauit certa bona immobilia & mobilia de his, quę sibi reseruauerat, & quorum partem postea aequisiuerat. & de quibus fecit cantare instrumenta in personam ipsius Antonij. Postea vero de anno 1490. dictus Ioannes suum condidit testamētum, in quo iure institutionis cōfirmauit vnicuique dictorum suorum filiorū partem ipsis filiis assignatam in uita,& sic portiones eorum unicuique assignatas confirmauit per uiam institutionis,& sibi hæredem instituit Antonium prędictum filium minorem natu, in dictis bonis, quæ sibi reseruauerat pro se nutriendo, & sustentando: ut supra dictum est. Demum, post conditum testamentum uiuente adhuc Ioanne prædicto Antonius prædictus uitam cum morte commutauit. Modo cōtingit dubitari de uiribus dictæ donationis,& de uiribus dicti testamenti. uidelicet, quātum sit pro bonis prædictis, quæ sibi reseruauerat. uidelicet an illa sint præcipua filiorū dicti Antonij· an uero sint æqualiter diuidenda inter filios, & nepotes dicti Ioannis, tanquam testamentum sit nullius momenti. item donatio sit inutilis propter reflexum patriæ potestatis. Attento, quòd dictus Anton. donatarius mortuus fuit ante

Ioannem eius patrem donantem & testatorē. & sic quæritur quid iuris super dicta parte tantum. Quoniam super partibus in vita assignatis, est tanta æqualitas, quòd nulla est cōtentio vel dubitatio inter prædictos filios, & nepotes, qui in illis sunt vnanimes & omnino concordes.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum an & quomodo reducatur ad causam caduci, vel intestati, saltem per mortem hæredis, ante ipsum testantem.*

2 *Donatio an firmetur inter patrem & filium, saltem iuramento, qua regulariter nulla est.*

3 *Donatio facta pro se, & hæredibus suis, si filius moritur, an valeat in personam nepotum: licet sint hæredes patris. Et an saltem confirmetur per mortem aui donantis. & num. 4.*

5 *Pater quando recepit rem in emphyteusim, ab ecclesia, pro se, & filijs, an filij veniant ex persona paterna, vel ex se, vel quomodo.*

6 *Verba pro se & hæredibus, in actu seu iure transmissibili ad hæredes, quid operentur.*

Initium Sapientiæ, timor Domini.

CONSILIVM LXIIII.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritũ rectum innoua in visceribus meis: vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati consona sunt, in medium afferre valeam. Breuiter igitur attingendo substãtialia præsentis casus, 1 videtur prima facie dicendũ, quod † filij dicti Antonij debeant habere totum id, quod continetur in instrumento donationis factæ per quondã Ioannem. nam licet vigore testamenti, quod est redactũ ad causam caduci, præclusa sit via: vt in l. vnica. §. cũ 2 triplici. & in §. pro secundo. C. de cadu. tollen. † Itẽ licet donatio in filium regulariter sit prohibita: vt in l. 2. C. de inoffi. do. & in l. Pomponius philadelphus. ff. fami. ercis. & in l. frater a fratre. ff. de condi. ind. propter reflexum, nisi sit iuramento firmata. secundum Bal. in l. 2. C. pro donato. & Bal. in repe. l. 2. ff. de iureiur. & in d. l. 2. de inoffi. donatio. & in l. si donatione. C. de colla. & Io. de Imo. in c. cũ cõtingat de iureiur. & Io. An. in addi. Spe. in tit. de testamen. §. j. & posuit do. meus Alex. de Imol. in cõsil. 22. in 4. col. in 5. volu. incip. viso titulo quæstionis &c. & Paul. de Cast. in cõsi. 105. incip. circa bona &c. & in consil. 250. incip. circa primum quæsitum &c. in vltima col. vbi poni, quid si fit ob merita, vel filio emancipato. & Raph. Cu. in consi. 115, incip. do. Catharina &c. & in consil. 28. in prin. inc. data in pmium emancipationis &c. & Raph. Fulg. in consil. 199. incip. filius an & quando confert &c, & in consil. 217. incip. viso exemplo sententiæ &c. & illu. do. Franc. Arc. in consil. 17. incip. consideratis diligentissime &c. & in consil. 72. incip. præsupponitur in facto &c. & in consil. 77. incipit. & ratio scribendi &c. & etiã Bal. in consi. 362. in tertia pte consiliorũ incip. puniendũ est &c. & in consil. 417. incip. nobilis Marius &c. & Ang. in consi. 44. incip. verũ emancipatio fit &c. & d. meus Alex. de Imo. in consi. 166. in 2. vol. incip. an donatio insinuata &c. & in consi. 18. in 3. vol. incip. an pater in testamẽto &c. & in consi. 21. in eodem tertio vol. incip. an donatio ob causam &c. & in consil. 14. in eodẽ tertio vol. incip. si pater in testamento &c. & in consi. 8. in scdo volu. incip. an donatio &c. sed tantũ firmetur morte: vt in l. donationes. C. de donat. inter virũ & vxor. quæ in proposito confirmari non potuit: qm̃ Antonius ante patrẽ vitam cum morte cõmutauit. Tamẽ † ex quo instrumento donationis dicitur, q 3 Ioannes donat Antonio acceptanti p se & hæredibus suis, qui fuerunt nepotes, qui superuixerunt Ioanni pdicto eorũ auo. Ideo licet Antonius ante donantẽ decesserit, tñ donatio quæ fuit facta in psonã hæredum, qui fuerũt nepotes Ioannis, ex quo superuixerunt, ipsi Ioanni auo: videtur dicta donatio in eorũ persona sortiri posse effectũ: per tex. in d. l. donationes. C. de dona. inter virũ & vxo. Et hoc solo argumẽto satis substantiali, põt hæc pars iuuari. & firmãt doc. in locis supra allegatis, maxime in consilijs. Tñ hoc non obstante contrariã sententiã de iure arbitror veriorẽ. videlicet, q æqualiter debeat fieri diuisio etiã de parte, q̃ sibi reseruauerat Ioannis, perinde ac si nullum testamentum factum esset. quod redactũ est ad causam caduci: vt in d. l. j. §. pro scdo. C. de cadu. tol. & quod redditur nullum propter præteritionẽ nepotum, ex dicto Ant. præmortuo, q nõ fuerunt instituti vel exheredati scdm consiliũ Galli: vt in l. Gallus per totam l. ff. de lib. & posthu. qui per mortẽ Anto. ceperũt tenere primũ gradũ suitatis. & ideo fuerunt instituendi, vel exheredandi. l. inter cætera. cũ legibus sequen. ff. de lib. & posthum. & institu. de exhereda. libe. in princip. Nec possunt hanc partem Antonij hæredes capere vigore instrumenti donationis: quæ statim non potuit sortiri effectum, propter reflexum patriæ potestatis, vt dictũ est. Nec potuit confirmari p mortem Ioannis: quoniam extrema non erant habilia, quoniam prius decesserat Antonius. per tex. d. l. donationes. C. de don. inter virũ & vxo. & verã omnino hanc partem arbitror, & tollendo aliqua, quæ videntur facere in contra. magis apparebit de iustitia. Et primo, non† obstat, si dicatur quòd saltẽ do 4 natio in psona nepotũ, fuit morte aui cõfirmata, qa respõdeo dupliciter q non. primo si posset dici aliquã tacitam donationẽ resultare in psonam nepotũ, illa tacita donatio non deriuaret a Ioanne in nepotes. sed potius ab Antonio in eius filios scdm Bal. in auth. si quas ruinas. in 3. & 4. col. C. de sacros. ecclesi. in duobus locis. vbi ipse inquit, q si pater 5 † recipit emphyteusim pro se, & filijs ab ecclesia, filius dicitur venire ex donatione paterna. Sed si sic est Antonius, qui nullum ius habebat, nõ potuit in nepotes transferre. l. traditio. ff. de acqui. rerũ do. l. in his. §. nõ debeo de regu. iur. & in c. q aũt de iure pat. l. si vniuersæ. C. de legat. Præterea, ita demũ põt dici resultare tacitã donationẽ in nepotes, qñ pater contrahit cũ ecclesia nomine filij, & eiusdẽ nomine recipit possessionẽ, scdm eundẽ Bal. in d. auth. si quas

quas ruinas.in 3.col.vbi ad hoc allegat text.in l.filia,euis.C.famil.erc.& in l.omnimodo.§.fin.C.de inoffi.testa.& in l.pe.§.a me.ff.de dona.cuius dicta etiam refert & sequitur Io.de Imo.in c.potuit.ver sus finem extra de locato. Sed in casu nostro contractus fuit celebratus in persona Antonij prædicti tantum: ergo in persona nepotum non potest dici resultare tacitam donationem. Secũdo vbi dicitur resultare tacitam donationem:tunc verba cõcepta sunt pro se & filiis:qnia possunt admitti filij,

6 licet non hæredes. sed vbi † dicitur pro se & hæredibus &c.& maxime, quando verba contractus nõ sunt concepta in personam hæredum, ista adiectio hæredibus,in re ad hæredẽ transmissibili nihil habet operari.l.si pactum.ff.de probati.secundũBar, ita in terminis dicentem in l.stipulatio ista.§.siquis ita in vltima.q.de verb.oblig. Et ibidem firmat ibi Ang.dicens ibi ex gl.& ex ibi notatis notari: quòd vbi fit mentio hæredis, si stipulatio interponitur super re trãsibili ad hæredes, nihil operatur hæredis adiectio: & sola vnica actio:quare & hic per l. eum,qui ita.§.te & Titium eo.tit.ibi dum dicitur, superuacuo est comprehensa. & quod firmat dñs Pau.de Cast.etiam in d.§.te & Titium:& in d.l.stipulatio ista in §.suæ personæ.ff.de verb.obli. Et ex supradictis satis clare constat, ꝙ etiã pars illa, quã sibi reseruauerat prædictus Io.debet æqualiter distribui inter filios Ioannis.& eius nepotes. ita ꝙ filij Antonij admittantur in stirpes in locum eorũ patris, vt in auth.in successione.C.de legiti.hæredibus.

Et ita, videtur de iure concludendum esse mihi Ludouico de Bologninis, de Bononia. V. Iuris Doctori,& æquiti: sacri palatij apostolici aduocato consistoriali: Iura ciuilia ordinarie legenti, in hoc vetustissimo regiæ ciuitatis patriæ meæ Bononiæ studio. In cuius rei fidem, & exuberantius testimonium, propria manu me subscripsi, & sigillo meo sigillaui, saluo semper iudicio cuiuslibet rectius sentientis. Laus Deo supremo, & Beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII LXV. TALIS EST.

QVidam Maritus confessus est in instrumẽto publico, habuisse,& recepisse,& sibi integras datas solutas, traditas,numeratas,& dimissas esse, & fuisse a domino Caio, ibidem præsente, dante, & soluente eidem Lelio libras.m.centum,quinquaginta bonon.in pecunia numerata, pro dote, & do tis nomine, pro matrimonio iam contracto, & carnali copula consummato, inter eum & dominã Camillam dicti Caij filiam. Quibus stantibus quæritur, an hæc sit dos confessata, an vera dos.

SVMMARIVM.

1 *Confessio mariti de dote recepta, constante matrimonio, an habeat vim donationis circa dotem.*

2 *Dos confessata a marito, constante matrimonio, an præferatur alteri doti posteriori veræ datæ. Et quomodo. Et quid si est confessata ante matrimonio.*

3 *Verba: dante & soluente, in instrumento apposita, quid operentur. & num.6.& 8.*

4 *Verba: habuit,& recepit: & confessus est habuisse & recepisse, quid operentur, apposita in instrumento.*

5 *Notarij præsentia, quomodo probetur: & ex quibus verbis hoc constet.*

7 *Numerationem an quis negare possit, quando instrumentum dicit: habuit talis, & recepit, & ille est mortuus, qui recepit.*

9 *Participium, an denotet actum perfectum, & de præsenti.*

CONSILIVM LXV.

Cor mundum crea in me

Deus:& spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea,quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre valeam.In Christi nomine amen. Puto decisam dubitationẽ hanc fuisse propter illam theoricã Bar.in l.si diuortio.ff. de verbo.obligat. & in l.si constante.ff.solu.matri. dicentis quod vbi maritus constante matrimonio,

1 † confitetur se dotem recepisse, talis confessio habet vim donationis per l.quòd de suo de dote cau. non nume. quasi talis confessio videatur facta in fraudẽ prohibitionis l.Iuliæ,de qua in l.j.ff.de do. inte.virum & vxor.iuncta.l. qui testamẽto.& quod ibi not.ff.de probati. & per do.meũ.Alex.de Imol. in consil.142.in 5.volu.consiliorum incip. quando confessio dotis fit constante matrimonio, &c.& ẽt in consil.143. in fi.ibi immediate.seq.incip. vtrum confessio &c.& in consil.148.in eodem quinto vo. in pe.col.incip.Si maritus cõfitetur recepisse &c.& Pau.de Cast.in consil.118.incip. visis & consideratis &c.& Rapha.Cuma.in consil.31.incip. confessio mariti &c.& Fulgo.in consil.133.incipien.dos confessata &c & in consil.207. incip.confessio dotis receptæ &c.& do.Abb.in consil.74.in 2.volum. incip.illud de iure quæritur &c.& etiã in consi.73. immediate præcedenti incip.in quæstione quæ ad præsens vertitur inter d. Floridam &c. & etiam in consil.85. in eodem secundo volum.incipien. facti contingentia in effectu &c.& Bald.in consil.336. in prima parte suorum consiliorum incipien. quædam mulier &c.& in consil.452. incipien.duo rei &c.& Bald. in consil.350. in quarta parte suorum consilio.incipien. interdum confessio &c.& Ange. in cõsi.5.incip.si tẽpore contracti matrimonij &c. & in cõsi.181.incip. si A. fecit instrumentũ & vxori &c.&ideo licet ẽt diceretur morte cõfirmari l.do nationis.C.de donat. inter virũ & vxor.& forte nõ

bene per l.Pap.& ibi Barto.ff.eod.titu. & successiue haberet vim relicti, vel saltem mortis causa capionis.l.mortis capio.ff.de donat.causa mortis.& sic non concurreret cũ alia dote, vel aliis creditoribus ex cõtractu: imo post ponetur.l.imponẽda.C. ad l.Fal.l.in ratione.l.in quantitatis.ff.ad l.Falc.& plene per gloss.& doct.in l.pa.§.quoniã quarta.ff. de inoffi.testa.& si etiam valeret in vim cõtractus: tamen quia est † dos confessata & nõ numerata alia posterior dos vera præferetur huic: vt in l.fin.C. qui po.in pig.ha.nisi esset confessata ante contractum matrimonium:quia tunc præfertur, & habet prærogatiuam prælationis, secundum Paul.de Cas. in consil.394.incip.quanquam multa &c.in 3.col. & Raph.Fulg.in consi.133.incip.vt supra dixi proxime.& Bald.in consil.189. in prima parte incip. domi.Lanfernus &c. & Ange.in consil.180. incip. secundum statutum &c.& videtur quasi hoc sensisse Ang.& Ioan.de Imo.in l.j.ff.solut. matri. & alij in l.3.& authent.sed iam necesse.C.de donat.ante nupti. semper mihi tamen displicuit hæc opinio, vt dixi alias legendo, in d.l.j.& in d. l.diuortio. & suis doctrina elegans gl.in d.l.quod de suo.quæ cõmemorat nostros bononienses proprie in materia ista,de qua agimus.dũ dixit:ergo errarent omnes Bononienses, qui semper constante matrimonio faciunt instrumenta confess. & per plures rationes, quas nunc causa breuitatis obmitto. & maxime, quia hic frustra de hoc dubitatur cum hic non fuerit dos confessata. sed fuit,& est vera inspectis verbis positis in contractu. Ex quibus constat, quid partes agere voluerint.l.nõ omnis.ff.si cer.peta. & l.labeo.§.item Tubero.ff.de suppel.lega.nam dicũt

3 † hic verba instrumẽti,dante,& soluente, quæ sunt participia præsentis temporis, est secundum grammaticos,& natura verbi præsentis temporis est,significare actum de præsenti:vt in l.si a colono.ff. de verbo.obliga.& l.si ita stipulatis. & l.si ita.ff.de auro & argent.leg.& posuit Pau.de Cast.in consil. 239.incip.videtur dicendum &c.in pen.colu. Nec ob.confessio illa de recepto: quia etiam dato quòd confessio dotis videatur in dubio facta spe future numerationis:vt in l.in contractibus.C.de non nu. pecu.& in l.si cum autem sua.C.de dote cau.non nu.& firmant domini consulentes,de quibus supra feci ergo mentionem. Attamen huic numeratio est incontinenti facta per quam verificatur præcedens confessio:vt l.cum enim.& l.si stipulatus.ff.de noua.dum in fi.litera dicit cum pecuniam mutuam dederit quis sine stipulatione,& ex incontinenti feceris stipulationem, vnus contractus est. Idem dicẽdum erit & si ante stipulationem, fecit & mox pecunia numerata, est &c.quod pulchre contingit in casu hoc modo:per quem casum non vidi vnquam magis simile in facto contigisse ad intellectum dictæ l.si ita in fi. Vnde illa confessio adimpletur per præsentem numerationem, quæ fit incontinenti: vt etiam voluit litera in d.l.cum enim.in fin.dum dicit,& magis implende stipulationis gratia, numeratio intelligenda est &c. Pro hoc etiam facit glos. & etiam Bart.ibi dicentes, quod vbi incontinenti fit numeratio,siue ante siue post illa numeratio, videtur facta causa implende stipulationis. & facit etiam quòd leg.& not.in l.si stipulatus.§.Crysogonus.ff.de verb.oblig. Accedat notabilis ad idẽ doctrina Barto.in l.certi condictio.§.si nummos.ff.si cert.pet.dicentis quòd in dubio numeratio sequẽs videtur facta causa implende stipulationis. nec verum dicit ibi gloss. prout voluit quærere ex quo tunc oriatur: quia secundum veritatem, est tãtum vnus contractus. vnde hic est confessio eius, quod tempore confessionis recipit, & ista conueniunt. & ego quasi continue vidi obseruari in contractibus, ex quibus pecunia interuenit ex quacunque

4 causa: ex † quibus continuo notarij dicuntur in instrumento: Titius habuit, & recepit & confessus fuit se habuisse & recepisse, & tanta fuisse: Attestatur æquidem ipse notarius de actuali numeratione coram eo,prout dixit glos.Bart.& Bald.in l. si ex cautione.C.de non num.pec.cum dixit dante & soluente in pecunia numerata &c.Nõ enim posset hoc dicere notarius, nisi in præsentia eius tunc fieret numeratio partibus existentibus,tunc coram eo, nisi eo tempore numeraret. videreturque ridiculum aliud dicere: quia aut tunc numerauit cum confitetur: & verum dicit notarius. Aut non numerauit tunc, sed ante, vel longe post. & illa verba dantis & soluentis &c. non possunt verificari:ergo notarius commisisset falsum. quod tamen in dubio non est credendum eum deliquisse, ex quo verba hoc patiuntur.l.merito.ff.pro socio. & voluit Bar. in l.gerit.ff.de acquir.hæred.& etiam quia pro notario præsumitur.l.si quis decurio. vbi Cyn. & etiã moderni.C.de fal.Barto. in l.si librarius.ff.de reg. iur. Et hinc est, quòd in dubio præsumitur pro instrumento.l.in exercẽdis.C.de fid.instru.vbi Dyn. Nico.de Ma. Bal.Salic. Combononien. ibi.& Bar. in l.2.§.sed & si dubitetur.ff.quemadmodũ testam. aper.& Innoc.& Cano.extra.de fi.instru.in c.cum Io.Heremita & Spec.de fide instr.§.restat.in princip.

5 Nec obst. † quòd notarius non dixerit in instrumento in præsentia mei notarij &c.per doctrinam Bart.in l.sciendum.ff.de verbo.oblig.dicentis quia vbi notarius publicauit, præsumitur ꝙ fuit præsens, etiam si non dixit,interfui.& finaliter cõcludit,quòd vbi notarius aliquid attestatur,in eius instrumento, ad cuius esse requiritur, quòd ipse vel alius fuerit præsens, & rogatus vtrunque præsumitur.

6 Vnde cum iste notarius † dixerit dante & soluente in pecunia numerata, & notarius talis verba non possit referre, nisi actus solutionis, tunc fieret in præsentia, vt dixi. Ergo tacite præsentia eius includitur. & maxime pro actus validitate.l. quotiens.ff.de verb.oblig.& ad exclusionem criminis: vt dixi per l.merito supra allegatam. Hinc est, quòd si notarius dixerit talibus testibus vocatis & adhibitis, absque eo,ꝙ non dixit, præsentibus. ꝓsumitur alio non docto,quòd fuerint præsentes.& hoc ad literam videtur confirmari authoritate Bal. in l.si ex cautione.C.de non nume.pecun.in 3.q.dicentis,ꝙ vbi in instrumẽto reperiuntur talia verba habuit, & recepit &c. siquidem sunt verba prolata a parte, tunc ista est simplex cõfessio.l. si ex pluribus.ff.de solu. Aut proferuntur a tabellione.& tũc cũ ista sunt verba tabellionis testificantis vltra cõfessionẽ partis ꝓbant verã enumerationẽ.Cõsulunt

tamen

7 †tamen Bart.tabellioni, vt non apponat illa verba, nisi vera numeratio interueniat illo loco & tempore, & coram illis testibus: quoniam si hoc non fieret coram testibus. & si ipse verum sciat esse in cõscientia, non debet similia verba apponere. per gl. ibi.& quod dixit Innoc.extra de proba. in c. quoniam contra.& idem conclusit etiam Bald.in 6.q. dicens, quòd vbi dixit dedit & numerauit &c.quòd subintelligitur dictio tunc intantum, quòd si probaretur, quod tunc non numerauit. instrumentum redderetur falsum allegat l.aduersus.eod.tit.in versic. tunc cum canebatur &c.quem text.dicit esse notabilem.ad quæ allc.l.post dotem.ff.solut. matri.& licet idem Bald.in d.l.si ex cautione videatur in 4.q. & in 5.distinguere, an confessio sit facta per participium: vtputa a tali numerante. & tunc intelligitur per auditum.si vero per gerundium puta numerando, & tunc per visum secundum Iacob. Butr.& ideo primo casu probatur cõfessio: secundo vero 8 casu probatur vera enumeratio. † Et ideo inferendo ad titulum nostræ quæstionis cum in instrumento notarius sit vsus participio, quia dixit dante & soluente &c.certe videtur concludi sic non vera numeratio, si reus negat numerationem: licet secus sit si confiteatur, vel neutrum faciat, quæ doctrina Bald.nullo iure fundatur. Præterea, si eo casu quo in instrumẽto dicitur numerauit, & dedit est probata vera numeratio & præsens numeratio: vt dictum est.& tamen illa verba dedit & numerauit ẽt sonare possunt in auditum,& in visum, & sic etiam dando & numerando. & tamen probant veram numerationem secundum eum vt dixi: ergo sequitur in casu hoc vbi verba sunt præsentis tẽporis. Præ9 terea † etiam verba instrumenti hoc declarant,dum dicunt ibidem præsente,dante,& soluente,&c.quæ verba simul iuncta ostendunt numerationem factã fuisse tempore dictæ confessionis: alias frustratoria fuissent illa verba ibidem præsente. & hoc etiã firmauit Bal.in l.si ex cautione. vbi etiam referendo doctrinam Iaco.de Butr.de qua supra dicit, quod licet alia verba probent confessionem: tamen talis confessio probat actum numerationis,quando exceptio non põt opponi, quod contingit: vel quia lapsum sit tempus: vt in l.in contractibus. & in authent.hanc autem.C.de non nume.pecu.& l.fin.C. de dot.cauta,non nu.& in authent. sua. prout erat hic quia inspecto tempore conditi dicti instrumenti elapsi sunt anni sexagintaquatuor, & etiam quia renunciatum est exceptioni: vt dixit glos.in d.l. fin. & ideo vt redarguatur instrumentum,est necessariũ probare, quod illo tempore non fuerit pecunia numerata: & voluit Bartol.in l.singularia.ff.si cer.pe. Præterea attento,quòd ille qui confessus fuit non est in rerum natura non potest negare numeratam non fuisse illo tempore. Extat regula quòd hæres non potest etiam, quia probabiliter potest ignorare: vt l.fi.ff.pro suo & ĩ regula,qui in ius per quæ concludo per tale instrumẽtum factam fuisse probationem de vera numeratione & in sequentiam præferendam cuicunque alteri habenti iura posteriora in expressa.l.fi.C.qui pot.in pig.ha.& plene per gl.& doc.in d.l.j.C.de priu.do.vbi gl.Ci. Bart. Saly.& Bald.& insti.de actio.in §.fuerat.

Et vt supra scriptum est, consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus, Iur. V. doctor,& æques: sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ,studio: patriæ meæ. & in fidem, præmissorum, propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & diuo Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII LXVI. TALIS EST.

TEstator Quidam forsituẽ sis habens filiam fœminã vnicam,nomine Helysabeth,& priuignum vnum nomine Petrum, natum ex eius vxore,cum ea esset copulata,ante eũ alteri marito tempore vitæ suæ, maritauit dictam eius filiam condecenter. Demum veniens ad mortem, fecit suũ vltimum testamentum.in quo inter alia hæredes instituit dictam Helysabeth filiã prædictam: & etiam dictum Petrum priuignum simul vniuersales pleno iure, & si contingeret dictam domi.Helysabeth decedere quãdocunque sine filiis legitimis & naturalibus: tunc & eo casu substituit in dimidia dotium suarum,& in reliquis bonis sibi obuentis, Caium extraneum amicum eius, prout de his omnibus in dicto testamẽto continetur.Cuius effectus est iste, de quo supra proxime. Quo testamento peracto mortuus est testator prædictus,& eo mortuo inde ad modicũ tempus mortua est etiam dicta domi.Helysabeth, sine filiis legitimis & naturalibus, cui succedere vult modo dictus Caius substitutus eidem.& hoc vigore dispositionis prædictæ in dicto testamento, in ver.& si continge ret &c.Ecõtra vero, dictus Petrus priuignus testatoris, ut coheres, & coniunctus re & uerbis, uult ipse admitti: dicens quod præferri debet substituto: & sic adinuicem litigarunt super hoc prout late paret ex processu advos transmisso. Ex quibus oritur dubitatio hæc sola, quis istorum sit potior in succedẽdo, in bonis dictæ d.Helysabeth, an substitutus, an uero coheres.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re & verbis, in testamento vel ab intestato, & alijs dispositionibus, qui dicantur.*
2 *Ius accrescendi vel decrescendi, an habeat locum inter coniunctos re, & verbis. & num. 6.*
3 *Cõiunctus an præferatur substituto: vel ecõntra. et nu. 5.7.*
4 *Substitutus quando admittatur. & num. 8. & 9.*

CONSILIVM LXVI.

Cor mundum crea in me

Deus: & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Idcirco inuocato diuino suffragio, quo mediante veritas elucescat. nam Dominus prope est inuocantibus eũ &c. breuiter & succinctæ. In præsenti quæstione videtur dicendum Petrum priuignum testatoris, de quo in themate fit mentio, eidem d. Helisabeth filiæ dicti testatoris præferri debere dicto Caio substituto, pront patet ex verbis testamenti, in ver. in omnibus antẽ bonis sitis vbi testator instituit dictam d. Helisabeth, & dictum Pet. hæredes vniuersales, & pleno iure. & si contingeret dictam d. Helisabeth decedere sine filiis legitimis, & naturalibus, tunc & eo casu substituit, in dimidia dotis, & in reliquis bonis sibi obuentis iure institutionis, dictum Caium &c. Ergo† patet quòd dictus testator coniunxit re, & verbis dictos hæredes ambos, coniunctos re & verbis. nam illa verba supposita faciunt eos commistos re, & verbis, vt est text. in §. 2. si eadem instit. de leg. & in l. triplici. ff. de verb. sign. & in l. si duobus. §. fin. ff. de leg. j. & in l. vnica. §. vbi autem. C. de cadu. tol. in ver. si vero non caueant &c. ita voluit gloss. in l. legata inutiliter. §. fin. ff. de leg. j. quam glos. sequitur Bald. ibi. & idem voluit glo. in d. l. triplici. & Bartol. in d. l. j. §. vbi autem. & Rapha. Cuma. in l. plane. §. si coniunctim. ff. de leg. j. vbi dixit, quòd ista est communis opinio, a qua difficile & durum est recedere propter authoritatem glò. & doct. & posuit do. meus Alexan. de Imo. in consil. 24. in 5. volu. incip. de cõcessione facta ab Imperatore &c. maxime in 3. col. & Paul. de Castr. in consil. 110. incip. super primo quæsito &c. in 3. coln. & in consil. 154. incip. Quoniam fundamentum &c. in 2. col. & Rapha. Fulgo. in consi. 55. incip. pro secundo consultatus articulo &c. & Bald. in consil. 119. incip. considerandum est &c. tunc sic si isti cohæredes sunt coniuncti re & verbis: ergo † inter eos habet locum ius accrescẽdi, vel ius non decrescendi. & per consequens dictus substitutus excluditur. text. est in d. §. si eadẽ. & in §. si autem non implens in autben. de hære. & fal. colla. j. & in authen. hic amplius. C. de fide. quæ sumpta est de dicto. §. si quis autem. & idẽ probat text. in l. vnica. §. in primo. & §. si pro secũdo. de ead. tollen. & etiã voluit glo. in l. qui patris. ff. de acqui. hæred. & voluit Bart. in l. rẽ coniuncti. in ver. tertio quæro. nunquid inter coniunctos re & verbis &c. vbi dicit, quòd inter coniunctos re & verbis, habet locum ius non decrescendi, licet faciant sibi partes per concursum. & posuit idem do. meus Alex. de Imo. in consil. 172. in 5. volum. incipiẽ. testator suum &c. Et ita magis communiter tenent omnes scribentes in locis prællegatis. † Secundo, pro hoc facit text. in l. quia testamento. ff. de vulgar. & pupil. vbi est casus in terminis, probans quòd coniunctus. vel coheres, præfertur substituto. & ita firmant ibi omnes scribentes. Tertio † ad idem facit etiam text. in l. quãuis. C. de impube. & aliis subst. secundum vnum intellectum traditum ibi per glo. fin. vbi etiam Bart. cum amplexus est. & voluit glo. in l. in hoc articulo. §. 6. ff. de hæred. insti. vbi probatur, quòd si duobus facta est substitutio, nõ admittitur substitutus nisi vtroque repudiante. Et idem clarius firmauit etiam Bart. in l. heredes. §. cũ ita. ff. ad Trebel. & Bart. & Salic. Cõbono. in l. pen. C. de impuber. & Bar. in d. l. qui testamento. & Pau. de Cast. in d. l. cum ita. & Ange. in d. l. quamuis. vbi concludunt, quòd substitutus non admittitur, nisi tota hæreditas vacet. Nihilominus bis non obstãtibus, quæ vere non obstant, si bene ponderentur, prout debent, puto contrarium esse verius de iure. Et † moueor primo per casum in terminis in l. 2. §. si duo. ff. de bonor. possess. secundum tab. vbi probatur, quòd imo substitutus præfertur coniuncto, seu hæredi. & ita per illum text. voluit ibi Barto. & idem etiam voluit Bart. aperte in d. l. re coniuncti. in vers. quæro vtrum coniunctus præferatur substituto &c. vbi allegat quamplura iura & rationes, de quibus ibi per eum. & idem etiam voluit Barto. in d. l. quidam testamẽto. cum quo communiter pertranseunt omnes scribentes ibidem. & idem voluit etiam Bald. in l. pen. in pen. col. C. de impub. & aliis substit. Secundo, ad idem adduco text. in l. pen. ff. de iniusto testam. vbi probatur, quòd substitutus præfertur coheredi. & ista est veritas. Non obstãt modo adducta in contrarium. Et primo, ꝙ isti † sint coniuncti re & verbis, & quòd inter eos sit locus iuri non decrescendi: quia hoc est verum, nisi reperiatur facta substitutio: quia tunc substitutio tollit illud, non ius decrescendi; per tex. in d. l. 2. §. si duo cum si. Item non obstat text. in l. quidam testamento. quia ad illum text. facilis est responsio etiam. nam ex præsumpta voluntate testatoris, † illud est ibi, quod coniunctus præferatur substituto. & ita intelligunt omnes scribentes in illum text. & Bart. in d. l. si duo. Nec dicatur mihi, quòd in casu nostro militat præsumptio testatoris, qui præsumitur magis dilexisse filios, ꝗ alias personas extraneas, & per consequens ex præsumpta voluntate testatoris debet coniunctus excludere substitutum Caium per d. l. quidam testamento. quia ad hoc respondeo, quòd institutus in casu nostro, non habet illam coniunctionem, quam habent filij veri. nam iste est priuignus. nec est ista sufficiẽs præsumptio coniunctionis ad excludẽdum substitutum, prout manifeste colligitur ex verbis Bart. & aliorũ in d. l. quidam testamento. vbi loquuntur, quando filij testatoris essent instituti, quibus esset datus substitutus, quo casu substitutus excluditur propter præsumptã voluntatẽ testatoris qui præsumitur magis dilexisse filios, ꝗ substitutum: iuxta l. acutissimi. C. de fideicõ. & l. cũ auus. ff. de cõdi. & demon. cũ simi. Nõ obst. etiam tex. in d. l. quamuis. & ea quæ supra dixi. quia illa omnia loquuntur, quando substitutio fuit facta vulgariter duabus personis in equali bus. nam ibi dicitur, quòd non continet pupillarẽ in personam pupilli. nec uendicat sibi locum nisi utroque repudiante & uoluit Pau. de Cast. in consil. 254. incipiẽ. si bene consideretur &c. & Ioan. de Ana. in consil. 89. incip. visis quæ in facto narran-

tur &c.& ibi aliquid dixi in addl.meis ad illa consilia.& Franc. Aret.in consil.liij.incip.diligenter discussis &c. Sed nos loqnimur in alia substitutione, quæ est fideicommissaria & est dinersus casus ab illo.
8 † Vnde stat firma conclusio,qnod in casu nostro Cains substitutus debet excludere dictum Petrum priuignũ testatoris , per iura supra allegata.& hoe in terminis uoluit etiam Pan.de Castr.in consilio. ccxxxvj.incip.dubitatio uertitur &c.& in consilio. ccclviij.incip.uiso testamento Michaelis,& in consil.lix. incip. quanquam multa &c. & etiam Raph. Cum.in consil.3. incip. testator b.&c. & in consil. cxxj.incip.Gerardus quondam d.Bartholomæi &c. & in consil. cxxiii.incip. Bartholomæus & Raph. Fulg.in consil. xvii.incip. testator quidã suum &c. & Raph.idem Fulg.in consil.xv.incip.proponitur, qnod mentes &c.& d.Cardi. in consil.lx. incipien. Guagliotus de Bononiis &c.in 3.col.& Io.de Ana. in consi.xxii.incip.ad probandum &c.& ibi in addi.meis,quas feci ad ea consilia.& in consil.lxvj.incipien.uisis his,quæ in facto &c.& illustr.d.Franc. Aret.in suo consil.1.& Bal. in consil.xcvii.in 2. parte consiliorum suorum incip.super primo quæsito &c, & etiam Bald.in consil. ccxlj.in 3 .parte incip. punctus talis est &c. & Bald. in terminis propriis in consil. ccxxv.in 3. parte incip. uiso testamento ubi decidit causam nostram. & Ange.in consil.xcl. incip.sancta Carmelitarum religio &c. & Ang. in consilio. cix.incip.de testamento in qno &c. Vltra quæ, nunc adduco aliud , qnia uolnntas testatoris est illa,que præualet & consideratnr in ultimis uolnntatibus. l. in conditionibus primum locum ff. de condic.& demon.l.cum uirum. C. de fideicom. l.ubi.§.rogo.ff. ad Treb. d.l.penalem.§. fin.ff. ad l. Falc.cum sim.
9 Sed † in casu nostro uolnntas testatoris uidetur fuisse,quòd dictus substitutus præferatur coheredi.Ex quo fecit substitutionem dictis hæredibus separatim,nec copulatiue loquutus est, sed singulariter & separatim, prout patet ex uerbis testamenti in d. uers.in omnibus autem &c. & uoluit Raph.Cuma.in consil.cxiiii.in 2.uol.incip. Anton. Benedicto filio &c.& in consil. xiii.in fin. incip.Titius instituit Seium &c.& Raph.Fulgo.in consil.xxxviii.incip. in proposita quæstione &c. A quibus uerbis non est recedendum.l.non aliter.de leg.3.cum vulgaribus.Laus Deo,amen.

Et,ut supra scriptum est, iuris esse dico & consulo , ego Ludouicus Bologninus V.I. Doctor & æques:unus ex collegio dominorum iudicum Bononiæ.& in fidem præmissorum propria manu me subscripsi,& solitum sigillum apposui.

CASVS CONSILII LXVII. TALIS EST.

Consortium S.Petri maioris Ecclesiæ Bononiensis,sociauit quendam fundum pratiuum cuidam Franc. dicto el uolpe pro certo annuo affictu singulis annis soluendo in festo S. Michaelis de mense Septembris. prout latius de his omnibus constat ex instrumento publico , rogato per publicum no. curiæ Episcopalis superinde confecto. Post Francis. conductor uolens posse habere fertiliorem & uberiorem reditum ex dicta terra aratoria. potiusquam pratiua , arauit dictum fundum, propter quod dicti domini de consortio,nolunt eam amplius perseuerare in locatione prædicta,& impediunt , & eum molestant in iudicio, & extra. Excipit ipse se defendendo , quòd imo licet & licuit sibi hoc facere, stantibus rebus , prout stant.& quod plus est , reconueniendo petit pœnas dicti contractus,& damna,& interesse, prout late in exceptionibus & replicationibus hincinde factis in processu agitato constat. In quo probatum est de terra pratiua aratorio, modo facta. nam ex eius confessione hoc liquet.Quibusstantibus, quæritur modo,quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Relatio facta ad aliquam scripturam, uel ad aliam rem an intelligatur secundum eam.*
2 *Verba,facio Titium procuratorem in rem suam , & pono eum in locum meum,quid importent.*
3 *Verba:cum omnimoda potestate, & libera facultate & bailia dictam rem intrandi,eaque utendi bene,fideliter pacifice &c.quid importent.*
4 *Verba,libere,ipso iure,quid importent.*
5 *Emphyteuta Ecclesiæ , conducens sylnam.an possit eam facere uineam: & de pratiua aratoriã: & mutare statum rei conducta, & quomodo.*

CONSILIVM LXVII.

Cor mundum Crea in me

Deus:& spiritũ rectum innoua in visceribusmeis: vt in præsenti consultatione ea,quæ iuri & veritati consona sunt,in medium afferre naleam. In qua solummodo dubitatur,utrum emphyteuta conducẽs ab Ecclesia fundum pratiuum , posſit illum arare: ex quo in instrumento locationis hoc non dicitur expresse, Idcirco Saluatoris Iesu Christi domini nostri Redemptoris nomine inuocato: qnia dominus est prope innocantibus eum &c.obmisſis,quæ ad pompam & gloriam potius,quam ad rem ipsam in his a pluribus diei consueuerunt,uiso instrumẽto locationis factæ a consortio S. Petri de Bononia , dicto Francisco uolpe.necnon eius uerbis diligenter prospectis uidetur dicendum quod dictus Franciscus,potuerit & posſit omnino arare,& alia facere, quæ asseritur fecisse,& facere,& si prohibitus est,prout ipse asserit,dico consortium incidisse in pœnam conuentam, de qna in instrumento,
1 de qno supra. † Et ad hoe dicendum in primis me mouet unum quod est diligenter considerandum,

in

in hac causa. nam ubicunque aliquis refert se ad aliquem actum præcedentem, intelligitur se uelle regere ac gubernare, secundum illum, & seruare conuentiones & pacta initas, & inita in dicto præambulo actu uel contractu. §. curare. tamen ibi not. in stit. de actio. l. in summa. ff. de re iudic. l. hæc uenditio. ff. de contrahend. empt. c. licet ex quadam. extra de testib. l. liber homo. §. 1. & hoc ibi not. Bald. ff. de hæred. instit. l. asse toto. ff. de hære. l. hæc sententia. C. de sent. quæ si. &c. & notat Bald. in l. de etate. §. nihil. ff. de interro. act. ubi loquitur proprie in scripta, quæ refert se ad aliam, facit optime text. in l. si ita scripsero. ff. de condi. & demonst. & uoluit Raph. Cum. in consil. 7. in 8. col. incip. an sit de substantia &c. & in consi. xxiii. in prin. inci. niso cō promisso &c. & Card. in consi. xxiiii. incip. amice. & maior charissime &c. Sed ita est in casu nostro, quod capitulum & procuratores seu consortium S. Petri, locauerunt, & dicunt, & asserunt se locare eo modo, & utilitate & commodo dicto Francisco Volpe quo locauerunt, quondam, cuidam alteri de othobonis, cui iam locata fuerat dicta petia terræ.

2 † Ex cuius instrumenti tenore manifeste apparet, quòd ille primus eam poterat arare, & alia quæcunque facere: maxime dum in eo dicebatur, & dicitur constituens ipsum conductorem procuratorem in rem suam, & ponens ipsum in locum suum, ita quo dammodo suo nomine iuribus actionibus possit in dictæ petiæ possessionem ingredi & apprehendere, & fructus. & reditus. & prouentus ex ea percipere, & habere, & omnia & singula facere, quemadmodum ipse facere poterat ante dictam concessionem &c. Ex quibus omnibus uerbis diligenter ponderatis, clare potest percipi, quod ille primus conductor poterat iste facere, & maxime dum dicitur quod constituit eum procuratorem in rē suam, & ponens ipsum in locū suum &c. Quæ uerba magni sunt effectus & importantiæ. nam transferunt ultra alia iam existentia apud conductorem ad longum tēpus: iuxta l. 1. ff. si ager uecti. uel emphyt. per utiles actiones in conductorem. l. qui cccc. & hoc not. Barto. An ge. & Ioan. de Imol. & do. meus Ale. de Imol. ff. ad Trebel. idem probat text. & hoc ibi uoluit etiam clare Bar. in l. plane. ff. famil. ercisc. & text. in l. sed si tantum. §. 1. ibi loco domini. ff. de pactis. & uoluit Angel. in l. si cum emptore. eod. tit. & Bar. qui proprie loquitur in hac nostra locatione: in l. in prouinciali. §. si ego. ff. de noui oper. nunc. cum quo ibi communiter omnes pertransseunt, uolentes quòd per illa uerba, pono te in locum meū &c. uideor te facere procuratorem ad omne commodum tuum in re illa & etiam an incommodum. Plus dixit Ang. in d. l. si cum emptore. & in l. 3. C. de noua. & in l. fi. ff. de transact. quòd hoc casu quando ego pono te in locum meum &c. directe actiones remanent apud me inanes, tanti sunt effectus illa uerba: quæ posita sunt in instrumēto primæ locationis, ad quod instrumentum fit relatio. ergo idem debet dici in hoc Francisco Volpe, ut hoc facere potuerit, & possit uigore illorum uerborū, omnia ea quæ primus conductor facere potuit. Item non modici etiam sunt effectus illa uerba, supra relata, scilicet quod possit in dicta re fructus, reditus, & prouentus percipere, &c. nam per araturam fructus pecipiuntur. & hoc est ministerium proprie aptum ad hoc, ut reditus possit haberi ex fundo: ergo &c. Item & tertio, quid plus egemus testibus, illa uerba omnia & singula facere, quæ ipse poterat &c. nonne hoc clarius etiam ostendit prædictum Franciscum posse hæc omnia facere. cum ille posset, certe sic: quia qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. oēm obligationem. ff. de iu dic. l. procuratorem. C. mandat. l. omne delictum. ff. de re milit. c. uulgaribus. Et † hoc dico posito, quod

3

in nouo instrumento noniter facto non esset etiā uerba. ex quibus hoc aperte colligeretur, quòd sci. licet dictus Franc. potuerit arare, & alia facere &c. nam si ponderentur uerba huius noui instrumenti, etiam dicitur, quòd datur in eo licentia, & omnimoda potestas, arbitrium, & bailia libera, & expedita dictam rem, ut supra, locatam intrandi, eaque utendi, & fruendi, bene, & fideliter, arbitrio boni uiri &c. Profecto hæc omnia uerba magnam in se habent uim ac potestatē. nam unumquodque illorum uerborum de se sufficeret ad hoc, ut iste posset, & potuerit arare, & etiam alia facere in hac petia terræ. nam non diceretur libera potestas utendi dicta re, si non posset hæc omnia facere, & omnia similia, uel maiora. Nec dicatur mihi, quòd illa uerba bene, fideliter, & arbitrio boni uiri &c. minuūt potestatem huic Francisco: quia dico, quòd nō minuunt quo ad hoc, quin possit arare. nam quilibet bonus uir hanc faceret, nolens percipere fructus ex re, in qua ius aliquod haberet: ut infra clarius patebit. & ut nostris detur audacia uerbis, dico

4 † quòd hoc uerbum libere, excludit omnem solennitatem. l. 1. C. de sacrosan. Eccles. c. 1. de restit. c. cum nobis. de elect. c. si annum. xxx. di. c. fin. extra de consue. lib. 6. Aliquando etiam denotat idē, quod hoc uerbum, ipso iure. text. est in l. fin. de penis. c. 1. §. callidis. in tit. de prohib. alien. feud. per Feder. facit l. si quis maior. C. de transac. & in authen. omnes peregrini. C. communia de succes. & posuit de eo Raph. Cuma. in consil. cxiiij. in 2. col. in fin. inci. testator an possit dare licentiam &c. & Bald. in consil. lviij. in 1. parte consiliorum suorum incip. lauda re &c. & Ange. in consil. cxxxix. & do. meus Alexā. de Imo. in consil. cxij. in 1. vol. incip. viso & opportune &c. in ix. & xj. col. & in consil. xiiii. in 2. vol. in cip. si ille qui emit &c. & in consil. xii. in eodem 2. vol. incip. plura continentur &c. & illud. do. Franc. Are. in consil. lxxvi. cum pluribus similibus. Vltimo pro parte dicti Franc. ponderabam uerba dicti instrumenti alibi inferius, ibi, dum dicitur: quòd possit & ualeat dicta re uti, frui pacifice, & quiete, &c. ergo si non permittitur arare, non permittitur uti pacifice, uel quiete. & per consequens dico, quod pœna potest peti a dico cap. tanquam uenerit contra conuentionem iuratam &c. Præterea etiam pro hac parte facit tenor eiusdem instrumenti, ibi dum dixit commoditas & utilitas dictæ terræ spectent & pertineant pleno iure ad dictum conductorem. Quæ etiam ostendunt istum potuisse omnino arare. nam hæc est commoditas & utilitas. & maxime propter illa uerba ultimo loco posita. scilicet plene iure, quæ idem important, quòd directæ.

casus

etsns est in authen.sed usus.C.de sacrosan.Eccles. & ita per illum text.voluit ibi Bald. & facit.l.Inlia nus.§.fin.iu fin.ff.de rei uend.in versic. plenum ius &c.† Postremo & ultimo ad goc me mouet elegās doctrina Bald.in l.1.in ult i.col.iu pen. quæstio. C. de iure emphyt. ubi iu terminis decidit quæstionē nostram. Dixit enim pone Ecclesia concessit mibi iu emphyteusim silnam. Ego uolo facere uineam, uel concessit mihi aream.ego uolo facere edificiū, & sic mutare formam rei emphyteuticæ: prout est in casu uostro,an possim?refert Nico.de Mat.tenē tem,quòd non:quia mutatur forma rei:sed ipse decidit contrarium, dicens quòd licet mutetur forma:tamen mutatur in meliorē statum.allegat text. iu l.2.C.de allu.& pal.& in autheut.si quas ruinas. C.de sacrosan.Eccles.Ita est ergo in proposito nostro:quia hæc mutetur forma prati, mutatur enim in terram aratoriam. Ex qua melior redditur status rei locatæ,& in hoc non est dubium,quòd maior fructus percipitur.Item pro hoc affero in medium illud,quod not.Bal.in l.diuortio.§.si fructus. ff.solut.matr.ubi dixit,quod licet alias emphyteuta non possit incidere arbores fructiferas fundi dati in emphyteusim:ut est text.in l.in fraudem.§.fin. & ita per illum tex.decidit ibi Bart.de iure fisci.& Barto. post Dyn. in dicto §. si fructus. Attamen si hoc resultat in utilitatem fundi,potest emphyteuta hoc facere.Allegat tex.in l.arboribus.ff.de usufruc.idem dico in casu nostro,posito quod nō possit arare. tamē ex quo redditur uberior & fertilior hic fundus locatus,ex hoc,potest hoc facere dictus Franc.Ex quibus omnibus patet hoc expresse iudicio meo.In reliquis suppleat.R.D.V.Cui me commendatum reddo quæ valeat diu,& diu eadem. D. V.felix.

CASVS CONSILII LXVIII. TALIS EST.

Dominus Antonius scholaris, adhuc conductus fuit ad legendum ī almo ac uetustissimo Bonon. studio nostro,pro uno anno cum stipendio c.li.priuilegiato, cum onere repetendi seu disputandi semel in anno & legendi per unam horam continuam festis diebus hora xxij.qua alii legunt. Qui do. Anto. dum legeret & adhuc uacaret lecturæ prædictæ.fecit unum chyrographum cuidam creditori obligando stipendia sua pro summa xx.libr.In quibus illi tenebatur,ex certa causa, & ei obligatus erat. Demum antequam perficeret ipse annum integrum,desistit a lectura,& init Ferrariam,ubi gradum doctoratus accepit, & ibi conductus fuit.Quo factū est ut R.dominus do. Gubernator Bonon. & magnifici domini reformatores studii nostri subrogaueri nt in eius locum quendam dictum Rodoricum Bermanum hoc petentē, prout in eius supplicatione porrecta latius continetur.q.d.Rodoricus fuit,ut dixit,substitutus in locum prędictum cum onere.& ad quę tenebatur dictus do.Antonius.& ita legit & perfecit lecturam prædictam.Modo il le creditor dicti Anto.comparet:& petit sibi satisfieri ab eo d.Rodorico de lib.xx.sibi debitis.pro quibus dictus do.Anton.obligauerat stipendium prædictum, cum dictus d.Rodoricus reperiatur subrogatus in eius locum & ad onera & ad omnia,ad quæ ille tenebatur,prout dicit illud rescriptum. Econtra dicitur,quod onera illa, ad quæ fuit ipse substitutus obligatus, intelliguntur,& sunt onera repetendi uel disputandi,& legendi & similia onera personalia. non autem obligationes illæ,& debita eius ueniunt in hoc.Quibus stantibus,quæritur modo,quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Subrogare quem in locum alterius, maxime in legendo ius Canonicum uel Ciuile quid importet.*
2 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
3 *Principali sublato,an tollatur accessorium.*
4 *Subrogatum sapit naturam illius,in cuius locum subrogatur.Et quomodo hoc intelligatur.*

CONSILIVM LXVIII.

Cor mundum Crea in me

Deus:& spiritū rectum innoua in visceribusmeis: vt in præsenti consultatione ea,quæ iuri & veritati consona sunt, in medium afferre naleam.Et ideo præstantissimi ac iustissimi do.Iudices præceteris hon.&c.uiso hesitatione de qua coram.d.v.tractatur:ut breuibus utar.iuxta morem meum uī dicendum quòd† iste dom. Rodoricus substitutus per R.do.gubernatorem ad lecturam philosophiæ cōpetentem d. Anto.de iure teneatur ad onera & ad omnia .quæ tenebatur facere dictus do.Anto.cum sit subrogatus loco ipsius, prout patet iu rescripto:dum dicitur inbrogamus supplicantem in aslertis &c. & ipsemet in narratione sua petiit se subrogari,vt patet ibi:dum dixit,ponere & subrogare dignetur in locum dicti do. Anto. ad dictam lecturā &c.quæ uerba nihil aliud important,nisi ut omnia iura & onera accedentia principali,insint in persona subrogati in eius locum,& faciunt eum procuratorem in rem suam:& in eum transferunt omnes utiles actiones : ut est text.not.in l.qui cccc. ff. ad Treb.in uer.in loco suo &c.& hoc ibi uoluit Bart. Ange.& Ioan. de Imol. & do.meum Alex.de Imo. & idem probat text. in l. plaue.ff. famil.ereisc.& hoc ibi uoluit Barto. per illum text. Idem etiam probat text.in l.si tantum.§.1.ff.de pact.in uer.loco domini &c.& uoluit clarius Ang. in l.si cum emptione.eo.tit. Tamen his non obstantibus puto cōtrarium

trarium uerfus : quòd dictus fubftitutus teneatur obferuare pacta & conuentiones,facta,& factas,p dictum d.Anto. fuper dicta lectura & eius ftipe n- dio:& moueor fic. Primo:noio uerba refcripti, & narrationis in uer.cum omni pleno iure,actione,& poteftate, ponere, & fubrogare dignetur &c. nam † qui omne dicit, nihil excludit.l.Iul.de leg. 3. l.a procuratore. C. manda. Si ergo eft fubrogatus ad omne ius:& cum omni iure & poteftate ad dictam lecturam,non haberet totum, & omne ius,fi tenetur foluere xx.libras.quæ petuntur ab eo,ergo &c. Secundo adduco uerba etiam dicti refcripti,ibi dū dicitur:cum onere repetendi,&c.ubi fit ifta fubrogatio cum uno ouere tantum,fcilicet repetendi.er go qui unum dicit,aliud excludit.l.cum prætor.ff. de iudi.l.maritus.C.de procur.c.nōne.de præfum. Cum ergo iniunxerit fibi onua repetendi,uidentur talia onera exclufa. Tertia adduco unum,ad quod totus mnudus non refpōderet,& bene ponderent. R.V.hoc folum, quod ponit fecurim ad arborem, quia ifta fubrogatio facta per R. D. gubernatorē, fuit facta die xv.Augufti.Mccccluxx. prout patet in data:& ifto tempore do.Anto.iam erat apud Ferrariam : & ibi acceperat gradum doctoratus:& fic ibi conductus erat:unde nullum habebat amplius ius in hac lectura:& amiferat omne ius,& penitus facta & difpofita per eum fuper hac lectura,nullius erant momenti,tanquā res deueniffet ad eū cafum, a quo incipere non potuiffet.Cum † ergo poft amiffum ius ab eo, & poft expiratam iurifdictionem in hoc fuerit facta fubrogatio,ifta fuit facta, & reperitur facta ad integrum iua lecturæ, in quo ceffauerant omnes conuentiones initæ per dictū do. Anton. merito fubftitutus totam integram lecturā debet habere,cum ad integram reperiatur fubrogatus.& in hoc faciendum, eft non mediocre fundamentum:quia ex quo uitiatum erat principale,fcilicet,ius lecturæ competentis ei, & in hoc non eft dubium,propter gradum Ferrariæ receptum,etiam accefforia omnia intelliguntur expiraffe, fcilicet, conuentiones initæ fuper dicta re:ut in regula acceflorium.de reg.iur.lib.6.l.cum principalis.ff.eo. tit.& fublato fundamento illo, cætera corruerunt, & poftea omnibus dirutis & euacuatis ifte fuit fubftitutus.unde reperit rem intactam & nullatenus obligatam, & fic diffolutam ab omni manu:& erat † terminis liberæ lecturæ:in qua nullus habebit ius, & erat deuoluta ad primos gubernatores , qui poftea eam conceffere, & ifta appellatur proprie con ceffio.& eft noua datio. Quarto pro parte iftius domini fubftituti facit quædam fcriptura folennitter celebrata inter do. Anton. & magnificum Michaelem de Aretio,qui eft ille,qui petit iftas.xx.libras.uam inter eos ita cōuentum fuit,quòd in om nem euentum folutionis falarii dictæ lecturæ cede rei ius , ad quantitatem xx lib. & ex tunc cefsit & fic uoluit do.Anton.quòd collata fuerit ifta folutio xx.libr.ad tempus folutionis pecuniæ dictæ lecturæ & non ante.fed iftud tempus nōdum uenit,nec vnquam venit, nam ex quo amifit ius per gradum fufceptum Ferrariæ,nunquam poterat fibi folui:er go fi foluitur alteri,non poteft ifte fe intromittere: quia remiferat fe ad tempus folutionis fibi fiendæ,

& tunc promifit fibi cedere iftud ius , & conditio non eft impleta: quæ debet impleri.l.qui hæredi. & l.Meuius.de condic. & domon. Vnde eft impleta alia forma,de qua partes non cogitarunt , nec potuerunt cogitare, credebant enim quòd ifta pecunia effet foluta do. Anto. & poftea cederet fibi ad xx.lib.non antem credebant,quod hæc pecunia fol ueretur do.fubftituto.unde ifte do.Michael nō po teft conuenire iftum d.fubftitutum. fed debet agere contra do.Anton.ad intereffe fuum.unde non deficit fibi ius,fed deficit fubftitutum , cum quo nihil egit.nec habet agere,caufis & rationibus prædictis.Et tanto magis cum non folum fuiffet facta cōuentio de foluendo de ifta lectura,fed etiam effent concordes alio modo, tanquam diffiderent de illa conuentione,tanquam non ualida.nam fuper talibus iuribus uniuerfitatis,quæ nondum ad eus fpectabant,non poterant ira conuenire & difponere, cum,ut dixi,ius nō effet quæfitum adhuc dicto do. Anto. qui habebat aliqua agere , antequam haberet dictam pecuniam, quæ non fecit:unde in dicta re non poterat fe mifcere. Et pofito,quòd ifta conuentio ualuiffet,obftant rationes fupra allegatæ. Non † obftat modo illud, quod dicitur fubrogatū fapit naturam fubrogantis. prout fupra dixi quia ad hoc refpondeo hoc procedit in fubrogatione illius qui habet aliquod iua in re, fed ifte omne ius amiferat:unde fubrogatus debet fapere eius naturam.Et ifta non proprie fubrogatio,ex quo folum eft illud fublatum cui fubrogatur ut patet. Vel & fecundo poteft refponderi, quòd fubrogatus debet fapere naturam illius,in cuius locum fubrogatur.d.l.fi enim.§.qui iniuriarum.hoc eft uerum,circa fubftantialem natnram.glo. eft nota.digna,quā fumme commendat Bart. ibi in l.certi conditio.in princ.ff.fi cert.pet.& ita eft in cafu noftro.quia iftæ conuentiones funt quid accidens ad iftam lecturam unde quo ad hæc fubftitutus, cafu.quo fit proprie fubftitutus,non debet fequi naturam illius,cui fubrogatur:quod eft notandum pro intellectu huius materiæ. & ideo dicebat multum notabiliter Paul. de Caftr.in fuo confil. ccxxxv.incip.licet ifta d.Lifia &c.quòd fubrogatus fapit naturam illius,in cuius locum fubrogatur,fi poteft,& non cōtrariatur naturæ fuæ.alias autem non.& pofuit etiam Raph. Cum.in confil.xxxv.circa princip. incip. Frāncifcus inftituit domam &c.& in confil.cxxiij. incip. Bartholomæus inftituit Antonium &c.& Bald.in confil.7.in 1.parte confiliorum fuorum,incip.quidam de Pafinis &c.Laus Deo,amen.

Et vt fuprafcriptum eft,confulo , & iuris effe dico, ego Ludouicus Bologninus , Iur. V. doctor,& æques: facri palatij apoftolici aduocatus confiftorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetuftiffimo regiæ ciuitatis Bononiæ,ftudio: patriæ méæ.& in fidem, præmifforum,propria manu me fubfcripfi , & folito figil lo fignaui. Laus Deo fupremo, & diuo Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS

CASVS CONSILII LXIX. TALIS EST.

Cornelius Spupillus multa habens bona ab intestato a patre suo, & ex post a matre iam prædefunctis ad eam peruenta, ab intestato, mortuus est, relictis post se Caio & Titio, & Sempronio patruis suis, & etiam Camila, Lucretia, & Andromada materteris eius inter quos patruos ex una parte, & dictas materteras ex alia, contentio orta est, maxime de successione bonorum prædictorum, quæ ad dictum Carnelium a matre eius peruenerunt, quæ bona dicti patrui dicunt ad se spectare & pertinere, maxime uigore statuti infrascripti in §. & etiã prædicti agnati. &c. ubi expresse disponitur agnatos excludere cognatos, etiam masculos. Ex aduerso dictæ materterę dicunt, ea bona ad se specta re, in totum, uel saltem pro parte dimidia: & hoc uigore eiusdemmet statuti in eodem. in uersic. exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerint ex dote uel tit. lucratiuo, ut dictũ est a matre: uel coniuncta persona per matrem defunctæ personę: in quibus ius commune seruatur &c. ubi statutum excipit a prædictis. Quibus, stantibus, quæritur quid iuris, extante statuto regie ciuitatis bonon. cuius tenor talis est sub rubrica de successionibus ab intestato ascendentium, & collateralium, &c. maxime in dicto uersic. Et etiam prædicti agnati, præferantur omnibus transuersalibus cognatis, etiam masculis, & etiã in ius agnationis translatis, ut puta natis ex sorore, uel amita defuncti, & aliis a iure declaratis & expressis exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerint ex dote, uel titulo lucratiuo: ut dictum est a matre, uel a coniuncta persona per matrem personę defunctæ, in quibus ius commune seruetur, nisi filii masculi, uel fœminæ, uel alii liberi sororum utrinque coniunctorũ concurrerent, cum fratribus defunctæ personę, utrinque coniunctis, seu eorum liberis masculis, uel altero eorum: quo casu ipsi fratres uel liberi etiam in dictis bonis præferantur &c.

SVMMARIVM.

1 *Fratres uterini an præferantur consanguineis in bonis prouenientibus a matre, uel a linea materna, & econ tra.*

2 *Matertera an pariter. succedat cum patruo, in bonis nepotis eius. Et quid in alus agnatis & cognatis: usque ad quem gradum admittantur omnes. & nu. 4. 5. 6. 8. 9. & 30.*

3 *Text. l. de emancipat. §. exceptis. de suis & legit. an habeat locum in fratribus: etiam in ulterioribus transuersalibus, & in quibus intelligatur.*

7 *Solum, uerb. taxatiuum est.*

10 *Bonon. statuti intellectus, sub rub. de succes. ab intest. descendentium, & collateralium, in prin. & in med. & in fin. & in §. agnati namque masculi, &c. per discursum. nu. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 26.*

17 *Filii patruorum, qui sunt in quarto gradu, excludantne materteras. & num. 20. 25.*

18 *Clausula in fine apposita, an referatur ad omnia præcedẽtia, uel ad quæ. & num. 22. 24. & 35.*

19 *Statutum admittatne fratres utrinque coniunctos, uel eorum liberos, contra filium sororis, in bonis undecunque prouenientibus*

21 *Matereris, & aliis agnatis fœminis, & non habentibus iura agnationis, si quid reseruetur a statuto in success. ab intestat. quæ sint & concurrant absurda.*

23 *Etiam, dictio, quam uim habeat.*

27 *Statuti ius pendet ex mente statuentium.*

28 *Statuta debent intelligi secundum peritos, non secundum idiotas.*

29 *Statutum excludens cognatos, ob existentiam agnatorũ, cui iurium repugnet, & cui conueniat.*

31 *Statutorum excludentium fœminas, ob existentiam liberorum, quæ sit ratio. Et an sit contra ius commune, uel aliquam legem.*

32 *Agnati & cognati, an regulentur sub uno & eodemmet uerb. & num. 33.*

34 *Ratio ubi non eadem, non qualificantur omnia equaliter, sed diuersimode.*

36 *Ex, dictio, an aliquando denotet causam remotam.*

37 *Sequentia declararantur per præcedentia. & num. 41.*

38 *Cognati, translati in agnatos, an plus iuris habeant, quam simplices cognati.*

39 *Filius sororis, excludit patruum. Et quid ita num. 30.*

40 *Liberis amitarum cur non fiat reseruatio: sicut liberis sororum.*

41 *Verba, exceptis bonis, quæ ad defunctam peruenerint per sonam: quid importent.*

43 *Arg. a maioritate rationis, an procedat in statutis correctoriis.*

CONSILIVM LXIX.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre valeam. Veritas enim apud Deum mutari non potest: secundũ Bal. in consil. cclxxxvii. an fi. incip. quia unus testis &c. in ij. parte suorũ consilior. Viso igitur puncto mihi porrecto, & visis diligẽter consideratis, matureque discussis verbis statuti Bono. positi sub rubr. de successio. ab intest. ascenden. & collaeralium, &c. 1 † Prima fronte uidetur dicendũ alterũ de duobus:

bus: uidelicet uel dictas tres materteras in bonis dicti Cornelii earum nepotis in totum succedere exclusis in dictis Caio, & Sempronio, & Titio eius patruis: uel saltem si non admittuntur in totum, sic cedant in tribus partibus ex sex, & sic in capita, cũ dictus tribus patruis existentibus. Capio igitur primum, ad quod uerificandum adduco cõem theoricam glossarum: & etiam doctorum in locis infra allegandis, quæ habet, quòd cessantibus ascẽdentibus, & descendentibus admittantur fratres vtrinque coniuncti. Quibus non extantibus admittantur filii dictorum fratrum utrinque coniunctorum. Quibus omnibus deficientibus uel repudiantibus admittuntur fratres cõsanguinei tantum, & fratres uterini tantum simul, in bonis propriis quæsitis ab ipso fratre præmortuo. sed in bonis prouenientibus a patre, uel a linea paterna, præferuntur fratres consanguinei: sed in bonis prouenientibus a matre, uel a linea materna præferunt fratres uterini. Casus est singularis secundum omnes ibi in l. de emancipatione. §. exceptis. C. de legi. hære. & uoluit gloss. & magis cõiter scribentes ibi. & in authen. itaque. C. cõia de successio. & uoluit solẽnis doctor d. Matthæus de Mathæsilanis Combononiensis in suo tractatu successiõ. ab intest. in 3. artic. principali dum tractat de successione transuersalium. In xxiii. col. in uer. & hoc procedit quo ad bona extrinsecus quæsita &c. ubi allegat etiam illũ casum pro singulari in d. §. exceptis. † Ergo in proposito nostro uidetur quòd similiter dictæ materteræ in successione dicti Cornelii nepotis, in his bonis prouenientibus ab eius matre debeant dictis patruis omnino præferri. Et cõtra patrui eius debent præferri materteris in bonis omnibus pro-

3 uenientibus ab eius patre. Plus † dicunt scribentes, in locis præallegatis, quòd dispositio d. l. de emancipatione in §. exceptis. licèt loquatur de bonis maternis uel paternis: intelligitur quo ad consanguineos tantum etiam de bonis prouenictibus ab auo paterno: uel auia paterna: & econtra quo ad uterinos tantum intelligitur de bonis etiam prouenientibus ab auo materno, uel auia materna, propter identitatem rationis. Pro quo optime facit text. in l. 2. C. de bonis maternis. & in l. quod seitis. §. finantem. C. de bon. quæ lib. in uers. ex materna linea uenientes &c. & in uer. ex matre. uel ab eius linea &c. & hoc aperte uoluit etiam idem d. Matthæus in dicto suo tractatu, in loco prællegato, in ver. sed hoc dubium occurrit &c. Nam secundum enim, eadem ratio militat in bonis prouenientibus a patre: quæ in bonis prouenientibus ab auo pater no uel auia paterna; quo ad fratres consanguineos tantum uel eorum filios. Et econtra eadem ratio militat in bonis maternis: & in bonis prouenictib. ab auo materno uel auia materna quo ad fratres uterinos uel eorũ filios. Et sic deinceps in bonis om-

4 nium aliorum ascendentium. † Ergo in proposito nostro, debent dictæ materteræ præferri in totum dictis patruis in istis bonis prouenientibus a matre dicti Cornelii nepotis: & ab aliis eius ascendentibus, prouentis ex latere matris & hoc primo. Secundo principaliter adduco: quia dato, quòd prædicta non procederent, uidetur dicendum dictas materteras saltem admitti debere pariter cum dictis patruis, ad omnia bona tam paterna, quàm materna, dicti earum nepotis, cum omnes sunt in eodem tertio gradu insti. de grad. & in l. iurisconsul. §. 3. gradu. ff. e. t. † Vnde debent admitti pariter. &

5 hoc est casus in §. si uero neque fratres. in authen. de hæred. ab intest. ubi post fratres, fratrumq; filios uocantur agnati, & cognati secundum ordinẽ sui gradus sublata hodiè omni differentia agnationis & cognationis, & successio fit in capita, id est, secundum numerum personarum, non autem in stirpes. Ita dicit ille casu multum notandus in proposito, & uolunt scribentes omnes, in authen. post fratres. per illum tex. la j. & in authent. post fratre. la 2. per illum tex. C. de legit. hære. ubi sunt, tura apta hoc disponentia: & transsumpta ex dictis §. si uero neque fratres. & §. illud. de hæred. ab intest. & uoluit etiã idem d. Matth. in præallegato suo tract. in xxvj. col. in uer. 3. loco post fratres fratrumq; filios uocantur omnes agnati: & cognati &c. & in 2. tum pariter admittuntur hodie agnati secundum ordinem graduum: & tamen in capita, ut modo diximus. quod succedunt omnes vsque ad decimum gradum inclusiue: licet olim istud tantummodo dispositum esset in agnatis: ut uoluit gloss. no. & cõiter omnes scribentes & descendentes, eam ibi approbant in §. fi. insti. de succes. cog. & in auth. in suc cessione. C. de suis & legit. & in terminis uoluit præfatus do. Matth. in lolo supra proxime allegato vbi dicit hanc esse commune sententiam glossarum & doctorum. Pro quibus potest adduci text. multũ notabilis in §. consequens in authen. de hæred. ab intest. in uer. hæreditas &c. Nam põdero illud uerbum hæreditas diuidatur &c. quod importat successionem in uniuersum ius quod defunctus habuit, ut in l. hæreditas. cum vulgaribus. ff. de reg.

6 iur. † Cum ergo ille text. in §. consequens post ascẽdentes, & descendentes, fratres, fratrumq; filios uocet agnatos, & cognatos simul, & dicat quòd hæreditas diuidatur inter eos & in capita & c. manifeste vult & pariformiter & sic usque ad eundem gradum tam agnatos quam cognatos hæredes esse. Ad idem pondero text. in d. authen. post fratres. la 2. ibi: sola namque cognatio &c. vbi tex. disponit, in successione agnatorum & cognatorum sola prioritas graduum attenditur & sic tolluntur omnia obstacula, quæ olim erant. quod probatur, per uerbũ

7 sola: quod est † uerbum taxatiuum & exclusiuum aliorũ. his solis. C. de reuo can. dona. & uoluit Bal. in l. 1. C. de contra tabu. & Bal. in l. cum notissimi. C. de præscri. lon. tempo. Ad idem ponderare sum consuetus tex. in §. nullam. in authen. de hæred. ab intest. in uer. per quelibet alium modum priorbus legibus retractatur &c. ubi omnis differentia inter agnatos & cognatos tollitur: quæ quolibet modo erat inter eos. Sed inter alias erat hæc, quòd agnati succedebant usque ad x. gradum. cognati uero vsque ad 7. ergo &c. Et ita uidetur dicendum in proposito nostro: uel dictas materteras in totum excludere dictos patruos in his bonis prouenientibus a matre uel a linea materna, dicto nepoti suo: & patruos similiter eas excludere in bonis prouenientibus a patre uel a linea paterna per primo lo-

eo allegata. Vel secundo: quod saltem fieri debeat omnium bonorum contributio hincinde paternorum & maternorum & quòd dictæ matertere admittantur simul ad hæreditatem, & bona prædicta omnia, cum dictis patruis, & inter omnes diuidatur hæreditas in capita, per eo, quæ secundo loco adducta fuere. Et ultra prædicta hoc uoluit Bald. in l. patruo. C. de legit. hæred. dum dixit quòd ille tex. qui in succedendo nepoti, præferebat patruum matertere, est hodie correctus. quod etiam comprobant ibi alii docentes per iura authenticorum: de quibus supra dixi, scilicet per d. §. si uero neque. &

8 in §. consequens. & in §. reliquum. cum si.† Tertio principaliter semoto iure cõi, uidetur dicendum, ex alio capite, dictas materteras admitti ad dicta bona materna in totum ex dispositione prædicti statuti. in uer. & etiam prædicti agnati, ibi exceptis bonis, quæ ad defunctam personam præuenerint ex dote uel titulo lucratiuo, ut dictũ est a matre uel a coniuncta persona, per matrem defunctæ persone, in quibus ius commune seruetur, & c. non exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. nam quod liquide. in fin. ff. de pen. leg. l. quæsitum §. denique. & ibi not. Bart. ff. de fund. instruct. l. legata inutiliter. in prin. & hoc ibi uoluit Bar. ff. de lega. 1. & uoluit Bal. in l. 1. in fin. ff. de liber. & posth. Cum ergo dictum statutum præferat omnes agnatos & cognatos, præterquam in bonis prouenientibus a matre uel coniuncta persona per matrem, hic habemus casum apertissimum decisiuũ huius quæstionis, quòd dictæ matertere, quæ sunt cognate præferantur ĩ istis maternis bonis prouenientibus dicto Cornelio nepoti suo a matre, de quibus agimus patruis omnino exclusis: & hoc diligẽter aduertendũ est, & hic labor, hoc opus est, & c. Sed tamen nihil ad rem, ut infrà patebit in progressu, dum attingã intellectum uerum huius statuti.†

9 Nihilominus prædictus non obstantibus, tam de iure comuni, quam municipali: quæ uere non obstãt, si rectæ põderentur, in contrarium, puto fore ueritatem: & dico in trepide & absque dubio dictos patruos ĩ omnibus bonis tam maternis, quam paternis admitti ad successionem dicti Cornelii nepotis, exclusis omnimodo in totum dictis materteris.†

10 Et primo antequam condescendam ad apponendum gladiũ ad radicem huius fructifere arboris, præmitto, q̃ dispositio dictæ l. de emancipatione. §. exceptis qui tex. est reputatus singularis per doctores in locis supra allegatis. qui loquitur de fratribus, & qui extenditur etiam ad filios fratrum, prout supra dixi, secundum cões sententias doctorum in locis supra allegatis ex identitate rõnis, non habet locum in aliis transuersalibus ulterioribus in gradu. Ita reperio uoluisse Bal. in l. d. authent. itaque. C. cõia de successionibus. in uer. & est quidam ordo anomalus & c. & sentit etiam præfatus. do. Matth. in dicto suo tractatu successionis ab inrestato, dum loquitur de fratribus & filii fratrum. In quibus dicit, quòd admittuntur, prout supra. Sed eis exceptis, non commemorat ulteriorea in gradu, quo ad hũc effectum, nec amplius commemorat bona paterna uel materna, uel lineæ materne, uel paterne. Sed dicit, quod alii agnati & cognati succedunt in capita, prout superius, seruata prærogatiua gradum, dictũ est per text. in d. §. illud. & in d. §. si uero neque fratres. ubi iura etiam non faciunt hanc consideratiõnem bonorum paternorum, uel maternorum, uel a dictis lineis prouenientium. Sed in indiniduo allego Salic. Combononien. ita, dicta authent. itaque in uer. quæro ab extra & c. Vbi hoc expresse firmat, per text. in d. §. consequens inducendo ad hoc eũ, prout supra induxi in alios proposito in uer. hæreditas diuidatur & c.†

11 Secundo principaliter præmitto alind, quod dispositio d. l. de emancipatione. §. exceptis. qui text. loquitur de bonis maternis: & qui extenditur per doctores prout supra dixi in prallegatis locis ad bona prouenientia, etiam ab aliis ascendentibus, non habet locum in bonis prouenientibus a transuersalibus. siue a linea materna, uel paterna proueniat: quia de his non reperitur iure cautum. Et etiam quia longa est ratio diuersitatis, inter hoc bona. Nam bona ascendentium sunt quasi debita descendentibus. l. 2. ff. de bonis libertorum secus est in bonis transuersalium. l. fratres. C. de inoffic. test. l. 1. cum seq. ff. eo. tit. Et ita in specie p hãc rationem reperio consuluisse do. Mattheũ Mattesillanum in loco præallegato in xxiiij. colu. in uer. 2. dubitari solet circa hoc, utrum frater consanguineus & c. quod dispositio dicti. §. exceptis non habet locum in bonis prouenientibus transuersalibus a linea paterna, uel materna.†

12 Ex quo infero ad primum præmissum confirmandum quod dispositio dictæ l. de emancipatione. §. exceptis non extẽditur ultra fratres fratrumque filios, arguendo de re ad personam, quod argumentum procedit, data eadem ratione: prout est hic. l. qui liberis. §. si plures. & ibi Bar. ff. de vulg. & pupil. & uoluit Bar. in l. miles. §. & quia diximus. ff. de test. mil. & Bald. in l. præcibus in xv. col. C. de impub. & aliis subst. cum multis similibus: quæ breuitatis causa obmitto.

13 † Tertio præmitto, quòd intentio & essentia huius statuti Senensis, de quo agimus, fuit principaliter conseruare & manutenere agnationem, & principaliter fauere agnatis, & masculis: & per masculos etiam dum loquitur de succedendo inter ascendentes, & descendentes: ut patet in principio dicti statuti. & in §. item præferantur & c. Et idem facit inter transuersales. nam semper considerant & præferunt masculos fœminis: ut patet in §. necnõ fratres mares & c. & in §. ipsi quidem fratres & c. & in §. agnati uero. & in §. item dicimus & c. nam per masculos agnatos conseruantur familiæ. l. 1. §. pe. ff. de uẽtre inspic. & uoluit Bal. late examinans intellectum statutorum Italiæ excludentium fœminas ob existentiam masculorum. in l. fin. C. de liberis præter. & Ange. in consil. cxix. incip. statuto Tudertinæ ciuitatis & c. ubi multum singulariter in proposito nostro, circa hoc statutum fere in terminis nostris loquutus est: & etiam Angel. in consil. infra allegandis. In quibus semper considerauit rationem agnationis in his statutis & similibus.†

14 Sed, ut dixi, statutum, de quo agimus, considerauit agnationem: & quod plus est sexum masculinum. Nam primo exordiendo ab ascendentibus dicit, quod masculi, & per masculum, puta pater, auus proauus, & aliis superiores, præferuntur ascendentibus fœminis,

nis,& etiam masculis per fœminam,excepta matre & auia paterna, quæ concurrunt cum ascendentibus masculis.Sed cum magno onere ut scilicet solum habeant usumfructum portionis suæ, & stent 15 uiduæ,& cum præstatione fideiussoris &c.† Similiter dictum statutum præfert omnes dictos ascendentes masculos omnibus descendentibus defunctæ personæ,per fœminam. Quod est quid mirandum, ut auus meus,proauus,& alii præferantur in bonis nostris nepoti ex filia nostra, & omnibus descendentibus per fœminam:quibus descendentibus magis debentur bona de cōi.Et quod plus est, etiam fratres nostri etiam ex patre tantum præferūtur dictis descendentibus nostris per fœminam:& quod plus est,filii etiam masculi dictorum fratrum nostrorum præferuntur dictis descendentibus. Hoc omnia disponit dictum statutum in d.§. item præferantur &c.& in d. §.necnon fratres marea &c.

16 † Quid plura nonne idemmet etiam statutum in alio ualde exorbitat a iure cōi:& solum considerat agnationem,& sexum masculinum simul.nam præfert patruos nostros, & etiam eorum filios masculos in bonis nostris descendentibus nostris per fœminam,puta filios filiæ meæ. ut in §.& similiter dictis descēdentibus &c.Et sic,ubi de iure cōi prima causa erat descendentium omnium,qui præferuntur omnibus transuersalibus: instit.de success. ab intest.in prin.& in authen.eo.tit.in prin.ne pos meus ex filia mea,qui est in secundo gradu infra postponitur filio masculo ex patruo, qui est in quarto gradu:ut instit.de gradibus in §. 2. gradu & in §. 4. gradu.Et per consequens considero, quòd hoc statutum magnificauit agnationem, & multo magis masculinum sexum,contra dispositionem iuris cōmunis in omnibus,& præfert ascendentibus,& descendētibus.His breuiter præmissis, redeundo ad rem,dico quod dicti patrui succedunt in omnibus bonis dicto Cornelio nepoti,tam maternis, quam paternis,exclusis omnino penitus dictis materteris.Et primo hanc conclusionem fundo ex dispositione præallegati statuti in d.§.& similiter dictis descendentibus &c.ubi statutum præfert in successione nostra patruos.& quod plus est, patruorum filios nepotibus nostris, etiam masculis ex filia nostra natis, & sic in duobus ut supra dixi exorbitat a iure communi.Primo,quod transuersales præferātur descendentibus contra omnia iura mundi.Secundo ut posterior in gradu præferatur priori in gradu, scilicet filiis patrui, & patruus nepoti meo nato ex filia mea.Ergo multo magis patrui, de quibus in præsentia agimus, debent præferri bis materteris in bonis huius nepotis,quæ sunt transuersales & fœminæ.& in 3.gradu.In quibus non concurrunt qualitates, quæ fuerunt in mente & in uerbis statuentium.Secundo ad idem considero dispositionem eiusdemmet statuti in d.uer. agnati namque masculi transuersales &c. arguendo a maiori, quod argumentum ualet,ut in authent.multo magis.C.de sacr.sanct.Eccles.& in l. quanto magis.ff. de iureiuran.c.cum in cunctis. extra de elect. cum vulgaribus.Nam statutum ī d.uersu disponit agnatos usque ad quartum gradum inclusiue excludere omnes agnatas fœminas transuersales præterquam sorores defunctæ personæ. & præter filias fratrum masculorum, & saluo, nisi concurrerent cum patruis defunctæ personæ. Quo casu pariter admittūtur cum eis &c. Sed illis sororibus & filiabus fratrum exceptis omnes aliæ fœminæ agnatæ excludūtur ab agnatis masculis in bonis defunctæ personæ. Vndecunque & qualitercunque prouenientibus.Si ergo patruus defunctæ personæ, qui est in tertio gradu,& etiam filius patrui, qui est in quarto gradu, excludunt in omnibus undecunque prouenientibus amitas agnatas,& quas statutum absque dubio plus dilexit,quam cognatas,& cognatos, ut patet ex eo, quanto magis patrui debent excludere materteras,& sic fœminas cognatas ī omnibus bonis nepotis,& undecunque prouenientibus. Præterea considero aliud in d.uer.agnati &c.quòd solum sororibus defunctæ personæ, & filiabus fratrū eiusdem concurrentibus cum fratribus, uel cū patruis in successione, reseruantur bona prouenientia a matre,uel a coniuncta persona per matrem.Sed eis exceptis aliæ personæ agnatæ excluduntur ab agnatis in omnibus bonis undecunque & qualitercunque prouenientibus.Ergo ī ꝓposito nostro multo magis patrui agnati debent excludere materteras in omnibus bonis undecunque prouenientibus, nec intelligitur eis facta aliqua reseruatio. Imo intelligitur denegata eis, cum sit denegata fœminis agnatis magis prædilectis a statuto, ut supra dixi. Tertio principaliter accedat ad confirmationem ꝑdictorum casus apertus, decidens quæstionem nostram, inducendo prout statim inducam in eodem statuto,in uersiculo,& etiam præfati agnati præferātur omnibus transuersalibus cognatis &c.Et hic iacet lapus.nam statutum expresse vocat nedum patruos,de quibus nos loquimur:sed agnatos omnes de quibus ut supra dixerat,in.§.procedenti,ad successionem transuersalium, & excludit cognatos omnes etiam masculos.& quod plus est,iura agnationis retinentes,puta filios sororum uel amitarum. Ergo sine duobio materteræ, quæ sunt meræ cognatæ & fœminæ,& ī aliqua iura, vel reliquias agnationis nō habentes, excludi debent a patruis agnatis.

17 † Plus dico, quòd nedum patrui qui sunt in tertio gradu:sed etiam filii eorum,qui sunt in quarto,excluderent materteras.Ita sonat dictum statutum in dicto ver. & etiam prædicti agnati &c.vbi præfert agnatos, de quibus supra dixerat in dicto consi.& etiam prædicti agnati.vbi præfert agnatos de quibus supra dixerat,in versi.præcedenti.& sic considerauit agnatos ad minus usque ad quartum gradum inclusiue, ut supra dixerat. Ergo habemus casum hic apertum ante oculos,decidentem hanc quæstionem, quòd bi patrui agnati excludunt materteras successione dicti Cornelii nepotis.Et si diceretur mihi,Amice,aduerte,quia idemmet statutū in eodem uersu statim se declarat, & prædicta limitat, ut procedat præterquam in bonis peruentis ad defunctam personam a matre,uel a coniuncta persona per matrem,ut patet in uer.exceptis bonis &c. & sic ponitur ibi:immediate exceptio declarans & restringens omnia supradicta.Cum ergo in proposito nostro, agamus de bonis prouentis a matre, uel ab auo materno huic Cornelio nepoti defun-

ſtio non excludunt agnati iſtas cognatas cum ſimus proprie in caſu excepto.

18 † Ad hoc reſpondeo diligenter conſideranda eſſe dicta verba exceptis bonis &c. & nunc intto verum intellectum huius ſtatuti, & hoc aduertite quæſo.

Nam exceptio, ſeu clauſula, exceptis bonis &c. debet referri ad proximæ & immediatæ præcedentia, ſen, vt rectius loquar, debet referri ad proxima proximiora. vt ſtatim manifeſte & inconuincibili iter probabo. quaſi velit dicere ſtatutum, & vere dicit, nec aliter dicere poteſt, vt ſtatim oſtendam, quòd agnati ſaltem vſque ad quartum gradum incluſiue, vt eſt patruus & filius eius omnino, & in totum excludunt omnea cognatos, etiam maſculos, & etiam in omnibus bonis vndecunque prouenientibus.

Et hoc etiam primum dictum & abſolute probatum, vt ex eo patet.

Poſtea ſubdit ſtatutum incontinenti, quòd iſti agnati excludunt in tantum cognatos etiam maſculos, etiam iura agnationis retinentes, vt ibi etiam in ius agnationis.

Sed tamen his qui ſunt cognati, & qui iura agnationis retinent ſit tantum hoc priuilegium & ſit illa reſeruatio bonorum prouenientium a matre, vel a coniuncta perſona per matrem.

Nam hoc caſu tales cognati retinentes reliquias agnationis bene admitterentur ab inteſtato ad illa bona ſolum ſibi reſeruata, ſecundum diſpoſitionem iuris communis.

Exemplum, ſi filius ſororis meæ cõcurreret cum patruis meis vel cum filiis patruorum in bonis ad me prouentis a matre ſua, vel a perſona coniun. ctaper matrem pro certo: quia prædicti filij ſororis meæ retinent iura agnationis non excluderentur a bonis, ad me prouentis a matre ſua, vel a coniuncta perſona per matrem. Sed in his ſeruaretur ius commune.

Et in his, & de his, propriæ intellexit dictum ſtatutum & in his cognatis, quod plus eſt, ſolum in filiis ſororum, vel filiabus earum, retinentibus iura agnationis ſtatutum facit tantum illam exceptionem, & ad eos tantum ſe refert, limitando prædicta: non autem refert ſe ad alios meræ & puræ cognatos: & multo minus, de quibus agimus.

In quibus ceſſant qualitates requiſitæ a ſtatuto, quæ ſunt omnino de ſubſtantialibus.

Et ſi diceretur mihi: Amicæ, quis reuelauit tibi hoc, & an a te hoc dicis vel ab alio. Ad hoc breuiter reſpondeo, quòd non caro, nec ſanguis, reuelauit: ſed hoc eſſe verum, probatur de neceſsitate multifariæ, multiſque modis, ex infra dicendis.

Et primo apertiſsime, ex verſu: præferantur agnati tranſuerſalibus cognatis, etiam maſculis: & etiam in ius agnationis tranſlatis & expreſſe &c.

Secundo prædicta probantur ex alio verſu eiuſdem met ſtatuti in eodem. §. & etiam prædicti &c. poſito poſt verſiculum, exceptis bonis &c. immediate, ibi: niſi filij maſculi, vel fœminæ, vel alij liberi ſororum vtrinque coniunctarum concurrerent cum fratribus maribus defunctæ perſonæ, vtrinque coniunctis, ſeu eorum liberis maſculis, vel altero eorum.

Quo caſu ipſi fratres vel liberi etiam in dictis bonis præferantur &c.

Nam ſtatuentes ab exceptione prædicta excipiunt modo vnum caſum, ex quo manifeſte apparet, quòd dictus verſus exceptis bonis &c. & per conſequens exceptio non poteſt intelligi, niſi in cognatis retinentibus ius agnationis, dum dicitur ſtatim poſt dictum verſiculum, exceptis bonis &c. niſi filij maſculi vel filiæ fœminæ ſororum vtrinque coniunctarum ius agnationis habentes concurrerent cum fratribus maſculis vtrinque coniunctis defunctæ perſonæ, vel cum eorum liberis maſculis. nam hoc caſu dicti fratres defunctæ perſonæ maſculi, vel eorum liberi, vt pote potiores & fortiores in agnatione, & in ſe vera vincula, & iura agnationis habentes, excluderent etiam filium maſculum ſororis etiam in bonis defunctis, prouenientibus a matre, vel a coniuncta perſona, per matrem dictorum filiorum ſororis.

Non obſtante eo iure agnationis reſidente in eis, vtpote debilioribus, quam ſint primi in agnatione.

Et hoc aperte probatur ibidem in verſicul. etiam in dictis bonis &c. vbi ſtatutum implicat propter dictionem etiam lege penultima, & ibi Bartol. C. etiam per procur. & Bart. in l. ſuus quoque. ff. de hære. inſtit.

19 † Et ſic ſtatutum in bonis, etiam vndecunque prouenientibus admittit fratres vtrinque coniunctos vel eorum liberos, contra filium ſororis, non obſtante priuilegio iurium agnationis, ſed non alios agnatos remotiores quibus aliis agnatis extantibus & remotioribus, qui ſunt fratres, & filij fratrum noſtrorum reſeruatur, tunc bene illa ſucceſsio cognatis & habentibus iura agnationis tantum & ſic illa exceptio ſit filiis, vel filiabus ſororum mearum concurrentibus in ſucceſsione mea cum patruis, vel filiis patruorum meorum in bonis ad me peruentis a matre eorum vel a perſona coniuncta per matrem.

20 † Sed ſi patruus meus, qui eſt in tertio gradu, vel filius eius, qui eſt in quarto, vt iam ſæpius dixi, vel alij agnati vſque ad eundem quartum gradum, ſaltem reperientur, volentes ſuccedere in bonis meis, exiſtente matertera; vel aliis meræ cognatis & fœminis, & non retinentibus iura aliqua agnationis, prout eſt in caſu iſto, infallanter iſti excluderent eas, & eos in quibuſcunque bonis vndecunque prouenientibus nec eis ſit aliqua reſeruatio per dictum ſtatutum, imo exceptis prædictis filiis, vel filiabus

ſororum noſtrarum iura agnationis retinentibus, quibus tantum fit illa reſeruatio, niſi extent fratres maſculi, uel filii maſculi fratrum, ſtatutum aperte excludit pœnitus omnes alios cognatos, propter exiſtentiam agnatorum in omnibus bonis,& etiam ſi cognati ſint maſculi quod eſt plus. Ad idem oſtendendum hunc eſſe uerum intellectum dicti ſtatuti probatur alia ratione euidenti, nam ſi amita, quæ eſt uere agnata, & magis a ſtatuto dilecta, ratione agnationis reſidentis uere in ea excluditur a patruo, & etiam a filio patrui, in omnibus bonis nepotis undecunque prouenientibus, nec ſibi fit aliqua reſeruatio bonorum prouenientium a matre, uel a coniuncta perſona per matrem defunctæ perſonæ, ut ſupra probatum eſt: & aperte diſponit ſtatutũ in uerſi. agnati quoq; maſculi,&c. ergo matertera cognata mera, nec habẽs iura aliqua agnationis, multomagis intelligitur eſſe excluſa a ſtatuto prædicto, ſiue aliqua reſeruatione: cum ſtatutum magis conſiderauerit & priuilegiauerit ius agnationis & ſexum maſculinum ſimul, quam cognationis. dicta l. 1. §. penul. ff. de uen. inſpi. & ſupra dixi. & infra etiam aliquid dicam allegando Ange. in pluribus conſiliis vbi ſemper in his ſtatutis, de quibus agimus, conſiderauit hanc rationem agnationis conſeruandæ &c. Et iſte eſt uerus intellectus huius ſtatuti in dicto uerſu, exceptis bonis

21 &c. † Quem ultra prædicta ex alio capite etiam eſſe uerum demonſtro. Nam ſi illa exceptio comprehenderet etiam omnes cognatos, etiam maſculos, iura agnationis non habentes, ſequerentur plura abſurda. Primo, quod illa ſecunda exceptio poſita ibidem immediate, ab illa prima exceptione male poſita eſſet, nec conueniret, nec poſſet aliqua modo referri ad præcedentia: ut de ſe patet ea eius lectura recte conſiderata. Præterea, aliter intelligendo, melioris eſſet conditionis matertera, quã amita, quæ excluſa reperitur, per §. agnati &c. in omnibus bonis undecunque prouenientibus etiam a matre uel coniuncta perſona per matrem, ut ſupra probaui, ergo &c. Præterea, ſequeretur quòd cognati & in decimo gradu exiſtentes admitterent in bonis, quæ ad defunctam perſonam peruenirunt a matre, uel a coniuncta perſona per matrem, quod non reperitur introductum in fœminis agnatis tranſuerſalibus de quibus dictum fuit in d. §. agnati quæ omnes fœminæ agnatæ excludũtur ab agnatis maſculis in omnibus bonis vndecunq; prouenientibus: niſi ſint ſociores perſonæ defunctæ, vel filiæ fratrum maſculorum: prout aperte dicitur in d. §. agnati, &c. quibus cum patruis fit tantum ſimilis reſeruatio omneſque aliæ agnatæ fœminæ indiſtinctæ per patruos excluduntur in omnibus bonis quomodocunque & vndecunque prouenientibus. ergo &c. Ad idem facit alia rõ aperta. nam ſi hæc reſeruatio intelligeretur facta ab ipſo ſtatuto materteris & aliis cognatis fœminis & ſimilibus non habentibus iura agnationis pro certo nullius eſſet effectus nam exceptis fratribus ſuccedentibus ab inteſtato fratribus ſuis & exceptis filiis fratrum ſuccedentibus patruis uel amitis uel auunculis uel materteris non reperitur iure cautum, quòd aliis tranſuerſalibus ſint reſeruata bona prouenientia a matre uel a patre, uel ab eorum lineis.

Imo tollitur illa reſeruatio in aliis tranſuerſalibus, ut ſupra deduxi in præludiis, & maxime allegando Sal. poſt Bald. in. dicta autbentica. itaque. Ergo ſi hoc ſtatutum uoluiſſet reſeruare materteris hanc ſucceſsionem, referendo ſe ad ius commune prout refert quo iure nulla reperiretur facta reſeruatio dicto de cauſam materteris nihil penitus feciſſet, & ſeruiſſet eis de vento.

Voluit ergo neceſſario ſtatutum in dicto uerſicu. exceptis bonis & cæt. referre ſe ſolum ad cognatos iura agnationis habentes, prout eſt filius amitæ, & ſororis & ſimiles, & non ad alios.

Præterea ex alio capite hoc probatur nam ſi idẽmet ſtatutum in ſucceſsione noſtra indiſtincte prætulit patruos & filios patruorum noſtrorum deſcendentibus noſtris, prout nepotibus natis ex filia noſtra ſibi debita magis, quam tranſuerſalibus, nec fecit ſibi reſeruationem prædictam, niſi quòd vult eas habere legitimam ſibi debitam iure naturæ, ut in dicto §. & ſimiliter & ſupra dixi in præludiis & etiam in argumentationibus.

Ergo multo minus uoluit & debuit reſeruare bona non debita prouenientia a matre, uel linea materna ipſis materteris, quæ ſunt tranuerſales, & in tertio gradu, & fœminæ, & de iure communi deterioris conditionis ſine comparatione, quam ſunt nepotes noſtri, ex filia noſtra legitima & naturali: quibus pariformiter debentur bona noſtra ab inteſtato, ſicut filiis propriis ut in §. cum filius inſti. de hære. ab inteſt. & in leg. fin. eo. tit. & quæ ſine dubio præferebantur omnibus agnatis & cognatis ergo &c.

22 † Sed dato & non conceſſo, quòd dicta exceptio poſita in dicto uerſic. exceptis bonis & cætera. referri deberet ad omnia præcedent ia, quod minime fieri poteſt adhuc materteræ non comprehenderentur in illa exceptione. nam clauſula quæ refertur ad præcedentia, debet referri continuata ſcripta ſeu ſermone. ut leg. fin. in fin. & hoc ibi no. Barto. ff. de rebus dubiis ut dicamus quod bona materna reſeruentur cognatis retinentibus iura agnationis, & aliis non retinentibus dicta iura agnationis, ſed tamen maſculis, ut in uerſi. tranſuerſalibus cognatis etiam maſculis, & etiam in ius agnationis tranſlatis.

23 † Et ſi dicatur mihi, dictio, etiam implicat, prout de ſua natura eſt. & ſic compræhendit etiam fœminas cognatas, etiam meras, & eas etiam dicta clauſula ſeu exceptio debet referri, tunc dicam quod non propter copulam &, poſitam inter cognatos meros & cognatos iura agnationis habentes, ex qua denotatur diuerſitas inter eos. nam clauſula in fine debet referri ad præcedentia, ad quæ poteſt referri tantum leg. prima §. hoc edicto. ff. de poſthu. l. ſi idem cum eodem in fin. ff. de iur. om. iu. & hoc etiam uoluit Bart. in l. 3. ff. ui bono. rapto. & not. in capit. cum dilecti. ubi per dom. Abbas. extra de dona. nam indiſtincte referendo ad

24 † omnes, ſequeretur quòd cognatæ materteræ

terteræ essent eiusdem conditionis cuius sunt cognati masculi & iura agnationis retinentes, quod non fuit de mente statuti, quod sic a mare intelligendum esset contra ius commune, quod omnino diuersificauit in succedendo cognatos meros a cognatis retinentibus iura agnationis in se. Et si 25† diceretur mihi, Amice, fateor, quòd quo ad se ipsos, & inter contendentes cognati habentes iura agnationis, sunt melioris conditionis. Sed in proposito nostro contenditur inter patruos & cognatos: unde non est inconueniens quod in bonis prouentis a matre, materteræ sint melioris conditionis, quam patrui, uel saltem equaliter admittantur, cum hoc de iure communi fit: ad quod statutum se refert. Ad hoc respondeo, quod statutum non patitur hunc intellectum. nam sequeretur quod materteræ essent melioris conditionis, quam filii sororum nostrarum, nam tolluntur bona materterā & prouenientia a personis coniunctis per matrem, ob existentiam fratrum nostrorum, & etiam eorum filiorum masculorum, ut disponit statutum prædictum in d. uersi. nisi filii &c. sed de materteris, uel aliis meris cognatis nullam fecit mentionem. Ergo bona materna deberent sibi reseruari, quod non est dicendum. Sed statutum ideo hoc obmisit, quia habuit pro constanti q illa exceptio in uersi. exceptis bonis. nō intelligebatur nisi in cognatis habentibus iura agnationis, nam si noluissent omnibus indistinctè facere prædictam reseruationem positam in fine, quid esset alio mō dicēdo nisi prædicti cognati &c. Et si diceretur adhuc subtilius inuestigādo. Amice aduerte, quia statutū hoc voluit reseruare cognatis nō habētibus iura agnatiōis, illa bona ꝑcipua, nec loquit de reseruatiōe aliqua de qua tu dicis sed tātūmodo voluit tollere prælaturam successionis agnatorū in his bonis, quasi uelit dicere, q succedāt oēs simul, secūdū dispositionē iuris cōmunis. Sed de iure cōi nouissimo materteræ pariter admittūtur cū patruis: ut supra deductū est ꝑ tex. in d. §. si neq; fratres. cū similibus aliis supra allegatis. Ergo si materteræ nō habēt illa bona præcipua, falsè admitti debēt cū patruis: cū hoc sit prouisum de iure cōmuni: ad quod se refert statutū: in d. uer. exceptis bonis. Ad hoc ētiā ego rādeo, q hæc facultas succedēdi, si nō est reseruatio, concedit ꝑ hoc statutū tatūmodo cognatis habentibus in se iura agnationis, & nō aliis, pro ut supra ꝓbaui. & ꝑ cōsequens statutū excludit omnes alios cognatos, ut patet in uersi. Et ēt ꝑdicti agnati p̄ferant omnibus trāsuersalibus cognatis &c. ēt masculis, & ex quo omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de le. 3. l. a mādatore cū similibus. C. mādati. & exceptio sequens limitate ponit prout supra dixi. Et si diceremus, q facultas succedendi post modū fuisset cognatis in istis bonis ꝓuenientibus a matre uel cōiuncta ꝑsona ꝑ matrem cōcessa. Pro certo statutū sibimet esse contrarium & se corrigeret in pluribus superius iam decisis in ꝑcedentibus §. cōtra tex. in l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & in l. 1. C. de fur. iuncta l. nam ad ea. ff. de condit. & demon. Nam de iure cōi agnati eiusdem gradus simul admittuntur ab intestato d. §. reliquū & d. authen. post fratres. cum aliis superius deductis. 26† Ergo cum statutum non possit intelligi in reseruatione præcipua dictorum bonorum fienda dictis cognatis, intelligeretur uocare eos, prout est de iure cōi, quos cognatos supra proxime manifeste exclusit stantibus agnatis: ut in d. uer. & etiam prædicti agnati præferantur omnibus transuersalibus &c. Intelligitur ergo de necessitate statutum in d. uersi. exceptis bonis &c. de cognatis quibus reseruat habentibus iura agnationis, ut cantat ipsum statutum, & qui sint filii, uel filiæ sororum nostrarum, & non alii, quibus concedit ius succedendi, prout habent de iure communi, omnes autem alios excludit. Præterea, pro hoc faciat quia si nepotes nostri ex filia nostra non succedunt nobis imo excluduntur a statuto isto ob existentiam patruorum & suorum filiorum, ut supra dixi: multo magis sunt etiam exclusæ materteræ cognatæ penitus & fœminæ, & trāsuersales nec de eis intellexit statutū, in d. versi. exceptis bonis, quē si intelligeremus i materteris, esset ipsæ melioris conditionis, quam d. nepotes nostri ex filia no- 27† stra. quod non est dicendum. Confirmantur prædicta: quia essentia statuti consistit ex mente statuentium ut dixit Bal. in c. 1. §. 1. in ti. qui feu. da. pos. in vsi. feu. Sed. ita est, quòd hoc statutum admisit, & expresse admittere uoluit agnatos, & masculos tantum, & excludere cognatos, ut de se patet in dicto ver. & etiam prædicti cognati &c. Ergo exceptis cognatis habentibus iura agnationis, statutū intelligitur uoluisse omnes alios repellere. & aliter dicendo, statutum nihil operaretur, & esset ludi- 28 brio, & esset sibi in pluribus contrarium: ut supra probaui.† Et hoc modo intelligendo, statutum sine dubio magis consonat auribus peritorum & iuristarum. & hæc est uera mens & intentio statuentium & statuta debent communiter intelligi secundum iuristas & non idiotas. & etiam vt tollantur absurditates secundum Ang. in dicto consi. cxix. incipien. statuto tudertinæ ciuitatis &c. Et adeo hoc uerum, est, quòd etiam recedimus a propria uerborum significatione in statutis ad euitandum absurditatem, secundum do. me. Alexan. de Imo. in consilio. cj. in penul. colum. 3. uolum. incipien. super eo de quo quæritur &c. & in consilio. cxj. in 6. colum. in eo. 3. uolum. incipen. in causa uniuersitatis strazarolorum &c. ubi allegat iura & rōnes 29 circa hoc quas non refero. † Postremo ad corroborationem prædictorum, considero aliud, quia dispositio huius statuti excludentis cognatos ab existentiam agnatorum concordat cum lege xii. ta. & cum media iuris prudentia, & etiam cum iure prætorio & iure codicial. l. 1. ff. de tabulæ testamenti nullæ extabunt. & d. l. patruo. C. de legi. hæred. Ergo non est omnino contra ius commune. sed solum est contra ius authenticorum, & per consequens non est inconueniens intelligere illud, prout supra diximus ad exclusionem omnium cognatorum non habentium in se iura agnationis & maxime cum hoc modo intelligendo conseruentur agnationes. & ita reperio Ange. in casu magis dubitabili consulentem in d. consi.

consilio. 119. incipiente, ut supra & dicentem, quòd hæc statuta excludētia cognatos propter existentiam agnatorum, redacta sunt ad dispositionē legis duodecim tabularum, & ad mediā iuris prudentiam, & ad ius prætorium, & codicis, & quòd per agnatos conseruantur familiæ & diuitiæ, allegat text. in d. l. j. §. pen. de vend. inspi. & idem voluit ipsemet Ang. in consil. 68. incipien. Martinus Io. de Florentia & in consil. 69. incip. subtiliter & diffuse per germanum meum, dominum Bald. &c. & in consil. 180. incipi. statuto ciuitatis Cortoni cauetur &c. & in consil. 190. incipien. sanctissima & illustrissima regina &c. Et dixit idemmet Ange. in d. consil. 119. incipiē. vt supra quòd in successionibus magis fauendum est agnatis, quàm cognatis. Ergo non mirum est, si statutum, de quo agimus, priuilegiauit agnatos masculos, & si debet intelligi prout supra diximus, ex quo ex tali intellectu magis fauetur agnatis, quàm cognatis. nec hoc modo intelligendo, nō dicitur esse exorbitans omnino a iure communi. Et dato, quòd esset omnino exorbitans, non est vis, ex quo ita voluit l. pro-

30 spexit. ff. qui & a quibus. Et † ex his sublatum est fundamentum, quod colligi videbatur ex dicto iure municipali ad fauorem dictarum materterarū iu sæpius allegato ver. exceptis bonis &c. Non obstant modo allegata, supra in principio, in contrarium, etiam de iure communi, pro fauore dictarū materterarum. nam facilis est responsio, quæ satis ex supradictis apparet. nam ea procederent, loquendo de iure communi, & nouissimo. Sed statutum prædictum aliter disponit, & ponit gladium ad radicem arboris inducendo multifariæ multisq; modis, & subtiliter & mature, prout superius in-

31 dixi. Vltimo † pro complemento adduco dispositionem eiusdem statuti in ver. mandantes, quòd in quolibet casuum prædictorum &c. & in ver. si vero aliqua fœmina de linea agnationis vel cognationis &c. vbi statutum sciens se exclusisse agnatas, & cognatas fœminas, ob existentiam masculorum quoa prædilexit in omnibus casibus supradictis & nolēs eas penitus remanere delusas, & exclusas mandauit eas dotari debere, si non sunt doratæ. Habuit ergo pro constanti statutum se exclusisse eas a successionibus, & disposuisse hoc contra ius commune, vt patet in versiculis proxime allegatis, maxime ibi si vero aliqua fœmina agnationis vel cognationis excludatur a successione, contra ius commune &c. Ex quibus omnibus cōcludo prædictas materteras omnino exclusas fore, & esse a successione dicti Cornelij nepotes propter existentiam patruorum eius in omnibus bonis eius, tam maternis, quam paternis, & vndecunque & qualitercunque ad eum peruentis. Laus Deo, supremo, Amen.

POST INDE SCRIPTA.

Circa dubia vero ex post subtiliter in præsenti casu mihi porrecta pro clariori intelligentia statuti de quo agimus, vidi & diligenter consideraui ea omnia obiecta, quæ vere non obstant: tamen rem ipsam multum perstringunt, ex eorumque solutione etiam magis apparebit de victoria dictorum patruorum contra dictas materteras in bonis Cornelij nepotes prædefuncti.

32 † Et primo ad primum obiectum, quod dicitur quòd, ex quo de ipsis cognatis puris disponitur in eadem oratione, in qua disponitur de cognatis translatis in agnatos, & sub vno, & eodemmet verbo, reguntur & determinantur, conueniens est quod illud verbum exceptis bonis &c. etiam vbi esset appositum, vt respiceret cognatos translatos in agnatos, intelligatur repetitum etiam in cognatis puris per no. per Barto. in l. prætor. §. erit differentia. ff. vi bon. rap. cum multis tunc quæ

33 obmitto pro nunc. † Respondeo quòd quantumcunque simus in eadem oratione, & etiam quòd ab eodem verbo omnia regantur, &c. tamen non est incōueniens quod qualitas posita in eademmet oratione & constructu, aliquando referatur magis ad vnum ex cōprehensis in eodē constructu quam ad aliud, imo ita demum refertur ad omnia, quando vniformiter posset respicere omnia alias autem non secundum Barto. in §. Caio. in l. Seia de fun. instr. per l. fi. in §. Seio de le. 3. & Barto. in l. fi. ff. de rebus du. vbi dixit etiam prædicta procedere, nisi poneretur ad qualificandum vnum, quia tunc refertur ad illud tantum, & non ad alia & posuit Io. de Imol. in cle. j. de sup. neg. præla. Sed ita est in proposito nostro, quòd illa verba exceptis bonis, sunt posita ad qualificandum vnum ex comprehēsis in dicta oratione. & non possunt vniformiter respicere omnia: vt statim ostendā ergo &c. Quod autem hoc sit verum probatur, propter illud verbum vt dictum est &c. Ex quo datur intelligi, quòd ille versiculus exceptis bonis &c. non potest referri, nisi ad natos ex sorore. & hoc primo, ex expressa mente & verbis statuentium, qui dicunt se reseruare in bonis maternis successionē de iure cōmuni: vt dictum est &c. sed supra in §. ascendentesque præfati &c. & in §. dicti vero fratres &c. & in §. agnati nanq; &c. ad quos fuit facta relatio non fuit facta reseruatio successionis dictorum bonorum maternorum nisi sororibus & earum liberis, & earum tantum descendentibus, vt patet ex inspectione dicti statuti in præmissis locis, ergo &c. Præterea ratio vltra dictam mentem statuentium non est vniformis, vt infra probabo, in progressu

34 dum allegabo rationem statuti, ergo &c. † Vnde succedit doctrina doctorum in locis præallegatis, qui dicunt, quòd in eadem oratione, vbi ratio non est vniformis, in omnibus non qualificantur omnia æqualiter, sed diuersimode, & idem probauit Ill. dominus Areti. in suo consil. 1. in 7. colum. in ver. venio nunc ad tertium &c. & in consilio. 143. in vltimis verbis incipiente visa consultatione ad me transmissa &c. Præterea & tertio respondeo, quòd prædicta procedunt, nisi appareat de mente statuentium, quòd non voluerunt, vt qualitas seu clausula in eademmet oratione & constructu referantur nisi ad vnum. & ita est hic in casu isto quod probatur vltra prædicta in principio responsionis ex exceptione postea sequenti, in

in ver.nisi filii masculi &c. vbi statuentes postmodum eacludentes eoa filios & etiam liberos sororum iam admissos. & hoc propter caistentiã fratrum & etiã liberorũ eorundẽ.& sic in infinitũ propter uerbũ liberi iuxta.l.liberorum.ff.de verb. sig. videntur eapresse declarare se voluisse prius reseruare dicta bona filiis & liberis sororum tantum,& non aliis,de quibus in eodẽmet constructu fit mẽtio. nam si voluisset facere reseruationem prædictam omnibus cognatis dixisset hoc modo, videlicet nisi filij masculi, & etiam cognati prædicti cõcurrerent cũ fratribua, matribua &c.Sed cum tantummodo in exceptione prædicta commemoret liberos sororum, vt de se patet,datur intelligi,quòd illa reseruatio bonorum non fuit facta nisi liberis sororum tantum quibua nec aufert.Plusdico quòd nedum quòd non intelligitur facta aliia cognatis reseruatio prædicta bonorum maternorum, sed ẽt nec filiis amitæ.de quibus in eadem oratione fuit facta mentio,quod probatur apertissime: nã amita ipsa vere agnata indistincte exclusa fuerat ob existentiam agnatorum in omnibus bonis maternia, & vndecunque & qualitercunque prouenientibus, vt in d.§.agnati nanque &c. Ergo multomagis filij amitæ sunt eaclusi propter agnatos, cum sint cognata, & vlteriori gradu,quam amita,& qui de iure communi non habent iura agnationia: vt in §.primo instit.de legi.agna.tute. Et multo magis intelliguntur exclusi alii cognati meri,vt auunculi, & multo magis etiam cognatæ puræ, & meræ, intelliguntur exclusæ ab illia bonis maternis.

35 † Itaque ratione voluntatis disponentiũm, quam ex duplici capite ostendi, & etiam ex ratione diuersitatis, quæ militat inter istoa, quam rationem inferius deducam, illa qualitas seu clara non intelligitur repetita seu attributa omnibua in dicto vno eodemque constructu comprehensis: sed filiia & liberis sororum tm̃. & hæc sufficiant, quo ad primum obiectum tollendum. Nunc adduco aliud obiectum & magis subtile, dum dicitur, quod ex quo in d.versicul.nisi filii masculi &c. vbi ponitur exceptio & limitatio ad versi. exceptia bonia &c.disponitur nõ solum de cognatis in agnatoa translatis: sed etiã de puris cognatis, vt patet ibi: vel alii liberi sororum,&c.nã licet filii sororum sint trãslati in ius agnationis, tamen vlteriorea, & sic liberi sororum sunt puri & simplicea cognati, vt in l.12. tabularum.C.de legi.hæredi.& in §.hoc ẽt insti.de legi.agna.succesaio. Vnde cum exceptio loquatur generaliter de cognatis puris, etiã datur intelligi, quòd ille ver.eaceptia bonis præcedẽa similiter intelligitur generaliter de cognatis, cũ eaceptio declaret regulam.&idem a quo fit d.l.ꝙ nõ liquide.§.fi.ff.de penu.legata.& Bar.in l.prima.ff.de reg.iur. &c.Sed etiam ad hoc ego respondeo,ꝙ licet statutum in eaceptione cõmemoret liberoa sororum & sic cognatos:tm̃ commemorat agnatos certi generis particularis seu certe speciei, videlicet procedentea & originem habentes ab agnata.s.sorore, quibus liberia sororũ fuit facta reseruatio dictorum bonorum maternorum vel prouenientium a coniuncta persona per matrem: quibus fateor reseruationem prædictã factã fuisse per dictum statutum. Sed non sequitur, quod per exceptionẽ certi generia cognatorum voluerunt idẽ esse in aliis cognatia meria habentibus originẽ a cognata. Et hoc esse verum probatur: quia in regula fecerat mentionem non solum de filiia sororia, sed etiã de natis ex sorore, quæ verba possunt verificari non solũ in filiia propriis sororis: sed in nepotibus,& aliis liberia,qui dicuntur nati ex sorore:licet sint nati im-

36 mediate. Nã † dicto ex, sepænumero denotat causam etiã remotam.l.j.cũ ibi notatia per Bar.C.si seruua extern.& Bal.ĩ l.ex arrali.C.de actio.empti.& Old. in consi.49.incip.consueuit dubitari &c.& ideo nepotes & alii liberi sororis dicuntur nati ex corpore eius, sc̃dm Bal.in l.j.in j.col.C.de condi.inser.& Bal.in c.j.§.fin.in titu.de successione feudi.& Bal. in authen.si quas ruinaa in fin.C.de sacrosan.eccle. Et tanto magia prædicta procedũt,in casu nostro: quia si statutum voluisset in regula intelligere,etiã de aliis cognatis, facile dixisset: nisi filii masculi, vel fœminæ,vel alii liberi sororum, & alii cognati concurrerent &c. sed quia nõ commemorauit nisi primo translatos in iua agnationis & ab ipsis trãslatis procedentes, qui oẽs habent originem a mera agnata, in dicta exceptione. ergo non possumus intelligere, quòd in regula fuerit intentionia statuti, comprehendere omnes alios cognatos diuersi generis, in quibus est omnino diuersa ratio, saltem respectu originis, vt modo dixi. Præterea, hunc esse verum intellectum probatur ex alio. nam statutum supra in præallegat.§.dum commemorat bona materna & reseruatiunem eorum similiter, commemorat tantum sorores, & eorum liberos.& descendentes. vt patet in d.§.ascendentes nanque, & §.dicti vero fratres & in §.agnati nanque. Ergo statutum in hoc.§.item prædicti cõmemorana natos & liberos suorum, considerauit eoa, prout supra in dicta reseruatione bonorum maternorum omnibus aliis cognatis eaclusis. & hæc vera inten-

37 tio huiua statuti, si recte ponderetur. † Ex quibus omnibus tollitur secũda obiectio. Vltimo fit obiectum, quia in casibus, in quibus statutum præfert aliquoa & excludit alios, vt patet in casibua de quibus supra est facta mentio. & in.§.agnati nanque masculi. tamen exclusis semper reseruat bona prouenientia a matre, in quibus uult quòd seruetur ius commune. ergo cum in.§.& etiam prædicti &c.præferat agnatos transuersalea transuersalibus tam simplicibua, quàm etiam translatis in agnatione, videtur quòd intentio sua fuerit etiam simplicibus exclusis dicta bona reseruare, cum ex præcedentibua declarentur sequentia, iuata notata per Barto.in l.vtrum.ff.de hæredi. petitio. Sed ad hoc respondeo, quòd licet in præcedenti per statutum reseruentur exclusis bona prouenientia a matre, nunquam ea reseruat nisi sororibus: & earum liberis & descendentibus, vt patet ad literam. Ex quo infero, quòd cum per præcedentia declarentur sequentia, quòd in casu nostro non intelligitur reseruasse dicta bona, nisi sororibua, & earum liberis. Imo (quod plus est) in dicto §. agnati. exclusit amitas ab istis bonis maternis, quæ sunt melioris conditionia respectu agnationis,& maxime in terminis statuti, de quo agimus.

Ergo multomínus voluit hoc facere cognatis meris: de quibus nos tractamus. Præterea statutum met declarat hanc reseruationem, dicendo, prout supradictũ est:& supra non fuerat facta dicta reseruatio nisi sororibus,& carũ liberis, ergo p pcedẽtia, ad quæ fit relatio per statutum, declarãtur sequẽtia: nec possibile est vnq̃ posse intelligere reseruationẽ fuisse factam cognatis meris exceptis liberis sororum, cum & amitæ & eius filiis non sit facta reseruatio prædicta. Nã de amitis, quòd eis nõ sit facta, imo denegata, patet in d.§.agnati & si non fit eis, multo minus earum filiis quantũuunq; translatis,& si nõ eis, multo minus cognatis meris, & fœminis, de quibus agimus, intelligitur denegata reseruatio 38 prædictorum bonorum.† Postremo, non obstat & aliud obiectum, q̃ nulla vrgẽs ratio videtur subesse, quare debeamus dicere, quòd statutum magis voluerit reseruare talia bona cognatis: qui sunt translati in agnatos, quam simplicibus cognatis cũ in aliis bonis omnibus eos pariter excluserit: nam in talibus cum perueniant a matre nõ videntur habere plus iuris, ipsi, quàm simplices cognati: iuxta not. in auth. itaque. C. communia de succe. Quia ad hoc ego respondeo quòd argumentum procederet, si intelligeremus reseruationem factã esse omnibus translatis in agnatos. nam forte possemus dicere, quòd cum in aliis bonis pariter excludantur p agnatos, non sit ratio diuersitatis inter eos in bonis maternis: sed dicta reseruatio non fit omnibus cognatis translatis in agnatos: sed tantummodo filiis & liberis sororum, inter quos & cognatos meros datur distantia. nam si loquimur in filiis sororũ habent ius translationis. quod ius non cadit in meris cognatis. Si vero loquimur in liberis sororum, adhuc diuersa est ratio i eis, quam in cognatis aliis diuersi generis. nam liberi sororum habent originẽ ab agnata: sed alij cognati non:&, quod plus est, liberi sororum habent hanc prærogatiuam: vt supra probaui. Ergo si liberi amitæ, & etiam filij non habent hanc prærogatiuam: multo minus habere de-39 bent alij cognati meri. † Et si diceretur, quæ est ratio quòd liberi sororum, qui sunt meri cognati habent hanc prærogatiuam de bonis maternis, & nõ alij cognati? dico quòd multiplex est ratio. Primo ratione primæ originis fundate in agnatione. Præterea ratione proximitatis lineæ. nam dicimus fratrem decedere relicto patruo & relicto filio, vel nepote sororis. Certe licet patruus defuncti sit in tertio gradu & nepos etiam sit in tertio gradu:& ambo transuersales, vt patet: tamen filius sororis excludit de iure patruum, tex. est in auth. post fratres. C. de suis & legit. & ratio est, quia filius est similis sorori matri suæ, & sicut mater excludit patruum: ita & eius filius:& sic subintrans locum alterius:& hãc rationem ponit tex. in d. auth. post fratres. Ergo nõ est mirum in proposito nostro, si in bonis maternis debet præferri filius sororis: vel nepos sororis pa-40 truo, quia tortum habuerunt primo a sorore agnata. Item filius sororis est in secundo gradu. patruo suo nepos vero in tertio. sed auunculus est cognatus habens originem a cognata mera: & licet sit in tertio gradu quo ad defunctum: tamen non concurrit in eo illa qualitas ortus fundati in agnatione de iure cõmuni excluditur ab eo: quia licet in gradu sint pares: tamen ratione lineæ filij sororis in succedendo sunt fortiores. d. auth. post fratres. Nõ est ergo mirum si filiis & liberis sororum sit ista reseruatio. nam nedum de iure communi bonis maternis excludebãt patruos, de quibus loquitur statutum: sed etiam in bonis patrui sui. sed inter liberos sororum & alios cognatos meros nõ est dubiũ, & inter eos prædictæ rationes omnino militant:& dicti liberi sunt omnino melioris conditionis. Et dicta reseruatio bonorum maternorum tantum fit liberis sororum. & non aliis cognatis. nam cum nõ fiat ipsis amitis. vt in.§.agnati. vbi eis tollitur.& vbi est casus de hoc. ergo multo minus fit filiis an. itarum. nam si fieret filiis amitarum d.§.item etiam prædicti. sequeretur, quòd ipsi essent melioris conditionis q̃ matres suæ, quæ sunt agnatæ & in priori gradu. Cum ergo amitæ & eorum filij sint priuati bonis maternis, quando concurrunt cũ agnatis masculis: multomagis sunt exclusi cognati meri & cognatæ meræ proui sunt hæc, de quibus agimus, & sic in.§.item etiam prædicti. non potest intelligi reseruatio facta bonorum maternorum filiis amitarũ. Ergo multo minus meris cognatis, exceptis liberis sororum. Et si diceretur, cur tam varie, q̃ liberis amitarum non fit reseruatio cum habeant originem ab agnata: respondeo ego, quòd liberi excluduntur: quia ipsa amita, quæ est origo, est exclusa ab illis bonis, per statutum. ergo & eius liberi. sed soror est admissa expresse ad dicta bona, ideo etiam & eius liberi: nisi quando concurrit cũ fratre vel liberis defuncti: vt in d. versic. nisi filij &c. Præterea de iure communi melior est conditio liberorum sororis, q̃ amitæ: vt supra probaui ergo &c. Dubia vero porrecta sunt ista quæ statim sequuntur.

41 Dubium † facere primo videtur, quoniã illa verba: exceptis bonis quæ ad defunctam personam peruenerint, videntur determinare non solum cognatos trãslatos in ius agnationis: sed etiam cognatos puros & simplices, de quibus loquitur ver. & de prædicti agnati & ex quo de ipsis cognatis puris disponitur in eadẽ oratione in qua disponitur de cognatis translatis in agnatos, & sub vno & eodẽ met verbo reguntur & terminantur, conueniẽs est quod illud verbum, exceptis etiam, vbi esset appositum & respiceret cognatos translatos in agnatos, intelligeretur repetitum etiam in cognatis puris. per not. per Barto. in l. prætor. in.§. eritque differẽtia. ff. vi bono. rapto. cum concordan. Comprobatur hoc, quoniam in ver. nisi masculi. vbi sit exceptio & limitatio ad dictum ver. exceptis bonis. disponitur non solum de cognatis translatis in agnatos: sed etiam de puris, & simplicibus cognatis: vt patet ibi: vel alij liberi sororum. nam licet filij sororum de quibus ibi, primo erat facta mentio, sint cognati translati in agnatos: tamen vlteriores & sic alij liberi vltra filios sunt puri: & sic simplices cognati, vt probatur in l. lege 12. tabularum. C. de legitim. hæredibus & in.§. hoc etiam institut. de legitima agnatio. successio. vnde cum exce-

exceptio loquatur generaliter etiam de cognatis puris & simplicibus, appatet quòd ver. exceptis bonis. præcedens, ad cuius limitationem emanat, similiter intelligitur generaliter exceptio enim declarat regulam. & id a quo fit. l. nam quod liquide in. §. fina. ff. de penu. lega. & in l. j. per Barto. de regulis iuris cum si. Hoc etiam demonstratur ex eodemmet statuto in versicu. ascendentes quoque p fati masculi, vbi ascendentes masculi, & per masculum præferuntur sororibus defunctæ personæ earumque descendentibus etiam masculis. & similiter filiabus fratrum defunctæ personæ, & descendentibus etiam masculis ex ipsis filiabus subdendo postmodum exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerint &c. & sic in illis bonis exceptis, quæ similiter excipiuntur in ver. & etiam prædicti agnati parificantur, soror, quæ est agnata, & descendentes ex ea: quorum appellatione veniunt etiam nepotes & pronepotes & sic cognati puri simplices, & idem in descendentibus ex filiabus fratrum. Et sic patet quod in huiusmodi bonis exceptis statutum non fecit differentiam inter cognatos translatos in agnatos, & inter simplices cognatos in huiusmodi bonis reseruatis. Et similiter hoc idem facit idem statutum, in verbo. dicti fratres mares ibi sororibus defunctæ personæ eorumque liberis ac filiabus fratrum masculorum, & earum liberis, & fratribus & sororibus vterinis tãtum iuncto verb. exceptis bonis &c. in omnibus istis partibus statutum, dum excipit bona. habet relationẽ ad omnes personas supra enumeratas. Ex quibus etiã infertur, quòd in dubio in d. ver. exceptis. habuit relationem tam ad cognatos puros, quàm ad translatos in agnationem. Ad confirmationem prædictorum facit, quia in casibus, in quibus statutum prædictum præfert aliquos, & excludit alios, vt patet in casibus, de quibus supra facta est mẽtio, & in ver. agnati namq; masculi tamen exclusis reseruat bona prouẽta a matre, in quibus vult, quod seruetur ius commune. ergo cum in ver. & etiam prædicti agnati, præferat agnatos transuersales cognatis trãsuersalibus tã simplicibus, q̃ etiã translatis in agnatos, videtur quòd intentio sua fuerit etiã simplicibus exclusis dicta bona sibi reseruare. Et † præcedentibus enim declarantur sequentia. facit quod no. Bar. in l. vtrum de petitio. hæredita. cum similibus. Prædicta etiam confirmantur quia nulla vrgens ratio videtur subesse, quare debemus dicere, ꝙ statutum magis voluerit reseruare talia bona cognatis, qui sunt translati in agnatos, q̃ simplicibus cognatis: cum in aliis bonis omnibus eos excluserit. nam in talibus bonis reseruatis, cum perueniant a matre, non videntur habere plus iuris ipsi, q̃ simplices cognati. Facit quod legitur & not. ĩ auth. itaq; C. communia de succes. Et similiter ratio conseruandarum diuitiarum & familiæ, quæ scd'm docto. subest. in dicto statuto, non militat in istis agnatis, cum non sint de familia eius, cui succedunt. Ratio etiam, vt quia sint translati inter agnatos, vt pp hoc præferantur in istis bonis nõ militat postq̃ per statutum ab aliis bonis excluduntur, non obstante, ꝙ inter agnatos numerentur, & omnino nulla ratio videtur subesse, vt ĩ istis bonis maternis magis debeant esse priuilegiati, q̃ alij cognati simplices. Et ex prædictis patet responsio ad multa, adducta in contrarium. In quibus arguitur a maioritate rationis, & quòd tales materteræ debeãt excludi: q̃m in casibus, de quibus in dicto statuto arguitur, vbi alij excluduntur ex ipsomet statuto, illis vidẽtur reseruata bona materna, vt dixi. & sic ĩ istis bonis reseruatis, non procedunt prædicta vltra, quòd ille rationes etiam concluderent contra ipsos cognatos translatos in agnatos. † Præterea, in huiusmodi statutis correctoriis non videtur, quòd procedat argumentum a maioritate rationis. prout in propriis terminis videtur tex. in d. l. 12. tabulatum iuncta: l. sequenti. C. de legi. hæred. & ibi not. Paul. de Castro post alios, & Bald. & moder. in l. illam. C. de colla. no. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. ecc. Præterea, si versiculus, & etiam prædicti agnati. in bonis exceptuatis loquitur etiam in simplicibus cognatis, ut ostendi supra ex pluribus, nõ est aliter tractãdũ de maioritate rationis, quia in incertis non certis, locus est coniecturis &c. & lex quantuncunque dura, seruanda est. Ad quæ dubia patet responsum ex supra deductis particulariter. & ideo non repeti ulterius. Et ita dico iuris esse, & consulo, ego idem Ludouicus Bolognimus. V. I. doctor, & æques. &c.

CASVS CONSILII LXX. TALIS EST.

QVidam Antonius rebellis ciuitatis, & sic bannitus a ciuitate nostra Bonon. cuius bona sunt cõfiscata, & qui etiam impunc potest offendi, tanquam hostis ciuitatis. ex forma statutorum communis Bonon. per 30. annos, & ultra stetit sic bannitus & rebellis in quadam alia ciuitate Italiæ. Et similiter etiam filij sui masculi ex forma statuti sunt rebelles, & subiecti eisdẽ pœnis. & habitarunt tanquam etiã tales extra ciuitatem prædictam Bonon. Cõtingit ipsum Antonium eorum patrem, sic rebellẽ, decedere in illa ciuitate, in qua morabatur, in qua seruantur iura cõmunia. & ex eo Antonio mortuo remanserunt unus filius masculus, & tres fœminæ, & quædam neptis ex filio præmortuo, Modo dubitatur, quomodo succedant patri sic defuncto, & rebelli dictæ ciuitatis? An secundum formam statutorum communis Bonon. in qua masculi pferuntur fœminis ex forma statuti Bononiẽsis: attento quòd ipsi sunt originarij Bononiæ, pater filius & filia. An uero secundũ formam iuris cõis. quod seruatur in dicta alia ciuitate, in qua decessit: attẽto, ꝙ ipse pdidit iura sua ciuitatis pp rebellionẽ, & attẽto, lacu habi-

habitationis ipsorum. Et apposito, quòd debeat seruari ius commune, contingit etiam de alio dubitari, si contigerit restitutionem filiorum fieri a banno: & sic in effectu rebanniri, an illud ius, quod esset causatum dictis filiabus, quæ succedere de iure communi debẽt, adhuc ipsis filiabus remaneat in successione propter ius sibi quæsitum ex morte patris existentis in rebellione, & in alia ciuitate, vt supra etiam quo ad bona confiscata in territorio Bononiæ, quæ restituuntur.

SVMMARIVM.

1 *Bannito rebelli quomodo succurratur? an de iure communi, an gentium. disting. num. 2.*
3 *Deportatus quæ iura perdat.*
4 *Filij vt succedant patri bannito, secundum ius commune.*
5 *Bona si restituantur bannito, vel filijs eius, an filiæ fœminæ amittant ius sibi quæsitum iam, in succedendo patri, de iure communi disting. num. 6.*

CONSILIVM LXX.

Cor mundum crea in me

Deus: & spiritum rectũ innoua in visceribus meis: vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati consóna sunt, in medium afferre valeam. Igitur inuocatio diuino suffragio, quo mediante veritas elucescat. nam dominus prope est inuocantibus eum. Viso puncto & alijs circa præsentem consultationem videndis, videtur dicendum circa † primum dubium, quo quæritur vtrum dicto bannito rebelli succedat de iure communi, vel quomodo, quod videtur vt succedi debeat omnino de iure cõmuni, per ea, quæ tradit Barto. in sua dispositione incipiente. Lucanæ statuto ciuitatis cauetur &c. & Bart. in l. j. C. de hæred. instit. & Bald. in l. 3. C. si pẽden. appel. mors inter. in vlt. col. & Bar. in l. ex facto ff. ad Tertull:a. & Pau. de Cast. in ibidem & Bald. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimi. & Bald. & Io. de Imo. in l. eius. §. j. ff. de test. & Bald. in l. j. in repetitione in 12. col. C. de sacrosan. eccle. & Bal. in l. Gallus in §. & quid si tantum. ff. de libe. & post. & Ang. in l. si cum dotem. §. si patri. ff. solu. mat. Ang. in sua disputatione incipiente, duo adinuicem litigantes &c. & Dominus meus Alex. de Imol. in cõsil. 75. in j. vol. incipiente. an bannitus &c. & in cõs. 206. in j. vol. incip. secundum primum dubiũ &c. & in consil. 5. in col. j. vol. incip. in causa inquisitionis formate &c. & in consil. 115. in 2. vol. inc. animaduersis statutis &c. & Abbas in consil. 140. in j. volu. incip. placet mihi &c. & Pet. de Ancha. in cõs. 218. incip. filius instituit & substituit &c. & idem dominus meus Alex. de Imo. ĩ d. l. si cum dotem. §. si patri. ff. so. ma. ĩ 2. col. vbi remissiue loquutur est 2 An † quibus locis præfati scribentes communiter includunt, quòd aut banniti ex forma statuti non possunt impune offendi, & tunc non æquiparantur deportatis nec aliquo modo amittunt iura ciuitatis suæ, quantum ad acquirendum, nec quantum ad eorum successiones, nec amittunt iura communia. Aut vero tales banniti possunt impune offendi, & tunc perdunt ciuitatem suam & omnia priuilegia suæ ciuitatis seu statutorum ciuitatis. per tex. in d. l. amissione. §. qui deficiunt. de capit. diminu. Non autem amittunt ea, quæ sunt iuris communis & ciuium romanorum. nam † sicut deportatus, qui debet deportari authoritate imperatoris, vt in l. j. §. deportari. ff. de leg. 3. & in l. 2. §. fi. ff. de penis. non perdit nisi ea iura, quę sunt romanorum ciuium, non autem ea, quæ sunt iuris gentium. l. quidam. ff. de penis. licet Imperator habuerit potestatem tollendi ea, quæ sunt iuris gentium condendo l. generalem, vt probat Bart. in prœmio ffo rum. in 2. col. & Bart. in l. fi. C. si contra ius. ita etiam debet esse in bannito a ciuitate virtute statuti, vt non perdat nisi iura & beneficia inducta per statutum illius ciuitatis, non autem iura communia, q̃uis ciuitas ille habeant potestatem tollendi iura communia, per statutum, iuxta l. omnes populi cum ibi plene not. ff. de iust. & iur. cum sim. Et ista est vniformis conclusio, quam firmant omnes scribentes, in locis supra allegatis. Pro qua opinione etiam est tex. in l. certa forma C. de iure fisci. lib. 10. quem text. ad hoc propositum ponderat ibi Bart. & idem voluit ipsemet Bart. & Bald. in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. & Ang. in disputatione incip. 4 Bono. quidam &c. in 3. q. princi. Cum † ergo in casu isto præsupponamus hunc Antonium rebellem fuisse taliter bannitum, vt potuisset impune offendi, tanquam hostis ciuitatis, dicamus quòd in successione fienda in bonis suis, si qua habuit tempore mortis succeditur ei secundum formã iuris cõmunis, quòd seruatur in ciuitate. in qua decessit, non autem secundum formam statutorum Bononiæ ciuitatis suæ, a qua erat bannitus. Et hæc sufficiant quo ad primam dubitationem. videlicet q tã filia fœmina, q̃ etiã masculi dicti banniti æqualiter succedunt in eius bonis. iuxta l. maximum vitium. C. de libe. præte. & §. cum filius insti. de hære. quæ ab intest. cum vulgaribus. Secundo principaliter in dubium refricatur. dato quòd debeat seruari ius commune, prout supra deductum est. an si contigerit restitutionem dictorum filiorum fieri a banno. illud ius, quod esset cautum ipsis filiabus de iure communi succedendi, tollatur per dictam restitutionem, an vero remaneant in successione ꝓpter ius sibi quæsitum ex morte patris etiam ad bona confiscata, quæ restituerentur. Dico breuiter in hoc secũdo dubio illud, quod decidit tex. in l. fi. C. de sen. pas. & quod ibi per illum text. voluit Bart. & Bald. Ang. & Saly. com bononiensis, vbi concludũt, 6 quòd † aut bannitus restituitur. & tunc videntur restituta bona. & etiam omnia amissa per deportationem. & quod abstulit deportatio, intelligitur concedere restitutio. verum est, prout ibi multum magistraliter voluit Saly. in pe. col. loquendo proprie in iure succedendi, quòd aut tempore, quo fit restitutio per principem, per filios erat adita hæreditas, & tunc succedit bannitus. & restitutus cum cæteris allegatur. l. prima. §. fi. eodem titu.

Aut

Aut bona iam erant alteri quæsita, & tunc aut ius intrandi illa bona prius non competit ipso iure restituto & tunc restitutio in istis bonis, nihil prodest, per gloss. in d. l. Gallus. §. quod si tãtum. de lib. & posth. & per text. in d. l. fi. in ver. bonorum amissorum &c. Aut ius quærendi illa bona competit prius ipsi restituto: Et tunc in ante sententiam dãnationis, & per consequens banni hæc sibi competebat. tunc intelligitur sibi restituta. casus est in d. l. fi. in fi. Aut post sententiam uel bannum ius quærendi illa bona damnato competit ipso iure, & tũc restitutio ei prodest. Ita ergo dicamus in proposito nostro, quod illud ius quod fuit acquisitum fœminis succedendi de iure communi, quòd fuit in esse productum, cum iam successissent ĩ bonis, si qua erant in ciuitate illa, in qua dictus rebellis mortuus est, non potest quo ad illa bona iam ab eis auferri: sed post restitutionem factam de dictis filiis dicendum est indubitanter, cum illud ius causatum non fuerit in esse productum, quod illud amittunt filiæ fœminæ, propter dictam restitutionem, per quam dicti filii masculi intelliguntur recuperasse omnia iura & omnia beneficia statutorum ciuitatis suæ, secundum quæ masculi præferuntur fœminis in succedendo. ergo facta dicta restitutione nõ possunt amplius dictæ fœminæ succedere secundum formã iuris communis. sed secundum formam iuris municipalis. Laus Deo æterno, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

Et vt supra scriptum est, consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus, V. Iur. doctor, & æques: sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ, patriæ meæ studio. Et in fidem, præmissorum, propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & Beato Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII LXXI. TALIS EST.

DOminus Iulius, legũ doctor, conductus fuit ad legendum lectionem ordinariam de mane in iure ciuili in almo regie ciuitatis Bononiæ studio pro salario mille librarum, p uno anno, prout ex documentis publicis cõstare dicitur. Qui dominus Iulius doctor ante dictus, antequam legere inciperet, graui infirmitate durante obtinuit a magnificis ac potentibus dominis dominis sexdecim p dictæ ciuitatis Bononiæ reformatoribus status & libertatis eiusdem dispensationẽ seu licentiã nõ legendi: adeo quod in toto studio seu tẽpore legendi ipse nõ legit, utpote qui non potuit, nec etiam loco sui aliquem substituit & mortuus est. Hæredes eius petunt mille libras ei promissas pro eius stipendio. Opponitur contra eos, quòd non debetur salarium, saltem debuit substituere aliquem ad legendum pro se existente infirmo. Replicatur per dictos hæredes, quod illa data licentia cum excusauit, non solum a legendo, sed a substituendo aliquem in eius locum. Quibus stantibus, modo quæritur, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Locatio operarum, quotuplex sit maxime in Doctoribus, aduocatis & similibus.*
2 *Doctor impeditus legere, an teneatur uel possit substituere quem sui loco.*
3 *Aduocatus morte præuentus, ante, quam causam defenderet debeatne habere integrum salarium.*
4 *Impedimentum allegantι possit ne quid opponi, si aduersarius causam aliquam præstitit circa id.*
5 *Factum alterius non debet mihi nocere.*
6 *Iudex paratus ferre sententiam, debe habere integrum salarium ac si eam tulisset modo per se non stat quominus ferat, & protestatur. Et quid in Doctore: nu. 6.*

CONSILIVM LXXI.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritũ rectum innoua in visceribus meis: vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati consona sunt, in medium afferre valeam. Pro tanto inuocato diuino suffragio. quo mediante ueritas elucescat. nam dominus prope est inuocantibus eum. Visa & diligenter inspecta facti propositi serie, & aliis omnibus ad rem hanc facientibus mature & accurate pensatis, obmisso multiloquio: prout mei moris est, puto breuiter fore dicendum dictum salarium deberi integraliter & omnino hæredibus præfati domini Iulii legum doctoris durante tempore lecturæ suæ prædefuncti. † 1 Et ad hoc dicendum moneor præsupponendo primo unum, q aliquando quis locat suas, respectu temporis, & non respectu alicuius certi facti: ut patet in aduocatis monasteriorum & fisci seu cameræ. nam datur prædictis certum salarium pro qualibet causa, quæ occurrit illo anno, & iste nõ est casus noster. Aliqũ quis locat operas suas, respectu alicuius certi facti, taman tempore non limitati: ut patet in procuratore & aduocato, qui conducitur ad unam causam. Et hic non est casua noster, de quo agimus. Aliquando locantur operæ, & limitantur respectu certi facti. & etiam illud factum limitatur respectu certi temporis: ut est in doctoribus legentibus, qui cõducuntur pro uno anno, uel pro biennio, pro maiori tempore ad lecturam. nam factum certum est. s. lectura uel C. uel ff. orum. & etiam est limitatum tempus. s. pro uno uel pro pluribus annis, iuxta morem iam diu in Italiæ studiis seruari solitum. s. post festum sancti Lucæ euangelistæ immediate & inclusiue ad xiiij. diem mensis Augusti inde sequentis, & iste est proprie casus, de quo agimus in præsentia.

cta.in quo dicendum est, quòd una est obligatio,& una est conductio.l.ea lege.§.locaui.ff.loc. Nec attenditur, quòd plures fiant solutiones bis uel ter anno, ut probatur in d.§.locaui. Vnde † præfatus dominus Iulius locauit operas suas pro illo anno, & fuit conductus ad legendum sub certa mercede Mille librarũ,& morbo impeditus nedum perficere, sed incipere non potuit, obtinuit quæ licentiã & dispensationem & regiminibus huius nostræ ciuitatis, quæ dispensatio nihil aliud inducit, nisi quod vbi tenebatur ipse tempore impedimenti legere per substitutum: iuxta notata per Barto.in l.diem functo.ff.de offi.ass.& Andr.de barulo.& Io. de pla. in l.fi.C. de com.rei milit.lib.xii.& per tex.in l.filius.& in l.neminem.C.de decurio.lib.x.& in l.de pollicitationibus.ff.de pollicit.& in l.1.§.huius rei.ff.de offi.eius, cui man.est iur.& per Bar.plene in l.si.ff.de excusa.tuto.In quibus locis traditur hæc uera & indubitata conclusio, quod impeditus ex necessitate, potest seruire per substitutum. ergo cum per dictam licentiam & dispensationem fuerit releuatus dictus dominus Iulius ab hoc onere substituendi, debet posse transmittere salarium totũ ad hæredes suos. Pro † quo bene facit, quod uoluit glo.in l.1.§.diuus.ff.de uar.& extra.cog. dum refertur unam opinionem, secundum quam aduocatus decedens antequam aliquid faciat in causa, nihilominus debet habere salarium.& idem in procuratore, uoluit ibidem Bar. licet lectura ipsius uideatur esse corrupta, prout etiam refert & sequitur in terminis nostris dominus meus Alexan.de Imo.in d.l.diem functo.in xj. colum.de offic. assess.& idẽ etiam uidetur comprobasse Sal.com bononiensis in l.post duos.C.de aduo.diuer.iudi.ubi considerat, an salarium debit si sit unicum pro toto tempore, & etiam transmittatur ad hæredes. An uero sit mensuale: & tunc pro rata temporis debetur, secũdum eum. Et etiam prædicta omnia uidetur approbasse Bal.in l.unica.C.de suffragio.& Bal.in.l.edẽ.C.loc. † Accedat ad confirmationem prædictorum elegans doctrina Bart.in l.quibus diebus.in princ.ff.de condi.& demon.vbi dixit per illum text. quòd ei qui allegat impedimentum non potest opponi si contra impedientem potest reclamari. Et ideo per hanc doctrinam Bart. dicebat multum notabiliter Pau.de Cast.in suo consi.clvj. incip.examinato pũcto supradicto super eo, quod quæritur, an hæredes &c. Quod † ubicunque stetit per aliquem quominus ego aliquid fecerem non debet mihi nocere, cum factum illius sit cõmissum in uno ad quod deuenitur ad illud. l. sed & si per prætorem.§. hæc clausula in fine.ff.ex quibus cau.maio.& l.1.§.quid ergo.ff.de cont. indi.tutel.cum si. Cum ergo in proposito nostro dicta communitas nostra fuerit causa, quominus dictus dominus Iulius elegerit substitutum in legendo, prout fecisset si ei indultũ non fuisset, per magnifica regimina, debet sibi imputare cum illa dispensatio fuerit causa principalis, quod dicta lectura uacauerit: iuxta text.in.c.1.de iniur.& damno dato.& in regula, damnum.de regulis iuris, libr.6. cum simi. Et ideo non immerito possunt hæredes dicti domini Iulii dicere aduersus dictam communitatem, cum culpent alii te, me laudare necesse est &c. Confirmo hoc per notabilem doctrinam Ludo.ro.in suo consi.lxxxv.inci.euidẽter ostẽditur domine uicarie &c. ubi concludit in casu magis dubitabili, quòd quando † ex forma statuti iudex debere salarium certum, si tulit sententiam, & non tulit & ipse est paratus ferre eam, & non stat per eum, & ista protestatur, quod debetur sibi salariũ integrum ac si lata fuisset sententia allegat ipse tex. in d.l.diem functo.de offi.asses.& glo.in c.stat utũ.§.assessorem.de rescrip.lib.6. in uer.communiter.& notatur in l.1.§.diuus.de uar.& extraor.cogn.& multa alia, de quibus ibi per eum, satisfacientia ad casum istum, nec hæc decisio consueuit allegari per scribentes in d.l. diem functo, maxime a domino meo Alex.de Imo.ad quem in hoc me remitto, qui ponit quid in officialibus morientibus proprie in officio & in aliis similibus. Et ideo pro nunc longior non ero.& ego alias legendo ibi diu post alios docentes. † Ex quibus omnibus concludo salarium totũ & integrũ omnino deberi d.hæredibus domini Iulii. Laus Deo supremo, & beato Dominico aduocato meo, amen.

Et, ut supra scriptum est consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & æques sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. Et in fidem præmissorum propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & Beato Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII LXXII. TALIS EST.

A. Bononiensis uẽdidit feudum cuidam B. itidem bononiensi pro prætio cccc. ducatorum cum pacto, quod ubicunque infra decem annos uel ante faceret ipse instrumentum uenditionis, solueretur ei xxv. ducati, qui restarũt soluendi tempore contractus celebrati, & etiam dictus A. uenditor constituit se possidere dictam rem uenditam, nomine dicti B. emptoris, & eidem dedit licentiam intrandi, & retinendi dictam rem, & in forma solenni, prout similes contractus fieri consueuerunt. Et fuit appositum etiam pactum, quod ad omnem uoluntatem dicti A. restitui deberet ei dictus fundus pro prætio prædicto, quo prædictus B. locauit dictum fundum, & percepit certos fructus, & pensiones per certum tempus. Modo dictus A. dicit dictum contractum simulatum, & fructus perceptos per emptorem prædictum ad se pertinere, & sibi restitui debere cum totum prætium solutum etiam non reperiatur. Replicatur contra eundem pro parte dicti emptoris, quòd per eum

stetit

ftetit, quòd non fecit instrumentum prædictum, prout poterat infra decem annos, & si fecisset & dedisset dictum suum residuum xxv. ducatorum, quos etiam ad libitum suum offert. Modo stantibus prædictis, quæritur quid iuris.

SUMMARIUM.

1 *Contractus emptionis, & uenditionis, quando dicatur perfectus. Et an ad hoc requiratur soluti prætii integraliter. num. 2. 5.*
3 *Pactum constituti, in contractu emptionis & uenditionis, ex parte uenditoris, an transferat dominium, & possessionem ciuilem & naturalem.*
4 *Licentia data a uenditore emptori, intrandi, accipiendi & retinendi libere, propria authoritate, rem uenditam quid operatur. & num. 7.*
6 *Consensus partium, iustus est titulus.*

CONSILIVM LXXII.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectũ innoua in visceribus meis: vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati consona sunt, in medium afferre valeam. Inuocato igitur diuino suffragio, necnon gloriosæ uirginis Mariæ &c. Viso puncto mihi porrecto, & etiã omnibus, quæ in medium adducuntur per famosissimos iuris interpretes, ac patres amplissimos dominos consulentes pro iustificatione cõtractus celebrati A. & B. licet pauca adduci possint, cum super hoc per eos satis superque dictum sit. & rei demonstratæ frustra sit demonstratio. l. prima in fi. ff. de dote præleg. l. 1. in fi. ff. de actio. emptio. & in capitu. certiorari de reg. iu. li. 6. Tamen aliqua pro confirmatione ueritatis, obmissis pluribus præfationibus & sermonibus, nouiter adducam, ex quibus liquide apparebit dictum contractum nullo ex capite posse dici usurarium, uel simulatum, 1 imo esse uerum & perfectum. † Et primo præsuppono unum, quod contractus iste perfectus fuit ab eo tempore, citra, quo soluta fuit illa prætii pars, fuit ducatorum cccc. quod dicitur esse prætium rei uenditæ, per quam prætii solutionem contractus emptionis & uenditionis assumit robur & effectũ, & perfectum esse: ut in §. prætium insti. de cõtrah. 2 empt. l. 2. ff. eo. tit. Nec † dicatur, quod totum prætium non fuit solutum, sed adhuc soluendi supererant illi xxv. ducati: quia dicendum est, quòd per hoc non tollitur esse & uirtus perfecta ipsius contractus. nam etiam si nihil fuisset solutum, tamen conuentio illa, de qua inter contrahentes. s. de certa pecunia soluenda, sufficit ad tribuendum uires contractui ita probat tex. no. in §. cum autem. insti. de contrahen. emp. circa prin. & ex tunc omne periculum & commodum spectat ad emptorem, prout dicitur in. l. cum aût. facit l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & uoluit Pau. de Cast. multum singulariter loquens in hac materia, in suo consil. xlvij. incip. uiso puncto &c. maxime, in 4. col. & in consi. cxxxij. inci. uiso puncto primo loco formato &c. & do. meus Alex. de Imo. in consi. xxxix. in v. vol. con filiorum suorum inci. uertitur lis, & quæstio &c. & in consi. cxxj. in fi. in eo. v. uol. inci. an si quis uendi dit fundum, &c. & illud d. Fran. arc. in consi. cl. inci. uisis diligenter & mature &c. & do. meus Alexã. de Imo. in consil. xxx. in 1. uol. incip. viso instrumento concessionis &c. in 2. & v. colu. & in consil. x. in eo. 1. uol. incip. Titius prædium uendidit &c. & in cõs. xviij. in eodem uol. inci. viso processu &c. & in consi. cxxvij. in 2. uol. inci. an & quando potest. competere &c. & in consi. xciij. in 4. uol. inci. quæritur vtrum, si commissa &c. & in consi. xxviij. in 2. uol. Et alio etiam capite potest dici dictum contractum fuisse perfectum, cum in eo interuenerint omnia, quæ in uero contractu emptionis interuenire solent præter conuentionem illam de uendẽdo, quæ promissio redditur nullius momenti: cum aliud actum sit, quod debet attendi l. 1. & 2. & per totum. C. plus ualere, quod agitur &c. Et tanto magis, cum uenditor ipse incontinenti potuisset habere illud residuum prætii ducatorum xxv. dictum enim fuit ut inde ad decem annos uel ante cum instrumentũ fieri contigerit, illud haberet. Vñ poterat statim illud instrumentum facere. & statim totum prætium habere, dato, & non concesso, quòd illa pars prætij non soluti haberet uitiare perfectionem contractus, quòd minime est dicendum: ut ex supradictis apparet. Hæc em̃ est quædam conditio potestatiua ex parte ipsius uenditoris, quæ non habet suspendere actum & iura, hôc est pro non conditione l. 1. & per totum. ff. de con. insti. Et hoc etiam ponderandum propter perfectionem contractus, qua data omnia tolluntur, adduci possunt ad ostendendũ hunc contractum esse simulatum. Ex† alio etiam cã 3 pite potest dici contractum hunc esse perfectum. s. quia dictus A. constituit se possidere dictam rem nomine emptoris, quæ constitutio est maximi effectus, & transfert dominium absque alia traditione. l. quod meo. in prin. ff. de acqui. pos. & est gloss. magistra in l. 3. in prin. eo. tit. & voluit Bal. in l. traditionibus C. de pac. Per hanc enim constitutionem quam facit uenditor resultat effectus, quòd dum uenditor tenebatur tradere emptori rem uenditam, & uacuam possessionem eius: vt in l. 1. & 2. & l. emptorem. ff. de act. emp. liberatur ex hoc solo quod constituit se possidere rem uenditam nomine emptoris. ita voluit gloss. no. quam ibi sequitur Barto. in l. ab emptione. in prin. ff. de pac. per talem enim cõstitutionem etiam transfertur possessio ciuilis d. l. quòd meo. in prin. & l. quædam mulier. ff. de rei uen. l. certe. §. j. ff. de præc. Et eo maxime, dico institutionem huiusmodi operari istum effectũ cum certum sit dictum uenditorem possedisse dictam rem tempore uenditionis, quam si non posse disset, illud constitutum, nihil operaretur, quo ad hunc effectum. l. quamuis. §. 1. ff. de acqui. pos. & quod ibi notanter voluit Ang. vbi dixit, quòd emptor, qui allegat rem sibi quæsitam per pactum cõstituti, nisi alleget, & probet uenditorem possidere dictam rem tempore constituti, facile succumbet. & ita dicit se de facto pluries obtinuisse, quod quidem in casu nostro non defuit. quia uenditor qui

qui constituit se possidere, possidebat & erat uerus dominus & ab omnibus pro domino reputabatur. & hoc voluit etiam do. meus Alex. de Imol. in consi. xcij. in 1. vol. inci. quod dominium &c. & in cōsi. xxviii. in 2. vol. inci. viso & præhabito opportuno &c. & in cōs. 3. in 4. vol. inc. viso processu causæ vertentis inter dñam Iacobam &c. maxime in v. col. & in consi. x. in eo. 4. vol. inci. viso processu causæ uertentis inter do. Fran. &c. In quibus locis ponit late præfatus do. meus virtute pacti constituti concludens prout supra dixi ad quē me remitto. 4 † Ex alio etiam capite potest doceri contractum istum fuisse perfectum quia dictus venditor dedit licētiam emptori intrandi, & retinendi libere dictam rem, prout ex nerbis contractua apparet. vñ vt possit dici libere facta d. concessio, debemus habere hunc contractum emptionis pro contractu perfecto. Data igitur perfectione. huiusmodi contractus, restat solummodo dicendum dctm emptorem potuisse superlucrari omnes fructus prædictos & pensiones, cum hoc sit de natura emptionis & uenditionis: vt in d. §. cum aūt cum sim. Et non est dubium, quòd saltem pro prætio soluto debet illos seperlucrari quantumcunque ex reliquo prætio non soluto nō potuisset. nam clarum est, quòd ubicunque ueditur res soluitur pars prætii, emptor pro parte prætii soluti debet lucrari fructus l. fi. & hoc idem ibi voluit Bar. ff. de fun. dota. ī l. fistulas in §. pe. & hoc ibi etiam voluit Bar. ff. de contrahen. emp. & voluit Bar. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. & in hoc 5 est dubium. Sed † maius est dubium, an illos fructus potuerit superlucrari, qui supererant habito respectu ad reliquum prætium non solutum. & in hoc dico quòd absque eo quòd soluisset totum reliquum, potuit iuste & sine suspiciōe vsuræ dictos fructus habere & superlucrari. nullus est enim ma- 6 gis iustus titulus † quam consensus partium qui in hoc interuenit. nam uenditor ipse hoc expresse cōcessit emptori. unde scienti ac consentienti non infertur dolus: ut in regula scienti. de reg. iu. lib. 6. cū si. Et quod plus est, etiam si nullum prætium fuisset solutum posset uenditor hoc facere, cum in re sua quilibet sit moderator & arbiter. l. in re mandata. C. man. & suo iuri & fauori etiam quilibet potest renunciare. l. si quis in conscribendo. C. de pac. Et 7 † ex hac licentia fructus accipiendi pensiones habendi, resultat unum, quòd est multum considerandum pro perfectione ipsius contratus. nam ex quo uenditor voluit consequens, scilicet ꝙ fructus & pensiones essent emptoris, uidetur uoluisse aliud antecedens quod scilicet contractus sit perfectus. l. ad legatum. & l. ad rem mobilem. ff. de procu. est enim de natura contractus emptionis & uenditionis: quòd tunc demum fructus spectent ad emptorem, qñ contractus est in esse productus. d. l. 2. & d. §. cum autē de contrahen. emp. Vltimo ex alio potest etiā inferri contractum istum fuisse perfectū ex illa scriptura, quam fecit dictus emptor præfato uenditori de restituendo dictam rē ad omnē eius uolūtatem, restituto sibi prætio, prout apparet in puncto mihi porrecto. nam dictus uēditor acquiescent huic scripturæ, & pacto uidetur necessario præsupponere & habere pro constanti, ꝙ dicta res uendita, sit effecta emptoris cum rei propriæ nulla sit emptio. l. cum res. ff. de contrahe. empt. l. neque pignus. ff. de regu. iur. priuatio enim præsupponit habitū l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. l. decem. ff. de uerbo. obli. c. ad dissoluendum. extra de desponsa. impu. Vnde præsupponendo probationē, ꝙ ad sui uoluntatē possit habere dictā rem uenditā, præsupponit necessario ꝙ dicta res foret translata pleno iure in emptorē. Et ex his apparet manifeste, nec iudicialiter suadebit æquitas, nisi quod iste contractus ab illo tempore citra, quo solutum fuit illud prætiū fuit perfectus. Ex quo sequitur, ꝙ nec de simulatione uel usura, & omni morbo quæri potest. Et tanto magis hæc procedūt, cum, ut supra dictū est, per dominos cōsulentes ab operibus eorum cognoscetis eos. nam emptor iste semper honeste egit & contraxit. & nō est præsumendum eum non prætulisse animā suam, nedū huic quantitati, sed etiā maiori: iuxta l. sancimus. C. de sacros. eccl. Ex quibus omnibus simul iunctis, apparet nō obstare nobis decisionem dñi mei Alex. de Imo. in consi. cxix. in 4. nolu. incipē. sine disputatione &c. Nam loquitur in terminis multū diuersis a nostris: si bene consideretur, ut ex se etiā patet. ideo nō refero: quiá pars instat, ut dem sibi consiliū, nisi ꝙ cōcludo contractum hunc, de quo agimus, esse uerū, & perfectum, & ualidum. Laus omnipotenti Deo, & diuo Dñico aduocato meo amen.

Et vt supra scriptum est, consulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus, V. Iur. doctor, & æques: sacri palatij apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ, patriæ meæ studio. Et in fidem, præmissorum, propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & Beato Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII LXXIII. TALIS EST.

ANtonius pergamensis, suum ultimum fecit testamentum: in quo nō facta mentione aliqua de filio suo unico, nomine Petro, extraneos hæredes sibi uniuersales instituit, cum aliis quampluribus ordinatis in dicto testamento solenniter & in publicam formam facto. & cum clausula, etiam si non ualet, uel non ualebit iure testamenti, ualeat & ualere debeat iure codicillorum & in uim cuiuslibet ultimę uoluntatis, prout latius in eo continetur. Demum prædictus testator mortuus est cum testamento prædicto, quod Petrus prædictus filius eius impugnare intendit, & in totum annullare, ad finem, ut ipse ab intestato primum locum obtinere possit, & ualeat in bonis paternis, exclusis extraneis hæ-

redibus institutis ab eo. Contra quem excipiunt ipsi hæredes instituti, dicentes se omnino debere habere hæreditatem & bona uigore saltem clausulæ codicillaris, appositæ in testamento prædicto: cuius uigore uidetur ipse filius, ut qui ab intestato succedere grauatus, hæreditatem restituere ipsis in testamento. Opponitur per dictum filium, qđ hæc clausula non operatur, quando testamētum continet præteritionem filii, prout fuit, & est in casu isto. Quibus stātibus, modo quæritur, quid iuris.

SUMMARIUM.

1 *Præteritio filii, an reddat testamentum nullum ipso iure.*
2 *Clausula codicillaris, an aliquid operetur, filio præterito in testamento patris.*
3 *Clausula codicillaris, an aliquid operetur, filio posthumo præterito in testamento, qui postea natus est.*
4 *Vocatus ad successionem, occasione alterius, illo non utente iure suo, perinde habetur, ac si ille uocatus non fuisset.*

CONSILIVM LXXIII.

Cor mundum Crea in me

Deus: & spiritū rectum innoua in visceribus meis: vt in præsenti consultatione ea, quæ iuri & veritati consona sunt, in medium afferre valeam. Ideo circa quæsitum an scilicet testamentū sit nullum ratione præteritionis, & quomodo breuiter inuocato diuino suffragio totiusq; cœlestis curiæ triumphāti, & gloriosi martyris Petri, cuius hodie festum celebratur, viso puncto mihi porrecto, & his quæ rem hanc dubiam facere uidentur in hoc testamento, an † ualeat ex quo filius fuit præteritus ab ipso testatore, illud condente: licet prima fronte videatur esse dicendum tale testamentum non debere ualere, ac nullius momenti esse, per illud, quod dicit text. in l. inter cætera. ff. de lib. & posthu. ubi inter cætera requisita in testamento, filii debent institui, uel exheredari: alias testamentum est ipso iure nullium. & idem probat text. in authen. ex causa. C. de li. præter. ubi ex causa exheredationis uel præteritionis testamentum est nullum. Idem probat tex. in l. penul. & in l. fi. ff. de libe. & posthu. & in §. 1. instit. de exhere. libe. vbi etiam iura dicūt ex præteritione filii testamentum ipsum nullius esse momenti, & inutile esse. & rem reduci ad causam inte stati. Ad idem facit, quia testator non potest præterire filium, etiam si institueret pium locum. iuxta illud Augustini: qui vult filium præterire, uel exheredare, & ecclesiam instituere, quærat alium quam me Augustinum consultorem, quæ uerba refert gl. in l. id quod pauperibus. C de epis. & cle. Ad idem etiam facit: quia forma est, quæ dat esse rei; qua nō seruata, actus corruit. l. cum hi. §. prætor. ff. de transact. l. Iulianus. §. sed si is. ff. de exhi. l. si is qui §. sed si opus. ff. ad legem Falci. l. proponebatur in fin. ff. de iudi. c. si metus de conse. dist. 1. Sed in hoc testamento non est seruata forma a iure tradita, ergo corruit, & non ualet ipso iure. Tamen his non obstantibus puto contrarium esse uerius: & dico omnino istud testamentum ualere & tenere. † Et ad 2 hoc dicendum moueor quia ex quo in dicto testamento est apposita clausula codicillaris ex hoc capite testm̄ sustentatur, & uenientes ab intestato ui dentur grauati de restituendo hæreditatē scriptis hæredib. Et hæc est uis huius clausulæ: ut plene tradit Bar. & alii in l. 1. ff. de iure codic. in v. q. prin. & Barto. in l. quod autem circa prin. ff. si quis omis. causa testa. Et si dicatur, fateor, quod clausula operatur hunc effectum, quando testamentum esset nullum alia ratione, quam ratione præteritionis: prout uoluit Bar. in d. auth. ex causa. C. de libe. præte. in ver. item si hæc vera &c. & Rapha. cum. in consil. 130. incip. Ant. saluus &c. cum similibus multis respondeo, quod imo etiam si testamentum est nullū ratione præteritionis, omnino clausula illa operatur effectum suum. & hoc est notandum: & est illud quod apponit gladium ad radicem in præsenti casu nostro ad validandum hoc testamentum, & operandum: vt venientes ipsi ab intestato videantur grauati de restituenda hæreditate ipsis scriptis hæredibus in testamento. Et quod hoc sit verum, probat tex. notabilis in l. si patroni. §. fin. secundum lectu. quam ibi sustinēt doctores. ff. ad Trebel. Idem voluit tex. in l. generaliter. §. testamento. ff. de fide. liber. & hæc est communis doctorum sententia, a qua non est recedendum. nam primo eam firmat Bal. & Io. de Imo. in l. ex ea. ff. de test. per illum tex. & idem voluit ibi An. dicens se sæpius pro hac parte consuluisse. Idem voluit Bal. in d. authen. ex causa de libe. præter. Et dicit Ioan. de Imo. in d. l. ex ea circa secundam col. quod tex. in d. §. testamento est singularis ad hoc. & idem voluit d. meus Alexan. de imo. in consi. 176. in v. voln. incip. quando probatur per quatuor testes &c. & Paul. de Castr. in consi. 58. incip. incipiendo a secundo quæsito &c. & in consi. 59. incip. quanquam multa &c. & in cō silio 61. incipiē. ad primum videtur &c. & in consilio cd. incip. circa primum quæsitum &c. & Raph. fulgo. in consi. xxj. incip. ad primum, in quo quæritur &c. & etiam in consil. xxxij. incipien. filius Pauanis &c. Et Bal. in consi. xx. in prima parte consiliorum suorum incipien. clausula codicillaris &c. & in consili. xxx. incip. thema proponitur &c. & in consi. cj. inci. uerba statuti &c. & in consi. ccxxxiiij. incip. præponitur. &c. & in consil. xliiij. incip. quia ultimis &c. in eadem prima parte consiliorum. Et Bal. in consi. clxiiij. incip. quædam domina Chaterina &c. in tertia parte consiliorum suorum. Et Ang. in consili. lxxvj. incip. stante statuto. & in consilio. xcix. incip. Petrus de vrbe ueteri, &c. & etiam in cō sil. clxxx. incip. utrum clausula, si non ualet &c. & in consi. cxxxvj. incip. in quæstione uertente inter Bernardinum &c. Et idem uoluit etiam Bal. in l. in suis in xx. colum. ff. de liber. & posthu. & in l. fin. C. de codicillis in antepe. colum. & Bal. in l. penul. C. de fideicommis. & idem etiam uoluit Di. in l. codicillis. §. Lucius. ff. de lega. 2. & Ange. expresse in §. fin. in ulti. col. ad finem. in authen. ut cum de appellatione

tione cognoſ. coſ'a.decima. Et hanc partem,vt verioſrem doctores aliqui amplectuntur. Ex his igitur apparet nonnullos vt ab inteſtato ſuccedere, volentes non poſſe,& non debere audiri, tanquam pariter ſint ſucceſſuri ex forma ſtatuti,diſponentis debere ab inteſtato ſuccedere tam maſculis, quam fœminis:quia hoc caſu non vendicat ſibi locum dictum ſtatutum, propter clauſulam codicillarem:ex qua iſti venientes ab inteſtato videntur grauati reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus per ſupra dicta. Nec obſtant iura ſupra allegata in contrariū: quia vnico collirio tolluntur:ſcilicet, quòd procedunt quando dicta clauſula non fuiſſet appoſita in teſtamento:quo caſu bene fatendum eſt teſtamentum nullius eſſe momenti. ſecus autem eſt in caſu nostro, vbi appoſita eſt clauſula prædicta. † Et pro confirmatione ſupradictorum facit: quia licet alias natiuitate poſthumi præteriti rumpatur teſtamentum.l.filio præterito. ff. de iniuſt. teſta. & in §. poſthumorum inſti.de exhere. libe. tamen ſecundū communes concluſiones doctorum,vbicunq; in teſtamento eſt appoſita dicta clauſula, ſuſtentatur in tantum, vt uenientes ab inteſtato videantur grauati reſtituere hæreditatem hæredibus ſcriptis. Et vt dixi,hec eſt communis ſententia, vt voluit Bal. in leg. prima. ff.de iure codicill. Nec obſtat, ſecundum eum,tex.in l.qui graui.ff.eo.tit.nam loquitur, quando fuit grauata certa perſona reſtituere hæreditatem:ſecus eſt,quando vniuerſaliter. vt eſt in caſu noſtro,propter vigorem dictæ clauſulæ. Et hanc opinionem firmauit etiam idem Bal. in d. auth. ex cauſa in 4.col.de lib.præte.& Bar.in l.qui filiabus. in prin.ff.de l. 1.& Saly. combononienſis in l. 1. C. de poſtu.hære.inſti.& Io.de imo.in d.l. filio præterito.in xv.col.de in iuſt. teſta. & Rapha. fulg. in d. auth.ex cauſa.vbi dicit,quòd hæc opinio eſt equa. & fuit hæc opinio antiquorum ſcilicet Di.Iaco.de bel.combononienſis & aliorum in d.l.1.de iure codicil.& Oldr.in conſi.cxlix. incip.ſuper prima quæſtione &c. & Pau.de Caſt. in ſuo conſi. lvj. incip. præclarus & egregius doctor &c.& Pa.de Caſ.in l. 1.C.de poſthu.hære.inſti.licet Bar. qui ſibi fuit cōtrarius,tenuerit contrarium in duobus locis:videlicet,in d.l. 1. de iure codicil.& in ſuo conſi. incip. quidam dictus Lipus &c. & non bene & eius opinio communiter damnatur per ſcribentes in locis præallegatis.maxime in d. aut. ex cauſa vbi per do. meum Alexan. de Imol. licet de prædictis mentionem faciat. Et † tanto magis dico iſtos venientes ab inteſtato in caſu noſtro debere admitti ad ſucceſſionem: quia iſte præteritus approbauit teſtamentum paternum.quo caſu ſuccedit regula,quòd vbicunq; vocatur quis ad ſucceſſionem occaſione alterius: ut eſt in caſu noſtro, illo non utente iure ſuo, perinde habetur ac ſi vocatus nō fuiſſet. ita probat text.in l.ſecunda.§.ſi ſit conſanguinea. ff. ad Tertul lia. per quem tex.ita voluit in terminis noſtris Salycet.in l.vxoris aborti. C. de poſthu. hære. inſti. & idem probat tex. in l. filio præterito. vbi eſt caſus huius dubij.& ita per illum text. voluit expreſſius Bart. ibi qui repræhendit opinionem antiquorum qui tenuerunt in hoc contrarium. Et idem voluit Bar.met in l.ſi poſt mortem.§.fi. ff. de contra tabu.

8 [margin]

4 [margin]

Nec obſtat tex. ibi qui videtur probare contrariū: quia ad eum facilè poteſt reſponderi, quòd ideo non admittitur ibi inſtitutus occaſione præteriti: quia præteritus contra tabulabat teſtamentum: & ſic impugnat illud, quod non eſt in caſu noſtro. & hæc fuit reſponſio Salycet. in dicta l.vxoris ab ortu. Ad idem facit tex.in l.amiciſſimos.ff.de excuſatio. tutorum. vbi non poteſt vti priuilegio quis, quod habet propter me,contra me:me contradicente.ergo aliter eſt dicendum in caſu noſtro, ex quo iſte præteritus approbat teſtamentum: nam poteſt alius inſtitutus vti beneficio. Laus Deo ſupremo,& diuo Dominico aduocato meo, Amen.

Et, ut ſupra ſcriptum eſt conſulo,& iuris eſſe dico,ego Ludouicus Bologninus V. Iur. Doctor & æques ſacri palatii apoſtolici aduocatus conſiſtorialis:iura ciuilia ordinarie legens in hoc vetuſtiſſimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ ſtudio. Et in fidem præmiſſorum propria manu me ſubſcripſi,& ſolito ſigillo ſignaui. Laus Deo ſupremo, & Beato Dominico aduocato meo, Amen.

CASVS CONSILII LXXIIII. TALIS EST.

TESTATOR Quidam ſuum vltimum condidit teſtamētum, in quo inter plura alia in eo diſpoſita, hæredes uniuerſales ſuos inſtituit dominam Iacobam, eius vxorem, in vſufructu omnium bonorum ſuorum,donec vixerit:& vitam vidualem ſeruauerit, & duos filios ſuos in proprietate, ponendo omnes in eadem oratione & contextu uerborum: prout in eo teſtamento clariſſime conſtat. Quo teſtamento celebrato, mortuus eſt poſtea teſtator prædictus: quod teſtm̄ nūc impugnare intendunt filij prædicti teſt. volētes reducere cauſam teſtati ad cām inteſtati,& per cōſequens volentes ſibi vt proximioribus locum facere,& excludere dictā do. Iacobam. Et inter alia allegant, quòd iſte teſtator, uidetur teſtatus pro parte tēporis, & pro parte temporis inteſtatus:cum illi omnes uideantur inſtituti quoad dicta do. Iacoba uixerit,& uitam uidualem ſeruauerit.&c. prout ſonant uerba teſtamenti, omnes. ſunt cōpræhenſi ſecum in eadem oratione, & uerborum conſtructu.& ſic illa conditio uidetur omnes hæredes reſpicere, & omnes cōcernere. Econtra vero dicitur, quòd non intelligitur repetita illa qualitas ſeu conditio, niſi reſpectu ipſius d. Iacobæ tātum in uſufructu. & quòd ea mortua uſusfructus conſolidatur cū proprietate,& ipſi filij duo inſtituti in proprietate erunt nunc hæredes in totum, & per totum. Vnde quæritur, quid iuris ſtantibus rebus, prout ſtant.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas seu conditio, apposita in testamento, in vna oratione, an intelligatur repetita, quo ad omnes in eadem oratione comprehensas. & nu. 10. 11. 12. 13. 19. 21 & 30. 34. & 35.*
2 *Et, copula, an inducat repetitionem praecedentis qualitatis: & quando. & nu. 5. 7. 14. 18. 20. & 31. Et quid aduersatiua, vero. nu. 3. & 15. 16.*
4 *Qualitas praecedens intelligitur repetita, quando adijcitur oratio imperfecta ratione verbi. & nu. 17. & 33.*
6 *Conditio adiecta in personam unius, an videatur repetita in personam alterius.*
8 *Ratio quando limitet legem.*
9 *Argumentum a contrario sensu, an sit validum in iure.*
22 *Testatus pro parte, & pro parte, intestatus, an possit quis decedere. & nu. 25. limit. nu. 29.*
23 *Institutio ad die, an & quãdo teneat: aut suspendat. & 24.*
26 *Vsusfructus an & quando consolidetur cum proprietate Et quae sit eius natura. & nu. 28.*
27 *Tantum, dictio, taxatiua est, Et quis eius vsus.*
32 *Verbi vnitas, vnitate orationis causatur.*
36 *Dispositiones testamentariae, quomodo sint interpretandae.*

CONSILIVM LXXIIII.

Cor mundum crea in me

Deus: & spiritum rectũ innoua in visceribus meis: vt in praesenti consultatione ea, quae iuri & veritati consona sunt, in medium afferre valeam. Igitur ex verbis testamenti, quae tanquam nota non refero, eliciũtur duo principalia dubia. Primum, vtrũ qualitas & conditio adiecta in institutione facta de dña Iacoba vxore testatoris in vsufructu per illa verba, donec vixerit, & vitam vidualem seruauerit, &c. Et illa dictio tantum videatur repetita in institutione facta de filijs dicti testatoris. Secundo dato, & nõ concesso, quòd videatur repetita: an vitietur totum testamentum, & reducatur res ad causam intestati.

1 †Circa primum dubium videtur dicendum, quòd qualitas & conditio & illa dictio tantum, adiecta in institutione de vxore facta, videatur repetita in sequenti institutione: per notata in l. talis scriptura. ff. de lega. 1. &. in l. 1. C. de libe. praete. vbi clausula adiecta in principio, vel in fine, refertur ad praecedentia, 2 seu sequentia. † Secundo, quia videtur text. in l. Seie. §. Caio. ff. de fun. instruc. vbi patet per copulã, & repetitam esse illam qualitatem adiectam in primo legato. Tertio facit pro hoc id, quod dicit Bal. in l. omnes populi. ff. de insti. & iure. in 14. colum. in. uersi. & dixi, quod trahitur etiam per coniunctiones aduersatiuas & caete. vbi dicit, quòd etiam per 3 aduersatiuam, vero, † videtur repetita qualitas praecedentium, cum sit coniunctio. alleg. no. in §. itẽ lapilli insti. de rerum diui. Exemplũ ponit. Dicit statutum: extantibus masculis, filia foemina non succedat ab intestato, nisi in dote. facto vero testamento non succedat, nisi quatenus testator ei duxerit relinquendum. certe intelligitur facto testamentum, & masculis extantibus & hoc ex natura copulae, quia di ctio, vero, pro sed, est coniũctiu, ergo repetitiuuem inducit allegat d. l. Seie. §. Caio defun. instru. cum ergo per dictionem aduersatiuã, vero, repetatur illa qualitas seu conditio. s. extantibus masculis, ibi ita in proposito videtur per copulam etiam repeti illam taxatiuam tantum, & illam dictionem donec vixerit.

4 Quarto † facit quia quãdo adiicitur oratio imperfecta, ratione verbi, tunc praecedens qualitas intelligit̃ repetita. exemplum, lego Titio x. sub conditione, si nauis ex Asia venerit. Item Seio fundum, intelligitur legatus fundus Seio sub eadem conditione. ita no. Bar. in l. iu repetendis. ff. de l. 3. in 2. col. & in consi. xxvij. in ordine meo inci. visa facti narratione praedicta & in leg. 1. in princip. ff. de public. & in leg. Seie. §. Caio de fun. instruct. Sed hic, adijcitur oratio imperfecta, ratione verbi, dum dicitur. & quo ad proprietatem omnes filios &c. nec est verbum in stituo. ergo videtur repetita dictio tantum, & conditio illa donec vixerit &c. Pro hoc hoc facit etiam, quia solennitatem non adhibet in testamento, cum posset, videtur velle decedere intestatus. text. est no. in l. quia ratio. ff. de condi. insti. & ibi docto. ergo cũ testator non adhibuerit ea, quae requirũtur ad validitatem testamẽti, cum possit, videtur voluisse decede 5 re intestatus. † Tamen praemissis nõ obstantibus, cõtrariam partem procul dubio de iure veriorem puto. s. dictam repetitionem non fieri & testamentum validum esse, & recte & rite factum. Mouet primo nam in quaestione nostra copula &, cadit inter diuersas personas, quas copulat. s. vxorem testatoris praedicti, & filios: vnde adduco text. in l. fi. §. Seio. ff. de lega. 2. Et ibi est casus quaestionis nostrae, si bene inspiciatur. nam ibi testator Seio, quem haeredi substituerat, ita legauerat, Seio, si mihi haeres non erit: & vxori eius Marcellae argenti libras 15. dari uolo. Seius haeres extitit, & sic in eius persona defecit cõditio legati. quaerebatur modo an vxor posset petere partem illarum 15. & videbatur, quod non, quia defecerat conditio. Seius enim haeres extitit, & fuerat legatum sub illa conditione, si Seius haeres non esset. tamen Iurisconsultus decidit, quòd vxor habebit partem illarum 15. quia illa conditio, si Seius haeres non erit. non uidetur repetita in persona mulieris. Et est aduertendum quia ibi etiam fuit oratio vnico verbo clausa nec erant diuersae orationes. dixit enim testator Seio si mihi haeres erit, & uxori eius Marcellae, lego &c. & tamen per copulam &, nõ uidetur repetita conditio adiecta in personam Seij: & per illum text. dicit ibi Bart. quòd conditio, adie6 cta † in persona vnius, non uideruř repetita in persona alterius. Et idem dicit i d. l. Seiae. §. Caio de fun. instruc. & in l. Iulius Paulus. ff. de conditio. & demõ. & in l. mulieri & Titio. eo. tit. & in consil. 3. in ordine meo incip. Titius condidit testamẽtum &c. in fi. vbi dicit esse casum. in d. l. fi. §. Seio de legat. 2. quòd 7 per † copulam &, non inducitur repetito conditionis in diuersis personis, etiam si in eadem oratione ponantur, & ad eandem rem seu quantitatem vocẽtur, hoc etiam dicit probari in d. l. Iulius Paulus. ff. de condit. & demon. Haec sunt verba sua. multo ergo magis non debet induci repetito, quando non ad eandem rem seu quantitatem vocautur, sed ad diuersas res: ut in casu nostro, in quo uxor uocatur ad

vsum

vsumfructum. filii uero ad proprietate. Secundo ꝓbo, quòd nulla fieri debeat repetitio in casu nostro: quia isti contrarium tenentes uolunt per hanc repetitionem facere dispositionem inutilem & uitiare testamentum, quod tamen an sequatur, licet fiat repetitio, infra uidebimus. sed præsupponendo quod ipsi dicunt, quod per repetitionem dictionis, tantum, & conditionis si uixerit &c. uitietur testamentum tunc sic arguo. Non uidetur per copulam, et, repetita conditio, quæ repetita in dispositione uitiaret dispositionē. l. seruo alieno. §. si ab impubere & Bar. ibi. ff. de lega. i. l. si quis a filio in prin. eo. tit. & l. Lucius la vlt. & ibi Bart. in aliquibus lecturis. ff. de fideicó. libe. Sed hic, si induceretur repetitio, vitiaretur dispositio secundum illos. ergo non debet induci: & inductio illorum textuum de se patet. quos etiam hoc modo induco: & tollam obstaculum. si diceretur ꝙ in illo casu illa iura loquuntur, quam in istis iuribus maxime

8 text. in d. l. seruo alieno. §. si ab impubere. hic ratio non redditur, quare non fiat repetitio, quia faceret legatum & dispositionem inutilem. sed habeo, † quòd ubicunque ratio est generalior & amplior dicto legis, lex illa extenditur ad limites rationis: & generaliter est intelligenda. tex. est not. & ibi Barto. in l. regula. §. si quis. ff. de iur. & fac. igno. & glo. notabilis in cle. 1. in uerbo eligatur. de ele. Sed sic est quòd in d. §. si ab impubere. cum similibus redditur ista ratio generalis, ne scilicet uitietur dispositio ergo genera-

9 liter illa lex est intelligenda, ut ubicunque per repetitionem uitiaretur dispositio non fiat illa repetitio. † Tertio moueor & præsuppono, quod argumētum a contrario sensu, in iure est ualidum. l. 1 §. huius rei

10 & ibi Barto. & alii. ff. de officio eius cui man. est iur. & l. conuenticulam & ibi Bald. C. de epi. & cle. † Item quia copula, &, non facit, quod qualitas primæ orationis uideatur repetita ex vi sermonis in sequenti oratione, quando sumus in diuersis orationibus. l.

11 qui fundum in prin. ff. de contrahen. emp. & notat Bar. in l. si Seiæ. §. Caio. in principio de fun. instruc. & in d. l. in repetendis. ff. de lega. 3. fallit† nisi ex præsumpta mente testantis, aliud induceretur, puta quia sequens dispositio redderetur inutilis: si non induceretur repetitio: tunc enim licet ex uirtute sermonis nō inducatur repetitio, tamen induceretur ex præsumpta mente testantis probatur in l. cum seruus. ff. de cō di. & demonstra. & in l. Iulius Paulus. & in l. Iulius no ster. eo. tit. & not. Barto. in d. l. Seiæ. §. Caio de fun. instruc. Nam in d. l. cum seruus. data erat seruo libertas sub conditione, si rationes reddiderit, & hæres grauatus erat dare fundum dicto seruo: & sic erant duæ diuersæ orationes: & unaquęque suum uerbum habēs, & sic uidebatur, quod conditio adiecta legato libertatis, non deberet repeti legato fundi, per d. l. qui fundum. in principio de contra. empt. ubi illa qualitas, xxx. dierum dato tum ad mensurandum fundum, non uidetur repetita per copulam, &, in sequenti oratione, dum actum fuit inter partes, ut de modo fundi renunciaretur: quia erant diuersæ orationes. tamen in d. l. cum seruus repetitur etiam in sequenti oratione illa qualitas, reddendarum rationum. quæ si non repeteretur, legatum fundi remaneret purum, & sic statim acquireret domino l. placet. cum simi. ff. de acqui. hæred. & tunc quo ad serui utilitatem, cui noluit prouidere testator, inutilis esset dispositio. Si ergo

12 præsumpta † uoluntate testantis, quæ colligitur ex hoc, ne sequens dispositio reddatur inutilis d. l. cum seruus & no. Barto. in d. §. Caio. inducitur repetitio præcedentis conditionis & qualitatis, quæ alias ex vi sermonis non induceretur: ergo argumento a contrario sensu sumpto, quod ualidum est argumentum in iure, posito & non concesso quòd in casu nostro copula, &, qualitatem præcedentem repeteret ex uirtute sermonis. tamen hoc casu non debemus dicere induci repetitionem ex præsumpta mente testātis: quia ex hoc colligitur ne sequens dispositio reddatur inutilis. ut expresse dicit Bart. in dicto §. Caio. in d. l. cum seruus sicuti etiam inducitur ex præsumpta mente testantis: quando alias non induceretur ex vi sermonis, ut supra declaraui. Quarto adduco aliud: quia licet iudicio meo manifestum sit & clarum recte sentienti, taxatiuam, tantum, nec cōditionem ullam repetitam uideri: tamen non possumus negare, saltem est dubium, an facienda sit repetitio: si dubium est, ergo in dubiis capienda est uia, quæ fauet magis testamēto l. uel negare. ff. quemadmodum testam. aperia. l. si pars. ff. de inoffi. test. c. fi. de re iud. cum simi. Quinto adduco l. fi. ff. de hære. insti. nam vt uiua uoce accepi apparet ex præfatione & principio testamenti testatorem uoluisse testatum decedere. sed mens, quæ ex præfatione testamenti colligitur, attenditur, etiam ad irritandam institutionem rite & rectæ factam: ut est casus singularis in d. l. fi. ff. de hæredi. instit. secundum Bartó. ibi. & no. Bartó. in l. cum hi in prin. C. de transac. & Bald. in prima constitutione. C. l. 1. §. quibus. ergo multo magis debet attendi ad substentandum testamentum, cum fauorabilius sit, substinere testamentum, quam euertere per d. l. vel negare. ff. quē adm. testa. apperian. cum si. supra proximo motiuo al legatis. Si igitur mens testatoris est manifestissima, nusquam interpretatio uerborum tantum valeat, vt melior sensu existat. l. 3. C. de lib. præter. l. in conditionibus primum locum. de condi. & demon. & §. disponat in auth. de nupt. cum vul. Vltimo vltra prædicta, quòd illa cōditio donec vixerit non videatur repetita, probo sic. In præcedenti oratione fuerunt adiectæ illæ duæ conditiones copulatiue, dum dixit testator: donec vixerit, & uiduam vitam seruauerit. quo casu habent loco unius, ut dixit tex. in l. si hæredi plures de condi. insti. & in l. si ita quis de uerbo. oblig. cum simili. si vnius loco habetetur ergo una & eadem res non debet diuerso iure censeri. arg. l. eū, q ædes. ff. de vsu. & sic non debet scindi, vt pro parte repetatur, & pro parte non repetatur. Restat nunc respondere ad contraria quibus respondeo: & primo

13 nō obstat primum motiuum dum dicebam, ꝙ † clausula apposita in principio vel in fi. trahitur ad sequētes vel præcedentes &c. quia dico quod in quæstione nostra nulla est clausula in principio uel in fine: circa quam dubitetur an trahatur ad præcedentes seu sequentes. sed sumus in illo articulo an copula & repetat qualitatem adiectam in prima & aperte conclusi supra quod non. Nec est aliqua clausula per se posita, de qua sit dubium, an trahatur ad præcedentes seu sequentes. quæ est materia l. talis scriptura. de le. 1. & l. 1. C. de liber. pt. & l. 3. §. filius. ff. de libe. & posth. vbi plene per docto. vnde istud argu. non facit ad

pro

propositum. Non obstat secundo tex.in l. Seiæ.§. Caio.de fun.instru.quia ibi copula, &, fuit posita 14 inter diuersas res, quo casu† quando sunt in eadem oratione, qualitas adiecta in una re intelligitur be ne repetita in alia, ut ibi declarant plene Bartol.& alii post eum.& Barto.in l.Iulius Paulus de condi. & demonstra. Sed nos loquimur, quando copula, &, copulat diuersas personas, quo casu non intelligitur repetita qualitas seu conditio adiecta in pri ma, etiam si sit in eadem oratine dicta l.finali.§.Se- 15 io.de lega. 2 .ubi est text.† Non obstat tertio id quod dicit Bald.in l.omnes populi de iustit.& iur. in uersicu.& dixi quod trahitur &c.dum dicit, quod per aduersatiuam, uero, uidetur repetita illa quali tas scilicet extantibus masculis &c.adiecta in præcedenti oratione: quia dico quod ibi apparebat de mente statuentium, qui uolebant declarare & limi tare successionem fœminæ ab intestato, masculis extantibus, siue factum esset testamentum, siue nõ esset factum, nec uoluerunt limitare successionem fœminæ, quando masculi non extarent. quia cessabat ratio & fauor masculorum, propter quos indu cti fuerunt disponentes ad limitandam successionem fœminæ. Non mirum, si cum in præcedẽti oratione dictum fuisset extantibus masculis. quod fœmina ab intestato in dote succedat facto vero testamento, etiam subintelligitur masculis extanti bus. Præterea & secundo respondeo, quod illud dictũ est extra terminos quæstionis nostræ. nos enim quærimus an copula, &, posita inter diuersas perso nas repetat qualitatẽ adiectam in prima, sed in de- 16 cisione Bald. dictio aduersatiua † vero, non cadebat inter diuersas personas: sed imo fiebat dispositio in secunda oratione de illa eadem persona, de qua facta erat in prima, scilicet, de fœmina, quomo do debeat succedere ab intestato, & etiam facto te stamento, non mirum si qualitas illa seu conditio extãtibus masculis repetitur: quæ qualitas erat cau 17 sa limitandi successionem fœminæ. Non † etiam obstat quartum motiuum, dum dicebam, quod quando adijcitur oratio imperfecta ratione verbi, qua litas adiecta in prima, videtur repetita in secunda &c. quia dico, quod Bart.& doct. in locis supra per me allegatis, loquuntur de dictione continuata, & repetitiua. itẽ de cuius natura est continuare sequen tia præcedentibus. cum eadem qualitate: ut d. l. in repetendis. de legat. 3.& ibi plene notatur per doctor. Non uero tractamus de copula &c. Non obst. si dicatur quod Barto. in l. Seiæ.§. Caio.ff. de fund.instr. dicit idem de copula &, quod de dictione, item, dum dicit quod quando oratio imperfecta adijcitur, tunc suppletur ex præcedenti, cum qualitate sua. prout dixit se dixisse de dictione, itẽ in d.l. in repe tendis.& in l. 1. in princ.ff. de publ. quia respondeo quod ibi tractat quando copula, &, cadit inter diuersas res quo casu facilius inducitur repetitio, quam quando cadit inter diuersas personas. vt in casu no 18 stro.† Probo apertius. Paria sunt quo ad inducendam repetitionem qualitatis præcedentis, uel non inducendam per copulam, & ad diuersas res claudi eadem oratione, & uerbo: ut si dico: Titio fundum instructum, & domum lego, uel orationi perfectæ addit orationẽ, & eidem domum. nam utroq; casu inducitur repetitio præcedẽtis qualitatis. quia copula, &, cadit inter diuersas res de primo exemplo est text. in d.l. Seiæ.§. Caio. De secundo est doctrina Bartol. & aliorum in d.§. Caio. Sed quando copula, &, cadit inter diuersas personas eadẽ oratione ex uerbo clausas, non inducitur repetitio præcedentis qualitatis, ut est text. in d.l. fina.§. Seio. de legat. ij. ergo nec inducetur quando orationi perfectæ adijcitur oratio imperfecta cum, ut dixit paria sunt quo ad inducendam repetitionem qualitatis diuersas res, uel personas claudi, eodem uel orationi perfectæ addi orationem imperfectam, vt 19 supra ostendisse puto. † Præterea Bart. in d.l. in re petendis. in ult. colum. in uerb. item aduerte. quia ubicunque limitando notata per eum ibidem dicit, quod in casibus in quib. dixit fieri repetitionẽ præcedentis conditionis, debet intelligi si conditio congruit alias secus. Sed cum in casu nostro repetitio, cum (ut aduersa pars dicit) uitiet testamentũ, quomodo possumus dicere conditionem congrue re sequenti dispositioni, si eam uitiat nullo ergo modo debet repeti. l. seruo alieno.§. ab impubere.ff. de lega. j.& l. si quis a filio.eo.tit. ubi conditio & qualitas uitians actum, non intelligetur repetita, & quia uitiat, & uitiando non congruit.

Et per ista patet etiam dissponsio, si adducitur in cõ trarium id, quod dicit Bart. in d.l. Seiæ.§. C. ad finẽ. 20 dum † dicit, quando conditio potest uniformiter cadere intelligitur repetita per copulam, &, etiam inter diuersas personas. nã cum pars aduersa dicat per repetitionem uitiari testm̃, apparet conditionem & qualitatem dictam in priori, non intelligi posse repetitam in sequent, causa uitiandi actum, non possit dici vniformiter in secundo cadere pos se. Non obst. vltimum mo tiuum, inquantum dicebam, quod qui non adhibet solennitatem in actu uidetur uelle illum actum non ualere. d.l. quia ra- 21 tio.ff. de cond.insti. quia dico† quod adhibita sunt ea, quæ requiruntur ad ualiditatem testamenti, ut de necessitate prout dixit intelligi debet.& sic in isto articulo concludo nullam fieri posse de iure re petitionem illius dictionis, tãtum, nec illius condi tionis, donec uixerit &c. quo ad primum. Circa secundum dubium dato quòd per copulam, &, uidea tur repetita dictio tantum & conditio pro parte di uisa, scilicet donec uixerit, quam tamen repetitionem nullo modo fieri posse supra probasse arbi tror, præsupponendo tamen, quòd uideatur repeti ta, uidendum est an testamentum uitietur.& uidetur quòd sic. nam uidetur repetita illa conditio, do nec uixerit, & sic uidetur institutus hæres ad diem scilicet ad diem uitæ suæ, quo casu licet uitietur tẽ poris adiectio, & sic uidetur institutus pure. l. hæreditas.ff. de hæred. instit. tamen per illam taxatiuam, tantum, uidetur testator prohibuisse ius accrescendi, & sic incidimus in doctrinam dubiam Barto. in l. quotiens.§. si duo.ff. de hæred.instit. & in d. l. hæreditas ex die. in fin.eo.tit. scilicet quòd tunc testamentum reducatur ad causam intestati, 22 cum non possit † quis pro parte testatus esse, & pro parte intestatus decedere. l. ius nostrum.ff. de reg. iur.& per alias rationes ut per Barto. plene. in d.§. si duo. Secundo, quia in casu quo vsufructus extin

gu atur, non dicit testator, cui deberi, & sic uidetur casus obmissus, qui remanebit in dispositione iuris cōis. l. commodissime. ff. de libe. & posthu. l. si eum dotem. in prin. ff. solu. matr. l. si extraneus ff. de condi. ob cauf. & in his locis per Barto. & alios ergo ab intestato succedent fratres testatoris simul: vt in authent. post fratres. & authent. cessante. C. de leg. hæredi. & in corpore unde sumitur in authent. de hæred. quæ ab intest. §. reliquum. & in authen. ut fratrum filii. in col. ix. Tamen contrariā partē de iure teneo, scilicet, quòd licet fiat repetitio dictionis tantum, & conditionis donec uixerit, &c. nō redicatur testamentū ad causam intestati.

23† Et est aduertendū, quod præsupponēdo illā cōditionē donec uixerit, repetitā licet fuerut instituti ad diē, scilicet ad diē uitæ suæ, ī proprietate quo casu institutio facta ad diem tenet, & ualet dies tollitur de medio, quando dies est certus puta instituo te usque ad Pascha. uel etiam dies est certus, tamen certum est diem exituram uiuo instituto, ut si ego instituo Titium hæredem, cum ipse Titius morietur. nam licet sit dies incertus, quia incertū est quādo cōtingat Titium mori, tamē quia certum est diē oīno exiturā, in uita hæredis, quia uiuens moritur. l. diuos. §. 1. ff. de manu. teste. tunc talis dies non suspendit institutionem: nec eam uitiat: sed statim de medio tollitur: sed quando dies est incertus, nec est certum diem exituram, uiuo instituto, tunc talis dies incertus suspendit tanquam conditio. l. dies cond. & demon. ut si dico: instituo Titium, cum Caius morietur. nam tunc quia certum non est Caium mori, uiuo hærede instituto, tunc talis dies expectatur, nec reiicitur: hæc uera sunt: & declarat aperte. Barto. in d. l. hæreditas ex die. ff. de hæred. insti. Modo in proposito dum fuerunt instituti tempore vitæ suæ, quam uenisse ipsis uiuentibus certum est: ergo dies illa reiicitur & habebitur institutio quo ad proprietatem pro pura. Imo si etiam in casu nostro esset dies oīno incerta, scilicet talis quam certū non esset exiturā uiuis hæredibus tamen deberet reiici, nec uitiat, aut suspēdit institutionem. & id quod dixi, quòd quando est certum diem uiuo instituto exituram, tunc suspendi institutionē, procedit quando quis est institutus, ut ex diem incerta incipiat esse hæres: sed si adiecta esset institutioni dies incerta, etiam talis, quam non esset certum exituram, uiuente hærede, ut ex tunc desinat esse hæres, tunc talis dies reiicitur, quia qui semel est hæres, nō potest amplius desinere esse hæres l. ei, qui soluendo. in fin. ff. de hæred. instit. nisi esset per fideicommissum grauatus. l. ex facto. in prin. ff. ad Treb. l. filiusfamilias. §. ut quis hæredem. ff. de leg. 1. ita not. Bar. in d. l. hæreditas ex die. in prin. & Bal. in l. extraneū. ī 1. col. C. de hæred. insti. in vers. sed contra hoc oppono. uā si Titiū hæredē

24 instituo &c. † In nostro igitur casu, illa dies incerta, quæ colligitur ex repetitione illorum uerborū donec vixerit, etiam si certum non esset, eam viuis hæredibus exituram debet reiici: quia apposita est: non ad initium institutionis, sed ad expirationem institutionis. ut dicit Bald. in d. l. extraneum. vsufructum non habebunt hæredes subconditione, si mulier instituta in vsufructu morietur: vel vitam vidualē nō reseruauerit: tā ex dispositione testatoris ita expresse disponētis. dum uoluit extinctū, vsumfructum, cū proprietate consolidari: & sic deberi illi cui relicta fuit proprietas, ar. l. si aliis.

25 ff. de vsufru. & §. finitur. instit. eo. tit. Non† obst. ea, quæ in contrariū supra allegaui. Et primo inquantū dicebam qd per illā dictionē, tantū, repetitā: videtur testator prohibuisse ius accrescendi: & sic cū pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere. non possit reducendo res ad causam intestati, p notata per Bart. in d. l. quotiens. §. si duo &c. quia respondeo, quod nos nō incidimus in illā difficultatē: & in illā dubiam decisionem, quam ponit Bar. in d. §. si duo. si recte inspicimus. nam Bar. loquitur quādo testator instituit aliquem in fundo, & expresse prohibuit eum plus petere, quo casu licet non si alius hæres institutus, & sic uidetur totum habere posse. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. insti. tamē quia manifestissime testatoris uoluntas non refragatur non erit hæres insolidum, secundum Bar. ibidem.

26† At in quæstione nostra testator instituit istos in proprietate, qui habent uxorem testatoris in usufructu cohæredem institutam. Et subdit postea testator, quod extincto quocunq; modo usufructu, uoluit dictum usumfructū cum proprietate consolidari. & sic testatoris uolūtas nō refragatur, quominus tempore existentis conditionis, habeāt isti vsufructū: imo expresse testator uoluit vsumfructum illi deberi, cui debetur proprietas. & licet ridiculum iudicio meo sit, dicere quòd testator non dixit, cui debeatur vsusfructus: tamen quia sentio circa hoc partem aduersam dubitare: ideoque debeatur proprietario, probo per tex. in l. si Titio. in prin. ff. de vsufr. & in l. itē si apud. ff. de vsufr. acre. ubi testator instituit hæredē, & cuidam legatario legauit fundum, alteri legatario legauit usumfructū: nec dixit cui debeatur vsufructus. si extinguetur, an hæredi, an proprietario: ibi dicitur, quod redibit ad proprietariū, ratio, quia natura ususfructus est, cōsolidari cū proprietate, ne semper ascendente vsufructo, proprietas esset inutilis: vt dicit tex. in l. 3. §. ne tū. ff. de

27 usufructu. † Præterea, quod propter repetitionē illius taxatiuæ, tātū, non prohibeatur tpe existentis conditionis petere usumfructū, probo: quia licet dictio taxatiua, tantum, in residuo ad emptionem in ducat. l. rationes. cum gloss. C. de proba. l. si quidem. C. de transac. l. 3. §. cum Titio. ff. de adimen. leg. & ibi per Barto. tamen istud est uerum, quando nihil sequeretur contrarium disponens eius, quod dictū fuit in ea oratione, in qua erat dictio taxatiua, tantū, probatur p doctrinā singularē Bar. ī d. §. cū Titio. vbi dixit pone unū statutū, p aliquo maleficio imponit pœnam mille librarū, aliud statutum pro eodem maleficio imponit pœnam quinquaginta librarū tantum, & duntaxat, an inducetur correctio primi statuti: & tenet quod nō allegat. l. ob es. C. de prædi. mi. cum gl. & l. cōtractus. ff. de reg. iur. & l. serui noīe. ff. de vsucap. nam in d. l. ob es. dicitur quod ob es alienum tantū prædictum rusticum minoris distrahi permittitur: & tamen potest distrahi etiam ob dotes, & alias causas, ut ibi p gl. & doct. & illā decisio. Bar. ī d §. cū Titio sequitur. Io. de Imol. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrim. in 6. col.

c̄ol.& do.meus Alex.de Imo.In d.l.1.C.de bon.pos ses.contra tab. Ita in proposito cum subdit testator q uult usumfructũ cũ ꝓprietate cõsolidari,& sic cũ vsumfructũ illi deberi,cui debetur ꝓprietas, nõ debet p illam dictionem, in qua est dictio taxatiua induci correctio alterius dispõnis, vt supra proxime dixi. Et si diceretur, quòd dictio, tantum nihil operaretur, dico quòd per illam dictionem, tantum, posito quòd repetatur, testator voluit istos habere proprietatem, scillicet donec vxor vsufructuaria vixerit,& vitam vidualem seruauerit:ea vero defuncta habeat etiam vsumfructum. Secũdo ad doctrinam Bar.in d.§. si duo respondeo iste vsusfructus est relictus,non pure, sed sub conditione, scilicet,si vsufructuaria decesserit,vel vitam vidualem non seruauerit, vt patet ex testamenti inspectione:sed illa verba testatoris, ꝙ hæres plus petere non possit, non extenduntur ad relicta conditionalia.text.est multum no. in l.Pau.Callimacho. §.j.de leg.3.& ibi Bar.in fin.& expressius Bart.in l. fideicommissa.§.si quis ita. eo.tit. vbi hoc dubium decidit.ergo per illam taxatiuam,tantum, non videntur prohibiti petere vsumfructum isti hæredes tempore existentis conditionis. Et sic testator non decedit pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt erat in decisione Bart. in d.§. si duo. Tertio respondeo opin.Bar.in d.§.si duo.non esse de iure veram, & contrariam opinionem esse magis communem. & contra Bart.tenet late Io,de Imol.in repetitione.§.ex fundo.in l.j.ff.de hæred.instit.vbi reassumens rationes.Bar.& Alex.de Imo.in lectura, tenuit semper contra Bar.vt tenet in l.quotiens.in fi. C.de hæred.instit.& in l.si quis priore. ff. ad Treb. & contra Bart.sæpe consuluit. Verum quia non puto expedire nunc insistere circa reprobationem Bar.in d.§.si duo.quia per supradicta puto satisfactum veritati: ideo circa illud dubium non insisto. Non obst.inquantum etiam secũdo dixi,quod iste videbatur casus obmissus, cum nõ dixerit testator, qui debetur vsusfructus in casu,quo extingueretur. quia respondeo,quod satis videtur testator voluisse vsumfructum deberi institutis in proprietate.dũ dixit, quod extincto vsufructu consolidatur cum 28 proprietate. Et† sic videtur illis, quibus relicta est proprietas,deberi vsumfructum,qui de natura sui ad proprietatem redit.d.l.3.§.ne tamẽ. de vsufruc. & l.si Titio.in princip.eodem.& supra dixi &c. Visis insuper ac ponderatis verbis istius testamenti, in ea parte,in qua facta est institutio hæredum,videtur prima facie ex alio capite dicendum dictum testamentum esse nullum, propter† regulam no-29 tissimam in iure dicentem,nemine discrepante,excepto milite, posse quem pro parte rerum, vel temporis decedere testatum, & pro parte intestatum, vt in regula,ius nr̃.ff.de reg.iur.insti.de hære.inst. §.non aũt.l.miles.in princ.l.cum in speciali.ff.de re mil.not.in l.hæreditas.ff.de hær.insti.sed scd̃m formam dicti testamenti testator decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus, ergo dicitur esse nullum:fuit enim instituta primo domina Io.in vsufructu tantum,donec vixerit.& vitam vidualem seruauerit: quæ verba important, vt solum in vsufructu ac tantum durante tempore eius vitæ,sit hæres.

l.Titio cum morietur.ff.de vsufru.& insti.eo.tit.in §.finitur.sed hæc eadem conditio intelligitur repetita in sequentibus conditionibus,vt statim probabitur.ergo sequitur quod post mortem do.Iacobæ reperietur iste intestatus, qui comprænhenduntur fuisse instituti durante tantum vita viduali dom. 30 Iacobæ.† Quod aũt dicta conditio videatur repetita,probatur. Primo, quia vbicũque plura in eadẽ oratione p rolata sunt,ita quod ab eodem verbo regunẽ,qualitas expressa in uno intelligitur repetita in alio.l.j.§.j.cum l.3.§.quod ait.ff.de incen.rui. & posuit late do.meus Alex.de Imo.in consil.cxxxix. in v.vol. inci. vnde vnus socius &c. & Raph. Cu. in consi. xxij. incip. an conditio apposita. & in consi. xxxiiij.incip.pater vxori &c.& in consi.xliiij.in fin. incip.arbitrali sententia &c.& Raph.Fulg.in consil.xl.inc.Dominicus testator &c.& do.Abb.in cõsil.lxxviij.in 2.vol.suorum consiliorum incip.punctus quæstionis in his terminis apponitur &c. Sed omnes personæ institutæ in d.l.testamento, reguntur seu determinantur ab illis verbis. sibi hæredes instituit, reliquit,& esse voluit, & cæte.ergo conditio adiecta in personam d.Iacobæ hæredis instit. intelligiẽ repetita & locũ habere in oĩbus aliis hæ-31 redibus institutis. † Secundo, quandocunque copula est posita inter plures in vna & eadem oratione,semper habet virtutem inducendi repetitionem præcedentis qualitatis. text.est in l.Seiæ.§.Caio. ff. de fun.instr. Sed in casu nostro copula est posita in eadem oratione,inter vsumfructum, in quo est instituta domina Iacoba vxor testatoris, & proprietatem, in qua sunt instituti. ergo dicamus, quòd conditio adiecta institutioni usussfructus, cense-32 tur repetita in institutione proprietatis. † Quod antẽ sit posita in eadem oratione,patet. Nã unum est verbum, a quo omnia reguntur, ut est dictum. sed unitas uerbi est illa, quæ causat unitatem orationis.l.triplici.ff.de uer.si.l.unica.§.is ita uer.hoc ita tñ narie.C.de cad.tol. no.per Bar.in repetendis in 3. q. prin.ff.de lega. 3.& patet in pluribus par-33 tibus sui cõmenti super d.l.† Vel etiam si dicamus ꝙ sit alia oratio,est tamen imperfecta.quo casu verbum appositum in præcedẽti oratiõe intelligitur repetitũ in sequenti imperfecta,cum suis qualitatib.ut declarat Bar.in d.l. in repetẽdis.ff. de leg.3. † Tertio hæc pars probaẽ per text.in l.mulieri & 34 Titio.ff.de cond.& demon.ubi dicitur,quòd si legatur mulieri & Titio, sub conditione, si mulier non nupserit,talis conditio intelligitur habere locum,non solum in persona mulieris, uerum etiam in persona Titii & tamẽ uidebatur dicendum contrarium,quasi talis conditio nuptiarum respiceret tantummodo mulierem,non autem Titium. Ita ergo in casu nostro quamuis conditio uitæ mulieris,& eius uiduitatis uidetur respicere ipsam dominam Iacobam,uidetur repetita in aliis personis per d.l. mulieri:ubi est casus de hoc. Nec ad hoc obstare uidetur, si dicatur quòd dato,quòd uideatur facta repetitio dicti temporis, tamẽ ipsum est deducendum,ne sequatur dictum incõueniẽs ne ꝓ parte tp̃is quis uidcatur decessisse testatus,& pro parte intestatus.& sic remanebit institutio pura.l. hæreditas.ff.de hæred. instit. quia ad hæc respõde-

tur, q dicta deductio debet fieri, ubi apparet præcise defunctũ noluisse extendi vltra tempus, secũdum Bar. in d.l. hæreditas. in fine. & ita apparet in casu nostro. nam per dictioné, tantum, appositã in prima institutione, quæ censetur repetita in aliis, constat defunctũ uoluisse duráte dicta institutióe vltra dictũ tp̃s, in quo dña Iaco. est tantum hæres duráte vita sua, ue in ea supplet, tp̃is, ita & pariformiter uigore repetitionis idẽ deductum uidetur, in sliis institutis. Ex quibus uidetur inferri dictas instónes tanquam uitiosas, nullius esse mométi, & consequenter defunctum in totũ decessisse intestatum. Quibus tñ nõ obstátibus i cõtrariũ arbitror indubitanter esse ueritaté. Moueor primo, quia cõditio seu qualitas apposita in instõne dñæ Iacobæ, nõ potest uideri repetita in sequentibus institutionibus pluribus iuribus, & rõnibus: Primo, p text. ubi est casus de hoc in l.fi.§.Seia.ff.de leg.2.ubi.dicitur, quod si testator legauit sub istis uerbis Seio, si mihi hæres non erit. & uxori eius Marcelle xx. dari uolo. conditio apposita Seio, non intelligitur repetita in legato facto Marcelle. Similiter ergo in casu nostro condirio apposita personæ primo institutæ, non intelligitur repetita in sequentibus personis institutis. Secundo hoc probatur ex doctrina Barto. in d.l.Seiæ.in §. Caio, ubi concludit, quod conditio apposita uni personæ, respiciens eius personam. non intelligitur repetita in alia persona. al legat. d.l.fi.in §.Seio. Sed conditio ista, donec ipsa vixerit. & uitam uidualem seruauerit, &c. respicit ipsam mulierem institutam tantum, & non aliss ergo &c. Tertio hoc idem determinat Barto. in l.Iulius Paul.ff.de cond.& demon.dicens duòd aut conditio apponitur post nominationem omnium, & tunc in omnibus militat. Aut post nominationem alterius tantum, & tunc non intelligitur repetita in sequenti persona. & ita concordat text. in l.mulieri & Titio. ff. de cond.& demon. cum.l.fi.§. Seio. de eg.2.circa quæ est aduertendum, quòd supradicta iura loquuntur; ubi eadem res erat relicta uariis p sonis: & tamen non intelligitur facta repetitio. Multo ergo fortius in casu nostro, non habebit locum repetitio, ubi erat diuersitas, non solum personarum, uerum etiam rerum: sicut diuersitas personarum facilius impedit repetitionem fieri. ut not. Barto. in d.l.Iulius Paulus. ita & diuersitas rerum: arguendo de re ad personam. l. uel in singulis. de vulg.& pupil.l. si quis ex filio exheredato.§. ergo, & si quis.ff.de iniusto, rupt.& irrito testa. Quarto † probatur ex materia, quæ datur in regula repe-

35 titionis. quæ est ut nunquam intelligatur facta repetitio in seq. dispositione, quãdo per eũ dicta dispositio annullaretur, uel inutilis redderetur.l.Tiria.§.idem rñdit.ff.de uer.ob.l.si seruo alieno.§.si ab impubert.ff.de leg.1.in l.si quis a filio. in prin. eo.tit.l.cum vulgar.ff.de do.præle.no.Barto.in l.talis scriptura. de leg.j. Si ergo tenemus, quòd repetitione sequatur testamenti, talis repetitio non est admittenda, per supradicta, sequeretur etiã quòd institutio facta in proprietate, esset inutilis, ut statim dicetur. Quinto ostenditur manifeste, quia si dicamus quòd instituti in proprietate, sint instituti tantum, quo ad uixerit mulier, sequeretur q talis institutio esset inutilis: quis tempore vsufructus reperitur separatus a proprietate, neque etiã spes reconsolidationis per mortem ipsius mulieris. & sic defunctus fecisset institutionem frustratoriam, & nullius effectus, quod nõ est dicendum. Nemo. n. præsumitur uelle facere dispositionem

36 inutilem.l.3.ff.de rest.mil.& † dispositiones factæ sunt ita interpretandæ, ut sliquem deffectum operentur: non autem sint frustratorie.l.si qñ.ff.de leg.1.c.si papa.de priuil.lib.6. Item leges abhorrent, q proprietas sit apud proprietarium inutiliter, & sine spe consequendi vsumfru.l.antiquitas.C.de vsufru.l.si vsusfructus municipibus.ff. de vsufru.leg. Sexto, quia sequeretur absurdum, quòd testator p prios suos filios non intellexisset instituere hæredes perpetuos, sed temporales: contra l.isti quidẽ. ff.quod met.cau.& contra officium paternum. Laus Deo, & diuo Dominico aduocato meo, Amen.

Et vt supra scriptum est, consulo, & iuris esse dico, Ego Lud.Bolo.I.V.Doctor, & æques sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis iura ciuilia ordinarie legens &c.

CASVS CONSILII LXXV. TALIS EST.

QVidam A. de castro plebis, quo ad originem propriam suam suorumque: sed nunc habitator Bon. nescio quo spiritu, uisi diabolico, instigatus, quadam die conuenit R. dominum do. Episcopum urbinatensem suffraganeum in episcopatu Bon. & uice gerentem. R. in Christo patris & domini do. Iuliani de ronore, S.P. ad vincula cardinalis benemeriti & Episcopi Bon. dignissimi, in curia apostolici, in domo Episcopi, & in thalamo suo proprio, & post multa uerba tandẽ euaginato ense insultauit eundẽ omnium suffraganeum, quo acclamante occurerunt ibi familiares eius, & alii de domo, adeo, ut non percuteretur a præfato a. insultante eum, & cum armis iam parato ad offensionem eisdem, & sic inde aufugiendo decessit. Modo quæritur, qua pœna ueniat puniendus dictus a. aggressor, & inuasor, & in quòd crimen inciderit.

SVMMARIVM.

1 *Episcopatus, an sit dignitas dignitatem. Et quid in materia restringibili.*

2 *Episcopus dicitur uicarius Christi: alias legatus Dei: alias summus sacerdos. Alias, Rex. nu. 6.*

3 *Episcopus, an appelletur serenissimus, & præceteris sit honorandus. Et an maior præside, & præfecto prætorum. 4.*

cardi-

5 *Cardinalatus, an sit maior episcopatus.*
7 *Episcopus, in quo Papæ sit similis.*
8 *Episcopus, dicitur habere quasi castrense peculium.*
9 *Episcopũ aut Cardinalem qui offendit, aut offendenti præstat auxilium vel fauorem, in quod crimen incidat.*
10 *Clericos qui offendunt, vel religioso alios, eadem pœna puniuntur, qua offendentes cardinalem.*
11 *Senatorum aut consiliariorũ vitæ insidiantes, qua pœna puniantur.*
12 *Subditus an possit incidere in crimen læsæ maiestatis. Et quæ subiectio attendatur an contractus, an originis. & num. 13.*
14 *Imperatoris vitæ insidiantes, qua pœna puniantur.*

CONSILIVM LXXV.

Cor mundum Crea in me Deus: & spiritum rectũ innoua in uisceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. ueritati enim semper locus esse debet: nec est relinquenda sub authoritate iuris scientiæ secundum Raph. Cuma. in consil. xliij. incip. proximus ab intestato. & dicit Bald. etiam in suo consi. cclxvii. in 3. parte cõsiliorum suorum. incip. quando est &c. ueritati sem per inherendum est &c. Viso igitur horrendo casu mihi porrecto, & inaudito temporibus nostris, dicam breuiter quod ego sentio. nam legitur Psalmo lxxxvi. fundamẽta eius in montibus sanctis &c. Quæ uerba ad literam intelliguntur de R. dominis Episcopis, qui etiam loco † apostolorum successerunt ultra R. dominos do. Cardinales, ut habetur in c. in nono. in loco illorum surrexerunt Episcopi xxj. di. & in c. uidentes. xii. q. 1. & facit tex. in c. 3. extra de sac. unc. &c. facit text. in c. fundamenta. in princ. de elec. lib. 6. Hinc est, quòd dicimus, quòd episcopatus, est dignitas dignitatum, ut est tex. in c. uenerabilis. extra de præben. & uoluit glos. in c. 2. e. ti. li. 6. & Ioan. an. in c. 2. §. pe. in nouella. de hære. eo. lib. & d. Car. in cle. extra de renunt. ubi dixit quòd in materia restringibili appellatione dignitatis, non uenit episcopatus: quia est secundum eum dignitas dignitatum. allegat text. quem ad hoc reputat singularem in d. c. uenerabilis. plus etiam uoluit gloss. in c. quanquam. 2. q. 8. quòd Episcopus est maior præsbytero Cardinalis.

2 † Attamen episcopus dicitur uicarius Christi. xxx. q. v. in c. Adam. & in c. mulier & aliquando appellatur dux. ut in c. t. lix. distin. Aliquando dicitur legatus Dei: ut in c. accusatio. in fi. 2. q. 7. & in c. sicut. 7. q. 1. Aliquãdo, dicitur summus sacerdos: 3 † ut in d. c. accusatio. & in c. de his dist. 5. Præterea episcopus appellatur etiam serenissimus. text. est in cle. plerisque. extra de elec. per quem tex. ita etiam ibi uoluit do. Car. qui dixit, quòd nihil est clarius, & nihil beatius Episcopo. Accedat ad hæc tex. multum singularis in c. 2. de offi. delega. lib. 6. in uersi. eos plus aliis honorari decet &c. ubi Episcopus est honorandus, propter dignitatem pontificalem. Et facit etiam text. in cle. si quis suadente de pœnis. ubi epi appellantur legati Christi, & etiam spirituales patres, fratresque, etiam columnæ ecclesiæ, & ibi est bonus text. de materia, de qua agimus sed loquitur in percutiente Episcopum, uel cooperante percutienti, ut ibi in prin. illius tex. appret. Præterea dixit gloss. in c. ante omnia. in uerbo, nisi ex &c. 43. dis. quod primus locus, est Papatus. Secundus uero est Episcopatus. ergo Eps est post Papam honorandus: & est immense dignitatis, & præcellẽtiæ. Et ideo dicimus, quòd est ma4 ior præside † & præfecto prætorio & sic est illustris secundum An. in suo consili. cclxxv. incipien. an sententia resti. in inte.

5 Hinc † est etiam quòd aliqui iuris supremi patres disputarunt, utrum Cardinalatus sit minor Episcopatu uel econtra, & maxime illustris ille compater meus dominus Aud. Barba. in suo solenni tra ctatu de præstantia cardinalium. in 1. q. prin. in v. colum. cum sequenti, & sequenti. in uersi. ad secundum correlarium &c. ubi finaliter concludit, quod habent se tanquam excedentia, & excessa subiiciens se in hoc determinationi sacro sanctæ matris ecclesiæ. Sed obmissa pro nunc hac disputatione præcellentiæ cardinalatus, quo ad episcopatum, uel econtra, nemo doctorum ultra prædicti iura inficiat. R. dominos Episcopos esse immensæ dignitatis authoritatis, & præcellentiæ, & adeo, quod Episcopus dicitur esse illustris secundum Host. & do. Abb. in c. cum cãm. el 2. extra de iur. cal. & 6 Bald. in l. nullus. C. de decur. lib. x. Plus † dico, quòd episcopus dicit esse rex ut est tex. in c. duo sunt genera. xii. q. 1. sed reges sunt illustres, ut est text. in c. nouit. extra de iudiciis. & in c. constitutus. in princ. extra de testi. ergo &c.

Comprobantur prædicta, quia Episcopi & Cardinales sunt similes præfecto prætorio. ut est gloss. quam comprobat ibi Bart. & Bald. in l. 1. C. de offi. præfec. præto. & est casus in l. epale. C. de epi. audi. & uoluit Bald. in l. progrãma. C. communi. uel epi. Sed præfectus prætor, est uere illustris, ut est text. in §. illo in authen. ut cum appel. & notat gloss. in rubr. de offi. præfecti præto. &c. Et dicitur etiam pater pauperum. secundum Bald. in consi. lxvij. incipi. in primis ui dendum &c. in secunda parte consiliorum suorum quem omnino uidebis. Non ob7 mitto etiam quòd † episcopus est equalis Papæ in ordine, sed minor in administratione. secundum glo. in d. c. in nono. xxj. dist. quam no. Præterea, nõ ne in nono testamento primus Episcopus, fuit Christus ipse clementissimus redemptor noster, ut re uera probat casus in c. loquitur 2. q. 1. & ipsemet Deus appellat se episcopum, ut est gloss. in cle. 1. in uerbo aliquos extra de bap.

8 Ergo † episcopus est omnino maxime dignitatis & dicitur habere quasi castrense peculium secundum Rapha. ful. in consi. xcvij. in vit. col. incip. Antonius transiens ad quinta uota &c. De cuius episcopi & eius vicarii potestate & authoritate, late posuit Bald. in consi. cxliiij. in secunda parte cõsiliorum suorum incipit: præmittendum est &c. & etiam Bald. in consilio. ccxj. incipit: Paulus dubii, &c. in fi. in eadem secunda parte suorum consiliorum

rum,& etiam in consi.ccclxxx.incipiente: sed pone,quod au sit maior,&c.ad quem me remitto pro
9 nunc. Ex quibus † omnibus modo necessario infertur,quod offendens uel uerbo ,uel consilio. R. dominos Episcopos, uel insultans uel aliter insidians dignitati, episcopali, uel incidit omnino in crimen læsæ maiestatis, & nedum humanæ, sed etiam diuinæ,& hoc sit primum fundamentum sumptum ex omnibus supra enarratis.

Secundo principaliter, pro hoc facit, & magis ad speciem,quia ille qui ceperit uel percusserit uel iusecutus fuerit Cardinalem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ,uel fuerit socius facientis,aut fieri mandauerit, uel ratum habuerit, uel consilium dederit, uel fauorem,uel defensauerit,uel receptauerit delinquentes prædictos,incidit in crimen læsæ maiestatis, adeo quod eius filii & nepotes sunt priuati ipso iure omni beneficio & commodo iuris positi ui & communis tam canonici,quam ciuilis. Casus est in c.fecit.§.quòd si quis.de pen. libr. 6. Et uoluit sole nimis doctor domi.Mathæus de mathæselanis combononiensis in suo solenni tractatu successionum ab intestato,in secundo membro principali,in pen.& ulti.colum.in uersic.sextus modus est in filiis &c.ubi ad hoc allegat casum in d.c.fœlicis.ybi est text.notabilis in proposito nostro.& ibi ego aliquid posui in additiou.meis ad illum practicabilem tractatum suum.

10 † Tertio,principaliter pro hac conclusione pouderō, & magis in specie, casum in d.c.fœlicis.in.§.cæterum. ubi pœnæ omnes introductæ contra insultantes dominos Cardinales uendicant sibi locũ contra insultantes,vel delinquentes aduersus clericos, uel religiosos, qui sunt familiares Papæ, uel etiam familiares Cardinalium. ergo iste A. nefarius, qui insultauit reuerendissimum Episcopum Vrbinatensem suffraganeum reuerendissimi domini Cardi. S. P. ad vincula Episcopi Bononiensis d.gnissimi , & in domo propria episcopali , & in thalamo suo pprio extrahendo arma,& idem fecit contra dominum uicarium reuerendissi. dom. Episcopi Bonon. & in curia eius propria in contemptum tantæ sedis:tum rõne prælaturæ propriæ episcopalis, tum ratione familiaritis Papæ: quia est de eius familia.tũ quia de familia dicit reueren.domini Cardi.S.P.ad uincula Episcopi Bononiensis bene meriti prædicti.tum quia repræsentat eius personam, & ut unus eius suffraganeus,uices eisdem gerit in tpalibus:iuxta l. 1.& 2. C.de offi.eius qui uic.&c. alius uero est eius uicarius in spiritualibus. & ideo incidit in crimen læsæ maiestatis sine dubio.

Ex omnibus istis separatis & multo magis simul iunctis.absque dubio dicendum est dictum facinorosum.a.incidisse in crimen læsæ maiestatis.de quo
11 in d.c.fœlicis. Quarto † pro hoc facit,quia insidiantes contra vitã senatorum uel aliorũ illustr.seu consiliariorum Imperatoris temporalis incidunt in cri. læsæ maiestatis, ut est casus in l.quisquis.C.ad l. Iul. maie. in princi. ergo multo magis insidians , & quod plus est insultans cum armis consiliarios , & suffraganeos , & uicegerentes re-
12 uerendiss.domini Cardi.Bonou.† Nec dicatur mihi:amice aduerte:quia nõ subditus non committit crimen læsæ maiestatis ut est gloss.notabilis in cle.pastoralis.§.rursus in uersi.sufficit.de re iudi.& uoluit.Bald.in l.nihil.C.de manu. uindi. & Bald. in l. data opera. in pen.col. C.qui accu.non possunt. & Bald.in l.2.C.de fal.mo.& Bald.in l. omnes in §.si uero.C.de epis.& cleri.& Bald.in l.si uero.ff.de mili. testa. Sed iste insultans non est huiusmodi ergo &c. quia respondeo,quòd imo subditus est multipliciter, primo ratione originis, quia est de castro plebis de iurisditione & sub regimine episcopatus Bononiæ . Vel & secundo est subditus ratione domicilii, quia habitat Bononiæ, & nulli dubium est, quòd sub reuerendissimo domino Episcopo, & sub eius suffraganeo Bononienses omnes sunt, & subditi sunt in spiritualibus , &. est pater omnium,ut est text.in cap.qualis.2.q.7. Et ad incidendum in crimen læsæ maiestatis sufficit, quòd quis sit subditus originaliter tantum,uel ratione domicilii secundum Bald.in l.executorem.C.de exec.rei iu. sed in hoc insultante concurrit utrumque ergo
13 &c. † Vel & tertio dicamus,quod in incidendo in crimen læsæ maiestatis offendendo Cardi. uel familiares cardinalium, & multo magis suffraganeos, seu domesticos eorum, non requiritur, quòd quis sit subditus,sed quilibet tenetur & in his est speciale, ut est casus in d.cap.fœlicis in §.cæterum. de pe. & hoc in odium talium delinquentium introductum, est ibi.Ex quibus omnibus concludo,dictum insultantem omnino incidisse in crimen læsæ maiestatis & ut sacrilegum & tanti criminis detestandi culpabilem,subiiciendum fore pœnis introductis, in d. cap.fœlicis.& non solum eum, sed eius filios & ne-
14 potes,vt ibi dicit tex. Et sicut † dicimus contra insidiantes aduersus culmen imperiale,ut sordescant perpetua egestate,una cum descendentibus suis & perpetuo sint infames, & mors sit eis solatium, & vita supplicium,vt dixit text. in l. quisquis.C.ad.l. Iul.maie.Ita huic facinoroso homini,qui homo appellari non debet, cum omnis humanitatis & rationis expers fuerit, aduersus omnipotentem Deum, & eius ministros,& officiales,& Christos eius, cui laus sit semper,& gloriosissimæ Mariæ semper virgini,& beato Dominico aduocato meo,Amen.

Et vt supra scriptum est,consulo, & iuris esse dico,Ego Lud.Bolo.I.V.Doctor,& æques sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis iura ciuilia ordinarie legens &c.

CASVS CONSILII LXXVI. TALIS EST.

STante statuto in ciuitate Ferrariæ sub rubr. de dationibus insolutum,quo cauetur,quòd accipiens tenutam de bonis debitoris,teneatur eam prosequi infra annum a die tenutæ acceptæ. Quidam Io.fratres de nigrisolis ciues ferrarienses, prætendentes se esse creditores borsi pedagliæ,& etiam ser Iacobi pincernæ:

ternæ:prout de eorum credito apparet,ex instrumento publico,in actis producto, cæperunt inducialiter die 3. mensis Maij anni. 1485.tenutam certorum bonorum, & ut tanquam de bonis dictorum debitorum, tamen hoc non fuit probatum,nec ostensum legitime in processu,ea fore bona dictorum assertorum debitorum:licet productum fuerit æstimum unum seu libri æstimorum, in quo dicta bona sunt,& erant descripta sub nomine dicti Borsi pendagliæ,prout ex eo aperte uideri potest.Postea de anno. 1486. die 17. Iunij dicti creditores petierunt per iudicē pronunciari dicta bona subhastanda fore, secundum formā eiusdēmet statuti, de quo supra. Qui iudex pronunciauit & declarauit bona prædicta subhastanda fore,& esse, a qua sententia fuit appellatum per dictos assertos debitores,& etiam simul per eosdē dictum fuit de nullitate dictæ sentētiæ, prout late de his omnibus constat in processu ad nos transmissο,in quo probata & deducta fuit nullitas ex multiplici capite,& multisque modis, de quibus in eo fit mentio.Quibus stantibus,modo quæritur, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum faciens mentionem de alio instrumento, maxime mandati non producti, an probet illud mandatum.*

2 *Pactum executiuum an possit exerceri contra bona aliqua, si non probantur esse illius,contra quem exercetur dictum pactum executiuum.*

3 *Liber æstimorum an probet dominium, vel possessionem bonorum alicuius.*

4 *Præscriptionis exceptio,an sit peremptoria exceptio, uel dilatoria.*

CONSILIVM LXXVI.

Cor mundum Crea in me Deus:& spiritum rectū innoua in uisceribus meis ut in præsenti consultatione ea,quæ iuri & ueritati consona sunt, iu medium afferre ualeam.Idcirco omnipotentis Dei suffragio implorato. In causa Ioannis & fratrum de nigrisolis cum borsio pendagolia,& ser Iacobo pincerna,quòd male fuerit pronunciatum rem subhastandam esse breuiter ostenditur. 1 †Et primo quia tenuta fuit facta per assertū procuratorem, de cuius mandato iu processu non constat. Et sic cum facta fuerit p illū procuratorē, qui non apparet,non tenet,& nō patrocinatur agētibus, quia annullato principali corruūt omnia inde sequuta,mediate vel immediate vt dicit text. & ibi Abb.in c. inter dilectos de fide instru. Et sic cū talis tenuta non teneat,nec,pcessus super ea factis. Nec obst. φ in instrumento tenutæ fiat mentio de instrumento mandati rogato per ipsum notarium, quia hoc non probat per tex.tum ibi no.per doct. in aut.si quis in aliquo. C.de eden. Et notatur etiā per do.meum Alex.de Imo.in consi.50.in 5.vol.in ci.adiudicatio iudicis &c.Secūdo, quia dicta tenuta fuit accepta die 30.Maij.anni. 1485.& die 17.Iunij anni. 1486.fuit facta prouunciatio rē subhastandā esse.& sic iam elapso anno per dies 18.Sed accipiens tenutā,tenetur illā ,psequi,& finire infra annūa die ipsius acceptæ tenutæ cōputandū,quo elapso tenuta est ipso iure nulla,vt expresse dictat statutū de dationibus insolutū,circa principium . ergo nulliter est prounūciatū,fuit: quia iā perēpta initā 2 tia,& ita nulliter est pronuntiatū.†Tertio,quia nō est probatū rē fuisse in bonis nominati debitoris, & sic non potuit exerceri pactū executiuū vt per doct.maxime p Bar.in l.creditores.C. de pig.& et nō est capitulatū de hoc,ut patet ex processu:ut uoluit Bal.in consi. 134.in 1.parte consiliorū suorum inci.uisis instrumentis &c.& in consi.350.inci.pro 3 ponitur &c.in eadē prima parte.†Non obstat asser tū æstimū productū in iudicio:quia ex eo nō apparet rē, de quo fuit accepta tenuta, esse descriptā in illo,& dato,φ esset descripta.dico φ tale æstimum non ,pbat dominiū, neq; possessionē, ut singulariter no.Bar. & Bal.in l.si pater.C.de actio. empt. & ideo inferunt φ si quis soluit talias siue collectas, pro aliqua re, p talē solutionem taliarum non ,pbatur possessio rei. Et cum intentio actoris debeat fundari in iure concludente in ipso actore, non in exclusione iuris rei,ut no.Bald.in l. cum mulier in 18.col.ff.solu.matri.& Bal.in consi.228. inci.inter alia &c. Et ipsi actores careant prædicto fundamento interito male,& peius fuerunt commissæ, dictæ subhastationes. Quarto fuerūt cōmissæ dictæ subhastationes ,p lucris post mortē debitoris, tanquā adhuc ēt duraret societas. Et ita ēt petitū fuit. sed societas finitur morte:ut instit. pro socio.§.morte. ideo etiam in hoc malefactum est. Sed hæc non adduco, ut uelim per hoc solum sententiā illā emendari:sed vt magis ostēdatur eius iniquitates.† Ob 4 stat etiam exceptio præscriptionis opposita maxime municipalis, quia disponit statutū mortuo debitore lapsis decem annis,præsumi esse solutū,& satisfactū:ut est statutū sub rubrica de præscriptionibus &c. quæ exceptio est peremptoria secundū Raph.fulg.in consi.64.in 2.col.inci.Franciscus fatra &c.Sed in hoc & in aliis , quæ possent adduci nō insisto.quia re uera instantia dictæ causæ,erat perempta tempore dictæ pronunciationis: unde non potest pronunciari super meritis. sed super nullitatem supra dixi in secundo fundamento. Laus Deo supremo,& beato Dominico aduocato meo,Amē.

Et,vt supra scriptū est, cōsulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus,I.V.doctor,& æques sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis:iura ciuilia ordinariè legens in hoc uetustissimo regie ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio:& in fidē præmissorum,propria manu me subscripsi,& solito sigillo signaui.Laus Deo supremo,& diuo Dominico aduocato meo,Amen.

CASVS CONSILII LXXVII. TALIS EST.

CVM Vertetur lis inter quendam Bartholomæũ de Raymundis,& Nicolaum de comacis, occasione unius petiæ terræ perticar 70. appellate dolus de comacis. Et ea lite pendẽte coram Mag. domino potestate seu eius vicario, petitum esset consilium sapientis, fuit facta commissio per magnificos d. superiores cuidam domino Ant.& per ipsum redacta fuit res ad cõpositionem, sicut apparet in instrumento ipsius conuentionis,& transactionis. in quo nõ venerunt principales, sed eorum procuratores qui etiã promiserunt de rato: uidelicet, filius dicti Nicolai, pro patre eius, & Georgius de capellis pro Bartho. magister Iacobus nomine Michaelis de Pizardis, eo modo, & forma, prout de quibus continetur in dicta transactione. Demum dictus Bartholomæus nolens acquiescere mouit litem super dicta petia terræ 70. perticarum, contra dictum Nicolaum, & lata fuit sententia pro dicto Bartholomæo. Postea dictus Nicolaus emit iura dicti Bartholomæi. Nũc autem defuncto dicto Nicolao filius eius,& hæres mouet litem contra Michaelem posthumum filium quondam dicti Michaelis de Pizardis, petens proprietatem dictorum bonorum, eo quòd successit patri suo Nicolao, q emit iura illa a dicto Bartholomæo. pro quo fuit lata sententia contra dictum Nicolaum. Ex aduerso dictus Michael replicat, quòd iura dictarum proprietatum pertinent ad ipsum, tum quia tempore cuius initii memoria non existit, antecessores sui possederunt ea, uel saltem longissimo tempore. Tum etiam quia dicta sententia, ex qua accipit undamentũ aduersarius, non fuit lata contra ipsum. Michaelem. & sic non debet ei nocere tũ etiã, quia ex, uirtute dictæ transactionis dicta iura, quę petuntur sibi desinunt, ut ex earum lectione patet. Modo stantibus his, quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Sententia vel res inter alios acta, an noceat vel prosit alijs in connexis, & omnino coniunctis. & num. 13. Et quid si ille alius non est omnino alius. Et an saltem quo ad possessionem si non quo ad dominium præiudicet.*

2 *Sententia lata contra unum ex correis, an noceat alteri correo.*

3 *Sententia lata contra venditorem hæreditatis, an noceat emptori.*

4 *Possessor bonæfidei an præscribat, si non habet titulum & maxime, ubi ius non obstat præscribenti.*

5 *Lapsus longi temporis, in præiudicando alteri, quid operetur.*

6 *Ratificare an videatur quis illud, quod non impugnat, nec contradicit.*

7 *Hæres an possit id ratificare, quod defunctus non ratificauit.*

8 *Transactio habens nulla capitula, si deficiat in uno, an deficiat in omnibus alijs.*

9 *Vtile quando vitietur per inutile. & maxime in indiuiduis.*

10 *Sententia ad hoc vt noceat alteri, an debeat citari ille, per quem proclamata fuit. & nu. 11.*

11 *Tempus, cuius non est memoria in contrarium, an inducat vim priuilegij.*

CONSILIVM LXXVII.

Cor mundum Crea in me

Deus: & spiritum rectũ innoua in visceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Idcirco clarissimæ dominæ. Iudex maior Ho. &c. visis & diligenter ponderatis omnibus ad presentem consultationem facientibus, videtur q d. Georgio competat ius contra dictum Michaelem & Bartholomæum, a quo Bartholomæo ius habet dictus Nicolaus vigore emptionis, ut asseritur cui Nicolao hæres extitit dictus Georgius, quæ quidem sententia videtur præiudicasse etiam Michaeli patri quondam Michaelis litigatoris, cum fuerit lata eo modo & forma in quibus lata reperitur. Et eo 1 † maxime cum licet alias dici consueuerit quod sententia inter alios lata, aliis non noceat l. 1. & 2. C. qui. res iu. non noc. l. sæpe. ff. de re iudi. cum si. & per totum, res inter alios acta. & uoluit Rapha. Cu. in consi. 23. in fi. inci. uiso compromisso &c. & in consil. 155. inci. Antognolus dictus &c. & in consi. 74. inci. quia superius plenissime &c. & d. Car. in consil. 56. incip. casus, super quo iuris consilium petitur &c. in 5. col. & d. Abb. in consi. 3. in 2. uol. inci. utar in præsenti causa &c. in 10. q. & Bal. in consil. 301. in 1. parte consiliorum suorum incip. præmittendum est &c. Tamen uidetur, q hoc non hebeat locum in connexis, & omnino coniunctis, ut probatur 86. distin. c. tantis Daniel. & in c. hoc quippe. 3. q. 6. & in cap. ad petitionem. ad fi. de accu. & notat glo. 1. cap. quamuis de re iu. in quibus iuribus habetur, quod sententia quæ pronunciatur cõtra recipientem simoniam, facit præiudicium danti, & econtra, & sententia qua pronunciatur aliquẽ fuisse male ordinatum, facit præiudicium etiam ordinanti. Similiter 2 † etiã videmus, q sentẽtia lata cõtra unum ex correis debendi debet nocere alteri, ad effectũ ciuilẽ: ut est tex. secũdũ lecturã gl. ibi 3õ in l. ex duobus reis stipulandi. & ibi clare Bar. hoc firmat in 4. q. ff. de duo. reis. & ibi etiã notat Ang. & in l. loci corpus. §. si seruitus. ff. si vsu. p et. Et posuit

sit Raphael fulgo. in consi. cxxix. incipien. sententia lata &c. Hinc est, quòd etiam dicimus, quòd tunc demum sententia lata contra unum, non præiudicat alii tertio, quando ille tertius est omnino alius secus, qñ non est oĩo alius, puta qa est singularis uel uniuersalis successor: ut ponit Inn. in d. quã uis. qui ad hoc allegat tex. in l. si a te. §. fi. & l. exceptio. ff. de excep. rei. iudi. Sed ita est in casu isto, qđ iste Michael non uidetur fuisse omnino alius, ergo &c. Sicut † etiam dicimus, quòd sententia lata contra uenditorem hæreditatis, præiudicat emptori, ut in l. 2. §. solet quæri. ff. de hære. uel ac. uendita. In quibus locis patet, quod annexio quæ est ratio ne personarum, uel causæ, facit, quod sententia lata inter alios, aliis præiudicat. Cum ergo dicta sententia lata fit super causa in qua coniunctim & cõnexæ pertinebant ad Michaelem, & Nicolaum. qđ quidem ostenditur. ex transactione pariter facta, & etiam ex lite primo loco mota, & præambula inter eos uertente, uidetur quòd dicta sententia qua pronunciatum est pro Bartholomeo, a quo nunc habet ius ipse Georgius, debeant afferre ius contra dictum Machaelem, & omnino ei piudicare, ita ꝙ certum sit eũ non habere ius in prædictis ꝓprietatibus, quamuis pater eius quondam Michael in d. iudicio non interfuerit. Præterea, quod dicit sententiã, latã, non afferre præiudiciũ tertio habet locum quãtũ ad dominũ rei: tũ facit piudicium, quãtum ad possessionẽ uidelicet ut trãsferat possessio rei, de qua agit in ipsum uenditore pro quo est lata sententia ut uidetur tex. & ibi Inno. & alii Cano. in c. cum super. de re iudi. & notat Inno. in d. c. quãuis. Ex quo sequitur quòd penes dictum Georgiũ sit possessio dictarũ ꝓprietatũ. & ideo in est. onus ꝓbandi ex hoc transferatur ĩ ipsum Michaelẽ, qui mihi ꝓbat uel ostendit, ꝙ sibi cõpetãt dictæ proprietates, merito debeat pronũciari dictas proprietates non cõpetere dicto Michaeli. Præterea, si qđ ius dicto Michaeli cõpeteret istud, maxime esset ex duobus quorũ tñ nullũ obstat, nã illud ius, uel esset ex ipsa transactione, quæ fuit inter dictum Michaelem partem eius olim, & Nicolaum, & Bartholomeũ. Sed primo ab ea uidetur recessum per sententiã, postea latam inter dictũ Nicolaũ & Bartholomæũ, cũ a transactione possit per consensum partium recedi. l. si diuersa pars. C. de transac. & quod plene notat. in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. cum simi. Quinto nunquam uidet habuisse effectum cum damno Bartholomei, qui ab initio nõ consenserit, cum per illos non potuerint principales sine eorũ speciali mandato ad talẽ transactionẽ obligari. ut in l. transactione. C. de transactio. & facit l. si unus. §. ante omnia. ff. de pac. Et in l. non debet. ff. de reg. iur. cũ simi. Tum etiam quia ipse Michael ipsum rat am non habuit. Et sic quantum ad hoc caput, appa^r^et istud ius ei non competere.

Vel † & secundo, ius istud posset esse ex diuturna possessione, qua posset dici per dictum Michaelem fore præscriptum. Sed ex quo, non cõstat, quo titulo possideret nullo modo potuit præscribere, quia licet possideam bona fide, etiam sine titulo, de iure canonico patrocinatur præscriptio, ut plene scribit in c. si diligenti. extra de pscrip. & uoluit. d. meus Alex. de Imo. in consi. 31. in 1. col. in 5. uol. incip. an in tributis &c. & in consil. 116. in eo. 5. uolu. incip. an aduersus confessionem &c. Tamen hoc non est uerum in hæreditate, propter præsumptionem sententiæ latæ. etiam contra tertium, ut est tex. not. in c. t. & ibi hoc no. Archi. & Ioan. And. in nouel. de præscript. in 6. Vnde cum contra eum sit sententia lata inter dominum Bartholomæum & Nicolaum, vł ꝙ ei non sufficiat possessio cũ bona fide. Cum ergo nec titulo, nec præscriptione, nec conuentione, aut transactione iunetur ipse Michael, ut manifeste liquet, quòd nullum competat sibi in dictis proprietatibus arbitr or ipsi Michaeli ius competere in dictis proprietatibus. † Et primo. nam (vt in facto referiur) antecessores eius dictas proprietates iam annis decem & nouem & plus pacifice, & bonafide, sine vlla interpellatione possedisse dicuntur, quæ quidem de iure ad præscribendum sufficere liquet. nam hoc tempus de iure sufficit, iuxta ea, quæ habentur in l. si quis emptionis. C. de præscrip. 30. annorum. & in l. fi. C. de præscrip. long. temp. & quæ plene notantur in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Similiter communis est conclusio, quòd bona fides ad præscribendum sufficiat, ubi ius commune non ob. præscribenti, ut est in terminis nostris etiam absq; titulo tex. ad literam. in c. j. de præscrip. in 6. Et plene gl. notat & doc. in d. c. si diligẽti. & in c. de quarta. extra de præscrip. cum si. Et aduertendum est, ꝙ etiam lapsus tanti longi temporis operatur id, ꝙ operatur ipse titulus: ut posuit d. meus Alexan. de Imo. in d. consi. 16. inci. ut supra dixi in alio passu. nam licet, ubi alias sine titulo quis ingrederetur possessionem, posset per antiquiorem possessorem allegari mala fides, ut plene conclusit Barto. in d. l. Celsus. ff. de usu. tamen per lapsum tam longi temporis non posset: quia per lapsum eius tollitur præsumptio male fidei. & ita non potest eam allegare. & ita ei ob. præscriptio: ut singulariter uoluit Bar. in l. fin. C. unde ui quam etiam sententiam posuit Inn. in c. 2. de in integ. resti. ubi dicit, ꝙ licet quis præsumatur bonus, nisi probetur oppositum ca. 1. de præsump. & in l. merito. ff. pro socio. tamen ipsa bonafides in possidente rem alienam ad præscribẽdum, non præsumitur nisi in certis casibus. uel ubi ingressus sit possessionem iusto tit. uel quæ sumitur bonis rationibus uel ex lapsu longi temporis, ex quo patet idem operari lapsum longi temporis, & ipsum titulum. & hanc opi. refert & etiã approbat & tanquam singularem commendat do. Abb. in d. c. si diligenti. Ex quo patet, quòd dato, quòd etiam res ista non fuisset uete ipsius Michaelis, qđ tamen negatur, tamen saltem præscriptionis ope aduersarius repelli debet, cum tam longo tempore bonafide possessione sua non interrupta dictas proprietates possederit. Quinimo dicitur quòd possedit tanto tempore, cuius initii memoria non existit, ut mihi relatum est. Certum est autem quòd in tali casu & si ius etiam præscribenti obstaret, nihilominus etiam sine titulo præscripsisset ut est text. ad literam in d. cap. 1. de præscript. in 6. & ibi notant omnes. Facit et bonus text. in l. hoc iure. §. aquæ ductus. ff. de aqua quoti. & æstiua. & in l.

in l.fi.ff. de aqua plu. arcen.& in l. si arbiter. ff. de proba.& quod plene no. in c. super quibusdam de uerbo. signi.cum simi. & uoluit Rapha. cuma. in consi.lxxxiii.in fi.incip. decima inter laicos &c. & domi.Cardi.in consil.lvii .incipien.pro magnifico domino Comite &c.& in consi. lxv.incipien. thema tale est, plebs sanctæ Mariæ &c.& in cõs.cxviii. incipien.monasterium sancti Iuliani,&c.& in consil.3.in fin. incipien. domina P. in suo testamento &c. Vnde constat omnino ipsum aduersarium

6 ope præscriptionis esse exclusum. Sed † ulteriu quòd competat ius in dictis proprietatibus dicto Michaeli,ex ipsa transactione,& compositione, si diligentius inspiciatur , apertissime & constat, enim conuentum est , quòd in reliquis ultra sexaginta perticas dictas ipse Michael habeat tertiam partem. Nihilominus contra dictam transactionem duo opponi uidentur.Vnum est quòd dictus Michael eam ratam non habuit, sicut promiserat is , qui pro eo transegerat, uidelicet mater Iacobi &c. Sed ad hoc responderi potest, quòd imo ratum habuit ex quo non apparet eũ contradixisse: quia non improbat ratihabitio. par est ut dicit gl. in l.quo enim. §. t. in gloss. parua in uerbo rati. ff. rem rat.ha.quam glo.dicit singularem Bar.& illam gloss. summe commendat Ang. in suo consilio in ordine meo cclxviii.incip. inDei nomine non est dubium &c.in vi.colum.circa fi.& Rapha.cuma.in consil.clxxxix. circa medium incipien. promissio

7 quòd alius ratum &c. Vel † secundo potest dici, quòd dato quòd non ratificasset dictus Michael eius hæres potest ratificare quandocunque:ut latè declarat Bart.in l.bonorum.in penul.col.ff.rem rat.habe.cum similibus.Itaque ex hoc potest ratificari dicta transactio,si bene consideretur.Secundum quod obstare uidetur est, quia uidetur d. cta transactio improbata per sententiam postea latam.

8 Sed hoc † minime obstat:quia ubi in transactione sunt plura capitula diuersa,si in uno uel aliquibus improbetur,tamen in reliquis remanet firma & ualida.ut est tex.expressus in transactione,primo loquens in l.si ex falsis.& ibi late Bart.& alii.C.de trãsactio.facit quod notat glo.in l.2.in gl.penulti. C. de uete.iur.enucle & Innocẽ.Abbas & alii in c.fraternitatis.de hære.& docto.in c.cum in iure.extra

9 de offic. delegat . † nam in diuisibilibus utile per inutile non uitiatur.ut plene notatur in regula,vti e.de regu. iur.& in l.Pedius.ff.de arbi.& in l.prima.§.si stipulanti.ff.de verbo.obligatio.& ibi alias legendo dixi post alios. cum similibus & posuit Bald.in consi.cccl j.in prima parte consiliorum suorum incipiente quidem Guasparonus &c.

Dicamus ergo quòd illa transactio continet in se duo capitula diuersa , & penitus separata.unum, de sexaginta perticis , aliud de reliquis proprietatibus.Bartholomæus autem recessit ab illa transactione , & mouet litem super lxx. perticis , vt patet in facto. nam in eis fuit lata sententia. vnde restat quod dicta transactio valet,& tenet quantum ad ipsas proprietates, & remanet firma:iuxta illud, quod non mutatur, cur stare prohibetur vt l. sancimus.C.de testamentis . Vnde ergo ex dicta transactione paratur ius dicto Michaeli,quam ratam habuisse diximus,ex hoc,quod eam non improbauit: vt supra dictũ est . & ita teneo & ad hoc per ipsam sententiam quantum ad illam partem,non sit proba ta merito liquet quod ex ea nobis vt parti nostra

10 ius paratur. † Præterea dato , quòd dicta sententia etiam simpliciter dictam transactionem infringeret: tamen dicta sententia dicto Michaeli nullatenus obstaret : cum ipse in tali iudicio non affuerit: & cum utique inter alios lata fuerit : cum sit iuris regula,quòd sententia inter alios lata, aliis nocere non debeat.dicta l.sæpe.de re iudica. capi. penulti. extra eod.l.res inter alios.ff. de excep. l.j. & 2. C. qui.res iud.nõ noc.Cuius rationem ponit Bal. in l. ingenuum.ff.de stat . hominum & in l. si veteris.C. de fide instrumentorum.naturalis enim ratio dictat gesta ad authores suos restringi,& ad alios non extendi.vt in l.sancimus.C.de pœn.cap. quæ sunt. extra de his , quæ fiunt a maio . parte Capituli . Et si uellemus , quòd dicta sententia deberet etiam tertio posse præiudicare in casibus , de quibus in d.l. sæpe .tamen , vt illud procedat , debet quis saltem citari per edicta: ut notat & tenet Barto. in l.præuaricator.ff. de priu.& in l.cum filius.in prin .ff.de ver.ob.& in l.filiusfamilias.§.diui.in t.q. ff. de leg. 1.& in l.x.§. t .in t.col.de ver.obli.& Bald.in l.2.C. com.di.& l.2.de libera. causa & aperte & lucide cõcludit Ioan. de Imo. in l. sententia. in prin. penul. col.ff.de appel. & hoc ẽt tenet Paul. de Cast. in d.l. sæpe.allegat ad hoc notata in l.cũ miles. §. t. in verb. facienda.ff.ex quibus cau.maio.& in l.si deserta.C. si propter publi. pensita.& in l.in causæ.la t .§.interdum.cum ibi no.per Bar.ff. de mino. & quod not. Ci.in l.1.ad finem.C.de aduo.diu.iudi.nam quotiescunque agitur de præiudicio tertij : semper debet citari l.de vnoquoque. de re iudi.c. inter quatuor.& c.fi.de maio. & obed.l.nam ita diuus. de ado. Liquet autem in facto, dum inter dictum Bartholomæum & Nicolaum lis verteretur:aut quando sententia lata fuit dictum Michaelem nullatenus fuisse citatum.Quapropter dicta sententia nullo modo debet ei præiudicare. Vnde dato, quod nunquam vlla transactio facta fuisset. quia constaret sibi ius in dictis proprietatibus competere, cum ex hac sententia nullum sibi paretur præiudicium quominus in eis aliquod ius haberet cum dicta sententia contra ipsum lata non fuerit. ut ex eius inspectione patet.impium enim esset & crudele , ut contra ipsum non citatum , ualeret sententia contra alium lata.si enim ipse comparuisset , fortassis allegasset rationes quibus iudex alio modo sententiam fuisset laturus.

Sed ulterius dato , quod etiam fuisset citatus : tamen adhuc diceremus , quòd in terminis nostris non obstat ipsi Michaeli ipsa sententia , quia prædicta intelliguntur , nisi quando in iudicio , super quo lata est prima sententia, idem ius deductum est , de quo nunc agitur. Sed si diuersum, tunc nullo modo etiam citato nocet.nam si uerbi gratia contra unum ex hæredibus debitoris actum foret , per creditorem ad dimidiam debiti , non est dubium , ꝙ sententia lata cõtra unum, facit quale quale præiudiciũ,& respectu ratæ cuiuslibet,licet sibi appellare d.La sententia.

tia.in prin.tamen si in iudicio, in quo fuit lata sententia contra unum, & postea agitur pro alia dimidia, prima sententia non debet nocere, cum ad aliam rem agatur l.cum quæritur. & in l. an eadem. cum duabus seq. & l. cum de hoc. & l. si cum uno. ff.de excep. rei iudi. Et ita in terminis prædicta etiam, declarat Imo.in d.l.a sententia.& in d.c. cum super. extra de re iudi. Cum itaque sententia lata inter dictum Bartholomæum & Nicolaum fuerit lata super dictis 70. perticis terræ tantum, & nunc agatur de aliis proprietatibus pœnitus diuersis ab illis, patet aperte, quòd nullo modo dicta sententia debet aliquid sibi nocere, dato etiam sine præiudicio ueritatis, quod dicto iudicio citatus interfuisset tempore: licet ubi essemus in casibus, in quibus sententia præiudicat tertio non requireretur citatio: sed sufficeret sola patientia, ut sententia ipsius tertii, de cuius præiudicio agitur noceret ut tenet Inn. in c.pe.extra de re iud.& in cap. inter quatuor. & in cap.fin.de maio. & obe. & in cap.in nostra.de procu.& Bald.in l.2.C.communi diui. & in l. si uteris. in princi. C. de fid.inst. & Imol. in l. 10.de uerb.obli.& in l.si perlusorio.§.1.ff.de app. & Imol.& Paul.de Castr.in d. l. sæpe. ff.de re iudi. Tamen prædicta non obstant, quanquam uidetur, quod ipse sciuerit & passus sit, tum quia non sumus in dictis casibus: ut infra constabit & ostendetur. tum etiam, quia dato, quod essemus in dictis casibus, prædicta procederent, quando esset omnino eadem res in primo & secundo iudicio deducta: non autem si diuersa, ut supra statim dixi. & tactum est, quod quidem non est in terminis nostris. Præterea, est sententia do. Ange.in d.l. si perlusorio. §.1. ff. de appelat. quod saltem debet interuenire citatio generalis, puta proclama, etiam in casibus, in quibus præiudicaret tertio per d.l. sæpe.iunctis his, quæ notat Innoc. in cap. ex insinuatione.& in cap. in nostra. de procur. Cui sententiæ non obstant authoritates eorum, qui dicunt, quòd non requiritur citatio: sed sufficit scientia & patientia: quia ut iura iuribus concordentur. ut in l.j.de in offi. do.& in c.cum expediat.de elec. in 6.essent intelligendæ, quòd non requiratur citatio specifica: tamen requiratur citatio generalis, quod quidem illi doctores non negant nisi forte Imo.cuius authoritati præponderat authoritas d. Aug præceptoris sui. Pro quo facit, quod in simili dicitur in cap. fin.extra qui mat. accu. possunt & in l.qui habebat.ff.de insti.nam quãdo aliquis vult se fundare super scientia alicuius, quã allegat, saltẽ debet ostendere, quòd illud est factum notorium

11 per ædictum publicum, uel proclama. † Cum itaque in præiudicio diffinitiuæ sententiæ in tertium requiratur scientia per generalem citationem, quæ solet induci per proclama, vel ædictum publicum, vel per quamcunque aliam publicationem. Et ad hoc optime facit, quod not. Inno.in d.c. ex insinuatione.& in d.c.cum in nostra.vbi dicit, ꝙ cum requiratur scientia aduersarii de reuocatione mandati, ad hoc, vt per procuratorem agentem non præiudicetur ipsi domino reuocanti, hæc scientia inducetur notificando. Non.n.præsumitur sciẽtia in facto alieno.l.fi.ff.pro suo.c.ignorantia.de re.iu.l.6.

Nec ob.quòd d.l.sæpe loquens de scientia, loquatur simpliciter & absolute, & sit simpliciter intelligenda l.de pretio.ff.de publicia.l.j.§.& generaliter ff.de leg.præstan.quia ego respondeo, quod cũ aliquid requiritur, debet interuenire etiam omne, ꝙ antecedit ad illud l.2.ff.de iur.om.iu.l.ad rem mobilem. & l.ad legatum.ff.de procur. Vnde cum requiritur per d.l.sæpe.ipsa scientia, ad quam requiritur notificatio eius, cuius scientia requiritur, merito sub qualitate illius legis etiam ipsa citatio generalis dici potest. Et ideo non ob. illud, quod dicitur, quòd loquitur generaliter. Et similiter non obst. etiam gloss.in l.de unoquoque.ff. de re iudi. quæ videtur seruire, ꝙ in dictis casibus inquantum alleg.d.l.sepe.non requiratur citatio: quia respondeo quod etiam d.gloss. debet intelligi de citatione speciali, quod patet ex hoc, quia loquitur limitando d. l. de vnoquoque. vbi agitur de citatione speciali & non generali: cum exceptio debeat esse de contentis sub rubrica, ut plene scribitur in regula, de regul.iur.in 6.& in l. 1.ff. de regu. iur. Ex quibus liquet requiri scientiam, & citationem, vel notificationem vniuersalem, etiam generalem. Vnde cum dicto Michaeli non constet esse aliquo modo notificatum, neque etiam constet, quòd sciuerit de dicto iudicio, satis ostenditur, quòd de dicta sententia lata nullo modo ei noceret, vt ex ea aliquod fundamentum contra ipsum sumi posset. Ad obiecta autem in contrarium licet ex prædictis satis esset responsum, tamen etiam speciali-

12 ter responderi potest. † Et ad primum dicitur, quod imo etiam in connexis sententia lata contra vnum, non nocet neque prodest alteri. vt probatur in l.adulter.§.si eo. & §.fin.ff.de adul.vbi absolutoria lata pro adulterio, non prodest mulieri adulteræ: licet secus sit, si ipsa nupta erat l.denunciasse.§.quæritur.eod.titul.quod quidem introductum est fauore matrimonii. ut in cap. significasti. in primo nota. de adulte. Quantum ad vtrunque annexum similiter probatur in cap.dilecti.extra de præbendis, ubi sententia priuationis contra vnum lata, ex eo quod fuerant ipse, & alius simul ad canonicatum unus electus, & præbendam assignari contra prohibitionem iuris. Ad idem text.in l.2. C.de fide inst. Non obstant allegata in contrariũ: quia secundum quod declarat gloss.in ca.dilectus. el secundo.extra de simo.& ibi docto.& in c.ordinatos 56.dist.& Inno.in d.c.quamuis.in connexis. & in illis habentibus ita demum nocet sententia lata contra unum, alteri in consequentiam, si contra utrunq; fuit processum, & cognitum.alias autẽ nõ, nisi quo ad præsumptionem. Et ita etiam intelligenda sunt dicta iura.& ideo negandum est, quod in connexis sententia lata contra unum noceat alteri. Sed aliter etiam respondetur negando, quòd hic sumus in connexis: quia imo ista sunt omnino separata & diuersa, vt satis patet ex re ipsa. Ad secundum respondetur, quòd illud quod transferatur possessio uirtute sententiæ latæ inter alios, verum est, si ipsa possessio esset pœnes uictum, secus autem si esset pœnes ipsum tertiũ: ut tenuit legẽdo do.Car.& ibi sequitur & refert dominus Abbas in d.c.cũ super.secus aũt est in terminis nostris

quoniam

quoniā ipse Michael possidet, in aduersarium, nō est translata ipsa possessio. Præterea, illud esset verum quando super eodem facto esset lata sententia, super quomet litigatur: quia illud debet intelligi, quòd possessio eius rei super qua litigatur, & super qua fertur sententia transferatur. sententia enim nō extendit uim suam vltra id, de quo lis est, & super quo fertur. l. fi. C. de fideiuss. l. ut fundus. ff. communi diui. Ad tertium paret responsio ex his, quæ dicta sunt in rationibus, & fundamentis adductis pro parte nostra, ubi declaratū est, quomodo ex transactione & possessione diuturna potest ipse Michael se tueri. Ex quibus omnibus liquet, qđ dictus Georgius est a petitione sua repellendus, & etiam quod ipsi Michaeli competit ius in dictis proprietatibus. Et ita arbitror pronunciandum.

Et ut supra scriptum est dico, consulo, & iuris esse dico, ego Ludo. Bologninus. V. I. Doctor & æques: sacri palatii apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinariæ legens in hoc uetustissimo regiæ ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio. Et in fidem præmissorum, me propria manu subscripsi, & solito sigillo sigillari feci. Laus Deo æterno, & beato Dominico aduocato meo. Amen.

CASVS CONSILII LXXVIII TALIS EST.

DVo inuicem Litigantes uidelicet Petrus de Biantiis, & Iacob. de masiis, suspenderuut instantiā causæ uertentis inter eos cōpromittentes per spacium duorum mensium, in Titium amicabilem compositorē. & hoc factum fuit die xvii. Iannarii, M. ccccxci. quo tempore toto, nihil fecerunt ipsi, nec etiam arbiter: sed eueniente die xvij. Martii M. ccccxcj. unus ex eis, uidelicet Petrus prædictus reuocauit suspensionem prædictā adeo q̃ sola una dies restabat de instantia. & sic dicit iste reuocans, q̃ lapsa est instantia contra aduersarium suum, & petit cum condemnari in expensis. Excipitur pro parte ipsius Iacobi agentis, quod non est lapsa instantia ex duplici capite. Primo, illa dies termini non computatur in termino, vulgaribus iuribus. Secundo, quia suspēsio dictorū duorum mensium, intelligitur habere dies sexaginta unum in se, & non solum lx. unde adhuc durat, & per consequēs ipse petit fere sententiam in causa principali, super meritis. Quibus stantibus, modo quæritur, quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus. l. ubi. lex. ff. de ver. oblig.*
2 *Menses duo, quot dies intelligatur habere regulariter, & quot unus mensis tantummodo.*
3 *Moræ purgatio, an, & quando, & infra quantum tempus admittatur.*
4 *Annus quod dies habeat regulariter.*

CONSILIVM LXXVIII.

Cor mundum Crea in me

Deus: & spiritum rectū innoua in visceribus meis: ut in præsenti consultatione ea, quæ iuri & ueritati consona sunt, in medium afferre ualeam. Idcirco præstantissime domine Iudex, maior honorande &c. non dicendo ab alias dictis per me in fauorem Petri de biātiis, circa reuocationem suspēsionis p̄ Iacobum de masiis aduersarii, per eum, ut dicitur, facta die xvij. Martii præsentis anni, quæ fieri non potuit: ut ex iam dictis liquide apparet. Nec obstāt aliquo modo in contrarium allegata: quia ea facile tolluntur recte ea considerando. † Et primo nō ob. illud quod dicitur circa intellectum l. ubi lex. ff. de ver. si. q̃ ille tex. s. intelligatur quo ad euitandā pœnam &c. nam hoc falsum est nec gloss. uel scribētes ibi hoc dicunt sed glo. ibi aperte sentit contrarium dicens, quòd loquitur in dispositione inducta lege non aūt habet locum in testamentis uel in contractibus sed ita est in proposito nostro quòd sumus in dispositione inducta a statuto seu a lege municipali. uidelicet vt suspensio duraret per tempus compromissi, quod nihil aliud est, nisi referre se ad dispositionem municipalem loquentem de compromisso, quod secundum eiusdem tenorem durat, per duos menses. Et per consequens si illa l. ubi lex. intelligitur in dispositione legali, prout intelligi debet, secundum gl. & scribentes ibi habemus intentum. Nec ob. unum in quo dominus aduocatus allegans in contrarium decipitur uidelicet cum glo. ibi allegatur aliqua iura loquentia in pœna euitanda, secundum eum. Nam ad hoc facile respondeo. Primo, quòd dum allegat l. 1. C. de temp. app. non loquitur tex. ille de aliqua pœna si bene ponderetur, imo nullam penitus inducit pœnam dispositio d. l. patriæ dum loquitur de nominato ad officium, prout ex serie illius text. apparet. Sed posito & non concesso, quòd iura illa continerent casum, in quo tractaretur de pœna euitanda, non sequitur quod habeat locum dispositio illius leg. in aliis prouisionibus legalibus. nec exempla restringunt regulam l. nam quod liquide. §. fin. ff. de pen. leg. cum simi. Sed non opus est reducere nos ad interpretationes seu subauditos intellectus, cum uerba illius clara sunt. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. & l. non aliter. ff. de leg. 3. † Sed tex. in d. l. ubi lex, aperte dicit, quòd habens dilationem duorum mensium, si uenit lxj. die dicitur satisfecisse. nec apparet, qđ pœna esset adiecta. uel ne. nec uerisimile hanc fuisse mentem iureconsulti. nam omnino habemus per alias leges dispositionem purgationis moræ, quo ad pœnam euitandam admitti debere: iuxta l. insulam. & l. mora. cum uulgaribus. ff. de uer. ob. & per do. meū Alex. de Imo. in consilio lxxvj. in v. uol. incip. uisis dubitationibus præmissis &c. & Paul. de Ca. in consil. cclxxiiii. incip. uidetur dicendū dictū Bartholomæum &c. & Rapha. cuma. in cōsi. clxxix. incip.

incip. facta fuit quædam transactio. in fi. & Raph. fulgo. in consi. clv. in 2. colu. incip. Iudæi an possint cogi ad deferendum aliquod signum &c. & Cardi. in consil. cxliiij. incipi. sanctissimus dominus noster &c. & Bal. in consi. cccxxxiij. in 1. parte consiliorum incipien. super primo puncto &c. Et do. meũ Alex. de Imo. in consi. cviij. in 3. volu. incipien. magnifice prætor &c. & in consi. in 2. volu. incipien. magnifice prætor &c. & in consi. in 2. volu. incip. si ille, qui emit. & in consi. clvij. in 3. vol. vbi ponit, quot dies habeat vnus mensis an xxx. vel xxxj. inci. quæritur si conductor &c. & Imo. in consi. xv. incipiẽ. Guido de vbaldinis &c. nam admittitur † regu-
3 lariter infra modicum tempus & vltra illos lxj. dies si uerus esset intellectus domini allegantis, daremus purgationem moræ amplius admitti non posse. & inducta in fauorem, resultarent in odium. Nã ubi lex largitur maiora tempora in purgatione moræ, ut patet in iuribus præallegatis. sequeretur q tantum purgari posset infra unam diem. & illa dies concederetur purgatione moræ: quod minime dicendum est. & hoc clare patet & lippis & etiam tonsoribus. † Vlterius non ob. dum dicebatur de binis
4 semestribus. nam hæc non faciunt ad rem: quia non dico annum excedere numerum dierum taxatorũ in l. cum bissextus. ff. de uerb. sig. Nam non me latet numerus dierum annalium, sed nõ sequitur, annus habet 366. dies & 6. horas. ergo si conceditur dilatio duorum mensium lege non debet quis habere lxj. diem. Nam posito & non concesso quòd dicta ex intelligeretur, quo ad pœnam euitandum, prout fatetur dominus allegans: nonne daremus annũ excedere numerum prædictum certe sic. sed hæ sunt fabulæ. nam non tractamus de augendo numero anni, sed bene dicimus, q in dilatione legali duorum mensium indulgemus lxj. diem. prout est casus apertus in d. l. ubi lex, qui cauillari non potest. de quo in terminis nostris etiã posuit d. meus Ale. de Imo. in consilio cxiiij. in pe. col. v. volu. incip. an in causa appellationis &c. Successiue dent mihi responsum patroni partis aduersæ, qd dies termini in proposito nostro non cõputetur in termino, tũ ex dispositione municipali, tum ex dispositione legali. ut alia aperte deduxi in primis allegationib. Quibus omnibus stantibus, prout stant, apparet manifeste dictam suspensionem non potuisse reuocari dicto die xvij. Martii. nec etiam potuisset die xviij. eisdem mensis, quod est plus. & partes dominationum nostrarum fore, & esse in pronunciando dictam reuocationem fieri non potuisse, & nullam esse, & condemnare etiam dictum Iacobum in omnibus expensis. Laus Deo supremo, & beato Dominico aduocato meo, Amen.

Et, vt supra scriptẽ est, cõsulo, & iuris esse dico, ego Ludouicus Bologninus, I. V. doctor, & æques sacripalatii apostolici aduocatus consistorialis: iura ciuilia ordinarie legens in hoc uetustissimo regie ciuitatis Bononiæ patriæ meæ studio: & in fidẽ præmissorum, propria manu me subscripsi, & solito sigillo signaui. Laus Deo supremo, & diuo Dominico aduocato meo, Amen.

F I N I S.

R E G E S T V M.

a b c d e. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu.

Omnes sunt quaterniones, præter e, qui est ternio.

V E N E T I I S,

Apud Bartholomæum Rubinum.

M D L X X V I.